

John Adams

JOANNIS SELDENI
JURISCONSULTI
OPERA OMNIA,
Tam Edita quam Inedita.

VOL. II.

In quo continentur,



LONDINI:

Typis *S. Palmer*, impensis J. WALTHOE, G. CONYERS, J. KNAPTON, R. KNAPLOCK, J. & B. SPRINT, D. MIDWINTER, A. BETTESWORTH, B. LINTOT, J. TONSON, W. & J. INNYS, R. GOSLING, J. OSBORN & T. LONGMAN, R. ROBINSON, T. WOODWARD, F. CLAY, B. MOTTE, A. WARD, T. WOTTON, & Executorum RICHARDI SARE.

MDCCXXVI.

DE SUCCESSIONIBUS IN BONA DEFUNCTI, AD *LEGES EBRAEORUM*,

LIBER SINGULARIS.

Accedunt ejusdem de

SUCCESSIONE IN Pontificatum Ebraeorum,

LIBRI DUO.

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE

PRAESULI,

GUILIELMO LAUD,

ARCHIEPISCOPO

CANTUARIENSI,

TOTIUS ANGLIAE

Primati & Metropolitano,

JOANNES SELDENUS.

IN genere sunt duplici, antistes eminentissime, homines, qui, e coetu Christianorum, studiis rebusque Ebraicis aevo nostro solertius versantur; instar transfugarum alii, alii tanquam exploratores. Prioris generis non solum illos nuncupo, qui apellarum (ut interdum fit) sectam amplexantur, verum etiam quotquot receptissimas de cultu ac fide Christianismi sententias commentis ex Ebraeorum larariis, sive revera petitis, sive perperam intellectis, temere commutant. Sic ritus sabbaticos universos ad Christianismum attinere volunt alii, a doctrina interea etiam veteris ecclesiae Ebraicae immane quantum aberrantes. Sic omnimodam Christi satisfactionem impugnantes alii, eam in sanctissimae vitae exemplum ac praecepta verterunt; quae ipsissima est Judaeorum de Messia, quem exspectant, uti & Mahumedanorum de Christo nostro, sententia. Generis secundi sunt, qui in ratione cultus fideique a majoribus per tot secula accepta stabilitaque pie acquiescentes, castrisque, quibus initiationis sacramento obstringuntur, nunquam non fidi, ad res alias utriusque Federis difficiliores, quae sive e jure moribusve, sive ex historiis Ebraeorum sunt explicandae, nec aliter omnino satis accessae, enucleandas, illorum consulunt penetralia; nec admittere queunt (quemadmodum fastidientis stomachi ignaviores) ut commentarii & traditiones gentis nobilissimae, cui antiquissima & singularis oraculorum divinorum praerogativa olim adeo competiit, plane negligantur. Hinc sacrificiis, festis, temporum calculo, judiciis rite intelligendis; hinc reipublicae a numine sanctissimo institutae, legumque ab eo latarum rationi; hinc ejusmodi aliis quamplurimis lux nata est clarissima, qua carendo caecutiisse prorsus viros alioquin doctissimos est certissimum. Ut vero genus anterius impense habes, praesul reverendissime, idque meritissimo, invisum, utpote prudentissimus, amplissimus, assiduusque doctrinae & disciplinae Christianae assertor & vindex; ita posterioris generis fautorem, patronum, etiam & instigatorem summum te palam exhibes. Id scilicet manifesto facis, dum, ex incomparabili illo tuo erga bonas artes, quibus ipse praepolles, amore, tot voluminibus quantivis pretii Mss. ex Oriente, atque de Orientalium moribus, conquisitis bibliothecam Oxonii tui publicam nunquam desinis ditare. Graecis

&

& Latinis, praeter Arabica, Persica, aliaque minorum gentium hisce cognata ejusmodi cimelia, etiam & Ebraica numerose conjungi vis. Scientissimus nimirum doctrinae studia arctioribus sive gentium illustriorum, sive seculorum, sive autorum angustiis coercita, non minus esse crebro infelicia, quam diligentem alias rivuli naturae indagationem physico, cui nec fontes a quibus, nec terrae meatus variaque metallorum genera per quae defluxerit, fuerint perspecta. Haec inter recolendum, commentarios hosce binos (alterum correctiorem multoque auctiorem, alterum ante biennium ferme ex aestivo otio, quo in rustico nobilissimi Comitis Cantii secessu placidissime frui soleo, natum) ex Ebraeorum maxime, interdum etiam ex Arabum monimentis petitos evulgaturus, abstinere nequibam, quin tui nominis amplitudini eos devoverem. Sic etiam, veluti gratiarum symbolo, seu retributione aliqua congenere, tantum beneficium ipse singulariter recognoscens. Etenim ego eximiae tuae ejusmodi munificentiae non solum qua publica est, sed etiam privatim prae aliis anticipando, particeps fio, dum ita libero bibliothecae tuae illius Lambethanae, quam ideo, ut feracissimum codicum rarissimorum academicis tuis fiat seminarium, instituisti, me usu benignissime dignaris. Quantum, alias tibi, pater reverendissime, debeo; reticere hic malui; velut id quod animo libentissime clementiae tuae devinctissimo nunquam non insidens, non tam ambitiosius est obiter effundendum, quam observantia atque veneratione aeterna agnoscendum.

V. Kl. April. MDCXXXVI.



PROLE-

PROLEGOMENA.

De Opusculi, tum in designandis Successionum apud Ebraeos formulis, tum in praebendo juris Ebraici rite dignoscendi specimine, utilitate. Verpi juramentum per Anchialum, apud Martialem, explicatur. Talmudis utriusque autoritas, partes, compositio, aevum. Et de Scholarum, legi publice praelegendae Hierosolymis, ante excidium sub Vespasiano, frequentia.

OPUSCULUM hoc de Successionibus, quod ex utroque Talmude, & Hierosolymitano & Babylonio, id est, ex pandectis juris tam civilis quam sacri, quod Ebraeis, florentibus eorum rebus, in usu erat, & e selectioribus rabbinorum commentariis, praeter Sacras Literas (inter id genus alia momenti gravioris) otio satis abundantes congessimus, in arcto, fateor, est & inglorius labor. Atque inter ea forsan duntaxat aestimandum non paucis videatur, quae plane inutili reconditioris vetustatis quisquiliarum affaniarumque apertura curiosioribus, atque eis qui operositate in pristino seculo supervacua nimium amant occupari, tantum placere solent. Et certe quin eo nomine faventissime a compluribus excipiatur, dubitare nequeo. Ita scatent passim ferventia ejusmodi studia & impetuosi in ea feriatorum hominum affectus; sive quia, praesentis aevi taedio ac scelerum odio, ad annos praeteritos, qui tamen a scriptorum reticentia meliores maxime videntur, recurrere libet; sive quia nostris, ut fit, neglectis, aliena potius, ut exteros terrarum tractus, mores, status, actus, domestica insuper habentes, affectamus, non sine gravi animi vitio & solenni. Sed eo vacant aequi rerum aestimatores, quales sunt, qui & vetera & extera diligenter & prudenter indagant, consulunt, in partes trahunt, & merito interdum venerantur; quae nimirum sive rerum divinarum humanarumve scientiae, sive rebus agendis decernendisque sunt ullatenus impraesentiarum conducibilia. Atque ut parum a veternoso distat, nudae ac inanis deperire vetustatis cariem, ita sane eam quae posteritati, per tenebricosa ignorantiae dumeta alias errabundae, faces praefert etiamnum limpidas, sive ultro rejicere, sive in quaestionibus disceptandis, ubi commode fieri potest, non adhibere, aut agyrtæ est, aut fanatici, aut lucumonis ignavi. Cum igitur non modo theologi Christiani, sed etiam jurisconsulti & politici, ex priscis Ebraeorum moribus, singularibus sancitis, quae ab ipso Numine eis praescripta sunt, subnixis, normas non raro atque argumenta dijudicandis controversiis aliquot sumant; etiam & hisce id quod praestitimus, & gratum fore & usui (quod maxime cupimus) esse posse vix ambigimus. Idque tum qua Successiones explicat, tum qua specimen est Ebraici juris rite dignoscendi. Nam dum Successiones eo explicantur, seu dominii a defunctis transmissio (quae omnium apud homines rerum civilium maxime communis est, eoque etiam nomine hic magis advertenda) ita peculiaris Ebraeorum mos & a multiplicibus Christianorum, tam vetusti quam praesentis aevi, formulis discrepans cernitur, ita subtilia magistrorum interpretamenta atque recepti apud gentem de hac juris apices panduntur, ut sacras de haereditatibus leges ab eis, quibus praescriptae sunt, explicatas praesto habeant theologi; ut subtilitates forenses, pro gentis indole repertas, nec minoris forsan aestimandas quam complures quae Roma, Spira, Neapoli, Parisiis, Florentia, Genua, Tarracone, ac a tribunalibus aliis jurisconsultorumque collegiis in Europa celebrioribus, in numerosis decisionum, responsorum, opinionum, consiliorum voluminibus afferri solent, agnoscant jurisconsulti; ut aut normam a judiciali Ebraeorum jure aliis rebuspublicis non necessario petendam, aut totum Christianum orbem in bonis ab intestato deferendis ac jure haereditario libenter hactenus errasse, concedat id politicorum genus, quod sive mutua civium officia, sive rerum dominia ad Ebraeorum mores exigi velit; ut demum omnes, inter variantia gentium sancita ac mores, etiam & haec jucunde cum judicio, nec sine utilitate, contemplentur. Quin & Judaeis ipsis, quorum in Germania, Italia, Polonia, Belgia, familiae non sunt infrequentes, leges de Successionibus sacrae, cum interpretamentis talmudicis ac rabbinicis, hodieque in usu sunt, ubi aut expresse principum Christianorum sanctiones contrarium de eis non statuerint, aut mores adversi, sanctionum vim sortiti, neutiquam inoleverint. Id quod de aliis legis Mosaicae non paucis capitibus dicendum. De qua re consulere licet C. tit. de Judaeis l. 8. Judaei, & DD. ibidem, C. Theodos. lib. XVI. tit. VIII. l. 22. Calderin. Consil. 10. & 30. Alexand. lib. VI. Consil. 6. Io. Corasium Miscellan. juris civilis lib. V. cap. 6. Francisc. Zoannettum Rerum quotidianarum cap. 60. Tiraquell. de jure primigenitorum quaest. 66. num. 22. Cirjerum in tract. ejusdem rei lib. I. quaest. 16. Anton. Ricciullum, tract. de jure personarum extra ecclesiae gremium existentium lib. II. cap. 14. & 15. & seqq. Marquard. de Susannis part. 2. de Judaeis, cap. 1. §. 1. cap. 2. §. 6. & 4. §. 1. & seqq. praeter Felinum ad tit. de Judaeis, cap. 5. Judaei sive Saraceni; ubi, *Quando lex Mosaica*, inquit Felinus, *non est generaliter reprobata, quoad ipsos Judaeos praevalet legi civili.* Et Marquardus de Susannis, *Regula*, ait, *per quam concluditur Judaeos ligari jure communi, & causas eorum secundum jura communia diffiniendas, limitatur non habere locum in casibus, in quibus lex Mosaica specialiter aliquid disponit, quae non sit expresse reprobata per jus canonicum, civile, statuta, aut per consuetudinem.* Et signantius de Successionibus, & lege, qua apud Ebraeos hodier-

nos sunt decidendae, idem jurisconsultus dicta parte cap. 4. §. 8. & Antonius Ricciullus tractatus jam memorati libro II. cap. 15. §. 13. De Successione autem & legitima liberorum qui Judaismo renuntiarunt, sanctio est peculiaris Pauli III. pontificis Romani, quam anno salutis MDXLII. latam habes in Laertii Cherubini Bullario tom. I. pag. 666. constit. 32. & in 7. decretal. tit. de Judaeis cap. 3. De qua videsis Navarr. lib. Consil. 3. Et de Samaritarum (qui item Ebræi) successionibus vide Novellam CXXIX. & CXLIV. Adde C. Theodos. lib. XVI. tit. VIII. l. 28. Et de jure cui suberant Judaei Romano in imperio, consulas C. tit. de Judaeis l. 8. & C. Theodos. lib. II. tit. 1. l. X. & lib. XVI. tit. 8. Utroque in loco observandum est, Judaeos quidem omnes *Romano & communi more viventes* (sic lege ex Ms. meo codice; non *jure*, ut in editis) rescripto Arcadii & Honorii augustorum ita teneri, ut de caussis, quæ non ad superstitionem eorum pertinerent, Romanis legibus inferrent & exciperent actiones; sic interim, ut *si qui per compromissum ad similitudinem arbitrorum apud Judaeos vel patriarchas* (codicem Theodosianum legis) *ex consensu partium in civili duntaxat negotio, putaverint litigandum, sortiri eorum judicium, jure publico non vetarentur*; *eorum etiam sententias provinciarum judices exsequerentur, tanquam cognitoris arbitrio fuerint attributae.* Ita leguntur postrema rescripti verba in codice meo Theodosiano Ms. sed acephalo, quem ante annos CCCC. abbreviationi suae de gestis Imperatorum, qui Justinianum seu Jordanis historiam insequuntur, subjunxit Guilielmus Malmesburiensis monachus. Editus Theodosianus habet, *tanquam ex sententia cognitoris arbitri fuerint attributi.* Justinianus idem; nisi quod pro *attributi*, *dati* substituatur. At vero civili in negotio permissum esse Judaeis suum ipsissimum litigandi, judicandi, adeoque successiones decidendi morem, si utraque pars consentiret, hinc manifestum est; tametsi alias alio ac Romano jure experiri eis non liceret. Compromissi seu arbitrorum illorum vim ac potestatem forensem expressissimam, idque civili tantum in negotio, habemus in eorum pandectis tit. Sanhedrin, cap. I. & III. ubi judicium triumvirale describitur. Constituebatur triumvirorum forum ex compromisso, quod ibi docetur, & דיני ממונות seu *negotia civilia* duntaxat ex jure admittebat. Verba tituli jam dicti sunt, דיני ממוכות בשלשה, *Civilia negotia a triumviris deciduntur.* Et dein, זה בורר לו אחד וזה בורר לו אחד ושני דיינין בוררין להן עוד אחד :, *Litigantium pars altera judicem sibi unum eligebat, unum etiam altera; & hi duo tertium sibi sociabant*: atque penes hos jurisdictio erat. Forum illud Judaicum planissime ipsi sunt, qui memorantur apud Judaeos in hoc rescripto arbitri. Verum codex meus Ms. pro eo quod est *apud Judaeos vel patriarchas*, habet *apud judices vel patriarchas*, contra receptissimam utriusque codicis editi lectionem, & Justinianus habet tantum *apud Judaeos.* Scimus etiam praeeuntis compromissi in judiciis usum fuisse ex jure singulari legitimum apud episcopos, ubi litigarentur sive clerici sive laici, ut liquet in Novellis Valentiniani Augusti tit. XII. & l. 7. C. de episcopali audientia. Sed nova compromissum hoc sanctione tantum, non more aliunde deducto, seu ad tempora pristina relato, quemadmodum illud de Judaeis, subnitebatur. Extra autem sanctiones ejusmodi aut mores locorum adversos, illud de Ebraeis Romae degentibus a Juvenale satyra XIV dictum fere etiamnum obtinet,

Romanas autem soliti contemnere leges,
Judaicum ediscunt, & servant, ac metuunt jus,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moyses.

Et ad tenacissimam illam patriarum ibi traditionum observationem, aliarumque contemptum, attinet illud Martialis lib. XI. Epig. XCV. ad verpum poetam:

Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipsis,
Paedicas puerum, verpe poeta, meum.
Ecce negas, jurasque mihi per templa tonantis.
Non credo; jura, verpe, per Anchialum.

Quod de *Anchialo* sive urbe sive puero habent ad epigramma viri sane doctissimi, plane nihili est. Incomparabili v. Josepho Scaligero primum suboluit, ex Ebraeorum fontibus interpretationem hic petendam. Ideo חי אלה *Chi ala*, id est, *vivit Deus*, juramenti formulam Ebraeis usitatam, ita Martialem decepisse autumat, ut *per Anchialum* eos jurasse sentiret, ac a paedicone hic tantundem postularet. Sic ille in prolegomenis ad Emendationem temporum, & in literis ad v. cl. P. Scriverium, uti in hujus ad Martialem notis habetur. Atque hoc sibi placere fatetur eruditissimus J. Gerardus Vossius in Historiae Pelagianae lib. V. part. II. antithes. 1. Vir autem doctissimus Thomas Farnabius noster ex אם חי אלה *Am chi ala*, id est, *si vivit Deus*, aut ignoratum Martiali aut male intellectum *Anchialum* factum autumat. Samuel Petitus, egregium musarum severiorum ornamentum, fieri vult ex אן seu אין חי עליון *An chi alion*, id est, *non: vivit Excelsus*, seu *Deus.* Adi eum in Variarum lectionum lib I. cap. XVI. Tantorum virorum conjecturas sine invidia suspicio: sed amplecti libenter nequeo. Malim sane ipsum poetam rei, quam ex Ebraeorum in urbe consuetudine scire facile potuit, satis hic scientem fuisse defendere, atque ipsissimum Ebraeorum juramentum exacte satis expressisse. Scimus quidem jurandi formulas (quae frequentius in confabulationibus adhibitae) apud veteres, contracta pro more pronuntiatione, ante alias, in vocabula ab analogia, si caetera spectemus, grammatica nimis aliena degenerasse, veluti quae in *Pol*, *Perpol*, *AEdepol*, *Mecastor*, *Mehercle*, *Mediusfidius* apud Plautum & Terentium contrahuntur. Tertullianus de idololatria cap. XX. *Consuetudinis vitium est* Mehercule *dicere &* Mediusfidius, *accedente ignorantia quorundam, qui ignorant jusjurandum esse per Herculem.* Nam *Herculem* utraque formula innui volunt, qui *Jovis* seu Διὸς filium in *Mediofidio* reperiunt; ut Festus, qui caeteras fere contractas explicat. Etiam hodieque simile fieri in obviis Christianorum juramentis videmus. Atqui apud Martialem integra videtur mihi fuisse haec formula, יפרע חי עולם *Iperan chi olam*, id est, *ulciscatur*, aut *vindictam sumat*,

ſumat is, qui vivit in aeternum, ſi pejeraverim. Adeo ut potius ſcripſerit Martialis,

Non credo; *jura, verpe,* iperan chi olam.

Quod quam facile a librariis, qui ignota ſibi vocabula in ea, quae cognati ſoni notiora ſunt, vertere ſolent, in *per Anchialum* mutari poſſet, nemo non videt חי עולם *chi olam,* ſeu *qui vivit in aeternum,* ſive ζῶντα εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων (quod idem ſonat) ex celeberrimis Dei optimi maximi (qui ſolus ab Ebraeis exulantibus plerunque cultus) cognominibus eſſe ſacris, tum ex ipſa re liquet, tum ex Daniele XII. 7. & ex IV. 31. ubi Chaldaice vocatur חי עלמא *chi alma,* quod idem eſt, & ex Apocalypſ. IV. 9. & 10. & XV. 7. Etiam & ſanctiſſimi Numinis nomine legitur in cantico illo Moſis Deut. XXXII. 40. כי אשא אל שמים ידי ואמרתי חי אנכי לעולם׃, *Ego enim levabo manum meam in coelum, & dicam, Vivo ego in aeternum,* ſeu *ego Chi olam*; ubi manifeſtum eſt Dei ipſius juramentum, ut ex ſequentibus liquet. Ipſam autem verbis illis (יפרע חי עולם *iperan Chi olam*) formulam juramenti conceptam, nondum, fateor, compertam habeo. Sed primo, quem citavimus Danielis loco, legitur, וישבע בחי העולם, *& juravit per Chi haolam,* ſeu *per Chi olam,* id eſt, *per eum qui vivit in aeternum*; unde cognomen illud juramentis adhiberi ſolitum eſſe ſatis fit manifeſtum. Nam tametſi de viſione illud dictum eſt, attamen ad humanos & receptos dictum eſt mores,ut alia tum ibidem tum in viſionibus alibi. Poſtquam ita nos in Martialem conjeceramus, ſubſtituere potius voluit Joannes Croius in Specimine conjecturarum, אל חי עולם *Alchialam,* quod ſonat, *Deus vivit in aeternum*: noſtram nempe formulam minime tritam apud Judaeos fuiſſe aſſerens. Certe nec ſuae, quae poëtae ſcriptioni nimis adverſatur, exemplum affert unicum; quod forte nec afferri poteſt. Certe ſi a ſcriptione recepta ita recedere liceret, etiam & per עד חי עולם *AEdchialam,* id eſt, *per teſtem qui vivit in aeternum,* ſeu *per Deum teſtem,* ſubſtituere non ita foret fortaſſe abſonum, cum & iſtiuſmodi formulam etiam in uſu fuiſſe ſatis evinci poſſit ex apoſtoli Pauli, qui & ipſe Ebraeus, juramentis tum ad Romanos tum ad Corinthios conceptis. Ad hos, *teſtem invoco Deum,* ad illos, *teſtis eſt mihi Deus,* ab eo uſurpatur, videſis epiſt. ad Romanos I. 9. & II. ad Corinthios I. 23. Ita pullulant haec, ut fieri amat, dum ſonis ludimus. Etiam, ſine nominis Dei adjectione, חי עולם, ut cognomen, Deum O. M. idque in juramentis, ſatis denotaſſe, ex illo in Daniele liquet exemplo. Neque in Ebraeorum de juramento commentariis obvium quid habetur magis, quam diſtinctio juramentorum in ea, quae per ipſum Dei nomen & quae per ejus cognomina, quae כנויים vocant, conciperentur. Miſna, tit. Shebuoth, cap. VI. משביע בשימים ובארץ הרי אילו פטורין באל״ף דל״ת ביו״ד ה״י בשדי בצבאות בחנון ורחום בארך אפים ורב חסר ובכל הכנויין הרי אילו חייבין, *Ubi adjurat quis alios per coelum, aut per terram, juramento non obſtringuntur. Quod ſi id fecerit per Adonai, per Jah, per Sadai, per Zabaoth, per Gratioſum, per Miſericordem, per Tardum ad iram, per Optimum, ſeu per aliud quodcunque Numinis cognomen, obſtringuntur.* Quin juramentum in fidem optimam ſolenniter praeſtitum (quale hoc voluit eſſe poëta incredulus) ſociam & comitem apud Romanos habuit plerunque expreſſam, uti & paſſim alibi, exſecrationem in perjurum; ut, *ſi ſciens fallo, tum me Jupiter bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem*; *me perdat*; *mihi iratus ſiet*; *mactet me, ut ego hunc agnum*; id genus alias imprecationes. Et ſine talibus veri ſatis eſt ſimile nec ſolenne ſatis habitum eſſe Romae illo in aevo Judaeorum juramentum, quod fidem firmaret. Unde & illud יפרע *iperan,* ſeu *ulciſcatur,* ſeu *poenam retribuat,* conſonum hic nobis viſum eſt. Ex Syriaco autem ſeu Chaldaeo in magiſtrorum, id eſt, rabbinicum ac talmudicum, ſermonem, ſignificatio iſta verbi פרע (quod alia notione in Sacrarum Literarum Ebraeo paſſim uſurpatur) ut alia innumera, manavit, et de Numinis ultione frequentius dictum comperitur, adeoque juramento adprime idoneum; cum etiam אל נקמות, *Deus ultionum,* ſeu τῆς ἐκδικήσεως Θεὸς, *Deus vindictae,* velut compellatione ſolenni, advocetur Numen a Davide Pſalm. XCIV. comm. 1. Unde & illud in cantico, Deut. XXXII. לי נקם ושלם, *Mihi eſt ultio & retributio*; & paulo poſt, אשיב נקם לצרי, *Reddam ultionem hoſtibus meis.* Ejuſmodi ſunt non pauca. Unde rabbi Joſe Bar Chilpetha, in Talmude Hieroſolymitano, tit. *Sanhedrin,* fol. 18. col. 1. cum duo litigantes eum ſibi judicem ita tantum ex profeſſo agnoſcebant, ſi ſententiam ferret juxta דין תורה ſeu *ſecundum judicium legis,* at, inquit, אני אינו יודע דין תורה אלא היודע מחשבות יפרע מאותן האנשים המקבלין עליכון מה דנא אמר לוכן, *Ego haud ſcio quid fuerit judicium legis. Sed is qui cogitationes veſtras ſcit* (ὁ καρδιογνώστης) *vindictam ſumet de vobis, qui viri ejuſmodi eſtis, ut quod judex vobis pronuntiare debet, id praejudicare audeatis.* Inito item contractu, ut conſtituto nummorum pretio res aliqua emeretur, tametſi numeraretur pretium, nihilominus ante traditionem ſeu corporalem rei venditae poſſeſſionem, ex jure eorum in foro receptiſſimo יכול לחזור בו וזה וזה, *integrum erat tam venditori quam emptori contractum reſcindere,* atque huic redhibitoria nummos repetere. Quod tamen ſi alteruter faceret, ſolennes ante ſententiam latam praeibant hujuſmodi dirae atque Numinis vindictae imprecatio in eos שאינו עומדים בדבריו, *qui verbis ſuis pactiſve non ſteterint,* hac formula, qua iteratus eſt τοῦ פרע hac notione uſus, מי שפרע מאנשי דור המבול ומאנשי דור הפלגה ומאנשי סדום ועמורה וממצרים בים הוא עתיד להפרע ממי שאינו עומד בדבריו, *Is qui vindictam ſumſit ex hominibus aevi diluvii, atque ex hominibus aevi diviſionis orbis terrarum, & ex hominibus Sodomae & Gomorrhae, & ex AEgyptiis in mari, ipſe impoſterum vindictam ſumet ex eo, qui pactis ſuis non ſteterit.* Quo pronuntiato, ſententia ſecundum eum qui contractum voluit reſcindi, ferebatur. Ita Miſna, tit. Baba Metzia, cap. 4. & Gemara Babylonia ibidem, fol. 48. a. & Obadias Bartenorius ad dictum Miſnae caput §. 2. Et ſolennis erat phraſis למסור למי שפרע, *tradere quempiam ei qui* פרע, ſeu *vindictam, ſumere ſolet,* ex imprecationis quam memoravimus formula nata; ut videre eſt in Gemara Hieroſolymitana ad dictam Miſnam fol.

fol. 9. halach. 2. col. 4. Inde etiam poena impiis a Numine praeſtituta dicitur פירעון הרשעים, *vindicta quae ſumitur de impiis*, ut legitur apud Maimonidem Halach. Theſuba, cap. 8. Cui concors eſt τοῦ פרע in Targum Hieroſolymitano Gen. IV. ubi memoratur Cainum Abelem fratrem, poſt diſparem illum in ſacrificiis eorum eventum, velut opprobrio hujuſmodi provocaſſe לית דין ולית דיין ולית עלם אוחרן ולא למתן אגר טב לצדקיא ולא לאתפרע מן הרשיעיא, *Non eſt judicium, nec judex, nec ſeculum aliud quo aut merces tribuenda ſit juſtis, aut vindicta de impiis ſumenda*; Abelem autem eadem ipſa, eiſdemque vocabulis, reſponſo contra aſſerentem a fratre paulo poſt occiſum eſſe. Quin & formula ita ex lingua barbara (nam & formulas juramentorum hodieque ſciunt etiam ii, qui alias linguae in qua uſurpantur, ignari ſunt) ſumpta alluſionem inſuper habebat, eamque iis qui tinniente invicem ſyllabarum ſono capiuntur lepidam, ad formulam Romanam, qua praepoſitio *per* adhibita. Nam pentameter ſynaloephae ratione ita labitur ac ſi plane legeres, *verpe, per anchiolam*, quod τῷ *per templa tonantis* ita reſpondere videatur. Nec quem moveat quod τὸ ע (elementum toto gutturis nixu pronuntiandum) in פרע per *an*, in עולם vero, ſequente *Vau*, per O exprimatur. Variam eſſe ejus elementi pronuntiationem apud veteres pueri ſciunt, & utranque admiſſam. Sed imprimis hic congruum eſt ut τὸ ע, litera alia gutturali ſequente in primo loco, etiam ejuſdem orationis, *anchi*, in ſecundo, pro vocalis adjectae vi, *olam* faciat; quod doctos faſſuros non dubito. Alibi notavimus item Graecos veteres τὸ ν ad dictionum fines non aliter ac in compoſitionibus in γ interdum, interdum in μ, pro primi ſequentis vocabuli elementi natura, & pronuntiatione & ſcriptione vertiſſe. Quin ע per Gamma pronuntiari interdum veteribus ſcimus, ut in *Ragau*, *Gomorra*, *Raguel*, aliis. Si igitur dicebant *iperag chi olam*, expreſſius *Anchiolam* nullibi eſt. Nam & Graeco more Ἀγχίαλος ſcribitur *Anchialus*. Et res hic ſatis palam eſt. Neque conjecturae obeſt, quod Syriaca, non Ebraica, erat verparum eo aevo lingua vulgaris, ut ſciunt docti. Nam ex lectione Sacrarum literarum, & frequenti dialecti Rabbinicae uſu, etiam Ebraea non paucis eorum intellecta & ſaepe uſurpata eſt; maxime in ſolennibus formulis, eiſque, ut fieri ſolet, breviuſculis: et tam Rabbinica quam Ebraica, quae pura eſt, dialecto, verba illa ita ut expreſſimus ſonant, Syriaca autem haud parum in alium ſonum flectuntur. Jam vero Martialis non magis quam Juvenalis inſcius moris Ebraeorum, quo leges & religionem Romanam plane contemnebant, ritibus & praeceptis Moſaicis in aperto addictiſſimi, etiam tantundem exprobrat verpo, dum ad patriam juramenti formulam, qua fallere non auſurum exiſtimabat, eum adigere voluit. Ita ſane principum Chriſtianorum leges exigunt a Judaeis, ut in eorum juramentis forenſibus Deus cognomine aliquo ipſis ſignantius agnito deſignetur, veluti *unico, vivente, omnipotente, creatore coeli & terrae*, &c. ut habetur in Speculatore, tit. de juramento calumniae, §. *reſtat*, ſub finem, Marquardo de Suſannis, de Judaeis & aliis infidelibus, part. 2. cap. 5. §. 10. Repertorio inquiſitorum, §. *Juramentum* pag. 501. in ordinatione ſuper Judicio camerae imperialis, tit. LXXXVI, Burchardo de *Mangelfeld* in jure municipali Magdeburg, tit. CXXXIX. Leunclavio in jure Graeco Romano, tom. I. pag. 119. ad calcem item Statutorum Patavinorum, alibi. Quin forte Martialis, ex verparum in urbe morum obſervatione, perjurii eum poena, id eſt, loris caedi dignum, ſi ita juraret, tacite innuit. Nam tametſi pejerantibus per Deos Romanos ſupplicium nullum, praeter exitium a Numine expectatum, erat tunc in uſu, attamen ex Ebraeorum legibus (quibus inter Judaeos ipſos, principum gratia, locus erat aliquis, etiam in urbe; de qua re videſis C. tit. de Judaeis, l. 8. & Dionem, ubi de Judaeis, lib. XXXVII. & Xiphilinum in Pompeio) ſponte pejerans, ſive per nomen ſive per cognomen Dei O. M. inter confabulandum (nam perjurii forenſis alia erat ratio) loris caedendus erat; idque ex interpretatione legis Deuter. XXV. 2. latae. Quod ſcimus ex Miſna, tit. *Shebuoth*, ſeu *de Juramentis*, cap. III. זה היא שבועת שוא שחיבין על זדונה מכות, Hoc eſt, *Juramentum falſo praeſtitum, cujus qui ſcienter reus eſt, plagis caeditur.* Cui adſtipulatur quod de plagis perjurio debitis legitur apud Philonem libro de tertio, quarto, & quinto decalogi praecepto. Et ſibi vetita, ſine expreſſa poenae adjectione, loris punienda, ſed nunquam pluribus quam XXXIX. plagis, plerunque ſtatuebant. Ad quod attinet illud D. Pauli II. ad Corinthios XI. 24. *A Judaeis quinquies quadragenas, una minus, plagas accepi.* At Paulus civis erat natalibus Romanus, unde, lege Portia, a verberibus immunis. Vide Act. Apoſt. XXII. 25. & ſeqq. Sed qua Judaeus erat, & Judaeorum legibus de plagis (quae nec legi Portiae in foro Judaico ceſſerant) obnoxius, ab eis caeſus eſt. Atque hodie hujuſmodi in feſto reconciliationis, poena peccantibus verpis, ex more ſuo in Germania alibique degentibus, infligi ſolet, ut videre eſt in Synagoga Judaica v. cl. Joannis Buxtorfii, cap. XX. pag. 409. Quin nec ita exploratum mihi videtur τὸ *templa tonantis* (qua ſaltem jurantis mentem occupabat) apud Martialem pro Jovis delubris ſumi. Provocat verpum ad patriam jurandi formulam, eamque qua major nulla. Gentis religione ac poenae timore ductus is abſtinuerat. At perjurium Ebraeis non magis vetitum, quam alienorum Deorum nominibus uti: Exod. XXIII, 13. *Non memorabitis nomen Deorum alienorum, non audientur ex ore tuo.* Neque hoc quam illud minus ex lege punitum. Maimonides, Halach. Sanhedrin, cap. XIX. ex Talmude, enumerat לאוין שבתורה שאין בהן לא כרית ולא מיתת בית דין שלוקין עליהן, *praecepta negativa in lege, quibus neque exciſionis poena* (quae a Numine expectabatur) *neque capitali ſupplicio forenſi praeſcripto, plagae debebantur.* Numerus eorum eſt CLVIII. Octavus ibi eſt, de eo cujus ex ore שם עבודה זרה ſeu *nomen Dei alieni* auditum. Quod & fuſius docetur apud eum in Halach. Aboda Zara, cap. V. & in Gemara Babylonia ad tit. Sanhedrin, cap. VII. fol. 63. a. Vix eſt igitur ut credamus, verpo, qui *per Jovis templa* in patriam religionem graviſſime committens juraſſet, idque palam ac aperte (nam ex aliis flagitiis quibus

bus inquinatus est opertis secretioribusque, dijudicandum non est) religioni adeo fuisse eandem ob causam, Deum itidem viventem perjurio, quod aeque tutum fuisset, lacessere. *Per templum Dei*, aut *Dei tonantis*, jurasse mihi videtur, id est, בבית אלה הרועם; quod ut de templo Hierosolymitano, sub epigrammatis aevo, exciso, intelligebant Ebraei, ita etiam juramentum illud plane inane fuisse, nec jurantis conscientiam obligasse, sententia impia magistrorum diu antea inoleverat. De sententia hujusmodi constat apud D. Matthaeum XXIII. 16. *Vae vobis, duces coeci, qui dicitis, Si quis per templum juraverit, nihili est.* Neque sane per Jovis templa, sed per ipsum, aut Jovem lapidem, ex more Romano jurabant. Et *tonantis* nomen, quod Jovi tam frequenter est tributum, ex Sacris Literis praesto satis erat Judaeo de Numine vero loquenti; ut scire licet ex I. Samuel. II. 10. Psal. XXIX. 3. alibi. Quemadmodum etiam Claudianus, *Cane grandia coepta tonantis*, in carmine contra poëtas vanos: et Prudentius in avaritiae & largitatis pugna, *Agmina casta simul vultum sensere tonantis.* Aut igitur fefellit Martialem verpa, dum de Jovis templo juramentum per Hierosolymitanum praestitum capi volebat, aut (quod non ita vero est dissimillimum) ipse Martialis receptam de hujusmodi, quo fallere Judaei solebant, juramento sententiam, Romae itidem edoctus, tum insignis ex perjurio impietatis eum accusat, tum ad id genus juramentum invitat, quod & Numinis, & imminentis a foro Ebraico pejeranti poenae respectu, satis esset horrendum. Magis firmat quae diximus libertas vitae Judaicae sub Domitiano, sive Martialis tempore, quae aliquoties ab aliis imperatoribus urbi interdicta. Nam soluto pretio ad fiscum, qui etiam huic rei singularis erat, adeoque Judaicus dictus est (unde & de frequentia gentis ibi habita, e qua mores eorum facilius civibus innotescerent, judicandum) libere ac suo more vivebant. Suetonius in Domitiano, cap. XII. *Praeter caeteros, Judaicus fiscus acerbissime actus est, ad quem deferebantur, qui veluti professi Judaicam intra urbem viverent vitam, vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent.* Quin de numerosa Romae sub id aevum multitudine Judaeorum, atque αὐτονομίᾳ eis ibi indulta, consulas quae animadvertit ad Horatii tricesima sabbata AEgidius Bucherius tractatu de paschali Judaeorum cyclo, cap. VI. pag. 385. Et de suarum legum Romae usu, seculis illis vetustioribus, observandus est locus apud Dionem, libro jam ante citato. Vixit quidem ille sub Alexandri Mammaeae F. tempora, sed, *est*, inquit, *id genus hominum* (Judaeos innuit & proselytos) *apud Romanos etiam. Atque tametsi saepius imminutum fuerit, ita tamen auctum est*, ὥστε καὶ παῤῥησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι, *ut etiam palam praestituendi sibi* (seu *condendi*) *leges* (aut *suas retinendi*) *licentiam vindicarit*; quemadmodum & restituit & vertit doctissimus Leunclavius. Etenim tam Xylander in Dione, quam Guilielmus Blancus in Xiphilino ibi ὥστε καὶ εἰς παῤῥησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι legerant. Et citra rationem alter, *ut legum quoque potestatem vicerit*, alter, *ut legis confidentia superius esset*, reddit. Nam ut hoc plane nihili est, ita illud sane inauditum; nec credendum, inquilinos aliquos Romae legum potestatem vicisse. Viderint autem doctiores, utrum illud Senecae respexerit Dio, cum haec scribebat. De Judaeis ait ille: *Cum interim usque eo sceleratissimae gentis consuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta sit: victi victoribus leges dederunt.* Libri ejus contra Superstitiones, qui periit, fragmentum est, quod servatur apud D. Augustinum de civitate Dei, lib. VI. cap. XI. Similis plane est Rutilii Numatiani locus in libro I. Itinerarii sui:

Atque utinam nunquam Judaea victa fuisset
Pompeii bellis, imperioque Titi.
Latius excisae pestis contagia serpunt,
Victoresque suos natio victa premit.

Capitur quidem a viris aliquot doctis de Christianis; quos scriptoribus gentilibus *Judaeorum* etiam nomine, eo quod Christianismus ex Judaea initium habuit, contineri interdum, dubitandum non est. Ita a Petro Pithoeo in Adversariis, & a Gasparo Barthio ad dictum Itinerarium, intelligitur hoc Rutilii, qui sub Theodosio juniore scripsit. Sed ego non magis hoc de Christianis, quam sive illud Dionis, sive Senecae illud sumendum existimo; maxime, cum idem fere ipsum ab hisce utrisque quod a Rutilio, de αὐτονομίᾳ quadam Judaeorum, seu *juris sui libertate*, quae etiamnum passim obtinet, ubi sedes eis permittuntur, memoretur. Atque accedat huc illud epistolae Artaxerxis Persarum regis, in Estheris historia, ad omnes regni sui provincias conscripta pro universali Judaicarum ipsis Judaeis legum libertate. Jubet praesides suos omnes, μετὰ παῤῥησίας ἐᾶν τοὺς Ἰουδαίους χρῆσθαι τοῖς ἑαυτῶν νόμοις, *ut palam & aperte sinant Judaeos ubique suis uti legibus.* Tantundem edicto Claudii Caesaris eis per orbem Romanum conceditur apud Josephum, lib. XIX. cap. IV. De seculis citerioribus res manifestior est. Et de libertate hac vivendi Judaeis ita indulta consulas Davidem de Pomis in Medico Ebraeo, sect. XII. Nullo adeo in aevo fere non erat hoc nationi huic singulare, suis fere legibus alieno in regno seu republica uti. Sed haec forte extra callem.

Quod ad rite dignoscendum jus Ebraicum attinet, firmatur ex hoc specimine, nimium in eo coecutire homines, qui jurisconsultos ejusdem gentis minime consulunt, patrum sive veterum sive recentiorum Christianorum, qui aut non omnino, aut rarissime, aut perfunctorie eos ipsi consuluere, obiter adnotatis oscitanter contenti. Doctissimus alioquin Origenes ipse in Homilia XXII. ad Numeros, tum Ebraici tum in imperio Romano alibique recepti juris de Successionibus imperitiam prodit insignem, dum de utroque ad hunc modum pronuntiat, ad legem dicti libri capite XXVII latam; *Haec secundum historiam*, inquit; (Graeca ejus Homiliarum nondum puto comperta sunt) *quid vigoris habeant omnibus palam est, qui sciunt leges istas non solum apud filios Israel custodiri, sed apud omnes homines, qui tamen legibus vivunt; unde apparet quomodo libertas filiarum Salphaat* (Kelophchadi) *non solum ipsis haereditatem contulerit, sed & perpetua vivendi jura seculo dederit. Vides quanta sit etiam historiae ipsius utilitas in lege Dei. Quis potest leges*

illas aliquando diſſolvere, quibus univerſus utitur mundus? Et paulo poſt, *Ponitur lex Dei de Succeſſione, ut primo filius, filia ſecundo in loco ſuccedat, tertio frater, quarto patris frater; quintus vero gradus certum aliquem non deſignat, ſed quiſquis illi propinquior ex omni familia fuerit, ut ipſe ſuccedat.* Neque enim modus Succeſſionis hic deſcriptus is eſt, qui ex lege ſacra Ebraeis omnino in uſu; neque is qui eis ex ea in uſu erat, caeteris gentibus receptus eſt. Quid igitur illud, *Sed & perpetua vivendi jura ſeculo tradidit?* Jure Romano liberi utriuſque ſexus, etiam Origenis aevo, pariter ſucceſſere. Item pater patruo praeferebatur, quod ab Origene hic negatur, ut etiam in jure Anglicano. Alieniſſima item ab Ebraeorum moribus, & perperam intellecta eſſe non pauca, quae a viris magnis, dum de re haereditaria ad leges ſacras ſine magiſtrorum ope diſputant, traduntur, manifeſtum ſatis fit ex eis, quae fuſe, ingenioſe, alioquin etiam docte, de jure fratriae ad ſuſcitandum defuncto ſemen ducendae, de primogenitorum praerogativa, de liberorum, fratrum, parentum ſucceſſione, tribulium nuptiis, id genus aliis, tractat Abulenſis ad Deuteronom. XXI. quaeſt. 5. XXV. qu. 5. 6, &c. Numer. XXVII. qu 3, &c. XXXVI. qu. 8. & D. Matthaei cap. XXII. quaeſt. 140. Quin Cornelius a Lapide & Bonfrerius ad Numeror. XXVII. inauditas Ebraeis habent ſucceſſionis in eorum republica formulas; ut juris Caeſarei interpretes, qui de primogeniturae jure apud Ebraeos obiter ſed in ſcienter nimis verba faciunt, praetermittam. Alia ſunt de ſacra illa republica innumera & maximi ſane ſtudioſis aeſtimanda, quorum latet plane veritas (nec aliter fieri poteſt) dum juriſprudentia ejuſdem, mores, ritus, ſententiae receptae, ab ejuſdem magiſtris ad poſteros tranſmiſſae, negliguntur. Conſulendi igitur ſumma cum diligentia magiſtri illi; qui quam ſingularem rerum civilium ſtudiis afferant utilitatem, videre inprimis eſt in libellis aliquot pridem de rebus civilibus inſcriptis; veluti Petri Cunaei de republica Ebraeorum, Willielmi Schikarti de jure regio, Joannis Cocceii titulo talmudico *Sanhedrin* (cujus Miſna, uti etiam ea, quae tituli *Berachoth* ſeu *de benedictionibus* eſt, a Paulo Riccio, quem monuerat Maximilianus I. Caeſar, ut totum opus Talmudicum in Latinum transferret ſermonem, ante centum amplius abhinc annos, ſeu indiligenter nimis verſa, & ſub id tempus typis Auguſtae Vindelicorum primo vulgata; habetur etiam inter editos autores artis Cabaliſticae) & ejuſdem titulo *Maccoth* ſeu *de reis vapulantibus*. Hiſce accedit doctiſſimi viri Conſtantini l'Empereur talmudicus titulus *Middoth*; ut complures praeteream, qui Ebraicis ſcriptoribus diligenter uſi, obviam ex eis, ubi res poſtulat, lectores docent. Immane quantum lucis rebus quas tractant, ſive ex fontibus, ſive ex claſſicis magiſtris iſti praebent, non ſolum prae Carolo Sigonio, viro etiam doctiſſimo, & cui literae Latinae plurimum debent, qui rempublicam item Ebraeorum contexuit, uti & Willielmo Zeppero legum Moſaicarum forenſium explanationis autori, ſed etiam prae Conrado Bertramo qui brevitate majori quam diligentia, utcunque Ebraice eruditus & juriſconſultus, Politiam ſcripſit Judaicam; ut Chriſtianum Adrichomium in Theatro terrae ſanctae, Fortunatam Schaccum, ſacrarii apoſtolici praefectum, Elaeochriſmaton myrothecio ſecundo, alios mittam, qui hujuſmodi res aliud agentes, theologi, juriſconſulti, politici, philologi, e re nata levi tangunt brachio, & miſere falluntur & audacter fallunt, dum ſibi ex Ebraeis primo diſcenda docent. Aut introeundum eſt igitur in gentis penetralia, & pandectis ejuſce ſerio utendum, aut ingenue fatendum, *non liquere*, ubi de politia Ebraica fuerit pronuntiandum. Nempe receptis, ſive in rebus civilibus, ſive in ſacris (id eſt, quae ex lege ſive judiciali pendent, ſive ceremoniali) eorum moribus dignoſcendis, haud magis fere ſufficiunt Veteris Foederis ſcripturae ſacrae, quam Novum ſufficeret, unde politia Chriſtiana, ſeu eccleſiaſtica anteriorum ſeculorum, ejuſque mutantia per locos & tempora diſcrimina, in anathematiſmis, verbi gratia, irregularitatibus, ordinibus ac regulis ſacris, ſacri proventus diſtributione, cultus ceremoniis, id genus aliis, ſatis elicerentur. Adhibendas praeterea nemo neſcit hiſtorias eccleſiaſticas, conciliorum canones, forenſes formulas ac deciſiones, decreta pontificia, patrum ſcita, liturgias, ritualia, corpora non ſolum eccleſiae orientalis & occidentalis, ſed & ſingularum in utraque, qua fieri poſſit, provinciarum juris canonici, multiplices etiam traditiones veterum, & interpretationes atque uſus recentiorum, ſine quibus plane mancum eſſet de politia illa judicium. Atque ita ut ſe res habeat neceſſum eſt (ſi Ebraeos ſpectemus) abſque lege, quam תורה שבעל פה ſeu *legem ore traditam* appellant, abſque forenſi uſu, atque abſque interpretamentis, quae libri Talmudici & in ſequentes commentarii complectuntur. De hiſce magiſtri paſſim, & qui res tractant Ebraicas obiter. Et ante trecentos amplius annos Nicolaus Lyranus, in quaeſtione *De probatione adventus Chriſti*, &, qui illo paulo recentior eſt, doctor ille reſolutus, Joannes Baconthorpius carmelita (*de Bachone* appellat Tritemius, uti & alii fere exteri, & libri ejus impreſſi *Baconem* & *Bachonem*; ſed *Baconthorpe* nomen ei erat a cognomine villae in agro Norfolcienſi, unde oriundus eſt, ut monet Balaeus) in Sentent. III. diſt. 23. quaeſt. 1. art. 1. *Praeter Scripturas canonicas* (inquiunt; nam eiſdem fere utitur uterque verbis) *ſunt aliae Scripturae a Judaeis receptae tanquam autenticae, ſcilicet* Thalmud; *quia ſecundum ipſos Scriptura iſta non differt a Scripturis canonicis, niſi ſicut lex data verbo a lege data in ſcripto, quia iſta fuit Moyſi revelata a Deo, ſicut illa quae ſunt ſcripta in libris legis. Sed tamen Moyſes non ſcripſit ea quae continentur in Thalmud. Et hoc potuit eſſe duplici de cauſa; utpote quia non erat neceſſarium ut populus ſciret talia, ſicut erat neceſſarium, de legis praeceptis, vel quia talia magis erant in ſecreto habenda. Moyſes tamen ea tradidit Joſuae & aliis poſterioribus eodem modo* (de qua re videſis inprimis Miſnam, tit. *Pirke Aboth*, ſeu *de capitulis patrum*, cap. I. & Maimonidem in praefatione ad *Jad Chazeka*, praeter Gemaram Babyloniam ad tit. *Erubin* cap. V. fol. 54. a.) *& ſic conſequenter, quouſque ſcripta ſunt talia per autores poſteriores, ne caderent in oblivionem. Similiter dicta doctorum Hebraicorum, qui gloſſaverunt Vetus Teſtamentum, ſunt autentica apud*

eos

eos multo magis, quam apud nos dicta Hieronymi, Augustini, & aliorum catholicorum. Et rationem addunt ex Deuteronomii XVIII. 11. *Non declinabis a verbis eorum ad dextram sive ad sinistram.* Quod de consistorii seu consessus magni judicibus eorumque placitis dictum volunt, ut in libris de eodem Consessu ostendimus. Nam receptae sententiae ejusce, utpote tribunalis supremi, autoritate potissimum subnitebantur. De Talmudicae item doctrinae in Ebraeorum explicationibus scriptor doctus, qui ante annos ducentos Capistrum Judaeorum contexuit: *Autoritas,* inquit, *Talmudica in hujusmodi determinationibus apud Judaeos est in eodem gradu, sicut autoritas universalis ecclesiae apud nos.* Sic ille cap. III. Sed tralatitium est, fateor, in doctrinam Talmudicam portentosas, quarum quidem satis est foecunda, fabulas objicere, vana etiam atque impia effata; adeoque existimationem ejus inde minuere; ut Marquardus de Susannis part. III. cap. I. §. 48, & 49. Hieronymus de Sancta Fide, lib. II. Petrus Abbas Cluniacensis in tractatu adversus Judaeorum duritiem, Guilielmus Totanus in Fortalitii Fidei, libro III. (seu Bartholomaeus de Spina, qui aliis ejusdem est autor) Agobardus Lugdunensis episcopus in literis ad Ludovicum I. imperatorem de Judaicis superstitionibus, ejusmodi alii, faciunt. Et Innocentius IV. in Bulla, qua eiusdem exemplaria Galliis comburi voluit, inesse ait *blasphemias in Deum & Christum ejus ac beatam Virginem manifestas, inextricabiles abusiones, erroneas, ac stultitias inauditas:* quod verum quidem est. Sed vero dum de dominio ejusque transmissione, aut de rebus quibuscunque civilibus in judicium deduci solitis, disquirimus, non magis obstant ejusce, in eis decernendis, autoritati portentosae illae aut inextricabiles fabulae (sub quibus tamen, uti apud Graecos veteres & AEgyptios, mysteria pro theologorum gentis indole & persuasione latuisse dubitari nequit) aut effata impia, quam miraculorum ita dictorum, spectrorum, ac revelationum in historicis aliquot, aevi praesertim medii, ecclesiasticis illa seges, quae simul omnis nullibi, puto, satis fidei reperit; aut intersertae passim sceleftarum haeresium farragines obstant, quo minus inter legendum, plurima quae politiam Christianam aperiunt, bono cum fructu ac utiliter excerpantur. Nec tamen sine delectu admittendae sunt passim in rebus civilibus magistrorum sententiae, utcunque ab eis receptae. Scimus in cultu divino, in juramentis, honore parentibus exhibendo, aliis, humanas traditiones aliquot Numinis jussis eos antetulisse. De quibus monet Christus apud D. Matthaeum XV. 3. XXIII. 15. & D. Marcum VII. 8, 9, &c. ϰ̀ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε, *& multa alia,* inquit, *similia facitis.* Sed haec de sancitis aut sententiis, quae aut divinis plane jussis adversae, aut earum observationi impedimento essent, dictum est. Leges adulteras & contrarias legi divinae hujusmodi sancita & sententias nuncupat Irenaeus adversus haereses lib. III. cap. XXV. Aliter sane eorum qui praeerant jussa etiam ac sententiae satis habebant autoritatis, ipso humani generis Magistro de ea re monente dicto capite, D. Matthaei XXIII. 3. Et certe cordatiores Christianorum, qui ecclesiae Romanae renuntiarunt, idque ob compluria in ea sancita ac sententias repertas, quae sibi visa sunt divinis contraria, sine prudenti priscarum ejusce ecclesiae historiarum, annalium, patrum, conciliorum, canonum, sententiarum receptarum, usus forensis, id genus aliorum delectu, suam formari noluere. Et qui morose haec & delectum hujusmodi respuunt, sui duntaxat ingenii vi Sacras Literas temere explicantes, ridiculis atque impiis pacem Christianam novationibus perturbare solere passim videmus. Cum autem *Talmudis* utriusque, ac si diceres *utriusque doctrinalis,* binae sint partes, משניות *Misnaioth, Misnae* sive δευτερώσεις aut *leges repetitae,* & גמרות *Gemaro'h* seu *Gemarae,* quarum illae primo conscriptae, hae (GEMARA *complementum* denotat) postea adjectae sunt; conscripsit illas rabbi Jehuda, quem *Hakadosh* seu *sanctum,* seu, ut interpretatur David de Pomis in MedicoEbraeo, pag. 20. *Divum,* & *Hannasi,* id est, *principem,* appellant. Neque enim ante eum leges, traditiones & interpretamenta ore tradita in scriptis omnino publicabantur, seu *populariter* scripta, quemadmodum ait Cicero V. de finib. de libris peripateticis ἐξωτερικοῖς, sed a magistris ad discipulos ore & dictatis transmissa, in scriniis commentariisque privatis servabantur & adversariis. Quemadmodum, si fides Themistio, ante Anaximandrum Praxiadis filium; si Clementi Alexandrino, ante Alcmaeonem Perithi F. nemo de natura scriptum quidquam in publicum emisit. A philosophis, qui praecedebant, ore traditam auribusque tantum exceptam fuisse naturalem disciplinam vult ille in Oratione XV. hic in Stromateon I. Mahumedani autem, ut suum saepissime Alcoranum الفرقان *Alphurcan,* id est, *distinctionum volumen,* seu, ut Retinensis versio non raro habet, *discretivum boni & mali librum,* appellant, ita interdum etiam has ipsas Ebraeorum a Mosis seculo repetitas sine scripto traditiones, atque in codices Talmudicos simul tandem conjectas, eodem signant vocabulo. Inducitur a Mahumede pseudopropheta, in Azoara secunda Alcorani, sanctissimum Numen ad hunc modum Ebraeis verba faciens:

واذ اتينا موسي الكتاب والفرقان لعلكم تهتدون, *Etiam & tradidimus Mosi librum & Alphurcan,* seu *volumen distinctionum, ut forte vos rectam vitae rationem prehenderetis.* Ubi praestantissimus Alcorani interpres Mahumedes Ben Achmet واذ اتينا موسي الكتاب التورية والفرقان عطف تفسيرا اي الفارق بين الكذب والباطل والحلال والحرام لعلكم تهتدون به من الضلال, *Etiam tradidimus Mosi librum,* scilicet legem seu pentateuchum, *& Alfurcan, quod denotat Exegesin, id est, distinctionem inter verum & falsum, licitum atque illicitum, ut forte vos rectam vitae rationem inde edocti prehenderetis, ab errore abstinentes.* Manifestum videtur

Ebraeorum

Ebraeorum traditiones innui. Nimirum tam תורה שבעל פה, *legem oralem*, ſeu *ore antiquitus per ſucceſſiones traditam*, quam תורה שבעל כתב, *legem ſcriptis mandatam*. In Alcorani item Azoara XXI. (quae codicis Retinenſis eſt XXXI) legitur ولقد اتينا موسي وهرون الفرقان, *Etiam quondam dedimus Moſi & Aharoni Alfurcan*, ubi egregius ille paraphraſtes Mahumed Achmetides اي التورية الفارقة بين الحق والباطل والحلال والحرام, *Id*, inquit, *denotat legem diſtinguentem verum a falſo, atque licitum ab illicito*; quod ſane etiam ipſum ſignificare jure poteſt pentateuchum. Sed multoties in Alcorano pentateuchum per الكتاب *codicem, librum, ſcripturam*, adjecto plerunque Moſis nomine, utpote cui traditum eſt, deſignatur. Adeo ut الفرقان *Alphurcan* Ebraeorum, ſeu Moſis, Mahumedanis ipſam legem oralem, ſeu doctrinam Talmudicam a Moſe derivatam, denotare, habeam ſane perſuaſum. Oralem illam legem voluere aliqui intelligi per τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, *eloquia Dei*, apud apoſtolum in epiſtola ad Romanos, cap. III. 2. ut ex Origenis explicatione ibi non ſemel colligit Joannes Picus, Mirandulae Comes, in Apologia, qui D. Hilarii etiam locum in commentariis ad Pſalmum ſecundum illuc ſpectare obſervat. Floruit autem ille R. Jehuda *Hakadoſh* ſub utroque Antonino imperatore, & ne, palantibus tunc Judaeis, ſuorum rituum morumque utcunque tenaciſſimis, majorum traditiones exciderent, aut per ſcholarum ſeu collegiorum promovendae diſciplinae deſtinatorum, quae antea numeroſiſſima fuerant, inopiam, nullibi comparerent, opus illud confecit. Nam ante excidium ſub Veſpaſiano habebantur in academia Hieroſolymitana ſcholae ſeu collegia amplius quadringenta, quorum ſingulis inerant ſcholae item binae; altera, qua lex ſcripta praelegebatur, ſeu בית ספר, id eſt, *bibliotheca*; eo nomine apud Ezram cap. VI. ſed Chaldaice, memoratur Darii regis bibliotheca: altera, qua *Miſnaioth*, ſeu traditiones atque exegeſes veterum, ſententiae receptae, deciſiones forenſes, id genus caetera, docebantur. Haec autem בית תלמוד, ſeu *domus doctrinae*, nuncupabatur. Rabbi Phinees in Gemara Hieroſolymitana ad tit. *Megilla*, ſeu de ſolenni lectione libri Eſther, cap. III. fol. 73. col. 4. ארבע מאות שמונים בתי כניסיות היו בירושלם וכל אחת ואחת היה לה בית ספר ובית תלמוד בית ספר למקרא ובית תלמוד למשנה וכולהם עלה אספסיינוס, *Collegia ſeu ſynagogae Hieroſolymis erant* CCCCLXXX. *In harum qualibet habebatur bibliotheca, & domus doctrinae; bibliotheca, qua Scripturae praelegerentur; domus doctrinae, qua doceretur Miſna. Haſce autem univerſas ſuſtulit Veſpaſianus.* Eadem ipſa leguntur in Gemara Hieroſolymit. ad tit. *Cethuboth*, ſeu de pactis dotalibus, cap. XIII. fol. 35. col. 3. Excepto quod pro שמונים, id eſt, LXXX, legitur hic ששים, quod LX ſonat. Videſis item de hiſce Gemaram Babyloniam ad tit. *Gittin*, ſeu de libellis repudii, cap. VI. fol. 58. a. De Rabbi Jehuda, quem diximus, Rabbi Gedalia Ben Jechaia in libro *Shalſheleth*, fol. 32. b. הוא חבר המשניות שנה ג' אלפים תתקמט לבריאה וקכ' לחרבן, *Iſte compoſuit Miſnaioth anno* MMMDCCCCXLIX *a Creatione, &* CXX *ab Excidio.* Ita idem fol. 69. b. ſcilicet, juxta eorum in calculo rationes, ſub anno Chriſti vulgari CXC. imperante Commodo, & pontifice Romano Eleutherio. Coaevi ita erant Tatianus, Athenagoras, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Patres. De eo videſis R. Salomonem Jarchium ad Gemaram Babyloniam, tit. *Baba Metzia*, fol. 33. b. & R. Abraham Zaccuthium, in *Juchaſin*, pag. 45. a, & 60. b. Charum fuiſſe Rabbi Jehudam ſanctum aiunt Antonino Pio. Et utcunque tempori, quod Commodo convenit, tribuatur, ut ſupra, ſcriptio ſeu publicatio τῶν Miſnaioth; ſunt tamen qui etiam ipſi Antonino, proſelyto utpote facto (nam ita etiam volunt aliqui, & videſis de hac re Gemaram Hieroſolymitanam ad tit. *Megilla*, cap. III. fol. 74. col. 1. Halach. 2. ad tit. *Sanhedrin*, cap. penult. fol. 29. col. 3. Halach. 6. ubi אנטולינוס exaratur) ſcriptionem ſeu compoſitionem earundem tribuunt; non aliter, puto, ac Triboniani ſcripta Juſtiniani a juriſconſultis Romanis nuncupantur. Nam quid aliud denotat illud in *Tzemach David*, part. 2. pag. 27. b? הקיסר אנטונינוס חבר ספר דינים אשר עוד היום הזה דנו על פיו כאלו נתנו מסיני, *Antoninus Caeſar compoſuit librum Judiciorum, juxta cujus praeſcriptum uſque ad diem hodiernum judicia exercent, utpote quae tradita ſunt e Sinai.* Aut hoc de Miſnaioth dictum, aut plane nihili eſt. Neque quid de Miſnaioth, aut earum parte & maxima & celebriori, ſolennius dictum occurrit, quam ipſas fuiſſe הלכות למשה מסיני, *traditiones Moſi e Sinai.* Et apud Judaeos hodieque judicia, ubi illis permittuntur libera, ad normam τῶν Miſnaioth Gemaris explicatarum exercentur. Gemaras vero in ſequentibus proxime ſeculis adjecere, in Palaeſtina, caput Synagogae Rabbi Jochanan, in Babylonia Rabbi Aſhi, in cujus Gemara pleraeque fabulae illae portentoſae. Studiorum ei conſors erat Rab Ina; unde & tam ille quam Rabbi Aſhi tribuitur interdum, quod τοῦ Rabbi Aſhi ſoli plerunque agnoſcitur. Illinc eſt quod corrupte apud Hieronymum de Sancta Fide, *Rabbina* & *Rabbaſſe*, pro *Rab Ina* & *Rab Aſhi*, velut primarii autores Talmudici non ſemel leguntur. De illis videſis praefationem R. Moſis Maimonidis ad *Miſna Tora*. Illic etiam de utriuſque Talmudis compoſitione fuſius agitur, uti & in praefatione R. Moſis Mikotzi ad librum magnum praeceptorum; ut alios qui de ea ſcripſere hic mittam. Gemara autem τοῦ Rabbi Aſhi cum R. Jehudae Miſnaioth, Talmud Babylonium (quod maxime in uſu eſt) & Gemara τοῦ Rabbi Jochanan, cum eiſdem, Hieroſolymitanum Talmud conficit. In ipſis Miſnaioth & in Gemara Hieroſolymitana fabulae, quas diximus, vix omnino ſeu rariſſime habentur. Ipſa autem *Gemara* tum ſolum interdum *Talmud* nuncupatur, tum alterum etiam eo nomine eſt, ut Miſna alterum, membrum bipartitae traditionum veterum diſtributionis. Bulla autem Julii III. pontificis Romani anno MDLIV publicata, *certum Ebraicorum volumen* Gemaroth Talmud *nuncupatum, nonnulla*

la indigna & legem divinam orthodoxamque fidem offendentia continens, igni damnatur. Habetur in Bullario Laertii Cherubini, tom. 1. pag. 716. Quod de Gemaris Misnae adjectis intelligo. Nam & sub id tempus, ait Rabbi David in *Tzemach,* part. 1. pag. 22. (citante v. cl. Willielmo Schikarto, in prooemio ad *Tarich* Regum Persiae ; neque prior pars *Tzemach* hactenus mihi visa est) נשרפו כל הגמרות הנמצאים בארץ איטליאה *Combustae sunt omnes Gemarae, quotquot repertae in regionibus Italiae.* De lectione autem & possessione librorum Talmudicorum interdicta plura occurrunt in supra citata Innocentii quarti Bulla, dicto tomo pag. 62. in Clementis VIII. 20. tom. 3. pag. 25. in Gregorii, XIII. 70. tom. 2. pag. 452. in literis apostolicis pro officio inquisitionis, pag. 139. & in Commentariis Francisci Pegnae ad Directorium inquisitorum Nic. Eimerici part. II. cap. IV. pag. 94. Joannis Sleidani Commentatio II. Petro Galatino, ac in Willielmi Schikarti *Becinath Happerushim.* Sed de hisce, Deo volente, accuratius alibi. Ideo autem Ebraica fideliter, & locos unde desumpta sunt, praeter versiones, adjicere visum est, ut facilius de re qualibet judicet lector eruditus, ubicunque nobis secure credere nolit. Foliorum Gemarae Babyloniae numerus ad antiquiorem Talmudis Babylonii editionem Venetam designatur ; Hierosolymitani etiam ad Venetam, quae nec a Cracoviana in eorum serie discrepat. De caeterorum editione monere operae pretium non est.



DE SUCCESSIONIBUS IN BONA DEFUNCTI, AD Leges Ebraeorum.

Caput. I.

Successionum apud veteres Ebraeos distributio. De liberorum, & qui recta descendunt, successione in bona paterna.

SUCCESSIO apud Ebraeos erat aut in defuncti bona, veluti fundos, utensilia, supellectilem, nomina; aut in dignitates, ut in regiam, pontificiam. Ejus quae in bona erat universa quidem materies cernitur in differentia quintuplici; in successione liberorum, seu recta descendentium; patris, unde omnis successio a latere pendet; fratris, qui fratriam viduam ex lege duxerit; mariti, seu unde vir; ac fisci. Neque ulla omnino est in bona successionis species, de qua ex hisce rite cognitis non facile est dijudicare. Liberi, ut sui necessarii, ac domestici haeredes (quorum prima causa est in successione) aut patri succedunt, aut matri. Succedunt patri filii, & filiae, atque ex hisce nepotes posterique; ita tamen ut filiabus filii nunquam non praeponantur: hisce nimirum non exstantibus, neque aliter, illae haereditatem adeunt. Nepotes vero, & neptes, eorumque posteri, defunctis liberis, induta parentum persona, ac pro eorum sexus dignitate, avo succedunt, sive in capita sive in stirpes, ut varietas speciei exegerit, habita praerogativae filii primogeniti atque familiae erciscundae ratione; de qua statim. Nam regula est universalis, כל הקודם בנחלה יוצאי יריכו קודמין, *Ubi quis ipse est in successione haereditaria praeferendus, etiam universa proles, quae e femore ejus egreditur, est praeferenda.* Discimus haec ex Misna, tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. ubi ad hunc modum de liberorum successionibus legitur, סדר נחלות כך הוא איש כיימות ובן אין לו והעברתם את נחלתו לבתו בן קודם לבת וכל יוצאי יריכו של בן קודמין לבת בת קודמת לאחין וכל יוצאי ירכה של בת קודמין לאחין וגו וזה הכלל כל הקודם בנחלה יוצאי יריכו קודמין, *Ordo*, seu *Series*, *haereditariae successionis hujusmodi est. Si quis moriatur, filio non superstite, transferetis haereditatem ejus ad filiam ejus. Filius anteponendus filiae, & universa proles e femore ejus egressa filiae est anteponenda. Filia est anteponenda fratribus, & universa proles e femore ejus egressa fratribus est anteponenda*, &c. *Et regula est universalis: Ubi quis in successione est praeferendus ipse, etiam universa proles e femore ejus egressa* (nam hoc locutionis genere pro posteris hujusmodi utuntur) *est itidem praeferenda.* Et receptum est apud Ebraeos illud, בני בנים הרי הם כבנים *Filiorum Filii velut ipsi habentur filii.* Lex sacra, qua subnituntur receptae magistrorum hae sententiae de successione descendentium, habetur, Num. XXVII. 8. *Si quis mortuus fuerit, & filium non habuerit, transferetis haereditatem ejus ad filiam ejus.* Neque a liberorum ratione diversam hic habent eam, quae est nepotum neptumve, qui liberorum defunctorum sive parentum suorum locos occupant, adeoque jure successionis vicariae, seu, quod vocamus, repraesentationis, succedunt. Quod vero filios filiabus semper praeferunt magistri, atque has, sive illis ipsis sive posteris eorum superstitibus, plane excludunt; evenit ex interpretatione verborum quae jam citavimus; ac si dictum fuisset, filias ad successionem nunquam evocandas, ubi filius superstes esset: cum interim etiam autument ipsi ex dissimili eorundem verborum interpretatione, quae placuit aliarum gentium jurisprudentibus, liberos utriusque sexus haereditates pariter cepisse, neque filios filiabus antepositos. Gemara Hierosolymitana ad tit. *Baba Bathra*, fol. 16. col. 1. חכמי גוים אומרים בן ובת שוין כאחת דאינון דרשי ובן אין לו הא אם יש לו שניהן שוין התיבון והכתיב ואם אין לו בת הא אם יש לו שניהן שוין *Jurisprudentes Gentium statuunt filium & filiam in pari successionis gradu, quod inde ortum est, quia interpretantur verba illa,* ET FILIUM NON HABUERIT,

BUERIT, *ac si adjiceretur*, at si habuerit, utrique pares sint. *Similiter intelligunt illud quod scriptum est*, ET SI FILIA EI NON FUERIT; *quod si fuerit*, utrique sint pares. Certe apud veteres Romanos sui haeredes utriusque sexus pariter, ex ipso XII. tabularum jure, succedebant; uti liquet ex l. 14. C. tit. de legitimis haeredibus, Caii Institut. tit. XVI. Instit. de haeredit. ab intestato §. 1, D. tit. *Si tabulae testamenti nullae exstabunt*, alibi passim. Quo factum est, ut ad Romanorum leges, quibus liberi utriusque sexus naturales (modo legitimi etiam essent) cum adoptivis aequiparabantur, non ad Ebraeorum, quibus etsi adoptionis genus quoddam in usu (ut infra monemus) sexus tamen sequior posthabitus in successionibus erat, nec, filiis eorumve posteris exstantibus, ad haereditatem omnino admissus, apposite disputans D. Paulus ad Romanos cap. VIII. 17. tam de adoptivis quam naturalibus locutus, Εἰ δὲ, inquit, τέκνα, καὶ κληρονόμοι, *Si liberi, etiam & haeredes.* Quod tamen vertitur etiam, *si autem filii, & haeredes*, ut in Vulgata. Sed ita foeminae argumento non satis comprehendi videntur, quas ibi exclusas nemo sanus dixerit. Atque ut בנים Ebraeis tam filios quam utriusque sexus prolem denotat, ita & Graecis τέκνα, atque etiam Hellenistis υἱοὶ, pro בנים substitutum, tam liberos quam filios non raro significat; quemadmodum item filii appellatio, jure Caesareo, filias saepius continet, ut videre est ll. 84. 116. & 122. D. tit. de verborum significatione, Videsis etiam D. Paul. ad Galatas, cap. IV. 7. atque inferius, cap. XIV. Neque vero ex Romana jurisprudentia tantum, sed etiam ex Mahumedana (quae ita in oriente & austro latissime a multis seculis obtinuit, ut Romana olim tum in oriente tum in occidente) liberi utriusque sexus simul succedunt. Nam hac item, partes in successione filia unica simul cum filio aequales, plures cum filio inaequales faciunt; uti videre est in Alcorano, Suratha seu cap. IV. cui titulus *Elnasha* sive *de mulieribus*. Verba sunt, يوصيكم الله في اولادكم للذكر مثل حظ الانثيين فان كن نسا فوق اثنتين فلهن ثلثا ما ترك وان كانت واحدة فلها النصف, *Deus ita praecepit vobis de liberis vestris. Masculi pars sit quanta faeminarum binarum. Quod si filiarum numerus binas excesserit, etiam & eis singulis sit tertia, quicquid reliquerit defunctus. Quod si unica fuerit, dimidium ipsa sortiatur.* Scilicet filiabus, ubi cum prole mascula plures essent, ita tribuenda est ex hoc jure haereditas, ut filiis singulis inter filias sors duplex cederet; adeo ut cujuslibet filiae sors vocitaretur pars tertia, & sors cujuslibet filii tertiae duae; denominato numero non ex assis divisione, ut palam est, sed ex ea ratione, quam invicem habent filii filiaeque in hujusmodi distributione singulae. Ubi autem filius & filia esset unica, tam huic quam illi assis dimidium hinc debetur. Ita intelligendus est locus ille Alcorani, qui, ut non pauci alii, non tam secundum verborum significationem, quam sensum legitur in versione Latina, quae saepius etiam est depravatissima. *Deo jubente* (sic ibi Azoara VIII. quae simul cum IX, X, & XI. quarto, in codice Arabico, respondent) *quantum duae filiae unus habeat filius. Et si plures quam duae fuerint, ille duas tertias; si una sola, mediam.* Nempe idem innuit hic, filium habere duas tertias, ac filiam quamlibet tertiam unicam, modo quo dictum est. Unde Mahumedes Ben Achmed, in exegesi perpetua ad Alcoranum, rem totam sic explicat, وله نصف المال ولها النصف وان كان معه واحدة فلها الثلث وله الثلثان وان انفرد حاز المال, *Sexui masculo pars altera, altera vero faemineo tribuitur, ubi unica fuerit cum masculo filia; sed filiae pars tertia, & filio tertiae duae, si ab aequalitate in haereditatis distributione recedatur.* Consonum etiam hisce est, quod de successione a latere sub finem ejusdem Surathae habetur, فان كانتا اثنتين فلهما الثلث مما ترك وان كانوا اخوة رجالا ونسا فللذكر مثل حظ الانثيين, *Et si fuerint* (cum fratre demortui) *sorores binae, hisce* (singulis) *tertia debetur. Si demum reliquerit quis fratres simul & sorores, masculi pars sit quanta faeminarum duarum.* In Italica autem prioris loci versione legitur, *Et se sara piu che due, habbino due terze.* Quasi duae tantum tertiae ad filias binis plures ex lege attineret. Sed proculdubio in eo quod est, *si plures quam duae fuerint, ille duas tertias*, in versione Latina, aut perperam legebat Italus, aut substituendum temere putabat, *illae duas tertias*; quod non solum ipsi rei adversatur, sed etiam fidei tum codicum impressorum, tum exemplaris, quod habeo, manuscripti, neque ipsa versione recentioris; ubi etiam *ille* plane legitur. Et mirum est ab Andrea Arrivabenio obtendi versionem Italam ex Arabico esse desumptam, cum manifestissima occurrant in ea passim argumenta, non modo Roberti Retinensis Angli Latinam impostorem fuisse secutum, verum etiam & ipsos sive librariorum sive typographi in Latina errores, utpote ex Arabici codicis ope minime deprehensos, retinuisse. De Latina, & Italica vide etiam, si placet, Josephum Scaligerum Epistola CCCLXI, & CCCLXII. Sed hoc obiter. Non solum autem apud Ebraeos, verum etiam apud alios seculorum vetustiorum populos, mares in successionibus potiores sunt habiti, quod & animadvertit Joannes Corasius in Senatusconsultorum curiae Tolosanae, cap. LIX. De recentioribus seculis res est passim obvia.

CAP. II.

De liberorum in bona materna ſucceſſione, & jure dotali.

MAtri nuptiis ſolutae ſimili modo ſuccedunt etiam liberi; ſed nuptae, non ſine temperamentis aliquot, maxime tribus, e quibus pendent caetera. Ea ſunt, aut ſucceſſio maritalis, de qua infra ſuo loco; aut ubi mater filio ſine prole mortuo ſuperſtes eſt; aut de liberorum ſexu. Extra haec, ut patri, ita matri poſt mortem patris, filii, nepotes, filiae, neptes linea recta ſuccedunt. Ubi autem filio ſine prole defuncto ſuperſtes erat mater, non ita ei mortuae ſine liberis ſucceſſit Filius בקבר, aut *in ſepulchro*, uti aiunt, ut transferretur per demortuum ejuſce nomen, ceu jure aliquo ſucceſſionis vicariae aut repraeſentationis, haereditas materna ad adgnatos jus, ſeu paterno ſanguine conjunctos, veluti fratres, ſorores, patruos ſeu amitas: ſed ad matris adgnatos, ſeu paterno ei conjunctos ſanguine, revertebatur. Nam adgnati, ſeu paterno ſanguine conjuncti, ſolummodo a latere ſuccedunt: nemo omnino cognationis maternae nomine; quae nec pro cognatione civili habebatur, ut fuſius mox docetur. Atque hoc eſt quod vult Gemara Babylonia ad tit. *Baba Bathra*, fol. 114. b. אין הבן יורש את אמו בקבר לנוחל לאחין מן האב, *Filius non ſuccedit matri ſuae in ſepulchro, ut ita transferatur haereditas ad patruos ejus.* Unde Moſes Maimonides, Halach. *Nechaloth.* ſeu *de haereditatibus*, cap. I. זרע בנה הוא שירשנה אם היה לו זרע ואם אין לו זרע תחזור ירושתה למשפחת בית אביה אבל אם מתה האם תחלה ואחר כך מת הבן אפילו היה קטן בן יומו ולא כלו לו חדשיו הואיל וחיה אחר אמו שעה אחת ומת הרי זה נוחל את אמו ומנחיל הנחלה ליורשיו ממשפחת אביו, *Semen ſeu poſteri filii ejus* (matris) *ſunt ei haeredes, ſi modo poſteros habuerit; ſin vero, redit haereditas ejus ad cognatos familiae ejus paternae. At vero, ſi primo mortua fuerit mater, & poſtmodum filius, tametſi fuerit minor, quantulocunque tempore ſuperſtes, aut minime in utero compleverit menſes ſuos, quandoquidem momento aliquo matri ſuperſtes fuerit, ei ſuccedit, & transfert haereditatem ejus ad eos, qui ex cognatione paterna ei haeredes ſunt.* Quod ad liberorum ſexum attinet, duntaxat maſculi (ſed poſt maritum, qui in ſucceſſione hac ſemper praeferendus, ut infra cap. XVII. oſtenditur) ſuccedebant. Caeterum & de bonis hic diſtinguendum eſt. Alia in hac ſucceſſione erat dotis (quae virgini CC. zuzorum, ſeu ſiclorum L. praeſtitui ſolebat; viduae aut vitiatae zuzorum C. ſeu ſiclorum XXV.) alia reliquorum bonorum uxoris ſeu matris, quae omnia nomine נדוניא veniebant: etenim haec ad liberos quoſcunque uxoris maſculos poſt mariti mortem tranſmittebantur; illa ad maſculos duntaxat ex marito, qui dotabat ſuſceptos, modo mox indicato. Ita Gemara Babylonia ad tit. *Cethuboth*, ſeu *de pactis dotalibus*, fol. 52. & Moſes Maimonides Halach. *Iſhoth*, ſeu *de re uxoria*, cap. XIX. Quin Moſes quem diximus, Halacha eadem, cap. XII. ſex eſſe res ait, quae praeter עיקר כתובה *dotem principalem* marito incumbunt, ac תנאי כתובה, id eſt, *conditiones*, aut *appendices, dotis*, appellantur, ſeu *jura dotalia.* Ea ita enumerat, לרפאתה אם חלתה ולפדותה אם נשבית לקוברה אם מתה ולהיות נזונת מן נכסיו יושבת בביתו אחר מותו כל זמן אלמנותה ולהיות בנותיה ממנו ניזונות מנכסיו אחר ימותו עו שתתארסנה ילחיות בניה הזכרים ממנו יודשין כתובתה יותר על חלקם בירושה שעם אחיהם: *Ut medicorum cura uxori a marito praeſtetur, ſi aegrotaverit; ut ab eo redimatur, ſi captiva fuerit; ut ſepeliatur ab eo, ſi fuerit mortua; ut alatur ex illius ſubſtantia, & in aedibus ejus degat poſt mortem ejus, quamdiu vidua fuerit; ut filiae ab eo ſuſceptae ex illius ſubſtantia alantur, quamdiu fuerint innuptae; ut demum liberi ejus maſculi ex eo ſuſcepti ſuccedant in dotem, praeter partes, quas cum fratribus inſuper capiunt in haereditate paterna.* Hinc diſtinctio ſatis obvia de ſucceſſione haereditaria; aliam eſſe ירושה של תורה, ſeu *haereditariam ex lege ſucceſſionem*, aliam כתנאי הכתובה, ſeu *ex conditione dotali*, quam cum caeteris מדברי סופרים, ſive *ſancitis ſcribarum*, ſacrae legi ſuperinductis, id eſt, illuſtriorum juriſprudentum conſeſſus magni decretis, volunt manaſſe. Expreſſe dotale hoc conſeſſui illi tribuitur a Maimonide, dicto tit. cap. XVI. Atque ad decreta eorum attinet illud Servatoris apud D. Matthaeum XXIII. 2. *Super cathedram Moſis ſederunt ſcribae & phariſaei. Omnia ergo, quaecunque dixerint vobis* τηρεῖν, τηρεῖτε κὴ ποιεῖτε, *ut ſervetis, ſervate ac facite.* De ea re videſis, ante alios, Abulenſem ad D. Matth. cap. XV. quaeſt. 12. & ad XXIII. quaeſt. 27. Sed de eorum autoritate in hujuſmodi aliiſve decretis ſanciendis ampliſſima, nos, accuratione non exigua, in libris de Conſeſſu illo inſcriptis. Etiam in materna bona, ubi binae uxores eſſent, ſucceſſionis exemplum affert idem Maimonides dictae Halachae cap. XIX. Habet in bonis uxor M. ſiclos, parit filium, & moritur. Ducitur a viro ſuperſtite alia, cujus bona ducenti ſunt. Ea item mortua, moritur maritus, cujus bona bis mille ſicli. Ex prima ſuſceptus filius capit mille, ex ſecunda ducentos, pro ratione bonorum maternorum; והשאר יורשין אותו בשוה, *& in id quod reliquum eſt aequaliter ſuccedunt*, adeo ut filio primae cedant MCCCC. ſicli ſecundae DC. praetermiſſa in exemplo primogeniturae in bonis paternis ratione, quae ſi admittatur, alia ejuſce quod reliquum erat diſtributio facienda, uti mox oſtenditur. Atque hoc in ſucceſſionibus obtinuit, ubi דינר אחד או יתר, *unicus denarius*, ſeu *zuzus minimum unicus, praeter bona materna ſupererat.* At vero ſi ſupererat omnino nihil, tunc in partes aequales uterque filius, ſeu quemadmodum exigebat lex ſacra, ſuccedebat, ut idem eodem capite. Ubi etiam momentum mortis patris ſpectandum tantummodo eſſe docetur; adeo ut, quae poſtmodum accreverint patrimonio bona alia, pro nihilo in hac ſpecie haberentur. Quin ſi aes alienum aequale eſſet bonis praeter bona materna reliquis, nihilominus in diſtributione haereditatis ratio ejus neutiquam habita. Caeterum, ubi mortua uxore altera, e qua filii ſuſcepti, alia ducta fuerit, quae, cum pepererat etiam filios, marito ſuperſtes, ſacramento viduae praeſtito dotem ſe nondum remiſiſſe, vendidiſſe,

nec

nec ſibi ante cepiſſe (ſine quo dos viduae minime exigenda erat, de qua re idem Moſes citata Halacha, cap. XVI.) moreretur, hujus, utpote viduae juratae, ac dotem jam ſive poſſidentis ſive vendicantis, filii ex lege ſuccedebant; illius cui maritus ſuperſtes fuerat filii, ex ea quam diximus conditione dotali: unde fiebat, ut primae filii maternam hanc haereditatem ſeu dotem primo caperent, & dein filii ſecundae etiam ſuae matris dotem, idque tametſi nihil omnino reliquum eſſet praeter ipſas dotes; quoniam ſcilicet utriuſque ſucceſſio ex conditione dotali non erat. At ſi quid reliquum eſſet, aequalis ejus fiebat diſtributio. Si quis uxores binas, quarum utrique filii, reliquerit, & ipſae viduae, ſacramento viduarum praeſtito, mortuae fuerint, utriuſque filii in dotes maternas ſeorſim ſuccedebant; ſed neuter ex conditione dotali, ſed ex lege: & primae filii ſecundae filiis antepoſiti. Nam bona mariti hypothecae jure ad praeſtandum uxoris ſuperſtitis dotem obligabantur. Sin vero neutra viduarum ſacramentum illud praeſtitiſſet, ſucceſſerunt filii utriſque in bona dotalia, qua paternorum bonorum ita pars facta fuiſſent. Si praeſtiterat altera, altera minime, hujus dos patrimonii pars fuiſſet facta; illius, dotis nomine, ad filios ſuos veniſſet, bonis non immiſta paternis, quae ad utriuſque filios pariter attinebant. Summa eſt; in matris, quae patre ſuperſtite demortua eſt, dotem filios ſeorſim perpetuo ſucceſſiſſe, ſi ea juramentum quod diximus praeſtitiſſet. Atque ſimilis ratio obtinebat, ſive plures, ſive unicam quis haberet uxorem. *Dos* autem id tantum denotat, quod expreſſo dotis nomine pactis & inſtrumentis dotalibus a marito, ut donatio propter nuptias, inſerebatur; ut excludantur alia quaecunque ſive profectitia ſive adventitia uxori bona; de quorum natura ac nominibus conſulas Maimonidem, Halach. *Iſhoth*, ſeu *de re uxoria*, cap. XVI.

CAP. III.

De liberis naturalibus e concubina, ancilla, extranea, genitis. De Mamzeribus, ac liberis ex inceſtu ſuſceptis. Et de Jepthe e patrimonio a fratribus ejecto.

CUM autem liberi ſint alii legitimi, naturales alii; tam hi quam illi in haereditatem veniebant, ſed non ſine diſtinctione. Nam naturalium, ſeu eorum qui ex legitimis nuptiis nati non ſunt, alii fuere ex concubinis, quae nec ancillae, nec extraneae ſeu gentiles, ſed in uxores rite duci potuiſſent; alii ex inceſtu, ſeu damnato, ערוה ſeu *turpitudinis* nomine, coitu geniti; alii ex ancillis, ſeu extraneis ſive gentilibus. Primi & ſecundi generis liberi haereditates adibant, non item tertii. Concubinae primi generis non aliae habebantur a juſtis uxoribus, excepto quod ſine nuptiarum ritu pactiſque dotalibus juſta uxor non fiebat, quae in concubinatu praetermiſſa. Unde, ad illud II. Samuelis V. 13. *David etiam duxit uxores & concubinas Hieroſolymis*, Gemara Babylonia, tit. *Sanhedrin*, ſeu *de tribunalibus & judiciorum formulis*, fol. 21. a. מאי נשים ומאי פלגשים אמר רב יהודה אמר רב נשים בכתובא ובקידושים פלגשים בלא כתובה ובלא קידושים, *Quid uxores? quid concubinae? ait Rab Jehuda; ait Rab, uxores fieri pactis dotalibus ac ritibus nuptiarum; concubinis neque hos neque illa adhibita.* Adde Gemaram Hieroſolymitanam, tit. *Cethuboth*, cap. V. fol. 29. hal. 3. col. 4. & commentarium adjectum primo capiti Halachae *Iſhoth*, ſeu *de re uxoria*, Moſis Maimonidis. Si tamen eam, quacum legitimum haberi conjugium non poterat ob natalium defectum, veluti ſervam, quis dotalibus cum pactis in concubinatum acceperat, ea & uxor improprie dicebatur & concubina. Sic magiſtri in exemplo Ceturae (quam eandem cum Hagare fuiſſe plerumque volunt) ab Abrahamo ductae, Geneſ. XXV. 1. Ibi R. Bechai fol. 35. col. 4. (ad illud, *Et filiis concubinarum dedit dona*, &c.) Ceturae filios inprimis a magiſtris ait intelligi; & נקראת פלגש לפי שהיא ממשפחת עבדים ונקראת אשה לפי שכתב לה כתובה וכן אמרו רבותינו ז"ל נשים בכתובה פלגשים בלא כתובה, *Vocatur*, inquit, *concubina, quoniam erat ex familia ſervili; vocatur autem uxor, quoniam non ſine inſtrumento dotali conjuncta eſt. Atque ſic magiſtri noſtri piae memoriae; uxores cum inſtrumento ſeu pacto dotali, concubinas ſine hoc fieri.* Quin vetuſtiſſimus autor libri *Zohar*, ad *Bereſith*, fol. 79. col. 316. in illud de Abrahae donatione, בני הפלגשים אלין הוו בני קטורה פלגש בקדמיתא ופלגש השתא, *Filii concubinarum ſunt hic filii Ceturae, quae concubina & antea & nunc erat.* Atque ita ſane expreſſim nuncupatur I. Paralip. I. 32. Videſis D. Auguſtinum ſuper Geneſ. ad literam, quaeſt. 90. & de civitate Dei lib. XVI. cap. XXXIV. Liberis autem concubinarum, cum quibus legitimum contrahi potuit matrimonium, ſucceſſionis jus agnoſcit David Kimchius ad II. Samuelis IX. 7. ubi Saulis ex Rizpa concubina filios cum Mephiboſhetho ejuſce ex Jonathane F. nepote in paterna bona ſuccedere debuiſſe vult, ſi perduellionis crimen non interveniſſet, de quo capite XXIII. אעפ״י שהם בני פילגש, *etiamſi fuerint concubinae filii.* Vide II. Sam. III. 7. & XXI. 8. de Rizpa. Et fuiſſe etiam, in ingenuis in concubinatum accipiendis, pactorum dotalium quorundam uſum agnoſcunt, ſed non ejuſmodi ut conditiones illae dotales, quae ad uxores ſpectabant, in eis locum haberent; unde & ſucceſſio in dotem, quae uxorum proles erat (ut capite oſtenditur ſuperiori) ad concubinarum liberos non attinebat. De qua re conſulas D. Kimchium ad II. Sam. V. 13. Caeteram autem haereditatem proli concubinarum hujuſmodi negatam a Rabbinis, qui juriſperitos agunt, non comperio, utcunque a doctiſſimis viris atque Ebraicarum literarum callentiſſimis, dum de concubinis non diſtinguunt, earum, qualeſcunque fuerint, liberos temere exhaeredatos video. Videſis Joannem Druſium ad loca difficiliora Geneſeos cap. LXIV. & Davidem de Pomis in Lexico, verbo פלגש, fol. 143. Joannem Pinedam de rebus Salomonis, lib. II. cap. III. Sed, ut id quod res eſt dicam, concubinae hujuſmodi ingenuae atque Iſraeliticae tantum

tantum non juſtae uxores erant, & ſane uxorum nomine interdum etiam in Sacris Literis deſignari volunt magiſtri. Inde ad illud de Davidis regis uxoribus & concubinis ſupra citatum, Gemara Babylonia, fol. 21. a. ad tit. *Sanhedrin*, למלויי שמנה עשר, *ut impleretur numerus octodenarius.* Scilicet mandatum Deuter. XVII. 17. de uxoribus regi non multiplicandis, de pluribus quam octodecim intelligunt, ut videre eſt in Miſna, tit. eod. cap. II. Quin apud Helleniſtas, Estheris II. 8. & 14. φύλαξ τῶν γυναικῶν, ſive *uxorum cuſtos*, tam id quod eſt שומר הפילגשים, ſive *cuſtos concubinarum*, quam שומר הנשים, ſeu *cuſtos uxorum*, interpretatur. De liberis ex inceſtu genitis (quod & de concubinis & de uxoribus ingenuis & Iſraeliticis, ſed quibuſcum ſive ob affinitatem ſive ob conſanguinitatem matrimonium contrahi non poterat, intelligo) ita Moſes Maimonides, ex veterum ſcitis, Halach. *Nechaloth*, cap. I. כל הקרובין בעבירה יורשין ככשרים כיצד כגון שהיה לו בן ממזר או אח ממזר הרי אלו כשאר בנים וכשאר אחים לנחלה, *Omnis qui proximior eſt, tametſi ex tranſgreſſione, ſuccedit ac ſi plane legitimus fuiſſet. Quomodo? Si cui ſit filius Mamzer, aut frater Mamzer, hi in haereditatem ſuccedunt non aliter ac alii filii, alii fratres.* Vide nunc Gratianum Cauſ. 35. quaeſt. 7. *Mamzer* in Deuteronomio ἐκ πόρνης, ſeu *de ſcorto*, natum interpretatur tum vulgata, tum Helleniſtica verſio. In Arabica R. Saadiae زنيمي *illegitime genitus*, in Erpeniana فرخ الزنا *pullus meretricis*, ac in Ms. verſione quam bibliothecae Arundellianae debemus ولد زنا *meretricis proles* vertitur. Et tralatio Graecobarbara in gratiam Judaeorum Graecienſium Conſtantinopoli, ante annos LXXX. impreſſa, pro eo quod legitur in Deuteronomii XXIII. 2. *Non ingrediatur Mamzer in coetum Domini*, habet, נמי ארטי בשטרדוש איש טי שינגויי טו קיריו, Ναμὴ ἔρῃ βάςαρδος εἰς τῇ συναγωγῇ τȣ͂ Κυρίȣ, *Non intret baſtardus in ſynagogam Domini.* In paraphraſi autem Onkeli, in Perſica Tawaſii, & Judaeorum Hiſpanienſium verſione retinetur ipſum *Mamzeris* nomen. Talmudici velut a מום זר, quod *maculam extraneam* ſonat, deduci volunt, & ממזיר *Mamzir* non raro ſcribunt; uti & in Pentateucho Samaritano exaratur, ſcilicet, ࠌࠌࠆࠉࠓ. A magiſtris autem ſtrictius plerumque ſumitur, & pro eo qui ex coitu naſcitur ſive כרית, id eſt, *exciſione*, ſive ultimo ſupplicio, ex ſententia forenſi, plectendo. Unde Salomon Jarchius ad illud Deuter. XXIII. 2. *Non ingrediatur Mamzer in coetum Domini* (quod de matrimonio cum Iſraelitide contrahendo, ac ſi dictum fuiſſet, לא ישא ישראלית, *Non ducat in uxorem Iſraelitidem*, exponnut) אין ממזר אלא מחייבי כריתות וחל וחומר מחייבי מיתת בית דין, שאין בעריות מיתת בית דין שאין בה כרת, *Mamzer*, inquit, *is duntaxat eſt, qui ex coitu exciſione plectendo naſcitur, aut* (*quod magis dicendum*) *ex eo qui ex ſententia forenſi ultimo plectendus ſupplicio. Nam inter coitus, qui nomine* ערוה (ἀσχημοσύνης ſeu turpitudinis) *ſignantius denotantur* (Levitico XVIII. & XXI.) *nullus eſt ex ſententia forenſi ultimo ſupplicio plectendus, ad quem ſimul exciſionis poena non attinet.* Et Miſna, tit. *Jabimoth*, cap. IV. איזהו ממזר כל שאר בשר שהוא בלא יבא דברי ר' אקיבא שמעון התימני אומר כל שחייבין עליו כרת בידי שמים והלכה כדבריו ר' יהושע אומר כל שחייבין עליו מיתת בית דין, *Quiſnam eſt Mamzer? Omnis qui genitus ex conſanguineis, quorum vetitus coitus, juxta ſententiam Rabbi Aquibae. At Simeon Theminites ait, Omnis qui natus ex coitu, qui vindicta Numinis ex lege excidendus. Et ſententia ejus recepta eſt. Rabbi Joſhuah autem dixit, Omnis qui naſcitur ex coitu ex forenſi ſententia capitali ſupplicio plectendo.* Ubi R. Obadias Bartenorius coitum cum muliere menſtruis laborante excipit. Verba ejus ſunt; וכן הלכה שכל שאסורו אסור כרת הולד ממזר חוץ מן הנדה אבל מחייבי לאוין אין הולד ממזר, *Et ſic eſt recepta ſententia, omnem natum ex coitu ſub poena exciſionis vetito Mamzerem eſſe, excepto coitu cum foemina menſtrua patiente. At vero ex coitu generatim duntaxat vetito Mamzerem non naſci.* Adde Gemaram Hieroſolymitanam ad dict. tit. fol. 6. Halach. 15. & Babylon. fol. 46. Et vide inſuper R. Bechai, ad Deuteronom. fol. 225. col. 2. *Sepher Siphri*, fol. 50. col. 198. *Peſiktha Zotertha*, fol. 80. col. 2. uti etiam Davidem Kimchium ad Zachariam IX. 6. ac Munſterum ibidem, praeter eundem Kimchium & Philippum Aquinum in radice מזר, & Paulum Riccium in Mandatum negativum CXVII. Exciſio autem erat poena, non civilis aut a magiſtratu infligenda, ſed מן השמים *coelitus*, ſeu a Numine vindicta ſumpta. De ea videſis Sixtinum ab Amama in Antibarbaro, lib. III. pag. 955. Joannem Druſium ad difficiliora Geneſeos loca, cap. XXIV. praeter Joannem Cocceium ad Talmudicum titulum *Maccoth*, cap. III. Et nos de ea fuſius agimus alibi. Ex Ebraico *Mamzer* natum eſt in jure pontificio *Manzerum* & *Manſerum* nomen; quod pro ſcorti qualicunque prole ſumitur ab ejuſdem juris magiſtris, ad tit. *de renuntiatione*, cap. 10. *Niſi cum*, §. *Perſonæ vero.* Ubi *nothi, Manzeres, ſpurii, naturales* diſtinguuntur. Et rhythmis ſolent explicari;

Manzeribus ſcortum, ſed moecha nothis dedit ortum:
Ut ſeges a ſpica, ſic ſpurius eſt ab amica:
Dant naturales, quæ nobis ſunt ſpeciales.

Quin Gabriel Palaeottus cardinalis, libello de Spuriis, cap. XVI. de *Manzeris* vocabulo locutus, *Hodieque*, inquit, *in reſcriptis, privilegiis & curia Romana ſatis quidem eſt celebre.* Eundem videſis cap. LIV. ubi in prolis ex legitimis nuptiis non ſuſceptae ſucceſſionem etiam ex jure ſacro diſputatur. Recentioribus item Graecis hinc habetur Μανζὴρ eadem notione, ut Gregentio, aliis. Unde Venantio Fortunato lib. V. Epiſt. 5. Judaei nuncupantur *agmina Manzara*, & Sedulio lib. V. *Manſeres populi.* Adi nunc, ſi placet, I. Pinedam de rebus Salomonis, lib. I. cap. V. Certe nec ambigendum eſt, cognomen illud Joanni Damaſceno inditum ex hoc ipſo vocabulo natum eſſe: nam etiam is Ebraeus erat, ſeu Syrus. Eum imperator Conſtantinopolitanus Μανζὴρ Ἰȣδαϊκὸς

Ἰουδαϊκῷ φρονήματι μετωνόμασεν, inquit Cedrenus, *Mamzer sensu Judaico appellavit*; in opprobrium scilicet, nec sine paronomasia, ratione cognominis pristini & fere consoni habita. Eidem autori nuncupabatur ante ὁ τοῦ Μανσοὺρ, ὃ ἑρμηνεύεται λέντεραβος, *Filius Mansor, quod significat Lentrabus.* Etiam & ita cognominatur Suidae. Sed interea quid apud Cedrenum hic λέντεραβος? Ignotum ait esse vocabulum Joannes Meursius in Glossario Graecobarbaro. Nonne depravatum est ex λυτρούμενος *redemptus?* Quod non ideo ariolari sum ausus, quia τὸ Μανσοὺρ *redemptum* sonare, aut quid illud denotet, satis sciverim. Sed scriptores veteres, qui Damascenum hoc nomine meminerunt, ni fallor, id λυτρούμενον seu *redemptum* significare existimabant; unde sane difficile non est τὸ λέντεραβος librariorum nasci incuria, ut cuique veteris scripturae callentiori manifestum est. Ita autem vocabulum eis sonasse dignoscitur ex Paulo Diacono, qui scriptorem aliquem Graecum vertens, *Pro Mansur*, inquit lib. XXII. *quod ejus avitum nomen est, quodque Redemptus interpretatur, sensu Judaico, novum ecclesiae magistrum, Manseron, mutato nomine vocitabat.* Certe τὸ المنصور *Mansor*, quod Arabibus nomen est proprium, nec in oriente inusitatum, *adjutum, vindicatum, servatum* seu *sozomenum* sonat, atque ita in *redempti* significationem forte migrare potuit. Sed hoc obiter. Liberi autem ex concubina conditionis servilis, aut extranea seu gentili, a successione plane apud Ebraeos excludebantur. Id satis liquet ex Misna, tit. *Jabimoth*, cap. II. Et Maimonides verbis supra de Mamzere citatis subjicit, אבל בנו מן השפחה או מן הנכרית אינו בן לדבר מן הדברים ואינו יורש כלל *Atqui filius ex ancilla aut extranea susceptus ad ea, quae dicta sunt, non habetur pro filio, nec omnino haereditatem capit.* Eundem Maimonidem vide Halach. *Jabimoth*, cap. I. praeter Genes. XXI. 10. XXV. 6. Unde D. Paulus ad Galatas IV. 30. *Ejice ancillam & filium ejus. Non enim erit haeres filius ancillae cum filio liberae.* Et Isaacum haeredem ex asse reliquit Abrahamus, filiis concubinarum muneribus nihilominus ditatis, & in regiones orientis ablegatis. Sed mirum interea est quod habet vetustus autor τοῦ *Beresith Rabba*, fol. 68. col. 2. Apud Alexandrum Magnum, rerum Asiae potitum, Ismaelitas sive Arabas litem adversus Israelitas instituisse על הבכורה, sive *de jure*, aut praerogativa, *primogeniti.* Etenim Ismael Abrahae primogenitus erat, licet ancillae filius. Advocatum respondisse, אדוני המלך אין אדם עושה משהוא רוצה לבניו, *Domine mi rex, nonne fas est cuique pro libitu suo cum filiis seu liberis agere?* Regi annuenti, At scriptum est, inquit, Genes. XXV. 5. *Et dedit Abraham totam substantiam suam Isaaco.* Et de distributione porro interrogantibus Ismaelitis, illud quod sequitur ibi subjecit, *At filiis concubinarum, quae Abrahae erant, dedit Abraham dona.* Inde lite abstinebant, ונסתלקו משם בבושת פנים, *& ob pudorem ultra disputare nolebant.* Ita autor ille. Perinde ac si absque Abrahae donatione fuisset, etiam Ismael ejusque posteri, tametsi ex ancilla in concubinatu genitus ipse, ut haeredes succedere debuissent. De paternis donationibus, atque exhaeredatione liberorum, infra. Historiolae seu decisionis illius pars habetur in Gemara etiam Babylonia, ad cap. XI. tit. *Sanhedrin*, fol. 91. a. ubi advocatus ille vocatur גביהא בן פסיסא *Gibiah Ben Pesisa*, de quo vide plura apud Abrahamum Zacuthium in *Sepher Juchasin*, fol. 13. b. & Isachar Ben Nepthali in commentariis ad locum e *Beresith Rabba* citatum. Sed quid interea est illud quod legitur Judicum XI. 2. ut vulgata habet, *Haeres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es?* Id Jepthi Gileadis ex אשה זונה (quod sive *meretricem* aut γυναῖκα πόρνην cum Hellenistis, sive *cauponam* interpretari licet) filio suscepto dicitur a fratribus ejus, ex aliis Gileadis sive uxoribus sive concubinis natis. Certe in Ebraeo nihil est quod respondeat τῷ *non poteris.* Nam ita se verba sacra habent לא תנחל בבית אבינו כי בן אשה אחרת אתה, *Non succedes*, seu *non possidebis, ut haeres in domo patris nostri, quia filius es ex foemina alia susceptus.* Illud, *non poteris esse haeres*, innuit jure eum ab haereditate exclusum. *Non succedes*, seu *non possidebis, ut haeres*, sive, quod idem est, οὐ κληρονομήσεις (quemadmodum Hellenistae) ut ex jure dictum quidem innuere potest, ita etiam ex injuria & vi pronuntiatum. Atque hoc in causa dicti illius fuisse volunt aliqui: expulisse scilicet eum injuria a patrimonio fratres. Et ipse Jepthes, veluti injuriae memor, commate 7. *Nonne vos estis qui odistis me, & ejecistis e domo patris mei? Et nunc venistis ad me necessitate compulsi?* Nam receptissima est apud magistros sententia illa, מי שיש לו בן מכל מקום בנו הוא לכל דבר חוץ ממי שיש לו מן חשפחה ומן הנכרית, *Is cui filius est*, aut *proles, filium utique habet respectu omnigeno, nisi scilicet prognatus fuerit ex ancilla aut extranea*; id quod jam dictis apprime convenit, & ex Rabbinorum placitis ad locum e Judicibus jam adductum memoratur a R. Davide Kimchio. Sunt tamen qui אשה אחרת, seu *foeminam aliam* ibi sumunt pro alius tribus uxore, atque ita rem ad legem Numer. XXXVI. 7. adversus mutuas tribuum nuptias latam, quam illo aevo, seu sub terrae promissae prima divisione, tantum vim sortitam fuisse volunt (ut infra capite XVIII. ostenditur) relegant. De qua re consulas jam dictum Kimchium, & ibidem R. Levi Gersomidem. Certe *foemina* illa *alia* Fl. Josepho plane extranea est. Nam ita ille de Jepthe ac fratribus ejus, lib. V. cap. IX. Οὐ γὰρ, inquit, ὄντα ὁμομήτριον αὐτοῖς, ἀλλὰ ξένον περὶ τὴν μητέρα δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐπαχθεῖσαν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἐξέβαλον καταφρονήσαντες δι' αὐτοῦ ἀσθενείας, *Cum non esset ex eadem matre natus, sed peregrinus genere materno, quam pater amore ardens eis superinduxerat, ejiciebant eum, ac ob imbecillitatem despiciebant.* Saidus item Batricides Patriarcha Alexandrinus de Jepthe, وكان ابن امراة سراقة وكان اخوته قد طردوه وجحدوه ولم يورثوه, *Et fuit filius mulieris Saracenae; unde antea ejecerant eum fratres sui, & aspernabantur eum, nec in haereditatem admittebant.* Qui *Ismaelitae* sunt in Ebraeo, *Arabes* dicuntur Onkelo & Pseudouzielidi,

douzielidi, atque in Targum Hierosolymitano סרקיין *Saraceni.* Sic in Gen. XXXVII. 25. ubi Targum hoc habet סיעא דסרקיין *turma Saracenorum,* seu pluraliter סיען *turmae,* ut citatur in Aruch; adjecto item, verba illa Gen. XXXIX. 1. מיד הישמעאלים, *e manu Ismaelitarum,* Targumica illa lingua ibi verti מיד הסרקאי *e manu Saracenorum,* quod in paraphrasi Hierosolymitana typis edita non comperitur. Ita Baal Aruch in סרק. Quin & Saidus patriarcha, quem diximus, matrem Jeroboami hoc nomine indigitat. Verba ejus sunt, واسم امه سيسرا وكانت امراة سراقية *Et nomen matris ejus erat Sisera* (Tzerva in 1. Reg. XI.26.) *quae fuit mulier Saracena.* At vero si extranea erat Jepthis mater, jure sane, ni fallant Ebraeorum magistri, ejectus est. Utcunque etiam apud ipsum Josephum conqueratur se ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἀδικούμενον περιφανῶς, *injuriam aperte perpessum esse.* Nam & omnimodum concubinatum extranearum seu alienarum foeminarum (in eorum nempe morem non transgressarum, seu quae nondum proselytae justae fierent) nedum ex illo prolis successionem, gens etiam in libidines projectissima illicitum habuit. Et Tacitus Hist. V. de Judaeis: *Adversus omnes alios hostile odium. Separati epulis, discreti cubilibus, projectissima ad libidinem gens alienarum concubitu abstinent. Inter se nihil illicitum. Alienae* ibi pro exteris, non pro aliis nuptis, manifesto sumendae; ut recte etiam Curtius Pichena in notis ad dictum Taciti librum. Sed & de interdicto concubitus extraneae seu ethnicae videsis Josephum Scaligerum in Eusebianis, pag. 149. Postrema autem illa Taciti verba manarunt ex crassa gentis morum legumque ignorantia, quae aliis itidem magnis, ut fieri amat, inter veteres scriptoribus imposuit. Consulas de dicto Judicum loco Arium Montanum, Nic. Serrarium, & Joann. Drusium. De Mamzeribus autem seu Manseribus vide nunc Connanum commentariorum juris civilis, lib. II. cap. XVI. ubi temeraria canonistarum de eis effata reprehendens, *Manseris,* recte inquit, *nomen barbarum est, nec aliis notum esse potest, quam quorum ex lingua sumptum est.* Adde, praeter magistros qui ad Decretalium titulum de renuntiatione scriptitant, Ludovicum Molinam, de justitia & jure, tract. II. disp. 165. (cui *Manzares* dicuntur) Couvaruviam in Epitome de sponsalibus, Azorium instit. moral. part. II. lib. II. cap. 8. & sequentibus. Quin hi etiam de successione prolis ex illicito concubitu susceptae fusius disputant, ut item Fernandus Vasquius de Successionibus, part. II. lib. I. §. 2. num. 62. & seqq. Antonius a Gama in Decis. Lusitan. CCCXII. DD. ad C. tit. de Nat. liberis & Novell. XVIII. Josephus de Sesse Decis. Aragon. XLIII. Pontus Heuterus libello de libera hominis nativitate, alii ab hisce laudati, quos ideo libentius hic memoramus, quoniam sive Ebraeorum mores, sive sacras de hac re leges interdum ipsi, sed aut oscitanter nimis, aut nimis inscienter quidem, tangunt.

CAP. IV.

De liberis adoptivis, aut in liberorum nomen a patre assertis. Servo non licuit liberum compellatione, seu Abba vocando, sibi in patrem adsciscere. De prole de qua ambigitur priori an sequenti marito fuerit tribuenda.

EDitio vulgata etiam adoptionis meminit. Esther. II. 7. *Vocabatur Esther, & utrumque parentem amiserat; pulchra nimis & decora facie. Mortuisque patre ejus ac matre, Mardochaeus sibi eam adoptavit in filiam.* Ita etiam commate 15. Sed *adoptare* hic non aliter versionis autor sumpsit, ac in Exodi II. 10. ubi Pharaonis filia dicitur Mosen *adultum adoptasse in locum filii.* Neque adoptionis Romanae vestigium aliquod hic inesse putandum, sed curam seu amorem, veluti sive paternum, sive maternum, quo nutritus sive hic sive illa orba, tantum innui. Quin in loco illo Estheris magistri non modo nullam agnoscunt adoptionis quidem umbram, sed etiam plane negant, dum verba illa לקחה לו לבת, *accepit eam sibi in filiam* (ut habet veritas Ebraica) de matrimonio cum ea inito intelligunt. R. Jarchius ibidem; רבותינו פירשו לבית לאשה, *Rabbini nostri explicant illud* לבת (*in filiam*) *per* לבית (*in domum*) *ut scilicet sibi uxor esset,* quod diserte asserunt etiam Hellenistae, quibus pro verbis illis substituitur, ἐπαίδευσεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα, *educavit eam sibi in uxorem.* Atqui adoptionis species quaedam in usu erat. Nam in servis familiaribus censitus, aut ex ancilla susceptus, assertione patris, aut servum illum non esse, sed sibi filium, aut hujus matrem manumissam fuisse (saltem si etiam ejusce proles inter filios caeteros rite educata fuisset) inter liberos legitimos seu haeredes locum obtinuit. Quod de libero ita asserto multo magis dicendum. Inde illud Misnae, tit. *Baba Bathra,* cap. VIII. האומר זה בני נאמן, *Qui asseruerit quem sibi filium esse, ei fides habetur.* Ubi R. Obadias Bartenorius, ליורשו ולפטור את אשתו מן היבום, *Adeo ut filius ejusmodi ei succedat, & uxorem ejus a leviri nuptiis liberet.* Videsis Gemaram utramque; Hierosolymitanam, ad eundem tit. fol. 16. 8. Halach. Babyloniam, fol. 127. b. Maimonidem, Halach. *Nechaloth,* cap. IV. & *Magid Misna* ibidem. Adoptionem item nuncupat D. Augustinus ad Deuteron. quaest. 46. aliisque in locis, uti etiam ex illo recentiores theologi, jus illud quo defuncto fratri superstitis fratriam ducentis filius tribuebatur. De jure illo infra, cap. XIV. Libero homini etiam fas erat patrem, nomine compellando ac frequenti adlocutione, quempiam sibi ita adsciscere, ut adoptionem illam veluti sibi invitatam ambiendo praepararet: quae ab adscito patre filium etiam agnoscente demum firmabatur. Caeterum nec servis nec ancillis hoc licuit, ne patris sic adsciti & natales & familia macula servili inspergi viderentur. Etenim hoc est quod legitur in Gemara Babylonia, ad tit. *Berachoth.* seu *de benedictionibus,* cap. II. fol. 17. העבדים

והשפחות

והשפחות אין קורין אותם לא אבא פלוני ולא אימא פלונית, *Nec ſervi nec ancillae compellationis illo genere*, Pater, *ſeu* Abba N. *aut* Mater, *ſeu* Imma N. *utuntur*. Id quod ad hanc adoptionis ſpeciem attinere vult Maimonides, Halach. *Nechaloth*, cap. IV. ubi interim inſigniores, veluti principum, ſervos exiſtimatione (ut fieri amat) ingenuis ſive anteponendos ſive acquiparandos excipit. Et fallor nimium niſi ex hoc more & locutionis genere pendeat tum phraſis illa ſacra apud D. Paulum περὶ υἱοθεσίας ſive *adoptione*, in epiſtola ad Galatas IV. 5. *Ut eos, qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum* (ſeu liberorum) *reciperemus. Quoniam autem eſtis filii* (ſeu liberi) *miſit Deus ſpiritum Filii ſui in corda veſtra, clamantem, Abba, Pater. Itaque jam non es ſervus, ſed filius* (aut proles) *quod ſi filius* (aut proles) *& haeres Dei per Chriſtum*; tum illa ad Romanos VIII. 14. *Quicunque Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii* (ſeu liberi) *Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis in timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum* (ſeu liberorum) *Dei, in quo* κράζομεν (eodem vocabulo utroque in loco utitur) clamamus *Abba, Pater. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filii* (ſeu liberi) *Dei. Si autem filii* (ſeu liberi) *& haeredes*. Videſis D. Joannem I. 12. & Iſidorum Peluſiotam lib. V. epiſtolam CXCVII. Elegans eſt ad receptos Ebraeorum mores alluſio. Qui ſub lege ſervi erant, in libertatem, pretio a Chriſto numerato, redempti ſunt, adeoque in filiorum nomen aſſerti, ut jam, eo nomine & ratione libertatis acquiſitae, rite poſſint invocare ſibi ſeu adſciſcere patrem; quod ſervilis conditionis hominibus fas non erat. Filios autem ſeu liberos eos agnoſcit Spiritus Sanctus, ſeu Deus ipſe, cui, ut patri prolem agnoſcenti, fides omnino habenda. Etiam gentis ſuae mores reſpiciens apoſtolus retinere voluit τὸ *Abba* (quod idiomate Syriaco tunc in uſu *patrem* denotabat) atque etiam interpretari. Syrus autem dicto ad Galatas loco habet, דקריא אבא אבון, *vocantem Abba Patrem noſtrum*, Arabs الذي يدعوا يا ابانا, *qui invocat, o Pater noſter*. Ille item ad Romanos קרינן אבא אבון, *vocamus Abba, Patrem noſtrum*; hic ندعوا لاب ابانا, quod idem ſonat. Atque advertendum eſt, id quod in magiſtrorum ſcitis legitur ſupra de ſervis, לא קורין אותם אבא, *Non compellationis illo genere, quo pater ſalutatur quis, utuntur*, ſive *non vocant* (ſeu *adſciſcunt ſibi*) *Patrem*, recte per μὴ κράζειν, Ἀββᾶ, exprimi. Nam κράζειν, quod *clamare* etiam ſignificat, pro קריא, id eſt, *vocare*, ſaepiſſime lingua Helleniſtica, qua fere Novum Foedus conſcriptum eſt, ſubſtituitur in Pſalmis, & aliquoties in prophetis aliis. Unde & Syrus item ipſum vocabulum ſuae dialecto formatum adhibuit. Certe apud Anglos, ante CCCC. aut circiter annos obtinuiſſe, ut nuda parentum aſſertio & inter liberos educatio ſatis in cauſa eſſet, ut quis aliunde natus, veluti filius, familiae infereretur, elicere fas eſt ex veteri juriſconſulto noſtrate Henrico de Bractona, lib. II. de acquirendo rerum dominio, XXXII. §. 7. ubi formulae etiam quaedam forenſes, quae ad eam rem ſpectabant, habentur. Ejuſce rei ne veſtigium nunc in moribus noſtris, neque quod ſciam alibi, reperitur. Sed de his obiter. Si vidua ante tres menſes, ſeu diem nonageſimum, poſt viri mortem, ſecundo, nupta pepererit, adeo ut fuerit incertum utrum primo marito, ut novimeſtris, an ſecundo, ut ſeptimeſtris, partus ſit tribuendus, neutri omnino dubiorum patrum ſuccedit (niſi maritus ſecundus ſibi eum in filium aſſeruerit) quia in dubio reſtat, cuinam eorum ſit agnoſcendus. Ita Maimonides Halach. *Nechaloth*, cap. V. Sed de haeredibus incertis videſis inferius, cap. XIV, & XVI.

CAP. V.

De familia inter filios erciſcunda, ac primogeniti praerogativa.

In univerſum defuncti jus ſuccedebat filius unicus. Sed pari capiebant jure ſimul plures; excepto quod τῷ בכור ſeu *primogenito* (caeteri בני פשוטים ſeu *filii vulgares* magiſtris ſolent nuncupari) portio, nomine τῶν πρεσβείων ſive *praerogativae*, debebatur duplex, quam פי שנים lingua vocant Moſaica, id eſt, תרין חלוקין ſeu *ſortes duas*, ſeu τὸ διπλοῦν μέρος, *partem duplicem*, ut Joſephus eam nominat, aut διπλᾶ, ut Helleniſtae, unde *duplicia* habet Latina vetus. Atque huc ſpectat illud D. Lucae XII. 13. *Magiſter, dic fratri meo, ut dividat mecum haereditatem*. Utrum vero, ante legem Moſi datam, primogeniturae juris in familia erciſcunda ſimilis ratio obtinuerit, neutiquam diſerte liquet. Infrequens, ſat ſcio, non eſt primogeniti in ſacra, quae praecedit, hiſtoria, mentio. Et primogeniturae jus memoratur Geneſ. XXV. 31. quod τὰ πρωτοτόκια, *primogenita*, & *primitiva*, appellant. Sic enim interpretantur בכורה, quo *jus primogeniti* ſeu *primogeniturae* denotatur. Vide etiam I. Paralip. V. 1. Sed jus illud ſacerdotalem functionem ſpectaſſe aiunt magiſtri, quae ante tabernaculum & Aharonis ſacerdotium, a primogenitis exercebatur. Unde *Bereſith Rabba*, fol. 71. col. 1. מה ראה אבינו יעקב שנתן נפשו על הבכורה דתנינן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן באסרה הבמה ועבודה בכהנים, *Quaenam erat cauſa, unde Jacob pater noſter primogeniturae jus ita cupiebat? Quoniam traditur, ante tabernaculum conſtructum, altaria fuiſſe in uſu, nec illicita; atque ad ea ſacerdotii munere fungi ſolitos primogenitos. Exſtructo vero tabernaculo, altaria* illa *illicita erant, & functio ſacra ad ſacerdotes ſpectabat*. Ita etiam in Miſna, tit. *Zebachim*, ſeu *de ſacrificiis*, cap. XIV. Inde eſt quod Eſau, qui ἀντὶ βρώσεως μιᾶς, *propter unam eſcam*, primogeniti jus illud ſacrum vendidit, βέβηλος ſeu *profanus* appellatur, epiſt. ad Hebraeos XII. 16. Et de haereditaria primogeniti benedictione vide Geneſ. XXVII. 36. Et vide ſupra actionem ab Iſmaelitis inſtitutam, cap. III. Certe ſunt qui etiam putant Abrahae donum, quo ditavit filium Iſaac

Geneſ. XXV. 5. fuiſſe ipſum primogeniturae jus; de quo conſulas *Bereſith Rabba*, fol. 68. col. 1. & Iſachar Ben Nepthali ibidem. Et de Semi, ut Noae primogeniti, praerogativa, vide Gen. IX. 26. Cedrenum pag. 10. & Euſebii Chronicon λογ. α. pag. 10. tametſi mira ſit inter chronologos diſceptatio, Semus an Japhetus natu fuerit major, de qua re argumenta utrinque afferri ſolita, eorumque autores, exhibet optime Henricus Harvillaeus in Iſagoge Chronologica, lib. 1. §. 35. Duplicis autem ſortis, ſeu praerogativae primogeniti, mentio unica, qua bona defuncti attinet, habetur Deuter. XXI. 17. ita tamen ac ſi recepto antea in gentem more ſubniteretur. Verba ſunt: *Si fuerint alicui uxores binae, una dilecta, & altera odio habita, genueritque ei filios tam dilecta, quam odioſa, & fuerit filius odioſae primogenitus; adveneritque dies, quo diviſurus eſt haereditatem ſuam* (ביום הנחילו, ἐν ἡμέρᾳ κατακληροδοτῇ, in die diſtributionis ſubſtantiae ejus) *filiis ſuis quos habet, non poterit primogenitum facere filium dilectae coram facie primogeniti filii odioſae, ſed filium odioſae agnoſcet pro primogenito, dabitque ei* פי שנים, id eſt, *portionem duplicem, de univerſis rebus quae apud illum reperiuntur, cum ille ſit principium virtutis ejus, ideoque* לו משפט דבכורה *ei debetur jus primogeniturae*, ſeu τὰ πρωτοτόκια, quod idem eſt. Sors autem illa duplex ita aeſtimanda erat, ut diviſo patrimonio in tot partes aequales, quot filiorum numerum unitate ſuperarent, bina cederent primogenito. Itaque Salomoni Jarchio פי שנים ſeu *ſors duplex* explicatur per כנגד שני אחים *quantum ad duos fratres ſpectat.* Et Abenezra אם היו שלשה שיחשבו שהם ארבעה ויקח שני חלקים ואם שנים בנים יחשבו שלשה, *Si tres fuerint fratres; putentur ut quatuor; & capiet ille duas partes. Si fratres ſint bini, uti tres putentur.* Ita in *Sepher Siphri* ad Deut. fol. 48. col. 191. Initur etiam ratio illa paſſim apud magiſtros, ſeu, quae eadem eſt, ut diviſa haereditate in partes aequales, quae unitate filiorum numerum ſuperent, primogenitus capiat partem a dimidio, caeterorum ſinguli ab extremo numeri denominatam. Veluti, filii ſunt novem: partes igitur fiant decem. Primogenito cedit pars totius quinta, caeteris partes ſingulae decimae. Ita Maimonides Halach. *Nechaloth*, cap. II. & Gemara adſtipulatur Babylonia ad tit. *Baba Bathra*, fol. 122, & 123, Locutionis hujus genus, quo duplex primogeniti ſors denotatur, ter ſolummodo in V. Foedere occurrit, citato jam loco, II. Regum II. 9. ubi Eliſha ad Eliam, *Fiat, quaeſo*, inquit, פי שנים *duplex portio tui ſpiritus ſuper me*, & Zachariae XIII. 8. *partes duae*, ſeu פי שנים, *eradicabuntur.* Loco ultimo de partibus terrae ibi diviſae dicitur. Secundum autem interpretantur nonnulli ex primo, ut videre eſt apud Levi Gerſonidem & Davidem Kimchium in adjectis commentariis. Scilicet petiiſſe Eliſham, veluti primogenitum ſeu primarium inter Eliae diſcipulos, primogeniti praerogativam, ſive ut caeteros, pro filiis פשוטים ſeu *vulgaribus* habitos, duplici ſpiritus portione excelleret. Ita etiam Laurentius Bochellus ad leges politicas Veteris & Novi Teſtamenti, Franciſci Raguelli, tit. 23. Licet etiam ſint qui de ſpiritu ipſius, Eliae ſpiritum altera parte ſuperante, intelligant. Atque hinc forte ἡ διπλῆ τιμὴ, ſeu *honor duplex* (veluti binae honoris partes) quo D. Paulus τοὺς καλῶς προεστῶτας, ſive *qui bene praeſunt*, presbyteros, dignos eſſe ait in epiſt. I. ad Timoth. V. 17. rite capiendus. Nempe iis, qui ſuo recte funguntur officio, & acceptam provinciam pulchre adminiſtrant, duplicem honorem, ſive honoris praerogativam, prae aliis exhibendam, non aliter ferme ac ſors duplex primogenito, ſeu filio prae caeteris honorando, debetur. Neque vero ipſe filius tantum primogenitus in duplicem ſuccedit ſortem, ſed etiam ex eo nepos neptiſve, ſi itidem haeres, idque jure repraeſentationis, ſeu העומדים במקום בכור, *eorum qui primogeniti locum occupant*, ubi ſuperſtite patre primogenitus ipſe moritur; de qua re Maimonides capite jam citato.

CAP. VI.

Qualium bonorum ſors duplex primogenito debita. Non maternorum, nec eorum quae a patre, tempore mortis, non poſſeſſa, aut in ejus poteſtate tunc non fuere. Aſſignatio portionis duplicis in agris invicem continuis.

SED diſtinguendum hic de bonis, in quibus praerogativa, quam diximus, primogenito filio competebat. Cum bonorum, quae plerumque in corpore ſunt haereditatis, alia ſint paterna, alia materna; item alia, quae defunctus mortis momento poſſidebat, aut in ſua tum habuit poteſtate, alia qua tunc non poſſeſſa, nec in ſua poteſtate, ſed poſtmodum, ſive jure, quo defuncti perſonam induebant haeredes, ſive melioratione haereditatem adaugebant; in materna ſuccedebant pariter filii univerſi, nulla, ut in ſucceſſione paterna, ſortis duplicis ratione habita. Ita expreſſe Miſna, tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. הבן נוטל פי שנים בניכסי האב ואינו נוטל פי שנים בניכסי האם, *Filius ſortem capit duplicem in bonis paternis, ſed ſortem duplicem non capit in maternis bonis.* Quae itidem leguntur in Miſna, tit. *Becoroth*, ſeu *de primogenituris*, cap. VIII. Et videſis Gemaram Babyloniam ad tit. *Baba Bathra*, fol. 126. b. ubi idem agnoſcitur, & in magiſtris paſſim. Neque locum habuit ejuſmodi praerogativa in bonis a defuncto tempore mortis non poſſeſſis, aut quae in ſua poteſtate tunc non erant. Veluti, ubi mortuo patre (qui, verbi gratia, filius unicus) avo poſtea obeunti ſucceſſere nepotes ex illo filio. Nam avitam haereditatem pari ſimul omnes jure hic capiebant nepotes, tametſi ex eis, quae mortis momento poſſidebat pater, primogenitus nepotum partem retinere deberet duplicem. Id ex eo animadvertunt quod legitur Deut. XXI. 17. *Dabit portionem duplicem* בכל אשר ימצא לו, *de omnibus quae apud illum reperiuntur.* Ubi Jarchius, מכאן שאין הבכור נוטל פי שנים בראוי לבא לאחר מיתת האב כבמוחזק, *Quod ideo adjicitur, quoniam primogenitus non capit ſortem duplicem ejuſce, quod poſt mortem patris eſt acceſſurum, ſicut ejuſce quod poſſidet.* Ita etiam *Sepher Siphri* ad Deut. fol. 48. col. 191.

Autor *Piſiktha Zotertha*, fol. 64. col. 2. *Baal Haturim* ad dictum Deuteronomii locum, & Talmudici paſſim. Et ipſa Miſna, tit. *Becoroth*, cap. VIII. בכור אינו נוטל פי שנים בשבח ולא בראוי כבמוחזק, *Primogenitus non capit duplicem ſortem ex meliorationibus, neque ex eo quod acceſſurum eſt ad haereditatem, ſicut ex eo quod poſſidetur.* Videſis Gemaram Hieroſolymitanam ad tit. *Baba Bathra*, fol. 16. col. 1. Halach. 4. Babyloniam ad eundem, fol. 124. & ad tit. *Becoroth*, fol. 51. Maimonidem, Halach. *Nechaloth*, cap. III. Obadiam Bartenorium, ad cap. VIII. tit. *Becoroth*, §. 9. Atque obiter de hac re ſexcenti. In bonis autem quae poſſidentur, aut in patris poteſtate ſunt, non hic cenſentur quae ſunt in credito aut nominibus (tametſi fundus hypothecae nomine fuerit obligatus) neque navis in mari, ut nonnulli. Vide Maimonidem, Halach. *Nechaloth*, cap. III. & Halach. *Malove Velove*, ſive *de mutuo dante & accipiente*, cap. VII. Sed diſtinguunt hic alii, & ubi pignus, quod משכון vocant, aut *ſyngrapha*, a patre creditore poſſidetur, ibi & in credito primogeniti praerogativam locum habere volunt. Quin ut duplex ei in bonis paternis portio, ita e debitis onus erat duplex. Sed de hiſce diſcrepantes aliquot ſententias habes in Gemara Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 124. ubi Jarchius conſulendus, & autor *Thoſpoth*, praeter ea, quae huc maxime faciunt, ad Rabbi Alpheſii compendium Talmudicum, part. III. fol. 215, & 216. Ita autem portio duplex ſorte aſſignabatur primogenito, ut pars haereditatis aliqua (quantum fieri potuit) continua, non diviſae partes, id eſt, locis in diverſis ſitae, pro duplici portione ei tribuerentur. Sic ex veterum ſcitis Maimonides Halacha *Nechaloth*, cap. III. & Halacha *Secinim*, ſeu *de jure vicinorum*, cap. XII. Quod jus erat primogeniti etiam ſingulare.

CAP. VII.

Qualeſnam nati pro primogenitis habiti, ſive ratione haereditatis, ſive ſanctitudinis & redemptionis. Et de primogenito poſthumo, ac poſthumi ſucceſſione.

PRimogenitorum vero in Sacris Literis ratio habetur duplex, aut qua ad eos praerogativa in familia erciſcunda ſpectat, aut qua ita ſacri cenſentur, ut ſint pretio numerato redimendi. Sacri ſunt & redimendi, cum ex aliis legibus, tum ex illa, Exodi XXXIV. 19, & 20. ubi nulla adjecta pretii aeſtimatione, moribus majorum inolevit, ut quinque ſiclis ea terminaretur; idque ad mentem legis Levitici XXVII. 6. Cum igitur de primogenitis agunt magiſtri veteres, & tam de eis qui ita redimendi, quam qui in partes duplices inter cohaeredes ſuccedebant, verba faciunt, differentiam adhibent quadruplicem, qua utrumque genus ſubtiliter indicent. Genus primum appellant בכור לנחלה, ſeu *primogenitum ratione haereditatis*, ſecundum בכור לכהן, *primogenitum ratione ſacerdotis*, id eſt, *ratione pretii, quo ſacerdoti numerato redimendus erat*, ſive *ratione ſanctitudinis*. Primogenitis igitur aliis ſtatuunt competere jus primogeniturae ratione haereditatis, minime vero ratione ſanctitudinis; aliis, ratione ſanctitudinis, non haereditatis; aliis, tam hujus quam illius ratione; & demum aliis, jus illud neutiquam competere ſive hujus ratione, ſive illius. Quadruplex haec differentia ſubnititur verbis Sacrarum Legum, quibus utriuſque jus primogeniturae ſancitur. In ea quae de ſanctitudine primogeniti lata eſt, Exod. XIII. 2. קדש לי כל בכור פטר כל רחם בבני ישראל, *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit qualemcunque uterum in liberis Iſraelis.* In ea vero quae de ſingulari primogeniti ſucceſſione, Deut. XXI. 17. fertur, adjectam habemus praerogativae rationem, כי הוא ראשית אונו, *Quia ille principium virtutis ejus*, nimirum patris. Adeo ut in hiſce pendeat jus hoc ab eo, quod eſt eſſe principium virtutis paternae (de qua etiam videſis Geneſ. XLIX. 3.) in illis autem, a prima uteri apertura. Hinc in Miſna, tit. *Becoroth*, cap. VIII. יש בכור לנחלה ואינו בכור לכהן בכור לכהן ואינו בכור לנחלה בכור לנחלה ולכהן ויש שאינו בכור לא לנחלה ולא לכהן איזהו בכור לנחלה ואינו בכור לכהן הבא אחר הנפלים שיצא ראשו חי ובן תשעה שיצא ראשו מת והמפלת כמין בהמה חיה ועוף דברי רבי מאיר וחכמים אומרים עד שיהא בו מצורת האדם המפלת סנדל או שליא ושפיר מרוקם והיוצא מחותך הבא אחריהן בכור לנחלה ואינו בכור לכהן מי שלא היו לו בנים ונשא אשה שכבר ילדה עודה שפחה ונשתחררה עודה עכו״ם ונתגיירה משבאת לישראל ילדה בכור לנחלה ואינו בכור לכהן רבי יוסי הגלילי אומר בכור לנחלה ולכהן שנאמר פטר רחם בישראל עד שיפטרו רחם מישראל מי שהיו לו בנים ונשא אשה שלא ילדה נתגיירה מעוברת נשתחררה מעוברת ילדה היא וכהנת היא ולוידה היא ואשה שכבר ילדה וכן מי שלא שהתא אחר בעלה שלשה חדשים ונשאת וילדה אין ידוע אם בן תשעה לראשון אי בן שבעה לאחרון בכור לכהן ואינו בכור לנחלה איזהו בכור לנחלה ולכהן המפלת שפיר מלא דם מלא מים מלא גנינים המפלת כמין דגים וחגבים שקצים ורמשים המפלת יום ארבעים הבא אחריהם בכור לנחלה ולכהן יוצא דופן והבא אחריו שניהם אינן בכור לא לנחלה ולא לכהן רבי שמעון אומר הראשון לנחלה והשני לחמש סלעים *Primogenitorum alii ita habentur ratione haereditatis, minime vero ratione ſacerdotis, ſeu ſanctitudinis; alii ratione ſanctitudinis, non haereditatis; alii & ratione haereditatis & ſanctitudinis; & alii, nec haereditatis ratione, nec ſanctitudinis. Primogenitus ratione haereditatis, ſed non ratione ſanctitudinis, eſt qui in lucem venit poſtquam foetus abortivus* (qui ob menſes in utero non completos, neutiquam vitalis eſt) *caput ſuum, tametſi vivus, emiſerit; aut foetus novimeſtris emortuus emiſerit caput ſuum. Etiam poſt carnem deciduam, cui figura ſive beſtiae, ſive ferae, ſive volucris, juxta ſententiam Rabbi Meir. Sed ſapientes dicunt minime, niſi fuerit particeps figurae humanae* (ſcilicet aliter non habetur pro eo quod aperit uterum, adeoque nec primogenituram ratione ſanctitudinis minuit) *quin natus poſt deciduam carnis molem ſandalium referentem* (de ſandalio hic, quod סנדל *ſandal* vocant, & linguae item bovinae aſſimilant

assimilant, videsis Gemaram Hierosolymit. ad tit. *Nidda*, seu *muliere immunda*, fol. 50. col. 4. & magistros ad Misnam ejusdem, tit. cap. III.) *aut post secundas, aut embryonem non informem, aut quod membratim evulsum est, primogenitus est ratione haereditatis, sed minime sanctitudinis.* (Nam in hisce aut figurae humanae aliquid reperitur, aut ejusdem saltem conceptae satis testimonii) *Si is, cui nulli sint liberi, uxorem duxerit, quae nuper pepererit; sive fuerit ancilla quae jam manumissa est, sive extranea quae jam facta est proselyta, ex Israelitae cum illa coitu suscepta proles primogenita est ratione haereditatis, sed non sanctitudinis. Rabbi Jose Galilaeus ait, ratione utraque, quoniam scriptum est* (Exodi XIII. 2.) *quod aperit uterum in Israelitis; ita ut sufficiat si a prole ab Israelita suscepta uterus aperiatur.* (Ac si ab ea, quae gentili suscepta est, uterus haud fuisset apertus. Sed Galilaei commentum hic magistri rejiciunt.) *Si quis autem, qui habeat jam liberos, in uxorem duxerit eam, quae nondum peperit, proselytam factam sed gravidam, ancillam manumissam sed etiam gravidam quae peperit, sive ea fuerit ex genere sacerdotali sive ex Levitico* (nam sacerdotale & Leviticum genus aliter a primogenitorum redemptionibus immune erat, quod docetur dict. tit. *Becoroth*, cap. I.) *sive foemina quae antea pepererat, aut si quae a secundis nuptiis spatio trimestri non abstinuerit, sed nupserit ac pepererit, adeo ut ignotum fuerit, utrum partus esset novimestris & ad primum, an septimestris atque ad secundum maritum spectaret, harum cujuslibet foetus habetur primogenitus ratione sanctitudinis, sed non haereditatis.* (Nempe quia praeantea marito liberi, partus ejusce quae nondum pepererat, haereditati primogenitus non erat, sed sanctitudini, quia aperuit uterum. Partus hic caeteri ab haereditate etiam arcebantur, quia pater cuilibet incertus. Videsis extremum capitis IV. supra, & caput XIV. inferius, de filio dubio. Sed ad versionem redimus.) *Qui nascitur post deciduam carnis molem sanguine plenam, sive plenam aqua seu sanie, aut post carnem deciduam instar piscium & locustarum spurcarum & reptilium, aut post id quod deciduum est die quadragesimo, primogenitus habetur tum haereditatis ratione, tum sanctitudinis. Si vero alter e latere excisus fuerit, & postmodum sequatur alter, neque hic neque ille, primogenitus habetur, aut ratione haereditatis aut sanctitudinis. At ex Rabbi Simeonis sententia primus ratione haereditatis est primogenitus, & secundus quinque siclis redimendus.* Sed rejecta est a magistris Simeonis sententia. Quod autem dicitur de eo, qui e latere excisus est (יוצא דופן vocant, seu *qui e latere egreditur*, de quo videsis etiam Misnam tit. *Nidda*, cap. III.) ad gemellos attinet. R. Obadias Bartenorius כגון שקרעו אשה שתאומים בבטנה ולאחר שהוציאו הראשון דרך דופן יצא השני דרך רחם, *Veluti incidunt foeminam, cui gemelli in ventre. Et postquam extraxerint alterum per viam lateris incisi, exit alter per viam uteri.* Nimirum primum, seu caesonem, non peperisse aiunt uxorem, quia caeso utero extractus; neque eum uterum aperuisse; secundum, principium virtutis paternae non fuisse, quia alius antecedit, nec בכור seu *primogenitum* dicendum, quia alius ante eum in lucem editus; ideoque neutrum sive hac sive illa ratione primogenitum. Ita etiam Maimonides Halach. *Becoroth*, cap. II. & Halach. *Nechaloth*, cap. II. ubi etiam e veterum scitis monet היו לו בנים בגיותו ונתגייר אין לו בכור לנחלה : אבל ישראל שהיה לו בן מן השפחה ומן הגויה הואיל ואינו קרוי בנו הבא לו אחריו מן הישראלית בכור לנחלה ונוטל פי שנים, *Qui dum gentilis esset, habuerit filios seu liberos, is proselytus factus non habet primogenitum ratione haereditatis. At si Israelites filium susceperit ex ancilla, seu gentili, modo eum pro filio* legitimo (de qua re vide supra, ubi de adoptionibus) *non agnoscat, qui natus ei postmodum fuerit ex Israelitide, primogenitus est ratione haereditatis, & sortem capit duplicem.* Adisis Gemar. Babylon. ad tit. *Jabimoth*, fol. 62. Ex hisce manifestum est praerogativam haereditatis primogenito non competiisse ex moribus lege sacra subnixis, nisi patri nulli omnino antea liberi aut partus vitalis fuisset, excepto ubi ex ancilla seu gentili proles antea suscepta. Neque hic matris ratio habetur aliter, ac ea quae ad patrem attinent, permiserint. Nec matri aut in materna bona ulla erat hujusmodi successionis praerogativa; quod capite superiore ostensum est. Quin nec filius posthumus (veluti gemellorum posthumorum primus, aut primogenitus ex duabus uxoribus quae gravidae relictae) duplicis sortis praerogativam habuit; quod docetur Gemara Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, cap. IX. fol. 142. b. & firmatur verbis illis sacris Deut. XXI. 16. *Advenerit-que dies, quo divisurus est haereditatem suam filiis suis.* Id ad tempus, quo superstes est hactenus pater, attinere volunt. At si postquam in ipso nixu, frons duntaxat, tametsi non totum caput, emittatur, mortuus fuerit pater, pro primogenito, qui praerogativa hac fruatur, habetur partus; uti Gemara Babylon. ad tit. *Becoroth*. fol. 47. & Maimonides Halach. *Nechaloth*, cap. II. Neque porro minuit posthumus, quemadmodum filii patre superstite nati, primogeniti sortem duplicem. Ita Gemara Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 127. a. Maimonides, loco jam citato. Quod ut rite intelligas, consule cap. XI. ubi de primogenitis sexus dubii. De probationibus etiam primogeniturae videsis Maimonidem loco laudato.

CAP. VIII.

De familia inter filias erciscunda.

Masculis non extantibus ipsis, neque iis qui personas eorum jure repraesentationis induebant, filiae pariter capiebant haereditatem. Nulla in eis primogeniturae praerogativa, sed in aequales quaelibet partes succedebant. Quod etiam ex sacra lege, Deut. XXI. 17. firmant. Nam dato de primogenito praecepto adjicitur, לו משפט הבכורה, τούτῳ πρωτοτόκια, seu *huic* (genere masculino) *jus primogeniti debetur.* Ubi animadvertit *Baal Haturim*, כי יהיה לאיש לומר משפט בכורה לאיש ואין משפט בכורה לאשה, *Quoniam ad masculum spectat. Jus primogeniti ad masculum spectat: sed ad foeminam jus illud non spectat.* Quae verba habentur ex Gemara Babylonia, ad tit. *Baba Bathra*, fol. 111. b. Ita *Sepher Siphri*, fol. 48. col. 190. בנים בתורה הזאת ואינו הבנות, *Filii hac lege comprehenduntur, sed neutiquam*

neutiquam filiae. Et ipſa Miſna, tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. אחד הבן ואחד הבת בנחלה אלא שהבן נוטל פי שנים בנכסי האב וגו, *Eadem eſt filii & filiae in ſucceſſione haereditaria ratio, praeterquam quod filius* (ſi primogenitus fuerit) *capit duas partes bonorum paternorum*, &c. Adeo ut haereditatem maternam (in qua jus primogeniturae non obtinet) haud diverſimode adeant filii & filiae. Utriſque pari jure ea, ubi haeredes ſunt, tribuitur. Diſcrimen eſt tantum in paterna haereditate, ratione primogeniturae, quae in filiabus locum non omnino habuit. Fuere ex Sadducaeis, quibus בת הבן ובת שניהן שוין, *Neptis ex filio & filia par in ſucceſſione jus habebant*; quod notatur in Gemara utraque, Hieroſolymitana, ad tit. *Baba Bathra*, fol. 16. col. 1. & Babylonia, ad eundem tit. *Baba Bathra*, fol. 115. b. quibus adjungas R. Jacob Bar Solomon, in Oculo Iſraelis, part. II. fol. 90. col. 3. Sed recepta ſententia, mores recepti, plane refragabantur. Atque in citato Gemarae Babyloniae loco Rabbi Huna, האומר תירש בת עם בת הבן אפילו נשיא שבישראל אין שומעין לו, *Si quis pronuntiaret, tametſi in Iſraele princeps eſſet, filiam cum nepte ex filio jure haereditario ſuccedere, audiendus non eſt.*

C A P. IX.

De partium inter cohaeredes, ſi minores ſunt alii, alii majores, diſtributione; & alimentis filiabus, ubi haeredes ipſae non ſunt, praeſtandis. Ac de varia minorum aetate, & puberibus.

UBi in haereditatem liberi, qui partes facerent, ſuccedebant, ſi majores eſſent omnes natu, pro indiviſo, niſi ex pacto aliter conventum eſſet, poſſidebant; uti etiam minores, dum ſaltem minores. Quod ſi majores alii, alii minores eſſent, alia omnino res erat. In hujuſmodi ſpecie ſuae majoribus, ſuae minoribus partes diſtribuendae erant, nec in commune vivendum; ne ſcilicet veſtium ſumptibus, majores minoribus, aut cibariorum, minores majoribus, damno eſſent. Miſna tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. הניח בנים גדולים וקטנים אין הגדולים מתפרנסין על הקטנים ולא הקטנים ניזונין על הגדולים אלא חולקין בשוה, *Si relinquit quis filios majores & minores, majores minime e patrimonio veſtium ſumptus ſimul cum minoribus, nec minores ſumptus cibariorum cum majoribus ſumunt, ſed aequaliter dividunt.* Et eodem in loco, de cohaeredibus foemineis; הניח בנות גדולות וקטנות אין הגדולות מתפרנסות על הקטנות ולא הקטנות נזונות על הגדולות אלא חולקות תבשוה, *Si relinquat quis filias majores & minores, majores minime e patrimonio veſtium ſumptus ſimul cum minoribus ſumunt; nec minores cibaria cum majoribus, ſed aequaliter dividunt:* quod de filiabus dictum eſt, ubi filii defuncto non erant, id eſt, cohaeredibus tantum. Etenim ubi filiorum ſucceſſione, filiae ab haereditate, qua haereditas erat, excludebantur (ſecundum id quod ſupra docetur) filiabus minoribus alimenta ex patrimonio exhibenda fuere, ſeu ex bonis paternis. Nam materna ab hoc onere immunia erant. Citato jam Miſnae capite, הבנות נזונות מנכסי האב ואינן נזונות מנכסי האם, *Filiae aluntur e bonis paternis, ſed non e maternis.* Quod ipſum dicendum de meliorationibus, & de bonis quae haereditati poſt mortem patris, veluti ab eo non poſſeſſa, accedebant, uti Miſna tit. *Becoroth*, cap. VIII. Praeſtabantur autem hujuſmodi alimenta filiabus בתנאי כתובה, ſeu *ex ratione dotis maternae*, idque uſque *ad pubertatem duodecim annorum & ſex menſium*, id eſt, עד שבגרו הבנות, ut ad tit. *Baba Bathra*, cap. IX. adnotat Obadias Bartenorius. De ratione ſeu conditione dotis, vide ſupra cap. II. & mox infra de pubertate hac. Adeo ut filiae minores a filiis cohaeredibus, aut haerede unico, alendae eſſent ex paterna haereditate, minime vero a majoribus filiabus, ubi ipſae ſimul cohaeredes eſſent: nam ibi ipſam haereditatem, non tantum alimenta capiebant. De alimentis hiſce vide etiam Miſnam, tit. *Cethuboth*, ſeu *de dotibus*, cap. IV. Sed haec alendi filias ratio ita demum obtinuit, ſi ſufficeret haereditas tum filiis alendis, tum filiabus, uſque ad dictam pubertatem. Etenim aliter, utcunque haeredum nomine ſuccederent filii, totus haereditatis proventus ſeu uſusfructus in filias impendebatur, & filii, qui revera haeredes ac domini, ne ſequiori ſexui non ſatis honeſte provideretur, etiam ad mendicos relegabantur, aut, ut magiſtrorum phraſis eſt, ישאלו על הפתחים, *oſtiatim mendicabant*, qua ſumma paupertas ac indigentia, ſeu neceſſaria alibi victum quaerendi ratio, denotatur, ut non ita diſſimili locutione in Pſalmo XXXVII. 25. De hac re diſerte Miſna, tit. *Baba Bathra*, cap. IX. מי שמת והניח בנים ובנות בזמן שהנכסים מרובין הבנים ירשו והבנות יזונו נכסין מועטין הבנות יזונו והבנים ישאלו על הפתחים, *Si defunctus liberos utriuſque ſexus atque patrimonium ſatis opulentum reliquerit, jure haereditario ſuccedunt filii, & alimenta capiunt filiae. Si vero rem anguſtam reliquerit, alimenta capiunt filiae, & oſtiatim filii mendicant. Patrimonium opulentum* ſeu הנכסים מרובין interpretatur Obadias Bartenorius eſſe כדי שיזונו הבנים והבנות עד שיבגרו הבנות, *Si ſufficiat alendis filiis filiabuſque uſque ad harum pubertatem. Rem* vero *anguſtam*, ſeu הנכסים ממועטים, ſive *patrimonium tenue*, שאין בהן כשעור זה, *ſi tantundem non eſſet.* Videſis Gemaram utramque, Hieroſolymit. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 16. col. 4. & Babylon. ad eundem tit. fol. 139. b. De mendicis autem apud Ebraeos, conſulas Maimonidem, Halacha *Mithnoth Anim*, ſeu de *eleemoſynis*, & quae habet Joannes Druſius in Reſponſione ad Nicolai Serrarii Minerval, ubi caput totum de ea re. At quemadmodum ab anguſto hujuſmodi patrimonii uſufructu filios excludebant filiae, ita defuncti vidua & haſce & illos. Ne ſcilicet viduae honeſta deeſſent alimenta (quae בתנאי כתובה ſeu *ex conditione dotali* ei debita, ut vides ſupra cap. II.) ipſae etiam filiae ad mendicos relegandae, ut Bartenorius. Sed & vide Gemararum locos citatos. In patrimonii autem aeſtimatione ad haec, ratio creditorum, legatorum, ſumptuum funebrium habebatur. Etiam alimenta filiabus, quamdiu manerent innuptae, praeſtanda fuiſſe vo-

lunt aliqui. Vide quae e Maimonide citavimus ſupra capite II. Quoniam vero de minoribus, & pubertate hic mentio, de eis obiter monendum, regulariter ante annum decimum tertium ac diem unicum completum minores haberi maſculos, foeminas ante annum duodecimum atque unicum diem; & poſtea pro majoribus. Sed temperamenta adjiciunt; puellam, cui, duodecimo anno atque die unico inſuper exacto, duo ſaltem pubis pili, quos סימן התחתון *ſignum inferius* vocant, non excreverint (niſi ex mammillis ſoriantibus, papilliſve, e quibus etiam סימן העליון ſeu *ſignum ſuperius* hic habebant, pubertas cerneretur; aut ipſa, quod utrumque ſignum ſuperabat, peperiſſet) pro minori ſeu קטנה habitam: ſi tunc excreverint, eam primis, qui ſequuntur, ſex menſibus נערה *juvenculam* dici, & poſtmodum בוגרת ſeu *pubertatis plenae*: aliter, uſque ad annum vigeſimum, minoris nomen non exuere. Quod ſi tunc ſigna comparerent, eadem ratio habita quae in aetate & ſignis anni duodecimi. Si vero tunc ſigna iſta non comparerent, ſed סמני אילונית ſive *ſigna viraginis*, veluti ſi mammillae nullae, nec muliebres affectus aut mores, tum pro viragine habebatur. Quod ſi neque haec tum adeſſent ſigna, in minoribus cenſita erat uſque dum aut pubertatis, quae diximus, ſigna comparerent, aut annum trigeſimum quintum, praeter diem unicum compleret; atque tunc etiam *virago* ſeu אילונית nuncupabatur, tametſi deeſſent ei viraginis ſigna. Et tam נערה ſeu *juvencula*, quam בוגרת ſive *puella pubertatis plenae*, & אילונית ſive *virago* modis jam dictis *majores* ſeu גדולות vocabantur. Similis in maſculo ratio, qui tunc habitus גדול ſeu *major* & איש ſive *vir*, cum exacto anno decimo tertio praeter diem unicum, bini ejuſmodi ei pili excreverint. Quod ſi tunc minime excreverint, tametſi apparuerint ſpadonis ſigna, in minoribus habebatur uſque ad novemdecim aetatis annos & menſes undecim. Si neque tunc emiſerit aut ſignum inferius aut totidem pilis pubuerint genae, ſed ſpadonis ſigna in eo reperta fuerint, ſpado habebatur, atque eo nomine major. Quod ſi neque ſpadonis ſigna adſint, etiam minor dein habetur, uſque dum aut ſignum inferius comparuerit, aut annum trigeſimum quintum, praeter diem unicum, compleverit. Et tunc vocatur ſpado, tametſi nullum ſpadonis ſignum ei adfuerit. Ita Maimonides Halach. *Iſhoth*, ſeu *de re uxoria*, cap. II. ubi de hiſce alia, ex veterum ſcitis, ſubtilia. Et videſis nunc Joſephi Scaligeri Elenchum chronologiae propheticae, pag. 68, 69. & ſeqq. de pubertatis ex jure Ebraico annis. Id autem quod majores in dividunda atque fruenda haereditate, utpote ſui plane juris, poteſtatis undiquaque ſuae, faciebant ipſi, minorum faciebant tutores, ſeu curatores, quos magiſtri ex Graeco ἐπίτροποι, quod idem denotat, אפיטרופין *epitropin* appellant. Hi vero aut a patre conſtituti erant, aut a parente alio, cui ſuccedendum erat, aut a foro ſeu tribunali, nempe ſive LXXI. virorum, qui conſeſſus erat magnus ac unicus; ſive XXIII. virorum, quale inſigniori cuilibet urbi ac unicuique tribui unicum erat, atque Hieroſolymis bina; ſive triumvirorum, qui ſive ex compromiſſo ſive autoritate publica praefecti. De quorum unoquoque nos fuſe in libris de conſeſſu magno. Nempe כל בית דין ובית דין הוא אביהן של יתומים, *Nullum erat forum aut tribunal, quod patris locum pupillis non occupabat*, uti etiam idem Maimonides Halach. *Nechaloth*, cap. X. A tutela autem atque hac cura arcebant tribunalia minores, foeminas, ſervos, atque etiam ex plebe eos, quorum libertas in dubio; quin & eos, qui mentis compotes non erant, atque ſurdos: nam hiſce etiam ipſis curatores praeficiebantur. Atqui parenti, cui ſuccedendum erat, licuit ſive minorem, ſive foeminam, ſive ſervum tutorem praeficere. Anni autem aetatum, quas diximus, neque ſolares erant, neque lunares, ſed juxta cyclos civiles & receptos intercalandi mores, putandi, uti monet, jam citato loco, Moſes ille.

CAP. X.

De praeſtanda filiabus ſingulis ex paternis bonis parte decima, aliave, ubi filiis in haereditatem integram ſuccedentibus, nihil ad filias, jure ſucceſſionis, aliter tranſmitteretur.

QUemadmodum autem filiae nupturae, ut alibi paſſim, apud Ebraeos, donari ſolebat a patre פרנסה, id eſt, *donatio in vitae commoda*, ſeu *bona profectitia*, ſive id ipſum quod in jure Caeſareo *dos* nuncupatur (nam ex jure Ebraico non uxor marito, ſed maritus uxori dotem praeſtituebat) ita ubi pater demortuus filiam hujuſmodi donatione non ditatam & prolem maſculam (quo fiebat, ut in haeredum numero filia neutiquam haberetur) reliquerat, cum patrimonio utriſque, modo jam indicato, ſatis opulento; ex ſententia fori, pro patris erga filiam amore, pro ejuſce dignitate, pro caeteris quae erant circumſtantiis, e quibus paternus hic in filiam animus elici poſſet, taxabatur ejuſmodi donatio ex haereditate paterna, in quam proles maſcula ſucceſſerat, puellae tempore nuptiarum, nomine τῆς פרנסה, praeſtanda. Quod ſi de ſumma non ſatis inde conſtaret, עשור ſeu *decima pars*, ex forenſi item autoritate, ei dabatur, reſiduo aſſis filiis relicto. Gemara Babylonia ad tit. *Cethuboth*, cap. VI. fol. 68. a. בת הנזונת מן האחים נוטלת עשור נכסים, *Filia* (ſeu, quod idem hic eſt, *ſoror*) *cui alimenta praebentur a fratribus, etiam decimam capit bonorum ſeu haereditatis*. Decimae hae filiarum ita praeſtabantur, ut, ubi plures erant, ſua ei, quae primo nupſerat, praeſtita, proxima ex eo quod reſiduum erat, non ex totius aſſis ſumma, deſumeretur. Atque ſimilis de caeteris, quae nuptae poſtea, ratio. Verbi gratia; reliquerat pater CCC minas, filios aliquot, qui integram adirent haereditatem, & filias tres innuptas, neque a patre in futuras nuptias ditatas. Si patrimonium omnibus ſatis, ut dictum eſt, opulentum eſſet, harum ei, quae primo nupſerat, praeſtandae erant XXX. ſeu trecentarum pars decima; ei quae ſecundo, decima reſidui, quod eſt CCLXX. id eſt, XXVII. & quae demum tertio nupſerat, ei XXIV. praeter id quod

excreſcit

excreſcit in reſiduo jam ad CCXLIII. diminuto, praeſtabatur. Quin vero ſi omnes ſimul nuberent, eadem ipſa ſervabatur ratio ſubductionis. Sed ea in ſpecie, decimae ita ſubductae aequaliter ſingulis diſtribuebantur, reſiduo filiis relicto. Etiam paterna haereditas a filiis quocunque diſtracta hypothecae nomine ad decimas haſce obligabatur. Ipſo autem tempore deductionis domum, id eſt, ipſarum nuptiarum celebrationis, puellis majoribus decimae hae erant petendae. Nam ſi res comperendinaretur, hoc jure plerumque cadebant. Videſis Maimonidem, Halach. *Iſhoth*, cap. XX.

C A P. XI.

De ſucceſſione liberorum, qui ſexus dubii, aut utriuſque fuerint, veluti genitalibus obſtructi, aut hermaphroditi.

QUAE hactenus dicta ſunt, ad liberos, ſive maſculos, ſive foemineos, qui corpore fuerint integro, attinent. Sexus autem ſive dubii, ſive utriuſque proli jus competebat ſingulare. Dubii ſexus dicebatur טמטום *tomtom*, ſive is cui ita obſtructa erant genitalia, ut maſculus an foemina eſſet, in dubio poneretur. A verbo טמטם, quod *obſtruere, obturare* ſignificat; ut Elias in Thisbite, וכן קורין למי שערותי כתומה ולא נראה בו לא זכרות ולא נקבות טומטום, *Hinc*, inquit, *eſt quod vocant eum, cujus genitalia ita obſtructa, ut mas an foemina ſit, non conſtet, tomtom.* Unde etiam ספר טומטום, ſeu *liber tomtom*, id eſt, de dubio ejuſmodi ſexu, antiquitus ſcriptus, citatur Moſi Maimonidi in *More Nebochim*, lib. III. cap. XXXVII. ubi legem Deut. XXII. 5. de habitu ſexuum ementito explicat. Et pro *libro artis magicae, quem compoſuit Centir*, quod in veteri verſione ibi ſubſtituit epiſcopus Nebienſis, nihil omnino aliud praeter *librum tomtom* in Ebraeo operis illius ſermone (is R. Samueli Aben Tybbon debetur, qui ex autoris Arabico tranſtulit) reperitur. Idem liber eodem nomine citatur etiam in *More Nebochim*, capite jam dicti libri quadrageſimo primo, alibi. Utriuſque ſexus prolem ſeu hermaphroditum vocant, nomine e Graeco ſumpto, אנדרוגינס, quod ipſum eſt ἀνδρογύνης, ſeu *hermaphroditus*. Horum neuter aliter ſuccedit inter filios, quam ut id ſolummodo ſumat, quod jure, ſive haereditatum, ſive alimentorum, communi, ſive filiis ſive filiabus eſt incommodius. לעלם, inquiunt, נוטל בפחות שבהן, *Semper capit* uterque, *id quod in eis minimum eſt.* Si filii nempe in patrimonium ſatis amplum, unde alendae filiae, ſuccedunt, horum uterque in filiabus cenſetur. Si patrimonium ſit alendis filiis ac filiabus impar, adeo ut ad mendicos, ne deſint filiabus alimenta, relegentur filii (juxta id quod oſtenſum eſt) uterque horum pro filiis habetur; & demum utraque in ſpecie ab haereditatis dominio arcetur. Idem jus obtinuit, ſi filios duntaxat reliquerat defunctus, praeter obſtructum aut hermaphroditum. Tunc enim alimenta tantum cepit uterque, ut pars familiae neceſſaria. Neuter haereditatem, quae eis perpetuo praecluſa, niſi ubi nullus alius filius, ſexus nimirum integri ac manifeſti, interveniret. Tum enim tam hic, quam ille ſuccedebat; ſolus, ſi filiae nullae; ut cohaeres, ſi filiae etiam relictae. Miſna, tit. *Baba Bathra*, cap. IX. הניח בנים ובנות וטומטום בזמן שהנכסים מרובים הזכרים דוחין אותו אצל נקבות נכסין מועטים הנקבות דוחות אותו אצל זכרים האומר אם תלד אשתי זכר יטול מנה ילדה זכר נוטל מנה נקבה מאתים ילדה נקבה נוטלה מאתים אם זכר מנה אם נקבה מאתים וילדה זכר ונקבה זכר נוטל מנה והנקבה נוטלת מאתים ילדה טומטום אינו נוטל אם אמר כל מה שתלד אשתי יטול חרי זה יטול ואם אין שם יורש אלא הוא יורש את הכל, *Si reliquerit quis filios, filias, & prolem cui genitalia obſtruuntur, ſeu tomtomum, ubi patrimonium ſatis opulentum eſt, maſculi eum repellunt ad foeminas; ubi vero anguſtum eſt* (ſeu utrique ſexui alendo impar) *foeminae repellunt eum ad maſculos. Si quis ita pronuntiaverit, Si pepererit uxor mea maſculum, capiat minam; ſi maſculum peperit, capit is minam; ſi foeminam, ducentas; ſi pepererit foeminam, capit ea ducentas; ſi maſculum, minam; ſi foeminam, ducentas; ſi peperit & maſculum & foeminam, capit hic minam, & illa ducentas. Si pepererit* (in ea ſpecie) *obſtructum genitalibus, non omnino capit. At ſi dixerit, Capiat id quicquid fuerit, quod uxor mea pepererit, etiam & hic capit. Quin ſi alii haeredes non fuerint*(de prole defuncti intelligendum) *ipſe etiam univerſi haeres eſt.* Et quod de obſtructo hic dicitur, aeque ad hermaphroditum attinere volunt; de qua re, praeter Gemaram Babyloniam, & adjectos commentarios, conſulas adnotationes Rabbi Jom Tob, ad citatam Miſnam. Cum filiabus autem uterque, ut cohaeres, ſucceſſit, teſte ex veteribus Maimonide, Halach. *Nechaloth*, cap. V. זה הכלל ביורשין כל שני יורשין שאחד מהן יורשודאי והשני ספק אין לספק כלום ואם היו שניהם ספק שמא זהו היורש או שמא זה היורש חולקין בשוה לפיכך מי שמת והניח בן וטומטום או אנדרוגינוס חרי הבן יורש את הכל שהטומטום והאנדרוגינוס ספק הניח בנות וטומטום ואנדרוגינוס יורשות בשוה והריהוא כאחת מן הבנות, *Regula eſt univerſalis inter haeredes, Ubi duo ſunt haeredes, quorum alter manifeſtus eſt, dubius alter, is, qui dubius eſt, nihil omnino capit. Si vero uterque dubius fuerit, nec conſtiterit hic an ille ſuccedere debeat, diſtributio fit utrique aequalis. Si igitur defunctus reliquerit filium, & genitalibus obſtructum, aut hermaphroditum, filius ſolus ſuccedit in haereditatem univerſam, quoniam & obſtructus & hermaphroditus dubius eſt. At ſi reliquerit filias & obſtructum & hermaphroditum, in partes ſuccedunt ſimul aequales: nam ita tam hic, quam ille pro filia habetur.* Nam ubi de filio conſtabat, filiae excludebantur, atque eodem modo hermaphroditus & obſtructus; quia incertum, qualiſnam ſexus ſive hic ſive ille eſſet. At ubi ſexus integri filii deerant, & ſuccedebant filiae, admittebatur inter eas tam obſtructus quam hermaphroditus: quoniam ut partes non faciebant cum filiis, haeredibus manifeſtis, quia ipſi dubii & incerti ſexus; ita inter filias admittendi, quoniam ut dubium erat, maſculi an foeminei ſexus ipſi eſſent, ita, eo nomine, non minus dubium an ipſae filiae ſuccedere deberent: et in dubio, pariter omnes admittendi. At vero qui obſtrui deſinit, & jam maſculus agnoſcitur, cum filiis partem facit, ita tamen

tamen, ut nec pro primogenito habeatur, licet partus fuiſſet omnium primus, nec in haereditaria diſtributione ממעט בחלק בכורה, *minuat partem primogeniturae praerogativa debitam.* Nam ex ſacris illis verbis, *Genueritque ei filios*, &c. Deut. XXI. 15. eliciunt, ut partus momento maſculus agnoſci debeat. Ita *Sepher Sephri* ad Deut. fol. 48. col. 190. & Gemara Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 126. b. alii, ſatis frequenter. Quin ex eiſdem decrevere verbis ſacris, illos ſolum primogeniti partem, ſuas faciendo, minuere, qui filii partus momento manifeſti. Si itaque tres fuerint filii, praeter eum qui jam obſtrui deſinit, haereditas in quatuor partes primo tribuitur, ac ſi tantummodo tres eſſent filii, juxta modum ſuperius indicatum: harum unam ſumit primogenitus; dein, quod reſtat inter omnes aeque ſeu quadripartito dividitur. Ita Gemara Babylonia, ad dict. tit. fol. 127. a. & Maimonides, Halach. *Nechaloth*, cap. II. Ubi advertendum, alteram tantummodo duplicis ſortis partem primogeniturae nomine revera debitam, atque eam eſſe quae hic non minuitur; alteram eodem modo haberi & putari, quo partes filiorum caeterorum. Aliter enim, partem primogeniturae, ſive ſortem duplicem primogenito, ſi tres duntaxat fuiſſent filii, debitam, interventu ejus qui obſtrui deſinit, plane minui nemo non videt. De hermaphroditi jure apud alias gentes conſulas Hieronymum Gigantem de crimine laeſae majeſtatis, lib. III. quaeſt. XVI. & ibi citatos. Et de liberorum ſucceſſione haec dicta ſunto.

CAP. XII.

De ſucceſſione patris, & a latere, ceu fratrum, avi, patruorum; & excluſa, in ſucceſſione, cognatione materna, uti & ipſa matre.


NON extantibus defuncto liberis, neque ex hiſce poſteris, revolvebatur haereditas ab utriuſque ſexus prole ad patrem, niſi interveniret frater, qui defuncti uxorem ex lege duceret; de quo item inferius. Diſcrimen vero hic obſervandum. Ubi de bonis a patre ſucceſſione haereditaria acceptis, mortuo ſine poſteris filio filiave, quaerebatur, patrem haeredem dici, non quod ipſe capere poſſet haereditatem, utpote antea neceſſario defunctus; ſed quod ex ejuſce perſona in vivis eſſe ficta ſeries ſucceſſionis tantum dignoſceretur, atque in haeredibus eliciendis haberetur is pro ſuperſtite, unde defuncti fratres germani primo, eorumque poſteri, dein itidem ſorores, vocarentur ad haereditatem, non tam fratrum aut ſororum defuncti nomine, quam liberorum patris, cui, ſi in vivis fuiſſet, haereditas omnimoda debita. Ubi vero de bonis adventitiis, ſeu peculio minime a parentibus ſucceſſione accepto, quaeſtio fiebat, pater ipſe ut haeres filio filiaeve ſine liberis defunctae ſuccedebat, ſi in vivis eſſet; ſin autem, liberi ejus poſterique eorum ſive in capita ſive in ſtirpes, pro perſonarum numero & qualitate, quas ſive gerebant, ſive induebant, juxta id quod de ſucceſſione liberorum ſuperius traditur. Adeo ut, cognita ſatis ex jam dictis liberorum ſucceſſionis ratione, atque obſervato, illis poſteriſque eorum non extantibus, patrem ſive mortuum ſive vivum pro haerede perpetuo haberi, unde fratres ac ſorores defuncti, eorumque poſteri, ut patris (ſi mortuus fuerit) liberi poſterique, ad haereditatem (excluſa penitus cognatione materna, atque ipſa matre) vocantur, omnigena a latere ſucceſſio ſtatim patefiat. Nam ſi neque patri ſint alii liberi, neque hiſce poſteri ſuperſtites, avus pro haerede ſimiliter habetur, non tam quia avus, quam quia pater ejus eſt, qui haeres proximus, id eſt, patris defuncti. Et ſi avo mortuo fuerint liberi, ſuccedunt illi magis hoc nomine, quam nomine aut fratrum aut ſororum patris, aut patruorum aut amitarum defuncti. Atque ſimilis ſemper ratio proavi, abavi, atavi, tritavi, uſque ad Adamum, habenda. Unde habent illud, אין ארם מישראל שאין לו יורשין, *Non omnino reperitur quis in Iſraelitis, cui deſunt haeredes.* Quae omnia habentur ex receptiſſima interpretatione Numeror. XXVII. 9. Verba ſunt, *Si filiam non habuerit* defunctus, *dabitis haereditatem ejus fratribus ejus. Et ſi nec fratres ei fuerint, dabitis haereditatem ejus fratribus patris ejus. Et ſi pater ejus non habuerit fratres, dabitis* (נחלתו לשארו הקרוב אליו ממשפחתו וירש אותה) *haereditatem ejus conſanguineo ejus propinquiori, qui fuerit de cognatione ejus, ut ille ſuccedat in eam. Eritque hoc filiis Iſrael in decretum judicii, ſicut praecepit Dominus Moſi.* Jam vero duo in primis ſunt in traditionibus veterum advertenda, quibus haec ad jam dictum ſenſum explicantur; de paterna ſucceſſione alterum, alterum de familia ſeu cognatione materna a ſucceſſione perpetuo excludenda. Patris nomen in Sacra Lege omittitur, neque, ut ad eum a liberis tranſmitteretur haereditas, expreſſe ſancitur. Etiam quare omiſſum, audent aliqui rationem adferre. Videſis Rabbi Bechai ad Numer. XXVII. fol. 193. col. 2. & Philonem de vita Moſis, lib. III. Sed ita hanc expoſuere magiſtri legem, idque eorum vetuſtiſſimi, ac ſi de patre nulla omnino quaeſtio fuiſſet, quin nomine *ſanguine proximi*, ei haereditas a filio, filiave ſine poſteris mortua, primo eſſet devolvenda, & dein ad fratres defuncti, ſeu ad patris liberos. Id quod itidem de avo dicendum, cui fratres patris ſine liberis defuncti haeredes ſunt. Nam ut pater ſe habet ad filium, ita avus ad patrem. Et tam avum quam patrem antea demortuum eſſe admitti volunt in verbis Sacrae Legis. Quin & *fratrum* nomen, ſive qua defunctum, ſive qua patrem avumve ſpectant, etiam ſorores, qua, ſucceſſionis ratione, in liberis ſunt proximae, ſatis innuere; argumento a praemiſſa filiorum atque filiarum ſucceſſione ducto. Id autem quod de paterna ſucceſſione dicitur, tum ex rationibus a propinquitate, a merito, ac a viciſſitudine beneficiorum allatis firmant, tum ex eo quod adjicitur de fratribus patris, quorum neminem patri in haereditate aequalem, nedum anteponendum, ex legis divinae mente ſtatuunt. Imo & patrem revera, *conſanguineum ejus propinquiorem e cognatione*

natione ejus eſſe cenſent, & concludunt eum qui maxime propinquus eſt ſanguine, liberis deficientibus, ſemper ad ſucceſſionem vocandum, atque ſyntaxin illam verborum ita intelligendam, ac ſi ad hunc modum, illorum etiam epentheſi hujuſmodi, concepta fuiſſent; *Si filiam non habuerit, dabitis haereditatem ejus conſanguineo ejus propinquiori, qui fuerit de cognatione ejus* (ſeu patris) *& poſtea dabitis haereditatem ejus fratribus ejus*, id eſt, liberis patris. *Et ſi nec fratres*, &c. De qua re vide Gemaram Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 108. & Salomonem Jarchium ibidem. Quin Miſna, cap. VIII. dicti tituli, expreſſe, האחין קודמין לאחי האב יוצאי ירכו של אחין קודמין לאחין האב וזה הכלל כל הקודם בנחלה יוצאי ירכו קודמין והאב קודם לכל יוצאי ירכו, *Fratres anteponendi patruis; qui exeunt e femore fratrum, anteponendi patruis. Haec regula eſt univerſalis; Ubi quis in ſucceſſione haereditaria praeferendus eſt ipſe, etiam & cuncti ejuſce poſteri itidem ſunt praeferendi: ſed pater praeferendus eſt univerſis, qui egrediuntur e femore ſuo*, id eſt, liberis ſuis, & defuncti germanis fratribus ſororibuſque. Et appoſitiſſime Philo, receptos gentis ſuae mores de haereditatibus explicans in lib. III. de Vita Moſis: Primo filios, inquit, in ſucceſſionem vocavit Deus Opt. Max. dein filias, tertio loco fratres, καὶ τετάρτην θείοις πρὸς πατρὸς ἀπονέμει τάξιν, αἰνιττόμενος ὅτι καὶ πατὴρ (ita lego) γένοιτ' ἂν υἱῶν κληρονόμος· πάνυ γὰρ εὔηθες ὑπολαβεῖν, ὅτι πατρὸς ἀδελφῷ νέμων κλῆρον ἀδελφιδοῦ διὰ τὴν πρὸς πατρὸς συγγένειαν, αὐτὸν ἀφείλετο τὸν πατέρα τῆς διαδοχῆς, *quarto patruos* (ſeu *patris fratres*) *ſubindicans etiam patres fieri poſſe haeredes filiorum. Stultum enim nimis foret credere, patruo concedi haereditatem nepotis, ob cognationem paternam, ipſi vero patri eam auferri.* Maternae autem cognationis rationem in ſucceſſionibus non haberi, ſed duntaxat adgnationis paternae, tum ex citatis Numerorum verbis eliciunt, tum ex frequentiſſima mentione patrum משפחות, id eſt, *familiarum* ſeu *cognationum*, in Pentateucho, Paralipomenis, Ezra, alibi. Matribus igitur paſſim aiunt minime omnino eſſe משפחה, ſeu *cognationem* civilem, ſed in paterna eam demergi; ideoque neque ex ſanguine materno haeredem admittendum aut quaerendum, veluti nec matrem, nec materteram, nec avunculum, nec avum ſeu aviam maternam, neque ex hiſce prolem. Nam & in lege ſacra patruorum mentio fit, neutiquam avunculorum. Et proximus conſanguineus ex cognatione defuncti haeres ſemper eſt; qui materno ſanguine tantum conjunctus, ratione jam dicta, eſſe nequit. Hinc ſolenne eſt illud & toties a Talmudicis repetitum, משפחת האם אינה קרויה משפחה, *Familia* (ſeu *cognatio*) *materna minime appellatur familia*, ſeu *cognatio.* Nimirum cognationis civilis in ſucceſſionibus effectum non habet. Videſis R. Bechai ad Numeros, fol. 193. col. 2. Jarchium ad Judicum XVII. 7. & Jacob Bar Salomon, in Oculo Iſraelis, part. II. fol. 89. col. 1. Idem denotat id quod habet vetuſtiſſimus autor libri *Siphri*, fol. 23. col. 92. משפחות הלכות אחרי אבות, *Familiae* (ſeu *cognationes*) *ſequuntur patres.* Tantundem ſexcenties occurrit. Et plane fallit Rabbi Abenezra, ad Numer. XXVII. 9. dum ad illud, *Si filiam non habuerit, transferetis haereditatem ad fratres ejus*, interpretatur *fratres ejus* per מאב או מאם *ſive germanos ſive uterinos.* Refragatur conſtans & receptiſſima magiſtrorum ſententia. Nam fratres ibi, ſecundum ea quae ſupra aperiuntur, ſuccedunt, ſi patri, qui primum ad haereditatem, ſi in vivis fuiſſet, vocandus erat, ipſi fuerint haeredes, nec aliter omnino. Quod de uterinis fratribus dici non poſſe, nemo non videt. Et fratres ex matre ſeu uterinos adinvicem ſuccedere non poſſe, diſertis verbis etiam traditur in ſaepe laudata Miſna, tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. id quod etiam in magiſtrorum de ſucceſſionibus regulis, mox ſubjicitur.

CAP. XIII.

Succeſſionis omnigenae, quae ex jure ſanguinis hactenus tractato pendet, exemplum.

SED materies ſucceſſionis tam liberorum quam patris, adeoque omnigenae quae ex jure ſanguinis, de quo hactenus egimus, pendet, clarior fiet exemplo ob oculos poſito; quod ex Maimonidis *Piruſh Miſnaioth*, fol. 184. adjicimus.



Defuncto Amramo, in hoc ſtemmate, de ejus haerede quaeritur. Si ſuperſtites ſint Moſes & Aaron, ipſi plane haeredes ſunt, habita Moſis, ut primogeniti, ſive ſortis duplicis, ratione. Quod non perinde adjeci, ac ſi, aut memoriae lapſu aut inſcitia, Moſem revera ut Amrami primogenitum hic ſubſtituiſſem: cujus rei inſimulaſſe me nonnullos audio; ſed immerito nimis. Neſcius quidem eſt nemo, natum fuiſſe Aaronem triennio aut circiter ante Moſem, quod manifeſtum eſt ex Exodi VII. 7. Atque ideo etiam primogeniti loco numerari Aaronem I Paralip. VI. 3. & Exod. VI. 20. Sed vero ego hic ſecutus ſum ſucceſſionis paradigma a doctiſſimo Maimonide

nide desumptum, atque eadem quae profert ille nomina, eandem etiam nominum seriem atque ordinem, omnino retinui. Diserte autem collocat ille Mosem sic ante Aaronem, adeoque in exemplo, non ad aliquam stemmatis veritatem exhibendam, sed ad successionis jura demonstranda tantum, velut in ficto schemate, allato, in primogeniti loco ponit. Et fictum plane dicendum est schema, qua etiam ex Abrahae progenie, ut pars tantum rei, quae prae manibus ei erat, inserviens, collateralibus caeteris praetermissis, excerpitur. Neque aliam ob causam proculdubio ita Moses obiter sic ab eo collocatus est, quam ex insigni, quam passim gens Ebraea ei prae caeteris agnoscere solet, dignitatem. Idem Maimonides in *More Nebochim*, part. II. cap. XXXII. de מדרגות הנבואת, seu *de gradibus prophetiae*, locutus, Observandum est, inquit, dictum Mosi fuisse, עלה אל ה' אתה ואהרן נדב ואביהוא הוא ע"ה במדרגה העליונה כמו שנאמר ונגש משה לבדו אל ה' וגו' ואהרן למטה ממנו ונדב ואביהוא למטה מאהרן ושבעים זקנים למטה מנדב ואביהוא ושאר האדם למטה מהם לפי שלמותיהם, id est, *Ascende ad Dominum, tu & Aharon, Nadab & Abihu*, Exod. XXIV. 1. *Ubi ipse, super quem sit pax, in supremo ponitur gradu; juxta id etiam quod ibi legitur, Et appropinquabit Moses solus ad Dominum*, &c. *Infra ipsum collocatur Aaron, infra Aaronem Nadab & Abihu, infra hos* LXX. *senes, infra istos reliqui homines juxta perfectiones suas.* De Mosis item apud eos dignitate videsis Joannem Drusium ad difficiliora loca Levitici, cap. XXIII. Adde etiam Philonem, qui sub extremo lib. III. de Vita Mosis, eum βασιλέα, νομοθέτην, ἀρχιερέα, καὶ προφήτην, *regem, legislatorem, pontificem, & prophetam* nuncupat. Et saepenumero in Sacris Literis, alibique, ejusmodi, ut in schemate, est Mosis nomini loci praerogativa. Adeoque praeclarissimi Rabbini, qui hic praeivit, exemplo usus, non magis ego Mosem pro primogenito (neque ille sane) hic revera sumendum volui, ac Aristoteles Atlantem cum poetis caelum sustinere, ubi, in Metaphysicorum quarto, in notionibus vocabuli *habendi* unam facit in eo, quod aliud prohibet suopte nutu inclinare, ut Atlas, quod ait ibi in exemplum, caelum. Sed ad schema redimus. Si horum neuter, neque ex eis posteri reperiantur, haeres est Miriam filia, uti & ejusce defunctae posteri, modo supra indicato. Hisce non extantibus, revocatur haereditas ad Koathum defuncti patrem, qui si mortuus fuerit, de eo non aliter in hac specie judicandum est, quam si ipse fuisset jam defunctus, cujus haereditas seu bona in controversiam deducta. Adeoque si tres illi filii ejus, Amrami fratres, Izhar, Hebron, Uzziel, superstites sint, succedunt illi pariter in universa Amrami bona, eo quod sunt haeredes seu filii Koathi. Nec primogeniti praerogativae ratio ulla hic habenda, tum quia eorum neuter revera primogenitus, tum quia bona, de quibus lis est, ab eorum patre, momento obitus, possessa non fuere. Ipsis minime in vivis repertis, de prole posterisque eorum quaeritur. Quibus nec repertis, an filiam habuerit Koathus, quaestio fit. Hac non extante, defertur haereditas ad patrem ejus Levi, qui succedit, si in vivis. Sin vero, aestimetur is pro jam defuncto, qui sub judice est. Ideo haeredes sunt Gersom & Merari (quia filii ejus; atque hoc modo patrui succedunt) si in vivis sint; uti eorum posteri, si mortui. Horum nemine superstite, devolvitur haereditas ad Jochebed filiam Levi, qua simul cum prole quaesita, nec reperta, haeres est Jacob, cui mortuo sine filio, Dina filia succedit. Hoc non extante, ejusque posteris deficientibus, haeres est Isaac pater Jacobi. Ei mortuo succedit Esau filius; quo simul cum posteris utriusque sexus sublato, Abraham ut haeres ejus in bona Amrami succedit. Nec maternae cognationis ratio omnino habenda.

CAP. XIV.

De successione fratris fratriam viduam, ex lege, ducentis.

TEmperanda sunt quae de successione & liberorum & patris diximus, lege, de fratris sine prole defuncti uxore ducenda, lata, Deut. XXV. 5. *Si habitaverint fratres simul, & mortuus fuerit unus eorum absque filio* (ita nonnulli; & Ebraea sunt ובן אין לו) *non nubet uxor defuncti foras viro extraneo: sed frater ejus ingrediatur ad eam, ducatque eam in uxorem, & praestet officium affinis. Et erit primogenitus, quem pepererit* (ita verbum verbo reddimus) *surget nomine fratris ejus defuncti, ut non deleatur nomen ejus de Israel. Et si vir ille noluerit ducere uxorem fratris sui, ascendat illa ad portam, dicatque senioribus, Recusat frater mariti mei suscitare semen fratri suo in Israel, nec vult me habere in uxorem. Et advocabunt eum seniores civitatis suae, & loquentur cum eo; & si perseveraverit, dixeritque, Non placet mihi, ut eam ducam, accedet illa ad eum in conspectu seniorum, & extrahet calceum ejus de pede ejus, spuensque in faciem ejus, dicat, & respondeat, Sic fiat viro, qui non aedificat domum fratris sui. Vocabiturque nomen ejus in Israel, Domus ejus qui calceum exuit.* Sed pro *absque filio, absque prole* substituendum: receptissima gentis sententia, aliter lex illa non obtinuit. Unde recte Hellenistae pro ובן אין לו, quod sane verti posset *etiam sine filio*, hoc in loco habent σπέρμα δὲ μὴ ᾖ αὐτῷ, *ac semen ei defuerit*, uti & Latina vetus, *absque liberis mortuus fuerit*. Nam tam hic בן singulariter *prolem* utriusque sexus posteritatemque, quam pluraliter בנים alibi non raro *liberos*, posterosque denotat; de qua re nonnihil supra nos capite primo. Atque firmat haec Sadducaeorum ad Servatorem allocutio, de hac lege, apud D. Matth. XXII. 24. ubi μὴ ἔχων τέκνα, *liberos non habens*, & D. Marc. XII. 19. ubi τέκνα μὴ ἀφῇ, *liberos non reliquerit*, habetur, tametsi Vulgata utroque in loco *filios* verterit. Et seminis nomen, quod ibi suscitandum, utrumque liberorum sexum aeque complectitur. Itaque in hac specie, ob fratriam viduam in uxorem acceptam frater superstes in defuncti bona ita succedebat, ut ad posteros ex fratria hoc nomine susceptos transmitterentur. Videsis Maimonidem, Halach.

Halach. *Nechaloth*, cap. III. & *Magid Miſna* ibidem. Neque vero de primogenito filio a fratre ſuperſtite ſuſcepto, intelligunt legem hanc, ut nonnulli. Nam verba illa de primogenito, ad fratrem (eorum qui ſuperſunt) natu maximum, atque notione primogeniti deſignatum alia ab ea ſtricta, quae, ſive duplicis ſortis ſive ſanctitudinis ratione, ut ſupra oſtenſum eſt, uſurpabatur, attinere ſcribunt. Maimonides, Halach. *Jabom Vechalitza*, ſeu *de jure fratriae viduae ducendae* cap. II. מי שמת והניח אחים רבים מצוה על הגדול ליבם או לחלוץ שנאמר והיה הבכור אשר תלד מפי השמועה למדו שאינו מדבר אלא בבכור שבאחין כלומר גדול האחין יקום על שם אחיו המת וזה שנאמר אשר תלד משמעו אשר ילדה האם ואין משמעו אשר תלד היבמה, *Si quis mortuus reliquerit fratres plures, praecepto tenetur is, qui natu eſt maximus, aut defuncti uxorem ſibi accipere, aut calceum exuere, juxta id quod dicitur*, ET ERIT PRIMOGENITUS, QUEM PEPERERIT. *Unde elicitur, verba non fieri de alio primogenito, praeter eum qui ex fratribus eſt; ac ſi dictum fuiſſet, Fratrum maximus ſurgat nomine fratris ſui, qui mortuus eſt. Et id quod dicitur*, QUEM PEPERERIT, *exponendum de eo quem mater* ejus, *& non de eo quem defuncti uxor, pepererit.* Tantundem habes in Gemara Babylonia, ad tit. *Jabimoth*, ſeu *de fratriis*, cap. IV. fol. 39, & 40. Unde etiam Jarchius, ad verbum illud *primogenitus* in dicta lege, גדול האחים הוא ייבם אותה, *Fratrum maximus eſt is, qui hoc jure eam in uxorem ducit.* Atque ita interpretatur vetuſtus autor *Sepher Siphri*, fol. 52. col. 208. *Peſictha Zothertha*, fol. 82. col. 2. alii paſſim. At ſane commodius in hunc ſenſum verba illa verti poſſunt, *Et erit primogenitus*, ſeu *natu maximus*, fratrum, *& quod pepererit* fratria, *ſurget*, &c. Nam hoc ſatis ferunt Ebraea, atque ita fere autor *Sepher Siphri*, loco jam indicato. Quod ſi primus, qui fratriam hac lege ducebat, ſine liberis ex ea ſuſceptis moreretur, proximus natu in uxorem ſucceſſit, ut dicto *Sepher Siphri* loco & citatis ſupra ex Matthaeo & Marco liquet. Poſteritas autem qualiſcunque ex hujuſmodi nuptiis ſuſcepta, poſt mortem fratris ita fratriam ducentis, in defuncti ſine liberis bona ſuccedebat. Et firmat hanc ſucceſſionem verſio Helleniſtarum, qui pro *Et erit primogenitus*, &c. ſubſtituunt, Καὶ ἔσται τὸ παιδίον ὃ ἐὰν τεχθῇ, κατασταθήσεται ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ τετελευτηκότος, *Et erit proles, quem pepererit*, talis, ut *conſtituatur nomine defuncti.* Scilicet nomen defuncti eſt ſucceſſio hic in ejuſce locum & poſſeſſiones, perinde ac ſi filium ex uxore, quam ſibi liberis ſuſcipiendis ſelegerat, reliquiſſet. *Peſiktha Zothertha* ad Numer. fol. 60. col. 1. רבי יהודה אומר אין שם אלא נחלה נאמר כאן שם ונאמר להלן וקום על שם אחיו המת מה לחלן בנחלה את כאן בנחלה, Scribitur ad illud filiarum Zelophchadi, Num. XXVII. 4. *Quare nomen patris noſtri auferetur*, &c. Ita autem verba ſonant, *Rabbi Jehuda ait, Nomen idem eſt, quod poſſeſſio haereditaria. Nominis vocabulum hic uſurpatur, atque etiam* Deut. XXV. 6. *Surget nomine*, aut ſuper Nomen, *fratris ejus defuncti. Atque ut ibi ſignificat poſſeſſionem haereditariam, ita & hic poſſeſſionem haereditariam ſignificat.* Et expreſſim de ſuſceptae ita prolis ſucceſſione ſingulari, Joſephus lib. IV. cap. VIII. Τὴν ἄτεκνον ἀνδρὸς αὐτῇ τετελευτηκότος ὁ ἀδελφὸς ἐκείνου γαμείτω· καὶ τὸν παῖδα τὸν γενόμενον τοῦ τεθνεῶτος καλέσας ὀνόματι, τρεφέτω τοῦ κλήρου διάδοχον, *Si cui maritus, nondum ſuſceptis liberis, defunctus fuerit, frater mariti eam ducito; & filium ex ea natum defuncti nomine vocatum ſortis haeredem nutrito.* Sive, ut Ruffinus vertit, *natum filium mortui nomine vocans, haereditatis ſuae* (defuncti ſcilicet fratris) *nutriat ſucceſſorem.* Quod vero hic de nato mortui nomine vocando habetur, alios etiam habuit autores. Nam & vetus Latina Deut. XXV. *Primogenitum filium ex nomine illius appellabit.* Et *Sepher Siphri*, יכול אם היה שמו יוסי וקרא שמו יוסי יוחנן יקרא שמו יוחנן תלמוד לומר על שם אחיו מכל מקום, *Veluti ſi nomen ejus* (defuncti fratris) *fuerit Joſe, vocabit nomen ejus* (filii ſuſcitati) *Joſe; ſi Joannes, vocabit nomen ejus Joannem. Senſus eſt, ut fratris ſui nomine qualitercunque appelletur.* Et videſis D. Auguſtinum quaeſt. 46. ſuper Deuteronomium, & contra Fauſtum Manichaeum lib. XXXII. cap. X. de nomine defuncti imponendo, uti & Bedam ad Deut. XXV. Et Julius Africanus, apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. I. cap. VIII. & Nicephorum Calliſtum lib. I. cap. XI. Familiarum, inquit, nomina inter Iſraelitas enumerari ſolent, ἢ φύσει ἢ νόμῳ· φύσει μὲν, γνησίου σπέρματος διαδοχῇ· νόμῳ δὲ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ὄνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου, *aut natura, aut lege: natura, cum proles ex germano parentum ſemine ſuccedit; lege autem, cum alter filium procreat in nomen fratris ſui, qui abſque liberis e vita exceſſerit.* Ruffinus ibi vertit, *Naturae quidem ſucceſſiones habentur, quae ex ſeminis vel ſanguinis veritate deſcendunt: legis autem, cum quis filius alio generante ſubſtituitur ſub nomine fratris defuncti ſine liberis.* Sed conſenſu magiſtrorum, poſteri a fratre fratriam ducente ſuſcepti omnes, pro vario jure in aliis ſpeciebus ſucceſſionis, defuncti fratris haereditatem capiebant. Nominis impoſitio hic nec locum habere ullum videtur, nec rationem. De fratribus autem uterinis lex haec non intelligenda, ſed tantum de germanis. Nam ut adinvicem minime ſuccedunt (quod ex jam oſtenſis liquet) uterini, ita nec hac lege tenentur. Maimonides, Halach. *Jabom Vechalitza*, cap. I. אחים מן האם אינן חשובין אחין לענין ירושה או לענין ייבום וחליצה הרי הן כמו שאינן (אחין) שאין אחוה אלא מאב, *Fratres ex matre tantum* (ſeu uterini) *non cenſentur pro fratribus, aut in materie haereditatis, aut in materie defuncti fratris uxoris ducendae atque exuendi calcei, quin ſunt veluti qui non ſunt omnino* fratres. *Nam non eſt fraternitas, quae a patre non eſt.* Idem in Gemara Babylon. ad cap. II. tit. *Jabimoth* fol. 17. Sed vide Ruth I. 11 ubi Naomi ad nurus ſuas Orpha & Ruth viduas, nec prole beatas, *An adhuc*, inquit, *intra me in utero meo ſunt filii, qui fiant mariti veſtri?* Perinde ac ſi non ſolum ad fratrem uterinum, ſed etiam ad eum, qui mortis fraternae tempore nondum in lucem fuerat editus (quod itidem uno ore negant magiſtri) jus hoc ſpectaſſet. Atqui non ex hujuſce juris obtentu, ſed ex ingenti erga nurus amore a Naomi hoc dictum volunt, ac ſi tantum innuiſſet, tanto erga eas ſe amore flagrare ut,

ut, si fieri posset, futuris, si qui sibi essent, filiis, eas in uxores traderet. Unde Abenezra ibi, וזאת דרך חיבוב ולא דרך ייבום, *Hoc ex amore processit, non ex jure fratris defuncti uxoris ducendae*. At Jarchius ibi aliter; & licuisse quidem futuris Naomi filiis hasce ducere, non hac tamen lege; neque in eam, quae fratriam alias in uxorem negat (Levitic. XVIII. 16.) ita commissuros, שלא היו למחלון וכליון קדושין בהם שנכריות היו ולא נתגיירו *quia non erant legitimae Machloni & Chilioni* (maritis prioribus) *cum eis nuptiae, eo quod extraneae erant, nec proselytae factae*. Vide Deut. VII. 3. & Ezram IX, & X. Quamplurima sunt alia a magistris tradita, de aetate, corporis vitio, propinquitate sanguinis, aliis non paucis; quae in causa saepius fuere, ut lex haec non obtineret. Neque obtinuit si vidua ex defuncto gravida foetum in lucem vivum, nec abortivum, ediderat, tametsi statim moreretur. Tempus item XC. dierum seu trimestre praestitutum est, intra quod levir eam minime accipiebat, ut scilicet de prole defuncti, si qua fuerit in utero, melius constaret. Et innumera sunt, quae ad legem hanc spectant, nec locum hic habent. Praecipua aliquot adjicimus. Si defunctus frater adoptione illa seu filii assertione (de qua supra capite IV.) usus fuisset, frater superstes hac lege non tenebatur. Ad illa verba, האומר זה בני נאמן, *qui pronunciat quempiam filium suum esse, ei creditur*, adnotat, ex veterum scitis, R. Obadias Bartenorius, ליורשו ולפטור את אשתו מן היבום, *tum ut haeredem ita satis designatum habeat, tum ut uxorem leviri nuptiis liberet*. Atque idem in Gemara Babylonia ad eundem locum habetur. Quemadmodum autem supra in successione liberorum, de quibus incertum erat, haeredes essent legitimi necne, partitio aequalis fiebat: ita hic, si defuncti uxor intra tempus trimestre denuo nupta leviro pepererit prolem, ita ut incertum esset, primo an secundo marito ea esset tribuenda, & demum proles ipsa litem cum leviro instituerit de haereditate paterna, atque ex primis nuptiis se natum asseruerit, resque in dubio ita manserit; divisa haereditate, partem alteram capit proles haec, alteram levir ipse. Quod ipsum dicendum de leviri liberis manifestis, si cum eis proli huic dubiae controversia ejusmodi oriretur. Leviri liberos intellige ex fratria susceptos: nam ad eos solummodo haereditas, de qua quaestio fit, attinuisset, nisi dubia illa intervenisset proles. At si bini a leviro relicti sint filii ejusmodi manifesti, a quibus dubia illa proles (verbi gratia, filius) dimidiam bonorum paternorum partem petierit, ratione jam dicta; illi vero tertiam ei debitam tantummodo agnoverint, quia pro fratre, id est, secundarum nuptiarum filio, sumunt; dimidia pars a dubio agnita binis illis tribuenda, uti & pars tertia dubio a binis illis ei agnita, reliqua vero pars sexta aeque inter eos dividenda. Moritur proles haec dubia sine liberis; levir & avus aequaliter succedunt. Nam si ex primis nuptiis nata fuisset, avus, ex jure quo ascendentes succedunt, fuisset haeres; si ex secundis, eodem jure, levir: quoniam res in dubio restat, uterque pariter succedunt. Atque ita Maimonides, Halach. *Nechaloth*, cap. V. Vide nunc, de fratri defuncto semine suscitando, patres qui de consensu evangeliorum D. N. Jesu Christi scribunt, & inprimis etiam consulas Abulensem ad Deut. XXV. quaest. 3. & ad D. Matthaeum cap. XXII. quaest. CXLI. & sequentes usque ad CC. Adde his Albericum Gentilem de Nuptiis, lib. V. cap. IX. & quos ipse citat alios, & theologos & jurisconsultos. Judaeis recentioribus mos inolevit, ut cum filiam quis spoponderit viro, cui plures fratres, ab ipsis cunctis plerumque exigatur obligatio, se juri huic, si sponsus uxore superstite obierit, solenni more renunciaturos (id quod ex Lege Sacra fas est) ne scilicet libera secundo nubendi facultas fratriae deesset. Et interdum maritus moribundus divortii libello matrimonium solvit, ne frater inhians fratriae doti, ex hoc jure, familiae damno fiet. Discimus haec ex Leonis Mutinensis Judaei, qui Venetiis hodieque, ut audio, archisynagogus est, compendio Italice conscripto de ritibus, vita & moribus Ebraeorum. Exemplar mecum, pro summa sua humanitate, communicavit, v. cl. eruditissimusque Guilielmus Boswellus eques auratus, atque apud ordines Belgiae foederatos serenissimi regis magnae Britanniae orator, qui a Leone autographum accepit.

CAP. XV.

De Nuptiis Boazi & Ruthae. Eas ad legem, de fratria ducenda, non spectare.

PRaetereunda hic non est historiola sacra de Boazo & Rutha; quae a nonnullis accipitur, ac si ex jure fratriae ducendae penderet. Quod non sine magno errore dicitur. Neque enim Machloni, defuncto Ruthae marito, erat Boazus frater. Neque de propinquo aut fratre, qui fratriam duceret, verba fiunt ibi, sed diserte de גואל seu גואלו הקרוב, id est, *propinquo cui jus* (aut *officium*) *erat redimendi patrimonium venditum* (quale ferme Gallorum moribus vocatur *droict de retraict lignagier*) ex lege lata Levitic. XXV. de qua consulas Maimonidem, Halach. *Semita Vejubal*, seu *de anno remissionis*, cap. IX, & XII. Nec sane exutus hic (Ruth. IV. 7.) calceus ritus est, qui ad fratriae nuptias attinere potest. Nam is, ubi ad eas spectabat, renunciationis duntaxat signum erat: quod scimus ex Deut. XXV. 9. Atque hic nihil aliud innuit praeter solennem, quae inoleverat, traditionis seu acquirendi dominii formulam; de qua optime *Medrash Ruth*, fol. 49. col. 2. Neque nuptiarum renunciatio, sed contra ipsae nuptiae fiunt. Igitur expresse R. Salomon Jarchius, ad illud Ruth III. 9. *Quoniam tu propinquus es*, seu, quod idem est, כי אתה גואל, adnotat, לגואל נחלת אישי כמו שנאמר ובא גואלו הקרוב אליו וגואל וגו וחמותי ואני צריכות למכור נחלתינו ועתה עליך לקנות קנה גם אותי עמה שיזכר שם המת על נחלתו כשאבא על השדה יאמרו זאת אשת מחלון, *Ad redimendam haereditatem mariti mei, secundum id quod dicitur* (Levitic. XXV. 25.) ET VENIAT REDEMPTOR EJUS QUI, PROPINQUIOR

OR EI, ET REDIMAT, *&c.* *Nam socrui meae mihique necesse est, ut haereditatem* (seu *possessionem*) *nostram vendamus. Tua refert, ut acquiras, & cum ea me simul acquire, ut ita in memoria habeatur nomen defuncti propter haereditatem suam*; *ut scilicet, cum ego in fundum illum veniam, dicant homines, Haec est uxor Machlonis.* Tantundem ad cap. IV. 10. ubi *suscitare nomen defuncti* aliud est ab eo, quod in lege de fratria ducenda occurrit. Boazum autem Elimelechi fratrem fuisse, adeoque Machlonis patruum, magistrorum alii, alii ex fratre nepotem fuisse volunt; de qua re consulas Jarchium & Abenezram ad Ruth III. 13. & *Midras Ruth*, fol. 48. col. 1. Admittendum interim est, & Elimelechum patrem, & Machlonem filium (quorum utrique propinquus & redemptor Boazus) superstites patrimonium hoc jam redemptum, dono uxoribus dedisse, aut potius hunc sigillatim suas possessiones, illum item suas uxori suae (quod quomodo fieret disces ex Maimonide, Halach. de Donationibus, cap. VI.) neque donationes illas vim legis de redemptione minuisse. Unde nam aliter agri dominium earum alterutri? Et monstrum sane est, quod ad Ruth IV. habet de hac re Lyranus; *Sciendum est*, inquit, *hoc, quod licet mulieres non succederent in haereditatem, tamen quia uxor post maritum defunctum sine liberis remanebat, ipsa tenebat partem haereditatis ad vitam, & illam poterat vendere, in quantum erat sui juris : & sic dicitur hic quod, Noëmi eodem modo vendere volebat partem agri.* Ab Ebraeorum moribus haec sunt alienissima, ut ex supra dictis satis liquet, atque ex eis quae post habemus, capite XVIII. de successione maritali, ubi uxores ab omni in mariti bona successione arcentur, excepto quod alimenta eis inde essent praestanda; de qua re capite IX. monuimus. Quin mirum est, quod habet de illa redemptionis historiola Josephus, lib. V. cap. XI. ubi Boazum inducit propinquo illi alteri, de quo Ruth IV. 1. sic alloquentem, *Elimelechi & filiorum sortes possides tu*; ipsum etiam fatentem se possidere, *συγχωρέντων τῶν νόμων κατὰ ἀγχιστείαν*, seu *ex indulto legum de propinquitate.* Unde Boazus ibi, Οὐκ οὖν ἐξ ἡμισείας, inquit, δεῖ μεμνῆσθαι τῶν νόμων, ἀλλὰ πάντα ποιεῖν κατ᾽ αὐτοὺς μᾶλλον· ἰδοὺ γὰρ δεῦρ᾽ ἥκει γύναιον, ὅπερ, εἰ θέλεις τῶν ἀγρῶν κρατεῖν, γαμεῖν σε δεῖ κατὰ τοὺς νόμους, *Tum ergo non ex parte tantum legum meminisse oportet, sed omnia juxta praescriptum earum facere. Ecce adest mulier, quam, si vis possessionem agrorum retinere, lex te ducere jubet.* Inde & sortem & foeminam ille Boazo cessit, ritu, ut ipse Josephus persequitur, adhibito, ut mulier ei solveret calceum, & in faciem ejus expueret. Sed confusio est planissime binarum legum, quarum altera de haereditate alienata seu emptores invitante redimenda, altera de fratria ducenda est, utraque satis invicem diversa; neque altera quid cum altera aut in Sacris Literis aut apud magistros habet commune. Sed mendum est in Josephi exemplaribus, quae loco citato τύπτειν εἰς τὸ πρόσωπον, seu *percutere in faciem*, ut versio etiam recentior est, habent pro πτύειν εἰς τὸ πρόσωπον, *in faciem expuere*, ut Ruffinus, vetus ejus interpres, recte legebat. Id satis liquet ex ejusce lib. IV. cap. VIII. ubi de calceo leviri fratriae nuptiis renuntiantis exuto agit. Atque de ea re olim monuit item I. Drusius in Miscellaneis. Sed vero & advertendum est, Fl. Josephum in eis quae ad leges gentis suae civiles atque res forenses attinent, a receptissimis Talmudicorum sententiis aliquot in locis aliis nimium discrepare, utcunque ipse se venditet, sub fine libri vigesimi, ut καλὰ τὴν ἐπιχώριον παιδείαν διαφέροντα, *patrias disciplinas egregie callentem*, & in vita sua scribat, a pontificibus & urbis primoribus se consuli solitum, etiam dum quartum decimum aetatis annum ageret, ὑπὲρ τοῦ παρ᾽ ἑαυτοῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι, *ut ab eo penitiorem legum sensum ediscerent.* De nuptiis autem Boazi & Ruthae, vide nunc, praeter patres veteres, Abulensem ad Deut. XXV. quaest. 5. & seqq. & ad D. Matthaeum, cap. XXII. quaest. CXLI. & quae sequuntur.

CAP. XVI.

De fratris incerti, sive de quo ambigebatur inter certos, an patris esset filius, singulari successionis atque haereditatis invicem transmissionis ratione. Et de aliis haeredibus ascendentibus atque a latere incertis.

SED de successione fratrum aliorumque haeredum incertorum, monendum. Ostensum est supra, capite IV. patris assertione, velut adoptione, filium ita fieri, ut nec liberis caeteris reluctari fas esset. Si vero deesset omnino patris assertio, nec inter fratres de natalibus alicujus eorum satis conveniret, pro asserentium, dubitantium & negantium differentia successum est. Veluti, fratres sint certi duo, Simeon & Reuben, incertus Levi; adeo ut, verbi gratia, eum ab exteris terris reducem agnoscat Reuben fratrem sibi esse, seu patris demortui filium, sed ignorare se aiat Simeon, neque aliae parti alterutri suppetant probationes. Nam כל היורשין יורשין בחוקתן, *universi haeredes succedebant pro suis quas habebant probationibus, & qua agnoscebantur.* Ita succedit in haereditatis distributione Levi, ut Simeonis, qui eum non agnoscat, pars sit assis dimidia, id est, eadem quae fuisset, si praeter ipsum & Reubenum alius haeres non fuisset; ita vero fiunt partiarii haeredes Levi & Reuben, ut eadem ratione partem Levi superet pars Reubeni, qua Reubeni partem pars Simeonis. Nempe pars altera dimidia in partem totius tertiam & sextam tribuitur: hanc Levi, illam Reuben capit. Quod si Levi & parte hac & bonis aliis ditatus sine liberis moriatur, pars illa sexta redit ad Reubenum tota, Simeone excluso; sed bona caetera ad utrumque: quia fatetur Reuben utrique fratrem eum esse, neque negat Simeon. At si plane negat Simeon, tam sextam partem illam quam bona caetera qualiacunque Levi demortui solus adit Reuben. Atqui ad hunc modum jus obtinuit in aliis haeredibus ejusmodi incertis, atque a cohaeredum aliis agnitis, ab aliis ignoratis, negatis ab aliis. De hisce vide Misnam, tit. *Baba Bathra*,

ra, cap. VIII. & Gemaram Bab. ibid. fol. 134, & 135. praeter Maimonidem, Halach. *Nechaloth*, cap. IV. Quin tametſi filius dubius (ut in ſpecie, ubi neſcitur ſeptimeſtris an novimeſtris, adeoque primi an ſecundi mariti fuerit, quam habes ſupra cap. IV.) patrum dubiorum neutri ſuccedit; ei nihilominus mortuo ſine liberis pariter ſuccedit pater uterque. Quoniam ubi שניהם ספק *uterque dubius eſt haeres*, ſuccedit pariter uterque. Ita capite V. dicti tituli idem Maimonides.

CAP. XVII.

De ſucceſſione maritali, ſive unde vir.

QUemadmodum matri, quae ſuae poteſtatis erat, ſive viduae, ſuccedebant liberi, ita uxori defunctae maritus erat haeres primus, qui tam ſua quam illius bona in unum patrimonii corpus confuſa, ad haeredes quidem poſtmodum tranſmittebat: ita tamen ut uxoris ſive unius ſive plurium filii in materna bona, ſecundum ea quae ſupra capite ſecundo oſtenſa ſunt, ſuccederent. Jarchius ad Gemaram Babylon. fol. 116. b. tit. *Baba Bathra*, הבעל יורש את אשתו ואם אין בעל קיים בנה יורשה, *Maritus ſuccedit ut haeres uxori. Et ſi maritus ſuperſtes non fuerit, adit haereditatem filius uxoris.* De hac ſucceſſionis ſpecie, Miſna, tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. האיש את אמו והאיש את אשתו נוחלין ולא מנחילין, *Vir matri ſuae, maritus etiam uxori ſuccedunt, ut haeredes; ſed ab eis haereditas invicem non defertur.* Et ibidem, האשה את בנה והאשה את בעלה מנחילין ולא נוחלין, *Foemina ad filium ſuum, uxor ad maritum ſuum haereditatem tranſmittit; ſed earum neuter viciſſim capit.* De matre ratio manifeſta eſt ex eis, quae de ſucceſſione paterna aperuimus. Et inter conjuges ſucceſſio minime, uti apud Romanos, reciproca, aut tantum ubi nulli relinquerentur liberi, parentes, aut cognati, excluſo fiſco. Sed ut non liberis mater, ita nec marito ſuccedebat omnino uxor. Et in haereditate uxoria praeferebatur etiam ipſis liberis maritus. De hac re etiam Miſna, tit. *Maccoth*, ſeu *de plagis*, cap. I. & Talmudici paſſim. Magiſtri autem, quibus ſolenne eſt literarum metatheſi, & verbis ſeorſim, ac aliter ac tota ſyntaxis pati videatur, intellectis, ea elicere quae receptos mores ſeu majorum traditiones firment, dupliciter hanc ſucceſſionem maritalem etiam ex Legis Sacrae ſyllabis adſtruunt. Primo, ex illis verbis, Numer. XXVII. 11. נחלתו לשארו, quod *haereditatem ejus conſanguineo ejus* in verborum contextu ſupra, capite XII. allato, recte vertitur. Etenim cum τὸ שאר non modo *conſanguineum* ſed & *propinquum* utriuſque ſexus, adeoque uxorem, denotare poſſit, literarum poſituris paulo immutatis, dum de maritali ſucceſſione diſputant, fingunt hic ac ſi ſeorſim ſcriptum fuiſſet, נחלת שארו לו, *haereditas ejus quae ei propinqua eſt*, ſive uxoris, *ad eum pertinet*, quod plane ſacrorum verborum anagramma eſt. Secundo, ultima legis ejuſdem verba וירש אותה *& ille ſuccedet in eam*, id eſt, *haereditatem*, ſive, ut Helleniſtae, *κληρονομῆσαι τὰ αὐτοῦ*, *ut haereditario jure ſubſtantiam ejus poſſideat*, ita ſigillatim capere volunt (ubi de hac ſucceſſionis ſpecie loquuntur) ac ſi ibi ſignificarent, *& ipſe vir excipiat eam* uxorem *ut haeres.* Nec ſane verba ſeorſim lecta refragantur. Sed hi potius luſus ſunt, qualibus uti amant, cum ea firmare ex ſacro textu ſe torquentes laborant, quae e majorum traditionibus atque ſuperinductis, pro re nata, ubi nihil certi a Numine praeſcriptum eſt, legibus ad poſteritatem ſunt tranſmiſſa. De hac re conſulas *Baal Haturim*, Bechai, alios, ad Numer. XXVII. Gemaram Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 111. praeter adjectos commentarios. Et apud veteres eſt etiam ſolenne, אין מעביר נחלה אלא בת הואיל ובנה ובעלה יורשין אותה, *Non transfertur* (vocabulo proprie ſumpto) *haereditas niſi a filia, quippe cui ſuccedit ut haeres & filius & maritus.* Ita R. Jehuda apud autorem *Peſiktha Zotertha*, fol. 60. col. 2. ad illud והעברתם, *Et transferetis*, &c. Num. XXVII. 8. ita alii. Nempe, ſive ad filium devenerit haereditas ab ea tranſmiſſa, ſive ad maritum, a cognatione ſua plane transfertur, nec in illam redire jure ſanguinis poteſt. Quod ex ſupra dictis liquet. Videſis Maimonidem, Halach. *Iſhoth*, ſeu *de re uxoria*, cap. XXII. & Halach. *Nechaloth*, cap. I. ubi ille, האשה אינה יורשת בעלה כלל והבעל יורש את כל נכסי אשתו מדברי סופרים והוא קודם לכל בירושתה אע״פ שהיא אסורה עליו כגון אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ואע״פ שהיא קטנה ואע״פ שהבעל חרש הוא יורש את אשתו, *Uxor marito ſuo non omnino ſuccedit. At maritus ſuccedit in omnia uxoris bona ex Scribarum ſancito.* (De ſancitis ejuſmodi vide ſupra cap. II.) *Atque is omnibus aliis praefertur in uxoris haereditate, tametſi haud legitima fuerit uxor; veluti ſi vidua ducatur a pontifice maximo, aut repudiata, aut ea cui, exuto calceo, renuntiatum eſt, a ſacerdote vulgari; aut tametſi minor fuerit uxor. Quin licet maritus ſit ſurdus, uxoris haeres eſt.* Adde ſis Gemaram Babylon. ad tit. *Gittin*, ſeu *de libellis repudii*, fol. 55. In utroque vero Maimonidis loco jam citato, duo obſervantur inprimis monita; alterum, hanc ſucceſſionis formulam non obtinuiſſe, niſi ubi ipſa uxor ברשות הבעלה *in poteſtate viri*, ita ſcilicet, ut plane uxor eſſet. Et plurima accedunt, quae hoc explicant. Sed ad ſponſaliorum & nuptiarum tractatum, cui hic locus non eſt, attinent. Alterum eſt, non in alia uxoris bona ſuccedere maritum, praeter ea, שבאו לרשותה והוחזקה, *quae in uxoris poteſtatem & poſſeſſionem devenerint.* Ut excludantur quae poſt ejuſce mortem, ſive profectitia ſive adventitia, tantum expectabantur. Nonne ad hujuſmodi ſucceſſionem attinet illud Siracidis, cap. XXII. 4? *Filia prudens κληρονομήσει ἄνδρα αὐτῆς, haeredem relinquet*, aut *haereditatem tranſmittet ad maritum; καὶ ἡ καταισχύνουσα, εἰς λύπην γεννήσαντος, & quae dedecorat* eum, *dolori eſt genitori.* Scilicet meretur filia prudens, ut haereditatem ſeu bona, in quae ſuccedat maritus, accipiat a genitore; cui dolori eſt & exhaeres, ſi maritum dedecorat. Certe ita κληρονομήσει uſurpatur de ſucceſſione liberorum, Prov. XIII. 22. Et Vulgata in loco Siracidis, *Filia prudens haereditas viro ſuo.* Videſis item Maimonidem, Halach. *Semitta vejubal*, cap. IX. ſub extremum, ubi de ſucceſſione maritali verba faciens, ואם ירש ממנה בית הקברות יחזיר לבני משפחה משום פגם משפחה ויתנה לו דמיה ומנכין לו דמי קבר אשתו שהרי חייב בקבורה,

Et

Et ſi, inquit, *ut haeres ab ea accipiat monumentum ſepulchrale* (locum ſepulturae ſepoſitum) *reſtituit illud cognatis familiae ejus, ne dedecus familiae eveniat* ; *& pretium ejuſce ei numerant, deducto ſepulchri uxoris ſuae* (nam ejus ſepeliendae ſumptus ad eum attinent) *pretio*.

CAP. XVIII.

Succeſſionis maritalis exempla. Et de diverſarum tribuum haereditatis, per mutuas earum nuptias, confuſione, ac filiabus ἐπικλήροις, *ſeu quibus haereditates obtigiſſent.*

QUIN ſucceſſionis maritalis in Sacris Literis exempla notant bina, alterum in Joſuae XXIV. 33. alterum I. Paralip. II. 21. Primo in loco legitur, *Eleazar quoque filius Aaron mortuus eſt* ; *& ſepelierunt eum in colle Phinees filii ejus, qui datus eſt ei in monte Ephraim.* Neque Eleazaro, utpote pontifici, neque Levitis agrorum ſeu collium poſſeſſio erat. Unde igitur Phinees filio ejus in aſſignata tribui Ephraim portione hic collis ? Receptior eſt ſententia שירש מאשתו, *quod jure haereditario acceperit* (ſive Eleazar, ſive Phinees) *ab uxore*, cui ſuperſtes erat. Praeter Gemaram Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 111. & Rabbenu Aſcher ibi, fol. 206. col. 3. conſulas Jarchium, Gerſomidem, & D. Kimchium ad extremum Joſuae. In ſecundo loco habetur, *Venit Hezron ad filiam Machir patris Gilead, accepitque eam, cum eſſet filius ſexaginta annorum* ; *& illa peperit ei Segub. Segub autem genuit Jair, qui habuit* XXIII. *civitates in terra Gilead.* Alii ſane XXIII. has civitates dotem fuiſſe filiae Machiri ; ut Jarchius in commentario. Alii de haereditate a matre, quae ex tribu Manaſſis erat (cujus in portione Gilead) tranſmiſſa intelligunt ; ut D. Kimchius ibidem. Videſis Numer. XXXII. 40. Deut. III. 14. Judic. X. 3. Sed ſententia eſt etiam receptior, haereditatem haſce civitates fuiſſe Jairo uxoriam. Kimchius ibi, רבותינו ז'ל אמרו כי אין זה יאיר הכתוב בתורה אלא זה יאיר בן שגוב לקח אשה בארץ הגלעד ומתה וירשה ומירושת אשתו היו לו אלו עשרים ושלשה ערים, *Rabbini noſtri piae memoriae dicunt, quod hic non eſt Jairus, qui memoratur in lege*, Num. XXXII. 41. *Sed hic Jairus Segubi filius accepit uxorem in terra Gilead, cui mortuae ſucceſſit ut haeres. Et ex haereditate uxoria fuere ei hae* XXIII. *civitates*. Et utrumque exemplum obſervatum habes in *Sepher Siphri*, ad Numeros, fol. 23. col. 92. & in citata jam Gemara Babylonia. At igitur nuptiae hic a diverſarum tribuum conjugibus contractae fuere, & a tribu altera ad alteram haereditates tranſlatae ; quod vetitum eſt Num. XXXVI. 7. *Non migrabit poſſeſſio filiorum Iſrael de tribu in tribum* ; *quoniam quiſque de filiis Iſrael haerebit in haereditate tribus patrum ſuorum. Et quaecunque filia haereditatem aliquam poſſederit in quacunque tribu filiorum Iſrael, debet fieri uxor alicujus, qui eſt de cognatione tribus patris ſui, quo ſcilicet quiſque de filiis Iſrael poſſideat haereditatem patrum ſuorum. Nec transferri debet haereditas de tribu una in tribum aliam : ſed quiſque de tribubus filiorum Iſrael adhaereat haereditati ſuae.* Pro eo quod eſt hic *haerebit* & *adhaereat*, Ebraica veritas habet ידבקו, *haerebunt*, aut *conjungentur*, quod vertunt Helleniſtae, προσκολληθήσονται, *adglutinabuntur, adjungentur.* Et vulgata verſio ibi, *Haereditas permaneat in familiis, nec ſibi miſceantur tribus* ; *ſed ita maneant, ut a Domino ſeparatae ſunt.* De qua videſis Paulum Burgenſem ad Num. XXXVI. Joann. Druſium ad Num. cap. CXXXIX. & Petrum Lanſelium Calumniarum (ut ille vocat) Caſauboni diſpunctionibus, cap. IX. Atqui a magiſtris ita praeceptum hoc explicari ſolet, ut ad ipſum tempus duntaxat, quo promiſſa tellus diviſa eſt, non ad ſequentia ſecula, extendatur. Unde frequens eſt illis ſcitum, quod lex de haereditatibus a tribu ad tribum tranferendis לא היה אלא לאותו דור בלבד, *Non attinebat ad aliud ſeculum praeter ipſum, in quo lata eſt.* Ita R. Bechai ad Numeros fol. 193. col. 3. & fol. 200. col. 2. Iſachar Ben Nephtali, ad *Midbar Rabba*, fol. 281. b. alii. Et ad hanc rem alia in Gemara utraque, Hieroſolymit. ad *Baba Bathra*, fol. 16. col. 1. & Babylon. ad eund. tit. fol. 111. a. Atque animadvertenda ſunt ad hanc rem commata 7. 17, & 18. cap. XXI. libri Judicum. Vide etiam Georgium Cedrenum in Annalibus, pag. 189. Ita adhaeſio illa, ſeu tempus adhaeſionis haereditatum ſingulis aſſignatarum & uti interdictum de mutuis tribuum nuptiis, ad illud duntaxat ſeculum, imo ad ipſum diſtributionis momentum & actum, ne ſcilicet, ante ſtabilitas tribuum ſingularum poſſeſſiones, familiarum adeoque patrimoniorum confuſio aliqua ſub initio fieret, referendum eſt (ſi hiſce fides) nec ulterius legem illam vim ſortitam eſſe putandum. Et de mutuis invicem tribuum nuptiis in commentariis Ebraeorum teſtimonia occurrunt alia luculentiſſima. Conſulas inprimis ea de re, Miſnam & utramque Gemaram, tit. *Kidoſchim*, cap. IV. Sed videſis Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. IV. ſub extremum, Andronicum Conſtantinopolitanum, dialogo contra Judaeos, cap. XXXVII. Lyranum ad Numer. XXXVI. D. Thomam 1. 2. quaeſt. 105. art. 2. ad 2. arg. Baronium, Annal. Eccleſiaſt. Apparat. §. 36. Caſaubonum, Exercitat. I. 13. Ludovic. Molinam, de Juſtitia & Jure, Tract. II. diſp. 28. concluſ. 3. & ſcriptores de genealogia Chriſti. Atqui & obſervandum eſt, Helleniſtas Numer. XXVII. 11. verba illa, *Dabitis haereditatem ejus conſanguineo ejus propinquiori qui fuerit*, ממשפחתו *de cognatione ejus*, vertere, δώσετε τὴν κληρονομίαν τῷ οἰκείῳ τῷ ἔγγιστα αὐτοῦ ἐκ τῆς φυλῆς αὐτοῦ, κληρονομῆσαι τὰ αὐτοῦ, *dabitis haereditatem propinquiori ejus conſanguineo ex tribu ejus, ut jure haereditario in bona ejus ſuccedat*. Ac ſi mens legis fuiſſet illius, conſanguineos ex tribu legitimos duntaxat fieri poſſe haeredes. Unde Licinius Ruffinus in Collatione legum Romanarum & Judaicarum (ſi is autor ſit ; de qua re conſulas v. cl. Marquardum Freherum in Parergon, lib. I. cap. IX. tit. *de legitima ſucceſſione*) legem de haereditatibus ſacram ad hunc modum citat : *Homo ſi deceſſerit, & filios non habuerit, dabitis haereditatem proximo eorum de tribu ejus, & poſſidebit omnia ejus.* Et vide infra ad extremum cap. XXIII. ubi de nuptiis filiarum Zelophchadi, ex Joſepho. Sed φυλὴ ac *tribus* (ſi modo ita φυλὴν in Helleniſtis ibi reddas)

non

non pro tribulibus, qua in duodecim partes diſtinguebantur, ſumendum, ſed arctiori ſenſu, pro cognatis. Nam *tribus*, quae duodecim erant, per מטה & שבט, quae etiam per φυλὴν Helleniſtae, denotari ſolet: ubi vero pro משפחה, ut hic, φυλὴ ſubſtituitur, non *tribum* ea notione, ſed πατρίαν, συγγένειαν, *familiam*, *cognationem*, ſeu *genus ſanguine proximum*, ut alibi non raro, ſignificat. Aliter ſane nepos ex filia in aliam tribum collocata, avo ſine liberis defuncto ſuccedere nequibat. Quod vero de filiabus ἐπικλήροις hic habent viri magni, id eſt, *eis quae haereditate beatae erant*, quales Zelophchadi, ac ſi ad ejuſmodi duntaxat filias lex illa nuptiarum attinuiſſet, uti ſimilis lex olim apud Athenienſes, id a magiſtris agnoſci nondum comperio. Quin nec locus ille Epiphanii in haereſi Antidicomarianitarum, lib. III. haereſ. 78. ad hanc rem mihi omnino videtur ſpectare. Verba ibi fiunt de nuptiis Joſephi & B. Virginis; & adjicitur, κλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκασάντων αὐτὴν ἥκειν, quod vertendum vult vir quidem ſummus, *cum jura haereditatis quam poſſidebat, eo ipſam adegiſſent*, ac ſi filiam eam fuiſſe ἐπίκληρον, ſeu *cui haereditas obtigiſſet*, ibi innuerat Epiphanius. Certe in illis verbis nihil videre queo, praeter praeſtitutam a providentia divina, quae falli nequit, ſortem, qua Joſepho conjuncta eſt. Nec de haereditatibus aut earum jure locus ullatenus eſt capiendus. Unde & recte ſane Dionyſius Petavius vertit, *quo illam ſortis neceſſitas adduxerat*. Id quod firmatur verbis ejuſdem patris paulo poſt in eadem haereſi ſequentibus, ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκονομίας τοῦτον εἴληφε τὸν κλῆρον τοῦ πράγματα, quod recte etiam Petavius, *ſed, quod providentiae ratio poſtulabat, ea rebus eſt ſors atque conditio tributa*. Non magis illic κλῆροι quam κλῆρος hic *haereditatem* ſignificat: unde etiam, primo in loco, *ſortibus cogentibus ipſam ad hoc venire*, ſubſtituit Janus Cornarius. Sed quid interea eſt illud Raphaelis Angeli ad Tobiam, cap. VI? ubi monet de Sara, unica Raguelis filia & haerede, & de futuris Tobiae cum ea nuptiis, eo quod contribules fuere (juxta id quod Tobit pater antea cap. IV. 12. in mandatis dederat) Διότι ἐπίσταμαι Ῥαγουὴλ, ὅτι οὐ μὴ δώῃ αὐτὴν ἀνδρὶ ἑτέρῳ, κατὰ τὸν νόμον Μωυσῆ, ἢ ὀφειλήσει θάνατον, ὅτι τὴν κληρονομίαν σοὶ καθήκει λαβεῖν ἢ πάντα ἄνθρωπον, *Quoniam ſcio Raguelem eam viro alii minime deſponſurum, juxta legem Moſis, aut reum ſane fore mortis, quia ad te attinet haereditatem accipere potius, quam ad alium quemcunque*. Item illud paulo, Λαλήσω περὶ αὐτῆς, τοῦ δοθῆναί σοι αὐτὴν εἰς γυναῖκα, ὅτι σοὶ ἐπιβάλλει ἡ κληρονομία αὐτῆς, καὶ σὺ μόνος εἶ ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, *Loquar de ea, ut tibi in uxorem detur, quoniam ad te attinet haereditas ejus, & tu ſolus es ex ejus genere*. Atque haec ſub Nebuchadnezaris aevo collocantur. Ideo etiam interdictum de mutuis tribuum nuptiis tunc in uſu obtinuit. Nec quin obtinere debuiſſet, dubitare ſolent patres Chriſtiani. At quomodo Tobias ſolus ex Sarae genere, qui patruos habuit, praeter Achiacharum & Nasbam patrueles, ut habetur, cap. XI. 17, & 18. quanam ratione haereditas Sarae ad illum ante alios attinuit? Et ubinam morte plectendus, qui in legem illam de nuptiis filiarum commiſerit? Vulgatae haec fere deſunt: in eorum loco legimus, *Eſt hic Raguel nomine vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram; ſed neque maſculum neque foeminam ullam habet aliam. Tibi debetur omnis ſubſtantia ejus: & oportet eam te accipere in conjugem. Pete ergo eam a patre ejus, & dabit tibi eam in uxorem.* Atque haec moribus Ebraeorum ſatis ſunt conſona; ſic tamen ut illud, *Tibi debetur omnis ſubſtantia ejus, & oportet eam te accipere in uxorem*, hoc tantum innuat, ita demum deberi ſubſtantiam, ſi eam, utpote haeredem patris unicam, accipiat in uxorem. Binae ſunt item Tobit editiones Ebraicae, Pauli Fagii altera, altera Oſwaldi Schreckenfuchſii; ſatis invicem, uti & Graeca & Latina, diverſae. In ea quae Fagii eſt, אם תרצה, inquit hoc loco Raphael Tobiae, נדבר לאביה ויתננה לך לאשה כי לך היא ראוה ולך משפט הגאולה ואתה והיא יחידה, *Si volueris, loquemur cum patre ejus, & dabit tibi eam in uxorem. Tibi enim idonea eſt, & tibi eſt jus propinquitatis, (ſive redemptionis.) Et tu unicus es* filius, *ut illa unica* filia. Et paulo poſt, כי רעואל אבי הנערה נשבע שלא יתננה לאיש זר אשר לא ממשפחתו כתורה משה שיתן לו על נחלתו וכל אשר לו, *Nam Raguel pater puellae juravit ſe non daturum eam viro alieno, qui non ſit de familia ſua, juxta legem Moſis, quam dedit ei de haereditate ſua, & de omnibus quae poſſidet.* Schreckenfuchſii codex ad eundem fere ſenſum, ſed breviuſcule. At nec juramenti Raguelis, nec juris propinquitatis ſeu redemptionis meminit. Certe משפט הגאולה ſeu *jus propinquitatis* ſive *redemptionis* ad legem illam Levit. XXV. 25. de haereditatibus, quae venduntur, a conſanguineo redimendis proprie attinet; de qua ſupra cap. XV. Atque in hiſce plane haeremus, nec opem afferunt interpretes aut theologi, qui de libri hujus loco in Scripturis canonicis diſputant.

CAP. XIX.

Diſtinctio quadruplex, & regulae, quibus magiſtri totam ferme ſucceſſionis materiem, quae ex jure ſanguinis ſeu maritali pendet, complectuntur.

HISCE ita expoſitis, facilius intelligitur diſtinctio illa quadruplex, atque regulae ſeu axiomata ſive fundamenta, quibus univerſam fere rei haereditariae materiem breviuſcule comprehendunt magiſtri. Diſtinctio habetur in Miſna, tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. יש נוחלין ומנחילין ויש נוחלין ולא מנחילין מנחילין ולא נוחלין לא נוחלין ולא מנחילין ואלו נוחלין ומנחילין האב את הבנים והבנים את האב והאחין מן האב נוחלין ומנחילין האיש את אמו והאיש את אשתו ובני אחיות נוחלין ולא מנחילין האשה את בניה והאשה את בעלה ואחי האם מנחילין ולא נוחלין והאחין מן האם לא נוחלן ולא מנחילין, *Sunt qui ſuccedunt ut haeredes, a quibus haereditas invicem defertur. Et ſunt qui ſuccedunt, a quibus haereditas invicem non defertur. Sunt a quibus haereditas defertur, ſed non invicem ſuccedunt. Et ſunt demum qui nec ſuccedunt, nec haereditatem invicem tranſmittunt. Qui ſuccedunt ut haeredes, a quibus etiam haereditas invicem defertur, hi ſunt:*

sunt : pater liberis, liberi patri, & fratres ex patre succedunt ut haeredes, atque ab eis haereditas vicissim defertur. Vir matri suae, maritus item uxori, & sororum liberi succedunt (veluti fratri) *ut haeredes ejus : sed ab eis haereditas invicem non defertur. Foemina autem ad filium suum, uxor ad maritum, & fratres matris* (quando ipsis mortuis sine posteris, haereditas per eorum patrem, haeredem proximum, qui in vivis esse desiit, ad matrem uti patris eorum haeredem, adeoque ad ejusce liberos, devenit) *haereditatem transmittunt, sed non invicem* (non avunculi nepotibus suis ; quibus sine posteris defunctis, ipsorum pater, atque ita alia familia, haeres) *succedunt. Fratres demum ex matre, seu uterini, nec succedunt, nec haereditatem invicem transmittunt.* Regulae seu axiomata, sive fundamenta, quae diximus, observantur a Mose Maimonide in exegesi Misnarum, ad citatum titulum & caput. Tria docet ille fundamenta sive עקרים שלשה, uti vocat ipse, quod idem sonat, quibus tota successionum inter consanguineos materies subnititur. Primum est, כשימת אדם בניו קודמין לנחלתו ואם אין בנים תשוב הירושה לאב, *Ubi quis defunctus fuerit, liberi ejus in successione haereditaria praeferuntur. Quod si defuerint ei liberi, devolvitur haereditas ad patrem.* Secundum, כל הזוכה בירושה אם הוא בחיים יירש את עצמו ואם מת בעלה ירושתו ליורשיו לחשוב כאלו זה הזוכה בירושה הוא אותו שנפטר, *Omnis legitimus haeres, si in vivis sit, succedit ipse ; si mortuus, ita fit haereditas haeredum illius, ut ipse aestimetur ac si defuncti, de cujus bonis habetur quaestio, personam indueret.* Tertium est, הזכרים קודמין לנקבות כשקרובתם אצל המת שוה, *Masculi praeferuntur foeminis, ubi pari a defuncto gradu distant.* Veluti filii filiabus, sororibus fratres. Nam alias fere huic fundamento derogat, & simul explicat secundum. Et adjicit ille Moses de hisce, ואלה השלשה עקרים הם יסוד הענין לידע מי יירש ומי לא יירש, *Atque ex hisce tribus fundamentis pendet tota disquisitio, utrum quis jure haereditario succedat, necne.*

CAP. XX.

Successionis in servos & ancillas jus singulare.

JURA, quae diximus, successionis tam in personis, quae servi essent ex Gentilibus in servitutem redacti, quam in rebus pariter obtinebant. Etsi foeminas sive haeredes sive alias, ancillas tantum, non servos, sive ex Gentilibus sive ex Ebraeis, possidere, honestatis causa, malebant. Qua de re Maimonides, halacha *Aibdim*, cap. I. & IX. At vero servi Ebraei tantum ad filios defuncti, non ad filias, fratres, aliosve haeredes transmittebantur. Maimonides, halach. jam citata, cap. II. ארון שמת אם הניח בן זכר הרי העבד עובד הבן עד סוף השש או עד סוף השנים שמכר עצמו להן או עד שיפגע בו יובל או עד שיגרע פדיונו ויתן השאר אבד אם לא הניח בן זכר הרי זה יצא לחירות ואינו עובד לא את הבת ולא את האח ואין צריך לומר שאינו עובד שאר היורשין *Ubi mortuus fuerit dominus, & reliquerit prolem masculam, ei serviet servus* Ebraeus, *usque in finem sexennii, aut annorum in quos vendidit seipsum, aut usque ad tempus jubilaei, aut usque dum ex lege se redemerit. Caeterum si non reliquerit prolem masculam, servus ejusmodi pro manumisso habendus. Neque enim serviet filiae, aut fratri, nedum haeredibus aliis quibuscunque.* Desumitur ex Gemara Babylonia, ad tit. *Kidoschim*, cap. I. fol. 17. b. ubi legitur etiam de ancillis jus successionis singulare, ת״ר עבד עברי עובד את הבן ואינו עובד את הבת אמה עבריה אינה עובדת לא את הבן ולא את הבת, *Traditio est Rabbinorum, servum Ebraeum servitutem debere quidem filio, non filiae ; ancillam vero Ebraeam, neque filio, neque filiae.* Idipsum habetur in Gemara Hierosolymitana, ad tit. *Kidoschim*, cap. I. halach. 2. fol. 59. col. 3. ubi etiam adjicitur quorundam sententiam fuisse, neutrius generis haeredem sive in servos sive in ancillas Ebraeas succedere debuisse. Leges Sacrae, quae huc potissimum spectant, habentur Exod. XXI. 2. & Deut. XV. 12. Verba posteriori in loco sunt, ועבדך, *& serviet tibi* SEXENNIO : quae interpretantur per לך ולא ליורש, *Tibi, non vero haeredi.* Atqui interea ipso *tui* nomine filium satis comprehendi volunt, quia is ita succedit תחת אביו, *vice* (seu *loco*) *patris*, ut veluti pro eodem seu ejusce parte fuerit sumendus. Ut fere liberos ante emancipationem τὸ τοῦ πατρὸς μέρος, in Ethicis dixit Aristoteles. Unde item aiunt τὸ לך seu *tibi* adjici לרבות את הבן להוציא את האח, *ut includeretur filius, frater vero exciperetur*, uti & haeredum caeteri. Ita in Gemarae Babyloniae loco citato.

CAP. XXI.

De successionis a cognatione speciebus, atque regularum, quas diximus, seu axiomatum usu ἐν τῇ κληρουχίᾳ, seu in haereditaria terrae promissae distributione.

OMNES fere dictae successionis species a sanguine pendent, & regularum illarum seu axiomatum usus cernitur in haereditaria terrae promissae distributione, quae autoribus, ex jussu Numinis, Mose, Eleazare pontifice, Josua, ac singularum tribuum principibus, facta est. Exclusis ab expectata haereditate & morte sublatis, ex sententia sanctissimi Numinis, cunctis qui ex AEgypto exierant & vigesimum aetatis annum compleverant, praeter Josuam & Calebum (de ea re historia est Num. XIV. & XXVI. & Deut. I. 36.) novatur in planitie Moabitica capitum recensio, omnium scilicet masculorum qui ejusdem aetatis. Summa jam erat sexcenties mille praeter mille septingentos ac triginta, praetermissa tribu Levitica, cujus locum ita supplebat Josephi tribus in binas, Manassis & Ephraim, divisa, ut etiam sine illa caeterae recte satis duodecim appellarentur. De hisce Num. XXVI. 53. *Istis dividetur terra in haereditatem,* במספר שמות, *juxta numerum nominum. Majori augebis haereditatem suam, & minori minorem dabis portionem ;*

nem : unicuique dabitur haereditas, juxta numerum ſuum. Sorte tamen dividetur terra & ſecundum nomina tribuum patrum ſuorum (id eſt, לשמות מטות אבותם) *haereditatem accipient. Sortis judicio dividetur haereditas illius inter multos & paucos.* Diſtributio poſtmodum facta eſt eis qui recenſiti ſunt למשפחותם, ſive *juxta cognationes ſuas*, quod idem eſt hic quod *ſecundum nomina tribuum patrum ſuorum.* Videſis Joſuae XIII. & ſequentia. Minores, qui vigeſimum non compleverant annum, quando ipſa recenſio fiebat, participes diſtributionis hujus non omnino fuiſſe aiunt, tametſi eandem attigiſſent aetatem ante diſtributionem factam ; cujus generis multos fuiſſe palam eſt. Sed minoribus illis poſtea, uti majorum haeredibus, poſſeſſiones pro cognationum ſuarum jure obveniebant. Quod ipſum dicendum de foeminis, quibus in recenſione illa pars non erat. Neque Zelophchadi filiae, ut recenſionis illius pars aliqua, ſed ob indutam defuncti patris perſonam, ſucceſſere ; de quibus fuſius infra. Diſtributio vero aut tribuum erat, ſeu corporum haereditatum duodecim, quibus ſingulae tribus ditabantur, aut ſingularum portionum quae tribuum ſingularum aſſignarentur familiis ac capitibus. De prioris generis diſtributione, ejuſce formula, & ſortibus cum oraculo urim & thummim in eadem adhibitis, praeter ea quae a Moſe & Joſua enarrantur, compluria habes in Joſepho, Archaeolog. V. cap. I. Gemara Babylonia, ad tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. fol. 122. & in magiſtris ad Num. XXVI. & ad Joſuam, ut Chriſtianorum commentarios praetermittam ; in quibus potiſſimum conſulas, ad Joſuam, Nicolaum Serrarium, & Joannem Druſium ad difficiliora loca Numeror. cap. CXVIII. In portionibus autem tribuum aſſignandis, ratio habebatur non ſolum perſonarum numeri, ſed & locorum feracitatis, praeter aeſtimationem eam quae tantummodo menſura dignoſci poteſt. Unde pauciora jugera pro ratione capitum in agro Hieroſolymitano, ſolo uberrimo, veluti Benjaminiticae tribui, quam ubi minus ferax erat tellus, aſſignabantur : de qua re vide loco citato Joſephum ; ubi fuiſſe ait τιμῆς μᾶλλον ἢ μετρῆς τῆς κλήρως, *ſortitionem factam a pretio magis quam a menſura.* Et peculiaris erat de finibus tribuum regendis, adeoque de jure illo quo ſua cuique tribui haereditas, deciſione finali, addicenda erat, cognitio ampliſſimi ſenatus ſive conſeſſus magni LXXI virorum, idque in prima telluris diſtributione : quod a Rabbi Eleazare animadvertitur ad illud Miſnae, tit *Sanhedrin*, cap. I. אין דנין את השבט אלא בבית דין של ע״א, *Non ferunt ſententiam de tribu alibi quam in conſeſſu magno* LXXI *virorum.* Locus eſt in Gemara Babylonia, ad dictum tit. fol. 16. a. Id vero in libris de illo conſeſſu fuſius explicamus. Quod ad perſonarum ſeu capitum uniuſcujuſque tribus numerum, atque diſtributionem ejus factam, attinet ; cum ex divino praecepto univerſis illis 601730 in Num. XXVI. recenſitis, diſtribuenda eſſet tellus *juxta numerum nominum* eorum, ita tamen ut *ſecundum nomina tribuum patrum ſuorum* haereditatem cernerent, & praeterea *inter multos & paucos* diviſio *fieret*, & *majori* numero *augeretur haereditas, minueretur minori* ; haec ita interpretantur magiſtri, ut ſingulis cujuſque tribus capitibus ex jam dicto numero (ratione itidem feracitatis terrae ac ſterilitatis habita) aequales portiones primo, poſt tribuum ipſarum portionum aſſignationes, diſtribuerentur, ac ſi in capita ſucceſſum fuiſſet, ſeu *ſecundum numerum nominum ſuorum* ; dein vero, ut ſtatim unaquaeque familia ad parentes qui ex AEgypto exiere, ſed decreto divino ſublati ſunt, retroſpiceret, & ad eorum nomina, ac ſi in vivis fuiſſent, haereditatem ſeu poſſeſſionem ſuam ſurſum ferret, atque ita dein referret deorſum, ut poſſeſſio quae primo fuerat in capita, pro varia ratione cognationis, denuo in ſucceſſionem ſive in capita, ſive in ſtirpes mutaretur, id eſt, *ſecundum nomina tribuum patrum ſuorum*, ſeu למשפחותם, *ſecundum eorum cognationes*, novatione, juxta ea quae de ſucceſſionibus ſupra oſtenſa ſunt, diſponeretur ; obſervata etiam primogeniti praerogativa, ſive in eis fuerit, quibus jam dividebatur terra, ſive in eis per quorum nomina ſucceſſio derivanda erat. Nam tametſi receptiſſima fuerit in haereditariis ſortibus diſponendis ſententia, hanc primogenito neutiquam competere in bonis a patre momento mortis non poſſeſſis (quod ſupra oſtenſum eſt) unde etiam fuere qui praerogativam illam locum inter hoſce tantummodo volunt habuiſſe in bonis mobilibus, quae מטלטלין vocant, ac in itinere per deſerta poſſidebant defuncti, non in agris ſeu bonis immobilibus, קרקעות magiſtris dictis (uti Samuel, cujus mentio in Gemara Babylonia, ad tit. *Baba Bathra*, fol. 119. a.) attamen hujus facti ſpeciei jus adeo cenſitum eſt ſingulare, ut etiam quae nondum ſive circumambulando, ſive veſtigia imprimendo, ſeu utendo fruendo, poſſederant majores, ea ex promiſſione divina ita pro poſſeſſis ab ipſo ex AEgypto exitu uſque ad ingreſſum in Cananaeam, ejuſdemque diſtributionem, haberentur, ut eodem modo ea dividi oporteret poſteris לבאי הארץ *terram ingreſſis*, qui primi revera poſſeſſores, quo dividenda fuiſſent ſi a מיוצאי מצרים, ſeu a *majoribus ex AEgypto egreſſis*, juxta quorum nomina & cognationes, diviſione facta, poſteri ſuccedebant, ipſiſſima agrorum ſeu portionum poſſeſſio fuiſſet ad hoſce ſerie perpetua tranſmiſſa. Unde illud in utraque Gemara, ad ſaepe citatum cap. VIII. tit. *Baba Bathra*, atque aliis in magiſtris, legitur, א״י מוחזקת היתה, *terra Iſraelis poſſeſſa*, ſeu *poſſeſſio*, etiam ante ingreſſum, *erat.* Quin & illud non ſemel advertunt, aliis in cauſis omnibus, vivos ut haeredes ſuccedere mortuis, וכאן מתים ירשון החיים *ſed hic mortuos ut haeredes ſucceſſiſſe vivis.* Ita Gemara Babylon. ad tit. *Baba Bathra*, fol. 117. a. alibi ſaepius. Senſus eſt, ut a mortuis haereditates aliae ad vivos tranſmitti ſolent, ita hic primum a vivis, ſcilicet poſteris qui terram primo occuparunt, ad mortuorum majorum nomina retro ferebantur, & ficto hoſce ſuperſtites terram poſſediſſe & dein obiiſſe, diſtributio haereditaria (veluti poſſeſſionum a majoribus acceptarum) fiebat inter poſteros, ſive in capita, ſive in ſtirpes, uti cognationis ratio exigebat. Atque ita intelligunt univerſas ſortitiones ſive ſub Moſe ſive ſub Joſua factas. Atque hinc rite capiendum illud in *Seder Olam Rabba*, cap. IX. ועומדים בערבות מואב החזרו הבנים לאבות וחזרו האבות והורישו לבנים,


Et

Et qui manebant in campestribus Moab referebant filios ad patres, & vicem rependentes patres haereditatem ad filios transmittebant. Et vide Salomonem Jarchium ad Num. XXVI.


CAP. XXII.

Exemplum successionis haereditariae in eis, qui primo terram promissam occupabant.

EXEMPLO res fiet manifestior. In Josuae XVII. altera pars tribus Manassis, cui cis Jordanem assignata est portio, habuit decem חבלים *funiculos*, seu *agrorum limitatorum partes.* Verba sunt, *Et ceciderunt funiculi Manassi decem, praeter terram Gilead & Basan, quae est trans Jordanem.* Funiculi seu sortes hae decem (sic magistri) ita numerabantur, ut moneremur de sortibus seu partibus, sed non aequalibus, quae posteris Manassis ibi memoratis, jure singulari, secundum cognationes suas, sunt tributae. Filii Gileadis, Manassis nepotes, recensentur ibi sex. Ejusce familiae caeteri in altera parte hujus tribus trans Jordanem sortes acceperant. Filiorum sex nomina sunt, Abiaezer, Helec, Asriel, Sechem, Hepher, Shemida, qui ex egressis ex AEgypto. Hisce cunctis, praeter Hepherum, haeredes erant masculi omnes, adeo ut nullum esset jus singulare, nulla fere difficultas in portionibus eorum designandis. At Hepheri primogenitus filius Zelophchadus filios non reliquit, sed quinque filias juxta stemma subjectum, quod ex Num. XXVI. Josuae XVII. & I Paralip. VII. 14. depromptum. In locis jam dictis, anonymorum filiorum satis est testimonii, tametsi de numero neutiquam constet. Sed Hepheri anonymorum numerum ita, exempli gratia, terminamus, & ex eis unum in deserto sine prole obiisse adjicimus, ut mens magistrorum, in partibus Zelophchadi filiabus assignandis, clarius aperiatur infra.



Jam cum numerus eorum, qui in planitie Moabitica Num. XXVI. recensentur, e Manassis tribu, sit 52700. quorum pars altera hæreditatem trans Jordanem acceperat, ita ut viginti sex millibus aut circiter sortes cis Jordanem, seu in citato Josuae loco, essent assignandae, nec tamen plura habeantur in Sacris Literis posterorum nomina, quam quae ob oculos ponuntur, in quibus Asriel, Hepher ac Shemida primas, posteritatis numerosae gratia, tenuere, unde ex sex Gileadis filiis, Asriel & Shemida tantum cum Zelophchado secundo (id est, Hephero, ex illustrioribus hisce secundo, filii primogeniti nomine, pro patris, in familiae designatione, usurpato) in Paralipomenis memorantur; distributionis ratio ita instituta est, ut viginti hisce sex millibus partes ex divino praecepto, idque in capita, primo tribuerentur; ita nihilominus, ut non modo statim, secundum cognationes & nomina majorum, eas novata (ad formulam capite superiori indicatam) assignatione possiderent, sed etiam ut Zelophchadi filiabus, adjecta, earum nomine, primae distributionis legi exceptione singulari (nam caeteris omnibus haeredes erant masculi) partes ex jure paterno assignarentur, ut videre est Num. XXVII, & XXXVI. & Josuae XVII. Verbi causa, ut rem certo ac minori masculorum duntaxat numero, sed eo plerumque ficto, explicemus, & de singulari filiarum Zelophchadi jure seorsim moneamus; quatuor sunt hic filii Shemidae, detur Hephero fuisse tres tantum, caeterorum singulis binos, & Asrielis primogenito itidem tres. Nempe finge hanc figuram pro tota tribu;



Octodecim habes hic ex eis, qui in terram promiſſam ſunt ingreſſi, ſeu qui recenſiti in planitie Moabitica. Sex vero patres cognationum, quos ביתי אבות appellant. Neque ultra hic aſcendendum, ſive exempli gratia, ſive quia hiſce ſuperiores in trans Jordanina regione partes acceperant. Et non modo filios egreſſorum ex AEgypto, ſed & ex filiis nepotes fuiſſe in recenſione illa Moabitica, qui vigeſimum annum tunc compleverant, fert ſatis intervallum temporis, quod decretum divinum, quo ſublati ſunt egreſſi ex AEgypto omnes ejuſdem aetatis, & recenſionem illam intervenit. Nam anni ſunt XXXVI. aut circiter. Igitur primo ingreſſu, juxta numerum qui ingreſſus eſt, aſſignabantur partes XVIII. aequales. Detur eas ſimul fuiſſe XXXVI. jugerum, quae in capita primo, ita ut cuilibet bina jugera cederent, poſſeſſa, ad hunc modum aut mox variabantur, aut firmabantur. Fingebatur ſex patres cognationum, qui ex egreſſis ex AEgypto, in vivis tunc fuiſſe: ad eorum quemlibet ita ſex jugera attinuiſſent. Nam ita fictio erat, ac ſi totum ipſi poſſediſſent, ac ad haeredes jam tranſmiſiſſent. Itaque ſingulis filiorum paribus Abiaezeris, Heleci, & Sechemi, ut patrum haeredibus, ſex jugera aſſignanda, ita tamen ut primogenito cuique quatuor jugera pro duplici ſorte, ac caeteris ſingulis bina tribuerentur. Hepheri autem primogenitus tria ſic cepiſſet jugera, & caeterorum uterque ſeſquijugerum; uti Shemidae primogenitus bina jugera & duas quintas partes jugeri, & quilibet caeterorum unicum jugerum & quintam partem jugeris unici. At vero de ſex illis jugeribus, quae ad Aſrielem cognationis hic patrem retro ferenda erant, ita ſtatuendum erat, ut tametſi tres Gerſomi filii partes ſuas cum patre patruoque in prima aſſignatione haberent, nunc tamen, ante Gerſomi mortem, nihil omnino poſſiderent. Nam deducta ab Aſriele haereditas, ad nepotes ex filio ſuperſtite tranſmitti nequibat: adeo ut Gerſom & Simeon non aliter ſex jugera caperent, ac filii Abiaezeris, Heleci, aut Sechemi. Atque ut nepotes, qui partes hic faciebant primo, patris interventu, excluſi ſunt uſque ad ejus mortem, ab haereditate; ita, ni fallor, fratres, ac filii qui vigeſimum annum non compleverant in planitie Moabitica, licet partes in diſtributione prima non facerent, tamen in deductione haereditaria, qua aeque majoribus haeredes fuere, cum eis qui recenſionis Moabiticae pars erant, ſucceſſere. Sed de hac minorum hujuſmodi ſucceſſione non memini apud magiſtros quid expreſſe traditum; at rationes eorum in caeteris eam exigere videntur. Et quod in hoc cognationis compendio factum fuiſſe finximus, idem eſt, quod magiſtri volunt in ſucceſſione illa haereditaria poſteritatis diffuſiſſimae.

CAP. XXIII.

De Zelophchadi filiarum portionibus haereditariis, & decem dimidiae tribus Manaſſis, cis Jordanem, funiculis ſeu ſortibus.

JAM vero etſi poſteros ſex hiſce patribus cognationum (exceptis Shemidae filiis) in exemplum finximus, ipſe tamen patrum numerus ſenarius verus in hac altera parte Manaſſis tribus eſt, nec amplior fuiſſet, niſi in Hepheri poſteris primo ſtemmate ſuperius deſignatis, ſingularia aliquot ita eveniſſent, ut plures eſſent patres cognationum, ſeu plures ex egreſſis ex AEgypto; unde & alia diſtributionis ratio, aliae partes, atque alius demum, id eſt, denarius, funiculorum numerus ſecutus eſt. Ad ſex autem illos patres, ſex funiculos eorum decem, qui in Joſua XVII. 5. memorantur, ſpectaſſe volunt. Jarchius ibi ad illud, *Et cecidere Manaſſi decem funiculi*, ששה לששה בתי אבות המנוים למעלה, *Sex, ſex illis patribus cognationum, qui ſupra* ibi *numerantur*: caeterae quatuor ad Zelophchadi filias attinebant. Idem ibidem, ad veterum ſemper placita, וארבע לבנות צלפחד לא שתהא כל אחת בית אב לעצמה אלא שנטלו ארבעה חלקים, *Et quatuor* funiculi *filiabus Zelophchadi; non quod aliqua harum ex ſe eſſet*, uti *pater cognationis, ſed quoniam ipſae ceperunt partes ſeu ſortes quatuor*. Quod ex Gemara Babylonia, ad tit. *Baba Bathra*, fol. 118. b. ſumptum, ut rite explicetur, rejecta diſtributionis & capitum numeri, quam in exemplum finximus, formula, alia juxta ſtemma primum ob oculos ſupra poſitum, ex magiſtrorum ſententia, eaque ſatis ad hanc rem vera, eſt adhibenda. Scilicet non ſolum ſex illos, quos diximus, ſed etiam Zelophchadum ipſum & fratrem anonymum

anonymum (qui mortuus in deſerto ſine prole) ex egreſſis ex AEgypto fuiſſe volunt, adeoque hic octo patres cognationum haberi, & juxta ſingulorum cognationes haereditates diſtribuendas. Unde ſequitur revera partium octo fuiſſe patrimonium hujuſce dimidiae tribus, ſi patres tantum cognationis ſpectes, ita ut a quolibet patre, exeunte ſcilicet ex AEgypto, quatuor jugera praeter dimidium tranſmittenda eſſent, ſi aſſem, exempli gratia, XXXVI jugerum retineas. Vocantur autem decem. Nam inſtituta diſceptatione de diſtribuenda ſingulis maſculis, ſive avita, ſive paterna, ſive alius generis haereditate, dubium non erat cuipiam, quin poſteri ſex priorum patrum ſucceſſuri eſſent juxta cognationes ſuas: reliquorum autem duorum, Zelophchadi & fratris ejus, qui mortuus erat ſine prole, portionum diſtributio dignoſcenda potiſſimum erat ex ſingulari atque antea inaudito jure, quod illius filiabus competebat. Scilicet aſſignatis earum portionibus, quae, ut ſtatim oſtenditur, ex triplici jure quatuor erant, tota diſtributionis materies quomodo expediretur, palam fiebat; adeoque ſex prioribus funiculis ſeu ſortibus aequalibus quatuor hae inaequales majorum ſortium propagines adjectae, numerum, uti volunt, denarium in citato Joſuae loco faciebant. Detur igitur anonymos Zelophchadi fratres cunctos, praeter illum qui in deſerto obierat, & ex egreſſis ex AEgypto fuerat, jam in vivis fuiſſe, adeoque ad eos, ſi filiae Zelophchadi non interveniſſent, totum patrimonium & Hepheri & fratrum ſpectaſſe: difficile non omnino tunc fuiſſet, ex jam dictis ſuum unicuique aſſignare. Neque ad nepotes Hepheri, utcunque in latifundiorum diſtributione prima, pro tribus numeroſitate, partes faciebant, haereditas aliqua in deductione a majoribus pertinere potuit, ratione capite proxime ſuperiori dicta de filiis patrum ſuperſtitum. At vero intervenere filiae Zelophchadi, & ab eis velut actio inſtituta eſt Num. XXVII. 3. Nam cum in maſculorum qui vigeſimum annum compleverant recenſione locum habere, aut pars eſſe numeri 601730. cujus mentio, Num. XXVI. 51. puellae hae eſſe nequibant; ne paterna etiam eis, quae ſolae haeredes foemineae, haereditas deeſſet, coram Moſe & Eleazare pontifice & principibus petunt, ut cum patruis, qui ex illo numero fuere, ſuccederent. Formula autem actionis ſeu petitionis eſt ibi commate 3. *Pater noſter mortuus eſt in deſerto, & ipſe non fuit in conciliabulo eorum, qui convenerunt adverſus Dominum in conventiculo Corae, ſed in peccato ſuo mortuus eſt, nec habet filios. Quare igitur aufertur nomen patris noſtri de medio cognationis ſuae, eo quod non habet filium? Da igitur nobis poſſeſſionem inter fratres patris noſtri.* Sive, ut in Gemara Hieroſolymitana, ad tit. *Baba Bathra*, fol. 16. col. 1. halach. 1. fingitur, אם אנו בנות צלפחד נירש את אבינו אם אין בנות צלפחד תתייבם אמינו, *Si filiae ſimus Zelophchadi, ut haeredes patri noſtro ſuccedamus; ſi filiae non ſimus, mater noſtra detur in uxorem* (ex lege Deut. XXV. 5. de fratria ducenda) *fratri mariti ſui.* Idem in Gemara Babylonia, ad eundem tit. fol. 119. b. & in *Midbar Rabba*, fol. 281. col. 3. Quin vide de hac re Philonem, de Vita Moſis lib. III. Non ſolum autem quod inaudita, ut videtur, aut rara fuerat hujuſmodi facti ſpecies, ſed etiam ex eo quod maſculis ex praecepto jam nunc dato diſtribuenda erat tellus, res adeo difficilis habebatur, ut Dominus ipſe conſuleretur, qui deciſione rem ita finivit, *Ut locutae ſunt filiae Zelophchadi, ſic dando dabis illis poſſeſſionem haereditatis inter fratres patris earum, & transferes ad eas haereditatem patris earum*, id eſt, נחלת אביהן, quod idem ſonat, aut τὸν κλῆρον τοῦ πατρὸς αὐτῶν, *ſortem patris earum*, ut Helleniſtae, ſeu *patri in haereditate ſuccedant*, ut Vulgata. Sive, ut in jam citata Gemara Hieroſolymitana, deciſio illa fingitur, אמר לו הקב"ה כן בנות צלפחד דוברות תן להן אחוות נחלה תן להן בקרקעות תן להן במטלטלין תן להן חלק אבהין בתוך אחי אביהן, *Dixit ei*, Moſi, *ſanctus benedictus ille, Sicut dixere filiae Zelophchadi, da eis poſſeſſionem haereditatis. Da eis de bonis immobilibus, da de mobilibus, da eis partem patris earum inter fratres patris earum.* Et novata eſt poſtea earundem petitio, uti & eadem deciſio, Joſuae XVII. 4. Jam de ſortibus illis ſeu funiculis quatuor, qui filiabus Zelophchadi obtigere, ad hunc modum ineunt rationes magiſtri. Et Hepherus & Zelophchadus fuere ex egreſſis ex AEgypto, & fratres fuere Zelophchado anonymi. De fratrum numero conſenſus non eſt, neque ita ad rem attinet. Sex ſint, exempli gratia, ut in ſtemmate primo. Et ex eis unum fuiſſe aiunt, qui ex egreſſis ex AEgypto in deſerto (ut etiam in eodem ſtemmate) obiit ſine prole. Cum igitur de Zelophchadi filiarum haereditate, & quantum ſive paternae, ſive avitae, ſive fraternae poſſeſſionis ad eas attineret, diſputatum eſt, obſervabatur primo tam ad Zelophchadum ac fratrem demortuum, quam ad Hepherum (quoniam ex egreſſis ex AEgypto non magis erat hic, quam illi) ſortes attinuiſſe, veluti ad patres cognationum, juxta quas ad poſteros, qui terram promiſſam ingrediebantur, haereditas erat diſtribuenda. Verbi gratia, detur maſculos ingreſſos in terram hic ita partes feciſſe, ut, poſſeſſionibus eorum ſurſum ad octo patres cognationum latis, quilibet patrum ad poſteros tranſmitteret quatuor jugera & dimidium. Nam aſſem XXXVI. jugerum etiam hic retinemus pro dimidia hac tribu, ac ſi ex partibus quantuliſcunque ampliſſimo ingreſſorum numero ſingulatim aſſignatis & ad patres ſurſum latis fuiſſet conflatus. Sic Hephero, Zelophchado, & fratri in deſerto mortuo ceſſere XIII. jugera & dimidium, ſive ſingulis IV. & dimidium. Funiculus igitur ſeu ſors prima, ex quatuor illis quae ad filias haſce attinebant a majoribus jam deducendae, erant jugera IV. & dimidium, pars ſcilicet Zelophchadi ut egreſſi ex AEgypto. Secunda & tertia pars erat agrorum Hepheri in quae Zelophchadus ejuſce primogenitus ſuccedere debuiſſet, id eſt, portio inter fratres duplex, ſive, ut a jugerum menſura non recedamus, jugerum unicum & $\frac{1}{8}$ quod quatuor jugerum & $\frac{1}{8}$ portio, ubi ſeptem ſunt, ut hic, fratres, duplex eſt. Nam pars octava quatuor jugerum & $\frac{1}{2}$ eſt $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{16}$ unius jugeri; quanta erat cujuſlibet filiorum Hepheri anonymorum portio in bonis paternis, ex eadem cauſa. Quarta filiarum ſors erat portio in bo-

nis fratris anonymi, qui mortuus sine prole in deserto. Ei nempe haeres erat, secundum ea quae superius docentur, Hepherus pater, unde reducenda haereditas ad posteros. Quin anonymo huic non solum pars quae ei competebat, ut egresso ex AEgypto, seu jugera IV. & $\frac{1}{2}$, sed etiam pars octava agrorum Hepheri, seu, in hac specie, jugeri dimidium praeter $\frac{1}{16}$, ut ejusce filio, agnoscendum; adeo ut anonymi hujus nomine, sexta pars quinque jugerum & partis decimae sextae ad filias Zelophchadi jure paterno transmitteretur. Ubi animadvertendum, primogeniturae jus locum in hac parte non habuisse. Nam tametsi pro possessa ab egressis ex AEgypto terra promissa haberetur, attamen non aliter pro possessa, quam si revera possessa fuisset. Et si revera possessa fuisset portio illa ab anonymo fratre, & ab eo mortuo sine prole, per patrem antea defunctum, ad superstites fratres eorumve posteros fuisset deducta, jus primogeniturae locum plane non habuisset; quoniam ubi pater ipse non possidebat, aut pro possessore haberetur, jus illud minime obtinuisse, sententia est receptissima, quod etiam docetur supra. Ita demum, ad hunc modum, partitio ista atque decisio haereditaria jugerum XIII. $\frac{1}{2}$, sive portionum Zelophchadi atque anonymi fratris in deserto sine prole mortui Hepherique patris, ut quatuor inde filiarum Zelophchadi sortes seu funiculi prodeant, est disponenda.

Hepherus (cui 4 jugera & $\frac{1}{2}$, ut egresso ex AEgypto, & a quo etiam filii sine prole demortui haereditas 5 jugerum & ^{1} deducenda) transmisit ad

1 *Zelophchadum primogenitum* 1 $\frac{1}{8}$ *nomine sortis duplicis, &* $\frac{1}{6}$ *quinque jugerum, &* $\frac{1}{16}$ *ut ad cohaeredem demortui sine prole fratris. Et ad Zelophchadum, utpote egressum ex AEgypto, attinebant* 4 $\frac{1}{2}$.	2 *Anonym.* $\frac{1}{2}$ *&* $\frac{1}{16}$ *qui ex egressis ex AEgypto, & mortuus sine prole in deserto. Is ad patrem portionem* 4 *jugerum &* $\frac{1}{2}$ *remisit.*	3 *Anonym.* $\frac{1}{2}$ *&* $\frac{1}{16}$ *&* $\frac{1}{6}$ 5 *jugerum &* $\frac{1}{16}$.	4 *Anonym.* $\frac{1}{2}$ *&* $\frac{1}{16}$ *&* $\frac{1}{6}$ 5 *jugerum &* $\frac{1}{16}$.	5 *Anonym.* $\frac{1}{2}$ *&* $\frac{1}{16}$ *&* $\frac{1}{6}$ 5 *jugerum &* $\frac{1}{15}$.	6 *Anonym.* $\frac{1}{2}$ *&* $\frac{1}{16}$ *&* $\frac{1}{6}$ 5 *jugerum &* $\frac{1}{16}$.	7 *Anonym.* $\frac{1}{2}$ *&* $\frac{1}{16}$ *&* $\frac{1}{6}$ 5 *jugerum &* $\frac{1}{16}$.

Mahla. Noah. Hoglah. Milcah. Thirza.

Sic quicquid per Zelophchadi nomen deducendum erat, sive pars primogeniturae duplex (quae pro binis sortibus hic accipitur seu funiculis) & pars illa sexta fraternae haereditatis, & ipsius Zelophchadi portio, qua ex egressis ex AEgypto erat, ad quinque filias nomine quatuor funiculorum devenere. Atque ita intelligunt illud, *Dabis eis possessionem inter patruos earum,* in Numeris, & *Dedit eis possessionem seu haereditatem inter patruos earum,* in Josua. Haec mens plerumque magistrorum. Salomon Jarchius ad Josuae XVII. de partibus hisce quatuor, חלק של אביהן שהיה מיוצאי מצרים ולפי מניין היוצאי ממצרים נתחלקה הארץ וחלקו עם אחיו בנכסי חפר אביו שהיה גם הוא מיוצאי מצרים ושהיה בכור נוטל שני חלקים ועוד היה להם חלק אחי אביהם שמת במדבר בלא בנים ונטלו נחלה בחלקו כך אמרו רבותינו בבבא בתרא, *Pars paterna, qui ex egressis erat ex AEgypto, & juxta recensionem eorum, qui egressi sunt ex AEgypto, distribuebatur tellus. Pars item ejusce cum fratribus suis in bonis Hepheri patris, qui itidem ex egressis ex AEgypto erat. Et in hisce, quoniam primogenitus erat, duplex ad eum pars attinuit. Quin etiam erat eis pars e bonis patrui sui, qui obiit in deserto sine prole: & accepere haereditatem in ejusce parte. Sic dicunt magistri nostri in tit. Baba Bathra.* Vide Gemaram Babyloniam, ad dictum tit. fol. 117, 118, & 119. & ibi adnotata, praeter Hierosolymitanam ad eundem, fol. 16. col. 1. Certe in Misna ejusdem tituli alia est partium harum distributio, & duntaxat triplex, patrui in deserto sine prole mortui ratione non habita. Capite VIII. ibi legitur, בנות צלפחד נטלו שלשה חלקים בנחלה חלק אביהן שהיה עם יוצאי מצרים וחלקו עם אחיו בנכסי חפר ושהיה בכור נוטל שני חלקים, *Filiae Zelophchadi tres partes jure haereditario accepere, partem patris sui, qui erat ex egressis ex AEgypto, & partem ejus quae ad eum spectabat cum fratribus in bonis Hepheri. Et jure primogeniturae accepit partem duplicem.* De qua re videsis *Sepher Siphri*, col. 90. *Pesiktha Zotertha*, fol. 60. col. 2. *Midbar Rabba*, fol. 281. col. 3. Jarchium ad citatam proxime antea Gemaram Babyloniam, atque eundem & Rabbi Nissim ad Alphesium, part. 3. fol. 215. *Halacoth Gedoloth*, fol. 106. col. 4. R. Aaron Aben Chiim in *Corde Aaronis*, fol. 99. praeter Obadiam Bartenorium, & Rabbi Jom Tob, ad Misnam, tit. *Baba Bathra*, cap. VIII. fol. 49. b. Adde Jo. Drusium ad Josuae XVII. qui ab omnibus dissentit. Sed ab iis etiam quae de filiarum jure haereditario, atque harum quinque inprimis, tradidimus ex veterum scitis, dissonum nimis est illud Josephi, lib. IV. cap. VII. ubi Mosem scribit, successionem in paternam haereditatem

ditatem puellis hisce ita tantum permisisse εἰ μέλλοιέν τινὶ συνοικεῖν τῶν φυλετῶν, *si cuiquam ex tribulibus nuberent.* εἰ δὲ ἐξ ἄλλης γαμοῖντο τινὶ φυλῆς, τὸν κλῆρον ἐν τῇ πατρῴᾳ φυλῇ καταλιπεῖν, *Si vero viris ex alia aliqua tribu in uxores ducerentur, haereditatem in sua tribu relinquerent.* Ac si successio earum haereditaria a nuptiis ita pependisset. Quin inde, inquit, μένειν ἑκάστου τὸν κλῆρον ἐν τῇ πατρῴᾳ φυλῇ διετάξατο, *ut uniuscujusque haereditas in paterna tribu maneret, constituit.* Non *perpetuo manerent,* ut recentior Josephi interpres; quod etiam receptae magistrorum de ea lege Numerorum ultimo tradita sententiae adversatur, ut videre est supra cap. XVII. Depravatum est a librariis *Zelophchadi* nomen in *Orophatim* apud Ruffinum veterem Josephi interpretem. Σαλπαάδης is dicitur Josepho, quod, ut fieri amat, ita degeneravit. Ex Josepho tantundem de filiarum nuptiis habet Zonaras tomo primo.

CAP. XXIV.

De exhaeredatione liberorum seu fratrum, atque haeredibus instituendis aliter ac ius exigebat commune. Et de libera bonorum alienatione, ejusque temperamentis, ac restitutione in jubilaeo.

ITA ex Lege Sacra liberi haeredes erant, ut nuda exhaeredationis formula haereditas eis praecludi nequiret. Si igitur pater pronunciarat, sive verbo, sive scriptis, *Filius meus N.* לא יורש עם אחיו, *exhaeres esto inter fratres suos,* plane irritum erat. Quod itidem dicendum de ejusmodi pronunciato de filiabus, fratribus, duplici primogeniti sorte. Id quod habent ex commate 11 Num. XXVII. ubi lex de haereditatibus fertur, ut sit לחוקת משפט, *in decretum judicii.* De qua re optime Rabbi Bechai ad Numeros, fol. 193. col. 2. praeter Maimonidem, halach. *Nechaloth,* cap. VI. & in *More Nebochim,* part. III. cap. XLII. *Misnam,* tit. *Baba Bathra,* cap. VIII. Gemaram Babylon. ibid. fol. 126. & adjectos commentarios. Scilicet formulam hujusmodi legi plane adversam esse scribunt. Quin si quis alius praeter aliquem ex eis, qui ex lege haeredes sunt, instituatur haeres, irrita est hujusmodi institutio. Atque huc trahunt illud Proverb. XI. 17. עוכר שארו אכזרי, *Qui turbat propinquum suum, est crudelis.* At si exhaeredationis formula ejusmodi sit, ut simul accedat institutio haeredis qui ex eis fuerit qui ex lege haeredes sunt, eam valere volunt si fiat a *moribundo* seu *aegroto,* quem שכיב מרע vocant; minime vero si ab eo qui בריא seu *corpore* est *sano.* Quin corpore sanus sine scripto & traditione rem saepius non rite alienabat. Ex ipsa vero vocis duntaxat vi, ceu e testamento sine scriptis, voluntas moribundi rata habebatur. Unde solenne illud habent, דברי שכיב מרע ככתובים וכמסורים, *Verba ejus qui aegrotus decumbit tantundem valent quantum ea quae scriptis mandantur & traduntur.* Et de distinctione hac *aegroti* & *sani* vide locos jam citatos, & Maimonidem, halach. *Zichia Vemithna,* seu *de dominio & donationibus,* cap. XII. Veluti si cui tres sint filii, Simeon, Reuben, Levi, is moribundus seu aegrotus testamento, quod דייתיקי, id est, ipsum vocabulum διαθήκην appellant, Reubenum instituat haeredem hac verborum formula, ראובן בני ירשני מכלל בני, *Reuben filius meus haeres mihi esto ante omnes filios meos*; aut ירשני לבדו, *succedat mihi solus*: caeteri hac institutione rite satis exhaeredes fiunt. Nam fas esse haeredes pro libitu ita instituere, ex eis qui ex lege cohaeredes forent, eliciunt ex illo Deut. XXI. 16. *Adueneritque dies, quo divisurus est haereditatem filiis suis,* ac si haeredum, modo ex filiis illis seu liberis sumpti sint, institutio libera patri permitteretur. Quod etiam ad fratres extendunt. Et Siracides, cap. XXXIII. 23. *In die consummationis dierum vitae tuae, & in tempore exitus tui, distribue haereditatem tuam.* Videsis Maimonidem in *Pirush Misnaioth,* ad tit. *Baba Bathra,* fol. 184. b. Hinc regulam tradunt, אין אדם יכול להוריש למי שאין ראוי ליורשו ולא לעקור הירושה מן היורש, *Nemo potest alium instituere, praeter eum qui ex eis est, ad quos haereditas* jure communi *spectat; nec haereditatem ab haerede funditus tollere.* Nempe ad eum, qui haeres omnino non est, transferre. Id quod intelligendum est בלשון ירושה, seu *nomine haereditatis.* Videsis Ezech. XLVI. 16. Atqui בלשון מתנה, seu *nomine donationis* licitum habebatur domino, sive sano corpore sive aegroto, libere patrimonium quodcunque alienare, atque ita per consequens etiam liberos exhaeredare. Nimirum יש כח באדם ליתן ממונו במתנה לכל מי שירצה, *Unicuique facultas est substantiam suam donatione transferre, cuicunque voluerit*; quae verba sunt Jarchii citato Gemarae Bab. folio, R. Obadiae Bartenorii ad dictam Misnam, §. 5. ac magistrorum passim. Atque adde hic institutam Ismaelitarum litem coram Alexandro Magno, quam habemus supra capite tertio. Verum si filiorum alicui non institutione (ut dictum est) sed donationis instrumento donaverat pater totam substantiam suam, donatio ea non aliter valuerat, quam ut is caeterorum partes possideret velut curator, tutor seu ἐπίτροπος, suam tantum ut dominus. De qua re consulas Maimonidem, halach. *Zichia Vemithna,* cap. VI. Caeterum ante legem de haereditatibus latam, haeredem instituere fas erat etiam qui sanguine conjunctus non erat. Quod elicitur ex Genes. XV. 3. Ubi Abraham, *En mihi non dedisti semen, & ecce filius domus meae haeres meus est.* Quod de Eleazare Damasceno, Abrahae oeconomo, pronunciatum a Numine quidem interdicitur, non quod ejusmodi institutio alias illicita esset, sed quod ab Abraha eam fieri noluerit. Atque haec intelligenda sunt de bonis religione seu voto solutis. Quomodo vero, ubi voto damnarat quis sua bona, adeo ut quicquid in filii seu fratris commodum cedere posset, id sacrum esse vellet (quemadmodum, in Evangelio, filius quicquid in patris commodum ex suis cederet rebus, esse voluit

luit Corban, ut ita praecepto honorandi parentes solveretur) exhaeredatio quaedam etiam sequeretur, alibi ostendimus. Nam ea res non tam ad successionis, quam ad voti naturam & effectum attinet. Quae vero dicta sunt de libera alienatione, temperantur & modum recipiunt tum ex lege redimendi (de qua supra, cap. XV.) tum ex Jubilaeorum, seu anni quinquagesimi, lege lata Levitic. XXV. 10. atque aliis eodem capite. Verba sunt, *Jubilaeus ille vobis erit, & redibitis quisque ad possessionem suam, & quisque redibit ad cognationem suam.* Atque inde intelligendus Diodorus Siculus, lib, XL. ubi nefas apud Judaeos fuisse ait τοὺς ἰδίους κλήρους πωλεῖν, seu *haereditates suas vendere.* Scilicet vendere fundum לצמיתות sive *in excisionem*, id est, ut a venditore ejusque posteris perpetuo excidatur, seu εἰς βεβαίωσιν, ut Hellenistae, sive alienatione nunquam rescindenda (de quo vocabulo hic videsis D. Augustinum ad Levitic. quaest. 89, & 90.) fas non erat ex lege dicto Levitici capite, comm. 23. Adeo ut Jubilaeo quolibet redire deberent alienati fundi ad primos dominos seu haeredes eorum, idque quotcunque intervenirent alienationes mediae. Quod item de donationibus intelligunt, & de haereditatibus in solidum ex pacto a fratribus aliisve cohaeredibus possessis. Integrum nempe erat Jubilaeo familiae erciscundae actione denuo uti. Consule item Ezech. XLVI. 17. Ad successionibus autem transmissa lex ista non spectat. Atque de alienationibus simpliciter tantum, nullo tempore adjecto, factis haec capienda. Etenim si in sexaginta, verbi gratia, annos (sine dolo malo) quis fundum emisset, Jubilaeo, qui citra temporis adjecti finem interveniret, restitutio venditori aut haeredibus ejus non fiebat. Maimonides, halach. *Semita vejubal*, cap. XI. המוכר שדהו לששים שנה אינה יוצאה ביובל שאין חוזר ביובל אלא דבר הנמכר סתם או הנמכר לצמיתות, *Si quis agrum suum in annos* LX *vendiderit, non restituitur in Jubilaeo. Scilicet non redit in Jubilaeo quid praeter rem absolute venditam, aut venditam in excisionem.* Ibi & capitibus insequentibus caetera, quae ad hanc rem attinent, fusius habes. De eadem consulas etiam titulum Talmudicum ערכין, seu *de rerum aestimatione*, cap. II, & VI. Adde D. Thomam, 1, 2. quaest. 105. art. 2. ad tertium argumentum. De initiis autem Jubilaeorum, & eorum periodo atque observatione, videsis eundem Maimonidem, citata Halacha, cap. X. &, praeter obvios annalium consarcinatores sub ipsius κληρουχίας seu haereditariae assignationis tempore, Josephum Scaligerum de Emend. Temp. lib. V. fol. 353. & VII. fol. 737. Jacobum Capellum in Hist. Sacra & Exotica sub annis mundi 2549, & 3382. Dionys. Petavium de Doctrina Temporum, lib. IX. cap. 27. & Tostatum ad Levitic. XXV. quaest. 9. & seqq. & ad Ruth cap. IV. quaest. 9. & Petrum Cunaeum de Republica Ebraeorum, lib. I. cap. II, & VI. De Testamenti autem libera apud Ebraeos antiquissimos, seu potius apud eorum majores, factione, testimonium est vetustum in Eusebii Chronicis & apud Georgium Cedrenum, ubi Noah, velut orbis terrarum dominus, eam κατὰ θεῖον χρησμὸν, *juxta divinum oraculum*, tribus filiis distribuit. Semo scilicet primogenito plagam orientalem, seu totam ferme Asiam quae septentrionalior non est; Chamo, quicquid Rhinocorura AEgypti & Herculis columnas in Africa interjacet; & demum Japheto, quicquid a Media (quae in Semi' portione) ad septentrionem & solis occasum pertinet, ἕως Γαδείρων καὶ Βρεταννικῶν νήσων, Ἀρμενίαν, Ἰβηρίαν Πόντον, Κόλχους, καὶ τὰς κατόπιν χώρας καὶ νήσους ἕως Ἰταλίας, καὶ Γαλλιῶν, Ἱσπανίας τε καὶ Κελτιβηρίας καὶ Λυσιτάνων, *Usque ad Gades & insulas Britannicas, Armeniam, Iberiam, Pontum, Colchos, & ulteriores regiones & insulas usque ad Italiam, Gallias, Hispaniam, Celtiberiam, & Lusitanos.* Consule, si vis, Genes. cap. X. Cum autem ad hunc modum testamento in scriptis redacto haeredes instituisset, sive οὕτω μερίσας καὶ ἐγγράφως διαθέμενος, quod idem sonat, ἐπαναγνοὺς αὐτοῖς τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐσφραγίσατο παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν ἕως τοῦ ΒΦϞΒ ἔτους ἀπὸ Ἀδὰμ, ἐν ᾧ καὶ ἐκοιμήθη, *Illud filiis recitavit, atque obsignatum secum usque retinuit ad annum ab Adamo,* MMDXCII. (ad Graecorum calculum) *quo vitam finivit.* Moribundus autem τὴν διαθήκην αὐτοῦ δέδωκε τῷ Σὴμ τῷ πρωτοτόκῳ υἱῷ καὶ θεοφιλεστέρῳ, *Testamentum suum dedit Semo, utpote primogenito & pietate insigniori.* Atque ad veterem Noachi testamenti memoriam spectare videtur id quod de eo habet Achmed Ben Magad astronomus & geographus Arabs MS. ubi ait, *genus humanum, exemplum Arcae secutum, naves construxisse,*

على جميع سواحل البحر في جميع الاقاليم

التي قسمها نوح بين اولاده يافث وسام وحام*

In unoquoque litore maris per omnia climata, quae scilicet distribuerat Noachus filiis suis Japheto, & Semo, & Chamo. Circumfertur etiam Testamentum XII. patriarcharum, seu filiorum Jacobi. Sed id plerumque monita, historiolas, aut gnomas, nullibi bonorum seu possessionum legata complectitur. In Micropresbytico habetur, & tum in bibliotheca patrum Margarini Binii tum in editione Coloniensi. Sed de eo obiter animadvertere liceat, ex Graeco versum esse, ac commentum Graeculorum aliquot, qui regno sacerdotium antestare (neque is morbus recens natus est) inprimis voluere, & ab Ebraeorum genio satis esse alienum. Observa illud in testamento Judae, *Et nunc, filii, diligite Levi, ut permaneatis; & non efferamini super ipsum, ut non dispereatis. Mihi dedit dominus regnum, & illi sacerdotium, & Judae regnum, & subjecit Deus regnum sacerdotio. Mihi dedit quae in terra, illi quae in coelis: ut supereminet coelum terrae, ita supereminet Dei sacerdotium regno quod est in terra.* Alia ad hunc fere sensum in testamentis Reubenis, Simeonis, Nephthalim, alibi, in illo libello occurrunt. At vero non solum regibus ipsis, atque etiam consessui magno LXXI virorum seu *Sanhedrin Hagedolah* dicto, sed etiam consessibus minoribus subjiciunt totum genus sacerdotale, atque etiam ipsum pontificem maximum, Ebraeorum magistri, iique vetustissimi, ut videre est in Gemara Hierosolym.

ſolym. ad tit. *Sanhedrin,* cap. II. fol. 19. col. 4. & apud Rabbi Jom Tob, ad eundem tit. fol. 56. b. alibi. Adde Miſnam, tit. *Middoth,* ſeu *de menſuris templi,* cap. V. ubi quinam ſacerdotali functioni idonei, quinam ob vitia ſive corporis ſive natalium idonei non fuerint, judicare, ad conſeſſum illum magnum attinuiſſe liquet. Sed magnus ille conſeſſus plerumque tam ex ſacerdotibus ac Levitis, quam ex aliis, optimo jure, Iſraelitis conflari ſolebat; ita tamen ut ſi nec ſacerdos nec Levita cooptaretur, numerus LXXI Iſraelitarum ejuſmodi ſatis idoneus, qui omnimoda judicia in eo exerceret, atque de graviſſimis reipublicae negotiis deliberaret, haberetur. Maimonides, ad veterum placita, halach. *Sanhedrin,* cap. II. ומצוה להיות בסנהדרין גדולה כהנים ולויים שנאמר ובאת אל הכהנים הלויים ואם לא מצאו אפילו היו כולם ישראל ים הרי זה מותר, *Oportet ut ſint in conſeſſu magno ſacerdotes & Levitae, juxta id quod ſcriptum eſt,* Deut. XVII. 9. ET VENIES AD SACERDOTES LEVITAS, &c. *At ſi ex illis nulli ſint omnino, ſed totus conſeſſus ex Iſraelitis conſtiterit, conſeſſus eſt ſatis legitimus.* Et de ſacerdote & judice, quorum mentio in commate 12. ejuſdem capitis, vide Sixtinum ab Amama in Antibarbaro, lib. I. pag. 130, & lib. II. p. 587. Ut teſtamentum autem patriarcharum ita dictum, in eccleſiam occidentalem primo adferretur, in cauſa fuere Joannes Baſingſtochius, archidiaconus Leiceſtrenſis, & Robertus Capito epiſcopus Lincolnienſis. Ille ſub anno MCCXLII. idem Athenis, praeter alia occidentalioribus tunc incognita, latere indicavit epiſcopo Lincolnienſi, qui in Angliam ut adveheretur curavit, & e Graeco in Latinum, non ſine opera Nicolai Graeci, qui Abbati ſancti Albani a ſacris erat, tranſtulit. Matthaeus Paris in Henrico rege III. *Hic magiſter Joannes* (de Baſinſtokes) *intimaverat,* inquit, *epiſcopo Lincolnienſi Roberto, quod quando ſtuduit Athenis, viderat & audierat ab peritis Graecorum doctoribus, quaedam Latinis incognita; inter quae reperit* XII. *patriarcharum, filiorum videlicet Jacob, Teſtamenta. Quae conſtat eſſe de ſubſtantia bibliothecae, ſed per invidiam Judaeorum dudum fuiſſe abſcondita, propter manifeſtas, quae in eiſdem patent, Chriſti prophetias. Unde idem epiſcopus miſit in Graeciam; & cum ea habuiſſet, tranſtulit de Graeco in Latinum ſermonem, & quaedam alia.* Atque alibi, *Nec tempore B. Hieronymi, vel alicujus ſancti interpretis, ad notitiam Chriſtianorum, machinante Judaeorum antiquorum malitia, potuit quomodolibet devenire.* Et videſis Micropresbyticon, pag. 615. At certe Origeni in Homilia XV. in Joſuam, & Procopio Gazaeo ad cap. XXXVIII. Geneſeos, mentio fit hujus libelli. Lector judicet, & digreſſiunculae benevole det veniam.

CAP. XXV.

De ſucceſſione fiſci, ſeu haeredibus morte damnatorum.

SUCCESSIO fiſci abſque paucis de judiciis capitalibus praelibatis ſatis intelligi nequit. Judicia capitalia, ſive eorum qui quadruplici illo ultimi ſupplicii genere, lapidatione, combuſtione, ſtrangulatione ac gladio, damnabantur, exerceri ſolebant aut a conſeſſibus XXIII virorum, quorum unicus erat in urbe ac oppido quolibet inſigniori, ac Hieroſolymis bini (utcunque de numero, neſcio quo aut unde, judicum ſeptenario καθ' ἑκάστην πόλιν ſeu *per urbes* praeſtituto, praeter duos ex Levitis miniſtros, verba faciat Joſephus, lib. IV. Archaeolog. cap. VIII. de quo item monuimus ſub fine cap. XXIV.) aut in magno illo LXXI virorum, quem סנהדרין הגדולה, *Sanhedrin Hagedolah* vocant, id eſt, in *conſeſſu* ſeu *conſiſtorio magno,* in *Liskat Hagazith,* poſt templum conditum, ſeu *conclavi lapideo,* ad ſeptentrionalem, introeunti templum, plagam haberi, florente Ebraeorum republica, ſolito; aut a regibus ipſis, cum ſeorſim ac ſoli juriſdictionem cum imperio exercebant, de qua re in libris Regum non infrequens mentio. Etenim & ipſi reges interdum, ſaltem eorum nonnulli, etiam locum habebant, ut principes, in conſeſſu magno, cui primus, ut princeps, quem נשיא appellant, praeerat Moſes. Eo ſcilicet imperante, conſeſſus ille natales habuit, ut videre eſt Num. XI. 16. Et decantatum illud, מלך לא דן ולא דנין אותו, *Rex non judicat, nec judicant ipſum,* quod occurrit in Miſna, tit. *Sanhedrin,* cap. II. & tit. *Horajioth,* ſeu *de ſententiis conſeſſuum,* cap. II. ſpectat ad citeriora ſecula, ſeu ad tempora Alexandri Jannaei regis, ſive ad reges qui familiae Davidicae non erant, quos *reges Iſraelis* nuncupare, & a veteribus familiae Davidicae eo nomine diſtinguere ſolent; ut docetur in Gemara Babylonia, ad tit. *Sanhedrin,* cap. II. fol. 19. a. Et de hiſce vide Maimonidem, halacha *Melachim,* ſeu *de regibus,* cap. III. Et de conſeſſu illo, atque juriſdictione Ebraeorum regia, nos, Deo volente, fuſius in libris de conſeſſu illo inſcriptis, ubi de ejuſce natalibus, qualitate eorum qui rite in eum adſciſcebantur, adſcitorum dignitate, juriſdictione, imperio, loco, continuatione, conſidendi tempore, aliis; ſine quibus in veteri Judaicarum rerum ſtatu plane caecutimus, agitur. Capitalium autem criminum alia erant, quae praeſcriptis in Pentateucho legibus morte plectebantur, veluti homicidia, adulteria, & quae ſunt id genus caetera; alia quae laeſae majeſtatis erant, ut perduellio in principem, quae ultimo item ſupplicio plectenda, ex lege Joſuae data, cap. I. comm. ult. *Qui rebellis fuerit ori tuo,* &c. *morte plectatur. Tantum age fortiter & ſtrenue.* Quando vero ori ſeu decreto principis, ſive in principem rebellis, ex lege illa, mortis reus, quando minime eſſet (nam de ea re diſtinctionem egregiam ex poſtremis illis verbis, ad majorum mentem & mores patrios explicatis, afferunt magiſtri) diſceptandi locus hic non eſt. Hoc interim advertendum, quamplurima quae in judiciis receptiſque gentis ſententiis, tum de hac re tum de aliis habentur, non ſolum lege ſcripta, ſed etiam moribus ſive traditionibus a Moſe receptis, quas הלכות למשה מסיני, *Traditiones Moſaicas e Sinai receptas* appellant, & legibus ſuperinductis ſeu a conſeſſu magno ſancitis atque ab univerſiate populi majoreque ejus parte (quae eadem ipſa eſt, notione civili)

civili) in usum admissis, nec vero legi scriptae adversis, subniti; quod explicatius etiam in dictis de consessu magno libris aperimus, atque hic monemus, ne turbetur nimis interea lector, ubi quid in receptissimis moribus gentis repererit, cujus in lege scripta ne vestigium quidem fuerit relictum. Ne specimen hic desit, advertas quod legitur Ezrae X. 8. de edicto ad accersendos in conventum omnes qui duxerant uxores exteras: *Et omnis qui non veniret intra tres dies*, בעצת השרים והזקנים יחרם כל רכושו, *juxta consilium principum & seniorum, anathemati subjiciatur*, aut *auferetur omnis substantia ejus*. Quod ex superinducto sancito temporali vim habuit. Jam vero de fisci successione, seu de morte damnatorum bonis, dicimus; ubi quis ob ea quae sive in Numen ipsum commissa tantum, veluti blasphemiam) nam ea morte luebatur, ut videre est apud D. Matthaeum, XXVI. 65, & 66. & in Misna, tit. *Sanhedrin*, cap. IX. sub finem) sive in mutua civium officia, veluti homicidia, adulteria, aut ejusmodi alia, ultimo plexus est supplicio, bona haeredibus sive ob sanguinem, sive *unde vir* (ut ostensum est) succedentibus transmittenda; extra scilicet speciem bonorum civium urbis seu universitatis, quam עיר הנדחת, *urbem incultum extraneum impulsam* seu *pellectam* nuncupant. Nam horum bona ex lege sacra, Deut. XIII. 13. comburenda erant. Unde Maimonides, ממונם בשרפה ואינו ליורשים כשאר הרוגי בית דין, *Bona eorum comburenda erant, nec ad haeredes transmittenda, sicut caeterorum qui ex judicio forensi morte plexi.* Videsis eum *More Nebochim*, part. III. cap. XLI. & halach. ע״ז cap. IV. Qui autem velut privati tantum, non ut pars urbis seu universitatis ita damnatae, criminis hujusmodi erant rei, eorum etiam in bona haeredes succedebant. At vero ubi perduellionis in principem reus quis eodem affectus est supplicio, bona ejus, ut haeredi fisco cedebant. Ita intelligo illam sententiam Rabbinis receptam, quae traditur in Gemara Babylonia ad tit. *Sanhedrin*, cap. VI. fol. 48. b. ת״ר הרוגי מלכות נכסיהן למלך הרוגי בית דין נכסיהן ליורשין, *Traditio est Rabbinica, ubi regni causa capite quis plectitur, bona ejus regi* (seu fisco) *cedere*; *ubi vero per consessum judicum, bona ejus ad haeredes transmitti.* Sententia R. Jehudae adjicitur, qui etiam utraque in specie haeredes succedere voluit: sed ibidem mihi satis confutatur. Vir doctissimus est, qui הרוגי מלכות hic vertit, *qui regio jussu occisi sunt*: alter, *a rege occisi.* Neutrum omnino placet. Nam ita innueret iste locus, non solum regio judicio damnati ultimo supplicio, sive ob crimen laesae majestatis sive ob aliud quod capitale, bona fisco applicari; sed & judicio consessuum morte plexi, ob perduellionis seu laesae majestatis crimen, bona ad haeredes transmitti; quod nimis ab eo, quod veri est simillimum, dissonum esse videtur. Certe מלכות *regnum* sonat, & הרוגי מלכות *occisi* seu *morte plexi ob regnum*; quod de perduellionis, contumeliarum aut maledicentiae in regem poena capiendum. Et הרוג בית דין *capite plexum ex judicio consessus* intelligo, pro eo qui ob alia crimina in mutua civium officia morte plecti solebat; quoniam jure ordinario de eis cognoscebant tribunalia, ut extraordinario seu regio, quod fieri satis amat, jussu cognoscebant de crimine laesae majestatis. Et moribus gentis receptum erat, ut qui contumeliis regem afficeret, aut ei malediceret, capite plecteretur. Unde illud in Gemara Hierosolymit. ad tit. *Sanhedrin*, fol. 20. col. 2. כל המקלל מלכות בית דוד חייב מיתה, *Quicunque maledixerit regi familiae Davidicae, mortis reus est.* Etiam in illustri illo Nabothi & Achabi regis Israelis exemplo jus hoc obtinuisse, & successionem, eam ob rem, fisci agnoscunt. Vide I. Regum XXI. Crimen est, ברכת אלהים ומלך, *Blasphemasti, contumeliis, maledicentia affecisti Deum & regem.* Lapidatione, ex sententia in eum lata, plexus est: inde vinea ejus fisco seu regi cedebat, ut in sacra historia. Et planissime Nabothus hic הרוג מלכות *regni causa plexus erat*; sed non quod regio jussu occisus. Nam adhibitis testibus, utcunque falsis, formula judicii consessus urbis in qua habitabat, non regii, damnabatur. Neque sive Jezebelis sive Achabi mandatum, in literis quas ad consessum dedere, in judicii formula aliud effecit, quam ut sceleratissimi judices ad tantam injustitiam, praetenso, ut fit, principum nomine, accenderentur. Ideo vero הרוג מלכות erat, quia crimen laesae erat majestatis, seu in regem commissum, tametsi sententia consessus plexum. Unde etiam observant, *blasphemias in Deum* adjectas, ut crimen augeretur; at vero, *in regem*, ut vineam fiscus caperet. De qua re consulas Gemaram Babyloniam, loco jam citato. Hinc Levi Gersomides, I. Regum, XXI. 15. למדנו מזה שהרוגי מלכות נכסיהן למלכות, *Ex hoc loco edifcendum, bona eorum, qui regni causa morte plectuntur, fisco seu regi ipsi cedere.* Et David Kimchius ibidem, ad verba illa Jezebelis, *Surge & posside vineam Nabothi*, אמרה לשון ירושה לפי שנפלו לו נכסיו בדין והוא במקום היורשין, *Dixit id* Jezebel, *ex causa* (seu *nomine*) *haereditatis, quoniam bona ejus ad eum devenere ex sententia judicii; & ipse locum haeredum occupabat.* Et statim postea, מי שנתחייב מיתה למלכות הוא וכל אשר לו למלך ונחלקו רבותינו ז״ל בזה הדבר ואמרו הרוגי מלכות נכסיהן למלך והרוגי בית דין נכסיהן ליורשין ומפני זה אמרה איזבל שיעדו העדים כי בריך נבות אלהים ומלך כי אילו יאמרו בריך אלהים לבד והיה דינו מסור לב״ד והיו נכסיהן ליורשים וכשאמרו קלל המלך נתחייבה מיתה למלך וא״ת ונכסיו למלך אם כן למה הוצרך לומר אלהים לא אמרו אלהים אלא להגדיל החטא עליו; *Qui morte damnatur ob crimen laesae majestatis, tam is, quam quae sua sunt, regis fiunt. Caeterum dissensus est inter magistros nostros piae memoriae de hac re. Et dicunt, eorum qui regni causa morte plectuntur, bona fisco seu regi cedere; eorum vero qui consessus judicio, ad haeredes transmitti. Atque inde est, quod Jezebel jusserit, ut testes Nabothum accusarent dirarum tam in regem, quam in Deum. Nam si de Deo solummodo accusasset, judicium ejus* jure ordinario *consessu judicum fuisset permittendum: unde & bona ejus ad haeredes transmissa fuissent. Sed quoniam dirarum in regem est accusatus, regni causa morte damnatus est. Quod si objicis, Cur igitur opus erat, ut Deus adjiceretur?*

retur? Reſpondendum eſt, non aliam ob cauſam, quam ut celerior in eum fieret juſtitia, ſeu, ut Talmudici dicunt, לאפוסי ריתחא *ad augendam indignationem*, ut legitur citato ſupra Gemarae Babyloniae loco, ubi etiam Salomon Jarchius expreſſe הרוגי מלכות interpretatur שנתחייבו מיתה למלכים, *eos qui*, perduellionis aut contumeliarum in regem rei, *vitam regibus debent*, ſeu eorum nomine morte ſunt afficiendi. Perſequitur dein Kimchius R. Jehudae ſententiam, qua fiſcus hic excluditur; ſed contra eam, quae magiſtris pro receptiori habetur. Adi etiam Moſem Mikotzi, Praecept. Affirmativ. CXV. Et de nomine הרוגי מלכות conſulas etiam Joſephum Scaligerum, in lib. III. Canonum Iſagogicorum, pag. 219. Quin ex hac lege non ſcripta, ſeu recepto more, explicat David Kimchius illud II. Samuelis, IX. 7. ubi, miſericordia ac benignitate uſus erga domum Saulis, David reſtituit Mephibosſhetho Jonathanis filio, ac Saulis nepoti, latifundia Saulis. Scilicet fiſco applicata fuiſſe ea, שאישבושת ובית שאול היו מורדים במלכות, *quoniam Iſhboſhethus & domus Saulis rebelles fuerant*, ſeu *perduellionis rei*, in Davidem regem divinitus unctum. Et vide II. Samuelis XII. 8. Certe & hinc capi poteſt illud II. Samuelis XVI. 4. ubi perduellionis inſimulato a Ziba ſervo Mephiboſhetho, omnia Mephiboſhethi bona Zibae a rege decernuntur: *Ecce omnia quae Mephiboſhetho ſunt, tibi erunt*. Nimirum tibi erunt, ſi hoc quod de eo enarras verum ſit, eum perduellem eſſe; quia ita eorum jus mihi, jure regio ſingulari, quo utimur in hac qua vivitur republica, competet, quod totum in te transferam. Poſtquam autem Zibae accuſationem falſam fuiſſe indicaverat Mephiboſhethus, II. Sam. XIX. 26. & humillimo adblandientis officii genere, pro gentis more, ſe caeteroſque familiae ſuae, utpote perduelles, mortis olim reos etiam fuiſſe agnoverat, regioque judicio ſe totum ſubmiſerat, *dixit ad eum David rex*, *Quid adhuc de hiſce rebus loqueris?* אמרתי, *Pronunciavi; tu & Ziba divide agros*. Quod accipiunt, fateor, magiſtrorum nonnulli perinde ac ſi novo judicio, partiarios agrorum, quos primo Mephiboſhetho reſtituerat, dominos nunc feciſſet Zibam & Mephiboſhethum, & tam aſſignationem iſtam, qua excludendus a poſſeſſionibus Mephiboſhethus, lata ſententia, Zibae factam, quam novationem hanc, qua dimidio uterque donatur, judicio regio, ſeu interminatae poteſtati regiae I. Samuelis VIII. 14. memoratae, temere ſatis tribuunt. Sed iniquum interim fuiſſe hoc diviſionis judicium volunt, & voce e coelo delapſa monitum ſcribunt eorum aliqui Davidem, inde eventurum, ut non diſſimile fieret regni inter Rehoboamum & Jeroboamum diſcidium. Videſis D. Kimchium, Levi Gerſomidem, & Jeſaiam ad II. Samuel. XIX. At vero ſi rem attentius introſpiciamus, non eſt omnino cur credamus, aut Zibae aſſignationem iſtam lata ſententia factam, aut novo aliquo judicio agros utrique tributos. Neque enim magis in cauſa erat Zibae inſimulatio, cur ut judex pronunciaret rex in Mephiboſhethum, quam excuſatio ſeu defenſio Mephiboſhethi, ut omnino judicatum quid reſcinderet. Neutro in loco, ſi quid video, aut judicium pronunciatum eſt, aut interminatae poteſtatis regiae, quae in circumvicinis gentibus uſurpabatur, erat aliquis uſus. In eo de Ziba dominum, ut perduellionis reum, inſimulante nil aliud videtur innui, quam ut, ſi judicium poſtea ferretur, quale ferendum erat, ſi accuſatio vera fuiſſet; tunc bona Mephiboſhethi fiſco applicanda Zibae donarentur. Exempla id genus habentur hodieque, ubi principes ab hujuſmodi promiſſis pronunciatiſque non diſſimilibus non abſtinent. In altero autem loco, quo partitio fieri videatur, ſenſus mihi alius plane eſt, ab eo qui vulgo recipitur. Etenim partitio ſeu diviſio agrorum dupliciter capi poteſt; aut proprie, pro diviſione qualis in familia erciſcunda, ſeu in communi dividendo, ubi uterque aeque rei poſſeſſae eſt dominus partiarius; aut minus proprie, veluti ſi verba fiant de domino & uſufructuario, de domino & colono, emphyteuta, ſive aliis ejuſmodi, quibus praeter onus culturae etiam emolumentum cedit, integro nihilominus domini jure; aut etiam de domino & glebae adſcriptitio agrum colente atque inde victum ſatis amplum obtinente. Juxta primam ſpeciem, non eſt cur putemus Zibam & Mephiboſhethum pro partiariis, verbis Davidis, innui. Juxta ſecundam vero dici id videtur a Davide, atque appoſitiſſime; ac ſi cum revocaſſet in memoriam Mephiboſhethus calamitatem domus Saulis, & in gratiam cum Davide offenſo denuo rediiſſet, dixiſſet rex, *Quid plura de ea re loqueris?* jam olim abolita ſunt haec. Tu in favorem mihi receptus. Etiam decrevi pridem, dixi, pronunciavi, te & Zibam ſervum tuum partiarios fore; te ut dominum, cui, utpote in integrum reſtituto, ſubminiſtrantur agrorum proventus; illum ut colonum, glebae adſcriptitium, ſervum agros colentem, atque inde etiam, pro hominis ſtatu, victum capientem. Adeo ut nihil illa ſententia breviuſcula amplius innuatur, quam id quod fuſius exprimitur capite IX. ejuſdem libri, comm. 10. ubi proventus domino, cultura ſervo, a donatore, cujus in poteſtate erat, conditiones ac modos tam libertati ac ſervituti, quam agrorum dominio adjicere, aſſignantur. Atque hoc modo univerſa in cauſa Mephiboſhethi & Zibae, recepto gentis juri ſunt ſatis conſona. Videſis item de ſucceſſione fiſci D. Kimchium ad I. Regum, cap. II. ubi de Joabo tam perduellionis quam homicidii reo, cornua altaris tenente, hiſtoria habetur. Et de capitali judicio regio, ſeu ultimo ſupplicio regni cauſa infligendo; adde quod adnotat ibi Levi Gerſomides.

CAP. XXVI.

De proſelytorum bonis ac haeredibus, jura ſingularia.

QUICQUID autem hactenus oſtenſum eſt, praeter id quod de fiſco dicitur, aut ad Iſraelitas tantummodo ſpectat, quorum nemini haeres deeſſe potuit, ut ſupra obſervatum eſt; aut ad proſelytos juſtos, eorumque poſteros ac ſtemma, quod poſt nomen primo Judaiſmo datum

tum nascebatur. Nam ex proselyto proles, post nomen Judaismo primo datum, suscepta, eodem modo ecclesiae Ebraicae pars habebatur, quo proles ejus qui sanguine atque origine esset Israelita; utcunque proselyti nomen & retineret ea, & ad posteros transmitteret, extra quam ubi ex Israelitarum, Gentilium, aut servorum conjugiis, nomen illud in posteris commutaretur. Similique modo haereditas in hujusmodi proselytorum posteritate deferebatur. At proselyto justo, qui factus, non natus fuisset proselytus, sine prole postquam factus esset, mortuo haeredes omnino nulli erant, sed bona ejus, uti caetera quae censerentur nullius in bonis, & vacantia, occupanti cedebant, non fisco. Maimonides, halacha *Zichia Vemithna*, cap. I. גר שמת ולא הוליד ישראל אחר שנתגייר אין לו יירשין אלא כל הקודם והחזיק בנכסיו זכה, *Si proselytus mortuus fuerit, nec progenuerit Israelitam, postquam proselytus fuerit factus, haeredes ei sunt nulli. Sed quicunque bona ejus prius occupaverit, ei cedunt.* Id ipsum Talmudici non semel ad cap. III. tit. *Baba Bathra*; ubi videsis Gemaram Babyloniam, fol. 42. & Jarchium. *Proselytus justus* (quem גר צדק nuncupant) is est, qui in Evangeiiis alibique Proselytus absolute & vulgo dicitur, seu qui ex peregrinitate seu Gentilitate in Judaismum fuerat transgressus. *Justi* autem adjectione discriminatur a גר תושב, seu *proselyto domicilii*, quo nomine appellabantur peregrini & Gentiles, qui suscepta in se septem praeceptorum Noachidarum, id est, universae humanitatis seu gentium juris, sed non Judaismi, observatione, ad domicilium seu inquilini jus, aut in foedus, ab Ebraeis admitterentur. Nam sine hujusmodi observationis professione, verum est quod Trogus de eis habet apud Justinum, ex disciplina atque religione cum peregrinis eos non communicasse. De utroque proselytorum genere, eorumque juribus, fusius in libris de Jure gentium ad eorum placita, agimus. Ratio autem quare in proselyti justi demortui bona, nemo ut haeres ex sanguine aliter ac dictum est, succederet, non omnino erat qualis sive apud Gallos sive apud Anglos de fisci in peregrinorum bona, apud hosce immobilia, apud illos etiam & mobilia (uti & apud veteres Romanos) successione obtinet, sed alia prorsus atque ex receptissima eorum sententia satis manifesta. Quemlibet scilicet ejusmodi proselytum, dum stetit templum, triplici initiamentorum genere admitti, solenne erat, במילה, בטבילה, ובקרבן, *circumcisione*, *ablutione* seu *baptismo* (publice & coram tribus minimum peracto) *&* *oblatione*. Idque a Mosis seculo observatum, & legis sacrae locis aliquot etiam subnixum asserunt; neque, si horum trium aliquod deesset, stante templo, aut ex circumcisione, sine baptismo, post templi excidium, proselytum quempiam justum fieri; neque proselytam sine baptismo &, stante item templo, oblatione. Quin aliter intelligi nolunt illud Numerorum XV. 15. ככם כגר, *sicut vobis*, *sic proselyto*. Initiatum autem hujusmodi, seu proselytum ita factum, semper pro regenerato seu recens nato habebant, adeo ut, pristinae prorsus deleta omnimodae cognationis ratione, consanguineos nullos postmodum ex jure habere sacro, sive in successionis sive in connubiorum (quod mirere) ratione censeretur, praeter posteros qui baptismum seu initiamenta sequerentur. Non enim haec natalium novatio similis erat regenerationi illi seu natalium restitutioni, qua dignabantur principes Romani libertinos, unde scilicet pro ingenuis ipsi atque ipsa mater pro ingenua haberetur, adeoque cognatio omnimoda & jura inde pendentia reviviscerent. Qua de re videsis Justinian. Novell. XVIII. cap. XI. & LXXVIII. cap. I. & II. & Marcianum, l. 2. ff. de Natalibus restituendis. Sed Gentilis ex ipso quo proselytus fiebat momento, pro eo qui tunc denuo & nova tunc matre in jure Ebraico ficta natus fuerat, censebatur. Pater igitur, mater, filii filiaeque ante suscepti, fratres, eum hisce nominibus contingere plane, ad eorum placita, desinebant. Diserte rationem reddunt de obliterato hic pristino sanguine, מאי טעמא גר שנתגייר כקטן שנולד דמי, *Ratio est, quia proselytus, ex quo fit proselytus, habetur velut infans, qui* (ex nova aliqua matre) *nascitur.* Ita Talmudici in Gemara Babylonia, ad tit. *Jabimoth*, cap. II. fol. 22. a. & cap. XI. fol. 97. b. Maimonides, halacha *Jebom Wechalitza*, cap. I. & halach. *Isuri Bia*, cap IV. & Moses Mikotzi, Praecept. Affirmat. LI. Adeo ut proselytus ejusmodi seipsum omnino pristinosque natales & omnem ex illis contractum sanguinem exueret, atque ex regeneratione hujusmodi nulla imposterum restaret cognatio gentilis aut ex gentilitatis tempore orta, quemadmodum fere jure Caesareo post manumissionem nulla cognatio servilis. Unde cum apud D. Joannem Nicodemus, etiamsi Pharisaeus esset atque Judaeorum (tribunalis alicujus, puto) princeps, miraretur dicta Servatoris de regeneratione, & rogaret, *Quomodo potest homo renasci, cum sit senex, & quomodo possunt haec fieri?* ac si nullam ipse deprehendisset regenerationis ex aqua seu baptismo notionem; *Tu es*, inquit Servator, *magister in Israel, & haec ignoras?* Nam magistris receptarum sententiarum peritis, satis erat regenerationis ex baptismo seu aqua notio, quam diximus, cognita. Atque hinc illud Taciti Historiarum quincto intelligendum, *Circumcidere genitalia instituere* Judaei, *ut diversitate noscantur. Transgressi in morem eorum idem usurpant. Nec quidquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos, exuere patriam; parentes, liberos, fratres vilia habere.* Neque enim patriae aut, ut dictum est, consanguinitatis pristinae ratio omnino in proselytis (qui ipsi primo nomen illud professione assequerentur) habita est; quippe qui pro denuo atque aliunde natis, id est, renatis, censebantur. Unde & sequebatur consanguineos pristinos, qua sanguinis nomine antea conjuncti fuerant, eos *vilia habuisse*; id est, tum se ipsos omnimodis affectus, pietatis, officii vinculis, sive sanguinis causa inter cognatos, sive patriae inter conterraneos haberi solitis, solutos fuisse, tum eos ob Gentilismum spernendos. Nam singulare est etiam illud, atque ex regenerationis seu natalium hujusmodi novationis jure ortum, *patriam* proselytos eorum *exuisse*. Ex ipso nimirum religionis in regeneratione hac amplexu patriam induebant aliam, id est, Judaeam; idque tametsi extra eam renati. Et Judaei postea tum nuncupabantur, tum revera pro Judaeis sunt habiti, licet

cet ab Israelitis ex sanguine illud vocamen sortitis, ut ab aboriginibus, semper non solum ipsi, sed & posteri, usque dum sanguis Israeliticus stemmate eorum commistus esset, *proselytorum* nomine discriminarentur. Adeo ut idem patriae nomen & religionis, idem civitate donari & in sacros eorum mores transgredi ipsis haberetur, habeaturque etiamnum; quod alibi, puto, non compertum. Nam etsi vulgo Christianorum Mahumedani Turcarum nomine appellantur, atque *in Turcam commutari* seu *Turcismum amplecti* idem vulgo sonat, quod *Mahumedismum profiteri*, scimus tamen ipsis Mahumedanis proselytos suos Musulmanos (id est, المسلمين) quod *recte credentes* seu *fideles* interpretatur, non *Turcas*, aut alio aliquo nomine patriae mutationem denotante, indigitari. Hinc Idumaeos scribit Josephus, Archaeolog. XIII. cap. XVII. sub Hyrcano Judaismum amplexos, ὥστε εἶναι τὸ λοιπὸν Ἰουδαίους, *adeo ut deinde essent ipsi Judaei*, seu, ut Ruffinus ibi vetus interpres, *ex illo tempore coeperunt esse Judaei*. Inde etiam in Esther VIII. 17. מתיהדים, *Judaei fiebant*, legitur pro eo quod in Vulgata est, *eorum religioni & ceremoniis jungebantur*. Et Dio Cassius lib. XXXVII, de Judaei nomine, qua patriam denotat, locutus, φέρει δὲ καὶ, inquit, ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὅσοι τὰ νόμιμα αὐτῶν, καίπερ ἀλλοεθνεῖς ὄντες, ζηλοῦσι, *pertinet etiam ad alios homines, quotquot eorum instituta amplexantur, etiamsi alienigenae*. Qua de re item consulas, praeter Josephum Scaligerum in Eusebianis, ad Num. MDCCCCLXIII. & sequentem, Casaubonum in exercitatione prima ad Apparatum annalium Baronii. Ad baptismum autem quem diximus, & Judaei nomen, ipsam religionem non magis atque novam patriam denotans, spectabat proculdubio Arrianus in Epictetum, lib. II. cap. IX. *Quid* (inquit, philosophiam simulantes increpans) *appellas te Stoicum? quare decipis & fallis tam multos? Quam ob causam Graecorum personam induis, cum sis Judaeus? an nescis quare dicitur quisque, Judaeus quare item Syrus, quare AEgyptius?* Καὶ ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. Ὅταν δὲ ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος, οὕτω καὶ ἡμεῖς παραβαπτισταὶ, λόγῳ μὲν Ἰουδαῖοι, ἔργῳ δὲ ἄλλο τι, *At quando viderimus quempiam animo utrinque ancipiti, dicere solemus, Judaeus non est, sed simulat. Quum autem induerit sibi affectum baptizati, & inter sectatores asciti, tum revera & est & appellatur Judaeus. Ita & nos quoque parabaptistae sumus* (seu, *ut non legitime tincti*) *dum quisque verbo tenus duntaxat velut Judaeus, re autem vera aliud quid existit*. Vir doctissimus Dionysius Petavius ad Themistii Orationem XII. legere mavult περιηρημένου *circumcisi pro* ᾑρημένου *inter sectatores asciti*; & ex Judaeorum & Christianorum nominis confusione scripsisse Arrianum opinatur. Scilicet, cum circumcisio proprius esset Judaismi character, magnaque tum Christianorum pars e Judaeis esset, *Crediderant*, inquit ille, *Gentiles, Judaeos omnes & baptizatos & circumcisos esse oportere*. Lipsius autem ad Annalium Taciti lib. XV. de Christianis locum illum capit, ex eadem confusione: *Ait*, sic ille, τοῦ βεβαμμένου, *baptizati; qui ergo tincti & baptizati praeter Christianos?* Et Gaspar Barthius ad Rutilii Itinerarium, de eo loco, *Sane Judaei*, inquit *signaculum non erat baptizatum esse, sed Christiani*. Nec melius Hieronymus Wolfius, qui ᾑρημένου *amplexi*, scilicet Judaismum, ibi verti vult, & Christianorum ecclesiam cum secta Judaeorum confundi. Certe fatemur interdum Judaeorum nomine Christianos antiquitus apud scriptores Gentiles, eo quod Christianismi, uti & Christi, in Judaea erant natales, designari; quemadmodum apud Suetonium in Claudio, cap. XXV. *Judaeos impulsore Chresto* (nam & Christum *Chrestum*, unde & *Chrestianos*, qui Christo nomina dederant, appellitabant) *assidue tumultuantes Roma expulit*. Et videsis P. Pithaei Adversariorum lib. II. cap. III. Sed vero apud Arrianum Judaeorum Proselytos, seu Judaeos circumcisione & baptismo ex Gentilibus factos innui vix ambigendum videtur. Et tantum abfuit, ut male Gentiles, Judaeos hujusmodi tam baptizandos quam circumcidendos fuisse sentirent, aut nulli in initiamentis tingerentur praeter Christianos (quod vult Lipsius) ut nemo citra baptismum magis ac citra circumcisionem Proselytus, aut hac notione Judaeus, rite fieri aut haberi potuisset. Alii etiam fuere in Ebraeorum ritibus baptismi, qui non solum καθαρισμοὶ seu *sordium purgationes*, sed & ut peccatorum ablutiones habebantur; de quibus Isaias cap. I. com. 16. Eulogius contra Novatianos lib. II. apud Photium in Myriobyblo, cod. CCLXXX. & R. Elias de Wides in *Reshith Cochma*, seu *initio sapientiae*, cap. IV. & V. De poenitentia verba faciens ille, צריך, inquit, לטהר עצמו בטבילה ואחך לקדש עצמו בתענית וגו', *Oportet poenitentem purgare se lavacro, & postmodum sanctificare se jejuniis*, &c. Et Petrus Blesensis contra perfidiam Judaeorum, cap. XXVI. *Crediderunt Judaei, & adhuc credunt, sibi per aquam frigidam peccata dimitti. Unde & ipsi solent multis baptismatibus exerceri*. Ejusmodi item ablutionem Herbanus Judaeus in Disputatione cum Gregentio archiepiscopo Tephrensi memorat; ubi peccatorem poenitentem ἀπολυόμενον, [*f.* ἀπολουόμενον] κατὰ ψυχὴν ἰατρευθέντα, *ablutum* (in versione Nicolai Gulonii, pro eo *absolutum* male substituitur) *ut anima expiatum*, & ad bonam mentem reversum, in templum, ex jure Ebraico, admittendum ad sacra antiquitus fuisse ait. Sed hujusmodi ablutio seu baptismus in vitae tantum atque morum, ille autem, cui in initiamentis Proselytorum erat locus, etiam in natalium novationem seu regenerationem peragebatur, unde & pristinae consanguinitatis omnimodae sequebatur obliteratio. Ita ex juris patrii fictione, ritibus sacris subnixa, etiam ipsa, quibus invicem conjungebantur Gentiles, jura sanguinis naturalia deleri volebant. Quod itidem servabatur, tametsi pater, filius, mater, fratres aliquot sororesve eodem simul momento proselyti fuissent facti. Nam singularis cujuslibet ejusmodi regeneratio suum qualecunque jus sanguinis anterius, ratione jam dicta, invicem perimebat. In prole autem seu posteris ejusmodi Proselyti, baptismus nunquam ite-

iterabatur. Sed observari liceat, ut apud Ebraeos (quorum baptismi usum in proselytis faciendis paucissimi scriptorum animadvertunt) atque Christianos, ita etiam in celebrioribus Gentilium initiamentis (nam de expiationibus res tralatitia est) baptismum seu lavacri lustrationem primario adhiberi solitam. De *eleusiniis* Atheniensium minoribus, per quae ad majora transibant, liquet ex Polyaeno, Stratagematum lib. V. in Heraclide, ubi, *Haec*, inquit, *transigebant* παρὰ τὸν Ἰλισσὸν, οὗ τὸν καθαρμὸν τοῖς ἐλάττοσι μυστηρίοις, *ad Ilissum* (flumen Musis aliisque Diis, ut ex Pausaniae Atticis scimus, sacrum) *ubi lustratio fieri consuevit minoribus mysteriis*. Unde Ὑδρανὸς seu *Aquarius* dictus est, ὁ ἁγνιστὴς τῶν Ἐλευσινίων, seu *is qui Eleusiniis sacris quempiam ut sacerdos initiabat*, quod docet Hesychius. Primus etiam ex octoginta, in sacrorum Mithrae, summi apud Persas Numinis, initiamentis ritus erat ejusmodi lustratio seu baptismus, διανήξασθαι scilicet ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ, *complures dies per multum aquae natare*, ut scribit Nonnus in Synagoga historiarum ad orationem primam Steliteuticam Gregorii Nazianzeni, cap. XLVII. Et Tertullianus libro de praescriptionibus adversus Haereticos, cap. XL. *Diaboli*, inquit, *sunt partes intervertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum divinorum in idolorum mysteriis aemulatur. Tinguit & ipse quosdam utique credentes & fideles suos. Expiationem delictorum de lavacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithrae.* Isidis item celeberrimae apud AEgyptios potissimum Deae initiandus Apuleius, *Stipatum me* (sic ipse Milesiarum XI.) *religiosa cohorte deducit* [Isidis sacerdos praecipuus, nomine Mithra] *ad proximas balneas; & prius sueto lavacro traditum, praefatus Deum veniam, purissime circumrorans abluit; rursumque ad templum reductum, jam duabus diei partibus transactis, ante ipsa Deae vestigia constituit.* Quin diserte in regenerationem lustrationem hujusmodi Gentilibus fieri solitam memorat Tertullianus. Is libro de baptismo vim sacramenti pluribus demonstrans, *& aquas omnes de pristina originis*, ut loquitur, *praerogativa sacramentum sanctificationis consequi, invocato Deo*, asserens, *Sed enim* (ait cap. V.) *nationes, extraneae ab omni intellectu spiritalium, potestatem eadem efficacia idolis suis subministrant. Sed viduis aquis sibi mentiuntur. Nam & sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis alicujus Mithrae. Ipsos etiam Deos suos lavationibus efferunt. Caeterum villas, domos, templa, totasque urbes aspergine circumlatae aquae expiant passim. Certe ludis Apollinaribus & Pelusiis tinguuntur. Idque se in regenerationem & impunitatem perjuriorum suorum agere praesumunt.* Vide, si placet, etiam Josephum Vicecomitem, Observat. Ecclesiastic. lib. I cap. XVII. & Antonium Marsilium Columnam archiepiscopum Salernitanum, in Hydragiologiae, §. I. cap. VI. Sed haec obiter.

CAP. XXVII.

Discrepantes pentateuchi Samaritani in legibus de jure successionis lectiones; quae ab observationibus ac interpretamentis aliquot magistrorum sunt dissonae.

QUAE vero dicta sunt hactenus, sumuntur ex interpretamentis atque moribus Ebraeorum, qui aut regni Israelitici sub Hosea rege excidium antevertunt, aut postmodum regni Hierosolymitani, seu Judaici vulgo ac signanter dicti, cives fuere, & τὰ πατροπαράδοτα, seu *traditiones majorum* in judiciis admisere; ut scilicet potissimum Samaritas, qui etiam pentateuchum Mosis, atque seculis saltem posterioribus illud solum, amplexi sunt, & Saducaeos haereticos, qui τὰ πατροπαράδοτα rejecerunt, excludamus. De eis vide II. Regum XVII. 24. Benjaminum Tudelensem in Itinerario, Flav. Josephum, Archaeolog. XVIII. cap. 2. & Haloseos II. cap. 7. Photium in Bibliotheca, Cod. CCXXX. prope finem, Leontium Scholasticum, libello de sectis, actione II. Jo. Scaligerum, Emend. Temp. lib. VII. pag. 620. & Canon. Isagog. lib. III. pag. 219. Nic. Serrarium, Trihaeres. cap. XVII. & XXI. cum Elencho Scaligeri, cap. XV, & XVI. Joan. Drusium, Observat. lib. XIII. cap. 4. De tribus Sectis, lib. III. cap. 8. & seqq. & Praeteritorum lib. IV. ad illud D. Joannis IV. 9. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, *cum Samaritis Judaei commercium non habent*. Et observandum est illud D. Theodosii in Novellis, tit. 3. ubi *Neminem Judaeum, neminem Samaritam* (seu ut in MS. meo, *Samaritanum*) *neutra lege constantem*, ad honores & dignitates accedere sancivit. Neutram, non Judaicam, ut a majoribus traditam, nedum Christianam legem seu Evangelicam, amplectebatur Samarita; quod vult Imperator. Hoc non solum ideo monemus, quia ratio temporis, & rerum gentis qualitas, & series id docet, sed etiam quoniam, in Samaritarum pentateucho, sacrarum, quibus successionum materies subnititur, legum verba ita interdum discrepant ab eis, quae biblia Judaica, quibus passim utimur, habent, ut etiam quod a placitis aliquot Judaeorum supra explicatis nimis est dissonum, in eis interdum reperiatur. Num. XXVII. commate 8. pro והעברתם וגו, *& transferetis haereditatem ad filiam ejus*, &c. codex Samaritanus habet, ונתתם [illegible] וגו, *& dabitis* (quo vocabulo utitur in Judaicis Moses commate sequenti, ubi de fratrum successione loquitur) *haereditatem filiae ejus*. Quod si haec vera esset lectio, locum non ita haberet observatio illa de transferenda filiabus haereditate, quam cap. XVII. supra e *Pesiktha Zotertha* attulimus. Commate item 11. ejusdem capitis Numerorum, pro וירש אותה, & *succedat in eam* seu *ei*, quae vocabula ad successionem maritalem trahunt magistri, ac si *eam* (uxorem) *excipiat*, aut *ei* (foeminine) *succedat*, esset vertendum; Samaritano codice legitur

legitur ࠅࠉࠉࠓࠔ ࠀࠕࠅ : ויירש אתו *& eum ut haeres excipiat.* Vide fupra cap. XVII. Item Deuteronomii XXV. 6. ubi lex de fratria ducenda traditur, pro eo quod in Judaicis eft והיה הבכור וגו, *Et erit primogenitus*, &c. quod de fratre majore natu, non de ducentis filio, intelligunt magiftri (ut docetur fupra cap. XIV.) legitur in Samaritano codice ࠅࠄࠉࠄ ࠄࠁࠍ ࠄࠁࠊࠅࠓ : והיה הבן הבכור, *& erit filius primogenitus.* Codicibus Samaritanis ufi fumus binis. Alter eft e tam numerofiffima quam pretiofiffima fupellectile libraria, qua reverendiffimus praeftantiffimufque praeful Guilielmus Laudus archiepifcopus Cantuarienfis academiam Oxonienfem nuperrime ditavit. Alter eft κειμήλιον bibliothecae Cottonianae; is fcilicet, e quo in praefatione ad Marmora Arundelliana chronologiam τῆς patriarcharum primorum παιδοποιΐας Samaritanam fumfimus. Exemplar utrumque eft quidem vetuftum. Cottonianum autem defcriptum eft ante annos CCLXX. aut circiter; quantum ab initio Genefeos ad initium cap. VI. Levitici, feu (quod idem eft) ad initium Parafchae צו feu צוי (fcilicet ࠑࠅ : nam ita legitur Samaritanis) intervenit, manu Ithamar Ben Aharon Ben Ithamar, facerdotis primarii in Damafco. Quae fequuntur ad finem Deuteronomii exaravit Abraham Ben Abi Nitzaion, uti ipfe adnotavit ad extremum Numerorum ejufdem codicis MS. Adjicit ibi; ࠅࠄࠊࠋࠋࠕ ࠁࠔࠍࠕ ࠀࠓࠁࠏࠄ ࠅࠔࠔࠉࠌ ࠅࠔࠁࠏ ࠌࠀࠅࠕ ࠋࠌࠌࠋࠊࠕ ࠉࠔࠌࠏࠀࠋ : five והכללת בשנת ארבעה וששים ושבע מאות לממלכת ישמעאל, *Et abfoluta eft* (fcilicet lex illa fancta; totum pentateuchum innuit) *anno feptingentefimo fexagefimo quarto regni Ifmaelis.* Incidit annus ille in vulgarem Chrifti MCCCLXII. Initium ejus, Octobris XXI. Anni regni Ifmaelis iidem funt, qui ab aera Hagarenorum feu Hegira Mahumedana, id eft, ab anno Chrifti DCXXII. fed ad rationes lunares, putantur.

Libri de fucceffionibus in bona defunctorum

FINIS.



DE

SUCCESSIONE

IN

Pontificatum Ebraeorum,

Libri Duo.

Prior hiſtoricus eſt, pontificum ab Aharone uſque ad templi ſecundi excidium, ſucceſſionem continens.

Poſterior eſt juridicus, legitima, ſeu quae in ſucceſſione pontificali, adeoque in admiſſione ad munus ſacerdotale, apud Ebraeos juris fuere, complexus.

DE

SUCCESSIONE

IN

Pontificatum Ebraeorum.

Liber Primus.

CAP. I.

Duplex apud Ebraeos ſacerdotium. Inſtituti ratio. Succeſſionis pontificalis in Eleazaro initia. Et de binis familiis ſacerdotalibus ſeu Aharonicis.

SACERDOTIUM, cujus faſtigium eſt pontificatus, in Ebraeorum commentariis duplex eſt; aliud ante legem Leviticam de eo latam in uſu, aliud ea ex lege inſtitutum. Prioris generis ſacerdotio alii ex jure fungebantur ordinario ſeu communi; alii extra ordinem, ſeu jure ſingulari. Ex jure ordinario ſeu communi, mares primogeniti, ante legem Leviticam, ſacerdotali in familiis ſuis gaudebant munere. Sic docemur ex Miſna Talmudica, tit. *Zebachim*, ſeu *de ſacrificiis*, cap. XIV. Verba ſunt, עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות, *Antequam tabernaculum conſtructum eſt, altarium uſus licitus fuit. Atque ſacro ad ea fungebantur munere primogeniti.* Quo etiam ſpectare volunt illud in Exodi cap. XXIV. 4, 5. *Moſes mane conſurgens aedificavit altare ad radices montis, & duodecim titulos* (ſeu *columnas*) *ſecundum duodecim tribus Iſrael: miſitque juvenes de filiis Iſrael, qui obtulerunt holocauſta atque immolaverunt victimas pacificas Domino, ſcilicet boves.* Qui נערי ſeu *juvenes* hic dicti ſunt, pro primogenitis, utpote qui jure ſuo tunc ſacerdotes fuere, ſumunt. Unde etiam eodem in loco Chaldaeus paraphraſtes Onkelos expreſſim pro *miſit juvenes* ſubſtituit, receptiſſimae ſententiae ſatis callens, שלח ית בוכרי, *miſit primogenitos*: quem ſequitur item autor paraphraſis Uzielidi tributae; in qua ratio etiam redditur, quia nondum initia habuere ſacerdotes Aharonici. Adſtipulatur non ſolum R. Saadiae verſio Arabica, quae hoc in loco بعث ببكوره *miſit primogenitos* habet, ſed etiam Tawaſii Perſica, qua فرستاد مرا نخوست quod ipſum ſonat, legitur. Et de ea re teſtimonia plura ex veteribus annotata habes in cap. V. libri de Succeſſionibus in bona defuncti. Quin aſſentiunt hic patres Chriſtiani, ut videre eſt apud D. Thomam, in prima ſecundae, quaeſt. 103. art. 1. ad tertium. Extra ordinem autem, ſacerdotii munere etiam eum, qui primogenitus non eſſet, interdum ſeculo in illo fungi liquet e Moſis exemplo, qui Aharonis frater ſecundo genitus (id ſatis docetur in Exodo, VII. 7.) ſacra, ante initia ſacerdotii Aharonici, ut ſacerdos jure ſingulari peregit. Quin & ipſum Aharonem filioſque ejus, juſſu Numinis ſanctiſſimi, ſolennibus ſeptem dierum ritibus tunc primum inſtitutis initiavit: quod fuſius in Levitici octavo enarratur. Neque ſacerdos duntaxat ille, ſed ſacerdos ſummus ſeu pontifex cenſebatur; unde Philoni in libris de Vita ejus non ſemel tam ἀρχιερεὺς ſeu *pontifex*, quam rex, legiſlator, & propheta indigitatur. Et de eo in *Semoth Rabba*, paraſch. XXXVII. רבנין אמרו כל שנה שהיו ישראל במדבר שמש משה בכהונה גרולה ויש אומרים לא אלא שבעת ימי המלואים ורבי ברכיה בשם ר׳ סימון אומר כל מ״ שנה שמש משה בכהונה גדולה שנ׳ ובני עמרם אהרן ומשה וכתיב ומשה איש האלהים, *Tradunt Rabbini, per cunctos annos, quos in deſerto tranſegere Iſraelitae, Moſem ſummi ſacerdotii ſeu pontificatus munus tenuiſſe; tametſi fuerint quorum ſententia eſt, eum minime id feciſſe, niſi per ſeptem dies initiationis. At vero Rabbi Barachia, nomine Rabbi Simon, probat ideo per annos* XL *pontificatum geſſiſſe Moſem, quia dicitur*, 1. Paralip. VI. 3. Filii Amrami erant Moses et Aharon; *& ſcriptum inſuper eſt*, Deut. XXXIII. 1. Et Moses vir Dei. Praerogativam nempe ſingularem ei utrobique tribui innuit, ac talem qualem ſacerdotio eſſe intelligit propriam. Ex lege autem Levitica, Aharone & filiis ejus ſacerdotali-

dotali muneri rite initiatis, priſtinum ſeu anteriorum ſeculorum ſacerdotium, id eſt, primogenitorum hoc jus ſacrum, apud eos deſiit. Atque illi dein poſterique eorum ſoli ex jure ordinario ſacerdotes fuere, כהנים *cohenim*, & Chaldaice כהנין *cahonin*, dicti. Aharon vero ipſe, qui ſummus erat, ſeu pontifex, ſive nomine הכהן τοῦ ἱερέως *ſacerdotis*, ſimpliciter & per excellentiam, ſive הכהן הגדול *ſacerdotis ſummi* ſeu *pontificis*, ſive כהנא רבא *cahona rabba*, quod idem ſignificat Chaldaeis, aliiſque vocibus idem denotantibus, memorari ſolet; uti & ſucceſſores ejus. Et ſacerdotes κατὰ μέρος, *minores*, ſeu *gregarii*, כהנים הדיוטים *ſacerdotes idiotae*, ſeu *vulgares*, juriſconſultis paſſim nuncupantur. Depravata autem nimis, ut fieri amat, habes horum nomina in Joſephi exemplaribus. *Sacerdotes*, inquit ipſe Ebraeus, ſacerdos, & juriſconſultus, χαναίας Chanaeas appellant, *pontificem* Ἀναραβάχην Anarabachen. Locus eſt in libro III. cap. VIII. Originum. Ruffini vetus interpretatio ibi habet *Arabarchen*. Caeterum nemo non videt e Chaldaica appellatione, Ebraeis ſatis uſitata, ſed a librariis male accepta, prodiiſſe haec vocabulorum portenta. Nam ex הרבא כהנא *harabba cohena* male fiebat *Arabarchen*. Qua autem ratione ac juris varietate, dignitas illa ſacerdotii, ſive ad Aharonis poſteros, florentibus rebus Ebraeorum, tranſmitteretur, ſive eis, ut interdum, omnino praecluderetur, maxime liquebit, ſi de ſucceſſione in pontificatum penitus diſpiciamus. Etenim qui pontificatus ex jure plane capax non erat, ei nec minoris ſacerdotii munus praeſtitiſſe fas. Adeo ut ſucceſſionis ſeu haereditatis ſacerdotalis jura ſane univerſa ex eis, quae ad ſucceſſionem pontificalem attinent, rite diſcuſſis, ſimul habuerimus explorata.

In ſucceſſionis autem pontificalis materie, alia ſunt hiſtorica, juridica alia. Hiſtorica; ceu pontificum ſeries ſeu laterculus, familiae ſacerdotales, dignitatis ab altera familia in alteram tranſlatio, poteſtatis in creando uſurpatae varietas, autorum diſſenſus, plurium pontificum nomine tenus ſub eodem tempore conjunctio, nonnullorum qui alieni dicuntur ſcriptoribus aliquot a genere ſacerdotali deſignatio, ejuſmodi alia. Juridica, veluti perſonae ſurrogandae qualitas, ſive natales, ſive aetatem, ſive corporis animive vitia ſpectes, conſecrandi ritus, poteſtas forenſis cui competebat de hiſce decernendi jus. Atque hiſce tribuunt illa lucem, ſubinde & mutuo accipiunt. Utraque igitur, ſingulis libros aſſignantes ſingulos, explicare aggredimur; maxime quoniam haec, quae juris ſunt, adeo neglecta fere hactenus aut obiter ſubinde tacta apud ſcriptores Chriſtianos ſunt, ut quin integra eorum fuerit etiamnum meſſis parum abfuerit; hiſtorica vero, quae huc pertinent, ita tantum hactenus tractata ſunt, ut tum animadverſionibus tum additionibus, quarum vim non contemnendam inteximus, nimium carere videantur.

Aharonis pontificis, ex lege Levitica, filii bini, Eleazar & Ithamar, eorumque poſteri, binas familias ſacerdotales faciebant. Unde, cum univerſum genus ſacerdotale in ſtationes ſeu claſſes XXIV. a Davide rege, ut per vices qualibet hebdomade ſacris in templo adeſſent miniſteriis, tribuebantur, ex eis ſedecim fuere Eleazaridae, octo autem Ithamaridae; quod videre eſt I. Paralip. XXIV. 4. Atque inſtaurationem claſſium, ſeu numeri earum novationem, non primariam inſtitutionem, fuiſſe Davidis illam diſtributionem ſcribunt Ebraei: etenim Moſem haſce familias binas in claſſes tribuiſſe. Sed de numero non convenit. Alii eum in octo, ſingulis nempe quatuor, alii in ſedecim, ut ſingulis eſſent octo, tradunt diviſiſſe. Hujus exemplum ſecutum Davidem; adeoque, cum illas octo in plures (ſic illi qui octo tantum claſſes inſtituto Moſaico deberi volunt) ob diffuſiorem jam utriuſque familiae prolem, commodius tribuendas animadverterat, quatuor primum quaternario utriuſque numero adjeciſſe, idque ita iteraſſe voluiſſe, ut ſingulis duodecim claſſes praeberentur. Quod cum per imparem nimis Ithamaridarum numerum ſine incommodo fieri nequibat, ex Eleazaridarum numero abundante, nova eorum recenſione facta, octo claſſes alias conſtituiſſe; ut ita hiſce ſedecim, illis octo manerent. Sic Gemara Hieroſolymitana, ad tit. *Thainioth*, ſeu *de jejuniis*, cap. IV. fol. 67. col. 4. halach. 2. שמונה משמרות כהונה העמיד משה ד׳ משל אלעזר וד׳ משל איתמר עד שעמד דוד ושמואל הרואה והוסיפו עליהם עוד שמנה ד׳ משל איתמר וד׳ משל אלעזר וביקשו להוסיף עוד שמנה ולעשותן עשרים וד׳ ומצאו משל אלעזר ולא מצאו משל איתמר הדא הוא דכתיב וימצאו בני אלעזר רבים לראשי הגברים מבני איתמר וגו׳, *Octo claſſes ſacerdotales conſtituit Moſes, quatuor ex Eleazaridis, atque ex Ithamaridis totidem. Id quod obtinuit uſque dum David & Samuel propheta adjicerent eis octo alias, quatuor ex Eleazaridis, & ex Ithamaridis itidem quatuor. Conati vero illi etiam & octo alias modo ſimili, ut numerus viginti quatuor claſſium ita compleretur, adjicere. Sed Eleazaridas, quot ſufficerent, repererunt; non vero Ithamaridas. Atque hoc innuit illud quod ſcriptum eſt*, 1 Paralip. XXIV. 4. Inventique sunt multo plures filii Eleazar in principibus viris, quam filii Ithamar. Ita Gemara illa. Qui vero ſedecim fuiſſe aiunt ſub Moſe claſſes, nihil in Ithamaridis a Davide novatum volunt, ſed unaquaque Eleazaridarum in binas tributa, numerum viginti quatuor abſolutum. De qua re videſis Gemaram Babyloniam ad citatum tituli de Jejuniis caput, & Salomonem Jarchium ad dictum Paralipomenon locum; ubi David Kimchius utramque ſententiam commemorat. Adde Maimonidem, halach. *Celi hamikdaſch*, ſeu *de vaſis templi*, cap. VI. Prima autem in pontificatum ſucceſſio erat ipſius Eleazari, cui, ex Numinis juſſu, Aharonis morituri inſignia pontificalia in ſucceſſionis deſignationem induta ſunt, ut legitur Numer. XX. 28. & apud Joſephum Archaeolog. IV. cap. IV. Incidiſſe autem Aharonis mortem, adeoque primam hanc in pontificatum ſucceſſionem, in quadrageſimum ab exitu ex AEgypto annum volunt Ebraei; atque eodem ſimul anno Moſem fratrem ſororemque Miriam obiiſſe. Ita Seder Olam Rabba, cap. X. Et Joſephus; *anno aetatis centeſimo vigeſimo tertio, in novilunio menſis Athenienſium Hecatombaeonis, Macedonum Loi*, μηνὸς *vero* καλουμένου Σαββὰ παρ' Ἑβραίοις, *menſis qui Ebraeis nuncupatur Sabba*; ubi Ruffinus vetus ejuſce interpres habet, *ſecunda luna, initio menſis*; &

pro

pro *Sabba*, *Sedebath*, qui *apud Romanos*, inquit, *nuncupatur Augustus.* Sed quid *Sabba* aut *Sedebath* in mensibus Ebraeorum? Neque τῷ *Sebat* eorum mensi, qui sono proximat, & Januario ferme respondet, hic locus est. Id negant plane Hecatombaeon & Lous, qui menses sunt aestivales, & τῷ *Ab* Ebraeorum mensi undecimo a Tisri putato, seu Julio aut Junio, pro periodorum varietate, compares. Depravato igitur Josephi loco, pro Σαββὰ Ἀ'β seu Ἀββὰ legendum. Uti etiam citatur Samueli Petito in Eclogis Chronologiae, lib. I. cap, X. atque emendatur a Jacobo Capello in Historia sacra, anno M. 2542. Nam & diserte Ebraei, מת אהרן באחד באב, *Mortuus est Aharon die* I *mensis Ab*, ut legitur in Seder Olam Rabba, alibique. Quin & jejunium hoc nomine eodem die habetur in eorum ritualibus. Adjicere etiam de ea re visum est locum insignem ex Saidi Batricidis patriarchae Alexandrini Chronologia ante DCC annos aut circiter Arabice conscripta, وموت موسي وهرون ومريم اختهما في التيه في سنة واحدة لتمام اربعين سنة لهم في التيه ✲ ماتت اولا مريم اختهم في ستة ايام خلت من نيسان وهو برموده وسنها مائة وسبعة وعشرون سنة ✲ ومات هرون في اول يوم شهر اب وهو مسري ودفن في جبل هور وله مائة وعشرون سنة ✲ ومات موسي عليه السلام في سبعة ايام من شهر اذار وهو برمهات في ارض مواب ودفن في الوادي من ارض مواب وله مائة وعشرون سنة ✲ *Et moriebantur*, inquit ille, *Moses, Aharon, & Miriam eorum soror in deserto, unico atque eodem in anno, qui complevit annos illos quadraginta, quibus erant in deserto. Primo autem demortua est Miriam, soror eorum, die* VI. *Nisan, qui est Barmuda. AEtas ejus, anni* CXXVII. *Dein mortuus est Aharon die* I *mensis Ab, qui est Musri. Sepultus est in monte Hur. Atque aetas ejus,* CXXIII *anni. Mortuus autem est Moses, super quem sit pax, die* VII. *mensis Adar, qui est Barmheatha, in terra Moab. Sepultus est in convallibus terrae Moab. AEtas ejus,* CXX *anni.* Barmuda hic est Coptitarum mensis seu AEgyptius ille, quem vulgo *Pharmuthi* dicimus, Musri *Mesori*; & Barmeatha ipse est qui *Phamenoth* nuncupatur. Ebraei autem mortem Miriam tribuunt decimo diei Nisan, ut autor Seder, & reliqui; quam diei sexto assignat hic Batricides (idque in binis quibus utor exemplaribus) & Josephus *novilunio Xanthici*, mensis Macedonici, seu, ut Ruffinus, *Xanthici mensis initio, secunda luna.* Quin & Mosis mortem, quam VII. die Adar passim tam Ebraei quam Batricides collocant, Josephus accidisse ait *mensis* ὑπὸ μὲν Μακεδόνων Δύστρου καλουμένου, Ἀδάρου δὲ ὑφ' ἡμῶν, νουμηνίᾳ, *qui a Macedonibus Dystrus vocitatur, a nobis autem Adar, novilunio.* Quomodo autem idem ipsum quod Ebraei caeteri, in temporum hoc ratiocinio velit Josephus, acute disputat Samuel Petitus in Chronologiae Eclogarum libro I, cap. X, & XIX. Sed undenam Ruffino tam in Aharonis quam τῆς Miriam morte locutionis illud genus, *mensis initium, secunda luna?* Verba Josephi utrobique sunt νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην, id est, *novilunio, calendis*, seu *mensis initio, secundum lunam.* Interpretis proculdubio librarii ex hoc fecere *secunda luna?* Secundum ea autem quae dicta sunt, Eleazari filii Aharonis, & superstitum majoris natu, in pontificatum successio eodem anno contigit, quo Moses demortuus est, & septimo ante mortem ejus mense. Et satis concors est Eusebius in Chronico, *Mors Moysi. Hoc tempore apud Hebraeos pontificatum suscepit Eleazar, post mortem patris Aaron.*

CAP. II.

De Phineesi & Eleazaridarum successione. Et de pontificatus ad Heli Ithamaridem translatione, Phineeso juxta Ebraeos exautorato.

QUemadmodum sub Mosis mortem successisse volunt Aharoni patri Eleazarum, ita & huic Phinees filium sub mortem Josuae: quod eliciunt ex utriusque obitus tempore ad finem libri Josuae simul memorato, ut habetur in Seder Olam Rabba, atque apud Josephum. Neque in Eleazari seu pontificatus tantum, sed etiam in Josuae seu principatus Ebraeorum, dignitatem successisse Phinees scribunt nonnulli. Excerpta illa ex Eusebio, Africano, atque aliis, barbare ab Anonymo versa, quae in Thesauro temporum eduntur; *Post obitum Hiesu, filii Nave, praefuit populo Phinees sacerdos annos* XXIII. Et Saidus Batricides, patriarcha Alexandrinus, وبعد وفاة يوشع ابن نون دبر الشعب فنحاس الكاهن ابن العازر ابن هرون وكان كاهنا خمسة وعشرون سنة ✲ *Et post mortem Josuae filii Nun praefuit populo Phinees sacerdos, filius Eleazari filii Aharonis. Et fuit sacerdos annos* XXV. Certe & Nicephorus patriarcha, Φινεὲς υἱὸς Ἐλεάζαρ μετὰ πάντων πρεσβυτέρων τὸν λαὸν κρίνας, *Phinees filius Eleazari cum universis senioribus populum judicans.* Ita scilicet in codice pervetusto MS. Bibliothecae collegii Sion Londini nuper extructi legitur, cum in Graecis editis τὸν λαὸν, id est, *populum*, omittatur. Sed praefecturam hujusmodi in eo nullibi agnoscunt Ebraei. Secutum ait Josephus hunc in pontificatu Abiezer filium; a quo

quo Boceiae filio suo dignitatem acceptam ad Ozin hujus itidem filium esse transmissam. Sic ille Archaeolog. lib. V. cap. XIII. *Abiezer* ibi, depravatis, ut fieri amat, ex Graecorum Latinorumque scriptione orientalium nominibus, est Abishua, *Boceias* Bucci, *Ozi* Uzzi, qui omnes in posteris Phinees recensentur, I. Paralipom. VI. 50, 51. Alii sunt Josephi hic sequaces, ut Nicephorus patriarcha, & Georgius Monachus (cujus pontificum recensionem habes apud Josephum Scaligerum in notis Eusebianis, pag. 255.) praeter recentiores. Quin & suis signantur annis pontifices, *Abiud, Boccei,* & *Ozi* in Chronico Alexandrino; ubi Abishua depravate, ut alibi, Abiud nuncupatus, tempori Ahudis judicis assignatur, Boccei Samgaris, & Ozi Tholae temporibus. At vero neque in Sacris Literis, neque in Ebraeorum chronicis, quibus utimur, neque in Eusebio, horum Eleazari nepotum pontificatus memoratur. Neque alius in hisce inter Eleazarum & Heli pontificem (qui & populum ut princeps judicabat) praeter Phinees, reperitur pontifex. Et in Chronico Alexandrino alibi, Heli expressim *pontifex Ebraeorum quartus* nuncupatur, pag. 196. editionis Raderianae: tametsi antea terni illi Eleazari nepotes, annis etiam suis signati, ut dictum est, recenseantur. Adeo ut sic Heli non quartus, aut Phineesum proxime secutus sit, sed septimus. Caeterum Chronicon illud ex variis scriptoribus cento est, nec sibi semper constans. Quin vero nec Phinees ipsum usque ad mortem pontificatum tenuisse volunt Ebraei, sed ei exautorato Heli successisse; de quo sub initium libri primi Samuelis. Certe aevo belli Benjamitici, id est, juxta vulgarem temporum rationem, trecentis aut circiter a morte Eleazari annis, pontificem Phinees fuisse manifesto liquet ex Judicum XX. 28. Neque, ad magistrorum aliquot sententiam, sufficit haec rarissime citra diluvium audita longaevitas. Nam & ipsum in templo janitoribus praefuisse volunt nonnulli, atque de eo intelligunt illud 1. Paralipom. IX. 20. *Et Phinees filius Eleazar erat dux eorum.* Atque ita sane, ut quadraginta insuper annos vixerit, necesse fuerit; tametsi Jehoiadam pontificem (de quo infra) post Mosem, solum CXXX annos vixisse in Eusebii Chronico asseratur. Sed alii Phinees alium, atque Levitam, non sacerdotem, in Paralipomenis innui rectius putant. Videsis ad dictum locum Salomonem Jarchium & Davidem Kimchium. A Phinees autem, adeoque a familia Eleazaridarum, ad Heli, qui Ithamarides fuit (quod liquet ex hoc, quod Achimelechus ab eo genus ducens Ithamarides est I Paralip. XXIV. 6.) translatum aiunt ex jussu Numinis pontificatum, Phineeso exautorato. Hoc factum aiunt, tum quia ipse atque familia ejus in causa nimis erant multiplicium, quae ab Israelitis sunt patrata sub Judicibus, facinorum, tum quia ipse de voto Jepthis consultus eum solvere illo noluit. Nam etiam hac causa שכינה, id est, *Numinis majestatem*, seu *praesentiam*, aut *Spiritum Sanctum*, ab illo discessisse tradunt. Ita dicti Rabbini ad locum citatum, & ad Judicum XI. 35. Certe votum Jepthis eum ex prophetia censuisse non relaxandum diserte memorat Saidus etiam Batricides. Ita scilicet ille;

فقامت تنوح على نفسها في الجبل
شهرين وكانوا اصحاب يفتاح قد اشاروا
عليه ان يمضي الي فنحاس النبي ابن العازر ابن
هرون ويسله لعله يفتيه بما يخلص به
ابنته فحمله عن الملك ان لا يذهب اليه
وفنحاس النبي حمله عن النبوه ان لا يجي
اليه وبعد شهرين عمل يفتاح اليهودي عيداً
عظيما وذبح ابنته في ذلك اليوم فسمي
ذلك العيد عيد نوح *Et manebat lugens seipsam* filia Jepthis *in monte binos menses. Jam vero consiliarii Jepthis suaserant eum, ut adiret Phinees prophetam, filium Eleazari filii Aharonis; utque eum consuleret, ut ab eo disceret, qua ratione filiam morte eriperet. Sed monitus est ab Angelo, ne ad eum adiret. Etiam & Phinees propheta monitum accepit ex prophetia, ne indulgeret ei. Itaque transactis binis illis mensibus, ingens festum celebravit Jepthes Judaeus, & filiam suam immolavit eodem die; quem festum Luctus nuncupavit.* Sed diserte Jarchius ad Paralipomena, רבותינו אמרו הוא פנחס הכהן ועל שלא התיר ליפתה נדרו נסתלקה שכינה ממנו, *Dicunt Rabbini nostri, hunc* (Phinees praefectum janitorum ibi memoratum) *fuisse Phinees sacerdotem, atque ex eo quod non solveret Jepthem voto suo, recessisse ab eo Numinis praesentiam.* De hoc autem voto, & pontificis in eo autoritate, consulas Ludovici Capelli de eodem Diatribam singularem, eamque doctissimam. Heli vero, successorem Phineeso exautorato datum, Ithamaridem fuisse, atque ita pontificatum in alteram sacerdotalium familiam tunc translatum, Josephus Archaeol. lib. V. cap. ultimo. Nicephorus patriarcha, & Rabbini ad I Samuelis cap. II. consentiunt; ubi etiam tam translationem ejusmodi verbis sacris commatis 30. doceri volunt Rabbini, quam pontificatus in Eleazaridarum familiam, qui in Zadoco secutus est, reditum. Quomodo autem *sempiternum sacerdotium* Phineeso & posteris ejus promissum a Numine, Num. XXV. 13. fuerit cum hac in Ithamaridas translatione capiendum, optime disputat AEgidius Camartus ordinis Minimorum nuper Generalis in Elia Thisbite suo, cap. III. §. 5. Sed in Eusebio Hieronymi legitur, *Hebraeorum Heli sacerdos ann.* XL. *In Hebraeorum libro inveniuntur* XL *anni.* LXX *autem interpretatione* XX. *Hebraei hunc tradunt esse Phineen.* Certe in Eusebii Graecis totidem fere de annis verba habentur. Sed non postrema illa; quae nec Hieronymi esse autumari possum, sed scioli alicujus adjectum glossema, idque ex traditione alia de Phinees Ebraeorum quamplurimis credita perperam ac temere nimis etiam & ridicule acceptum. Nullibi apud eos comperitur Heli sacerdotem, id est, hic pontificem, Phinees fuisse aut dici. Et tam certum est hoc non comperiri, quam illud apud eorum plerosque obtinuisse, Phinees sive per metempsychosin Pytha-

thagoricam, sive aliter ipsum fuisse Eliam prophetam. De ea re obiter David Kimchius ad I. Paralip. IX. 20. Et de Elia, Samuel Schullam ad *Sepher Juchasin*, pag. 11. b. כל ישראל נהגו לומר שהוא פנחס והדבר בשאר בתיקו והוא יבא במהרה ויגיד לנו, *Solenne est universis Israelitis affirmare, ipsum fuisse Phinees. Sed ipse optime novit: cito igitur veniat, ut rem explicet nobis.* Scilicet dubiorum inexplicabilium solutionem ab Elia se expectare dicere solent. Rationes quibus in hanc adducti sunt sententiam aperit Levi Gersonides ad I Reg. XVII. 1. Etiam Saidus Batricides, patriarcha Alexandrinus, اليهود يزعمون ان فنحاس الكاهن هذا هو ايليا النبي الذي يسمونه العرب الخضر ☼ *Et Judaeis receptum est, Phinees sacerdotem ipsum fuisse Eliam prophetam, quem Arabes nuncupant Cheter, Cheder,* seu (pro discrimine pronunciationis) *Chetzer*, id est, *virentem, splendidum, florentem.* Quae eadem de cognomine etiam idem patriarcha alibi. Inter prophetas aliosque qui tempore Achabi regis floruere Eliam enumerans, ad hunc modum eum commemorat; وايليا وهو الخضر *& Elias, qui ipse est Cheter,* seu *vocitatur Cheter.* Ideone vero ita Arabibus (scilicet *florens, vigens,* aut quid simile) dicitur, quia in coelum raptus, nec more mortalium vitam commutavit? At vero docemur a Joanne Cantacuzeno, celebrem esse Musulmanis Christianorum divum Georgium, nomine Χέτης Ἠλιάζ, *Cheter Eliaz.* Sic ille in Apologia III. contra Mahumedem. Quod nomen idem, ut videtur, denotat cum eo quod est *Chederle* & *Chederles*, apud Busbequium in Epistolis, Postellum, Megiserum, alios, pro D. Georgio etiam sumptum. Et Eliae nomen tam الياس *Elias* (quod scimus ex Alcorani cap. VI. quam ايليا *Elia* seu *Elie*, ut in Batricide, unde *Chederle* facilius fiat, conscribitur. Anne igitur Musulmanis inolevit, *Eliam* seu *Cheter Elias*, id est, خضر الياس Christianorum D. Georgium vocitare? Certe eum ipsis, ut tutelare militiae, puto, Numen, cultum, scribunt Busbequius, Cotovicus, alii. Hunc ea de re consule in Itinerario Hierosolymitano, lib. II. pag. 137, & 343, illum in Epistola prima. Credere tamen nondum queo tam ipsum nostrum Cappadocem ab iis sic cultum esse (nam quid cum Musulmanis & Christianorum martyribus commune?) quam Eliam, quem indicato cognomine insignitum, & pro Numine Christianorum D. Georgio non ita dissimili ab eis cultum, *D. Georgii* nomen interdum induisse, suumque itidem D. Georgio (quemadmodum in ejusmodi rerum confusione fieri amat) communicasse. Et vide nunc Colloquium Sinani & Achmedis, pag. 32. ubi de Elia. Sed hoc obiter. Redimus ad Ebraeorum de Phinees sententiam. Ipse etiam D. Hieronymus in Traditionibus Ebraicis super libris Regum, ad illud, *Venit autem vir Dei ad Eli,* I Sam. II. 27. *Hunc virum Dei,* inquit, *Judaei Phinees dicunt, quem & Eliam autumant.* Unde sane aequum est, ut verba illa superius ex Hieronymo de Heli pontifice ac Phinees allata neutiquam fuisse ipsius Hieronymi conjiciamus; sed potius ex crasso errore, quem sive librario sive scholiasti alicui pepererat nominum *Heli* & *Eliae* affinitas, illuc irrepsisse. Non aliter fere ac ineptissimus ille Eusebii, Africani atque aliorum interpres vetus in Excerptis suis, pro eo quod erat, Ἰλίου ἐκπόρθησις, *Ilii excidium*, vertit *solis exterminatio*, cum pro Ἰλίου Ἡλίου legerat. Sed & alii scriptores Christiani tantundem de Elia & Phinees, ex Judaeorum placitis memorant; uti videre est apud Origenem in D. Joannem, tract. VII. Petrum Damianum, lib. 1. Epist. VI. alios. Qua de re fusius etiam disputat AEgidius Camartus in libro de Rebus gestis Eliae, cap. III. Quin ejusmodi de Phinees ac Elia receptae sententiae, etiam apud Mahumedanos, vestigia reperire videntur. Nam in Exegesi Mahumedis Achmetidis in Alcorani caput VI. Elias dicitur fuisse, ابن اخي هرون اخي موسي *filius fratris Aharonis fratris Mosis.* Si *fratrem Aharonis*, pro *filio* hic errore substitutum (id est, pro Eleazaro) admittas, ipsam de Phinees Judaeorum opinionem simul habes. At vero Hellenistae ad extremum libri Josuae expressim habent in editione Romana ac Francofurtensi, *Phineesum pontificem mortuum esse, & sepultum in Gabaath, quae ipsius erat.* Idem igitur, nisi metempsychosis admittatur, juxta hosce, Elias esse nequibat. Ebraeis codicibus, uti & nonnullis Graecis, & versioni Vulgatae, desunt omnino verba illa, aliaque aliquot sequentia. Sed vero ad Heli revertamur. Ipsius in senectutem provecti vices in pontificatu gessit Phinees ejus filius. Josephus Archaeolog. V. cap. penultimo, de arca in exercitum, paulo ante mortem Heli, adducta verba faciens, Φινεέσης δὲ ἤδη καὶ ἱεράτο, inquit, τοῦ πατρὸς αὐτῷ παρακεχωρηκότος διὰ τὸ γῆρας, *Phinees tunc sacerdotio fungebatur, patre id propter senectutem concedente.*

C A P. III.

De Ithamaridarum in pontificatum successione usque ad Abiatharem. Et de Jehoiada seu Joada & Samuele, qui nonnullis hic in pontificibus censentur.

SUblatis, ante mortem Heli Ithamaridae, filiis ejus Hophni & Phinees, huic relicti sunt filii bini, Achitobus & Ichabodus posthumus. Achitobi filii memorantur etiam bini, Achias, & Achimelechus, cui Abiathar filius. De hoc stemmate videsis I Sam. IV. 19; XIV. 3; XXII. 9; & XXIII. 6. Apud Eusebium in Chronico horum nullus ante Abiatharem in pontificatum succedit: At vero Josepho lib. VI. cap. VII. *Achitobus* dicitur pontifex ille, qui *sacerdotis* nomine, ubi Saul rex Deum consulit, habetur in I Sam. XIV. 36. Καλέσας, inquit, ὁ βασιλεὺς Ἀχίτωβον τὸν ἀρχιερέα, ἐκέλευσεν αὐτὸν γνῶναι, εἰ δίδωσιν ὁ Θεὸς αὐτοῖς

αὐτοῖς, &c. *Vocavit rex Achitobum pontificem, juſſitque ut conſuleret, an Deus annueret,* &c. Alii etiam Achitobum proxime poſt Heli avum collocant, ut Nicephorus patriarcha, & Georgius Monachus. Sed annon adverſatur Scriptura ejuſdem Samuelis capitis? Commate 18. loquitur Saul ad Achiam Achitobi filium, uti ad pontificem, *Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam Dei.* Et paulo ante, ואחיה בן אחטוב אחי איכבוד בן פנחס בן עלי כהן יהוה בשילה נושא אפוד, *Et Achias filius Achitob fratris Ichabod, filii Phinees, filii Heli, ſacerd. Domini in Silo, portavit Ephod.* Et aſſidua ejus functio eodem in capite ſatis indicatur. Quin Septuaginta ibi τὸ כהן (quod, ob declinationum in lingua Ebraica defectum, tam *ſacerdos* quam *ſacerdotis* hic ſonare poteſt, adeo ut indiſcriminatim liceat capere, ex locutionis formula, ſive Achiam *ſacerdotis* nomine ſive Heli ibi innui) ἱερεὺς vertunt, id eſt, *ſacerdos*, adeoque Achiam faciunt ſacerdotem ex diſertis Scripturae verbis, id eſt, pontificatum tunc in Silo gerentem. Atque horum ſane hic ſequaces ſunt recentiorum interpretum non pauci. Vulgata vero, *Et Achias filius Achitob, fratris Ichabod, filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli ſacerdote Domini in Silo, portabat Ephod.* Ita ut Achiam quidem ex Ephod induto cum Ebraica veritate denotet, ſacerdotio functum fuiſſe, *ſacerdotis* vero nomine Heli proavum ejus ibi memorari. Quod certe Ebraeorum magiſtris conſonum ſatis eſt. Nam illi recte obſervant, arcam tunc non fuiſſe in Silo, ſed in Kiriathjearim (ut ex Scriptura liquet) adeoque verba illa כהן יהוה בשילה, *Sacerd. Domini in Silo,* ad Heli ſpectare, qui, dum arca in Silo manebat, pontificatum geſſerat, & *Sacerdotis Domini in Silo* eſſe vertenda; Achiam vero ejus pronepotem ex Ephod induto, & ex eis quae ſequuntur, pro pontifice ibi accipiendum. Gerſomides, כהן יהוה בשילה שב אל עלי לא אל אחיה כי כבר היה חרב משכן שילה ואולם אמרו נושא אפוד בד שב אל אחיה והרצון בזה לפי מקומו כי הוא היה כהן גדול, *Verba illa de ſacerdote Domini in Silo ſpectant ad Heli, non ad Achiam. Nam antea deſtructum eſt tabernaculum in Silo. Veruntamen aiunt id quod de Ephod geſtato adjicitur ſolum attinere ad Achiam. Atque ex ipſa re hoc colligitur, quoniam ipſe pontifex erat.* Nam Ephod hic pro amictu pontificio illo ſuperhumerali, ſimul cum rationali judicii, & Urim & Thummim, quae pontifici propria fuere, ſumitur magiſtris. David Kimchius ibi, הוא כלל החושן והאורים והתומים, *Indicatur eo ſimul rationale & Urim & Thummim.* Tametſi interea agnoſcant nomine *Ephod* interdum intelligi lineas etiam ſacerdotum minorum, imo & Levitarum tunicas, ut I Samuel. II. 18. & XXII. 18. ubi vide Rabbi Jeſaiam. Anne igitur mortuus tunc aut exautoratus Achitobus? Sed opinor ſane Joſephi exemplaria (unde recentiores *Achitobum* habuere) hic impoſuiſſe, & non Ἀχίτωβον, loco ex eo ſupra adducto, ſed Ἀχίαν legendum. Suadent quae paulo ante, etiam eodem in capite, occurrunt, & cum eis quae jam obſervata ſunt, commiſſa rem evincere videntur. Achias eodem ipſo tempore Pontifex ibi dicitur. Verba ſunt, Καθεζόμεν@ δ' αὐτός τε καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἀχίας ἀπόγονος ὢν Ἠλεὶ τοῦ ἀρχιερέως, ἐπὶ βουνοῦ ὑψηλοῦ, καὶ τὴν γῆν λεηλατουμένην ὁρῶντες, ἐν ἀγωνίᾳ δεινῇ καθεστήκεσαν, *Ipſe Saulus & filius ejus & Achias pontifex ex poſteris Eli pontificis, ſedentes ſuper excelſo colle, & terram devaſtatam conſpicientes, graviter angebantur.* Certe Gelenius, ut videtur, ne alium pontificem ibi admitteret, *Achitobi* nomen in verſione poſtea praetermiſit. Veteri autem Ruffini verſione, Achias hic tantum Sacerdos dicitur, adeo ut qui ea uſi fuerint, nec Joſephi Graeca conſuluerint, alium praeter Achitobum (quem Ruffinus etiam *ſacerdotem* tantum vocat, ſed res ipſa pontificem ibi innui oſtendit) ex Joſepho pontificem elicere nequirent. Proximus dein pontifex habetur Achimelechus, alter filiorum Achitobi. De eo legitur I. Sam. XXI. & XXII. & apud Joſephum lib. VI. cap. XIV. Ille autem & univerſi ex ejuſce familia, Nobam Sacerdotum urbem incolentes, a Doego Idumaeo Saulis juſſu interempti ſunt, excepto duntaxat Abiathare ejus filio. Quo ſpectare volunt id quod praedictum erat Heli pontifici de ſuae, id eſt, Ithamaridarum domus, futura clade, I Sam. II. 31. Nec tamen putandum Abiatharem hunc *ſolum* fuiſſe *generis ſui ſuperſtitem*, ut male legitur in Gelenii verſione Joſephi. Is plane μόν@ διασωθῆναι δυνηθεὶς ἐκ τοῦ γένους τῶν ὑπὸ Σαούλου φονευθέντων ἱερέων erat, *ſolus de ſacerdotibus a Saul interfectis ereptus*, ut recte ſatis interpres vetus, ſeu *qui eripi potuerit.* Abiathar hic in pontificatum, demortuo patre, ſucceſſit: Achimelechus item, & Abimelechus interdum dictus, quemadmodum etiam pater ejus tam Abiathar quam Achimelechus dicebatur, ut obſervant viri docti tam in Pontificum ſucceſſione quam ad D. Marci caput II. ubi pontifex ille Abiathar nuncupatur, qui manifeſto Achimelechus erat Abiatharis hujus pater. Unde & Abiathar hic pro eodem qui Achimelechus filius Abiathar II. Sam. VIII. 17. & Abimelechus filius Abiathar I. Paralip. XVIII. 16. nuncupatur, ſumi ſolet; tametſi Ebraeorum aliquot Achimelechum ibi pro Achimelechi a Doego occiſi ex Abiathare filio nepote capiant, ut infra dicetur. In Joſepho autem, & tam in Ebraeorum chronicis, quam in vetuſtis Chriſtianorum, praeter Abiatharem, non reperitur, poſt Achimelechi pronepotis Heli necem, alius ante Zadocum pontifex. Attamen non deſunt in magiſtris qui Jehoiadam interponunt, & ſub initiis Davidis regis pontificatum geſſiſſe volunt. In iis qui Davidi Saulem fugienti adhaeſerunt, cenſetur Jehoiada ſeu Joiada הנגיד לאהרן, *princeps de ſtirpe Aaron*, ut in Vulgata, ſeu ὁ ἡγούμεν@ τῷ Ἀαρών, *dux ipſi Aaron*, ut Helleniſtae, I. Paralip. XII. 27. Atque capite ejuſdem libri XXVII. 5. Benaias filius Joiadae כהן ראש memoratur, quod Vulgata *ſacerdos* tantum, & ὁ ἱερεὺς ὁ ἄρχων *ſacerdos princeps* Helleniſtis vertitur: ſed magiſtris intelligitur caſu genitivo, ut ſit *Benaias filius Joiadae ſacerdotis principis* ſeu *primarii.* Ad poſteriorem igitur locum, David Kimchius, יהוידע היה כהן גדול כמו שאמר למעלה בתחלת מלכות בית דוד ויהוידע הנגיד לאהרן, *Jehoiada erat pontifex, quemadmodum etiam notatur ſupra, ſub initiis regni David, eum fuiſſe principem Aaroni.* At Jarchius

ibi,

ibi, הכהן ראש שהיה ראש ויש אומרים שהיה כהן גדול ואינו כן שהרי צדוק ואביתר היו כהנים גדולים, *Dicitur ſacerdos primarius, quia primarius quidem* (veluti ex claſſium praefectis, ſeu inter eos primarius) *fuit. Quod vero volunt aliqui eum pontificem fuiſſe, id fieri nequit. Nam Zadoc & Abiathar fuere tunc pontifices.* Nec locus omnino hic Samueli; quem tamen nonnulli inter pontifices poſuere, ut Chronici Alexandrini autor, & Georgius Monachus, qui Achitobo eum ſucceſſiſſe vult. Vide etiam D. Auguſtinum contra Fauſtum, lib. XII. cap. XXXIII. Et Sulpitius Severus, *Samuel cum Heli ſacerdote natus, admodum ſenex ſacerdotio functus refertur*; quod de pontificatu dictum merito ſane ſuſpicatur Druſius. Sed error eſt manifeſtus. Nam is non ſolum non fuit pontifex, ſed nec pontificatus jure ordinario capax, aut ex genere ſacerdotali, ſed tantum Levitico; ſcilicet non ex Aharonis poſteris, ſed ex Izharis, Aminadab item dicti, Aharonis patrui, nepotibus. Id liquet ex I. Paralip. VI. 28. atque initio Samuelis, ubi atavus ejus Zuph Ephraites domicilii non ſanguinis ratione nuncupatur, ut magiſtri ibi & Jonathan paraphraſtes. Et vir magnus, dum craſſum Georgii Monachi hac in re errorem perſtringit, ſuum item, ſed ex incogitantia, prodit: *Craſſus eſt*, inquit ille, *error immiſcere pontificibus Samuelem, qui erat de plebe ſacerdotum, non de domo ſtirpis pontificiae.* Sed vero neque ex pontificia, neque ex ſacerdotali ſtirpe ille, aliter ac levita qualiſcunque, dicendus erat. Quod & D. Hieronymus obſervavit. *Noſcendum*, ait ille, *quod Samuel levita, non ſacerdos, non pontifex fuerit.* Videſis eum contra Helvidium lib. I. cap. XIII. Sed Dionyſius Petavius lib. de Doctrina temporum X cap. XLVIII. extra ordinem a Deo conſtitutum Samuelem pontificem exiſtimat. Atque eis qui dignitatem pontificalem regiae anteferendam diſputant, Samuelem pontificem fuiſſe, aſſerere novum non eſt. Scilicet ex ejuſdem in Saule ungendo functione praerogativam pontificalem elicere conantur. Sed hiſce olim optime reſpondit Guilielmus Ockamus noſtras, &, *Samuel*, inquit, *non erat ſummus pontifex, nec ſacerdos in Iſrael, ſed judex tantummodo. Imo etiam non fuit de genere Aaron, & per conſequens nec ſacerdos, nec ſummus pontifex, nec minor, ut colligitur ex primi Paralipomenon* cap. VI. Videſis ea de re plura apud eum in Deciſionibus de poteſtate ſummi pontificis, quaeſt. I. cap. II. & XII.

CAP. IV.

De Abiatharis & Zadoci in pontificatu conjunctione, abdicatione Abiatharis, atque domus Eleazaridarum in Zadoco reſtitutione.

ABiathari, *Achimelecho* item dicto, conjunctus eſt a Davide rege Zadocus, ſive ut pontifex alter, ſive ut ſecundarius aut vicarius. Secundarium ejuſmodi כהן משנה nuncupabant, *ſacerdotem ſecundum*, ut II. Regum XXV. 18. Eleazarides ſcilicet Ithamaridae conjunctus eſt. Nam Zadocum ex Eleazari nepotibus fuiſſe liquet, I. Paralip. VI. 50. De hiſce II. Samuel. VIII, 17. *Zadocus filius Achitob & Achimelechus filius Abiatharis fuere ſacerdotes.* Tantundem I. Paralip. XVIII, 16, & II Sam. XV, ubi aliquoties Zadocus & Abiathar, veluti pontifices partiarii, memorantur. De horum conjunctione videſis, praeter ea quae habet Abulenſis, Dionyſium Petavium de Doctrina temporum, lib. X. cap. LVI. Certe Joſephus binos expreſſim eos facit pontifices. Ἀπέδειξε δὲ (inquit de Davide, lib. VII. cap. VI.) ἐκ τῆς Φινεὲς οἰκίας τὸν Σάδωκον ἀρχιερέα μετ' Ἀβιαθάρου. Φίλος γὰρ ἦν αὐτῷ, *Deſignavit etiam ex Phineeſi familia* (id eſt, Eleazari) *Sadocum pontificem cum Abiatharo. Amicus enim ei erat.* Ubi mutilus nimis eſt locus in Ruffini verſione, *Inſtituit de domo Phinees principem ſacerdotum Abiathar, qui ejus amicus erat.* Sadoco praetermiſſo, & eo, quod falſum eſt, ſubſtituto; tametſi alibi eodem in libro recte habeat verſio illa utriuſque pontificis ſub Davide inſtitutionem ſeu deſignationem; & tam Zadocus quam Abiathar pontifex ſaepe vocitatur Joſepho. Quin verò ſub mortem Davidis eum ἀρχιερέα τῆς πλήθους ἁπάσης, *pontificem univerſae plebis deſignatum*, ſcribit ille. Quod planiſſime reſpondet verbis ſacris I. Paralip. XXIX. 22. ubi Zadocus ungitur לכהן *in ſacerdotem*, ſeu *in pontificem*, ut Vulgata diſerte; cui aſtipulantur magiſtri, qui ideo eum ibi unctum aiunt לפי שמשחה אביתר את אדוניה, *quoniam unxerat Abiathar Adoniah*, ſcilicet in regem. Sic Salomon Iarchius ibidem; perinde ac ſi tunc Abiatharis, utpote cum Adonia perduellionis rei, exautoratio, quae ſecuta eſt, coepiſſet. Etiam & volunt magiſtrorum nonnulli (qui interea Achimelechum hic pro Abiatharis, de quo loquimur, filio ſumunt) pontificatum a Davide rege Zadoco, & pontificis ſecundarii τοῦ סגן ſeu *vicarii* dignitatem Achimelecho ità tributam eſſe, ut Abiatharis ipſius abdicatio inde deſignaretur. Kimchius ad II Sam. VIII. 17. כהנים שרי כהונה כי הוא מנה צדוק להיות כהן גדול מבני אלעזר ומשנהו אחימלך בן אביתר מבני איתמר אעפ"י שהיה אביתר עדיין חי כי ראינו כי שלמה גרשו מהיות כהן נראה כי במצות דוד עשה כי כאשר סדר דוד ראשי האבות סדר צדוק ואחימלך כמו שכתוב בדברי הימים והיה נקרא אחימלך ואבימלך כי שני השמות קרובים, *Sacerdotes ibi pro ſacerdotalis generis principibus ſumendi ſunt. Etenim conſtituit David Zadocum pontificem ex poſteris Eleazari, atque ei ſecundarium Achimelechum, filium Abiatharis, ex poſteris Ithamari; idque tametſi tunc temporis ſuperſtes eſſet Abiathar. Et quod ad id attinet, eum a Salomone eſſe abdicatum, id videtur ex Davidis præcepto manaſſe. Quin cum familiarum diſtribueret principes David, fecit eos Zadoc & Achimelech, ſicut ſcriptum eſt in Paralipomenis. Hic autem tam Abimelech vocitatur quam Achimelech, ob ſoni affinitatem.* Locus indicatus eſt I. Paralip. XXIV. 6. ubi Zadoc Eleazaridis, uti Achimelech Ithamaridis, praeeſt. Quin ſub ipſo Davide, in Seder Olam Rabba, legitur, נסתלק אביתר מן הכהונה הגדולה ונכנס צדוק תחתיו, *ſummotus eſt Abiathar pontificatu, & in locum ejus ſucceſſit Zadoc.* Sed ut

ut se res sub Davide habuerit, eo mortuo, Salomon rex, Abiathare omnino exautorato, Zadocum pontificem solum plane constituit. I Regum II. 35. ואת צדוק הכהן נתן המלך תחת אביתר, *Et Zadocum sacerdotem constituit rex loco Abiatharis.* Vulgata, *Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.* Hellenistae, *Et Sadoc sacerdotem dedit rex,* εἰς ἱερέα πρῶτον ἀντὶ Ἀβιάθαρ, *in sacerdotem primum pro Abiathar.* Et paulo ante, *Et ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini; ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo.* Scilicet I. Sam. II. 30. ubi sententia illa horrenda in Ithamaridarum domum, ob filiorum Heli scelera, pronunciatur; restitutione Eleazaridarum promissa, quae & jam impleta est; *Dicit Dominus Deus Israel, Dicendo dixi, quod domus tua & domus patris tui* (ad Heli Ithamaridem verba fiunt) *ambularet coram me* (seu *ministraret in conspectu meo,* ut Vulgata) *usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, Absit hoc a me. Sed quicunque honorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, & praecidam brachium tuum & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Et videbis aemulum in templo, in universis prosperis Israel. Et non erit senex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, sed ut deficiant oculi tui & tabescat anima tua. Et pars magna domus tuae* (sic Vulgata, Ebraica sunt, כל מרבית ביתך, *tota multitudo,* seu *abundantia, domus tuae;* quod LXX vertunt, πᾶς περισσεύων οἴκου σου, *omnis qui abundaverit domus tuae,* seu *omnis qui superfuerit domus tuae*) *morietur cum ad virilem aetatem venerit. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Hopni & Phinees: in die uno morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum & animam meam faciet. Et aedificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Futurum est autem, ut quicunque remanserit in domo tua, veniat ut adoret eum pro moneta argenti & torta panis* (male in Vulgata, *ut oriretur pro eo, & offerat nummum argenteum & tortam panis*) *dicatque, Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotii, ut comedam buccellam panis.* In morte filiorum Heli, clade Nobensi, Abiatharis abdicatione, & demum Zadoci Eleazaridae substitutione, magnam hujusce sententiae partem expletam esse nemo non videt. Et *sacerdos hic fidelis, cui domus aedificanda erat,* Zadocus est, primus in templo primo seu Salomonico pontifex. Sic magistri ad I Sam. II, & I Regum II. Et Josephus de Abiatharis abdicatione, lib. VIII, cap. I. Καταλύεται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἱερατικῆς τιμῆς ὁ Ἰθαμάρου οἶκος διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν, καθὼς τῷ Ἀβιαθάρου πάππῳ προεῖπεν ὁ Θεὸς Ἠλί, Μετέβη δ᾽ εἰς τὸ Φινεέσου γένος, πρὸς Σάδωκον, *Ablatus est igitur ob hanc causam* (perduellionem) *sacerdotalis honor* (quod de pontificali necesse est ut accipias) *a domo Ithamari, sicut Deus praedixerat* τῷ *Eli, Abiatharis abavo. Et translatus est in stirpem Phineesi, ad Sadocum.* Et alibi, lib. Archaeolog. V. cap. ultimo, Ἠλὶς ἔσχε τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου, μέχρι τῶν κατὰ τὴν Σολομῶνος βασιλείαν καιρῶν· τότε δὲ οἱ Ἐλεαζάρου πάλιν αὐτὴν ἀπέλαβον, *Elis sacerdotio* (pontificatu) *atque posteri ejus potiti sunt usque ad Salomonis regni tempora, quando ad Eleazaridas rediit.* Neque de alio, praeter Zadocum, capiendus ille locus in Chronico Alexandrino depravatus, *Salomon, Abiathare pontificatu dejecto,* καθιστῆσι τὸν Βαροὺχ ὄντα ἐκ τοῦ γένους Ἐλεαζάρου, *Baruch ex Eleazari stirpe oriundum constituit.* Pro Βαροὺχ Σαδὼκ, planissime substituendum. Vide Chronicon illud pag. 214. editione Raderiana; ubi etiam, pauculis inde annis interjectis, occurrit, Ἑβραίων ἀρχιερεὺς Ἀαρών· προεφήτευε Σαδὼκ, Νάθαν, καὶ Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης, &c. *Ebraeorum pontifex Aaron. Prophetabant Sadoc, Nathan, Achias Silonites,* &c. Quid loci illic Aaroni pontifici? Trajectio, puto, est simul cum defectu verborum. Lego, Ἑβραίων ἀρχιερεὺς ἀπ᾽ Ἀαρὼν η Σαδὼκ· προεφήτευε Νάθαν, &c. *Ebraeorum pontifex ab Aharone* VIII. *Zadoc. Prophetis Nathan,* &c. Nam autori illi in recensione sua numerali Heli quartus est; & qui Zadoci tempora proxime sequitur, nonus: Zadocus igitur octavus est illiusmodi in recensione; tametsi in fastis illis etiam pontifices decem, sed in numerandi rationem ibi non recepti, Zadocum praecedant. In Eleazaridarum autem stirpe, Zadocus erat Uzzi pontificis atnepos, ut ostenditur hoc stemmate, quo utriusque familiae usque in eum successio ponitur ob oculos.

AHARON

ELEAZAR	*Ithamar*
PHINEES	HELI
ABISHVA	*Phinees*
BUKKI	ACHITOB
UZZI	ACHIAS, ACHIMELECH
Zeraiah	ABIATHAR
Meraioth	
Amariah	
Achitob	
ZADOK	

Loci,

Loci, ex Paralipomenis & Samuele, fupra indicati cum feptimo Ezrae capite hujufmodi utriufque familiæ exhibent pofteros. Horum eos qui literis majufculis exarantur, Sacrarum Literarum, Flavii Jofephi, atque Ebraeorum qui funt alii, praeter chriftianos fcriptores, autoritate fubnixi, pontificatum geffiffe dubitare nequimus; nifi Achiam potius pro Achitobo ita in pontificum ferie collocemus, ut non patrem & filium pontifices, fed duntaxat filium habeamus; quemadmodum ex Sacris Literis & magiftrorum commentariis fupra adnotatis cum Jofephi exemplaribus rite intellectis eliciendum videtur. Atque hoc modo erit Zadocus ab Aharone undecimus pontifex, quod &, quantum ad numerum attinet, voluit Georgius Monachus; tametfi, ut numerum abfolvat, Samuelem proxime ante Abiatharem, nimium hallucinatus, immifceat, qua de re jam dictum eft. Eundem vero numerum retineri cum eo vult magnus Scaliger. *Recte*, inquit, *Georgius undecimum facit ab Aaron. Sed vitiofe feriem interrupit poft Uzzi.* Numerum igitur ita ille inftaurat, ut in linea Eleazaridarum, fingulis recenfitis, Zadocus fiat ab Aharone undecimus. Sed hoc abs re, opinor, eft. Nam Georgius planiffime de pontificum dignitate functorum ferie ac numero loquebatur; non de fanguinis gradibus. Et quatuor illi ea in linea, Zeraiah, Meraioth, Amariah, & Achitob (qui numerum fic undenarium complent) rariffime apud veteres pontificatum geffiffe leguntur. Animadverterat autem Georgius illud de numero ad verba illa Eufebii fub Salomonis tempora, Ἑβραίων ἀρχιερεὺς η ἀπὸ Ἀαρὼν Σαδὼκ ἐγνωρίζετο, *Hebraeorum pontifex octavus ab Aarone Sadoc clarus habetur.* Quibus refpondent in Eufebio Hieronymi, *Hebraeorum facerdos Sadoc octavus ab Aaron.* Quod de pontificibus dignitate functis manifefto dictum. Sed Eufebii mentem fuiffe non dubitamus, pontificum, quorum in Sacris Literis functio memoratur, numerum fic defignare. Certe ita erit Zadoc octavus; I Aharon, II Eleazar, III Phinees, IV Heli, V Achias, VI Achimelech, VII Abiathar, VIII Zadoc. Attamen neque Achiam, neque Achimelechum pontifices in Chronicorum ejus, quae reliqua funt, fragmentis comperimus; nifi pro Achimelecho Abimelechi (ut interdum in facris literis, qua de re vide, praeter magis obvia, J. Drufium in Mifcellaneis, centur. I. cap. XLVI.) nomen ufurpatum ex alia in aliam annorum centuriam defiliiffe putemus. Nam cum fub Davide, feu numero Eufebiano DCCCCXLIII aut circiter, collocandus effet Achimelech pontifex, fub Afa rege, feu numero MXLIII, legitur, *Hebraeorum pontifex maximus Abimelech illuftris habetur.* Latinis Hieronymi refpondent hic Graeca Eufebii. In iis fub Afam regem, Ἑβραίων ἱερεὺς Ἀβιμελὲχ ἐγνωρίζετο, *Ebraeorum facerdos Abimelech claruit.* Idem voluit autor Chronici Alexandrini, Eufebii codicis hic fequax, cum fub eodem rege ait, Ἀρχιερεὺς ἔννατος Ἀχιμελὲχ ἐγνωρίζετο, *Achimelechus nonus pontifex claruit.* Sed neque in facra neque in profana veterum hiftoria hujus fub hoc rege mentio alibi comperta; tametfi eum in recentiorum aliquot chronologiis retentum inter pontifices atque Afae regno conjunctum videam. Certe Afae tempori proximat, & Achimelecho nomine affinis eft, Achimaz, qui Zadocum patrem in pontificatu excepit; de quo infra. Quin vero in Ms. codice, quem diximus, Nicephori patriarchae, Zadocus octavum tenet locum, τὸ η ei adjicitur, non ζ, ut in impreffis. Sed & Heli ita eft quintus ibi; fed unde numeratus, praecifis a compactore numeris eorum qui praecedunt, non fatis liquet. Videtur fane trinos illos Eleazaridas, qui ferie recta Phinees apud Jofephum fequuntur, unico numero, id eft, quarto, fuiffe affignatos. In impreffis Nicephori, tam Graecis quam Latinis, fimul cum Phinees in tertio conjunguntur. At quid interea eft, quod habet Jofephus de Eleazaridis, qui, dum in Ithamaridarum domo viguit pontificatus, dignitatis alias haeredes, vitam agebant inter plebem facerdotum privatam? Sic ille lib. VIII. cap. I. Οἱ δὲ ἰδιωτεύσαντες ἐκ τοῦ Φινεέσου γένους, καθ' ὃν καιρὸν εἰς τὸν Ἰθαμάρου οἶκον ἡ ἀρχιερωσύνη μετῆλθεν, Ἠλὶ πρώτου ταύτην παραλαβόντος, ἦσαν οὗτοι. Ὁ τοῦ ἀρχιερέως Ἰωσήπου υἱὸς Βοκκίας, τούτου δὲ Ἰωάθαμος, Ἰωαθάμου δὲ Μαραίωθος, Μαραιώθου δὲ Ἀροφαῖος, Ἀροφαίου δὲ Ἀχίτωβος, Ἀχιτώβου δὲ Σάδωκος, ὃς πρῶτος ἐπὶ Δαβίδου τοῦ βασιλέως ἀρχιερεὺς ἐγένετο, *Qui vitam ex Phineefi genere agebant privatam* (feu pontificatu non fungebantur) *durante tempore quo pontificalis dignitas in Ithamaris domum tranflata ibi manfit, Eli primum eam recipiente, hi fuere; Boccias pontificis Jofephi filius, hujus Joathamus, Joathami Maraeothus, Maraeothi Arophaeus, Arophaei Achitobus, Achitobi Sadocus, qui primus, Davide rege regnante, pontifex eft creatus.* Quem locum ita verterat Ruffinus, *De genere vero Phinees, tempore quo ad domum Ithamar facerdotium tranfmigravit, Eli primo pontificatum accipiente, ifti defcendiffe nofcuntur, qui facerdotio funt privati; Vochar filius Jofephi fummi facerdotis, hujus autem filius Jonathan, Jonathan autem Mareoth, Mareoth autem Afophi, Afophi autem Achitobi, Achitobi autem Sadoch, qui primus fub Davide rege facerdos eft factus.* Male autem pro eo quod eft ἰδιωτεύσαντες, id eft, *privatam vitam degentes*, aut *dignitate pontificia neutiquam fungentes*, fubftituit *facerdotio privati*, quafi facerdotio aut pontificatu (nam non pro alio atque fummo fumitur hic *facerdotium*) fuiffent hi exuti aut abdicati. Illud plane innuitur, tantum vitam tranfegiffe hos inter כהנים ההדיוטים, τοὺς ἱερεῖς τοὺς ἰδιώτας, *facerdotes idiotas*, feu *privatos*, & ad pontificatum non admiffos; quo nomine vulgus feu plebem facerdotum a pontificibus diftinguere paffim folent Ebraei. Caeterum ubinam, five in Sacris Literis, five apud Jofephum aliofve veterum, reperitur Jofephus pontifex hic memoratus? aut Boccias feu Vochar Jofephi filius, aut illius five Joathamus five Jonathan in Eleazaridarum ftemmate? Et Arophaeus quis? In patre Zadoci, & proavo, etiam & in avo, fi pro Arophaeo Amarias fubftituatur, concors eft hic Jofephus ftirpi Phineefi generis feu Eleazaridarum non femel in Paralipomenon primo explicatae, & fuperius oftenfae. At abavus ejus eft ibi Zeraiah, non Joathamus. Zeraiah autem filius fuit Uzzi, qui Bocciae, nepotis Phineefi, filius proxime ex Eleazaridis ante Zadocum pontificatum gefferat, ipfo Jofepho fub extremum libri quinti id ipfum difertis verbis docente. Aut

igitur

igitur corrigendus est ibi Josephus, aut a doctioribus, qui possint, ulterius explicandus. Nec satis congruit numerus pontificum ab Aharone ad Salomonis excessum Josepho assignatus, nisi Achimazum Zadoci filium (de quo in sequenti serie) cum eis conjungamus. Vide eum lib. XX. cap. VIII. ubi eos tredecim ait fuisse. Sed prioribus ita adjectis Achimazus uno minuit numerum octodecim, quem sequentibus usque ad captivitatem Babylonicam ipse ibi tribuit. De numero autem intervalli ab Aharone ad templi conditum, consulas quae disputat Dionysius Petavius, de Doctrina temporum, lib. X. cap. XLVIII.

CAP. V.

Perpetua Eleazaridarum post Zadocum usque in captivitatem Babylonicam, seu templi primi excidium, successio. Nicephori patriarchae, C. P. hujus successionis series explicata & ex codice MS. Graeco ejus restituta.

NON solum exautoratus est causis jam dictis Abiathar, Salomone regnante, nec sine exautorationis, sub Davidis imperio, praevia designatione; sed ita in Zadocum seu Eleazaridarum familiam remigravit dignitas pontificia, ut perpetua in ea successione jam stabiliretur, Abiatharis & Ithamaridarum caeterorum posteris in sacerdotum vulgus sepositis. Unde nec Jonathanis Abiatharis filii, de quo II. Sam. XV. 27. habita est omnino in successione pontificia ratio; sed a Salomonis regis seu Zadoci tempore, id est, a templi primi conditu, ad excidium ejusdem, seu Sedeciam regem & captivitatem sub eo Babylonicam (quadringenti amplius anni intercedunt) Eleazaridae, παῖδες παρὰ πατρὸς διεδέξαντο τὴν ἀρχιερωσύνην (ut verba sunt Josephi lib. X. cap. XI.) *linea recta filii patres sequentes in pontificatum successere*; uti etiam aetatibus aliquot postea, de quibus seorsim infra. Cum vero de hujus successionis serie bini sint autores primarii, Josephus, & scriptor vetus, cui Seder Olam Zuta seu brevius Ebraeorum Chronicon debemus (nam Eusebius hic parum adjuvat, & Nicephorus patriarcha confusione & defectu nimium laborat; de quo statim plura) nec tamen ipsi satis concordes fuerint; utriusque seriem invicem juxta positam contueamur, quo facilius tum ubi dissentiant, quantum fieri potest, concilientur; tum errores, qui in alterutrum irrepserint, corrigantur.

Fl. Josephi pontificum laterculus a Zadoco seu templi primi conditu, ad ejusdem excidium.	*Laterclus pontificum ex Seder Olam Zuta, a Zadoco ad templi primi excidium.*
Zadocus	*Zadocus, regnante Salomone.*
Achimas	*Achimaaz, regnante Rehoboamo.*
Azarias	*Azariahu, regnante Abia.*
Joramus	*Joahaz, regnante Josaphato.*
Isus	*Jehojarib, regnante Joramo.*
Axioramus	*Jehosaphat, regnante Ahazia.*
Phideas	*Jehojada* } *regnante Joaso.*
Sudeas	*Phadea* }
Julus	*Zedekiah, regnante Amazia.*
Jothamus	*Joel, regnante Uzzia.*
Urias	*Jotham, regnante Jothamo.*
Nerias	*Uriah, regnante Ahazo.*

Odeas

Odeas

Saldumus

Elcias

Sareas

Josadocus

Neria, regnante Ezekia.

Hoshaiah, regnante Manasse.

Sallum, regnante Amone.

Hilkiahu, regnante Josia.

Azariah, regnante Jehoiakim.

Saraia, regnante Jehoiachin.

Jehosedec, regnante Sedekia in captivitatem abducto.

Ita uterque initium a Zadoco sumentes, desinunt in Josadoco seu Jehosedec. Nec dubitari potest, quin verba illa in Seder Olam Zuta Sedekiae regno adjecta, יהוצדק אחי עזרא הסופר ירמיה ויחזקאל נביאים, quae vertuntur tum Munstero tum Genebrardo in Ebraico-latina ejusdem editione, *Fuitque Jehosedek frater Ezrae scribae, Jeremiah vero & Jehaezkel prophetae*, ita emendari oportuerit, יהוצדק אחי עזרא הסופר כהן גדול ירמיה ויחזקאל נביאים, *Jehosedec frater Ezrae scribae* (nam pater utrique Saraia) *fuit pontifex, prophetis Jeremia & Ezekiel.* Ejusmodi locutionis formula de singulis qui praecedunt & pontificibus & prophetis ibi toties repetita, id reddit manifestum. Genebrardus autem, cum in editione hujus libelli, quae Chronographiae ejus subjungitur, animadverterat pontificis adnotationem, pro more autoris, prophetarum recensioni ibi, si verba tantum spectentur, deesse, audacter substituit, ---- *Eodem* (scilicet Saraia, qui proxime praecedit) *pontifice, prophetis autem Josadac, fratre Ezrae scribae, Hieremia, & Ezechiele.* Omnino contra mentem autoris, qui Josedecum in prophetas cooptari proculdubio nunquam voluit. Certum quidem est, Saraiam pontificatum gessisse ipso in urbis ac templi excidio. Nam & postea cum viris principibus aliis capite plexum eum esse scimus ex II. Reg. XXV. 18. adeo ut dum Sedekias regnabat, seu ante ipsum excidium, Josedecum fuisse pontificem non sit dicendum. At vero occiso patri, in ipso Sedekiae regni fine, statim ex jure successit in pontificatum, eo etiam dignitatis nomine Babylonem a Nabuzardane cum Sedekia in captivitatem abductus, ut diserte Josephus; tametsi interea לא משמש בעולם בכהונה גדולה, *ministerio pontificatus nunquam functus est*, quia templum defuit, non vero quia cum Jechonia ante deportabatur, ut rationem adfert Salomon Jarchius ad I. Paralip. VI. Atque tantundem voluit sane autor Seder Olam; *Regnavit*, inquit, *Sedekias undecim annis, fuitque Jehosedek, frater Ezrae scribae, pontifex.* Finito scilicet ejus regno, & Saraia occiso, in dignitatem successit Jehosedek. Josephus autem & Seder discrepant in pontificum numero, ordine, & nominibus. Habet Seder XVIII. pontifices in templo primo: eundem numerum etiam Gemara Hierosolymitana, tit. *Joma*, fol. 38. col. 3. & Babylonia, pag. 9. Josephus autem sedecim. Sed & ipse alibi diserte ait, a Salomonis excessu, id est, a Zadoco, numerum usque ad captivitatem octodecim fuisse, eoque Josedecum postremum locum occupasse. Vide eum lib. XX. cap, VIII. Tam ei autem quam autori Seder Olam Saraias ultimus est pontificatu in templo functorum, ut Zadocus primus. Et Gemarae Hierosolymitanae verba sunt, בראשון היו משמשין הוא ובנו ובן בנו שימשו בו שמנה עשר כהנים, *Templo primo pater, filius & nepos dignitate functi sunt*; *atque ita pontificatum gesserunt octodecim sacerdotes.* Ita *Sepher Siphri* in Parasha *Phinees.* Et de ea re vide *Thosiphtha*, ad tit. *Joma*, in Talmude Babylonico, cap. I. fol. 9. a. ubi fusius disputatur, aliis etiam de pontificum utriusque templi numero opinionibus adductis: quas & vide sub finem capitis hujus libri penultimi. In tribus superioris laterculi primis consentiunt Seder Olam & Josephus. Qui sequuntur bini in Josepho, Joramus & Isus, forte ita invicem sunt commutandi, ut hic illi anteponendus. Ita *Isus* (ratione semper habita tralatitiae verborum ac nominum ex orientalium linguis in Graecam traductorum discrepantiae) satis respondebit *Joahaz*, qui contractiore pronunciatione in *Isum* forte demigravit, uti & *Jekojarib* in *Joram.* Ex cognatis sonis ita scilicet fieri saepius amat. Sed in codice Josephi MS. regiae apud Gallos bibliothecae, pro Ἴσους legitur Ἰσὰ, ut manu sua vir summus Isaacus Casaubonus in Josepho suo adnotavit. Sed vero in animadversionibus suis ad *Sepher Juchasin*, Samuel Shallum habet Joramum & Jehosuam hic in pontificibus. Vide eum pag. 158. b. Mira quidem est proximi nominis in laterculo discrepantia. Sed & ipsum *Axiorami* nomen satis mirum est. Et in codice regio iteratur, ita ut pro eo quod est in editis τοῦ δὲ Φιδέας, *hujus autem Phideas*; Axioramo ante nominato, legatur, τοῦ δὲ Ἀξιωράμου Φιδέας, *Axiorami autem Phideas.* Tanta autem in caeteris est inter utrosque concordiae velut analogia, ut omnino hic a librariis depravatum esse Josephum, par est ut concludamus.

mus. Sequuntur in hoc Phideas & Sudeas, in illo Jehoiada & Phadea simul conjuncti, eodem scilicet sub rege, non eadem functione. Nonne & hic Σουδέας pro Ἰωδέας, Ἰουδέας, aut simili vocabulo *Jehoiadam* more Hellenistarum denotante irrepsit? Jehoiadae autem hujus meminit Sacra Scriptura in II. Reg. XII. 2. & II. Paralip. XXIV. 2. praeter Eusebium, cui Ἰωδαὲ, & in Vulgata *Joiada* nuncupatur. Sed non appellatur in Scriptura *pontifex*, sacerdotis nomine tantum & seorsim τοῦ ראש seu *principis* insignitus. Vixit autem CXXX. annos, sub Salomonis tempora natus. Videsis Seder Olam Rabba, cap. XVIII. Zedekiae vero ne vestigium quidem habetur in Josepho: adeo ut hinc ob eum praetermissum hujus series eam quae est in Seder Olam per septem sequentes uno semper anticipet. Nam *Julum* Joelo satis respondere non dubitandum; qui neque in codice MS. regio Ἰοῦλος (ut in editis) sed Ἰώηλος, quod *Joelo* proximius est. Caeteri ad Odeam in utroque iisdem fere elementis scribuntur. *Odeas* autem seu Ὀδέας, literula mutata, est Ὠσέας; quo nomine, utpote molliori, הושעיה *Hoschaiah* satis exprimitur: quemadmodum scimus ex Jeremiae XLII. 1. ubi *Osaias* pro eodem in Vulgata substituitur. Quomodo autem *Saldumus* ex *Sallumo* pro *Sallum* fieret, nemo non videt. Σάλλουμος ex similitudine Λ & Δ facile, si accedat librarii incuria, in Σάλδουμος transit. Quin in regio quem diximus codice MS. Σάλλουμος, ut oportet, hic exaratur. Etiam in *Sadaniam* migrasse videtur hoc nomen sub initium capitis primi libri IV. Esdrae; ubi quod in Esdrae stemmatis deductione sequitur, manifesta est hallucinatio, atque Eleazaridarum & Ithamaridarum recta in linea confusio; ut intuenti facile constat. *Elciam* & *Hilkiahu* in laterculis eosdem esse manifestum est. Jam vero post Elciam deficit Josepho Azarias, sequente proxime Sarea, ut Elciae filio. Certe in codice regio Sareas abest, & locum ejus obtinet Ἀζάριος *Azaros*: in Ruffini versione *Zaroch*. Secundum igitur codicem utrumque, mendum est in numero pontificum. Utroque correcto, Josephus & autor Seder Olam satis erunt, juxta ea quae dicta sunt, concordes. Caeterum ingentes hic ex S. Scriptura difficultates oriuntur, sive numerum, sive nomina, sive successionem filiorum in patrum locos (quam asserit Josephus) spectes. Etenim alia omnino in Paralipomenis & apud Ezram series est eorum, qui a Zadoco recta usque ad Saraiam descendunt.

In I. Paralipom. VI. 8. ad hunc modum genus deducitur. Atque simile est stemma in Ezrae, VII. 1. excepto quod ibi, ab Aharone initio sumpto, praetermittuntur quatuor hic primi, simul cum Achitobo Zadoci primi patre, idque לקצר, seu *brevitatis causa*, ut ait ibi David Kimchius; hic vero, ut nomina sunt alia ab Azaria Achimaazi filio ad Shallum, ita & alius numerus. Cuncti simul duodecim conficiunt. Unde & negant aliqui fuisse pontificatu in templo primo functos octodecim, juxta seriem in *Seder Olam Zuta*; & duodecim fuisse volunt. Sic R. Salomon, ex *Siphri* & *Vaicra Rabba*, ad I. Paralip. VI. Etiam alii minorem numerum constituunt, nec ultra octo eo nomine admittunt, recensionem ab Azaria Johananis filio auspicantes, quoniam dicti capitis commate 10. de eo adjicitur, *Ipse est, qui sacerdotio functus est in domo, quam aedificavit Salomon in Jerusalem.* Sed refutatur tum haec numerandi ratio, tum loci explicatio, ex eo quod manifestum sit Zadocum primum in templo pontificatu esse functum. Et David Kimchius ibi, *Si ita locum explices, quod is fuerit primus sacerdos in templo, id falsum est. Nam Zadoc primus fuit, uti liquet ex libris Regum & Paralipomenon. At si intelligatur, non primum eum fuisse in templo, sed tantum sacerdotem, quorsum illud fuerit, cum etiam caeteri fuerint sacerdotes?*

Zadok
|
Achimaaz
|
Azariah
|
Johanan
|
Azariah
|
Amariah
|
Achitob
|
Zadok
|
Shallum
|
Hilkiah
|
Azariah
|
Seraiah.

ואם בא לומר כי כהן גדול היה גם אחרים היו כהנים גדולים ורז״ל אמרו שהוא עזריהו שהיה בימי עוזיהו ולפי שמסר נפשו על קדושת הבית שלא הניח עוזיהו להקטיר לכך נאמר הוא אשר כהן כלומר שהוא חס על כבוד הכהונה ולא נשא פנים ויש לפרש כי גם בימי שלמה כהן אחד צדוק ואחר אבותיו הנזכרים אלא בימי שלמה היה קטן עדיין ולא היה כהן גדול בימי עוזיהו ובימי חזקיהו עדיין היה חי והיה כהן גדול שנאמר ויאמר אליו עזריהו כהן הראש ולפי שהאריך ימים כל כך אמר עליו אשר כהן בבית כלומר אשר כהן כמה ימים, *Quin si dicatur ideo hoc adjectum, quia pontifex erat, etiam & alii fuere itidem pontifices. Rabbini autem piae memoriae plerumque aiunt hunc fuisse Azariam, qui floruit tempore Uzziae regis. Et quia vitae periculum subiit ob templi sanctitatem conservandam, cum non permitteret eum adolere incensum, ideo dicitur,* QUI IPSE SACERDOS, *&c. quasi dictum fuisset, stirps ejus notetur ob sacerdotii dignitatem, quae nec Uzziae cedere voluit. Sunt tamen, qui opinantur eum etiam tempore Salomonis sacerdotem fuisse, Zadocum & majores suos hic memoratos sequentem; at vero sub Salomone fuisse annis minorem, ideoque nec tunc pontificem; sed tempore Uzziae & Hezekiae* (vide II. Paralip. XXXI. 10.) *superstitem pontificatum gessisse, secundum id quod dictum est,* ET DIXIT UZZIAE, *&c. sacerdos princeps. Et quoniam adeo longaevus erat, ideo de eo dictum esse,* QUI ERAT SACERDOS IN TEMPLO, *&c. ut longaevitas ejus inde denotaretur.* Locus de Azaria & Uzzia rege habetur II. Paralip. XXVI. 18. Tantundem habet de eodem etiam ex veteribus Salomon Jarchius ad dictum primi Paralipomenon caput, ubi etiam Azariam filium Achimaazi, seu ejus nominis primum, haud alium inde tradit fuisse ab Amaria, de quo II. Paralip. XIX. 11. sub Jehosaphato; והנה אמריהו כהן הראש לכם לכל דבר יהוה, *Et ecce Amariahu sacerdos primarius erit vobis super omnem rem Domini,* seu ut LXX. ὁ ἱερεὺς ἡγούμενος ἐφ' ὑμᾶς, *sacerdos dux super vos,* &c. Ubi Vulgata habet, *Amarias*

sacerdos

ſacerdos & pontifex veſter in his, quae ad Deum pertinent, praeſidebit. Neque ſane aut tempus aut ratio adverſatur, quo minus pro Amaria Azarias hic ſumatur. Nam binomines ſubinde fuiſſe, etiam & tria interdum ſortitos eſſe nomina, Ebraeos qui in Sacris Literis memorantur, doctis viris eſt receptiſſimum. Videſis Salomonem Jarchium ad I. Paralip. VI. & II. Paralip. XXVI. de Zacharia ibi memorato, praeter ea quae ſupra adnotantur de Achimelech, Abiathar, & Abimelech. At vero tametſi in obſervatis ſimul ex Joſepho, autore *Seder Olam Zuta*, & Sacris Literis pontificum ſucceſſionibus, nullum ſit ante eum qui ſequitur Azariam primum, uti nec ſub finem in quatuor poſtremis, diſcrimen; nihilominus in intermediis mire diſcrepant Joſephus & Seder ille a Sacris Literis, idque non ſolum in nominibus, ſed etiam in nominum & ſucceſſionum numero. Etiam Chronici Alexandrini autori Achimelechus ſub Aſa rege, id eſt, poſt Zadocum pro Achimaſo, ut videtur, collocatus, pontifex nonus nuncupatur; uti & Joannanus, pro *Johanan* in laterculo S. Scripturae, decimus. Etiam & Achitobus & Zadocus ejuſdem laterculi eidem pontifices ſunt; hic ſub Athalia Jorami regis uxore, ille ſub ipſo Joramo. Vide etiam excerpta ex vetuſto ſcriptore Alexandri Severi temporibus tributo, apud Henricum Caniſium in Antiquarum Lectionum, tomo II. cap. 26. ubi prodigioſa pontificum intervalli, quod tractamus, recenſio occurrit. Et conſulas etiam R. Samuel Shallum in Animadverſionibus ad *Sepher Juchaſin*, fol. 158. b. ex Abarbinele, praeter Gloſſam Talmudicam ad tit. *Joma*, cap. 1. fol. 9. a. Azariam autem, qui reſtitit Uzziae regi incenſum adolere volenti, eundem faciunt recentiorum aliqui ſcriptores cum Jothamo Joelis filio in ſerie Joſephi & Chronici Ebraeorum. Sed curnam, dum Jehoiada in pontificum ſerie collocatur, praetermittitur Zacharias ejus filius, qui in atrio templi, ex Joaſi regis juſſu, quoniam patris demortui pietatem ſecutus in idolorum cultum invehebatur, ſaxis eſt obrutus? Vide II. Paralip. XXIV. 21. Certe ſi ſolus ſuperſtes, aut natu maximus eſſet is Jehoiadae filius, ex jure communi attinuiſſet ad eum dignitas pontificia. At vero non modo Zachariam ipſum, ſed & caeteros, qui fuere Jehoiadae, filios aut a Joaſo interfectos aut antea mortuos, colligunt aliqui ex eo, quod commate 25 ejuſdem capitis dicatur, quod ſurrexerunt contra eum ſervi ſui ברמי בני יהוידע הכהן, *propter ſanguines filiorum Jehoiadae ſacerdotis*: nec filium ſuperſtitem eorum quos habuit plurium, ut liquet in commate 3. putant. Sic David Kimchius ibidem. Sed locus ille ſingulariter legitur in Vulgata atque Helleniſtis, *filii*, non *filiorum*. Diſerte etiam Zacharias ille pontificis nomine memoratur Abrahae Salmanticenſi in *Sepher Juchaſin*, fol. 12. a. זכריה הכהן גדול ונביא שנהרג בבית המקדש על ידי יואש המלך קבל מיהוידע אביו שנת מז לאלף הרביעי לדעת אחרים ולפי דעתי שנת ע, *Zacharias pontifex & propheta, qui occiſus eſt in templo a Joaſo rege, accepit* legem oralem *a Jehoiada patre ſuo anno* XLVII. *quarti millenarii ſecundum aliorum opinionem, ſed mea ſententia anno* LXX. De hiſce etiam conſulas Dionyſium Petavium, lib. X. de Doctrina temporum, cap. XLIX. Quin & idem nomine Azariae in pontificibus recenſetur Nicephoro patriarchae, apud quem in editis, modo ab oſtenſis diverſiſſimo, ſic exhibentur qui Zadocum ſequuntur uſque in Saraiam, ſeu ultimum templi primi pontificem.

ζ. Ζαδὼκ ἐκ τοῦ οἴκου Ἐλεάζαρ.
η. Ἀχιμὰζ Ἀζαρία Σαμαρείας.
θ. Ἀζαρίας ὁ διὰ ζῆλον Θεοῦ ἀναιρεθείς.
ι. Ἀζαρίας ὁ τὸν Ὀζίαν τῆς εἰς τὰ ἅγια εἰσόδου κωλύσας.
ια. Οὐρίας ὁ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ πιστός.
ιβ. Σομνᾶς ὁ πονηρὸς καὶ ἄσωτος ἐπὶ Ἐζεκίου βασιλέως.
ιγ. Ἐλιακεὶμ Μοσελλοὺμ.
ιδ. Χελκίας ὁ ἐπὶ Ἰωσίου βασιλέως.
ιε. Σαρέας ὁ ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας Βαβυλῶνος, ὃν ἀνεῖλε Ναβουχοδονόσορ.

VII. *Zadoc, ex domo Eleazar.*
VIII. *Achimaz Azaria Samariae*, ſeu ut vulgo vertitur, *Achimas Azariae F. Samaria.*
IX. *Azarias ob zelum Dei peremptus.*
X. *Azarias qui Ozian* (Uzziam regem) *in ſanctuarium ingredi permittere noluit.*
XI. *Urias qui Eſaiae dicitur* fidelis. Videſis Eſaiae II. 8.
XII. *Somnas ille impius & perditus, regnante Ezechia.*
XIII. *Eliacim Muſelum.*
XIV. *Chelcias, regnante Joſia.*
XV. *Sareas ſub captivitate Babylonica, quem ſuſtulit Nabuchodonoſor.*

Sed ex Ms. codice, quem ſupra memoravimus, numeri ita ſunt novandi, ut η ſeu VIII. praefigatur Zadoco, & uno major ſingulis ſequentium. Octavo autem hic numero, legendum Ἀχιμὰζ, Ἀζαρίας, Ἀμαρίας, *Achimaz, Azarias, Amarias.* Qui nonum occupat, eſt Zacharias proculdubio Jehoiadae filius. Non ſolum res ipſa, cauſa occiſionis ejus indicata, id monſtrat, ſed & Helleniſtarum verſio, qua, pro Zacharia illo, *Azariae* nomen uſurpatur II. Paralip. XXIV. 20. De Azaria proxime ſequente ſatis jam dictum eſt. Quiſnam vero fuerit Somnas ille, ad Nicephori mentem, manifeſtum eſt. Neque erat omnino, cur conjicerent viri aliqui docti, eo Neriam, qui Uriam apud Joſephum ſequitur, innui. Σοβνᾶς & Σομνᾶς idem eſt. Neque alium voluit Nicephorus quam Sobnam illum ſeu Sebnam quaeſtorem ſeu praetorio praefectum ſub Ezechia rege, de quo II. Reg. XVIII. 18. & Eſaiae XXII. 15. & XXXVI. 22. Quod inde etiam liquet, quia Eliakim ſucceſſorem ei facit, ſecundum citatos etiam Eſaiae locos: ſcilicet uterque dicitur, אשר על הבית, *qui ſuper domum eſt*, ſeu *domus praefectus. Et domus* nomine templum ſignificari


cari saepius, notissimum est. Unde etiam in Vulgata Sobna appellatur *praepositus templi*; *Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam praepositum templi*, pro eo quod in Ebraeo est, *Vade, ingredere* אל הסוכן הזה אל שבנא אשר על הבית, *ad praefectum praetorio, ad Sebnam*, qui *domui* (seu *palatio*) *praeest*. Et pro סוכן habet hic paraphrastes Esaiae Chaldaeus פרנסא הדין, *praefectum judicii*, fori seu praetorii praesidem. Hellenistis vero Sobna est interdum ταμίας, *praefectus aerarii*, interdum γραμματεὺς *scriba*, atque Eliacim successor ejus οἰκονόμος, *domui praepositus*, uti etiam Davidi Kimchio. Arabica item Esaiae versio vetus in Bibliotheca Arundelliana habet hic الخازن* pro *aerarii* seu *apothecae praefectum*. Quin & Phinees Aharonis ex filio nepos, dum pontifex erat, *praepositi domus* vocabulo in Vulgata denotatur, Judicum XX. 28. Sed neque in Ebraeo neque in Hellenistis, verbis illis quidquam ibi respondet. *Domus* autem nomine, atque eo quod commate 21. capitis XXII. Isaiae de Sobnae dignitatis tunica & cingulo, seu, ut Hellenistae habent, de stola ejus & corona, praeter potestatis amplitudinem, occurrit, deceptus Nicephorus tam Sebnam quam Eliacim pontifices fecit. Sed vero nec ille inter superiorum seculorum scriptores in hoc errore solus est. Nam id ipsum habetur apud autorem Chronici Alexandrini, qui sub Ezechia rege, Ἀρχιερεὺς, inquit, Σοβνὰς ἐγνωρίζετο, ὃν διεδέξατο Ἐλιακεὶμ, *pontifex Sobnar* (pro *Sobnas*) *claruit, cui successit Eliacim*. Male ibi pro ὃν διεδέξατο *cui successit*, legitur ὃν διετάξατο, *quem constituit*, uti etiam a viris doctis observatum est. Etiam & Salomon Jarchius, ad verba illa de Sebna, *qui super domum est*, ממונה היה על בית המקדש יש אומרים כהן גדול ויש אומרים אמרכל, *praefectus erat templo. Alii autem eum volunt fuisse pontificem, alii Amarcalem*. Post Eliacim in codice Nicephori Ms. sequitur Σελοὺμ, *Selum*. Manifestum est interpretem ejus Latinum male legisse ibi Ἐλιακὶμ υἱὸς τοῦ Σελλοὺμ, *Eliacim filius Sellum*. Dein apud eum habetur continua ac vera stirpis pontificum series, usque in Saraiam. Etenim interponitur ibi Ἀζαρίας *Azarias*, proxime post Chelciam, sed sub eodem, quo Chelcias habetur, numero. Ita diversae invicem sunt pontificum a Zadoco successiones, apud Josephum, Ebraeorum Chronici minoris autorem, magistros, qui pontificum in Sacris Literis progeniem duntaxat hic amplectuntur, & Nicephorum patriarcham. Unde etiam apud recentiores diversitas multiplex. Et de numero eorum vide etiam Eusebii sententiam capite proximo ostensam. Utut vero se res hic habeat, receptior est eorum sententia, qui Josephum ita sequuntur, ut haereditaria, idque perpetuo a patribus ad filios, successione pontificatum, etiam in hoc intervallo, quod Zadocum & Saraiam seu Josedecum, id est, captivitatem Babylonicam, intervenit, delatum esse volunt: adeoque in Eleazaridarum familia illum mansisse, eique ex Numinis oraculo ita annexum esse, ut eam ob causam nec Ithamaridarum in sacra stemmatis pontificii deductione omnino ratio haberetur, adnotant magistrorum aliqui. Videsis Siracidem, cap. XLV. 24. Et David Kimchius ad I. Paralip. VI. ubi stemma illud reperitur ab Aharone ad Saraiam & Josedecum per Eleazaridas tantum deductum, הזכיר יחס אלעזר ולא יחס איתמר לפי שמבני אלעזר היו כהנים גדולים עד עולם כי כן אמר לפנחס הקב״ה כאשר קנא בשיטים והיתה לו ולזרעו אחריו ברית כהנת עולם וו היא כהונה גדולה כי גכ״ בני איתמר היו כהנים ואלה שמבני פנחס היו כהנים גדולים עד עולם ובצדוק היתה תחלת הברכה הזאת עד יהוצדק והיו כהנים גדולים גם מבני איתמר כי עלי היה כהן גדול שהיה מבני איתמר וכן אחימלך ואביתר בנו, *Recensetur progenies Eleazaris, & non Ithamaris. Quoniam ex Eleazaridis fuere pontifices in perpetuum. Etenim sic locutus est Deus O. M. Phineeso, tempore quo zelo ductus est in Shittim*, Num. XV. HABEBIT IPSE ET SEMEN EJUS POST IPSUM FOEDUS SACERDOTII PERPETUUM, *scilicet principatus sacerdotii, seu pontificatus. Nam etiam & Ithamaridae sacerdotes fuere; sed eis qui ex Phineeso oriendi erant, pontificatus perpetuus fuit. Quod tamen ita intelligendum, ut initium benedictionis illius collocetur in Zadoko, quae ad Jehosedecum minime interrupta est. Nam fuere etiam pontifices ex Ithamaridis. Eli scilicet pontifex erat ex Ithamare oriundus, sic etiam Achimelech & Abiathar ejus filius.* Et de successionis pontificum serie, stante templo primo, hactenus.

CAP. VI.

Pontificum a templi primi excidio, seu secundi conditu, usque ad Simonis II. posteros, seu Antiochi Epiphanis tempora, perpetua atque haereditaria successio.

UT in serie, quae proxime praecessit, dissensus habetur, si nomina praesertim & numerum spectes, maximus: ita in ea quae sequitur Saraiam seu Josedecum ejus filium, id est, captivitatem Babylonicam & templi dein restitutionem, usque in Simonis hujus nominis secundi pontificis posteros, de successione integrior multo reperitur, sed nec omnimodus, consensus. Intervallum est annorum CCCC, aut circiter, quod definit sub annum ante Christi natales centesimum quinquagesimum. Pontificum in illo series & successio, a Josedeco ex optimis autoribus deducta, est hujusmodi.

Josedec



De primis horum sex, sacrae Ebraeorum literae satis testantur, Ezra, Nehemias, Aggaeus. Josua autem, qui *Jesus filius Josedec* nuncupari solet, mendose apud Ruffinum, in Josephi versione, *Syson* appellatur, libro scilicet XX. cap. VIII. In Nehemiae XII. 1. & 10. stemma cunctorum simul habetur; ubi ad verba illa, *Et genuit Josua Joachim*, Salomon Jarchius, כל אלו במקרא זה היו כהנים גדולים, *Universi hac perioche comprehensi fuere pontifices.* Sic Abraham Salmanticensis in *Sepher Juchasin*, fol. 13. b. & 66. b. Nec tamen defuere qui Ezram pontificatum gessisse putarint; uti ille ibi adnotat. Et in praefatione ad *Jad Chazeka* Maimonidis tantundem innui videtur, ubi dicitur de Simeone Justo, והוא היה כהן גדול אחר עזרא, *hic fuit pontifex post Ezram.* Sed is secundo genitus filius erat Saraiae, nec jure pontifex esse potuit post Josedecum fratrem majorem, nisi ob aetatem minorem aliumve in Josua filio Josedeci defectum, quem non comperimus. Et Josuam hunc in pontificatum successisse manifestissimum est. Mirum autem quod habet Salomon Jarchius ad I. Paralip. VI. ubi dum agnoscit Josuam in pontificatum successisse, rationem, si diis placet, sic adjicit, quare Ezra patruus ejus pontificatu non gavisus esset; זהו הטעם לפי כי יהושע עלה עם זרובבל כמה ימים ושנים קודם עזרא, *Ratio*, inquit, *est, quoniam Josua ascendebat cum Zerubabele compluribus diebus & annis ante Ezram.* Id quidem verum est: at ideone filius natu minor in haereditaria successione filii majoris filio anteferendus? Vereor ut locus corruptus sit. Nam ipse Jarchius ad caput XXIV. ejusdem libri expressim adnotat Josuam, ratione primogeniturae patris in dignitatem successisse, atque ideo Ezram non admittendum. Sed vero & in Chronico Alexandrino Esdras (qui ipse est Ezra) pontifex appellatur. Joachim is est, qui in Judith cap. IV. *Eliacim* nominatur; scilicet in Vulgata: nam in Graecis Judithae exemplaribus plane Ἰωακεὶμ legitur. *Jonathan* Josepho, & Eusebio *Joannes* vocatur, & Nicephoro *Jonan.* De hisce Josephus lib. XI. Eusebius tum in Chronicis tum in lib. VIII. Demonstrationis evangelicae. Item Excerpta illa Barbarolatina ex Eusebio, Africano, aliis. Annos item pontificatus cujusque fere habet Eusebius, uti & aliorum qui sequuntur, in fragmentis Graece editis. Ubi manifesto ostenditur, eum non ultra septem pontifices (memineris quae de eorum numero capite superiori habentur) in templo primo officio functos esse opinatum. Nam ita ibi, Ἐλιάσιβος γ ἱεράτευσεν ἔτη λδ, ἑπτακαιδέκατος ἀπὸ Ἀαρὼν τοῦ πρώτου ἱερέως, *Eliasibus tertio* (sub templo secundo) *pontificatum gessit annos* XXXIV, *septimusdecimus ab Aharone sacerdote primo.* Zadocum autem, qui primus erat omnium consensu, in templo primo octavo in loco eum posuisse ex supra dictis liquet, ut hic Eliasibum in tertio. Demptis igitur tribus templi secundi, & septem qui Zadocum antecedebant, supersunt VII. templo primo ita assignandi, quos tamen ex ejusce scriptis satis dignoscere nequimus. Eliasib vero etiam eadem interdum periocha *Joasibus* nuncupatur, ut videre est in Graecis Eusebii Fragmentis, pag. 51. lin. 35. & videsis Latina ejusdem, numero MDLXXXV. Ἐλιασοῦν autem Nicephori est Ἐλιασὲβ in Ms. Jaddua seu Jaddus is erat, qui Alexandrum Magnum excepit; ut Josephus, cujus sequaces sunt Paulus Diaconus, Freculphus, plerique alii. Id vero alii Simeoni I. seu Justo tribuunt. Vide Abraham Ben David in Cabala, & *Sepher Juchasin*, pag. 159 a. Alii *Chananiah* (pro *Onia*, qui sequitur, ut videtur) eum nuncupant, ut Joseph Gorionides lib. I. cap. V. Reliqui in Ebraica Sacrarum Literarum parte non habentur. Sed omnes (praeter Lysimachum) in Eusebio & Josephi libro XI. & XII. occurrunt, uti etiam in Zonara & Nicephoro patriarcha: etiam & Lysimachus, cum caeterorum plerisque, in Maccabaicis, alibi. Onias Jadduae filius erat. Et progeniem caeterorum (praeter quartum Simonis secundi filium, de quo infra) ex Josepho satis scimus.

scimus. Sed Chronici Alexandrini autori interpolatum stemma est. Atque Onias primus & Eleazar sunt filii Simonis primi, qui revera huic frater erat, illi filius. Quin post Jadduam continua serie sequuntur apud Eusebium, lib. VIII. Demonstrationis, Onias, Eleazar, Onias, Simon, & dein Onias tertius. Sed mendose nimis, & contra non solum Josephi, sed & suam alibi fidem Eusebius ibi agit, nisi exemplaria fuerint depravata. Ratio autem, quare Eleazar frater & non Onias filius Simoni successit, erat ob minorem Oniae & pontificatui imparem aetatem. Eusebius in Fragmentis diserte, Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν θ, Ἐλεάζαρ Σίμωνος ἀδελφὸς ἀντ' Ὀνίου παιδὸς Σίμωνος νηπίου παραλειφθέντος, *Judaeorum pontifex erat* IX. (sub templo secundo) *Eleazarus frater Simonis, filio Simonis Onia parvulo relicto*, quod a Josepho idem affirmante acceperat. Sed vero an veluti pupilli, Oniae tutela hic habuit locum, sive in Manassis ejus propatrui, seu Eleazari patrui, successione, sive in ipsius Eleazari perpetuitate? Nam anni amplius triginta Eleazari pontificatui tribuuntur; cui demortuo, Onia jam per aetatis annos dignitati, ut videtur, satis idoneo, Manasses successit. Ita scilicet Eusebius, qui annos habet. Et de successione Manassis, post excessum Eleazari, Josephus. Eusebii autem Graeca, ι. Μανάσσης ὁ θεῖος τοῦ Ὀνίου μετ' Ἐλεαζάρου ἔτη κς. *Manasses patruus Oniae* (propatruum intelligit) *cum Eleazaro annos* XXVI. legendum proculdubio, μετ' Ἐλεάζαρον *post Eleazarum*. Unde in Eusebio Hieronymi, Paulo Diacono Historiarum II. aliis. *Judaeorum pontificatum post Eleazarum avunculus ejus* (*patruus* dicere debuerant) *Manasses accepit*. An igitur Onias non solum per omnes Eleazari annos, sed & in Manassis initia, in minoribus censebatur, qui sacerdotio, adeoque pontificatui minime idonei? Certe pubertas erat civilis, quam nonnulli ante trigesimum quintum aetatis annum, apud Ebraeos, non assequebantur, eousque in minoribus censeri soliti; qua de re plura lib. II. cap. IV. Ubi etiam, an qui, praetermisso ob minorem aetatem pontificis demortui filio, consanguineus succederet, sui an pupilli jure pontificatum gereret, itidem quaeritur. Sed mirum adeo non est, dignitatem sic interversam esse, nec Oniae citius restitutam, quum & ipse, quemadmodum aliquamdiu tantum aetate parvulus erat, ita nunquam non βραχὺς ἦν τὴν διάνοιαν *parvulus esset mente* (ut Ruffinus Josephum vertit) atque eousque desidiae & avaritiae jam senex deditus, ut τὴν ἀρχιερωσύνην, εἰ δυνατὸν, ἑτοίμως ἔχειν ἀποθέσθαι, *se libenter pontificatu, si fieri posset, abdicaturum* profiteretur. Sic Josephus lib. XII. cap. IV. Atque observandum est, quod Ebraei etiam tradunt de pontificibus Simeonem primum sequentibus, pretio scilicet atque ambitione, non solum jure haereditario, dignitatem assecutos; quod vide in R. Obadiae Bartenorii commentariis ad Misnam, tit. *Joma*, cap. I. Demortuus autem Oniae hujus, ex Simeone filio, nepos, id est, Onias tertius, filium reliquit minorem etiam Oniam dictum. Hujus igitur aetatis defectu, Jesus seu Jason patruus pontifex fit (ut scribit Josephus dicti libri capite VI.) sed non sine ingenti auri pretio primum Antiocho Epiphani Syrorum regi numerato. Demortuum scilicet tunc esse scribit hic Josephus Oniam tertium. Alii autem eum pontificatu ab Antiocho depulsum aiunt, ut Sulpitius Severus lib. II. Et vide Jasonis Cyrenaei Breviarium cap. IV. Quin & ipse Josephus, libro de Rationis imperio cap. IV. diserte de Antiocho, Καταλύσας, inquit, τὸν Ὀνίαν τῆς ἀρχιερωσύνης Ἰάσωνα, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατέστησεν ἀρχιερέα, *Oniam pontificem exautoravit, atque Jasonem fratrem ejus in pontificatum evexit*. Quin paulo post iisdem artibus, & duplo fere quam dederat Jason, Menelaus, qui & *Onias* nominatus (nam prae Ebraicis jam Graeca nomina, uti etiam & mores, malle coeperunt) licetur, & cauponante pontificatum Antiocho, in dignitatem, fratre abdicato, evectus est. Et tunc primum, pro dominantium libidine, & petentium ambitione, pontificatus in tempus dari atque auferri coeptus, qui antea perpetuus, neque pro libitu exuendus erat. Josephus lib. XV. cap. III. Οὐ γὰρ ἄλλος γέ τις ἀφῃρέθη τὴν τιμὴν ἅπαξ παραλαβών· ἀλλὰ πρῶτος μὲν Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἔλυσε τὸν νόμον, ἀφελόμενος μὲν Ἰησοῦν, καταστήσας δὲ τὸν ἀδελφὸν Ὀνίαν, *Neque solebat honor hic semel assumptus abrogari. Sed primus Antiochus Epiphanes eam legem violavit, abdicato Jesu, & substituto Onia fratre ejus*. Videsis eundem lib. XII. cap. VI. & lib. XIII. cap. XV. Eusebium numero MDCCCXLV. & II. Maccab. IV. At Sulpitius Severus lib. II. *Quanquam*, inquit, *insolitum neque ante permissum cuiquam erat, perpetuo sacerdotio fungi, sollicitus tamen regis animus atque aeger avaritia facile superatus est. Ita depulso Onia Jasoni sacerdotium est mandatum.* Violatam vult contra Josephum legem, primo in Jasonis initiis, non in ejus abdicatione. Corrigendus autem proculdubio est, ut Sigonius & Drusius monuere; nec sine negatione legenda verba illa, *perpetuo sacerdotio fungi, non perpetuo sacerdotio*, aut *perpetuo sacerdotio non fungi*, ipsum quidem scripsisse dubitari nequit. Ita res ipsa nemini non manifesta postulat. Et Sulpitius sane alia habet Josepho nimis adversa. Menelaus autem seu Onias ille in Jasonis Cyrenaei Maccabaicis IV. 23. Simonis e tribu Benjamin frater nuncupatur: quod de eorum amicitia seu familiaritate alii, alii de contracta per conjugia affinitate intelligunt. Videsis Dionysium Petavium de Doctrina temporum, lib. X. cap. L. Eodem in capite Jason Cyrenaeus quarti filii Simonis, scilicet Lysimachi, successionem memorat. Ὁ μὲν, inquit, Μενέλαος ἀπέλιπε τῆς ἀρχιερωσύνης διάδοχον Λυσίμαχον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν, *Et Menelaus reliquit pontificatus successorem Lysimachum fratrem suum. Reliquit* scilicet, ut qui ab Antiocho Eupatore necatus non relinquere nequiret. Nam apud Josephum & Eusebium, Menelaus pontifex ita sublatus est. At illi, uti & Nicephorus, non Lysimachum, sed Alcimum proximum faciunt successorem; de quo inferius. Certe & Josephus verbis expressis Oniam seu Menelaum νεώτατον ἀδελφὸν *natu minimum fratrem* Jasonis fuisse ait. Neque alibi tribus plures Simoni secundo filii. Vulgata autem de Lysimacho, *Menelaus amotus est a sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo.* Si abdicationem ante obitum intelligendam velis, refragatur Josephus, qui secundum abdicationis perpetuae hujus

jus ex sui natura dignitatis exemplum, in Hyrcano Aristobuli fratre ponit. Sed & Sulpitius hic; *Nec multo post, quum Menelaus promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur, Lysimachus substituitur.* Caeterum Eusebius in Fragmentis Graecis, pag. 53.

> Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν ιβ. Σίμων υἱὸς Ὀνίου ἔτη κ.
> Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν ις. Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιράχ ὁ τὴν Σοφίαν γράψας τὴν καλουμένην Πανάρετον, ἐν ᾗ μέμνηται τοῦ Ὀνίου τοῦ πρὸ αὐτοῦ, ἔτη ς.
> Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν ιγ. Ὀνίας ἔτη ...

Apud Judaeos pontificatum gessit XII *Simon filius Oniae annos* XX. *Apud Judaeos pontificatum gessit* XVI *Jesus filius Sirach, qui Sapientiam scripsit, cui nomen inditur Panareti, in qua etiam meminit Oniae, qui eum praecessit, annos* VI. *Apud Judaeos pontificatum gessit* XIII *Onias annos....* Sive librarii sive typographi oscitantia perperam adjectos esse numeros binos posteriores dubitari nequit. Res ipsa evincit, ut pro ις. XVI. restituatur ιγ. XIII. & pro ιγ. XIII. ιδ. XIV. qui etiam numerus Oniae in quarta, quae sequitur, linea praefigitur. Res, inquam, ipsa evincit, si interponendus Jesus Siracides, ut ipse decimus tertius esset pontifex templi secundi. Sed error est plane crassissimus: atque Siracides ex pontificum serie omnino delendus, retento Oniae numero decimotertio, eoque, in quarta linea, ibi restituto. Neque aliter voluit Eusebius ipse, cui nunquam in mentem venit Siracidem pontificem facere, sed tantum adjicere Siracidem tum floruisse, atque in eo libro Simonis & Oniae mentionem fecisse. Ecclesiastici (nam is liber innuitur) cap. L. 1. *Simon Oniae filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum.* In Graecis igitur legendum puto, Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν ιβ. Σίμων υἱὸς Ὀνίου ἔτη κ. Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιράχ ὁ τὴν Σοφίαν γράψας τὴν καλουμένην Πανάρετον, ἐν ᾗ μέμνηται τοῦ Σίμωνος καὶ τοῦ Ὀνίου τοῦ καὶ πρὸ αὐτοῦ. Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν ιγ. Ὀνίας, &c. *Apud Judaeos pontificatum gessit* XII *Simon filius Oniae annos* XX. *Jesus filius Sirach, qui sapientiam Panareton dictam conscripsit* (tunc floruit) *in qua meminit tum Simonis tum Oniae, qui eum praecessit.* Non solum res ipsa hic argumento est, sed & Hieronymi Latina astipulantur. Ibi numero MDCCLXXXV. *Judaeorum pontifex maximus Simon Oniae filius clarus habetur; sub quo Jesus filius Sirach, Sapientiae librum componens, quem vocant Panareton, etiam Symeonis in eo fecit mentionem.* Tantundem Chronicon Alexandrinum. Sed de Simone I. seu Jadduae ex Onia filio nepote, Siracidem capiendum vult Josephus Scaliger, cui & temporis Siracidis ratio magis consona videtur; de qua vide eum tum in Animadversionibus Eusebianis, tum in lib. V. de Emendatione, pag. 408. Et tertio Canonum Isagogicorum, pag. 290. In Fragmentis etiam illis Eusebianis, pag. 52. legitur, Ptolemaeum Philadelphum AEgypti regem, qui versionem Sacrarum Literarum ex Ebraeo in Hellenisticum sermonem curasse dicitur, munera egregia misisse, Ὀνίᾳ Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ, ἀδελφῷ Ἐλεαζάρου, *Oniae Simoni pontifici, fratri Eleazari.* Eadem verba habentur in Chronico Alexandrino. Sed nomen pontificis hujusmodi, aut hujusmodi fratris Eleazari nusquam reperio apud veteres, praeterquam in Fragmentis illis, & in Chronico illo, cujus autor etiam Oniam & Eleazarum filios Simonis primi hallucinatus fecit, ut ante monitum est. Librariorum errorem esse putat magnus Scaliger ad Eusebium. Et in Latinis Hieronymi dicitur tantum vasa Eleazaro pontifici eum transmisisse. Mancus autem manifesto est locus ille in Graecis Eusebii Fragmentis, ubi post Jadduam pontificem atque Oniam ejus filium sequuntur, serie statim continua, Eleazarus, Onias, Simon, nec hisce, ante Maccabaeos, plures pontifices. Plures scilicet praetermissi sunt, quam memorantur. Videsis Fragmenta illa, pag. 51. Nec sane melius aut aliter fere ipse Eusebius in lib. VIII. Demonstrationis.

C A P. VII.

De pontificatus in superiore intervallo annis. Saidi Batricidis patriarchae Alexandrini, de Simone I. Justo cognominato, testimonium; & de LXX. interpretibus, quorum unum ille facit hunc Simonem.

QUOD ad annos spectat eorum, qui in hac quam tractamus serie locum habent, qua Graeca Eusebii qua Latina eos exhibent, non sine ea quae reperitur in Chronico Alexandrino mira discrepantia, atque Josephi ope subjiciendos eos duximus.

	Euseb.	Chronic. Alexandr.
1 *Josua Ben Josedec*	....	XXXII.
2 *Joachim*	XXXVI.	XXX.
3 *Eliasib*	XXXIV.	XL
4 *Joiada*	....	XXXVI.
5 *Jonathan, qui & Joannes & Jannaeus,*	XXXII.	XXXII.
6 *Jaddua, tempore Alexandri Magni,*	XX.	XX.

Sed in Latinis, inter locum hujus & Oniae qui sequitur, anni tantum septemdecim interveniunt.

7 *Onias*

	Euseb.	Chron. Alexandr.
7 *Onias* I.	XXI.	XXI.
8 *Simon* I.	IX.	XIV.

Duodecim in Latinis a Simonis I. ad Eleazari locum.

9 *Eleazar*	XXXII.	XV.
10 *Manasses*	XXVI.	XXVI.

Sed in Latinis, annis duntaxat novem disjunguntur Manasses & Onias II.

11 *Onias* II.	XIV.	XXXII.
12 *Simon* II.	XX.	XXII.

Viginti quatuor interveniunt in Latinis.

13 *Onias* III.	XXXVI.	XXIV.
14 *Jason*	....	XVI.
15 *Menelaus*, ex *Josepho* lib. XIII. cap. XV.	X	VII.
16. *Lysimachus*	....	

Chronico autem Alexandrino priores aliquot posterioribus male postponuntur, ut Eleazaro Simon primus, & Oniae secundo Manasses. At vero Simoni I. qui *Justus* cognominabatur (ut tam Christiani scriptores quam Ebraei consentiunt) anni plures multo apud Ebraeos tribuuntur. Novem habet Eusebius in Graecis, in Latinis duodecim: Ebraei autem quadraginta. Abraham Zacuthius in *Sepher Juchasin*, fol. 66 b. שמעון הצדיק הכג" עשה ב' פרות והוא משיירי כנסת הגדולה ונקרא שמו עידו מזרע יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול כי בתחלת בית שני היה יהושע כג" ויהוצדק אביו בסוף בית הראשון ואחר שמת יהושע היו בניו ובני בניו כהנים גדולים כמו שנראה בספר עזרא עד שהגיעה הכהונה לשמעון הצדיק ושימש מ' שנה, *Simeon Justus* (eadem sunt *Simeonis* & *Simonis* nomina) *pontifex binas fecit vaccas* (rubeas, ex lege Numeror. cap. XIX.) *atque erat ex principibus synagogae magnae. Nominabatur etiam Iddo. Ex posteris fuit Josuae filii Josedeci pontificis. Nam sub initio templi secundi fuit Josuae pontifex, ut Josedecus pater ejus sub finem templi primi. Post mortem vero Josuae, filius ejus & nepotes recta linea pontificatum gesserunt, ut videre est in libro Ezrae* (Nehemiae, qui *secundus Ezrae* est Latinis & Graecis, & ita interdum dictus Ebraeis) *usque dum perveniret pontificatus ad Simeonem Justum, qui sacro illo ministerio functus est annos* XL. Sic ille. De annis pontificatus ejus consona est Gemara Hierosolymitana, ad tit. *Joma*, cap. I. fol. 38. col. 3. & Babylonia, fol. 9 a. Sed ingens nonnullos veterum invasit error, tot annos vixisse Simonem Justum, seu primum nominis illius pontificem, tantaque longaevitate, eaque raro audita, provectum, ut aut exautoratum eum sit necessario eis dicendum, aut nullum alium pontificem Hierosolymis ante Christi natales & postquam ipse in dignitatem successerat, repertum. Vixisse nempe volunt usque in Christi tempora, Simeonis hujus atque ejus qui apud D. Lucam II. 25. occurrit nominum confusione decepti. Nam cum ille ab Evangelista dicatur fuisse δίκαιος *Justus*, hic vero, qui pontifex fuit, *Justi* cognomine celebretur διὰ εὐσέβειαν πρὸς Θεὸν καὶ τὴν πρὸς ὁμοφύλους εὔνοιαν, *propter pietatem in Deum, & erga cives suos benevolentiam* (uti apud Eusebium memoratur) inde putarunt eundem utroque nomine designari, & *Justi* cognomentum item apud Evangelistam innui. Quin & eum annos CCCL. vixisse; ut Saidus Batricides patriarcha Alexandrinus, cui unus est etiam ex Septuaginta interpretibus. Quod sane adversatur receptiori ea de re historiae, qua toties legitur Eleazaro pontifici scripsisse Ptolemaeum Philadelphum, ut bibliothecae suae instructissimae legem Ebraeorum & idoneos interpretes in AEgyptum mitteret, atque inde interpretes selectos esse qui rem peragerent. Nam Simon hic Justus Josepho mortuus est, cum in pontificatum succedebat Eleazar frater ejus. Quoniam vero variant nimium scriptores de interpretibus illis (aliis rem Ptolemaeo Philadelpho, ut Aristea, Aristobulo, Josepho & Eusebio; aliis Ptolemaeo Lagi F. Philadelphi patri tribuentibus, ut Irenaeo) atque alia ad interpretes attinentia aliter atque aliter se habent apud D. Augustinum, Epiphanium, alios, & in re, maxime tam celebri, traditionum diversitas inprimis animadverti solet; ideo periochen Batricidis patriarchae integram de interpretibus, & Simeonis inter eos loco subjungere non pigebit: praesertim cum ipse etiam Alexandrinus, ante DCC abhinc annos, a caeteris, quotquot extant, scriptoribus hic ita diffideat, ut neque Philadelpho neque Lagidae interpretationis curam assignet; sed alium AEgypti, ut vult ille, regem Ptolemaeum item dictum, hisce interea vetustiorem nec alibi compertum, eam curasse narret; contra Graecorum & Latinorum fidem, Macedonum & AEgypti reges, qui Alexandrum Magnum secuti sunt, miscens & eadem in successionis serie connectens. Ad hunc autem modum ille; وملك بعد الاسكندر على الاسكندرية ومصر اخ له يقال له فيلبس ويسمي بطلميوس اريدوس سبعة سنين وفي نسخة احري اربعين

اربعين سنة وملك بعده بطلميوس ويسمي
الاسندرس ويلقب بغالب اوز سبعة
وعشرون سنة وفي نسخة اخري يقول احد
وعشرون سنة ☼ وفي عشرون سنة من ملكه
بعث الي اورشليم فاشخص منها سبعين
رجلاً من اليهود الي الاسكندريه وامرهم ان
يفسّروا له التوراة وكتب الانبيا من العبرانية
الي اليونانية وصيّر كل واحدٍ منهم في
بيتٍ علي حده وحده لينظر كيف يكون
تفسير كل واحدٍ منهم ولمّا فسّروا الكتب
نظر الي تفاسيرهم وكان التفسير واحد ☼
ليس فيه اختلاف فجمع الكتب وختمها تحت
خاتمه وصيّرها في هيكل صنمٍ يقال له
سرابيون ☼ وكان في السبعين رجل اسمه
سمعان الصديق الذي اخذ سيدنا المسيح
من الهيكل ولمّا فسّر سمعان التوراة وكتب
الانبيا من العبرانية الي اليونانية وكان كلّما
فسّر حرفًا فيه نبوة علي السّيد المسيح وكان
يذكر ذلك في قلبه ويقول هذا ما لا يكون
فانساه الله في اجله فعاش ثلثماية وخمسين
سنة حتي راي سيّدنا المسيح ولما راه قال الان
اطلق عبدك يا سيّدي كلمتك بسلام فقد
ابصرتا عيناي خلاصك الذي هيّيت قدام كل
الشعوب ☼ ومات بطلميوس غالب اوز وملك
بعده بطلميوس ويلقب بالارنب تسعة
وعشرون سنة ☼

Regnavit autem in Alexandria & AEgypto post Alexandrum frater ejus, qui nuncupatus est Philippus; sed nominabatur etiam Ptolemaeus Aridaeus, VII. *annos, seu ut alia habent exemplaria* (nam ita in pervenusto, quo utor, codice, saepius variae ipsius autoris lectiones inseruntur) XL. *annos. Post hunc vero regnavit Ptolemaeus, qui & nominatus est Alexander, & cognomen habuit* Oalab aoz, *annos* XXVII. *Exemplaria habent alia* XXI. *annos. Anno autem* XXI. *regni sui, missis Hierosolyma nunciis, accersivit Alexandriam* LXX. *inde viros, Judaeos, quibus jussit interpretari ei legem & scripta prophetarum ex Ebraico in Graecum sermonem. Et posuit eorum singulos in aedibus singulis & seorsim, ut ita discerneret qualis foret uniuscujusque interpretatio. Peractis autem singulorum interpretationibus & animadversis, diversitas in eis nulla omnino est reperta. Collectos igitur singulos codices sub sigillo clausit, & posuit in fano idoli, cui nomen Serapion. In septuaginta autem fuit vir qui nuncupatus est Simeon Justus; is qui excepit ulnis Dominum nostrum Christum e templo. Cum vero interpretatus est Simeon legem & scripta prophetarum ex Ebraeo in Graecum sermonem, & quilibet ex interpretibus latere in eis sentiebat prophetiam de Domino Christo, hoc in corde suo reposuit ille, tametsi etiam diceretur rem non eventuram. Produxit autem Deus ei vitae terminum, adeo ut viveret* CCCL. *annos, & videret Dominum nostrum Christum. Quem cum vidisset, dixit, Nunc dimitte servum tuum, o Domine, secundum verbum tuum, in pace. Jam enim viderunt oculi mei salutem tuam, quam praeparasti coram omni populo. Mortuus est dein Ptolemaeus* OALAB AOZ, *post quem regnavit Ptolemaeus a Lepore cognominatus* XXIX. *annos.* Hactenus Batricides. Sed e Macedonia, vides, in AEgyptum transtulit Philippum Aridaeum, qui Alexandri frater & proximus, non in AEgypto, sed Macedonia, successor fuit. *Ptolemaei* item & *Alexandri* nomina ei, nescio unde edoctus, tribuit. Veros autem Aridaei Macedonum regis annos ei assignavit. Et in vetustiori, quem penes me habeo, Batricidis exemplari, septem tantum annorum regnum habet hic Batricidis Ptolemaeus. Substitutos vero puto in aliis XL. quoniam compertum habebant librarii Alexandri proximum in AEgypto successorem XL. annos revera regnasse. Tot enim regnavit Ptolemaeus, Lagi filius; quem ab Alexandro tertium facit hic Batricides, cum proximum debuisset. Nam a Lepore cognominatum *Lagidam* seu *Lagi filium* esse nemo nescit. Sed quisnam secundus, & qui Aridaeum sequitur in hac principum, temporum, regnorum confusione, Ptolemaeus, LXX. interpretum hactenus inauditus hospes? Verba illa غالب اوز *Oalab aoz*, ut in exemplari meo pulcherrimo, sed recentiori, leguntur, *Victor anseris* sonant. In vetustiori autem, sed cui non raro desunt puncta diacritica, priori in loco habetur ويلقب اورر *cognominatus autem est Aurar*, in posteriori vocatur Ptolemaeus غالب اورز *Oalab Auraz*; adeo ut videatur etiam in priori hujus exemplaris loco اورز quod punctulo tantum discrepat, potius legendum. Certe ut Aridaeus ex Macedonia, ita alius quispiam aliunde, sed ex proximis Alexandri successoribus, oscitanter desumptus, cognomine, puto, hoc temere indutus est, ut nomine Ptolemaei. Et quoniam

a *Victoria* cognomen inditum esse liquet, forte *Nicanor* seu *Nicator* (quibus appellatus est nominibus Seleucus, proximus post Alexandrum Syriae rex) id erat unde hoc fictum. Quomodo vocabula illa in exemplari Batricidis vetustiori, nobis plane (nec diffiteri pudet) hactenus incognita, hic quadrent, scrutetur, qui operae pretium esse putet. Quae ita non displicent, occurrunt quidem, sed libentius abstineo. Proximus huic, Batricidi est Ptolemaeus Philadelphus, quem, cognomen ejus ut appellativum vertens, vocat *Ptolemaeum* محب أخيه *fratris amantem*, uti etiam *Evergeten*, *Ptolemaeum cognominatum* الصانع * quod *Artificem* sonat & *Evergeten* satis reddit. Caeteri eodem fere modo sequuntur. Anni autem regni Philadelphi sunt tantum ibi XXVI. Neque exiguam habet a Chronologia Ptolemaeorum recepta discrepantiam. Sed de hisce obiter.

CAP. VIII.

Ebraeorum de Simeone Justo, & de templo Oniae in AEgypto, instar Hierosolymitani, condito, traditiones.

EBraeis item, in traditionibus Talmudicis, historia est de Simonis Justi tum pontificatu, tum prole diversissima ab ea quae Josepho & scriptoribus Christianis est receptior. Neque Oniam (quem חניו & חוניו *Honio* vocant) ei successisse aiunt, nec filium ejus fuisse hunc majorem, sed quendam Semaium. In votis tamen habuisse Simeonem sub mortis tempore, idque palam pronuntiasse, ut Onias filius minor, quoniam erat sacrae functioni fratre multo magis idoneus, succederet. Quod cum per primogeniti jus neutiquam satis liceret, Oniam, patria relicta, Alexandriam discessisse, ibique templum alterum, quod Hierosolymitanum imitaretur, condidisse, pontificem ibi egisse, & sacrorum suorum plurimos habuisse sequaces. Unde etiam de sacris distinctionem habent; alia quae in בית המקדש *Templo Sancto*, id est, Hierosolymitano, alia quae in בית חוניו *Templo Oniae*, seu Alexandrino, peragi solita. De eis videsis Misnam, tit. *Menachoth*, seu *de Oblationibus vespertinis*, cap. XIII. & Gemaram Babyloniam, sub extremum capitis, fol. 109. a. Ad Misnam vero Rabbi Obadias Bartenorius totam ipsis Gemarae ferme verbis adnotavit Simeonis filiorum successionis historiolam, quae, sive vera fuerit sive minime, observatu nihilominus, ad pontificiae successionis rationem juxta Ebraeorum mores atque placita rite dignoscendam, est dignissima. Ad hunc modum Bartenorius, בית חוניו בית המקדש שבנה חוניו בנו של שמעון הצדיק באלכסנדריה של מצרים שבשמת שמעון הצדיק אמר להם חניו בני ישמש תחתי מפני שהיה נקי ורגיל בעבודה יותר משמעי אחיו ולא קבל עליו חניו להיות כ״ג לפי שהיה שמעי אחיו גדול ממנו שתי שנים ומחצי ונתמנה שמעי כ״ג תחת אביו לימים נתקנא חניו נשמעי אחיו אמר לו בא ואלמדך סדר עבודה הלבישו כתונת בד דקה שלובשות הנשים על בשרן ועליה אזור צר קטן והעמידו אצל המזבח יצא ואמר לאחיו הכהנים ראו מה נדר זה וקיים לאהובתו אותו היום שאתמנה לכ״ג אלבש כתונת שליכי ואחגור באזור שליכי בקשו אחי הכהנים להרגו סח להם כל המאורע בקשו להרוג את אחיו רץ מפניהם לבית המלך ועדין כל הרואה אותו אומר זה הוא הלך לו לאלכסנדריאה של מצראים שהיו בה רבבות מישראל ועשה שם מקדש ובנה מזבח והעלה עליו לשם ה׳ ועל אותו מזבח נתנבא ישעיה ביום ההוא יהיה מזבח לה׳ ועמד הבית ההוא קרוב למאתים שנה ונקרא בית חוניו על שמו, *Domus* (seu *templum*) *Oniae est templum Alexandriae, quae in AEgypto est, constructum ab Onia filio Simeonis Justi. Etenim mortis tempore Simeon Justus voluit quidem, ut Onias ei succederet in pontificatum, quoniam exercitatior esset & magis assuetus sacrae functioni, quam Semai frater ejus. Sed minime suscepit in se pontificatum Onias, quoniam Semai frater ejus eo natu major erat anni dimidio supra biennium. Et constitutus est Semai pontifex loco patris sui. Paulo post* (cum more solenni primo esset vestibus sacris induendus) *invidia erga fratrem commotus Onias verbis ad eum hujusmodi usus est, Veni, & ego te docebo, quomodo teipsum in functione geras. Et vestivit eum tunica linea, eaque viliori, quali se vestire solent in cute mulierculae, & super eam pro cingulo funiculum parvulum induit. Atque ita constituit eum ad altare. Quo facto, exiit, & rem narravit sacerdotibus fratribus suis*, id est, *caeteris, qui, quali voto is se obstrinxisset, inquirentes, comperiebant illum uxori* (seu amicae suae) *dejerasse, se eodem die, quo more solenni vestiendus esset in pontificem, indutum fore tunica ejusmodi atque ejusmodi cingulo. Illi vero ansam inde occidendi eum quaerebant.* (Certe & cui vestes sacrae, quales in Exodo praescriptae, inter sacrificandum deessent, is excisionis reus habebatur ex lege Exodi XXVIII. 43. sed coelitus tamen infligendae, ut magistri ad dictum locum, & Maimonides in halachoth *Celi hammikdasch*, cap. X.) *Rem igitur totam eis aperuit. Unde verso in Oniam furore, eum interficere* (ut zelotae) *conabantur. Fugit ille in palatium regis. Ubi quisquis eum videret, dixit illum ipsum esse, qui Alexandriam in AEgypto discesserat* (*quo in loco Israelitae erant innumeri*) *atque ibi templum construxerat cum altari, quo oblationes fierent Deo O. Maximo. Atque de altari hoc ante prophetaverat Esaias* (cap. XIX. 19.) *dicens*, IN DIE ILLA ERIT ALTARE DOMINI IN MEDIO TERRAE AEGYPTI. *Stetit autem templum illud circa ducentos annos, & nomen accepit domus* (seu *templi*) *Oniae, a nomine conditoris.* Hactenus Obadias Bartenorius. In nonnullis Talmudis editionibus, בית נחוניו *templum Nechonio* pro *Honio*, quod Oniam denotat, depravate usurpatur. De eodem templo vide praeter Gemaram jam memoratam, eam quae est ad tit. *Megilla*, cap. I. atque *Sepher Juchasin*, fol. 15. b. ubi etiam utriusque Simonis filii mentio. Templi item hujus mentio est in Glossa Jarchii ad citatum Bartenorio Esaiae locum, alibi. Quin templum Oniae ab Onia in AE-

gypto

gypto tale conditum, repurgato ſcilicet atque novato Agreſtis Bubaſtis fano apud Leontopolim in agro Heliopolitano, & Deo O. M. ſacrato, non ſine venia ad eam rem a Ptolemaeo Philometore impetrata, memorat aliquoties Joſephus; quem videſis lib. XII. cap. XV. & lib. XIII. cap. VI. & lib. XX. cap. VIII. Etiam prophetiam Eſaiae templum illud ſpectaſſe ait ipſe, uti & Onias ille in literis, ſeu libello ſupplice, quo locum ſibi aſſignari petiit, principi dato. Caeterum Onias templi hujus conditor apud Joſephum eſt Onias, Oniae tertii pontificis, non Simonis Juſti, filius, uti etiam apud Euſebium. Locus item & tempus mire diſcrepant: Alexandriae collocatur illud, de quo Talmudici; Leontopoli hoc, quod Joſephus & ſcriptores habent Chriſtiani. Hoc etiam Antiochi Epiphanis & Ptolemaei Philometoris tempori tribuitur; illud ut ſuperiora multum repetat initia neceſſe eſt, ſi tam prope exceſſum Simonis Juſti, ſeu ad filium ejus, ſurſum trahatur. At vero alibi Joſephus autor eſt, templum item conditum (Ptolemaeo quidem & Antiocho regibus, ſed non adjectis agnominibus) ab Onia pontifice Simonis filio, quod τὸν ἐν τῇ Ὀνίου καλουμένον νεών, *templum in urbe ab Onia nominata ſitum* appellat. Interpretes ibi *apud Onion civitatem* vertunt. Locus eſt lib. VII. Haloſeos cap. XXX. Et extructum eſſe ait centum & octoginta a Memphi ſtadiis; itidem in tractu Heliopolitano. Utrumque autem Oniam, tam Oniae filium quam Simonis, Hieroſolymis etiam fugatum ſcribit: quin & tam ad hujus quam prioris altare Eſaiae prophetiam attinuiſſe: ſub Veſpaſiano autem, Lupo primum, dein Paulino Alexandriae praefectis, hoc Oniae Simonis filii templum juſſu principali clauſum fuiſſe, atque Judaeis fieri inacceſſum. Et demum ſubjungit, Χρόνος ἦν εἰς τὴν ἀπόκλεισιν τοῦ ναοῦ γεγονὼς ἀπὸ τῆς κατασκευῆς ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια, *Tempus autem fluxerat a templi conditu uſque ad tempus quo clauſum annorum* CCCXLIII. Ruffinus ibi, *anni trecenti triginta tres*. Certe uterque numerus a Veſpaſiano, ſeu ſeptuageſimo Chriſti anno, retro putatus, ipſis Simonis Juſti filiorum temporibus ſatis erit concors. Sed & conſulas Jacobum Capellum in Hiſtoria Sacra, anno M. 3837. Oniae autem Oniae tertii filii aetatem, adeoque Antiochi Epiphanis & Ptolemaei Philometoris aevum, annis amplius centum ſuperant anni, quos jam memoravimus. Quod ideo libentius animadverti, quoniam video viros ſummos, templum ab Oniae, Oniae tertii filio, conditum idem eſſe cum illo, quod apud Joſephum Oniae Simonis F. tribuitur, oſcitanter nimis exiſtimare. Videſis Joſephum Scaligerum ad numerum Euſebianum MDCCCLVI. tempus, locus, perſona utriuſque invicem diſcrepat. Et Judaeis extra patriam degentibus, non ſolum in AEgypto, ſed alibi etiam fuiſſe templa compluria (quae tamen ex jure Ebraico ſemper damnanda) manifeſto liquet ex Oniae, Oniae tertii filii, libello ſupplice Philometori, apud Joſephum, de templo Leontopolitano porrecto. Et vix dubitare queo Strabonem, de Ebraeorum aliquo, in AEgypto, templo locutum eſſe, ubi verba faciens de AEgyptiaca templorum extruendorum ratione, Ἔστι δέ τις, inquit, καὶ πολύστυλος οἶκος, καθάπερ ἐν Μέμφει, βαρβαρικὴν ἔχων τὴν κατασκευήν. Πλὴν γὰρ τοῦ μεγάλους εἶναι καὶ πολλοὺς καὶ πολυστίχους τοὺς στύλους, οὐδὲν ἔχει χαρίεν, οὐδὲ γραφικόν, ἀλλὰ ματαιοπονίαν ἐμφαίνει μᾶλλον, *Eſt etiam crebrum columnis templum, ut in Memphi, cui extructio barbarica eſt. Nam praeter columnarum magnitudinem, multitudinem, atque ordinem multiplicem, nihil habet elegans. Nec quid in eo pictum eſt: ſed potius inanis laboris exemplar videtur.* Sic ille Geographiae lib. XVII. templum, ni fallor, Judaicum aliquod in AEgypto depingit. Videtur igitur Talmudicorum בית חוניו *templum Oniae* idem fuiſſe cum Heliopolitano illo ab Onia Simonis, apud Joſephum, filio extructo. Et quia in Alexandriae praefectura poſitum eſt, forte illud Alexandriae ſitum dicebant. Vide, ſi placet, etiam D. Hieronymum ad Danielis caput IX. de templo Oniae. Quin certe Oniae, qui Oniae tertii filius, templum, velut per excellentiam & nomine notiſſimo ὁ Ὀνίου ναὸς *Oniae templum* appellatur in lemmate Graeco capitis VI. libri XIII. Joſephi. Opinionem autem illam, doctis ſatis pridem exploſam, Simeonem nempe cognomento *Juſtum*, qui pontifex erat, eundem fuiſſe cum Simeone illo in D. Luca, ob Chriſtum ulnis exceptum, memorato: habes item apud Petrum Galatinum de Arcanis Chriſtianae veritatis, lib. I. cap. II, & III. & lib. IV. cap. VIII.

C A P. IX.

De Alcimo pontifice. Quid generis pontificalis ſeu ἀρχιερατικοῦ, *etiam & ſacerdotalis ſeu* ἱερατικοῦ, *nomine intelligendum.*

EORUM qui Lyſimachum, poſtremum in ſuperiore ſerie pontificem, praetermittunt, alii ſcribunt Antiochum Eupatorem, Epiphanem alii, alii Demetrium Soterem, Alcimum, *Jacimum*, id eſt, *Joachim* (ut Ruffino interdum etiam nominatur in Joſephi verſione) item dictum, poſt Menelaum ſubſtituiſſe: neque hujus filium magis, atque Oniam Oniae III. pontificis filium, ac verum tunc dignitatis haeredem, ſuccedere permiſiſſe. Onias igitur, Oniae filius, patrui caede territus, in AEgyptum ad Ptolemaeum Philometorem regem profugit; ubi humaniſſime exceptus, cum omni paterna haereditate potiundi ſpe exutus eſſet, veniam & urbem & templum, quod Hieroſolymitanum imitaretur, in agro Heliopolitanae praefecturae prope Memphim extruendi, ut ſupra oſtenſum eſt, impetravit. Videſis Joſephum, lib. XII. cap. XV. & lib. XX. cap. VIII. & I. Maccab. VII. 9. & II. Maccab. XIV. praeter Euſebium numero MDCCCLVII. Scilicet pontificatus ab eo ſtemmate ſeu domo, qua tamdiu per ſucceſſiones continuas manſerat, in aliam migravit. Joſephus, de Antiocho iſto, Τὴν ἀρχιερωσύνην, inquit, Ἀλκίμῳ δέδωκεν, ἐκ ὄντι τῆς ἀρχιερέων γενεᾶς, ἀλλ' ὑπὸ Λυσίου πεισθεὶς μεταθεῖναι τὴν τιμὴν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἕτερον οἶκον, *Pontificatum dedit Alcimo, qui non erat ex genere pontificali* (*ſeu pontificum*) *perſuaſus nempe*

pe a Lysia, ut dignitatem transferret in aliam domum. Male ibi Ruffinus, *non existenti de genere sacerdotum*; pejus Gelenius, *nihil pertinenti ad cognationem pontificum.* Minime enim negat Josephus Alcimum fuisse ex genere sacerdotali, sed ex pontificali, id est, ex nepotibus illis qui, jure a majoribus recepto & satis constanter per plurimos annos observato, aut in pontificis dignitatem, sanguinis proximitate, succedere deberent, aut vicinius succedendi jus obtendere possent. Quin & ipse alibi hunc, *Jacimi* nomine memoratum, ex Aharonico genere fuisse expressim ait, ὄντα δὲ τῆς οἰκίας ταύτης, *sed non ex eadem familia,* ex eadem nempe, qua priores qui proxime praecesserant. Ita ille lib. XX. cap. VIII. Cum de *familia* verba fiunt, familiam intellige per masculos continenter deductam. Neque alios praeter masculos *posterorum* nomine hic complectimur; quod ita monuisse sufficiat: ratio libro sequenti tradetur. Sed vero palam quidem est, si originem tantum sanguinis sacerdotalis in Aharone spectes, idem esse pontificale genus atque sacerdotale. Nam ex ea origine, nemo in posteris Aharonis, pontificiae dignitatis, nisi interpositi gradus obstarent, non erat aeque capax ac muneris sacerdotalis. Sed vero stabilito in Eleazaridis atque in eorum domo perpetuato diu pontificatu (secundum ea quae jam ostensa sunt) neque Ithamaridarum domus nec ipsae Eleazaridarum stirpes, a pontificatu, graduum collateralium ratione, remotiores pontificales dicebantur. Sed vero quibus, ob majorum dignitatem & sanguinis proximitatem, spes erat ex jure recepto succedendi, ii etiam ἀρχιερεῖς seu *pontifices* interdum dicti sunt; non aliter ferme ac in nonnullis olim regionibus regum filii, *reges*, atque in Germania etiamnum ducum & comitum filii, *duces* & *comites.* Inde etiam forsan Scaeva Judaeus, ἀρχιερεὺς seu *pontifex* nuncupatur in Actis Apost. XIX. 14. Nam eum pontificatum gessisse nemo, puto, dixerit. Exemplum itidem est in Gamala Jesus F. pontifice *Josepho* dicto, sed nec in iis qui munere fungerentur censito, ut in lib. IV. Halosеos, cap. XII. Expontifices etiam eidem *pontifices* dicti, ut lib. XX. & Halosеos II. & IV. ubi Jonathan dignitate summotum *pontificis*, seu ἀρχιερέως, veluti ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων, seu *expontificis* (ut Romani vocabula *exconsulis, exquaestoris,* id genus alia, usurparunt) nomine designat. Etiam pluralis τῶν ἀρχιερέων seu *summorum sacerdotum* in Novo etiam Testamento usus frequens, qua de re inferius plura. Et de genere archieratico seu pontificali vide Graeca Act. Apost. IV. 6. ubi Vulgata habet *genere sacerdotali.* Eusebius autem Alcimum ait neutiquam fuisse ἐκ γένους ἱερατικοῦ, *ex genere sacerdotali,* seu, ut in Latinis Hieronymus habet, *alienum a genere sacerdotali.* Hunc sequitur Chronici Alexandrini autor. Et Nicephoro patriarchae ἀλλογενής, *ex alieno genere,* appellatur. Sed nisi γένος ἱερατικὸν *genus sacerdotale* pro eo quod est ἀρχιερατικὸν *pontificale* sumatur, error est manifestus; uti & illud *de genere alieno,* nisi de alia tantum sacerdotum stirpe etiam id intelligatur. Nam & diserte Hasidaei in libro Hasmonaeorum cap. VII. 14. de Alcimo, *Homo sacerdos de semine Aharon venit; non decipiet nos.* Et quod habet Sigonius aliique eum oscitanter sequentes, eum ex posteris Levi, minime vero sive ex Eleazari sive ex Ithamari fuisse; id ex locutione jam dicta apud Eusebium male accepta, & fallente Josephi loco citato versione natum esse nullus dubito. Sed monendum est interea, ut *pontificis* nomen, modo quem diximus, ei interdum tribuebatur qui nondum pontificatum gessisset, ita etiam saepenumero tum in Sacris Literis, tum apud optimos scriptores, vicissim *sacerdotis* & *sacerdotii* vocabulum, adeoque *genus sacerdotale,* pro eo quod pontificem, pontificatum & pontificale denotat, usurpari. Unde etiam pontificia dignitas, ἱερατικὴ τιμὴ *honor sacerdotalis,* & stola pontificia ἱερατικὴ *sacerdotalis,* Josepho vocatur, & ἱερωσύνη *sacerdotium* aliquoties ipse pontificatus. Et frequens est hujusmodi usus *sacerdotis* & *sacerdotii* apud Sulpitium Severum, Hieronymum, Ruffinum, alios. Videsis Jos. Scaligerum in Animadversionibus Eusebianis, pag. 132.

CAP. X.

Hasmonaeorum a Juda Maccabaeo ad Ananelum, seu Herodis Antipatri F. tempora, pontificatus.

Alcimo, post exactum in pontificatu quadriennium, demortuo, dignitas, suffragiis populi, Judae Maccabaeo ex domo Hasmonaeorum decernitur. Ita Josephus lib. XII. cap. XVII. Τελευτήσαντος δὲ τούτου (Ἀλκίμου) τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ λαὸς τῷ Ἰούδᾳ δίδωσιν, *Mortuo Alcimo pontificatum populus Judae tradidit.* Atque Eusebius Hieronymi, *Cum omnium Judaeorum favore Judae Maccabaeo sacerdotium decernitur.* Et Josephus in extremo lib. XII. de Juda, Τὴν ἀρχιερωσύνην ἔτος τρίτον κατασχὼν, ἀπέθανεν, *administrato pontificatu per triennium, demortuus est.* Cum tamen ipse lib. XX. cap. VIII. Jacimum seu Alcimum triennio in pontificatu exacto obiisse scribat, adjiciatque, Διεδέξατο δὲ οὐδεὶς αὐτὸν, ἀλλὰ διετέλεσεν ἡ πόλις ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ χωρὶς ἀρχιερέως οὖσα, *successorem autem habuit neminem; sed per septennium sine pontifice mansit civitas.* Neque dein, ante Jonathanem Judae fratrem, pontificem constitutum esse ait. Etiam de Alcimi excessu dissensus inter eum & primum Maccabaeorum librum mirus. De quo, praeter alios, consulas Dionysium Petavium de Doctrina temporum, lib. X. cap. L. & LII. Judas filius erat Mattathiae sacerdotis, filii Joannis, filii Simeonis, filii Hasmonaei (unde domus nomen) atque ex statione seu classe sacerdotali Joaribi. Vide I. Maccab. II. 1. Inde autem facultas erat populo eum in dignitatem evehendi, quia per ejus in Nicanorem Demetrii ducem & Alcimum victoriam jam sui juris, post Syriae regum tyrannidem, denuo factus est. De *Hasmonaeorum* cognominis ratione consulas, si placet, Drusium ad librum de eis, primum Maccabaeorum vulgo dictum, & Josephum Scaligerum lib. III. Canonum, pag. 324. Utrum vero classis Joaribi (e qua Hasmonaei, adeoque Judas iste) fuerit ex Eleazaridis, an ex Ithamaridis, non satis liquet. Nam etsi in XXIV. classium sacerdotalium

ſacerdotalium diſtributione Joaribi claſſis primarium obtinet locum, ut videre eſt I. Paralip. XXIV. 7. id tamen ſorti duntaxat, non ſingulari Eleazaridarum dignitati deberi aiunt Ebraei. Atque ideo volunt ſortes adhibitas fuiſſe, ut eis ſolummodo omnes ſimpliciter pariterque diſtribuerentur claſſes, minime vero ut ſanguinis praeſtantia, aut impari dignitate Eleazaridae, quibus XVI. erant, & Ithamaridae, quibus VIII. invicem ſecernerentur. David Kimchius ad citatum Paralipomenon caput, comm. 5. *Et diſtribuerunt eos ſorte, alteram cum altera,* רצ״ל כי לא נתן מעלה לאחד מהם על חברו כי כלם היו שרי קדש ושרי האלהים מבני אלעזר ומבני איתמר לפיכך לא נתן להם מעלה זה על זה להיות זה קודם לזה אלא שעלה הגורל להם כן היו לבד הכהונה הגדולה שהיתה מבני אלעזר כמו שפירשנו למעלה, *Senſus eſt*, inquit, *non conceſſam fuiſſe eorum alteri ante alterum dignitatem; quoniam univerſi fuere principes ſanctuarii & principes Dei, tam Ithamaridae quam Eleazaridae. Inde fiebat, ut alteri non tribueretur dignitas ejuſmodi, ut alteri praeponeretur; ſed prout aſcendebat ſors tantum, ita quiſque habendus erat; excepto ſemper, quod ſacerdotium ſummum ſeu pontificatus peculiaris erat Eleazaridis, ut ſupra oſtendimus.* Argumento tamen eſt Haſmonaeos ex Eleazaridarum ſtirpe fuiſſe, tum quod adeo pronus eis pontificatum deferebat populus, tum quod in oratione a Mattathia ad filios habita legitur, *Phinees pater noſter zelando zelum accepit foedus ſacerdotii aeterni.* Nam Eleazaridarum domus, etiam Phineeſi dici ſolebat. Vide librum Haſmonaeorum cap. II. 54. Quin & primae ſacerdotum claſſi, quae Joaribi erat, ſingularem dignitatem agnitam eſſe comperimus apud Joſephum, qui ſub initium vitae ſuae genus ſuum jactans, Ἐμοὶ δ᾽, inquit, οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐστὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν κδ. πολλὴ δὲ κἀν τούτῳ διαφορά, *Non ſolum ex ſacerdotum oriundus ſum genere, verum etiam ex claſſe prima inter illas* XXIV. *Et magnum ſane ex ea re naſcitur diſcrimen.* Ita verto, non, ut Gelenius, *quas inter non mediocre diſcrimen eſt.* Manifeſto de primae excellentia loquitur Joſephus. Ex Haſmonaeis autem Judas fere primus pontifex fieri ſolet. Sed Sulpitius etiam patrem ejus Mattathiam pontificem fuiſſe ait. *Ea tempeſtate* (Antiochi Epiphanis) *Mathathias Johannis filius* (ſic ille) *ſacerdos erat.* Eo nomine pontificem ſaepius innuit. Et in Euſebii Fragmentis, ubi notatur ſexennium a nonnullis tribui Judae pontificatui (qui plerumque triennio terminatur, ut Joſepho) adjicitur, τινὲς ἱστοροῦσι Ματθίου ἔτη γ. τῆς ἀρχιερωσύνης, καὶ Ἰούδα ἔτη ς, *quoſdam tradere etiam Mattathiam triennio pontificatum geſſiſſe, & Judam ſexennio.* De Mattathia vide item Georgium Syncellum in Scaligeri Euſebianis, numero MDCCCLXXVIII. Etiam & Ebraeis non ſolum Mattathias pontifex dicitur, verum etiam pater ejus Joannes, ut videre eſt in Gemara Babylonia ad tit. *Megilla*, cap. I. & in *Sepher Juchaſin*, fol. 16 b, 25 b, 60 b, praeter Gorionidem, alios. Unde ſane conjiciendum eſt, poſtquam avitum ſuccedendi jus violari coeptum eſt, atque ambitione & libidine dignitas pro dominantium arbitratu & acquiri & auferri ſolebat, tam populum Hieroſolymitanum, utpote patrii juris & ſacrorum ſibi rituum tenaciſſimum, quam principes, quorum in poteſtatem ſunt redacti Judaei, pontificem ſibi ſingularem quandoque ſelegiſſe. Ita ſcilicet Mattathias, & Joannis pater ejus forſan, in turbido illo rerum ſtatu, pontifices fuere, populo, dum Alcimus, Lyſimachus, alii, pretio aut favore tantum, jure neutiquam adſtipulante, dignitatem, velut antipapae, invadentes ſimili ejuſdem titulo ſuperbiebant. Negant autem & Joſephus Scaliger & Dionyſius Petavius Mattathiam fuiſſe pontificem. Hic lib. X. de Doctrina, cap. LII. ille lib. V. de Emendatione Temporum, capite de initio Simonis Judaeorum ethnarchae, fol, 410. Vide I. Maccab. II. 27. ubi principatum eum obtinuiſſe in populo manifeſtum eſt. De pontificatu ibi non ſatis liquet. Mattathiae autem filii fuere quinque, Joannes, Simon, Judas ille Maccabaeus, Eleazar, & Jonathan. Ita in Haſmonaeorum libro cap. II. recenſentur. Sed in Chronico templi ſecundi (ut & adnotavit I. Druſius) Judas eſt primogenitus, Jonathan ſecundus, tertius Joannes, Simon quartus, quintus Eleazar. Aliis etiam eſt primogenitus Simon. Fortiter patria jura propugnans occubuit Judas, pontifex ſimul & princeps. Eo demortuo, quadriennium, aut circiter tranſiit ſine pontifice. Quo exacto, Jonathan, qui in principatum antea ſucceſſerat, ab Alexandro poſtmodum Syriae rege pontifex etiam renunciatus more ſolenni ſacris veſtibus in ſcenopegiae feſto eſt indutus, annuente etiam Demetrio Sotere, Syriae tunc rege, & populo. Verba epiſtolae ſeu diplomatis Alexandri ad Jonathanem, quo eum in partes ſuas pellexit, ſunt, Χειροτονοῦμέν σε σήμερον ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων, *Ordinamus te hodie pontificem Judaeorum.* Accepta epiſtola Jonathan, ἐνδύεται μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν τῆς σκηνοπηγίας ἐνστάσης, μετὰ ἔτη τέσσαρα ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτὸν Ἰούδαν ἀποθανεῖν· καὶ γὰρ οὐδὲ μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀρχιερεύς τις ἐγεγόνει, *Pontificiam ſtolam induit, inſtante ipſo ſcenopegiae feſto, poſt quadriennium a Judae fratris obitu, cum vacaſſet interim ſacerdotium.* Videſis Joſephum lib. XIII. cap. V. librum Haſmonaeorum cap. X. 21. & Euſebium, num. MDCCCLXII. *Non extat in Hiſtoria Sacra* (ſic obſervat ad Jonathanis initia magnus Scaliger in Canonibus, lib. III. pag. 325.) *aliud exemplum tanti intervalli ſine pontifice maximo. Nam ſummo ſacerdote mortuo, ſtatim filius aut nepos aut frater jure ſucceſſionis, ad pontificatum, nullo impediente aut controverſiam movente, veniebat.* Sed memineris hic quae ex Fl. Joſepho ſibi adverſato ſupra habemus de Alcimi exceſſu. Quatuordecim circa annos pontificatum geſſit Jonathan. Nam, quod XIX. aut XVIII. anni ei interdum tribuantur, id ad principatum, qui quadriennio pontificatum antevertit, pertinet. Conſulas praeter Latina Euſebii, Graeca ejus Fragmenta, pag. 55. & Scaligeri animadverſiones ad numerum MDCCCLXXVIII. ubi etiam corrigitur Joſephi locus de quatuor tantum annis ducatus ejus. Atque ea de re vide etiam Hiſtoriam Sacram Jacobi Capelli, in anno mundi 3857. Succeſſit in utramque dignitatem Simon frater, ita tamen ut, cum a Tryphone dolo caperetur Jonathan, imperium ſeu ethnarchia Simoni a populo Hieroſolymitano deferretur. Paulo poſt autem, eo interfecto,

fecto, etiam adjicitur pontificatus. Josepho diserte dicitur Simon κατασταθεὶς ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους, *pontifex constitutus a populo.* Sic ille lib. XIII. cap. XI. & vide I. Maccab. XIII. 42. cum per octo annos pontificatum cum principatu gesserat Simon, in convivio insidiis generi sui Ptolemaei caesus successorem in dignitatem utramque reliquit Joannem filium, Hyrcanum item dictum. Ita Josephus libro jam dicto, cap. XIV. & XV. praeter Eusebium, Nicephorum, alios. Quod vero in Latina Nicephori versione legitur numero XXXI. *Judas Maccabaeus & Jonathas & Simon cum fratribus* (unde Joachimus Camerarius, *Fortasse*, inquit, *in pontificatu socii fratres fuere alii duo: nam universi nominantur & numerantur quinque*) mendum est ex depravata Graeci codicis lectione. Is non hic habet, καὶ Σίμων σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, *Simon cum fratribus suis*, sed, καὶ Σίμων οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, *& Simon fratres ejus.* Ita Camerarii conjectura evanescit. Joannes hic seu Hyrcanus Simonis filius Eusebio non semel *Jonathanis* nomine memoratur. Triginta amplius annos pontifex & ethnarcha fuit. Mortuus quinque reliquit filios, quorum natu maximus Aristobulus, dignitatum paternarum haeres, principatum seu Ethnarchiam in regni formam vertens, diadema sibi primus post captivitatem Babylonicam imposuit. Ita Josephus libro jam dicto, & vigesimo, Eusebius etiam & Nicephorus patriarcha. Nam tametsi in vulgato Nicephori codice Graeco (alium praeter eum, qui in Thesauro Temporum Scaligeriano habetur, non vidimus) praetermittitur Aristobulus, in codice tamen MS. quem supra memoravi, post Joannem Simonis filium sequitur Ἀριστόβουλος υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ διάδημα βασιλέως περιέθετο μετὰ Ἀλεξάνδραν τὴν αὐτοῦ μητέρα, *Aristobulus filius ejus, qui coronam regiam sibi imposuit post Alexandram matrem suam.* Quod vero adjectum est de Alexandra matre, ex scriptoris oscitantia ibi natum est. Etiam habebatur in Latini interpretis exemplaribus. Huic vero Aristobulo matrem Alexandrae nomine agnosci non comperio, sed proximo ejusdem nominis, qui Alexandro Jannaeo filius minor natu pontificatum post Alexandrae matris obitum, ut statim dicetur, accepit. Anno elapso unico, successorem reliquit Aristobulus jam dictus Alexandrum Jannaeum fratrem, qui caeteros aetate praecedebat. Bini Alexandro fuere ex Alexandra (quae & Salina dicta) uxore filii, Hyrcanus & Aristobulus. Uxori regni administrationem testamento reliquit: atque ei καταστῆσαι τὸν ἀρχιερατευσόμενον ἐπιτρέψας, *arbitrium deligendi pontificis permittens*, sub vigesimum octavum pontificatus ac regni annum demortuus est. Illa Pharisaeis mire addicta ἀρχιερέα μὲν (ita Josephus) ἀποδείκνυσιν Ὑρκανὸν διὰ τὴν ἡλικίαν, πολὺ μὲν τοι πλέον διὰ τὸ ἀπράγμον αὐτοῦ, *pontificem Hyrcanum renunciavit, aetatis quidem causa, sed magis ob innatam ei segnitiem.* Novennio aut circiter exacto, etiam & regnum accepit, mortua Alexandra, Hyrcanus, quem ab utraque dignitate, inito ad quod coactus est foedere, post tres menses depulit Aristobulus frater. Sed Eusebius in Fragmentis Graecis, de Alexandra, Αὕτη τὴν βασιλείαν Ὑρκανῷ τῷ πρεσβυτέρῳ ἐπέτρεψε περὶ τὸν θάνατον, Ἀριστοβούλῳ δὲ τῷ νεωτέρῳ τὴν ἀρχιερωσύνην, *Ea regnum Hyrcano natu majori, pontificatum vero Aristobulo minori sub mortis tempore commisit.* Videsis Josephum lib. XIV. cap. I. lib. XX. cap. VIII. & lib. XV. cap. IX. & III. ubi secundum hoc facit exemplum pontificis dignitate, veluti non perpetua, pulsi. Primum id quod jam dictum est supra de Jasone & Menelao sub Antiocho Epiphane; Δεύτερος δὲ, inquit, Ἀριστόβουλος Ὑρκανὸν ἀφείλετο τὸν ἀδελφὸν, *secundo Aristobulus fratrem suum hoc honore privavit.* Dissidium hoc inter fratres hosce causa fuit ingentis, quae secuta est, apud Judaeos calamitatis. Inde inprimis ansa Romanis data, ut Judaeam invaderent. Et capta urbe, atque templo usque ad sancta sanctorum reserato, vinctum Romam secum abduxit Aristobulum Pompeius, atque pontificatum Hyrcano fratri cum ethnarchia seu regno restituit. Etiam ex senatusconsulto & decreto principali sub Julio Caesare pontificatus Judaeorum Hyrcano διὰ παντὸς κατὰ τὰ πάτρια ἔθη, *omnimodo secundum mores patrios* firmatur, adjecto insuper, ut habetur in senatusconsulto illo apud Josephum edito, ὅσα τε κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐστὶν ἀρχιερατικὰ ἢ φιλάνθρωπα, ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, *universa item jura pontificalia & beneficia, quae ex jure patrio debentur, ei & filiis ejus manere jubeo.* Scilicet pro ἀρχιερατικὸς ἢ φιλάνθρωπος. ibi sic legendum; uti & manu sua in codicis sui margine animadvertit praestantissimus V. Isaacus Casaubonus. Vide Josephum lib. XIV. cap. XVII. De Jannaeo autem atque Hyrcano & Aristobulo ejusdem filiis, mendum est in Graecis Nicephori editis non praetermittendum. Proxime post verba illa de Aristobulo, qui primus diadema imposuit, superius ex ejusdem Graeco codice MS. citata, seu numero (ut in impressis λγ. seu) XXXIII. legitur, Ἰωάννης, ὁ καὶ Ἰανναῖος καὶ Ὑρκανός· τοῦτον ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐξέωσεν, *Joannes, qui & Jannaeus & Hyrcanus: hunc expulit frater ejus.* Tum ex re ipsa, tum ex Latina ejusdem interpretatione restituendum, Ἰωάννης, ὁ καὶ Ἰανναῖος καὶ Ἀλέξανδρος. Ὑρκανὸς τοῦτον, *Joannes, qui & Jannaeus & Alexander. Hyrcanus hunc expulit frater ejus.* Adeo ut Hyrcanus fiat Jannaeo non cognominis, sed successor. Postmodum vero Hyrcanus hic ab Antigono, ex Aristobulo fratre demortuo nepote, armis lacessitus, auxilia in eum praebentibus Parthis, captus est, & a rege Parthorum vinctus traditur Antigono, qui auriculas ei dentibus truncabat: quod ideo fecit μηκέτ' αὖθις εἰς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὴν ἀρχιερωσύνην διὰ τὸ λελωβῆσθαι, τοῦ νόμου τῶν ὁλοκλήρων εἶναι τὴν τιμὴν ἀξιοῦντος, *ne ille propter hoc vitium ad recipiendum pontificatum esset idoneus, quando lex hunc honorem non concedit, nisi ei qui corpore sit integro.* Qua de re Josephus libro jam dicto, cap. XXV. lib. XV. cap. II. & Halosceos lib. I. cap. XI. Zonaras, Africanus in Eusebii Fragmentis Graecis, alii. Antigonus etiam regno Judaeorum potitus, Antonii jussu paulo post Antiochiae securi percutitur, Hyrcano interea Babylone a Phraarte Parthorum rege comiter habito, atque a Judaeis, quorum magna ibi erat frequentia, etiam pro rege gentis suae atque pontifice ibi agnito. Is autem postea Hierosolymis, ab Herode Antipatri filio, regno a Romanis Judaico donato, honorifice sed in neutram avitarum dignitatem receptus

tus

tus est. Nupserat autem Alexandro, Aristobuli regis filio minori, atque Antigoni fratri, Alexandra Hyrcani filia, e qua is, jam demortuus, susceperat Aristobulum filium, & Mariamnem filiam, Herodis uxorem. Pontificatum igitur jam non ex successione haereditaria, sed ex arbitratu regio pendere volens Herodes, praetermisso Aristobulo (cui, postquam dignitati minime idoneus redderetur Hyrcanus, jure sanguinis pontificatus debebatur) nec sine minoris ejus aetatis, quae sextumdecimum nondum superaverat annum, obtentu, Ananelum ἱερέα τῶν ἀσημοτέρων, *obscuri generis sacerdotem*, sed ex genere pontificali Babylone natum (sic Josephus) pontificatu donavit. Quod sane pro contumelia, summaque habuit injuria Alexandra, cujus filio Aristobulo dignitas debita. Hortatu igitur ac precibus tum Alexandrae, tum Mariamnae redditur demum Aristobulo annum decimum septimum agenti pontificatus, depulso Ananelo, quod exemplum facit tertium pontificis pro libitu exautorati. Herodes autem metuens ne pontificatus hujusmodi ambitione etiam regnum adfectaretur, securitati suae consulendum existimavit; adeoque Aristobulum lusu natantem aqua praefocari dissimulans curavit, atque Ananelo pontificatum restituit, cum nec annum integrum eum tenuisset Aristobulus. Et tandem, ut regii atque pontificalis Hasmonaeorum stemmatis nemo superstes ei, sive in regno retinendo, sive in pontificatu conferendo, esset impedimento, Hyrcanum etiam e medio sustulit. Nicephorus autem de Aristobulo hoc Mariamnae fratre, Ἀριστόβουλος, inquit, υἱὸς Ὑρκανοῦ, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρώδης, γαμβρὸς Ἀνανήλου, *Aristobulus filius Hyrcani, quem sustulit Herodes, gener Ananeli.* Hyrcani quidem is ex filia erat nepos, non filius, tametsi in Eusebii Fragmentis tam filius Hyrcani quam nepos dicatur. Sed Ananeli generum fuisse, nemo alius, puto, praeter Nicephorum dixit. Ita demum desiit tam regnum quam pontificatus in Hasmonaeorum familia. Antigonum non regem solum, sed & pontificem faciunt recentiores plerique, etiam & Nicephorus patriarcha. Sed apud veteres nondum mihi pontificatus ejus testimonii satis occurrit. Circa annos CXXX. in Hasmonaeis, primo ex suffragiis populi, seu electione, postmodum ex jure avito seu successione haereditaria, quae in Joanne Simonis filio coepit, pontificatus permansit.

CAP. XI.

De pontificum ab Ananelo, seu Herodis Antipatri F. tempore, usque ad templi secundi excidium, serie ac qualitate, juxta Flavium Josephum.

EXTINCTIS ab Herode, sub Octavio Caesare, ita Hasmonaeis, desiit omnino in successione pontificali, aut juris perpetui aut haereditarii, seu sanguinis legitima haberi ratio; pro arbitrio sive principum Romanorum, sive regum seu ethnarcharum, praesidumve quos ipsi Judaeis praefecerant, sive multitudinis tumultuantis (veluti zelotarum) pontificibus, qui secuti sunt, constitutis summotisque. Neque obstat, quod in eis filiis, interdum fratribusque, paterna ac fraterna obtigit dignitas: non enim ex sanguinis jure servato, sed ex constituentium libitu, non tamen sine aliquo juris interdum forsan obtentu, id accidisse palam est. Series eorum ab Ananelo usque ad templi secundi, sub Vespasiano Caesare, excidium, id est, annum Christi LXX. secundum Flavium Josephum, Zonaram, aliosque ejus sequaces est hujusmodi:

I. *Jesus Phabetis F.* quo summoto, substituitur

II. *Simon Boethi Alexandrini F.* Herodis socer. In Ruffini versione nuncupatur hic *filius Buzi*; Jesus autem, *Boethi filius*. In stirpe Aharonica vir erat praeclarus. Videsis Joseph. lib. XV. cap. XII.

III. *Matthias Theophili F.* Hierosolymitanus, Simone ob conjurationis in Herodem suspicionem exautorato, Joseph. lib XVII. cap. VI.

IV. *Joazarus Simonis Boethi F.* & Herodis glos. Error crassus est Sigonii atque recentiorum aliquot, Josephum Ellemi F. Matthiae successorem facere. Is enim duntaxat vicarius ei fuit, seu pontifex secundarius, idque vice tantum, in festo expiationum, unica; quod ex Josepho manifesto liquet. Vide eum lib. XVII. cap. VIII. Idem hic est qui in Gemara Hierosolymitana, ad tit. *Joma*, cap. I. fol. 38. col. 4. & ad tit. *Megilla*, cap. I. fol. 72. col. 1. appellatur בן אילם *filius Eillem*, ubi memoratur historia, בבן אילם מציפורין שאירע קרי לכהן גדול ביום הכיפורים ונכנס בן אילם ושימש תחתיו בכהונה גדולה, *de filio Eillem ex urbe Sepphori, qui, cum festo expiationum fluxus seminis pontifici accidisset, ingressus est, & vicariam ei in pontificatu praestitit operam.* Somniasse eum ait Josephus, cum uxore congressum habuisse (quod idem est) ideoque ob pollutionem vicarium pro jure patrio suffectum. Tantundem legitur in eadem Gemara, ad tit. *Horajioth*, cap. III. fol. 47. col. 4. ubi בן אלם *Ellem* exaratur. Sed loco illo corrigendum est בציפורים *in Sepphori*, & legendum מציפורים *ex Sepphori*, id est, Sepphorita. Idem habetur in Gemara Babylonia, ad tit. *Megilla*, cap. I. fol. 9. b. Summoto autem Matthiae successit, jussu Herodis, Joazarus, Ruffino *Azarus* dictus: cujus in pontificatu natus est JESUS CHRISTUS, ut adnotat Nicephorus patriarcha, qua de re consulas Dionysium Petavium, lib. X. de Doctrina temporum, cap. LV.

V. *Eleazarus Joazari frater* ab Archelao tetrarcha Judaeae, summoto Joazaro, suffectus est, Joseph. lib. XVII. cap. XV.

VI. *Jesus filius Sie.* Pontificatum diu non gessit Eleazarus, ἐπικαταστασθέντος αὐτῷ ζῶντι Ἰησοῦ τοῦ Σιὲ παιδός, *subrogato in viventis locum Jesu filio Sie*, ut Josephus. Ruffinus ibi, *super ipsum constituit Jesum Soae filium.*

VII. *Joazarus* iterum pontifex, a Quirinio praeside pulsus, Joseph. lib. XVIII. cap. I. & III.

VIII. *Ananus F. Seth*, a Quirinio praeside suffectus; *Annas* item dictus in Evangeliis.

IX. *Ismaelus Phabi filius*, a Valerio Grato, sub Tiberio Caesare, Judaeae praeside constitutus, adempta

ademta Anano dignitate. Ruffino, *filius Jabi.* Mendoſe citatur Joſephi de eo locus in nonnullis codicibus Euſebii Demonſtrationis, lib. VIII. ubi Iſmaelum τέφηβα *Tupheba* legimus, pro Iſmaelum τὸν τοῦ Φαβὶ *filium Phabi.* Etiam interpres oſcitanter mendum retinet. Idem in Chronico Alexandrino, pag. 528. editionis Raderianae, dicitur τοῦ Βαφεὶ *filius Baphi,* ex Joſepho etiam citatus, quemadmodum itidem apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. X. Sed verum patris nomen erat פאבי *Phabi,* non באפי *Baphi,* ſi Ebraeis fides; ut videre eſt in Miſna, tit. *Perah,* ſeu de *Vacca rubea,* cap. III. alibi.

X. *Eleazarus Anani* pontificis F. a Grato ſubſtitutus, remoto Iſmaelo.

XI. *Simon Camithi* (*Cathimi* Euſebio in Demonſtrat. VIII.) filius, pulſo poſt annum in dignitate exactum, Eleazaro ab eodem ſuffectus praeſide. Chronico Alexandrino τοῦ Καμαθεὶ nuncupatur. Ebraeorum commentariis ſcribitur patris nomen קמחית *Camhith.* Videſis Gemaram Hieroſolymitanam, ad tit. *Joma,* cap. I. fol. 38. col. 4. & ad tit. *Megilla,* cap. I. fol. 72. col. 1. ubi *Simeon Ben Camhith* pontifex memoratur. Sic etiam eadem Gemara, ad tit. *Horajioth,* cap. III. fol. 47. col. 4. & in Babylonia ad tit. *Joma,* cap. V. fol. 47. a. ubi tamen pro *Symeon Ben Camith* depravate in nonnullis exemplaribus *Iſmael Ben Camith* legitur; quod plane emendandum.

XII. *Joſephus, Caiphas* item dictus, Anani ſeu Annae gener, poſt annuum Simonis pontificatum, ſucceſſor ei a Grato datus eſt. Ruffinus, *Simon Joſephum, cui Caiphas nomen fuit, habuit ordine ſucceſſorem;* quibus verbis poſterioribus in Graeco reſpondent tantum διάδοχος ἦν αὐτῷ, *ſucceſſor ei erat.* Sub hoc paſſus eſt Chriſtus; ut in Evangeliis.

XIII. *Jonathas Anani* pontificis F. a Vitellio Syriae proconſule ſubſtitutus, Caipha remoto, Joſeph. lib. XVIII. cap. VI. & VII.

XIV. *Theophilus* item Anani ejuſdem filius, fratre pulſo, ab eodem ſuffectus, imperante Caio.

XV. *Simon Boethi F.* cognomento Cantharas, ab Herode Agrippa rege, ſummoto Theophilo, ſurrogatur, imperante Claudio; Joſeph. lib. XIX. cap. V. ubi haec adjicit: Δύο δὲ ἦσαν ἀδελφοὶ τῷ Σίμωνι, καὶ πατὴρ Βοηθὸς, οὗ τῇ θυγατρὶ βασιλεὺς συνῴκησεν Ἡρώδης, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται. Σὺν τοῖς ἀδελφοῖς οὖν τὴν ἱερωσύνην ἔσχεν ὁ Σίμων καὶ σὺν τῷ πατρὶ, καθὰ καὶ πρότερον ἔσχον οἱ Σίμωνος τοῦ Ὀνία παῖδες τρεῖς ὄντες ἐπὶ τῆς τῶν Μακεδόνων ἀρχῆς· ὅπερ ἐν ταῖς προαγούσαις γραφαῖς παρέδομεν. *Erant autem Simoni fratres duo, & Boethus pater, cujus filiam Herodes rex uxorem duxerat, quemadmodum in ſuperioribus* (lib. XV. cap. XII.) *declaratur. Tam igitur ipſe quam pater & fratres pontificatum adeptus eſt, uti etiam antea Simonis Oniae filii tres, ſub imperio Macedonum: quod ſupra item memoratur.* Simonis itaque Boethi Alexandrini (qui & *Boethus* dictus) filius erat Cantharas natu minimus, & Joazaro atque Eleazaro, qui quartum hic numerum & quintum occupant, frater.

XVI. *Matthias Anani* pontificis F. pulſo Simone Canthara, ſubſtituitur ab Herode Agrippa; Jonatha fratre, cui dignitatem reſtituere volebat Herodes, eam recipere nolente, ſed Matthiam ut maxime idoneum indicante.

XVII. *Alionaeus,* ab eodem Agrippa, ſummoto Matthia, ſurrogatus. Hunc Joſephus, ut in excuſis legitur, appellat τὸν τοῦ Κιθαίου παῖδα, *filium Cithaei.* Sic lib. XIX. cap. VII. Sed legendum potius τὸν τοῦ Κανθάρου, Κανθήρου, ſeu Κανθύρου (nam ita variat hujus nominis ſcriptio) παῖδα, *filium Cantharae, Cantherae,* ſeu *Canthyrae.* Suadet ſane Ruffini verſio, *Matthia pontificatu ſpoliato, pro eo conſtituit ſacerdotem Elioneum Cantharae natum.* Et idem firmat ipſe alibi Joſephus. Nam Herodem ait, Agrippae jam demortui fratrem, Chalcidis principem, cum ſibi a Claudio Caeſare jus pontificum Hieroſolymis eligendorum impetraſſet, dignitate ſummoviſſe τὸν ἐπικαλούμενον Κανθήραν, *eum cui Cantheras* (Ruffino *Cantharas*) *cognomento erat,* quo nomine Alionaeum denotari palam eſt. Unde & Sigonio *Simonis Cantharae pontificis filius* diſerte nuncupatur. Paterno ſcilicet cognomine donatus eſt. Videſis Joſeph. lib. XX. cap. I. Quod vero ibi legitur, Herodem hunc a Claudio Caeſare petiiſſe τὴν ἐξουσίαν τοῦ νεὼ καὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων, καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων χειροτονίαν, πάντων τε ἐπέτυχεν, ἐξ ἐκείνου τε πᾶσι τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ παρέμεινεν ἡ ἐξουσία μέχρι τῆς τοῦ πολέμου τελευτῆς, quod Gelenio vertitur, *poteſtatem in templum & ſacrum aerarium, juſque eligendorum ſummorum pontificum. Impetravitque haec omnia, ita ut etiam poſteris ejus idem jus manſerit uſque ad belli exitum;* id ſi recte ſic vertatur, intelligere omnino nequeo. Nam pontificum creatio poſt ejus exceſſum ad Agrippam juniorem regem ejus ex fratre nepotem attinuit, ut in ſequentibus videre eſt. Et poſteri Herodis illius fuere filii tres, Ariſtobulus, Bernicianus, Hyrcanus, quorum nemo pontificem omnino praefecit. Anne igitur locus ita potius vertendus? *omnia impetravit, adeo etiam ut poteſtas poſteris ejus manſerit uſque ad belli exitum,* in templum ſcilicet & aerarium ſacrum; ita ut de jure pontificis eligendi locus, qua poſteros ſaltem ſpectat, neutiquam fuerit capiendus. Idem habet & Zonaras, ut pleraque alia quae de pontificibus Joſephus. Recte certe ex hiſce rem tradit Cornelius Bertramus, *In Herodem,* inquit, *quartum Agrippae majoris fratrem, regem Chalcidis, templi ſacrorumque theſaurorum poteſtatem & ordinandorum ſacerdotum ſummorum jus contulit* Claudius, *atque hoc privilegium prorogavit Agrippae minori Agrippae majoris filio, poſtquam eum Chalcidis regem creaſſet.* Sic ille de Politia Judaica, cap. XIII.

XVIII. *Joſephus F. Canei;* (Ruffino, *filius Cami*) ſucceſſor Alionaeo ab Herode Chalcidis principe datur. Idem Flavio Joſepho etiam *filius Camydi* vocatur, dicto libro, cap. III. Puto קמחית ſeu *Camithi* patris nomen fuiſſe.

XIX. *Ananias Nibadaei* F. ab eodem Herode, qui & Joſephum exautoravit, ſuffectus.

XX.

XX. *Ismaelus Phabei* F. ab Agrippa juniore rege, imperante Nerone, suffectus. Joseph; lib. XX. cap. VI. Ruffino, *filius Siab* dicitur, & Sigonio *Siae*.

XXI. *Josephus* cognomento *Cabei* (Ruffino *Gaddis*) Simonis Cantharae filius, ab Agrippa item, Ismaele Romae cum Chelcia gazophylace obsidis nomine retento, pontificatu sub Nerone donatus.

XXII. *Ananus Anani* (*Annae* item dicti) filius quintus, ab Agrippa rege, Josepho pontifice privatam vitam agere jusso, substituitur.

XXIII. *Jesus Damnaei* (Ruffino *Dannaei*) F. Anano exautorato, ab eodem rege in dignitatem evectus.

XXIV. *Jesus Gamalielis* F. Damnaei filio summoto, ab eodem suffectus.

XXV. *Matthias Theophili* F. ab eodem etiam, dignitate pulso Jesu Gamalielis F. donatus.

XXVI. *Phannias*, *Phanasus* item dictus, *Samuelis* F. a populo tumultuante, seu zelotis, sorte electus, cujus in pontificatu urbis & templi sub Vespasiano excidium. Obtensus etiam est tunc mos antiquus, sed falso, sorte creandi pontifices. Videsis Josephum lib. XX. cap. VIII. & Haloseos lib. IV. cap. XII. ubi, Μεταπεμψάμενοι, inquit, *μίαν τῶν ἀρχιερατικῶν φυλὴν, Ἐνιακὴμ καλεῖται, διεκλήρουν ἀρχιερέα· λαγχάνει δὲ ἀπὸ τύχης ὁ μάλιστα διαδείξας αὐτῶν τὴν παρανομίαν, Φαννίας τις ὄνομα, υἱὸς Σαμουήλου, κώμης Ἄφθας, ἀνὴρ οὐ μόνον ἀνάξιος ἀρχιερεὺς, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπιστάμενος σαφῶς, τί ποτε ἦν ἀρχιερωσύνη, δι᾽ ἀγροικίαν*, *Accita una generis pontificii tribu, cui nomen Eniacim, pontificem sorte eligebant. Casuque sors exit Phanniae Samuelis filio, ex vico Aphtha, unde maxima earum legum violatio indicabatur. Homo scilicet is erat non solum pontificatu indignus, sed etiam qui ob rusticitatem nec quid pontificatus esset omnino dignosceret*. Ita locus ille vertendus, non ut Ruffino, cui pro eo quod est *pontificatu indignus*, substituitur *non ex pontificibus ortus*, perperam & contra Josephi mentem. Sed quaenam haec *tribus ex genere pontificio?* an familia aliqua Eleazaridarum, qui proprie magis *pontificalis generis* dici soliti? an ex sacerdotum vicibus aliqua, quae omnes, utpote ab Aharone oriundae, etiam *pontificales* dici potuere? Certe in XXIV. illis a Davide institutis vicibus habetur vigesima prima *Jachin* dicta, I. Paralip. XXIV. 17. An ex *Jachin Enjacim* (ut legit Ruffinus) seu *Eniacim* factus? Forte etiam tribus illa familiam aliquam eo nomine cognitam, & tunc primo in eorum, qui contra leges patrias sub Romanorum imperio pontificatum invaserant, aliquo stemmate signatam denotavit.

Et de pontificum, juxta Josephum, laterculo, usque ad templi secundi excidium hactenus. Horum autem universi, tametsi ex jure pontificali seu cognationis non succederent, sacerdotes tamen fuere, atque ex genere Aharonico, ut diserte Josephus. Nam Herodes, inquit ille lib. XX. cap. VIII. accepto a Romanis regno, non amplius ex Assamonaeorum genere creavit pontifices, sed honorem illum, *τισὶν ἀσήμοις, καὶ μόνον ἐξ ἱερέων οὖσι, πλὴν ἑνὸς Ἀριστοβούλου, ἀπένειμε*, *quibusvis ex sacerdotibus etiam obscuris, absque uno Aristobulo, concessit. Idem fecit in ordinandis* (sic ille paulo post) *pontificibus Archelaus ejus filius, & Romani qui post illum cum potestate praefuerunt provinciae*. Quem locum ita male accepit & suis interseruit Eusebius in octavo Demonstrationis, ut contra Josephi mentem, Herodem caeterosque qui cum potestate praefuere, pontifices constituisse *ἀσήμους, καὶ μόνον ἐξ Ἑβραίων ὄντας*, *obscuros, & ab Ebraeis tantummodo oriundos*; ac si generis sacerdotalis ratio postmodum nulla fuisset habita. De ea re item vide If. Casaubonum Exercitat. in Baronium, I. §. 8. Certe & Zonaras, alioquin Josephi sequacissimus, ait quidem pontifices ex Aharonico sanguine plerumque constitutos, *εἰ καὶ οὐ μέχρι παντὸς τὸ ἔθος τοῦτο ἐτετήρητο*, *etsi ea consuetudo semper non est observata*. Quam tamen violatam nullibi, puto, constabit. Numerus, quem assignat Josephus, loco jam citato, pontificibus ab Herodis initiis ad templi excidium constitutis, id est, viginti octo, ex hisce viginti sex & Aristobulo atque Ananelo (de quibus capite superiore) conflatur.

CAP. XII.

Nicephori patriarchae pontificum intervalli jam dicti laterculus in vulgatis codicibus emendatur. De pontificum nomine Annae simul & Caiphae in Evangelio tributo, atque de Chanameele AEgyptio & Ismaele Ben Elisha, pontificibus nec Josepho, nec Christianis scriptoribus memoratis.

IN Nicephori patriarchae pontificum serie, horum quos diximus aliquot praetermittuntur, alii etiam praeter hosce interdum inseruntur, idque in codice quem memoravimus Ms. Sed & in eo reperitur unde impressus corrigatur augeaturque. Pro Ἐλεάζαρ, Ἰησοῦς, Ὠσιὲ, Ἰωασάρ, apud eum, legendum proculdubio Ἐλεάζαρ, Ἰησοῦς υἱὸς Σιὲ, Ἰωασάρ, *Eleazar, Jesus filius Sie, Joazar*, uti etiam habet editio Latina; adeo ut unicum constituatur nomen, juxta ipsam veritatem, inter Eleazarum & Joazarum. Quod vero habet Nicephorus sub Caiphae pontificatu, *ἐπὶ ἐνιαυτὸν δὲ ἕνα μόνον οἵτε ἀρχιερεῖς ἐγένοντο*, *in annum unicum duntaxat constituebantur pontifices*, ex codice Ms. legendum est, *οἱ τότε ἀρχιερεῖς ἐγένοντο*, *pontifices qui tunc fuere constituebant*. Adjicit dein, Caipham ideo fuisse pontificem anni illius, quo Christus passus est; *τοῦτον δὲ*, inquit, *μεθίσταται Βιτέλιος στρατηλάτης Ῥωμαίων*, *Hunc vero destituit Vitellius dux Romanorum*. Ita enim ex Ms. etiam corrigendus est codex impressus, qui Μετέλλιος habet, ut recte pridem conjecit itidem Isaacus Casaubonus in Annales Ecclesiasticos Exercit. XIII. §. 4. Atqui error est, pontificatum tunc ex more semper fuisse annuum existimare, tametsi binorum qui praecessere, Simonis scilicet

& Eleazari, pontificum dignitatem annuam fuiſſe ex Joſepho ſatis liqueat. Et male acceperunt Joſephum Nicephorus & Cedrenus, quorum alter a Caiphae, alter ab Anani ſeu Annae pontificatu annuam fuiſſe ſemper dignitatem tradidere. Videſis Cedrenum, pag. 155. etiam & Euſebium in Chronico, num. MDCCCCLXXXIII. Compluribus autem annis pontificatum geſſit Caiphas, idque tam ante, quam poſt Chriſti paſſionem. In ſacram enim evectus eſt dignitatem a Valerio Grato, circa quinquennium ante Chriſtum paſſum. Nam ſub id tempus Pontius Pilatus ei ſucceſſor datus eſt. Neque eſt deſtitutus, antequam Pilatus decennio in provincia exacto Romam accuſatus proficiſcebatur, & rebus Judaicis proſpiciens Vitellius Syriae praeſes in Caiphae locum Jonathan Annae filium ſuffecit. Videſis Joſeph. lib. XVIII. cap. III. V. & VI. Euſebium numero MMXLII. & D. Luc. III. 2. De initiis autem Caiphae plura atque alia, Caeſar Baronius in Annalibus, Joſephus Scaliger in prolegomenis ad Theſaurum, ac Dionyſius Petavius in X. de Doctrina temporum, cap. LV. At in citato D. Lucae loco, ubi anno XV Tiberii, quo Pilatus Judaeae procurator biennium aut circiter dignitatem geſſerat, conjunguntur pontifices ſimul bini Annas & Caiphas. Verba ſunt, Ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, *ſub pontificibus Anna & Kaiapha*. Quo tamen tempore Caipham pontificatum ſolum tenuiſſe diſcimus ex Joſepho. Et de Anna & Caipha, ſimul pontificum nomine memoratis, alia ſunt in Novo Foedere obvia. Quintuplex fere hac de re habetur ſententia. Prima eorum qui dignitatem ſeu functionem pontificiam unico ex jure communi tantum debitam, violatis jam ſub Romanis ſacris Ebraeorum legibus, ſive binis ſimul ſive alternatim etiam eodem in anno volunt donatam fuiſſe. Atque haec vetuſta eſt, cujus veſtigia habes manifeſta apud D. Auguſtinum in Joannem, tract. XLIX. Secunda, hoſce uti tunc caeteros annuis muneribus fuiſſe functos. Vide Nicephorum in Caipha, Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. X. & Demonſtrationis lib. VIII. Dionyſium Petavium, lib. X. de Doctrina temporum, cap. LVI. & Commentariorum in D. Lucam & Joannem conſarcinatores. Tertia ſententia eſt, Annam ibi pontificem dici, aut eo quod illo nomine etiam qui eam dignitatem antea geſſerant exautorati uti ſolebant (quemadmodum & ſupra, ubi de Alcimo agitur, monuimus) aut quia, ſtationis alicujus ſacerdotalis princeps cum eſſet, ἀρχιερεὺς ſeu *ſummus ſacerdos* vocitabatur. Certe & Annam antea dignitatem tenuiſſe ex Joſepho manifeſtum eſt. De hac ſententia videſis Carolum Sigonium lib. V. de Repub. Hebraeorum, cap. II. ejuſque ſequaces. Quarta ſententia eſt, Annam fuiſſe pontificem ſecundarium, *vicarium* ſeu סגן Caiphae, ideoque *pontificis* ſimul cum pontifice primario nomine deſignatum. Certe Joſephus Ellemi filius, qui Matthiae Theophili filio συνιεράσατο *in ſacris adjutor erat* & vicarius unicum in diem, id eſt, expiationis feſtum; nuncupatur etiam Joſepho ἕτερος ἀρχιερεὺς *pontifex alter*. Vide eum lib. XVII. cap. VIII. Et in magiſtrorum commentariis, vicarius pontificis, etiam *pontificis* nomine diſerte indigitatur, quod vide in iis quae ſub finem hujus capitis & capite primo libri ſequentis ea de re occurrunt. De hac ſententia conſulas Joſephum Scaligerum in prolegomenis Theſauro temporum praefixis, Caſaubonum Exercitat. XIII. §. 4, & 5. & Conſtantinum *L' Empereur* ad tit. Talmudic. *Middoth*. pag. 180. Quinta demum eſt illuſtriſſimi cardinalis Baronii, qui cum poſteriore ſententiae tertiae parte, quae ſtationum principatu nititur, aliam conjungit de Synedrii magni principatu velut huc attinente. *Non dicimus* (ſic ille in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti XXXI.) *Annam hac tantum ratione* (quoniam nimirum erat ordinis ſeu ſtationis alicujus ſacerdotalis princeps) *eſſe dictum principem ſacerdotum, ſed & alia prorſuſque diverſa; quam ſubinferimus. Erat quidem apud Judaeos ex ſenioribus atque magiſtris conflatum collegium, quod ab illis Synedrin* (*alias Sanedrin*) *dicebatur, conſtabatque ex ſeptuaginta duobus viris. Hujus originem a Deo per Moſen inſtitutam habes in libro Numeri, quando Deus Moyſi praecepit, ut ſeptuaginta viros deligeret, quos ſenes & magiſtros populi eſſe noſſet. Hoc ſeniorum collegium, junctis duobus aliis qui Heldad & Medad perſonas agerent* (*qui, licet remanſiſſent in caſtris, eodem tamen afflati ſpiritu prophetarunt*) *numero ſeptuaginta duorum ſemper perſeveravit in poſteris. Erat horum ſumma autoritas, ut qui de lege cognoſcerent, ac de propheta ac ſimul de regibus judicarent.* Dein pauculis interjectis; *Modo autem* (*quod ad rem propoſitam pertinet*) *qui praedictorum ſeniorum primus haberetur, idem princeps ſacerdotum dicebatur; cum alioqui ſummus ſacerdos primum omnium locum teneret, cunctiſque praeeſſet principibus ſacerdotum. Eratque horum perfunctio inſtar praefecturae Moſis & Aaron, quorum quandam ſimilitudinem exprimebant. Sicque Anna, cum eſſet ejuſmodi collegii princeps, merito, ſicut & Caiphas, princeps ſacerdotum dicebatur, licet utriuſque functio eſſet omnino diſtincta.* Et paulo poſt, *Videas inſuper in Evangelio* (D. Joannis capite XVIII.) *cum Chriſti cauſa ageretur, ac ſubinde de vero propheta quaeſtio eſſet, eundem primo ad Annam, tanquam ad principem ſacerdotum illius collegii eſſe perductum, ac demum ad Caipham, ſine cujus aſſenſu ſententia ferenda non erat. Videas etiam apud Acta Apoſtolorum, cum de lege eſſet judicium, nimirum de fide Chriſti, quam praedicabant apoſtoli, in eo conſeſſu primo loco nominatum Annam, inde Caipham, poſtea juxta conſeſſus ordinem Joannem, Alexandrum, ac caeteros. Haec ſunt quae de Annae & Caiphae principatu ſacerdotum inter ſe diſtincto habuimus dicenda.* Quod ad harum ſententiarum primam attinet, certe nullibi binorum ſimul pontificum pari jure ſimul utentium mentio extat. Et crebro apud Talmudicos occurrit, אין מושחין שנים כהנים גדולים כאחת, *Non ungebant binos in pontificatum ſimul.* Videſis Gemaram Hieroſolymitanam, ad tit. *Horajioth*, cap. III. fol. 47. col. 4. tantundem habetur eadem in Gemara, at tit. *Joma*, cap. I. fol. 38. col. 4. & ad tit. *Megilla*, cap. I. fol. 72. col. 1. Item Maimonides halach. *Celi Hammikdaſch*, cap. IV. אין ממנין שני כהנים גדולים כאחת, *Non conſtituebant binos ſimul pontifices*. Tantundem non raro in Talmude item Babylonio. Neque aevo illo, quo venalis fuit & tam deſultoria dignitas, bini

ullibi

ullibi pariter admiſſi ſimul leguntur. Et quod de Abiathare Zadoco conjuncto ſupra habetur, aut apud Joſephum de Manaſſe, qui *μέτοχος τῆς ἀρχιερωσύνης*, *pontificatus particeps* erat cum Jaddua, id de vicario aut *ſigene* potius capiendum. Quod de ſimilibus dicendum. Secunda vero, quae pontifices vult annuos, adeoque unico in anno commiſtos, Annam & Caipham, tametſi Joſephi pontificum laterculo nimium adverſetur, habet tamen etiam in commentariis Ebraeorum, quibus aliquantulum aſſeratur. Etenim de annui pontificatus uſu in poſteriori templi ſecundi aevo expreſſa eſt mentio in Gemara Babylonia, ad tit. *Joma*, cap. I. fol. 8. b. ubi de pontificatu pretio redimi ſolito agitur. Verba ſunt, ומחלפין אותה כל שנים עשר חודש, *Et permutabant illum ſingulis annis.* Vide ad Miſnam eandem Obadiam Bartenorium. Atqui interea temporalis hujuſmodi permutatio, veluti lege aut more certo ſubnixa ſibive conſtans, nullibi apud veteres eſt ſatis comperta. Etiam de compluribus in ipſo de quo loquitur Gemara intervallo (nam ad Haſmonaeorum tempora, & ea quae Simeonem Juſtum ſequuntur, ſpectat) conſtat ſatis eos non fuiſſe annuos, ſed perpetuos. Quod ad ſententiam tertiam & quartam attinet, certiſſimum quidem eſt, tum pontificum vicarios, tum eos qui ſive pontificatu deſtituti ſunt, ſeu expontifices, ſive oblationibus praeerant ſacerdotalibus, eo nomine inſigniri ſolitos, etiam & eos quibus erat pontificibus ſanguis conjunctior. Unde Joſepho (ex quo ſimilia Zonaras, alii) lib. XX. cap. VI. dicitur, *ἐξάπτεται τοῖς ἀρχιερεῦσι στάσις πρὸς τοὺς ἱερεῖς*, &c. *ἕκαστός τε αὐτῶν στῖφος ἀνθρώπων θρασυτάτων καὶ νεωτεριστῶν ποιήσας*, *Pontifices diſſidere coeperunt* (de tempore Agrippae junioris & Iſmaelis Phabaei filii pontificatu loquitur) *a ſacerdotibus*, &c. *& ſinguli incedebant ſtipati manu audaciſſimorum & ſeditioſorum hominum.* Et Haloſeos lib. II. cap. XXI. de Numidio Quadrato Syriae praeſide, *Ad Caeſarem*, inquit, *miſit τοὺς ἀρχιερεῖς Ἰωνάθην καὶ Ἀνανίαν, pontifices Jonathanem & Ananiam*; ubi etiam Jonathan ſeorſim paulo ante pontifex nominatur, cum tamen is diu antea eſſet exautoratus, uti ex laterculo liquet. Ananias autem ipſam pontificatus dignitatem tunc gerebat, quod ex libro XX. cap. III. & V. manifeſtum fit. Atque ut Annas & Caiphas ſimul apud D. Lucam junguntur *pontificum* nomine (ſcilicet ſi nominis tantum communionem ſpectes) ita apud Joſephum Jonathas & Ananias. Neque mirum forte videatur, Annam prae caeteris ita cum Caipha apud D. Lucam conjungi, qui ipſe expontifex tanti eſſet apud populares honoris, ut non ſolum quinque haberet, ut in laterculo, filios omnes pontifices (quod nemini antea accidiſſe notat Joſephus) atque nunc pontificem generum, ſed etiam primarias in actione in humani generis Redemptorem partes, velut juriſdictionis ſeu poteſtatis civilis, quae pontificibus tunc permiſſa eſt, ſocius ageret, quemadmodum a D. Joanne docemur. Et in Act. Apoſt. IV. 6. *Congregantur Annas pontifex, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, & quotquot erant ex genere archieratico*, ſeu *pontificali*; ubi Annas ita vocatur, officio ſacro Caipha etiam tunc fungente. Quin utrique *pontificum* nomine nuncupantur etiam exautorati, apud Joannem Antiochenum MS. lib. X. Hiſtoriarum, ubi, neſcio qua fide, tradit, Annam & Caipham pontifices cum Pilato vinctos, Neronis Auguſti juſſu, Romam ductos eſſe, atque ibi de judicio atque actione in Jeſum Chriſtum reſpondiſſe. Locus habetur in Excerptis Antiocheni nuper ab Henrico Valeſio ex Conſtantino Porphyrogenito editis. Sed codex ferme integer librorum ejus octodecim extat in bibliotheca Oxonienſi publica; cujus & editionem brevi futuram ſperamus. Summa eſt, & vicarios, & exautoratos, & ſanguine proxime conjunctos, ſtationumque ſacerdotalium principes, *pontifices* ſeu *ſummos ſacerdotes* nuncupari frequenter; id quod etiam in Evangeliis paſſim ſatis liquet. An vero ex hiſce fuerit rite elicienda ratio, curnam Annas ita cum Caipha nomine *pontificis* conjunctus, ei praeponatur, viderint eruditi. Ni pro expontifice aut vicario ſumatur, vix ſane eſt, ut ex ſententiis de *pontificis* nomine notionibus jam ante dictis communicato allatis, locum hic habere Annam quis admittat. At neutro modo ita Caiphae praeponendus fuiſſet, utcunque alias dignitatis prae caeteris egregiae, quod ſupra monitum eſt. Et *ſegenis* dignitas ejuſmodi erat, ut ſolenni ritu proxime ſecundus pontifici dextrum ejus latus, quemadmodum ראש בית אב, ſeu *princeps familiae ſacerdotalis* (quae puto vice ſua ſacris operam daret) ſiniſtrum in functione ſacra clauderet; quod docemur in Miſna, tit. *Joma*, cap. III. & IV. alibique. Nec ſane temere credendum videtur D. Lucam, qui Tiberii Auguſti, Pilati procuratoris, ac tetrarcharum nomine, annum, quo de loquitur, ſignaſſet, ſtatim bina, etiam ad tempora Ebraica denotanda, pontificum nomina ſubjungere voluiſſe, quorum alterum aut expontifex aut vicarius tantum; cum morem certiſſimum majorum fuiſſe ſciamus, eorum qui rebus ipſi praeerant, non vicariorum aut legatorum, nedum exautoratorum, nominibus annos & tempora ſignari. In re tam hactenus inacceſſa atque obſcura nimium haerere me fateor. Sed vero dum ſententiam quintam, quae Baronii & de Synedrio magno eſt, intueor, tametſi a viris doctis fere rejectam video, hanc nihilominus penitius introſpectam utcunque non ipſum, quod hic verum eſt, certe veriſimilioris ſententiae anſam praebere, non illibenter exiſtimarim. Scio quidem egregium illum virum hallucinationem ibi habere exploratiſſimam de numero illius Synedrii, quod non e LXXII. viris, ſed LXXI. perpetuo conſtabat. Nec ex Ebraeorum more conſeſſus habebatur juridicus, in quo numerus non ſemper impar. Haud minus a vero diſcedit, dum Synedrii illius principem ſemper *ſacerdotum principem* dici admittit. Nec eo modo Annam a Caipha diſtinctum, ut verbis citatis vult ille, concedere poſſum. Sed tamen utrumque ex Synedrii magni dignitatum ratione ita ſimul nominatum, non male forſan conjecerit, quiſquis rem totam cum Ebraeorum moribus rite perpenderit. Exhibere inter tot ſententias etiam mihi liceat conjecturam. Eam ut explicem firmemque, praemittenda ſunt nonnulla, quibus ſubnitatur. Primo, ex primaria reipublicae Ebraeorum inſtitutione, omnimodam juriſdictionem ordinariam cum imperio conjunctam fuiſſe in regibus, principibus, ſeu judicibus, atque in Synedriis, ſive magno illo Hieroſolymitano, qui conſeſſus

erat

erat LXXI. virorum, sive in caeteris XXIII. virorum, quae per urbes disposita. Id scilicet in Ebraeorum commentariis passim liquet. Secundo, pontificem seu sacerdotem summum, quatenus tantum sacra functione insigniebatur, cum imperio ex primaria illa institutione non praefuisse; adeo ut non male quis dixerit (ad exemplum locutionis usurpari solitae de episcopis, quibus territoria, dioeceses & jurisdictio est, & de suffraganeis, quibus etiam est episcopalis dignitas seu ordinis potestas, sed caetera desunt) ad pontificem ea quae sunt ordinis plene attinuisse, quae vero jurisdictionis ad principes & Synedria. Tertio, sive extra ordinem interdum sive innovata, ut sub templo secundo, maxime sub Hasmonaeis, reipublicae administratione, ita conjunctam fuisse pontificis ac principis dignitatem, ut qui pontificatum gereret, is etiam rebus cum imperio praeesset. Quarto, Ebraeis in Romanorum potestatem tandem redactis, ac dignitate pontificia, qua sacra functio erat, ita pro arbitrio praesidum atque procuratorum conferri, ut ostensum est, solita, jurisdictionem Hierosolymis omnimodam, praeter eam quae Ebraeis permissa est, praesidibus ac procuratoribus illis cessisse. Quinto, Ebraeis tunc permissam esse a Romanis jurisdictionem quandam utcunque minutam, qua judicia aliquot juxta leges patrias exercerent. Sexto, ex hac permissione Synedrium illud magnum ita etiam in temporibus de quibus loquimur, scilicet Christo Hierosolymis agente, locum habuisse, ut in eo de rebus gravioribus, veluti de propheta (qua de re rectissime Baronius, ut expressim docemur ex Misna, tit. *Sanhedrin*, cap. I.) agi soleret. Hinc est quod habetur in D. Marc. XIV. 53. *Et adduxerunt Jesum ad* (πρὸς τὸν ἀρχιερέα) *pontificem* (seu *summum sacerdotem*) *& convenerunt apud eum omnes* (οἱ ἀρχιερεῖς) *pontifices* (seu *summi sacerdotes*) *& seniores, & scribae*, &c. *Omnes autem summi sacerdotes* (seu *pontifices*, seu *principes sacerdotum*: nam ita ἀρχιερεῖς indiscriminatim redditur) καὶ ὅλον τὸ συνέδριον (*& totum Synedrium*, seu *omne concilium*) *quaerebant adversus Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant.* Idem etiam capite proximo evangelista, *Consilium*, inquit, *inibant summi sacerdotes cum senioribus & scribis, & totum Synedrium, & Jesum vinctum duxerunt, & tradiderunt Pilato.* Qui singulariter hic & signantius *pontifex* dicitur, Caiphas erat, uti diserte habet non solum D. Matthaeus, qui totidem ferme verbis cap. XXVI. rem de Synedrio narrat, sed etiam exemplaria aliquot D. Marci Graeca, praeter versiones tum Syriacam tum Arabicam. Divus etiam Joannes, cap. XI. com. 47. *Collegerunt ergo pontifices & pharisaei* συνέδριον (*Synedrium*, seu *concilium*) *& dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.* Res ipsa insuper & tota actionis ratio circa sententiam in Christum latam apud evangelistas narrata probat in Synedrium hoc magnum convenisse summos sacerdotes, scribas, & qui aliis nominibus ejusdem pars fuerint. Quin & Ebraei ipsi hoc agnoscunt. Nam ubi de Synedrii illius translatione e לשכת הגזית *liskat hagazith*, id est, *conclavi lapideo* (quod ipsum λιθόστρωτον seu *lapidibus stratum*, ni fallor, D. Joannes nuncupat) in חנות *chanoth*, seu *tabernas*, loquuntur illi, adjiciunt, pro re nata interdum in *liskat hagazith* seu *conclave* illud, quod templo Hierosolymitano conjunctum est, Synedrium rediisse, כי עבדא דישו וכיוצא בו, *ut in causa Jesu, & similibus*, quemadmodum legitur in Glossa Talmudica, ad tit. *Sanhedrin*, cap. IV. fol. 38. b. Septimo, postquam Romani praesides ac procuratores ita pontificatus conferendi potestatem suo pro libitu toties exercuissent, totum genus archieraticum locum in illis Ebraicae administrationis velut reliquiis, quae hactenus genti permittebantur, adeoque in Synedrii illius collegis locum principem, obtinere solitum esse, ut videre est tum in jam adductis de Synedrio ipso, tum aliis quae sunt ejusmodi, nec infrequentia in Evangeliis & Actis Apostolorum. Unde factum est quod in Arabica capitis quinti D. Matthaei versione, ubi mentio fit *Synedrii*, quod ibi pro Synedrio hoc magno tum ab interprete, tum a viris doctis non paucis (quam bene non hic disputo) sumitur; pro eo quod est *Synedrium*, substituitur ايمة الجماعة *sacerdotes congregationis*, seu *concilii*. Atque *ita* (sic adnotat Petrus Kirstenius) *simul exprimitur e quibus concilium tunc temporis inter Judaeos constiterit.* Scimus quidem *scribarum*, *pharisaeorum*, *seniorum*, *summis sacerdotibus* accedere etiam nomina, quoties fere Synedrium in Novo Foedere indicatur. Sed advertendum est & summos sacerdotes principem locum semper fere habere, & caetera illa nomina non alia esse, quam quae & ipsis summis sacerdotibus competere possent, & eos, qua praeessent, interdum etiam complecterentur; ut apud D. Matthaeum, cap. XXIII. 2. Octavo, Synedrio illi magno binos perpetuo praefuisse, quorum alter (qui praeses primarius) נשיא *nasi* seu *princeps* Synedrii, alter אב seu *pater* Synedrii, qui principi secundarius; qua de re Talmudici passim, maxime in tit. *Sanhedrin*, cap. IV. quibus adde Maimonidem, halach. *Sanhedrin*, cap. I. Et de hisce universis nos fusius, Deo volente, in libris de Synedrio seu consessu illo magno. Hisce ita praelibatis, animadvertendum est, nomina illa τοὺς ἀρχιερεῖς, *summos sacerdotes* seu *pontifices*, qua munus aliquod in decurtata illius aevi reipublicae Ebraicae formula denotant, aut functionem sacram indicasse, aut praefecturam seu dignitatem civilem, qua ipsi pontifices prae caeteris eminebant. Ubi de functione sacra dignitati propria simul cum pontifice verba fiunt, ibi ipsum qui singularem dignitatem, id est, pontificatum ab Aharone cum functione sacra derivatum, obtineret, etiam in aevo quo de loquimur denotari palam est; ut in epistola ad Ebraeos, atque in commentariis magistrorum qui illud ad aevum spectant, satis crebro. At vero ubi non omnino de functione sacra, sed de civili prorsus rerum administratione pontificum, id est, quatenus cum imperio a Romanis temperato praefuere, agitur, quemadmodum passim tum in Evangeliis tum in Apostolorum Actis, certe veri satis est simile ibi illo nomine designari pontifices, non qua in sacram dignitatem evecti sint, sed qua administratione civili praeessent. Quale profecto notionis nominis discrimen habetur in synodis aliquot vetustis

tis, ubi *comitum* mentio. Dignitas comitiva plane palatina erat. Et quemadmodum qua palatina erat, ad ſynodos non ſpectabat, ita qua in ſynodis vicariam Auguſti poteſtatem gererent comites, nomen illud cum palatio ſeu primaria ejuſdem notione commune nihil habuit. At vero in ſynodi Chalcedonenſis actione prima, occurrit, Δὸς τοὺς κόμητας, *date comites*, &, εἰσῆλθον οἱ κόμητες, *ingreſſi ſunt comites*. Ubi *comitum* (utcunque vocabuli generatim uſurpati) notio eam dignitatem ſingularem, cujus ratione vice imperatoris in ſynodo praeerant, qui comites erant, non omnino eam qua erant palatini aut vulgi ſenſu acciperentur, indicat. Adeo ut hoc velim, non magis pontifices qua pontifices & in ſacrae functionis dignitatem eveherentur intelligi, ubi memorantur in locis jam de civili adminiſtratione aliiſque hujuſmodi adductis, quam comites in ſynodo illa, qua ſingularis erat ea ſive in conſiſtorio ſive alibi in palatio dignitas. Hinc, ſi conjecturae venia detur, exiſtimarim Annam & Caipham *pontifices* ſimul a D. Luca dictos, non qua ſacrae functionis dignitas illo nomine denotatur, ſed qua civilis eorum adminiſtratio, uti & caeterorum quibuſcum conjunguntur, ad ipſum annum de quo verba ibi fiunt indicandum, denotaretur; ſcilicet Annam tunc fuiſſe Synedrii (ut etiam & ipſe vult illuſtriſſimus cardinalis) principem, Caipham vero ejuſdem patrem. Fingatur binas ejuſmodi fuiſſe comitum in ſynodo quam diximus, aliave qualicunque (nam & in Epheſina *comitum* mentio obvia) praefecturas. Si quis annum in ſynodi actis Caeſariani imperii notaſſet, atque adjeciſſet, verbi gratia, ἐπὶ δὲ τῶν κομήτων Εἰρηναίου καὶ Διονυσίου, *ſub comitibus Irenaeo & Dionyſio*, certe nemo hic *comites* nominatos qua comites, ex vulgari & originaria vocis notione exiſtimaſſet, ſed ex praefecturis ipſis quas fuiſſent ſortiti ipſi; ut, pro more aevi, alii comitum nomine eminentes. Atque hoc ſane admiſſo, difficile non eſt dijudicare, curnam in Evangeliis ita mutuas invicem tradant in actione adverſus Chriſtum operas Annas & Caiphas, uterque etiam *pontificum* nomine; nimirum eo nomine quo ratione dignitatis ac generis archieratici (ut tunc tempora fuere) Synedrio, in quo actio illa inſtituta eſt, modo indicato, praefuere. Idem dici non incommode poteſt de Anna pontifice & Caipha cum caeteris Synedrii adſeſſoribus in quarto Actorum memoratis. Ita demum cur Caiphas, quem ſacram dignitatem ipſam velut Aharonis ſucceſſorem geſſiſſe intervallo illo ex Joſepho docemur, Annae poſtponatur, ratio non inepta reddi poteſt. Etenim principi Synedrii pater Synedrii erat ſemper ſecundarius. Sed vero nec principis nec patris Synedrii munus ſemper perpetuum erat, ſed ab alio ad alium pro re nata translatum. Quod ex titulo Talmudico *Horajioth*, cap. III. aliiſque magiſtrorum commentariis elicitur. Et forſan tunc temporis annuum erat, ne imperii ejuſmodi prorogatio caeteris generis archieratici fraudi foret. Atque illinc forſan altera illa quaeſtio de Caiphae pontificatu ſuo anno apud D. Joannem deſignato ſolvenda. Nam ut *pontificum* nomen plurale in ſacra rerum civilium adminiſtrationis enarratione judices ac judicum praeſides (juxta ea quae jam dicta ſunt) ſignificabat, ita ſingulare *pontificis* nomen cum anni ejuſmodi denotatione uſurpatum, ipſum Synedrii principem ſignificaſſe quis exiſtimarit. Adeo ut anno Tiberii XV. ſeu in loco illo D. Lucae, Annas eſſet princeps Synedrii, Caiphas pater; anno vero paſſionis Annas pater, Caiphas princeps; poſtmodum vero Annas, inter ſuos utpote eminentiſſimus, itidem princeps, & Caiphas pater, ut in Actorum quarto. Certe etiam Ananias pontifex in Actis Apoſtolorum, cap. XXIII. 5. ubi Synedrio praeeſt, ἄρχων τοῦ λαοῦ *princeps populi* (qui forte ipſe Synedrii נשיא ſeu *princeps* eſt) agnoſcitur. Alia ſunt ejuſmodi in N. Foedere, ex ejuſmodi ratione forte intelligenda. Neque objiciat quis, ita fieri, ut ipſe ſacerdos ſummus qui in ſacrae functionis dignitatem evectus eſſet, principi Synedrii, dum pater eſſet ipſe, poſtponeretur, adeoque eo minor in illa reipublicae formula exiſteret. Id quidem adeo verum erat in civili rerum de qua loquimur adminiſtratione, ut Synedriorum ipſorum, non ſolum magni, ſed etiam minorum, juriſdictioni ſubeſſet pontifex ipſe, qui ſacrae functionis dignitatem gerebat, quod ex tit. *Sanhedrin*, cap. II. & paſſim in Ebraeorum liquet commentariis. Unde quomodo ipſi principi Synedrii, qua locum in Synedrio teneret, ſecundarius eſſet, minus eſt mirandum. Etiam advertendum eſt, moneri inſuper a doctiſſimis Rabbinis, paria nominum, per quorum manus in ſeculis anterioribus lex eorum oralis tradita eſt, ita eſſe in ſolenni eorundem recenſione intelligenda, ut alterum Synedrii principem, alterum patrem Synedrii denotet. Vide *Sepher Juchaſin*, fol. 159. a. Adeo ut hoſce ſignantius conjunctos prae caeteris eſſe, ſimulque in rebus gravioribus nominatos, novum non ſit autumare. Et frequentiſſima eſt apud Talmudicos mentio Ezrae, atque aliorum ejuſmodi, ובית דינו *& Synedrii ſui*, ubi de rebus decernendis agitur; perinde ac ſi tunc pro Synedrii principibus ex more eſſent ſemper accipiendi. Sed horum pleraque in libris, quos diximus, de Synedrio illo ſeu conſeſſu magno luculentius exequimur. Conjecturae autem veniam ſperamus, ejuſce, ſi viris doctis diſplicuerit, non adeo pertinaces. Ad Nicephorum patriarcham redimus. Theophilo, apud eum, Jonathae fratri, adjiciendum eſt ex codice MS. ὃν ἔπαυσεν Ἀγρίππας, *quem deſtituit Agrippas*. Praetermiſſo in Graeco codice Matthia, qui numerum in Joſephi laterculo decimum ſextum obtinet, ponitur Jonathan ejus frater Simoni proximus, atque iterum pontifex, quem dignitatem recuſaſſe diſerte memorat Joſephus. Ratio, puto, Nicephoro erat, quia eum pontificem poſtmodum dictum a Joſepho (ut jam animadvertimus) compererat, cum plane expontifex tunc tantum eſſet. Quod ſequitur Graecis depravatum nimis & mancum eſt, atque ex MS. ita reſtituendum, Ἰωνάθης, Ἀιλιωναῖος, ὁ καὶ (lege Ἀιλιωναῖος καὶ, &c.) Ἰώσηππος, Ἀνανίας ὃν δέσμιον Κοδρᾶτος εἰς Ῥώμην ἐπέπεμψεν. Ἰσμάηλος, Ἰώσηππος ὑπὸ Νέρωνος κατασταθείς, *Jonathas, Ailionaeus, & Joſephus. Ananias, quem vinctum Romam miſit Quadratus. Iſmaelus, Joſephus a Nerone conſtitutus.* Codex editus tantum pro hiſce habet, Ἰωνάθης Ἀιλιονέων, ὁ καὶ Ἰώσηππος, ὑπὸ Νέρωνος κατασταθείς, *Jonathas Ailioneon, qui & Joſephus a* Nerone

Nerone conſtitutus. At Latini codices hic manuſcripto Graeco fere concordes. Ananum vero Anani ſeu Annae filium *Ananiam* appellat, & eum facit de quo Act. Apoſt. XXIII. 2. Poſterioris autem hujus intervalli pontifices aliquot aliter Rabbinis memorantur. Abraham Zacuthius, in *Sepher Juchaſin*, fol. 25. a. אליועיני בן הקף וחנמאל המצרי שניהם כהנים גדולים ועשה כל אחד מהם פרה קודם ישמעאל בן פאבי בפ׳ ג פרה, *AElioini filius Hachaph, & Chanameel AEgyptius, utrique pontifices fuere, & vacca rufa fecerunt, ante Iſmaelem filium Phabi; ut habetur capite* III. *de Vacca rufa.* Ita ſane in *Miſna* ejuſdem tituli. De Iſmaele filio Phabei, qui numerum in Joſephi laterculo ſuperiore occupat vigeſimum, verba fieri non dubito, & AElioini ipſum eſſe AElionaeum, de cujuspatris nomine lectiones (ut oſtenſum eſt numero ejuſdem laterculi XVII.) variant. Sed de Chanameele apud Joſephum ac ſcriptores Chriſtianos nihil compertum. Alibi etiam Zacuthius eum memorat, & Iſmaelem filium Phabei praeceſſiſſe. Vide eum fol. 56. b. & 63. b. Quod vero aiunt Iſmaelem hunc decennio dignitatem tenuiſſe, id nimium Fl. Joſepho adverſatur. Sed Gorionidi unicus ei pontificatus annus tantum tribuitur. Utrum Iſmaelus hic idem fuerit, qui a Valerio Grato, imperante Tiberio, dignitate eſt donatus, non ſatis liquet. Certe temporis intervallum vix commode patitur, ut non ſint diverſi. Sed animadvertendum eſt, neutiquam Iſmaelis F. Phabi nomen in deſignandis qui praeceſſerint futiliter uſurpari. Idem eſt ac ſi dixiſſet, pontifices fuiſſe Chanameelem & AElionaeum tempore quo pontificatus & ſacerdotii dignitas ſplendorem ſuum hactenus retineret. Nam de Iſmaele hoc diſerte *Miſna*, tit. *Sota*, cap. IX. משמת רבי ישמאל בן פאבי בטל זיו הכהונה, *Ex quo mortuus eſt Iſmaelus filius Phabi, ceſſavit ſplendor ſacerdotii.* Ac ſi qui ſequerentur, ſine ſplendore dignitati tantae debito, pontificatum geſſiſſent. Vaccae rufae autem ſacrificium (de quo lex habetur Numer. XIX. 2.) nonies tantum praeſtitum, aiunt in Miſna jam dicta; ſub Moſe ſemel, atque itidem ſub Ezra, ſub Simeone Juſto bis, ſub Joanne [Hyrcano] toties; ac denum ſingulis vaccis feciſſe ſingulos illos tres ex Abraha Zacuthio jam memoratos. Sub ipſo autem excidio Iſmaelem F. Eliſha, quem & unum aiunt fuiſſe מעשרה הרוגי מלכות, *ex decem iis qui tunc ob perduellionem morte plexi ſunt*, כהן גדול ſeu *pontificem* etiam faciunt. Videſis *Sepher Juchaſin*, fol. 25. a. & 31. a. & 63. b. Forte inoleverat, ut ipſi Ebraei clam pontificem conſtituerent alium praeter ipſum qui ſive a praeſidibus Romanis ſive a regibus palam factus. Qua de re etiam antea monitum eſt. Atque inde forſan, aut ex vicaria pontificis opera praeſtita, interpretandum eſt illud quod toties occurrit in Gemara Hieroſolymitana; Simeoni F. Camithi fuiſſe fratres ſex, qui univerſi ſummi pontifices. Verba ſunt ad tit. *Horajioth*, cap. III. fol. 47. col. 4. מעשה בשמעון בן קמחית שיצא לטייל עם המלך ערב יום הכיפורים עם חשיכה ונתזה צינורה של רוק מפיו על בגדיו וטימאותו ונכנס יהודה אחיו ושימש תחתיו אותו היום ראה אימן שני בניו כהנים גדולים שבעה בנים היו לה לקמחית יכולן שימשו בכהונה גדולה *Narratur de Simeone filio Camithi, qui pridie diei expiationum, ſub crepuſculo, exibat ambulatum cum rege* (Archelao tetrarcha) *quod defluebant ei ſtillae ſputi in veſtimenta ejus, atque eum inquinabant; unde ingreſſus eſt frater ejus Jehuda, qui vicariam ei praeſtaret operam. Eodem ſic die viſi ſunt bini ejus filii ſimul pontifices. Etenim ſeptem fuere Camitho filii, quorum unuſquiſque pontificatu functus eſt.* Id ipſum habetur in Gemara eadem, ad tit. *Joma*, cap. I. fol. 38. col. 4. & ad tit. *Megilla*, cap. I. fol. 72. col. 1. Atque etiam in Talmude Babylonio, ad tit. *Joma*, cap. I. fol. 47. niſi quod, pro *Simeone*, *Iſmael Ben Camithi* ibi in editis aliquot exemplaribus perperam legatur. Vides hic pontificem vicarium, ſeu unicam in vicem ſuffectum, *pontificem* praeciſe dici. Utrum caeteri Camithi filii eam ob cauſam, an quia a populo clam ſurrogati ſint, dignitate functi dicantur, aut in ſerie, quam ſupra ob oculos ex Joſepho poſuimus, ſub aliis nominibus depravatis, quaerendi fuerint, decernere nequeo. Certe obſervandum eſt etiam numerum pontificum ſecundi templi multum in Talmude utroque, ab eo, qui in Joſepho habetur, diſcrepare. Nam apud hunc lib. XX. cap. VIII. compertus eſt, ad ipſum templi ſecundi excidium ab inſtauratione, numerus quinquaginta duorum. At vero in utraque Gemara, ad titulum *Joma*, cap. I. alii octoginta ſtante templo ſecundo dignitate fuiſſe functos aiunt, alii plures, etiam uſque ad octoginta quinque. Et ad hanc rem inprimis advertendum eſt quod in primo contra Apionem habet Joſephus, Οἱ ἀρχιερεῖς παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρός εἰσιν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, *Pontifices apud nos a duobus millibus annorum nomine deſignati, filii ex patribus, habentur in laterculis.* Quod de annorum numero ſcribit, intelligere nequeo. Nam etiam, ex ſuiipſius alibi calculo, trecentis annis aut circiter minus eſt intervallum ab Aharone ad ejuſce ſeculum. At vero, ut annorum numerum praetermittamus, ſucceſſio hic memorata ad pontifices ſive a Syrorum regibus ſive a Romanis aut ex eorum autoritate, abſque ſanguinis proximitate, creatos attinere, puto, nequit. Nonne igitur laterculos innuit eorum, qui veri haeredes habiti, turbidis in rebus contra dominantium libidinem non erant palam agnoſcendi? Commentum adjicimus hic ex *Thoſiptha*, ad tit. *Joma*, cap. I. fol. 9. a. de numero pontificum tam primi quam ſecundi templi, quod ſane obſervatu in re adeo inacceſſa indignum omnino non eſt. Ad locum ſuperius allatum ex Gemara utraque de numero octodecim pontificum templi primi, notatur in *Thoſiphtha* non octodecim ſed octo tantum a nonnullis ibi potius intelligi, idque ex I. Paral. VI. 10. eliciendum, ubi legitur, *Azariah, qui ſacerdos in templo quod extruxit Salomon*, & dein recenſentur *Amariah, Achitob, Zadoc, Shallum, Chelkia, Azariah, Saraiah, & Jehoſedec in captivitate Babylonica aſportatus.* Adeo ut extremo, cui defuit templum, praetermiſſo, octo relinquantur, qui templo primo dignitate fungerentur. Sed interea tam ex fide exemplarium utriuſque Talmudis, quam ex autoritate vetuſti libri *Siphri* dicti, legi quidem ibi octodecim; quod tamen juxta ſententiam illam ita interpretandum, ut ex illis octodecim novem

eſſent

effent *fegenes* feu pontifices vicarii, reliqui pontifices ipfi feu primarii. Quin & in fecundo templo eadem ratione fuiffe circa DC pontifices, fcilicet CCC qui primarii, totidemque vicarios. Certe pontifices in ipfa Gemara ibidem templi fecundi funt numero rotundo trecenti; quorum (ut nonnullis ibi placet) כל אחד ואחד לא הוציא שנתו, *nullus annum fuum fuperavit*, id eft, ultra annum eorum nemini prorogata eft dignitas. Quod fane tum hiftoriis Chriftianorum, tum Jofepho, aliifque etiam ex ipfis Talmudicis nimium adverfatur. Alia etiam affertur in *Thofiphtha* fupputatio pontificum octodecim, quae non a templi primi initiis, fed ab ipfo pontificatu Eleazaridis iterum donato, feu a facra illa in Numeris, cap. XXV. 13. ejufdem confirmatione, incipit. Adeo ut inter Phineefum, cui facra illa facta eft confirmatio, atque Saraiam, qui abductus caefufque eft, perpetua Eleazaridarum octodecim feries, juxta citatum Paralipomenon locum, praetermiffis omnino Ithamaridis (veluti quorum ratio in Talmudica illa numeratione nulla eft) ex illa fententia habeatur. Sed vero proximos illos Phineefi nepotes in vetuftis Ebraeorum commentariis (fi Jofephum excipias) alibi pontificibus accenferi non memini compertum.

C A P. XIII.

De eo quod apud veteres, de perpetua regni & pontificatus apud Ebraeos conjunctione, occurrit.

PRaetermittendus hic non eft veterum aliquot error ille manifeftus, Ebraeos fibi femper eofdem reges habuiffe & pontifices. Ita Trogus in Juftini Epitoma, lib. XXXVI. *Poft Mofen*, inquit, *filius ejus Aruas* (feu, ut codices aliquot MSS. *Arruans*, pro *Aarone* proculdubio, ut fieri in hujufmodi nominibus amat, fubftitutus & cognatione falfa Mofi conjunctus) *facerdos facris AEgyptiis, mox rex creatur: femperque exinde hic mos apud Judaeos fuit, ut eofdem reges & facerdotes haberent; quorum juftitia religione permixta, incredibile quantum coaluere.* Diodorus item lib. XL. apud Photium de Mofe verba faciens, Καὶ τὴν τῶν νόμων, inquit, καὶ τῶν ἐθῶν φυλακὴν τούτοις (ἱερεῦσι) ἐπέτρεψε· διὸ καὶ βασιλέα μὲν μηδέποτε τῶν Ἰουδαίων, τὴν δὲ τοῦ πλήθους προστασίαν δίδοσθαι διὰ παντὸς τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν. Τοῦτον προσαγορεύουσιν Ἀρχιερέα, καὶ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, *Legum atque morum cuftodiam facerdotibus permifit. Unde eveniebat, regem quidem apud Judaeos non fuiffe, fed populo femper praefuiffe aliquem ex facerdotibus qui intelligentia ac virtute praecelleret. Hunc appellant fummum facerdotem (feu pontificem) eumque exiftimant ipfis effe mandatorum Dei nuncium.* Error quidem ipfe craffus; fed qualem non mirum eft imbibiffe hos fub Augufti aevum fcriptores. Etenim Hiftoriam Sacram plane ignorantes, veterem Ebraeorum politiam, ex ea quae tunc noviffima fuerat, nempe tum Hafmonaeorum regno, tum archieratici generis fub Romanis praefectura, aeftimabant. Neque fane ante Hafmonaeorum res, Ebraeorum nomen ac politiam apud Graecos aut Latinos adeo claruiffe comperimus. Tunc vero ex legationibus, foederibus, rebufque bellicis, utrifque haud parum Ebraei innotuere: quod ex Maccabaicis & Jofepho fatis liquet. Etiam & confcriptum eft volumen tunc utrifque legendum, cui titulus, Βιβλίον ἡμερῶν ἀρχιερωσύνης Ἰωάννου τοῦ Ὑρκανοῦ, *Liber Chronicorum pontificatus Joannis Hyrcani*, ut videre eft I. Maccab. XVI. 24. qui Vulgata verfione dicitur *Liber dierum facerdotii ejus.* Etiam & Graece extitiffe opus illud Lugduni, in bibliotheca, quae fuerat Sanctis Pagnini, fub annum Chrifti MDLX. teftatur Antonius Poffevinus in Apparatu Sacro; fed incendio, anno proximo, ipfam conflagraffe bibliothecam. Cum igitur cernebant illius aevi fcriptores, eofdem fuiffe Ebraeis per centum amplius annos (nam totidem praefuere Hafmonaei) pontifices & reges feu principes; quin & pontificibus, pro dominantium libidine poftmodum fuffectis, tantam prae aliis in adminiftratione civili poteftatem permiffam fuiffe, aliquam itidem gentis fuae praefecturam, προστασίαν *praefulatum* feu *principatum* quendam, eos (quemadmodum ferme in Anglia olim hodieque in Germania Ebraeorum epifcopus feu presbyter fummus) femper obtinuiffe, quod etiam tum ex Jofepho, tum ex hiftoria evangelica, atque e fupra dictis, cuivis facile elicitur; inde hallucinati exiftimarunt pariter anterioribus in feculis, atque ab ipfis reipublicae facrae primordiis, regnum femper atque pontificatum apud illos conjunctum fuiffe. Hifce igitur in rebus doctior Tacitus, quippe qui & Fl. Jofepho coaevus & fcriptorum ejus forfan lector erat, honorem pontificatus regno affumptum effe, non perpetuo conjunctum, ipfum Hafmonaeorum principatum palam indicans, memorat. *Rex*, inquit, *Antiochus demere fuperftitionem* (Judaeorum) *& mores Graecorum dare adnixus, quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus eft. Nam ea tempeftate Arfaces defciverat. Tum Judaei, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis (& Romani procul aberant) fibi ipfi reges impofuere, qui mobilitate vulgi expulfi, refumpta per arma dominatione, fugas civium, urbium everfiones, fratrum, conjugum, parentum neces, aliaque folita regibus aufi, fuperftitionem fovebant: quia honor facerdotii firmamentum potentiae affumebatur.* Sic ille in Hiftoriarum quinto. Sed & fcriptores Chriftiani veteres audacter a reditu ex captivitate Babylonica ad feculum quo natus eft Chriftus, genti tradidere Ebraeorum praefuiffe, qui tam regum feu principum quam pontificum fimul nomine ungerentur; adeo ut in eo intervallo regnum & pontificatum conjungi velint. Seculum autem illud ab Alexandri Jannaei alii, alii a filii ejus Hyrcani exceffu & Herodis magni tempore aufpicantur, ita in eo finiri volentes Danielis prophetae hebdomadas, atque tunc excifum effe *Unctum*, feu veterem unctorum tum regum tum pontificum progeniem, ipfamque legitimam ad veterem ritum unctionem terminum accepiffe. Qui Herodis tempori atque Hyrcani exceffui haec tribuunt, ut plerique, ob ejus, utpote alienigenae feu profelyti, regnum atque Ananeli

neli eorumque qui ſequuntur venalem pontificatum id faciunt. Qui Alexandrum Jannaeum poſtremum hic fecere, id voluere, eo quod illi demortuo ſucceſſit Salina ſeu Alexandra uxor, pro cujus arbitrio pontificatus, ut ante docetur, Hyrcano filio donabatur. Ita enim legitimam ſucceſſionem finem aiunt ſortitam eſſe. De hac re videſis Euſebii Chronicon, numero MDCCCCLXXXIII. eundem lib. VIII. Demonſtrationis Evangelicae, & Eccleſiaſticae Hiſtoriae, lib. I. cap. X. Cedrenum, Chronicon Alexandrinum, Excerpta Euſebii, Africani, aliorum Graecobarbara, pag. 65. praeter recentiores qui annales conſarcinant, & Epiphanium in Haereſi XXIX. quae eſt Nazaraeorum; ubi omnimoda annorum accuratione neglecta, & legitimae ſucceſſionis in Alexandro Jannaeo finis atque inſtaurati in Jeſu Chriſto pontificatus ratione tantum habita, ita oſcitanter conjunguntur Herodes, Jannaeus, Auguſtus & Chriſtus, ut diſerte, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀπὸ γένους ἱερατικοῦ καὶ βασιλικοῦ, *tempore Alexandri genere ſacerdotali & regio oriundi*, Chriſtum natum etiam afferatur. Medelam adhiberi vult vir ſummus ad Euſebii numerum citatum huic Epiphanii loco, quam vide. Certe id interea animadvertendum ex hujuſmodi annorum & rerum confuſione, Ebraeorum aliquot etiam falſam invaſiſſe olim opinionem, tempora Jannaei & natalium Chriſti (quae revera centum amplius annis disjunguntur) concurriſſe. Abraham Ben David in Cabala; כותבי זכרנות בישראל אומרים שיהושע בן פרחיה רבו של ישו הנצרי ואם כן הוא בימי ינאי המלך היהודים, *Hiſtoriographi Iſraelitarum dicunt Joſuam Ben Perachia magiſtrum fuiſſe Jeſu Nazareni; quod ſi ita eſt, neceſſe eſt ipſum fuiſſe in diebus Janai regis Judaeorum.* Fuere etiam qui non ſolum conjunctum volebant regnum & pontificatum ab ipſo captivitatis tempore, ſed etiam ipſos Haſmonaeos tam pontifices quam principes ex familia Davidica ſeu regia, id eſt, ex tribu Juda, fuiſſe, tradere non ſunt veriti. De utriuſque tribus commixtione, vide Cedrenum, & Epiphanium loco citato. De Haſmonaeis autem, Saidus Batricides patriarcha Alexandrinus, Auguſti tempora exequens,

وكان ملك اليهود قد انقطع من ال داوود منذ
وقت سباهم نبختنصر لان اليهود لا يملكون
عليهم ملكا والي اليوم الا من نسل داوود
وكان كاهنا من نسل داوود يقال له
ارسطوبل يدبر اليهود كالملك

Reges, inquit, *Judaeorum olim a ſtirpe Davidica deſumebantur, etiam a tempore quo in captivitatem abducti ſunt a Nabuchadneſare; ſiquidem Judaei regem ſuper ipſos minime conſtituerunt, uſque ad diem hodiernum, qui non eſſet ex ſtirpe Davidica. Erat autem ſacerdos ex Davidica ſtirpe cui nomen erat Ariſtobulus; & Judaeis ut rex praefuit.* De Ariſtobulo Hyrcani fratre, cujus etiam poſtea meminit, loquitur. Sed neque Ariſtobulum ſeu Haſmonaeos ſtirpi Davidicae per conjugia conjunctos fuiſſe, probari poteſt. Ex Levitica quidem tribu, genere ſacerdotali, atque ex vice Joaribi oriundos ſatis ſcimus ex primo Maccabaeorum. Neque ſatis probari poteſt illud de conjuncto regno ac pontificatu poſt reditum e captivitate, ad Haſmonaeorum exitum. Verum quidem eſt, non abſurde eum facere qui ex Jaddi pontificis hiſtoria apud Joſephum, & Abraham Ben David in Cabala conjiceret, ſummam rerum penes eum fuiſſe, cum Alexander Macedo Hieroſolyma adveniebat. Et partes regias ei manifeſto ſatis attribuit Joſephus. Ad eum ſcribit Alexander, ut forum rerum venalium exercitui ſuo permitteret, atque ut ea quae antea Dario conferre ſoleret, nunc daret Macedonibus. Reſpondet pontifex ſe juramento obligatum Dario, hoſtibus ejus ſe neutiquam opem laturum. Quo reſponſo iratum regem, poſtmodum ut imperator ſeu rex gentis ſuae, non minus ac pontifex, excipit. Quae fuſius narrat Joſephus, atque ex eo alii. Foedus item ab eo cum Alexandro initum. Quae omnia jura ejus majeſtatis tunc temporis deſignant. An ea fuerint temporaria an perpetua, non diſputo. Sed vero vix dubitare queo, quin hiſce coaevus & Alexandri praeceptor Ariſtoteles, etiam ipſum Ebraeorum ſub Jadduae pontificis & Alexandri adventus tempora, reipublicae ſtatum in animo haberet, cum de civitatibus aliquot locutus eſt, apud quas θυσίαι καταλελείφθησαν τοῖς βασιλεῦσι μόνον· ὅπου δὲ ἄξιον εἰπεῖν εἶναι βασιλείαν, ἐν τοῖς ὑπερορίοις τῶν πολεμικῶν τὴν ἡγεμονίαν μόνον εἶχον, *ſacra ſolum regibus* [domi] *relicta ſunt: ita tamen ut regni nomen in eo retineretur, quod foris rebus bellicis praeeſſent.* Locus eſt Politicorum III. cap. X. Etiam de Jaſone pontifice ab Antiocho Epiphane creato Joſephus in libro de Rationis Imperio, cap. IV. ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτῷ καὶ ἀρχιερᾶσθαι καὶ τοῦ ἔθνους ἀφηγεῖσθαι, *ille vero eum conſtituit tum pontificem tum gentis ſuae principem.* Singularia ejuſmodi ſunt forte alia. Sed de univerſis caeteris illius intervalli temporibus ex hiſce decernendum tuto non eſt. Quin genti, pontificatum gerente in ipſo e captivitate reditu Joſua filio Joſedeci, praefuit Zerubabel ex tribu Juda; cui in principatus dignitatem ſucceſſiſſe poſteros ejus ſcribunt Ebraei in Seder Olam Zuta; Meſchullamum ſcilicet filium, hujus dein filium Hananiam, Hananiae item filium Baraciam, atque hujus itidem filium Haſadiam; & poſt horum principatum, in Haſmonaeis coepiſſe regni & pontificatus conjunctionem. Quod vero habent hic de τῷ κατὰ τοὺς νόμους χρίσματι, ſeu *legitima unctione*, qua regia, qua pontificia, in Haſmonaeorum exceſſu finita ſcriptores Chriſtiani, id quam vero ſit conſonum, ex iis quae libro proximo de unctione pontificali ex Ebraeorum commentariis traduntur, eſt expendendum.

Libri Primi Finis.

DE

DE SUCCESSIONE IN Pontificatum Ebraeorum.

Liber Secundus.

CAP. I.

Sequentium distributio. De Sanguinis proximitate, cujus in pontificatus, uti etiam in aliarum apud Ebraeos dignitatum, successione ratio habebatur. Et de segene, seu pontifice secundario seu vicario.

QUAE juris sunt, seu legitima quae ad successionem pontificalem apud Ebraeos spectabant, in genere cernuntur triplici. Primum est, personae qualitas. Secundum, ritus solennes in novo pontifice consecrando adhibiti. Tertium, potestas forensis seu jurisdictio, cujus autoritate de binis illis erat decernendum. Personae qualitas in specie reperitur quintuplici. Perpendebatur I. Sanguinis proximitas, II. Natalium puritas, III. AEtas ministerio sacro idonea & legitima, IV. Corporis habitudo, V. Animi integritas ac vitae, & existimatio. Proximitas, quae sufficiebat hic, duplici nitebatur praerogativa; altera quae sexus erat, quae actatis altera. Sexus rationis par jus habebatur in universis, quibus deferendum erat τὸ τῆς ἱερωσύνης μεγαλεῖον, *sacerdotii cujuscunque dignitas*; idque ex primaria ejus institutione. Neque enim solum, qui masculus esset, admittendus erat, sed is etiam duntaxat qui ex masculis tantum in stirpe Aharonica esset oriundus; adeo ut nepos ex filia, caeterique sequiori ita conjuncti sexu, semper, non aliter ac filiae, dignitate arcerentur. Unde Moses Maimonides ad illud Numerorum capite XVIII. 4. זר seu *alienigena*, sive *extraneus*, *non miscebitur vobis*, τὸ זר seu *alienigenam* pro universis illis sumit, qui ex Aharonis prole mascula non fuerint masculi. Verba ejus sunt in halach. *Biath Hammikdasch*, cap. IX. אי וזהו זר כל שאינו מזרע אהרן הזכרים שנאמר וערכו בני אהרן והקטירו בני אהרן בני אהרן ולא בנות אהרן, *Extraneus* (seu *alienigena*) *hic est, quisquis non fuerit ex semine Aharonis, idque ex masculis, secundum id quod scriptum est* (Levit. I. 18.) ET DISPONENT FILII AHARON, & (Levit. III. 8.) ADOLEBUNT FILII AHARON. *Filii Aharon, & non filiae Aharon.* Et cujus ipsae capaces neutiquam fuere, ut dignitas ea ad earum posteros jure transmitteretur haereditario, fieri nequibat. Quemadmodum autem omnes masculi e masculis oriundi in stirpe Aharonica, sacerdotali dignitate, ubi, ob causam aliquam earum quae infra indicantur, arcendi non erant, gaudebant; ita mortuo pontifici is tantum ex ejusmodi masculis jure succedebat, qui aut filius erat primogenitus, aut nepos primogenito vicarius, aut aliter, in haereditariae successionis in bona stemmate, primogeniti atque proximi locum, ubi nil aliud obstabat, obtinebat; foeminis & qui ex eis nati, omnino praetermissis. Quod aetatis hic praerogativam appellamus; *primogeniti* & *natu maximi* vocabula idem hic sonant. Hinc ob aetatis praerogativam anteponebatur in successione Eleazarus Ithamaro natu major. Josephus lib. IV. Originum Judaicarum, cap. IV. πρὸς Ἐλεάζαρον διὰ τὴν ἡλικίαν ἡ ἀρχιερωσύνη παραγίνεται, *Ad Eleazarum propter aetatem pontificatus advenit.* Inde etiam in Hasmonaeorum pontificatu praefere-

Maimonidem, halach. *Iſuri Bia*, cap. XVII. praeter *Magid Miſna* ibidem. Et Nicholaus Mongeorgius in codice de Moſaico & vetere jure enucleando, pag. 161. *Seniores*, inquit, *populi Iſrael, praehabito maturo conſilio ac deliberatione, decrevere magnum ſacerdotem unica uxore fore contentum.* Quin quod habetur in II. Paralip. XXIV. 2. de binis Jehoiadae pontificis uxoribus, id intelligunt ii, qui ſententiam hanc amplexantur, de altera poſt alterius ſive mortem ſive repudium ducta, aut pluribus ſimul ductis antequam in pontificatum ſuccederet, ſaltem de altera in paraſceve feſti expiationum libello ejecta. Nam tempore illo ſanctiſſimo binas pontifici retinere utcunque illicitum habebant, ut ſcilicet inquinamenti anſa minueretur. Videſis Maimonidem, halach. *Celi Hammikdaſch*, cap. V. Sed vero apud Ezekielem, cap. XLIV. 22. de ſacerdotibus legitur, *Viduam & repudiatam non ducent in uxores, ſed virgines quae ſunt de ſemine domus Iſrael*, והאלמנה אשר תהיה אלמנה מכהן יקחו, quod Vulgata vertitur, *ſed & viduam, quae fuerit vidua, a ſacerdote accipient.* Haec quidem ſonare videntur, ac ſi vidua nulla, praeter eam quae ſacerdoti marito ſuperſtes eſſet, ſacerdoti fuiſſet ducenda, ſed tantum virgo. Caeterum Ebraei ita in loco illo ſingula ſingulis diſtribui volunt, ut vidua tantum ſoli pontifici, ei vero cum caeteris ſacerdotibus repudiata interdici intelligatur, uti & virgo duntaxat pontificis connubio aſſignari: ut ita nimirum cohaereant cum lege in Levitico lata. Et demum verba illa poſteriora, quae Ebraice attulimus, capiunt ac ſi dictum fuiſſet, *At viduam, quae revera fuerit vidua, ſcilicet nec repudiata, nec a leviro renunciata* (ex lege Deuter. XXV. 7. nam par eſſe hujus cum repudiata jus inſtituere ſcribae) *ii qui ſunt ex ſacerdotali genere caeteri licite ducant.* Nam מכהן, quod *ex ſacerdote* ſignificat ſeu *a ſacerdote*, pro iis ibi ſumi volunt, qui ſunt ex genere ſacerdotali, ſeu ſacerdotes gregarii, quemadmodum fere Graeci dicunt οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς pro *Stoicis*, & οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου pro *Peripateticis*. Videſis ad locum citatum Salomonem Jarchium & Davidem Kimchium. Et Uzielides in paraphraſi Chaldaica ibi expreſſim, וארמלתא די תהי ארמלתא שאר כהניא יסבון, *Viduam autem, quae revera fuerit vidua* (marito ſuperſtes) *ſacerdotes caeteri* (ſeu *gregarii*) *ducant.* Interdicebatur igitur ſacerdotibus gregariis ſcortum, profana, ac repudiata ex Lege Sacra; atqui & leviro renunciata (quam חלוצה nuncupant) ex ſcribarum autoritate: pontifici vero, etiam & vidua & vitiata; ita tamen ut, ex peculiari pontifici lege, connubium vitiatae interdici velint, quod eliciunt ex *uxoris* vocabulo in praecepto de virgine ducenda expreſſe habito: caeterarum tam coitum quam connubium ex ipſis ſacerdotio in univerſum peculiaribus legibus vetari, quoniam לא יקחו *non accipiant*, generatim adjicitur: quod ad ſequentia rite capienda, inprimis eſt animadvertendum. Qualeſnam autem fuerint hic vidua, repudiata, leviro renunciata, & vitiata, ita ſatis ad hanc rem vulgo dignoſcitur, ut plura de eis hic ſubtexere neceſſe non ſit. De caeteris binis idem non dicendum. Nam quaenam fuerint bina illa foeminarum genera, *ſcorti* ac *profanae* nominibus in verſionibus vulgo vetita, fuſius eſt hic exequendum; tum quoniam mire diſcrepat earum notio apud Ebraeorum juriſconſultos, ab ea quae Chriſtianis recipitur, tum quia in natalibus ſacerdotum ac pontificum diſcernendis, ea momenti ſit perquam inſignis. *Zona* igitur ſeu *ſcortum* ad hunc modum eis definitur, זונה האמורה בתורה היא כל שאינה בת ישראל או בת ישראל שנבעלה לאדם שהיא אסורה להנשא לו איסור השוא לכל או שנבעלה לחלל אעפ״ שהיא מותרת להנשא לו, *Zona* (ſeu *ſcortum*) *in lege memoratum foemina eſt quaecunque non eſt Iſraelitis* (id eſt, non ex Iſraelita, ſaltem non ex Iſraelitide, genita) *aut Iſraelitis quacum concubuit vir, cujus nuptiae ei interdicto omnium communi interdicuntur, aut quacum concubuit profanus, etiam cujus nuptiae ei eſſent permiſſae.* Priori definitionis parte comprehendi videmus exteram qualemcunque, etiam & proſelytam & libertinam. Quae ſequitur pars definitionis non ſolum complectitur Iſraelitidas illas omnes, quae coitu aliquo nomine ערוה *turpitudinis* ſeu *inceſtus* (excepto illo qui cum menſtruoſa habitus) in Levitici XVIII. capite ſignato, inquinarentur, verum etiam univerſas quae cum eorum aliquo rem haberent, quorum nuptiae Iſraelitidibus vetantur, veluti Mamzere, Ammonite, Moabite etiam proſelyto facto, id genus aliis, in Deuteronomii XXIII. Nam quod ibi ſigillatim de iſtis legitur, לא יבא בקהל יהוה, *Non intrabit in coetum* (ſeu *congregationem*) *Domini*, id ad unum omnes accipiunt Ebraei pro eo quod eſt, לא ישא ישראלית, *Non ducat in uxorem Iſraelitidem*; ſeu, *inter eos & Iſraelitas minime ineantur conjugia.* Eadem erat ratio Iſraelitidis, quacum Gentilis coiverat nondum proſelytus factus. Etenim Lex ait Sacra, Deuter. VII. 3. *Non affinitatem facies cum eis; filiam tuam non dabis filio ejus, neque filiam ejus accipies filio tuo.* Vide item Exod. XXIII. 32. & XXXIV. 16. Quas leges, non de alienigenis ſimpliciter, ſed de nondum proſelytis factis accipiunt. Vide item Ezram X. 10. & Nehem. XIII. 25. Quod pariter dicendum de ea, quae rem habuerat cum ſervo ex Gentibus capto, necdum libertate donato, tametſi Judaiſmo nomen dediſſet, atque eouſque, ſervilem retinens conditionem, proſelytus fuiſſet factus. Nam interdictum Iſraelitidi habebatur hujuſmodi ſervi, veluti Gentilis, conjugium; uti & Iſraelitae hujuſmodi ancillae: qua de re conſulas etiam Levitic. XIX. 20. & Paraphraſin Onkeli Deuter. XXIII. 17. Ex Gentilis igitur, ſervi hujuſmodi, adulteri, ſanguine nimium conjuncti, Mamzeris (qualiſnam is eſſet, oſtendimus in libro de Succeſſionibus in Bona, cap. III.) Ammonitae, Moabitae, id genus aliorum coitu, quorum nuptiae prohibitae ſunt interdicto omnibus ex ipſo ſermone ſacro, communi, *zona* ſeu ſcortum hic fiebat: non item ubi nuptiae, non ex ſermonis ſacri verbis, ſed ex majorum tantum inſtitutis, veluti ſecundariarum, prohiberentur, tametſi eſſet etiam omnibus commune illud interdictum. Nam ita volunt hic diſtingui. Poſtrema denique definitionis verba de profani concubitu explicata habebimus, ſi quid *profana* magiſtris in lege denotet prius oſtendatur. Profana, ad eorum mentem, dupliciter fiebat foemina, interdum ex natalibus tantum, interdum ex ſolo ſacerdotis ſeu pontificis coitu. Quod ad profanae natales attinet; proles utriuſque ſexus ex ea quae *zona* ſeu ſcortum,

modo

modo supra explicato, habebatur, aut e repudiata, aut e fratria leviro renunciata (nam in iis quae sacerdotibus propria fuere de nuptiis aut coitu interdictis, nullum voluere esse hic discrimen inter sacram Numinis legem, & majorum seu scribarum instituta) a sacerdote suscepta, sive a pontifice, uti etiam ab hoc ex vidua, profana censebatur. Idem statuebant de pontificis prole ex vitiata, quam matrimonio sibi conjunxerat, nata. Nam peculiare esse pontifici de ea mandatum aiunt, qua tantum prohibetur ei ejus conjugium; idque ex usu vocabuli *uxoris* expresso in lege de virgine, ut superius etiam monuimus. Et profanari nolunt prolem, nisi ubi generatio ejus ex causa peculiari sive sacerdotis sive pontificis nuptiis praecepto vetita manarit. Breviter rem explicant, חלל הוא שנולד מאיסור כהונה, *Profanus est qui nascitur ex coitu sacerdoti interdicto:* lege scilicet seu instituto generi sacerdotali aut pontifici peculiari. Unde in paraphrasi Uzielidi tributa, *profana* vertitur per דאיתילידא מן פסוליא, *quae nata est ex eis quae sacerdotibus jungi rite nequeant.* Sacerdotis autem coitu solo profanabatur quaelibet generi sacerdotali vetita, nondum profana; uti & pontificis coitu vidua, & vitiata quae ei conjux. Atque ad illud, quod interdicto de pontificis nuptiis subjungitur, *Nec profanabit semen in populis suis*, habet Jarchii glossa, הא אם נשא אחת מן הפסולות ורעו הימנה חלל מדין קדושת כהונה, *scilicet, si duxerit quampiam ex eis quae sive ipsi sive generi sacerdotali vetantur, semen ejus ex ea susceptum profanabitur ex jure sanctitati sacerdotii praescripto.* Nam & ipsa prius ex coitu ejus profanata. Neque discrimen hic faciunt inter concubitum ex errore & scienter habitum. Statuunt etiam filium ex sacerdotis coitu, communi interdicto prohibito, veluti adulterio aut incestu (quod mirum videtur) quo *zona* seu scortum quaepiam primum fiebat, genitum, altaris functione neutiquam eo nomine arcendum fuisse; sed כשר seu *rectum*, uti vocant, haberi. Filiam vero sacerdoti minime ducendam; quippe quae Mamzera erat (ut omnes ita procreati) adeoque, ex communi omnibus mandato, non solum non sacerdoti, sed nec Israelitae cuicunque permissa. Atqui ex secundo cum eadem, scorti nomine jam induta, coitu sive ejusdem sive alius sacerdotis natum, ad altare, quia profanus erat, non admittendum. Secundus nimirum coitus scorti erat, ideoque (uti & omnes qui sequerentur) ex praecepto sacerdotibus peculiari illicitus fuit. Non ita primus; sed ex praecepto omnibus aeque communi. Neque igitur proles ex primo hic suscepta profana censebatur, sed ex secundo, juxta ea quae dicta sunt, quo etiam ipsa mater profana fiebat. Et solum ita mater atque posteri, non ipse sacerdos (sic illi) profanabatur. Regulam tradunt, אחת מן הנשים האסורות לכהונה שנבעלה לכהן נתחללה אבל הכהן עצמו שעבר עבירה לא נתחלל, *Foemina quaelibet, sacerdotali generi interdicta, quacum sacerdos concubuerit, profanatur: at vero sacerdos ipse, qui sic deliquerit, neutiquam profanatur.* Nimirum neque functione, neque juribus aliis sacerdotalibus arcebatur. Profanarum autem, quales diximus, posteri universi, a sacerdotibus geniti, profani erant. Neque restituebatur in eo genere natalium puritas, ut inde uxores rite seligere potuerint sacerdotes, nisi ubi e puellis profanis Israelitae, qui non essent aut sacerdotes aut profani, filias suscepissent. Etenim hae, ob patrum dignitatem, quam sequebantur, sacerdotum nuptiis, non aliter ac Israelitides caeterae, idoneae sunt habitae. Neque profanarum conjugia aliis praeter sacerdotes & pontifices prohibebantur. Et tametsi illicitae erant horum cum illis nuptiae, filiarum nihilominus tam sacerdotum quam pontificum atque profanorum, uti etiam profanarum atque levitarum Israelitarumque caeterorum (qui non ex genere sacerdotali) atque horum filiarum cum profanis conjugia non aliter ac proselytorum atque libertinorum semper permissa. Atque ex ejusmodi conjugiis proles in aliam atque aliam conditionem ab ea, quae alterius parentum erat, migravit. Israelitidis cujuscunque proles, cui pater proselytus aut libertinus erat, in genere censebatur Israelitico. Profanae, proselytae ac libertinae prolis ab Israelita, non sacerdote aut profano, genitae par erat ratio. Ubi vero proselytorum, libertinorum, ac profanorum per nuptias invicem commixtio fiebat, proles conditionem sequebatur patris. Etiam & patris retinebat non solum libertinae & proselytae sed & Israelitidis proles a profano suscepta. Et inter profanos censebatur semper profani posteritas, usque dum ex conjugiis jam dictis in aliud nomen filiarum seu nepotum proles migraret. Regula est, בת חלל זכר פסולה מן הכהונה לעולם, *Filia profani sexus masculi sacerdoti haud rite jungenda est ulla in specie.* Semper nempe profana est, ut pater, ipsa. Quod utique de filiis ejus pariter dicendum. Ex hisce manifestum est, tum qualisnam fuerit foemina profanae nomine in lege memorata, tum quisnam profanus ille fuerit, cujus concubitu, utcunque licito, puella quacum rem haberet, π̃ς זונה seu *scorti*, ad magistrorum mentem, nomen induebat. De hisce omnibus, consulas Talmudicos, maxime tit. *Kidoschim*, cap. IV. & tit. *Jabimoth*, cap. VI. & IX. praeter Mosem Maimonidem, halach. *Isuri Bia*, cap. XVIII. & XIX. Mosem Mikotzi, Praecept. Negativo CXXI. & CXXII. & sequentibus. Et de natalibus demum, quorum ob impuritatem, tam functione sacerdotali quam successione pontificali sacerdotum filii arcebantur, facile hinc liquet dijudicare. Summa est, nemo non arcendus erat, ut profanus, qui ex concubitu jure sacerdotibus ac pontifici peculiari interdicto nasceretur. Hinc etiam, ne hujusmodi inquinamenti suspicio fraudi foret, aut fama de familia profanis inquinata sive functioni sive successioni adversaretur, in tabulas genealogicas, כתבים היחש, *scripta* seu *libros familiae* dictos, parentum nomina, genus, qualitatem referre solebant, maxime sacerdotes; unde natalium puritas, qualis sacrae functioni atque successioni exigebatur, praesto assereretur. Qua de re apud Ezram, cap. II. 62. & Nehemiam cap. VII. 64. *Hi quaesierunt*, inquiunt, *scripturam genealogiae suae, & non invenerunt, & ejecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersatha eis, ut non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus.* Adeo ut a sacerdotio arcerentur in perpetuum; quoniam utrum natales eorum satis essent puri, non satis constabat. Et de ea re, plura capite proximo. Id vero quod adjicitur de adventu *sacerdotis docti atque perfecti*, ex locutione apud Ebraeos proverbiali interpretatur

interpretatur Jarchius, כארם האומר לחבירו עד ימות המשיח, *Qua scilicet uti solent invicem homines, cum dicunt, usque ad dies* (seu *adventum*) *Messiae.* Vide item Nehemiam XIII. 28. Ejecti autem sunt, seu altari arcebantur, ut polluti seu profani ex natalibus, בעבר שלא נמצא כתב יחסן, *eo quod repertae non sunt tabulae eorum genealogicae.* Ne scilicet profani forte, contra fas, ad sacram functionem admitterentur. Sic idem Jarchius ibi. De matribus item, aviisque uxoris ducendae, solicitius erat sacerdoti inquirendum, ne aut interdictam ducens poenas subiret, aut prolem inquinaret; quod fusius in libris de Nuptiis Ebraeorum explicamus, etiam & ex Josepho, capite sequenti tangimus.

C A P. III.

Flavius Josephus, de sacerdotum natalibus, explicatus. Et de natalibus dubiis.

JAM dictis de proselytarum, libertinarum, & τῶν זונות *zonoth* seu *scortorum* (sensu supra ostenso) filiis functione sacerdotali arcendis, adstipulatur etiam Fl. Josephus. Is in primo adversus Apionem, Δεῖ, inquit, τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, *Oportet eum qui sacerdotii particeps fuerit, ex ejusdem gentis muliere liberos procreare.* Scilicet neque ex proselyta aut libertina, nedum Gentili aut ancilla ex gentibus capta; quae omnes, ut ex magistris manifestum fit, τῆς *zona* seu *scorti* nomine interdicebantur sacerdotibus. Quin binatum posteriorum proles matrem in republica Ebraeorum semper sequebatur, ut passim habetur in eorum commentariis. Scilicet docet ibi Josephus genus apud populares suos sacerdotale semper ἄμικτον καὶ καθαρὸν *sine permixtione & purum* manere debuisse; & uxorem ducturum μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμάς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχήν, καὶ πολλοὺς παρασχόμενον μάρτυρας, *neque pecunias nec honores spectare, sed genus perscrutari atque ex majorum monimentis stirpis successionem deducere, & multis eam firmare testibus.* Quibus statim subjungit, Καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας· ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν, κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους· λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ ὅποι τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι· πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τοὔνομα τῶν γεναμένων καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες. *Atque haec facimus non solum in Judaea ipsa; verum etiam ubicunque nostri generis coetus reperitur, simul & cura habetur sacerdotibus legitima conjugiorum. De iis loquor qui degunt in AEgypto & Babylone, & qui sunt alibi in terrarum orbe dispersi ex sacerdotum genere. Nam mittunt Hierosolymas, ut descriptum habeant ex domo paterna nomen tum liberorum, tum qui superiores erant majorum, praeter rei testes.* Ut ita solicitius prospicerent, ne de prolis suscipiendae conditione, quae ex majorum labe pollui posset, non satis imposterum constaret. Unde & ipse sub initium Vitae suae, Παρ' ἡμῖν, inquit, ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριόν ἐστι γένους λαμπρότητος, *Apud nos, participem esse sacerdotalis functionis, argumentum est eximii splendoris generis.* Aliorum nempe, praeter optimo jure Israelitas, nequaquam commixti sanguine. Neque duntaxat ubi de natalium impuritate manifesto liqueret, sacerdotum filii a sacra arcebantur functione, verum etiam ex ספק זונה *zona dubia*, seu *dubio scorto* ex ספק חללה *profana in dubio*, caeterisve generi sacerdotali interdictis, de quibus dubium, sive ex fama sive ex praesumptione, erat an nomina, quibus interdicerentur sacerdotibus foeminae, eis debita essent; filius genitus ספק חלל *profanus in dubio* censebatur, eamque ob causam, aeque ac is qui manifesto profanus erat, ab altari arcendus, nisi id quod in dubio erat probationibus aperte solveretur. Ad hanc rem spectat quod ex Ezra & Nehemia capite superiore memoratur. Hinc etiam fiebat, ut puella Israelitica trima praeter diem unicum, aut majoris aetatis, ex captivitate gentium redempta pro scorto hic dubio haberetur, filiusque ex ea a sacerdote susceptus pro profano qui in dubio. Nam post triennii aetatem (qua vipotentem puellam semper existimabant) de Gentilis alicujus, apud quem captiva servabatur, coitu, praesumebatur, unde *zona* seu *scortum* fieri capite superiore ostenditur. Atqui si teste unico firmari potuisset negatio, Gentilem cum ea neutiquam concubuisse, diluebatur ejusmodi praesumptionis vis. Moses Maimonides, halachoth *Isuri Bia*, cap. XVIII. השבויה שנפדית והיא בת שלש שנים ויום אחד או יתר אסורה לכהן מפני שהיא ספק זונה שמא נבעלה לגוי ואם יש לה עד שלא נתייחד הגוי עמה הרי זו כשרה לכהונה, *Captiva redempta, quae fuerit trium annorum praeter diem unicum, aut majoris aetatis, sacerdoti interdicebatur; quoniam dubium erat scortum. Scilicet in dubio erat utrum cum ea Gentilis rem habuisset. Caeterum si testem haberet, Gentilem minime secum concubuisse, tunc generi sacerdotali uxor erat satis idonea.* Qua de re vide item Gemaram Babyloniam ad tit. *Cethuboth*, cap. II. fol. 26, & 27. Consonum est quod habet de captiva Josephus; cujus tamen ratio, sine magistrorum commentariis, nimium delitescit. Is dicto contra Apionem libro, Πόλεμος δ' εἰ, inquit, κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις, Ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος, καὶ Πομπηΐου Μάγνου, καὶ Κυντιλίου Οὐάρου, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται, καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας· οὐ γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις γεγονυῖαν αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλοφύλων (ita plane legendum pro eo quod nihili est ἀλλόφυλλον in impressis) κοινωνίαν ὑφορώμενοι, *Si autem bellum interveniat, sicut jam crebro factum est, cum Antiochus Epiphanes nostras invasit terras, uti & Pompeius Magnus, & Quintilius Varus, & maxime nostro in aevo, ii qui ex sacerdotibus supersunt, novas ex vetustis monimentis conficiunt tabulas, & foeminarum quae relinquuntur conditionem indagant. Etenim minime captivas approbant; quippe quarum, cum Gentilibus* (seu *alienigenis*) *frequens consortium suspicantur.* Ipsa eadem, sed subobscure,

ſcure, redditur ratio, quae apud magiſtros in commentariis ſuis occurrit, ut jam aperuimus. Atque inde erat illud quod protervo nimis improperavit Eleazarus Phariſaeus, cum Joannes Hyrcanus pontifex & princeps Judaeorum, Simonis pontificis ac principis filius, Phariſaeorum coetum in convivio ad libertatem de ſe loquendi invitabat, atque ad officii ſui, ſi quid delinqueret, correctionem. *Quandoquidem igitur*, ait Eleazarus, *ais te cupere audire veritatem, ſi vis eſſe juſtus, abdica te pontificatu, & contentus eſto principatu populi. Illo autem cauſam rogante, cur ita poſtularet, ut ſe pontificatu abdicaret*, ὅτι, φησὶ, ἀκούομεν (ita Joſephus lib. XIII. cap. XVIII.) παρὰ τῶν πρεσβυτέρων αἰχμάλωτόν σου γεγονέναι τὴν μητέρα, βασιλεύοντος Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, *Quia*, inquit, *audivimus a ſenioribus matrem tuam captivam fuiſſe, regnante Antiocho Epiphane.* Falſus quidam erat rumor ille. Sed ex eo quod objecit Phariſaeus hic nemini non facillimum eſt elicere ſententiam etiam de captivae filio ad ſucceſſionem pontificalem jure non admittendo, nec in dignitate retinendo, veluti profano, niſi de caſtitate matris aliunde conſtaret. Etiam & autor idem lib. III. Originum, cap. X. in mandatis ſcribit peculiaribus accepiſſe ſacerdotale genus μήτε γαμεῖν τὰς ἑταιρικυίας, μήτε δούλην, μήτε αἰχμάλωτον, μήτε τὰς ἐκ καπηλείας καὶ τοῦ πανδοκεύειν πεπορισμένας τὸν βίον, *eas in uxores neutiquam ducere, quae corpore quaeſtum facerent, nec ancillam, nec captivam, nec cauponariam, nec ſtabulariam*; praeter alias de quibus ex ſacri ſermonis verbis ſatis liquet. Ob praeſumptionem, proſtibulum, captivam, cauponariam ac ſtabulariam, Gentilium, quorum frequentiae adſueſcerent, concubitu pollui, juxta ea, quae jam dicta ſunt, inter זונות ספקות *ſcorta dubia* eas cenſeri voluit, adeoque ſacerdotibus interdici. At, contra Joſephi mentem, Ruffinus ibi vertit, *neque meretrices neque concubinas eis habere permiſit.* Cum manifeſtum ſit, ex Talmudicorum ſcitis, & meretricem & concubinam, etiam & proſtibulum (de quo vide ad hanc rem Maimonidem, hal. *Iſuri Bia*, cap. XVIII.) ſi de concubitu, qualis in τῆς *zona* ſeu ſcorti definitione memoratur, preſumptio aut ſuſpicio vehemens abeſſet aut dilueretur, ſacerdotibus permiſſum eſſe, neque prolis ex earum conditione, pollui natales. Caeterum Philo, Judaeus Alexandrinus, ita de ſcorto interdictum ſacrum intelligere videtur, ut univerſae foeminae, praeter virginem & viduam marito ſuperſtitem, ſacerdotibus τοῖς κατὰ μέρος *partiariis*, ſeu τοῖς τῆς δευτέρας τάξεως *ſecundi ordinis* (nam hiſce nominibus in caeteris, praeter pontificem, deſignandis, utitur) pro vetitis eſſent ex jure generi ſacro peculiari habendae. Vide eum lib. II. de Monarchia. De ſolicitudine demum circa ſacerdotum nuptias, unde natalium puritas & ſucceſſio pendebat, Joſephus in primo contra Apionem, Τεκμήριον δὲ μέγιστον, inquit, τῆς ἀκριβείας. Οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ᾽ ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ, παῖδες ἐκ πατρὸς, εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. Τοῖς δὲ, τῶν εἰρημένων ὅτι οὖν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε βωμοῖς παρίστασθαι, μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας, *Indicium ſummae hac in re accurationis maximum eſt. Etenim qui pontifices apud nos fuere a duobus millibus annorum* (de hoc numero locus hic non eſt diſceptandi) *nomine deſignati, filii ex patribus, reperiuntur in laterculis: nonnullis vero, ubi eorum quae diximus quid non fuerit obſervatum, interdictum eſt, ne ad altaria accedant, aut rem aliam ſacram participent.* Nimirum מן קדשים, ſeu *de rebus ſacris* ſacerdotali generi, non profanato, propriis, nihil illis jure cedebat; ubi de natalium puritate non ſatis conſtaret, ob admiſſam patribus circa ſponſarum earumque majorum conditionem, negligentiam. Is ſenſus eſt illius loci, ſeu poſterioris ejuſdem periochae, quae apud interpretem (ut non pauca alia) miſere ſe habet, *His autem qui praedicti ſunt*, (ita ille) *ſi quid praevaricentur, interdicitur, ne vel ad altare accedant vel alia ſanctificatione fungantur.* Perinde ac ſi ipſi, qui praeſcriptam ibi circa nuptias curam non ſervarent, altari interdicerentur. Cum certiſſimum ſit nuptias nullas ipſum ſacerdotem, cui interdicta aliqua nuberet, ſed ejuſce duntaxat prolem profanaſſe: quod ex ſuperius oſtenſis etiam manifeſtum eſt. Ex hiſce mirum non eſt, Herodem Antipatri F. Judaei regem, cum pontifices pro ſuo libitu creare abdicareque, nec tamen aperte nimis aut pluſquam res ſua exigeret, in perſonis, qui crearentur ſeligendis, in patrios Ebraeorum ritus committere vellet, tabulas illas tam ſacerdotum quam aliorum genealogicas flammis, qua potuit, conſumpſiſſe; quod memorat Euſebius, alii. Et Saidus Batricides, patriarcha Alexandrinus,

اخذ كتب اليهود التي اعادها لهم عزرا
في نسب قبايلهم وجنسهم فاحرقها بالنار
كلها لكيما لا يدري احد منهم من
اي سبط هو ولا من هو ابوه

Cepit tabulas Judaeorum, quibus recenſebantur illorum cognationes, per familiarum & generum conjunctiones, contractae, atque eas omnes igne combuſſit; adeo ut nemo cognoſceret quanam eſſet ex tribu, nec quiſnam pater ejus fuiſſet. Non tali cognovit, qui hiſce careret tabulis, certitudine qualis in natalibus, maxime eorum qui ad ſacerdotium ſeu pontificatum admittendi fuere, diſcernendis exigebatur. At vero ſi profanus ſacrificaret (quod obiter monendum) ſacrificium ejus neutiquam profanum habebatur, ſed עבודה כשרה, *cultus* ſeu *functio*, illa vice, ſatis, qua actus erat ſacrificantis, *legitima*; ita tamen ut in claſſes ſacerdotales aut pontificalem dignitatem non eſſet ipſe admittendus, ſed ab altari arcendus. Videſis de ea re Maimonidem, halach. *Biath Hammikdaſch*, cap. VI. & Mikotzi, Praecept. Negat. CCCVIII. Sacrificium ſcilicet ab eo peragi non debuit, ſed peractum valuit; nec profanabatur, ſed vim habuit ſacrificii. Quo trahunt illud in benedictione, qua Moſes Levi benedixit Deut. XXXIII. 11. *Benedic, Domine, fortitudini ejus, & opera manuum illius accipies benevole.* Etiam, aiunt inde, חולין שבו תרצה, *Profanos, qui ex ea tribu, non aſpernaberis.*

CAP. IV.

De aetate ministerio sacerdotali, etiam & pontificali successioni, idonea & legitima. Et de successione, ubi haeres adhuc impubes seu minor.

IDonea undiquaque sacerdotali ministerio aetas dici solet Ebraeis annus exactus vigesimus. Ante immaturitas quidem fuit, sed in genus duplex distinguenda. Alia sic praepediebat, ut qui intra eam ad altare, ut sacerdos, accederet, ejus עבודה פסולה *functio* (seu *ministerium*) *illegitimum* (seu *profanum*) censeretur. Alia minime altari arcebat eum, aut functioni, si placeret, erat impedimento; sed intra eam עבודה כשירה *functio* (seu *ministerium*) *rectum* & *legitimum* satisque sacrum habebatur; ita tamen ut veluti privilegii jus esset, quo aetate sic immaturus abesse posset pro libitu, nec obligatione ad vices cum caeteris praestandas teneretur. Prior hic aetas anno decimo tertio praeter diem unicum, modo bini minimum pubis pili etiam ei excrescerent, seu plena ac civili pubertate finiebatur; quemadmodum aetas eorum qui גדולים seu *majores* fuere, qua de re satis egimus libello de Successionibus in Bona, capite IX. Vetustus autor Rabbi Jehuda Ben Elai in *Sepher Siphra*, quem & תורת כהנים *legem sacerdotum* appellitant (ad illud Levitici XXI, 17. *Loquere ad Aharon, dicens,* איש מזרעך, *Quicunque vir de semine tuo in generationibus suis habuerit maculam* (seu *corporis vitium*) *non accedat ut offerat panem Deo suo*) de aetate utraque ad hunc modum, אמר רבי אלעזר ברבי יוסי הא תינוק פסול אעפ״ שהוא תמים מאמיתי עבודתו כשירה משיביא שתי שערות אבל אין אחיו הכהנים מקריבים אותו לעבודתו עד שיהיה בן עשרים שנה, *Docuit Rabbi Eleazar ex sententia Rabbi Jose, infantem* (seu *minorem*) *sacrificiis haud idoneum fuisse, tametsi vitio corporis omnimodo vacarit. Tempus autem, quo sacra rite peragere potest, incipit postquam bini ei excreverint pili. At vero fratres sui sacerdotes* (seu *sacerdotum grex*) *neutiquam eum ad sacra altaris ministeria accersunt, antequam fuerit annorum viginti.* Locus est in *Siphra* col. 188. quem & citat Moses Mikotzi Praecept. Negat. CCCVIII, sed non sine verborum aliquot discrepantia. Sic ille ibi, תניא בתורת כהנים איש אמר רבי אלעזר בר׳ צדוק לכדנו תינוק פסול אפילו תמים עד מתי עבודתו פסולה עד שיביא שתי שערות, *Explicatur in lege sacerdotum vocabulum Vir* [in lege quam memoravimus sacra] *Docuit Rabbi Eleazar ex sententia Rabbi Zadok, inde eliciendum minorem* (seu *infantem*) *non admittendum, tametsi fuerit corpore integer. Quin & illegitimum est ejus ministerium usque dum excreverint bini pili.* Tantundem etiam habetur in Gemara Babylonia, ad tit. *Cholin*, cap. I. fol. 24. b. תנו רבנן איש מזרעך לדורותם מכאן אמר ר׳ אלעזר קטן פסול לעבודה ואפי׳ תם מאימתי כשר לעבודה משיביא שתי שערות אבל אחיו הכהנים אין מניחין אותו לעבוד עד שיהא בן עשרים: *Tradunt Rabbini ex eo quod legitur,* VIR EX SEMINE TUO IN GENERATIONIBUS SUIS, *docuisse Rabbi Eleazar, minorem functione sacra arcendum, tametsi corpore esset integer. Functioni vero satis idoneum esse, postquam excreverint ei pili bini, cum tamen sacerdotum grex* (seu *collegium*) *eum in vices non accersant ante aetatem viginti annorum.* Sic item Maimonides, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. V. Et de aetate tredecim annorum praeter diem unicum, seu binorum pilorum aetate, quae hic discrepat tantum juxta ea quae in libello de Successionibus in Bona aperuimus, vide insuper adnotatum ad Maimonidem, halach. *Thephila Webarceth Cohenim*, cap. XV, & Mosem Mikotzi, Praecept. Affirmat. XX. Vigesimus autem, quo in functionem evocandus sacerdos erat, indicari videtur in II. Paralip. XXXI, 17. Commate praecedente verba fiunt de sacrorum sub Ezekia rege instauratione, & proventuum distributione universis sacerdotibus, qui trimatum attigerant, aut aetate fuerant superiores. Nam ejusmodi minoribus templum cum parentibus sacrificaturis ingredi (quod ibi memoratur) rite permittebatur; ideoque in distributione eorum, infantibus caeteris praetermissis, ratio est simul habita, qua de re vide D. Kimchium ibidem. Ita ut prioribus ibi verbis totum genus sacerdotale, praeter infantes nondum trimos, includeretur. Nam quod in Vulgata est, *exceptis maribus ab annis tribus & supra*, substituitur pro מלבד התיחשם לזכרים מבן שלש שנים ולמעלה: *praeter generis ipsorum mares a filio trimo & supra*, seu, ut in Graecis interpretibus, ἐκτὸς τῆς ἐπιγονῆς τῶν ἀρσενικῶν ἀπὸ τριετοῦς καὶ ἐπάνω, *praeter foeturam masculinorum a triennio & supra.* Sequitur dein, *omni ingredienti templum domini, res diei in die suo* (detur) *pro ministerio eorum in vicibus* (seu *classibus*) *suis atque distributionibus suis*, quibus commate jam citato subjungitur, ואת התיחש הכהנים לבית אבותיהם והלוים מבן עשרים שנה ולמעלה במשמרותיהם ומחלקותיהם: *etiam & prosapiae sacerdotum secundum domum patrum suorum, & Levitarum a filio XX annorum & supra, in vicibus* (seu *classibus*) *suis atque distributionibus suis.* Adeo ut hic sacerdotes qui sacro fungerentur officio designari videantur, aetate item adjecta; illic totum, ut dictum est, classis uniuscujusque corpus. Vulgata ibi, *sacerdotibus per familias & Levitis a vigesimo anno & supra per ordines & turmas suas.* Hellenistae vero, Οὗτος ὁ καταλοχισμὸς τῶν ἱερέων κατ' οἴκους πατριῶν· καὶ οἱ Λευῖται ἐν ταῖς ἐφημερίαις αὐτῶν ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, ἐν διατάξει, *Haec distributio sacerdotum secundum domus paternas : & Levitae in vicibus suis a vigesimo anno & supra, in ordinatione.* Ubi anni non omnino ad sacerdotes sed ad Levitas tantum referuntur. Et Levitarum quidem lex annalis, paulo ante conditum templi, viginti annorum aetatem eorum ministeriis praestituebat, ut eliciendum videtur ex I. Paralip. XXIII, 27. *Juxta praecepta quoque David novissima supputabitur numerus filiorum Levi a viginti annis & supra.* Cum tamen ex instituto Mosaico, seu lege annali primum a Numine lata, ante annum

trigesimum

trigeſimum Levita ad functionem non obligaretur, ut videre eſt Numer. IV, 3. & VIII, 24. Nam quod poſteriori Numerorum loco vigeſimus quintus annus, & priori trigeſimus deſignatur, id ita interpretantur magiſtri, ut initium functionis altero in loco, diſcendi initium atque tempus הלכות עבודה *inſtituta functionis*, veluti lectionem, cantum, & quae ſunt caetera, aſſequendi, ut diſciplina plenus atque ſic idoneus redderetur, in altero denotetur. Adeo ut quinquennium, quo diſcrepant bini illi loci, fuerit ipſum diſcendi tempus, intra quod, qui ſacro eorum miniſterio non idoneus deprehenderetur, rejiciebatur. Ita in Gemara Babylonia, ad tit. *Cholin*, cap. I. fol. 24. a. Maimonides, halach. *Celi Hammikdaſch*, cap. III. & Salomon Jarchius ad Numer. VIII. De vigeſimo autem poſt Davidis tempora hic anno teſtimonium habetur in Ezra III, 8. & trigeſimi antea, I. Paralip. XXIII, 3. Neque legem illam annalem in Numeris latam aliter volunt obligaſſe, quam dum arca Levitarum humeris portanda erat, ſeu בזמן שהעבודה בכתף *tempore quo miniſterium humeri in uſu.* Hoc a Davide rege ſublato, 1. Paralip. XXIII, 26. etiam & vim ſuam ita legem annalem exuiſſe, ut & eam novare liceret. Vide nunc Salomonem Glaſſium, Philologiae Sacrae lib. I. tract. I. ſect. II. art. 31. Monendum autem eſt, in Graecorum interpretum verſione Numerorum loci prioris, adeoque utriuſque, vigeſimum quintum annum Levitis praeſtitui, qua de re vide, ſi placet, Theodoretum, Quaeſt. XIII. ad eundem librum. Sed vero nullibi comperio apud magiſtros, annos Levitarum, qua Levitarum, legitimam ſacerdotum aetatem indicaſſe. Quod miror nimium viros magnos, etiam dum alios acriter caſtigant, admiſiſſe. Neque auditum, puto, eſt, pubertatem fuiſſe legitimam Levitae aetatem, ad magiſtrorum mentem, aut non fuiſſe ſacerdoti; diſtinctione quae ſupra adfertur adhibita. Quae tamen ita intelligenda etiam videtur, ut non quilibet ſacerdos vigeſimum ſuperans annum in functionem eſſet ſive evocandus ſive admittendus; ſed is tantum, qui in majoribus aetate ſeu puber cenſendus erat, qualis non fuit aliquis poſt decimum tertium annum praeter diem unicum, niſi pubertatis illa ſigna ſeu pili bini ei excreviſſent, tametſi annum ſuperaſſet vigeſimum; extra quam ubi aut ſpadonis ſigna, ſub vigeſimo anno exacto aut poſtea, *ſpadonis* (quem סרים vocitant) nomen, atque ex eo nomine, *majoris* ei praebuerant, aut, hiſce etiam deficientibus, trigeſimus quintus annus exactus in majorum demum numerum eum retulerat. Ejuſmodi enim fuere gradus legitimae, quae major erat, aetatis adipiſcendae. Nec antequam eam quis civiliter adeptus fuerat, functioni ſacrae idoneum fuiſſe videntur exiſtimaſſe; ſed pubertatis ſigna & annum vigeſimum, cui ut plurimum praevia ſunt illa ſigna, velut quae plerumque ſeu generatim hic menſurae vicem obtinebant, in more hoc annali ſacerdotum (qui & pontificum eſt) definiendo uſurpaſſe; ita ut ante illam aetatem neminem in vices accerſerent; tametſi puberi ſacra pro libitu praeſtare liceret, & pontificis demortui haeredi, etiam puberi, in dignitatem ſuccedere. Neque ante eam aetatem admittendus erat. Hinc de Onia II pontifice, Simonis I filio, in ſucceſſionem per annos plurimos poſt mortem patris, qui tenera aetate eum reliquerat, non admiſſo, dijudicandum eſt. Videſis librum primum, cap. VI. Quin apud Joſephum ratio redditur cujus obtentu, utpote legitimae, Antiochus Epiphanes pontificatum contulit Jaſoni patruo Oniae, qui filius erat & haeres Oniae III. pontificis. Ὁ γὰρ (inquit ille lib. XII. cap. VI.) παῖς ὃν Ὀνίας καταλελοίπει, νήπιος ἦν ἔτι, *Nam filius Oniae ſuperſtes parvulus hactenus erat.* An vero, qui ita ob minorem demortui haeredis aetatem ſuccederent, ii jure ſuo an pupilli pontificatu fruerentur, quaeſtio facta eſt. Audacter Joſephus Scaliger in Elencho Orationis Chronologicae Davidis Paraei, *Pontifex*, inquit, *maximus, quamvis ante pubertatis argumenta non admittebatur in functionem ſuam, nihilominus tamen erat & vocabatur pontifex maximus. Sed dabatur illi vicarius, qui intra terminum pubertatis ejus vice fungeretur. Is in priore templo dicebatur* משנה כהן הגדול, *ſecundus a pontifice maximo. Sub poſteriore templo vocatus eſt* סגן כהן גדול, *vicarius pontificis maximi, quem locum in eccleſia Graeca explet is qui vocatur* πρωτοσύγκελλος τοῦ πατριάρχου. *Hujus rei illuſtre exemplum extat in Onia, cui, quum, patre Simone Juſto mortuo, relictus in cunis eſſet, vicarius datus eſt Eleazarus patruus.* Sic ille. At vero annos XXX. pontifex fuit Eleazarus, & Manaſſes propatruus XXVI. antequam dignitate gauderet Onias nepos, ut libro oſtenditur ſuperiori ex Euſebio; aliis quindecim duntaxat annos Eleazaro aſſignantibus. Etiam uterque demortuus eſt, antequam ſuccederet Onias; de cujus tamen pubertatis civilis retardatione nullibi legimus. Detur ſane extremam pubertatis metam eum praeſtolatum eſſe, id eſt, annum trigeſimum quintum; nec Eleazarum XXVI. ſed XV. annos tantum dignitatem tenuiſſe. Certe diutius etiam ita praecluſus eſt Oniae pontificatus, quam tutelae jus aut vicarii ratio pateretur. Nec fiebat pontifex ſolo jure proximitatis. Accedebat praeter veſtitum ſacra unctio ſub templo primo, ſolennis item & ſacer veſtitus ſub ſecundo; ſine quibus pro pontifice nemo agnoſcebatur, ut mox liquebit. Impuberes autem aut unctos aut veſtitu illo inſignitos, haud puto compertum. Quomodo igitur vicarius ei datus, qui nondum ipſe pontifex? qua ratione etiam & ubi tributum ipſi *pontificis* nomen, quatenus illud ſupremam in ordine ſacerdotali dignitatem ſignificat? Quin Joſephus diſerte ante Antiochi Epiphanis tempora neminem ἅπαξ παραλαβόντα *ſemel nactum dignitatem pontificiam* eam exuiſſe ſcribit. Neque obſtat Abiatharis exautoratio, perduellionis rei. Loquitur de ordinaria ſucceſſione & perpetuo pontificis creati jure. Nec minus ipſe, ſive Eleazari ſive Manaſſis pontificatum ac aliorum qui praeceſſerant, perpetuum facit, tutelae ſeu pupilli jure liberum. Quae cum ita ſint, ſtatuendum potius videtur, impuberum jus ejuſmodi fuiſſe, ut, praecluſo ipſis pontificatu, proximus, perinde ac ſi illi abeſſent, ſanguine ſuccederet, non tutelae aut vicarii jure, ſed pleno ſuoque & perpetuo. Quo item mortuo, proximus itidem ſuccedebat, niſi impuberi pubertas civilis antea acceſſiſſet: adeo ut impubes a paterna

terna dignitate arceretur, usque dum & pubertas sua & pontificatus vacatio concurrerent. Quod sane, ex Oniae patruique sui & propatrui, exemplo videtur eliciendum. Jam dicta autem de sacerdotali seu pontificali functione ante annum vigesimum, ubi pubertas civilis adesset, rite peragenda, apprime firmantur ex eo quod apud Josephum legitur de Aristobulo Hyrcani pontificis ex Alexandra filia nepote, adeoque pontificatus, sub Herode magno, haerede. Is annum agebat decimum sextum, cum Herodes Ananelum Babylonium contra jus in dignitatem illam evexerat. Alexandra igitur mater ejus ἐπετάραχτο, καὶ χαλεπῶς ἔφερε τὴν ἀτιμίαν τοῦ παιδὸς, εἰ περιόντος ἐκείνου, τῶν ἐπικλήτων τις ἀξιοῖτο τῆς ἀρχιερωσύνης, *turbata est, & inique ferebat ignominiam, qua affectus est filius suus, quod, eo superstite, aliunde quis vocatus pontificatum usurparet.* Sic ille lib. XV. cap. II. Etiam & Mariamne, Aristobuli soror atque uxor Herodis, assiduis precibus eum flagitabat, ἀποδοῦναι τῷ ἀδελφῷ τὴν ἀρχιερωσύνην, *reddere fratri pontificatum*, quod demum factum est. Et paulo post subjungit Josephus, Τὸ μειράκιον Ἀριστόβουλος, ἑβδόμον ἐπὶ τοῖς δέκα γεγονὼς ἔτος, ἐπειδὴ κατὰ νόμον ἀνῆλθεν ἐπὶ τὸν βωμὸν συντελέσων τὰ θύματα, τόν τε κόσμον ἔχων τὸν τῶν ἀρχιερέων, καὶ τὰ πρὸς τὴν θρησκείαν ἐκτελῶν, κάλλει τε κάλλιστος καὶ μεγέθει πλέον ἢ πρὸς τὴν ἡλικίαν ὑπεράγων, τοῦ γε μὴν περὶ τοῦ γένους ἀξιώματος πλεῖστον ἐν τῇ μορφῇ διαφαίνων, ὁρμή τε τῷ πλήθει πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ἐγένετο, καὶ τῷ Ἀριστοβούλῳ τοῦ πάππου πεπραγμένων ἐναργὴς μνήμη παρέστη, *Adolescens Aristobulus annum egressus decimum septimum, cum secundum legem ascenderet ad altare sacra operaturus, ac habitu pontificali indutus, atque ea quae functionis erant rite perageret, eximia forma, & statura, quam pro aetate procerior, maxime etiam in facie generis dignitatem prae se ferens, convertit in se multitudinis oculos simul & studia, reputantis secum etiam avi Aristobuli memoria digna facinora.* Exploratissimi vides hic juris fuisse, omnium consensu, pontificatus functionem ante vigesimum annum rite peragi potuisse & successione accipi. Nec habet locum in hoc exemplo pubertas singularis XVII. annorum, quae, Ebraeis suis in rebus hujusmodi inaudita, viro magno imposuit. Ad jus autem perpetuum eorum, qui ob minorem haeredum aetatem sufficiebantur, asserendum, nec haeredis pubertate seu (quod idem est) legitima aetate finiri probandum, etiam quod in historiola hac de Ananelo occurrit, inprimis facere videtur. Herodes fatetur se Ananelum pontificatu donasse παιδὸς παντάπασιν ὄντος Ἀριστοβούλου, *Aristobulo omnino puerulo.* Impubes desinit esse Aristobulus. Tunc Herodes Ananelo pontificatum abrogat παράνομα ποιῶν, ut diserte Josephus, id est, *jura violans.* Consequens est, Ananelum ex jure, quippe qui semel ob minorem Aristobuli aetatem in dignitatem evectus est, juxta morem receptum abdicari non debuisse. Male interpolatur locus iste Josephi in versione recentiori. Sed recte ibi Ruffinus, *Ananelum* (sic ille) *principatu sacerdotii praeter legem exuit.*

CAP. V.

De vitiis corporalibus, quorum in admittenda sive functione sacerdotali, sive pontificali successione, ratio erat habenda.

UT, sine aetate legitima, neque functio neque successio admittebatur, ita nec sine legitima corporis habitudine membrorumque integritate; adeo ut, qui ὁλόκληρος *corpore integer,* seu ἄμωμος *vitio carens* non esset, aut τὸ σύμβολον ἀτυχίας *notam infelicitatis* (quo nomine vitium hic corporale memorat Philo in secundo de Monarchia) in corpore gereret, is plane arcendus esset. Lex sacra est stirpi Aharonicae, Levit. XXI. 17. *Quicunque de semine tuo in generationibus suis habuerit maculam, non accedat ut offerat panem Deo suo.* Macula seu vitium corporis מום lingua Mosaica vocitatur. Et Hellenistae ipsum veluti retinent, dum pro eo μῶμον, quod *dedecus* seu *vitium* sonat, substituunt. Recensentur aliquot in Sacro Sermone maculae seu vitia corporis, quae hominem a functione sacerdotii arcent; uti etiam, Levitic. XXII. 20. quae animalia ita vitiabant, ut rite offerri nequirent. Sed recensionem illam exemplum tantum esse aiunt Ebraei seu specimen, quod in vitiis hic dijudicandis est sequendum, non quod totam legis, quae praecedit, vim explicat. Corporalia igitur, quorum in hisce habenda est ratio, vitia tripliciter distribuunt. Alia fuere שפוסלין בכהנים מלעבוד והבהמה מליקרב, *quae ita vitiabant tam sacerdotes quam animalia bruta, ut neque haec rite offerri, neque illi rite ministerium praestare, possent.* Quae ad animalia tantum spectabant, qualia plurima enumerant, locum hic habent nullum. Alia שפוסלין את האדם בלבד מלעבוד, *quae vitiabant hominem tantum, ita ut a sacro ministerio esset abstinendum.* Alia demum שאין פוסלין אלא משום מראית העין, *quae non vitiabant aliam ob causam, quam quod intuenti deformitate displicerent.* Primi generis faciunt quinquaginta, quorum V. in Aure;

I. *Cartilago auris lacera.*
II. *Cartilago auris discissa.*
III. *Perforata auris cartilago, adeo ut foramen viciam possit recipere.*
IV. *Auris arida & exanguis.*
V. *In aure alterutra cartilago duplex.*

In Palpebris, tria;

VI. *Perforata palpebra.*
VII. *Palpebra discissa.*
VIII. *Palpebra lacera.*

In Oculo, octo;

IX. *Caecitas, sive in utroque sive in altero.*
X. *In alterutro lippitudo.*
XI. *Visus obscurior, ob tenebras utrique seu alteri offusas.*

XII. *Tu-*

XII. *Tuberculum, uvae instar, tametsi visus non minueretur.*
XIII. *Caruncula nigredinis aliquantulum operiens.*
XIV. *Albugo in nigredinem extensa.*
XV. *Macula alba, intra nigredinis circuitum.* Vitium hoc, uti & sequens, nomine דק in origine eis denotatur. Id Vulgatae, *lippus* est. Neque locum habuit, nisi aliquantulum promineret haec macula.
XVI. *Macula nigrior in nigredinem depressa.*

In Naso, tria;

XVII. *Naris perforata.*
XVIII. *Discissa naris.*
XIX. *Naris lacera.* Quod de perforatis, discissis, laceris, naribus, auribus, palpebris & labiis (de quibus statim) habent, inprimis vocabulo חרוץ, in Levitic. XXII. 22. designari aiunt. Id *scissum* significat & *diffractum.*

In Ore, sex;

XX. *Labium perforatum.*
XXI. *Labium lacerum.*
XXII. *Discissum labium.*
XXIII. *Maxilla inferior superiori prominentior.*
XXIV. *Os, ex sui constructione, occlusum.*
XXV. *Praecipue soni linguae naturalis defectus.*

In Vasis seminariis, duodecim;

XXVI. *Membrum genitale compressum.*
XXVII. *Contusum idem.*
XXVIII. *Idem avulsum.*
XXIX. *Idem abscissum.*
XXX. *Testiculus compressus.*
XXXI. *Contusus.*
XXXII. *Pars testiculi exsecta.*
XXXIII. *Testiculus evulsus.*
XXXIV. *Testiculus unicus.*
XXXV. *Uterque unico in loculo.*
XXXVI. *Utriusque sexus, velut hermaphroditi, membra.*
XXXVII. *Genitalium loci obstructi.*

In Manibus Pedibusque, sex;

XXXVIII. *Claudus.*
XXXIX. *Femur alterum altero longius.*
XL. *Femur alterum altero altius.* Ex utroque scilicet fiebat pedum incessus inaequalis.
XLI. *Ossis manus fractura manifesta.*
XLII. *Ossis pedis fractura manifesta.*
XLIII. *Pedes, ex sui constructione clausi, seu in se strictius contracti.*

In superficie Corporis, quatuor;

XLIV. *Scabies sicca, Psora.*
XLV. *Verruca, quae non sine osse.*
XLVI. *Scabies Ægyptiaca, foris humida.*
XLVII. *Ossium quae apertius cerni possent, aliquod incisum.*

Hisce adjiciuntur;

XLVIII. *Ab aetate provecta, tremor.*
XLIX. *Tremor, ab aegritudine.*
L. *Sordes & inquinamenta, veluti sudor, foetor oris.* Addunt, sacerdotem sudore inquinatum, antequam ad sacram admittendus esset functionem, abluendum atque aromate conspergendum. Oris item foetorem, si quis fuerit, aromate aliquo devorato corrigendum. Aliter חלל עבודתו *profanabat functionem* seu *sacrificium suum.*

Secundi vitiorum hic generis sunt Ebraeis nonaginta; eorum nempe quae hominem tantum seu sacerdotem non victimas vitiabant aliave animalia sacranda.

In Capite, octo;

I. *Verticis capitis concavitas.*
II. *Convexitas verticis, nimium exurgens, instar ovi.*
III. *Frons seu sinciput faciei superpendens.*
IV. *Occiput cervici superpendens.*
V. *Caput adeo deorsum amplum & diffusum, ut etiam colli locum pars ejus occuparet.*
VI. *Calvitium in toto capite.*
VII. *Calvitium; nec tamen sine recto crinium ductu inter aurem utramque, in sincipite.* Nam in occipite, ductus ejusmodi vitium perimebat.
VIII. *Calvitium in vertice; tametsi aliter crinibus circumdaretur caput.*

In Collo, bina;

IX. *Collum adeo depressum seu breve, ut caput humeris continuum videretur.*
X. *Collum adeo oblongum, ut humeris videretur eluxatum.*

In Aure, quatuor;

XI. *Aures nimis exiguae.*
XII. *Aures turgidae nimis, instar spongiae.*
XIII. *Languidae nimis ac pendulae aures.*
XIV. *Auris altera, ab altera, obiter intuenti diversa.*

In Superciliis, quinque;

XV. *Pilorum defectus, in utroque;*
XVI. *Jacentia supercilia.* Puto aliquantulum pendula.
XVII. *Supercilium tantum unicum.*
XVIII. *Supercilia binis plura.*
XIX *Diffidentia, veluti sive colore pilorum sive longitudine, supercilia.*

In Palpebris, quatuor;

XX. *Pilorum in utrisque defectus.*
XXI. *Densitas in pilis nimia, seu hirsutia,* ut in silonibus.
XXII. *Pilorum alterius ab altero diversitas, veluti colore, tenuitate.*

XXIII. *Non*

XXIII. *Non ita, ut par eſt, apertae, ſed nimium conniventes palpebrae.*

In Oculis, undecim ;

XXIV. *Oculi ſuperius, quam par eſt, ſiti.*
XXV. *Oculi ſiti inferius, quam eſt par.*
XXVI. *Oculi omnino rotundi, nec in longitudinem aliquantulum extenſi.*
XXVII. *Oculi furibundorum inſtar.*
XXVIII. *Oculi majores, quam par eſt, inſtar vituli.*
XXIX. *Minores, quam par eſt, oculi, inſtar anſeris.*
XXX. *Lacrymae perpetuo ſtillantes.*
XXXI. *Humor ab alterutro oculi angulo fluitans.*
XXXII. *Contractio palpebrarum & oculorum viſui ſolita, ſeu nictatio, inter videndum, frequens.*
XXXIII. *Viſus adeo confuſus, ut ſine monitore inter objecta ampla diſtinguere nequiret.*
XXXIV. *Oculi diſſidentes, veluti colore, magnitudine, loco.*

In Naſo, ſex ;

XXXV. *Superior pars naſi, inter oculos, depreſſior.*
XXXVI. *Naſi medium nimium eminens.*
XXXVII. *Extremitas naſi repanda.*
XXXVIII. *Naſus alterutrinque divergens.*
XXXIX. *Naſus grandior quam ferret caeterorum membrorum ratio.*
XL. *Naſus exilior quam ratio ea ferret.* Menſura autem hic erat digitus ejus, de quo fiebat quaeſtio auricularis ; אם היה חוטמו גדול ממנה או קטן ממנה הרי זו מום, *Si naſus ei eſſet, aut major digito eo aut minor, vitium erat.* Sic magiſtri.

In Labiis, tria ;

XLI. *Labium inferius ſuperiori prominentius.*
XLII. *Labium ſuperius inferiori prominentius.*
XLIII. *Os adeo laxatum, ut ſalivam non retineret.*

In Ventre, tria ;

XLIV. *Venter tumidus.*
XLV. *Umbilicus prominens ; & non depreſſior, ut eſſe ſolet.*
XLVI. *Mammillae ſuper ventrem, inſtar mulieris, jacentes, ſeu pendulae.*

In Dorſo, tria ;

XLVII. *Dorſum incurvum.*
XLVIII. *Gibboſitas ex vertebra ſpinae luxata.*
XLIX. *Gibboſitas carnoſa.*

In Manibus, ſex ;

L. *Digitorum numerus excreſcens.* Abſciſſo vero qui excreverit, deſiit vitium ; ſed ita demum ſi exos eſſet.
LI. *Digiti alicujus defectus.*
LII. *Bini digiti continenter conjuncti.* Sed deſiit vitium, ſi a vola ad extremitates diſcinderentur.
LIII. *Digitus alter alteri inequitans.*
LIV. *Caro e pollice extuberantior.*
LV. *Uſus dextrae incommodus.* Nam ſiniſtra miniſterio functum, id quod peragebat profanaſſe ſcribunt.

In Vaſis ſeminariis, quatuor ;

LVI. *Scrotum, ad genua ferme pendulum.*
LVII. *Veretrum adeo longum, ut genua ferme attingeret.*
LVIII. *Scrotum percuſſum, adeo ut inde laederentur teſticuli.*
LIX. *Hernia.*

In Cruribus & Pedibus, quindecim ;

LX. *Crura adeo extrorſum incurva, ut, genibus nunquam conjunctis, pedes facile commiſcerentur* ; ut in valgis.
LXI. *Talus extuberantior.*
LXII. *Calcaneus ita retrorſum extenſus, ut crus medio pede inniti videretur.*
LXIII. *Planta pedis in latum diffuſa, &, inſtar anſeris, plana.* Ut in plancis ſeu plautis.
LXIV. *Caro e pollice pedis extuberantior.*
LXV. *Digitorum pedum alicujus defectus.*
LXVI. *Digitorum numerus excreſcens.*
LXVII. *Digitus alter alteri inequitans.*
LXVIII. *Bini digiti continenter conjuncti.* Idem hic jus erat quod in digitis manus ita conjunctis.
LXIX. *Pes adeo undiquaque ſibi aequalis, ut a calce ad digitorum extremitates, utrinque ac ubique eandem haberet figuram.*
LXX. *Pes a calcaneo ad digitos ita incurvus, ut, arcus inſtar, alterutrinque diſtorqueretur.* Ut in loripede.
LXXI. *Pes excavatus, ſeu planta ſic concava, ut ſtans calcaneo & digitorum extremitate tantum inniteretur.*
LXXII. *Tali intertrigine ſe mutuo inter eundum pulſantes.*
LXXIII. *Genua ſe mutuo inter eundum, intertrigine pulſantes.*
LXXIV. *Pedis ſiniſtri potior uſus.*

In Corpore toto, quatuor ;

LXXV. *Corpus grandius quam membrorum ferret ratio.*
LXXVI. *Corpus minutius quam eadem ratio ferret.*
LXXVII. *Corpus longius quam ratio ferret eadem.*
LXXVIII. *Pumilionis ſtatura.*

In Cute & Carne, octo ;

LXXIX. *Nigrities, qualis Æthiopis.*
LXXX. *Albor, qualis caſei.*
LXXXI. *Rubor, qualis coccini.*

LXXXII.

LXXXII. *Cutis ex causa interiori decolorata, veluti ex pustulis, lentigine.*
LXXXIII. *Cutis ex causa foris admissa decolorata, ut cicatricosa.*
LXXXIV. *Verruca seu naevus in facie etiam assario minor, modo ex eo crescat pilus.*
LXXXV. *Verruca seu naevus in facie assario aequalis seu major.*
LXXXVI. *Caro seu cutis languida & pendula.*

Adduntur insuper hisce

LXXXVII. *Surditas.*
LXXXVIII. *Fatuitas, qua insania etiam denotatur.*
LXXXIX. *Epilepsia.*
XC. *Spiritus immundus.*

Tertii generis, quae vitiabant, quia intuenti deformitate displicerent, bina duntaxat faciunt;

I. *Pilorum qui in palpebris defectus, tametsi eorum radices remanerent.*
II. *Dentes excussi.*

De hisce universis consulas Misnam & Gemaram Babyloniam, tit. *Becoroth*, cap. VI, & VII. R. Jehuda Ben Elai, in *Torath Cohenim*, col. 188. & 189, Maimonidem, hal. *Biath Hammikdasch*, cap. VI, & VII, & Mosem Mikotzi, Praecept. Negat. CCCVIII. Videsis item Philonem lib. II. de Monarchia, & libro de Victimis. Numerus omnium est CXLII. Nullum eorum non est בגלוי *in aperto*, adeo ut intuenti discerni posset. Neque enim admittunt, ut quod in aperto non esset, veluti in renibus, vesica, liene, intestinis, hic locum haberet, edocti scilicet exemplis in sacro sermone expressis. Quod vero in Hellenistarum versione Levitic. XXII, 22. pro חרוץ substituitur γλωσσότμητος *lingua sectus*, id plane Talmudicis adversatur. Neque enim linguae sectionem inter vitia enumerant; nec locum illum (qua vitia designat) non aeque ad sacerdotem offerentem ac ad victimas attinere volunt. Τὸ חרוץ igitur, quod *scissum* seu *incisum* denotat (Vulgata *cicatricem habens*) aures, palpebras, nares discissas significare aiunt; nec linguae vitium aliquod interponunt. Animadvertendum autem est in Vulgata reperiri, eum, qui *vel parvo, vel grandi, vel torto naso* fuerit, altari non admittendum. Vocabula quae respondent in origine Levit. XXI, 18. saltem illum locum occupant, sunt חרום או שרוע. Horum primum pro eo *cui superior pars nasi depressior est*, seu *simo nimis*, capiunt magistri, & secundum pro *eo cui membrorum paria sunt imparia*, veluti oculi, aures, crura. Pro utrisque habet Graeca versio, κολοβόρριν, ἢ ὠτότμητος, *naso mutilatus, aut auribus sectus.* Sed Vulgatae autor non tam originis verba, quam receptam de nasi vitiis sententiam ibi secutus videtur. Ex enumeratis autem vitiis alia vides esse קבועים *permanentia* seu *perpetua*, alia עוברים *transeuntia* seu *quae tempore desinunt.* De universis simul pronunciant, כל כהן שיש בו מום בין מום קבוע בין מום עובר לא יכנס למקדש מן המזבח ולפנים שנ' אל הפרוכת לא יבא ואל המזבח לא יגש:, *Sacerdos cui inest vitium, sive permanens illud fuerit, sive transiens* (antequam transierit) *non introeat sanctuarium usque ad altare, nedum locum aliquem interiorem; secundum id quod scriptum est,* AD VELUM NON INGREDIATUR, NEC ACCEDAT AD ALTARE. Locus est Levit. XXI, 23. legi de vitiis corporalibus subjunctus. Atque interdicto teneri volebant singulos ex genere sacerdotali vitio ex jam recensitis aliquo laborantes; ita tamen, ut si quis contra faceret, diversimodus esset contumaciae effectus. Nam cum tria sint vitiorum jam dicta genera, & flagelli poena plerumque delictis graviori non punitis supplicio irrogari ex sententia forensi soleret; si quis ex sacerdotali genere, cui vitium aliquod sive primi sive secundi generis inesset, hic contra fecisset, vapulabat. Maimonides; אם עבר ונכנס לוקה עפ"י שלא עבד:, *Si contumax fuerit sacerdos, & cum vitium habuerit introiverit, vapulat; idque etiamsi non sacrificaverit.* Si nempe hoc fecerit במזיד ולא בשגגה, *scienter & non ex ignorantia*: aliter enim poena haec non sequebatur. At vero sacrificii, ab iis qui binis hisce generibus vitiorum laborarent, peracti natura alia atque alia erat. Primum genus non modo poenam sacrificantibus scienter induxit, sed etiam ipsum sacrificii actum vitiabat, adeo ut esset עבודה פסולה *ipsum sacrificium illegitimum profanumque*, sive illud scienter sive ex ignorantia perageretur. Secundum vero genus, לא חלל עבודתו, *minime profanabat sacrificium*, tametsi sacrificans verberum poena esset afficiendus. Ob tertium demum sacerdos, qui adversus patria hic instituta contumax esset, אינו לוקה ועבודתו כשרה, *nec ipse vapulabat, nec sacrificium ejus illegitimum.* Adeo ut genus tertium in monitis, quae interdicti speciem induebant tam sine poena adjecta, quam sine sacrificii profanatione, tantum haberetur, primum & secundum in interdictis, huic etiam poena verberum, illi tam profanatione sacrificii quam poena adjecta. Quomodo autem tum primum tum secundum vitiorum corporalium, quae diximus, genus successioni pontificali aeque ac functioni sacerdotali, obstare posset, haud difficile est ex hisce decernere. Et de mutilatis auribus etiam exemplum habetur superiore in libro, cap. VIII, ubi de Hyrcano pontifice agitur. Aures ei praerosit Antigonus, ut ob hoc vitium, a dignitate, si forte redux esset, arceretur. De hisce vitiis Josephus lib. III. Archaeolog. cap. X. & lib. VI. Haloseos, cap. XV. Utroque etiam in loco, juxta legem in Levit. XXI, 22. latam, sacrarum epularum & rerum sacerdotali generi sustinendo assignatarum fuisse eos participes recte docet: sed pessime posteriori in loco, ut non raro, vertitur. Verba ejus sunt, Τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων ὅσοι διὰ πήρωσιν οὐκ ἐλειτούργουν, παρῆσάν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήροις ἐνδοτέρω τοῦ γεισίου, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ γένους ἐλάμβανον μερίδας, quod vertitur, *Qui vero ex origine sacerdotum genus ducentes, caecitatis causa munere non fungebantur, cum incolumibus intra limitem aderant, partesque generis consequebantur.* Nugae merae; nec autoris mentis ferme vestigium. Redde, *Ex genere sacerdotali, quotquot, propter defectum aliquem corporis, sacrum non obibant munus, aderant cum integris corpore intra atrii limites, & partes suas etiam ex ipsorum*

ipsorum originis jure accipiebant. Fuerunt alia corporis in sacerdotibus vitia, quae munere quidem arcebant eos usque dum corrigerentur; sed pro libitu ac momento corrigi potuere: ideoque successioni in functionem non aliter obstare potuere, quam si non corrigerentur: in hisce, praeputium, immundities lavacro aliisque ritibus abolenda, crines intonsi. Neque enim luctus causa aliave, sacerdoti cuiquam sacram vicem observanti seu pontifici ex lege permittebatur aut rasum caput, aut non tonsum habere crines promissos; qua de re videsis Levitic. X, 6, & XXI, 10, praeter Ezech. XLIV, 20. Nam quod legimus in citatis Levitici locis ראשיכם לא תפרעו de sacerdotibus universis, & את ראשו לא יפרע de pontifice, pro quibus in Vulgata habetur, *Capita vestra nolite nudare*, &, *caput suum non discooperit*, & apud Hellenistas, τὰς κεφαλὰς ὑμῶν οὐκ ἀποκιδαρώσετε, *caput vestrum cidari non nudabitis*, &, οὐκ ἀποκιδαρώσει, *cidari non nudabit*, seu, ut in nonnullis, οὐκ ἀπομιτρώσει, *non nudabit mitra*; haec ita capiunt Talmudici, ut crines promissos tantum verbis hisce interdici velint; adeo ut vertendus sit locus primus, *Comam capitum vestrorum non nutriatis*, & secundus, *comam capitis sui non nutriat*. Nam cum τὸ פרע *comam* seu *caesariem* significet, ut in dicto Ezechielis loco, & in Numeror. VI, 5. verbum etiam פרע (quod saepius quidem *retegere* aut *denudare* significat) velut ab ea notione factum, pro eo quod est *comam nutrire* seu *promittere* sumi hic volunt, & pro eodem quod in Ezechiele est פרע לא ישלחו *caesariem non promittant* seu *nutriant*; quod tamen in Graeca versione est τὰς κόμας αὐτῶν οὐ ψιλώσουσι, *comas suas non ad pressum tondebunt*, contra Ebraicam veritatem, & Vulgatam, quae Ebraicam hic sequitur. Sed magistris consonus est etiam diserte Onkelus in paraphrasi Chaldaica loci utriusque, רישיכון לא תרבון פירוע *capitis vestri non nutriatis comam*, & ית-רישיה לא ירבי פירוע *capitis sui non nutriat comam*. Astipulatur Arabs Erpenianus, altero in loco ille, شعر راسكم لا تكبروا *caesariem capitis vestri non crescere faciatis*, aut *promittatis*; altero, idem, numero & persona mutata. In Arabico etiam Saadiae, posterior locus vertitur راسه لا يشعث *caput suum* (caesariem capitis) *non diffundat*, priore itidem eisdem vocabulis usurpatis. Versio autem Arabica MS. bibliothecae Arundellianae habet لا تغطوا رووسكم *non obtegatis capita vestra*, priore in loco, eodem item vocabulo in posteriori adhibito. De tecto forte capillis capite locus capiendus, ut res ipsa exigit. Et immane quantum adversantur Ebraeorum placita versioni tum Vulgatae tum Hellenistarum, de capitibus non nudandis. Nam ex more receptissimo pileus seu cidaris sacerdotum & pontificis exuenda erat, quandocunque a sacro ministerio recederent, ut capite VII docetur. Qualis vero comae nutritio in interdicto comprehendatur (quantum ad sacerdotes gregarios attinet) eliciunt ex lege de Naziraeis lata Numer. VI, 5. ubi verba fiunt de coma eorum nutrienda per tempus consecrationis, quod triginta diebus brevius nunquam ex recepto more legitimum habebatur. Quamobrem & ultra triginta dies comam nutritam sacerdotem functioni, donec tonderetur, imparem reddidisse volunt. Nam post tot dies exactos rite nutriverat comam Naziraeus. Nec interdictum hoc ad omnia tempora, sed ad functionis seu vicis solennis praestandae tantum tempus, qua sacerdotes gregarios obligabat, attinuisse aiunt: perpetuo vero & nunquam non pontificem obligasse, utpote cujus praesentia in sanctuario adeoque veluti assidua functio, non per vices disterminata, ex lege praestituebatur. Qua de re videsis Mosem Maimonidem, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. V. & halach. *Biath Hammikdasch*, cap. I, Mosem Mikotzi, Praecept. Negat. CCCII. praeter commentarios ad citatos e Levitico locos. Qualibet autem Sabbati vespera ita tondendus erat pontifex, ut forcipe circumquaque crines aequarentur, capite tantum non raso. Quatenus hoc imitata fuerit ecclesia Christiana, ejusve pars aliqua, vide, si placet, Gratian. dist. XXIII. c. 21, & 22. & extr. tit. de Vita & Honest. Clericorum, cap. 5, & 6. obviosque de sacerdotum tonsura locos alios. Minime vero profanabat sacrificii sui actum comam nutriens, tametsi ex praeputio & immunditie ipsum actum, alioquin sacrum, profanatum esse statuant. Quod vide apud Maimonidem laudato libro, cap. IX. Tam comam autem nutriens, quam ex praeputio aut immunditie altari arcendus, verberibus, ex sententia forensi, plectebatur, si contra morem functioni se forte immiscuerat. Et de corporis hic habitu hactenus.

CAP. VI.

De vitiis animi, quae tam functioni sacerdotali, quam successioni in pontificatum obstarent. Etiam & de artibus quae existimationem tantum minuerent.

ANimi habitudo & integritas vitae, cujus in sacerdotibus pontificibusque, ad functiones suas, adeoque ad successionem pontificalem, admittendis, ratio erat habenda, ex illis animi vitiis seu peccatis intelligitur, quibus praecludebatur ad sacra peragenda, seu in sanctuarium, usque ad altare, sacerdotibus aditus. Horum, alia vim suam exuebant, si poenitentia ducti, qui iis laborabant, ad bonam mentem redirent; alia vim retinebant suam in hac re aeternum. Prioris generis exemplum est multiplex in nuptiis sacerdotum illicitis; non solum quae lege eis singulari, sed etiam quae communi omnium interdicto vetabantur. Etenim si quis sacerdos matrimonio sibi, contra fas, quomodocunque foeminam junxisset, functione, ex majorum instituto, arcebatur; ita tamen, ut si in forum (puto LXXI. virorum, seu quod consessum magnum appellitant) evocatus, in populi frequentia, illicita, quam contraxerat

erat, consuetudine abstinentem se fore palam voto profiteretur, & demum repudio conjugem illegitimam ejiceret, altari, non minus ac sacri coetus caeteri idoneus haberetur. Ita Maimonides, halach. *Biath Hammikdasch*, cap. VI. Et hujusce rei exemplum est luculentum Manassis Jadduae pontificis fratris, cui, ducta in uxorem, contra fas, Sanballatis Cuthaei filia, eo nomine imperatur, ut aut eam repudiaret, aut altari abstineret. Quod itidem de aliis eodem tempore sacerdotibus dicendum, ut est videre apud Josephum, lib. XI. cap. VIII. Adde etiam Nehemiam, XIII. 28. & vide Jacobum Capellum in Historia Sacra, Anno M. 3666. Posterioris generis, species sunt binae illustres; cultus extraneus, seu idololatria; & cultus etiam qui in Pentateucho praestituitur, loco tantum discriminatus, id est, alio in templo, alibi extructo, ad Hierosolymitani similitudinem, Numini vero exhibitus. Cultus extraneus sive sponte sive errore a sacerdote praestitus, eum ita vitiabat, ut altari perpetuo, tametsi solenniori ritu poenitentiam ageret, esset arcendus. Maimonides, libro jam laudato, capite IX. כל כהן שעבד עז̈ ביז במויד בין בשוגג אעפ̈ שחזר בתשובה גמורה הרי זה לא ישמש במקדש לעולם שנ̇ לא יגשו אלי לכהן לי אחר העובד אותה בשירות כגון שנעשה כומר לעבודה זרה או המשתחוה לה או המודה בה וקבלה עליו באלוה הרי זה פסול לעולם עבד והקריב אין קרבנו ריח ניחוח אעפ̈ שהיה שוגג בעת ששרת או שהשתחוה או שהודה אבל השוחט לעז̈ בשוגג אם עבד והקריב קרבנו ריח ניחוח ונתקבל שהרי לא שרת ולא נעשה כומר אלא שחט בלבד והוא שוגג ואף על פי כן לכתחלה לא יעבוד: *Quicunque sacerdos cultum praestiterit extraneum, sive id sponte fecerit sive ex errore, tametsi solenniori poenitentia ductus ad bonam mentem redierit, in sanctuario nihilominus officio nunquam omnino fungetur. Nam & scriptum est* (Ezech. XLIV. 13. ubi de sacerdotibus, qui idola coluerant, agitur) NON APPROPINQUABUNT AD ME, UT SACERDOTIO FUNGANTUR MIHI. *Neque discrimen est hic inter eum, qui ut sacerdos in cultu extraneo minister fuerit, & eum qui adoraverit idolum, & eum qui agnoverit in eo divinitatem atque ei se addixerit. Hi omnes aeque ac aeternum altari sunt arcendi. Quin nec, si eorum quisquam sacerdotio functus sacrificium obtulerit, erit id odoris grati, tametsi ex errore sive sacerdotem in cultu extraneo is egerat, sive adoraverat, sive divinitatem agnoverat. At vero qui ex errore tantum mactaverit idolo, si is sacerdotio functus sacrificium obtulerit, erit id grati odoris & recipietur, quoniam scilicet nec ministerium praestitit, nec sacerdos cultus extranei factus est, sed tantum mactavit, idque ex errore. At interea error hic non facit quo minus is, ut caeteri, altari sit itidem arcendus.* Atque ita Talmudici ad tit. *Menachoth*, cap. XIII. fol. 109 a. Cultus autem loco tantum, ut diximus, discriminati, veluti in templo Heliopolitano aut Samaritanorum, eandem vim fuisse ibi asseritur, tametsi pro עז̈ *cultu extraneo* seu *idololatria*, is neutiquam acciperetur. Maimonides, loco jam memorato, מי שעבר ועשה בית חוץ למקדש להקריב בו קרבנו לשם אינו כבית עז̈ ואעפ̈ כן כל כהן ששימש בבית כזה לא ישמש במקדש לעולם וכן כלים שנשתמשו בהן שם לא ישתמשו בהן במקדש לעולם אלא יגנזו ויראה לי שאם עבד כהן ששימש שם במקדש לא פסל: *Qui, lege sacra violata, extruxerit templum, extra sanctuarium, ut offerat ibi sacrificia Numini vero, non quidem templum illud quale templum idolis sacratum habetur. Veruntamen, sacerdos quicunque in ejusmodi templo officio functus fuerit, sanctuario aeternum est arcendus; quemadmodum etiam instrumenta universa ibi in cultu adhibita, adhiberi nunquam debent in sanctuario, sed in gazophylacio reponenda sunt. Caeterum mihi videtur, si modo forte sacrificaverit in sanctuario sacerdos, qui in ejusmodi templo antea ministerio functus est, actum ejus minime profanum esse.* Huc spectat cultus sacerdotum in templo ab Onia Oniae tertii pontificis filio in AEgypto, sub Ptolemaeo Philometore, extructo; de quo fusius libro superiore, cap. VII. Instar Hierosolymitani factum est, atque ut ritus in eo Judaici peragerentur: caeterum, ex recepto, quem diximus, more, sacerdoti, qui in eo templo sacrum ministerium praestitisset, aditus in sanctuarium Hierosolymitanum, ut ibi redux officio fungeretur, aeternum praecludebatur. Misna tit. *Menachoth*, cap. XIII. הכהנים ששמשו בבית חוניו לא ישמשו במקדש בירושלם ואין צריך לומר לדבר אחר שנ̇ אף לא יעלו כהני הבמות על מזבח ה̇ בירושלם כי אם אכלו מצות בתוך אחיהם הרי הן כבעלי מומין חולקין ואוכלין אבל לא מקריבין: *Sacerdotes, qui officio functi fuerint in templo Oniae, functione in sanctuario Hierosolymitano arcendi sunt; multo magis ii qui idola coluere. Nam & scriptum est*, II. Regum XXIII. 9. VERUNTAMEN NON ASCENDEBANT SACERDOTES EXCELSORUM AD ALTARE DOMINI IN JERUSALEM, SED TANTUM COMEDEBANT AZYMA IN MEDIO FRATRUM SUORUM. *Scilicet veluti inter eos qui corporalibus vitiis laborabant, censebantur hujusmodi sacerdotes. Partes suas in distributionibus cepere, & comedebant* (epulis sacerdotalibus rite satis affuere; qua de re vide Levit. XXI. 22.) *sed minime sacrificia offerebant.* Praeter commentarios ad eum locum, consulas hac de re Mosem Mikotzi, Praecept. Neg. CCCIX. Hinc facile fit dijudicare, quamobrem neque Onias Oniae tertii filius, cui haereditario jure pontificatus, post aetatem legitimam, alioquin debebatur, nec posteri ejus unquam avitam in templo Hierosolymitano haereditatem sibi postularent. Eo scilicet jure excidere quotquot in Oniae templo Heliopolitano sacra fecissent. Nec ambigendum est, tam filios Oniae nepotesque proximiores, rebus suis in AEgypto haud parum florentibus, ibi sacra peregisse, quam Oniam ipsum. Filios autem habuisse illum binos liquet, Chelciam & Ananiam, qui ipsi a Strabone quidem memorati, dicti sunt Cleopatrae ἐυδοκιμεῖν μάλιστα *magno in pretio fuisse.* Sed filios fuisse eos Oniae, autor est Josephus, lib. XIII. cap. XVIII. ubi & Strabonis locus. Praetermissis igitur hisce, qui ita jure suo, ac si plane esse desierant, excidissent, omnino legitima potuit esse atque civili proximitate sanguinis undiquaque subniti Hasmonaeorum successio, de qua libro superiore egimus. Et certe Ebraeorum nonnullis adeo legitima fuit Hasmonaeorum in pontificatum successio habita, ut in Mosis benedictionibus veluti praevisa illa designaretur.

retur. Unde posteriora benedictionis Levi verba in Deuter. XXXIII. 11. ad eam spectare volunt, quod adnotatur, ad dictum locum, in glossa Jarchii. Adeo ut ratio sane desit viris aliquot eruditissimis, dum veram pontificum successionem in Hasmonaeis interpellatam esse, & contra jus eos successisse, fidenter affirmant. Nec melius fere illi, qui successionem legitimam ideo in Hyrcano, Hasmonaeorum ultimo, finem habuisse scribunt, eo quod ἐξ ἐκείνου οὐδὲ κατήγοντο, *ex eo originem non ducerent*, ii qui sequerentur, quemadmodum Theodorus ait Metochites, alii. Ratio nihili est, quia tam ipsius natis jure, causis multiplicibus jam dictis, potuit pontificatus praecludi, quam ad alios sine injuria devenire. Vitiis hisce animi seu moribus inquinatis, qui hic locum habuere, expectarit forsan quis, ut adjiciatur etiam homicidium, idque sive sponte sive errore commissum; maxime cum ex vetusto, in Christiana republica, Ebraicam non raro imitante, more, homicidae sive voluntarii sive involuntarii (modo canonistarum aliquot exceptiones admittas) irregularitatem contrahant, id est, functioni sacerdotali minus idonei reddantur. Certe ex commentariis Talmudicis homicidium functioni sacerdotum in sacrificiis peragendae obstitisse nondum satis didici. At vero homicidam functionem aliam sacerdotalem, sacrificatione minus illustrem, rite non praestare potuisse, uno ore satis asserunt magistri. Nempe benedictionem, quam נשיאות כפים, *extensiones manuum* nuncupant, in sacra lege Numeror. VI. 23. praescriptam, atque in templo & synagogis a coetu sacerdotum praestandam. Maimonides, halach. *Thepila Webarceth cohenim*, cap. XV. כהן שהרג את נפש אפילו בשגגה אף על פי שעשה תשובה לא ישא את כפיו, *Sacerdos qui quempiam occiderit, etiamsi id ex errore fecerit, etiam & poenitentiam egerit, non debet unquam in benedictione solenni manus extendere.* Quin eundem facere videtur, ex sententia veterum, homicidam cum idololatra hac in specie. Etiam & adjicit, וברכה כעבודה היא שנ׳ לשרתו ולברך בשמו, *Benedictio insuper veluti sacrum in sanctuario ministerium est, secundum id quod dicitur*, UT MINISTRARET EI ET BENEDICERET IN NOMINE EJUS. Locus citatur ex I. Paralip. XXIII. 13. Tantundem habetur in Talmude Babylonio, tit. *Beracoth*, cap. V. fol. 33. & Mose Mikotzi, Praecept. Affirmat. XX. Atque huc trahunt etiam illud Esaiae I. 15. *Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis; & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine plenae sunt.* Praeter locos citatos, vide Davidem Kimchium ibidem. Certe & alia fuere, quibus reddebatur sacerdos benedictioni huic solenni parum idoneus, nec tamen altaris functioni; veluti lingua blaesa, & distorti digiti. Alia etiam fuere vitia, quibus functio deneganda erat, nec tamen benedictionis praestatio; ut quae memoravimus ante sive corporis sive animi pleraque. Neque ad hanc rem spectat illud Exodi cap. XXI, 14. *Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Id intelligitur non de vitio ejusmodi ex homicidio quolibetcunque contracto, ut inde ministerio altaris sacerdos esset deponendus, sed de poena tantum mortis ita homicidae infligenda, ut nec altare, velut asylum, eum omnino tueretur. Sic sane magistri, ad quorum mentem, Jarchius ibidem, אם היה כהן רוצח לעבוד עבודה תקחנו למות, *Etiam si fuerit sacerdos homicida, atque is sacrificium peragere velit, ipsum quoque evelles*, (seu *tolles*) *ut morte plectatur.* Vide nunc DD. ad tit. de Homicidio, c. 1. Sed tam de homicidio errore commisso, quam spontaneo, in specie de benedictionibus loquuntur magistri; quibus etiam, ob apices aliquot forenses in actionibus observandos, quamplurima adulteria, incestus, idolorum cultus, homicidia spontanea ultimum supplicium evasere, quae tamen unico teste probata, fama credita, seu praesumpta effectus suos alios habuere. Quod tum in eo quod de sacerdote homicida hic diximus, tum in eis quae supra de sacerdotis idololatria ac incestis nuptiis afferuntur, est inprimis advertendum. Etiam & quae existimationem minuerent aliqua, utcunque non mala, in causa fuere, ut idoneus non haberetur quis successioni huic sacrae. Maimonides, halach. *Melachim*, cap. I. אין מעמידין מלך ולא כהן גדול לא קצב ולא ספר ולא בלן ולא גרדי ולא בורסי לא מפני שהן פסולין אלא הואיל ואומנותן נקלה העם מולזלין בהן לעולם ומשיעשה במלאכה מאלו יום אחד נפסל׃, *Non constituunt sive regem sive pontificem eum qui est aut lanio, aut tonsor, aut balneator, aut textor, aut coriarius. Non quod artes ejusmodi illegitimae habitae, sed quoniam, ob earum sordes, populus in ejusmodi successione nunquam acquiesceret. Etiam & qui die unico aliquam ex artibus ejusmodi exercuerit, minime idoneus redditur.* Et quemadmodum non admittebantur qui vitiis jam dictis laborabant, ita etiam ex eis, quae dignitati accederent destituendi, ut videtur, erant & pontifices & sacerdotes. Et de ea re, praeter exemplum Hyrcani pontificis auribus truncati, vide Maimonidem, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. IV. & Misn. tit. *Horajioth*, cap. III.

CAP. VII.

De vestibus ac indumentis sacris, tum sacerdotalibus tum pontificiis. Et quinam vestitus sacer pontifici succedenti, ritu solenni induendus.

Ritus solemnes in novo, apud Ebraeos, pontifice consecrando triplices fuere, vestitus sacer, unctio, & sacrificium. Quod ad vestitum sacrum pontificis attinet, ex legibus, in Exodi capite XXVIII & Levitici XVI, de ea re latis, atque ex eis quae occurrunt in hujus libri cap. VIII, illius XXXIX, vestium sacerdotalium genus faciunt trinum, בגדי כהן הדיוט בגדי זהב ובגדי לבן, *vestes sacerdotis cujuslibet gregarii, vestes aureas, & vestes albas.* Primi generis quatuor fuere, כתנת ומכנסים ומגבעת ואבנט, *tunica, femoralia, pileus, cingulum*: secundi item quatuor, מעיל ואפוד וחושן וציץ *pallium*, cui appensa tintinnabula & mala punica, *ephod* seu *epomis* (quo nomine tamen tunicae sacerdotum etiam & Levitarum interdum denotatae, ut alibi monitum est)

est) *pectorale* seu *rationale judicii*, in quo sanctissimum illud oraculum, & demum *lamina*, qua nomen tetragrammaton inscriptum fronte eminebat. Tertii generis totidem etiam fuere, כתנת מכנסים אבנט ומצנפת, *tunica*, *femoralia*, *cingulum*, & *pileus* seu *tiara*. Generis primi universae albae fuere, & ex lino purissimo contextae; excepto duntaxat cingulo, cui lana intertexebatur opere phrygionico seu polymito. Tunica talaris erat. Femoralia, quales fere braccae passim in usu, sed nullibi scissura disjuncta. Cingulum latum erat circa digitos tres, longum cubitos circa triginta duos, adeo ut multoties in se circumplicatum, corporis medium incingeret. Pileus autem non ita erat contextus, ut caput indutum statim reciperet, sed tela sedecim (ut plerique) cubitos longa caput etiam multoties circumplicans operiebat. Quatuor haec sacerdotibus gregariis praestituta esse docent in Exodi XXVIII, 40, & 42. Et quod שש ibi toties legitur, pro quo in versione tum Graeca tum Vulgata, atque apud Josephum, Philonem, alios saepissime, *byssus* substituitur, id pro lino purissimo, qui veluti byssus est, seu AEgyptiaco sumunt. Opus autem phrygionicum, quo ornabatur cingulum seu balteus, non aliud fuisse volunt ac picturam textilem, qua fila ex lana purpurea, hyacinthina, coccinea lino artificiose intermiscerentur; nec colorum, quos diximus, in sacro sermone mentionem, ubi sacerdotum vestes designantur, aliud innuere, quam lanam eis tinctam; & lanam tantum. Nam ex lege & more patrio, sacerdos gregarius non rite vestiebatur (sic illi) לעבודה אלא צמר ופשתים בלבד, *in sacrum ministerium, nisi tantum lino & lana indueretur*, modo jam dicto. Neque vestes hae sacrae (quae omnes בגדי כהונה לעבודה, *vestes sacerdotales ad sacrum ministerium* nuncupantur) alibi aut alio tempore sacerdoti gerendae, praeterquam dum, vicem sacram observans, altaris ministerio assiduus adesset. Peracta vice, in apothecis reponebantur; adeo ut extra templum, vestitus cultu, nec a plebe caetera differret sacerdos. Ejus autem balteus ex lino & lana contextus, reliquo hominum generi (sicut & omnes aliae ita contextae vestes) interdicebatur ex lege lata Levitic. XIX, 19. qua *vestis ex duobus contexta non erat induenda*, adeoque nec generis sacerdotalis alicui extra vim legum de sacris vestibus speciatim latarum. Jurisconsulti Ebraei; אסור לכהן הדיוט ללבושן אלא בשעת עבודה, *Fas non erat sacerdoti gregario sacris indui vestibus alio tempore, quam dum sacris operabatur*. Et Josephus lib. VI. Haloseos, cap. XV. τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνος, *vestes sacras sacerdos qui sacris operatur solus induit*, caeteris, ut ipse etiam ibi, τὰς ἰδιωτικὰς *plebeiis* indui solitis. Vide etiam Ezech. XLIV, 19. Sed tunicae sacerdotalis lineae usus Levitis, sub Agrippa rege, aeque ac sacerdotibus (sed contra fas) impetrabatur, quod tradit idem Josephus lib. XX. cap. VIII. Et exceptio hic videtur adhibenda, de conventu publico in communem salutem habito, dum de non gestandis, extra muneris sacri praestationem, sacris vestibus, morem dispicimus. Nam cum Jaddum pontificem comitati sacerdotes gregarii ac populus Alexandrum Magnum Hierosolymis exciperent, sacerdotes universi ταῖς νομίμοις στολαῖς *habitu sacro* prodibant, ut legitur apud Josephum lib. XI. cap. VIII. Nisi id tribui velis tantum Numinis monito, quod in somnis accepisse noctu praecedente pontificem, ex eodem loco docemur. De vestium autem sacerdotalium genere, ipse etiam Josephus lib. III. Archaeolog. cap. VIII, ad magistrorum ferme mentem. Sed cingulum ait fuisse quatuor digitos latum. Consulas de hisce, si placet, praeter Gemaram Babyloniam, ad tit. *Joma*, cap. I. fol. 12, *Sepher Siphra*, fol. 16. col. 64. Maimonidem, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. VIII. & Mosem Mikotzi, Praecept. Affirmat. CLXXIII, ut omittam magistrorum commentarios aliorumque ad memoratos Exodi locos. Vide etiam Josephum Scaligerum in Eusebianis, pag. 178. Quemadmodum autem quatuor, quas genus primum complectitur, sacerdotibus sacra obeuntibus nunquam non gestandae erant, ita etiam pontifici quatuor illae, quae secundi sunt generis (*aureae* ob aurum lino & lanae intinctae intertextum, aliterque varie in vittis, catenulis, lamina adhibitum, nominatae) simul cum ipsis, quae sunt primi splendidius confectae, habitus erat sacer, isque in sacra ejus functione perpetuus, excepto festo expiationum; de quo statim. Eae a scriptoribus obviis passim explicantur, uti & in ipso Sermone Sacro, satis. Nec discrimen faciunt inter femoralia & tunicam, quae sacerdotibus gregariis & pontifici in usu. Balteum autem pontificis & pileum aliquanto discrepasse a caeterorum; balteum opera accuratiori tam auro quam lana tincta intertextum; pileum vero (quem מצנפת *tiaram* seu *cidarim*, etiam ex ipso sermone sacro, vulgo nuncupant) ex tela quidem capiti circumplicata etiam pontifici formatum, sed ita ut capitis ejus involverit partem superiorem in figuram pilei Turcici, quem *turibantum* vocamus; nec inferius descenderet, ne laminae fronti annectendae loco incommodaret. Caeterorum vero pileos undiquaque capita, galearum instar (unde & Onkelo כובעים *galeae* dictae) plicaturis inclusisse. Ita fere magistri. Sed in hac re non eadem est omnium sententia, cum circumplicatae telae figuram explicant. Videsis jam indicatos Ebraeorum commentarios, & maxime Abarbinelem ad Exodi vigesimum octavum. Sed haud parum hic differt Josephus, qui sane sub excidio templi secundi oculatus erat, ipse etiam sacerdos, testis vestium sacrarum. Pileum sacerdotum gregariorum (quem μασναεμφθὴς, vocabulum a מצנפת *mitzanepath* deformatum, nuncupat; & caetera etiam apud eum, ut fieri amat, vestitus sacri nomina, uti & alia non pauca, in verborum portenta distorquentur) minime fastigiatum fuisse ait, nec totum caput incingens, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγου ὑπερβεβηκότα μέσης, *sed paulo plus quam medio superimpositum*. Et de crebris telae plicaturis satis quidem astipulatur. Hisce autem consutis, Σινδὼν, inquit, ἄνωθεν αὐτὴν ἐκπεριέρχεται διήκουσα μέχρι μετώπου, τήν τε ῥαφὴν τῆς ταινίας καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς ἀπρεπὲς καλύπτουσα, καὶ ὅλῳ δὲ τῷ κρανίῳ γιγνομένη ἐπίπεδον· ἥρμοσται δὲ ἀκριβῶς, ὡς ἂν μὴ περιρρυῇ πονοῦντος περὶ τὴν ἱερουργίαν, *Sindon desuper pileum integit, usque ad frontem descendens, & fasciae consuturas atque id quod in eis deforme erat occultans, & toti cranio adhaerens.*

Aptatur autem accurate ne sacrificanti forte dilabatur. Tam vetus interpres, cui descendit sindon haec *usque ad inferiora barbae*, quam recentior in loco illo reddendo nimium fallunt. Nisi sindon haec aut continua aut consuta pars telae, e qua formatus esset pileus, fuerit, adeoque redimiculi velut vicem, plicaturas etiam obtegentis, praestiterit, certe bina erant capitis sacerdoti gregario indumenta; reclamante alias universa Ebraeorum turba. Caeterum non solum ab Ebraeis caeteris recedit hic Josephus, sed etiam in pontificis capitis indumentis mire discrepat. Alium scilicet, eumque partim hyacinthinum, priori impositum vult. Huic item στέφανον χρύσεον ἐπὶ τριστιχίαν κεχαλκευμένον· θάλλει δ' ἐπ' αὐτῷ (sic ille lib. III. Archaeolog. cap. VIII.) κάλυξ χρύσεος τῇ σακχάρῳ βοτάνῃ παρ' ἡμῖν λεγομένῃ ἀπομεμιμημένος· ὑὸς δὲ κύαμον Ἑλλήνων οἱ περὶ τομὰς ῥιζῶν ἐμπείρως ἔχοντες προσαγορεύουσι, *Coronam auream, triplice ordine fabrefactam, fuisse circumligatam; e qua exsurgunt calyculi aurei, quales videntur in herba nobis daccharo dicta, Graecorum autem herbariis hyoscyamo.* Calyculos autem ab occipitio ad tempora utrinque exsurrexisse, non autem in fronte, quoniam locus is laminae sacrae integer servatus. Certe & Philo praeter pileum, quem *mitram* nominat; cidarim etiam videtur asserere pontifici gestamen capitis. De lamina locutus, Μίτρα δ' ἦν (inquit lib. III. de Vita Mosis) ὑπ' αὐτῷ, τοῦ μὴ ψαύειν κεφαλῆς τὸ πέταλον· πρὸς δὲ καὶ κίδαρις κατεσκευάζετο· κιδάρει γὰρ οἱ ἑῴων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι, *Subfuit huic mitra, quo fiebat, ut caput ipsa non attingeret. Quin cidaris ei in ornamentis erat. Nam & orientis reges cidari, diadematis vice, uti solent.* Et paulo post, Κίδαριν ἀντὶ διαδήματος ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ, *Cidarim pro diademate impositam habet capiti.* Sed vero an is hic mitram a cidari aliam esse voluit, an pro eadem utrumque sumpsit vocabulum? Adeo ut non adjectam mitrae esse innuerit cidarim, sed mitra memorata, cidaris nomen, veluti synonymum, ob explicationem tantum atque dignitatem pontificiam (quam aut regiam aut regiae proximam esse voluit) adjecerit. Sane eliciendum illud videtur ex eo quod apud eundem in libro περὶ φυγάδων legitur. De dignitate pontificis ibi verba faciens, ipsam mitram, ni fallor, pro diademate sumit. Verba sunt, Καὶ ὅτι τὴν κεφαλὴν οὐδέποτε ἀπομιτρώσεται, τὸ βασίλειον οὐκ ἀποθήσεται διάδημα, τὸ σύμβολον τῆς οὐκ αὐτοκράτορος μὲν, ὑπάρχου δὲ καὶ θαυμαστῆς ἡγεμονίας, *Ex eo etiam quod caput ejus mitra nudandum non est* (Hellenistarum versionem, de qua capite V. hujus libri, secutus est) *regium diadema non est ei exuendum, quod quidem insigne est potestatis: non quidem imperatoriae, sed tamen gubernatoris & praefecturae admirabilis.* Nisi hoc in loco mitram & diadema pro eodem sumpserit, ipsum me non intelligere fateor. Quod si ita fuerit, etiam & cidarim, quam diadematis regii veluti vicem, priori in loco, occupasse vult, eandem ei cum mitra fuisse, aequum est ut existimemus. Nam & undenam diadema aliud, quod regium sit, e Sacris Literis, quas sequi velle videtur, habere potuisset, non satis constat: multo vero minus, undenam coronam illam triplici ordine fabrefactam cum calyculis exsurgentibus habuerit Josephus, qui tamen magis morem sui aevi (quod forte etiam in pontificis capitis indumentis, ut in aliquot aliis, ab origine deviasset) quam ipsum Mosaicum, id est, primarium horum indumentorum institutum ibi enarrat. Nam de praesenti sibi tempore, quantum ad figuras attinet, plane loquitur. At mire sibi placent nonnulli, dum ex illa Josephi traditione, teste alio non subnixa, triplicem nescio quam ex oriente in occidentem deducunt coronam. Ebraeis caeteris millies occurrit, Exodi & Levitici hac de re vestigia diligentissime prementibus & suos proculdubio mores callentissimis, quatuor tantum numero fuisse sacerdotibus gregariis vestes sacras, atque octo pontifici; neque alterutris plura. Quod non sine magno errore scripserant unoque ore tradiderant, si aut bini pilei, aut corona seu diadema aliud praeter cidarim, tiaram, mitram seu pileum (nam haec hic nomina idem sonant) & laminam illam auream, in qua tetragrammaton inscriptum est, pontificis sacrum gestamen fuisset. Scimus Exodi XXIX, 6. legi, *Pones tiaram in capite ejus,* ונתת את נזר הקדש על המצנפת, *& collocabis coronam sacram super tiaram*; unde etiam coronam in ejus indumentis fuisse conjici quis recte posse forsan existimet? Quod manifesto quidem certum est. Sed ita planissime capiendum, ut corona sit ipsa lamina aurea, quae vitta hyacinthina tiarae imposita, verum erat diadema, & *coronae sacrae* nomen, in sacris literis, alibi sortitur: Exodi XXXIX, 30. *Et fecerunt* את ציץ נזר הקדש זהב טהור *laminam, coronam sanctam, ex auro puro.* Sic etiam habetur in Levitici VIII, 9. Nec dubitant magistri in locis hisce semper coronam, pro ipsa lamina, sumere. Quibus astipulatur Vulgatae autor, qui priori Exodi loco, ipsum vocabulum quod coronam significat, per *laminam* reddit, atque in binis caeteris *laminae* nomen tantummodo retinet. Neque aliam praeter ipsam laminam, coronam seu indumentum, agnoscunt in locis illis Hellenistae. Quod vero in Vulgata, Exod. XXXIX, 27. occurrit, *Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filiis ejus, & mitras cum coronulis suis ex bysso*; id in origine nihil habet quod τῷ *coronulis* respondeat aliter ac in hisce verbis: ואת המצנפת שש ואת פארי המגבעת שש, *& tiaram* (seu *cidarim*) *byssinam, & tiaras* (seu *ornamenta*) *pileorum byssinorum,* seu, ut Hellenistae ibi, καὶ τὰς κιδάρεις ἐκ βύσσου, καὶ τὴν μίτραν ἐκ βύσσου, *cidares byssinas, & mitram ex bysso.* Adeo ut tantum pontificis cidarim, atque gregariorum sacerdotum pileos seu mitras, quae non multum ex instituto (si vittas hyacinthinas demas) discreparunt, ibi simul indicari videatur. Tametsi sint etiam in Ebraeis, qui pontificio pileo seu cidari, tiaram seu cidarim, decoris causa, aliam aptandam ibi denotari velint, quae, ob vittas hyacinthinas quibus constringebatur, primam circumdabat כמין כתר *in figuram coronae*, qua de re vide glossam ibi Jarchii. Non male sic quadrat sindoni plicaturas cidaris obtegenti, quam memoravimus ex Josepho. Atque ex unica longa illa tela, e qua formatus est pileus pontificius seu cidaris, tam adjecta hujusmodi tiara, quam ipsa cidaris, quae capiti proxime adhaesit, simul,

ut

ut unicum tamen indumentum, commode satis plicando potuit confici. Certe & alibi Josephus non aliam praeter laminam auream, & tiaram byssinam hyacintho circumstrictam, pontifici coronam fuisse agnoscit. Is caetera diligenter describens lib. V. Haloseos, cap. XV. Τὴν δὲ κεφαλὴν, inquit, *βυσσίνῃ μὲν ἔσκεπε τιάρᾳ· κατέστεπτο δ' ὑακίνθῳ, περὶ ἣν χρυσοῦς ἄλλος ἦν στέφανος, ἐκτύπωμα φέρων τὰ ἱερὰ γράμματα· ταῦτα δ' ἐστι φωνήεντα τέσσαρα*, *Caput tiara byssina tegebat, coronatur autem hyacintho. Et circa eam alia corona erat aurea, scriptas ferens sacras literas, id est, nomen tetragrammaton.* Binas hic habet ille coronas quidem; sed alteram, ipsam cum vittis cidarim aut tiaram, seu potius ipsas vittas; alteram, laminam auream, quae & in Sermone Sacro aliquoties, ut jam dictum est, *corona sancta* nuncupatur. Atque id etiam est inprimis hic advertendum, ubi Josephus habitum Jaddi pontificis Alexandrum Magnum excipientis describit (quem *legitimum* fuisse, id est, integrum, ipse diserte narrat) nihil aliud capiti ejus induitur praeter cidarim & laminam auream: quod habetur in libro ejus XI, cap. VIII. Quin & cum Alexander postmodum Syriae rex, ad Jonathanem mitteret stolam purpuream & coronam auream, quibus veluti pontificem eum designare voluit, Jonathan ipse dicitur induisse τὴν *ἁγίαν στολὴν* seu *ἀρχιερατικὴν*, id est, *sacra pontificatus indumenta*, tam in Josepho ipso, lib. XIII, cap. V. quam in primo Hasmonaeorum libro, cap.X,21. nulla mentione coronae aureae in indumentis ejus habita, tametsi novam ab Alexandro dono accepisset. Cum nihilominus, petentibus per legatos Judaeis a Claudio Caesare stolae sacrae, seu pontificii vestitus custodiam, diplomate conceditur & sacrae vestis & coronae, qualiscunque illa fuerit (sed pro lamina aurea accipienda mihi videtur) custodia. Diplomatis verba sunt, *Τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα καὶ τὸν στέφανον ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ὑμῶν εἶναι συγχωρῶ*, *Ut vestitus sacer & corona a vobis custodiatur, concedo.* Diploma habetur integrum apud Josephum, lib. XX. cap. I. Utut vero se res haec habuerit de indumentis capitis pontificiis, tam certum est ab origine illud unicum fuisse quod, praeter laminam auream, capiti ejus imponeretur, utcunque hyacinthino coloris opere auroque variegatum, unamque fuisse illud tiaram, cidarim, mitram, seu pileum, quam verisimile idem pro diverso complicandi, contexendi, ornandique artificio, ad augustam gestantis praesentiam efferendam, adhiberi solito, non semper eandem tulisse figuram, sed aliam atque aliam ita induisse, ut etiam tum merito *corona* (quoniam & plane diadema erat) nuncupari posset, tum, ex diversis in exteriori parte plicaturis, e duabus veluti tiaris consistere videri. Et de pontificis cidari haemisphaerii figuram habente, diserte D. Hieronymus Epist. CXXVIII. ubi pontificis a sacerdotum caeterorum non discrepasse ait. Quod vero habent Talmudici de triplici Israelitarum corona (כתר appellitant) corona nimirum legis, corona regis, & corona sacerdotii, id ad illustrem horum dignitatem eo nomine designandam tantum attinet. Neque coronae figuram singulis hisce impositam esse magis probat, quam Israelitis triplicem. De ea vide tit. *Aboth* in Talmude Babylonio, fol. 9. & Maimonidem, halach. *Talmud Thorah*, cap. III. Tertium demum vestium sacrarum genus, quod *album* dictum est, eadem figura erat ipsa, qua genus primum. Sed in iis, nec balteus lana tincta intertextus est, nec, praeter linum purissimum seu byssum, quid omnino adjectum. Haec autem indumenta pontifici fuere propria, ac semel tantum in anno, intra sacrarium intimum seu sanctum sanctorum, id est, in festo expiationis, ipsi gestanda. De quatuor hisce locus est manifestus in Levitico XVI. 4. ubi scite Glossa, מגיד שאינו משמש לפנים בשמנה בגדים שהוא משמש בהן בחוץ שיש בהם זהב לפי שאין קטיגור נעשה סניגור אלא בארבעה ככהן הדיוט וכולן של בוץ, *Intelligendum, quod non intra* (in sancto sanctorum) *ministerium praestabat pontifex octo indutus vestibus, quibus sacerdotio fungi solebat extra, utpote quibus aurum intertexebatur (nam accusator non debet personam patroni induere) sed quatuor tantum, quemadmodum & sacerdos gregarius: atque hae ex bysso* (seu *lino purissimo*) *solum constabant*. Tantundem habetur in Gemara Hierosolymitana, ad tit. *Joma*, cap. VII. fol. 44. col. 2. halach. 5. Atque de hisce aperte Josephus, lib. 5. Haloseos, cap. XV. Primo ait pontificem habitu augustiori (quem describit) calendis, sabbatis, aliisque illustrioribus festis maxime, cum sacerdotibus gregariis in templum ascendere, & sacra peragere. Statim autem subjicit, *Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἐσθῆτα, οὐκ ἐφόρει τὸν ἄλλον χρόνον, λιτοτέραν δ' ἀνελάμβανεν· ὁπότε δὲ εἰσίοι εἰς τὸ ἄδυτον, εἰσῄει δ' ἅπαξ κατ' ἐνιαυτὸν μόνος ἐν ᾗ νηστεύειν ἔθος ἡμέρᾳ πάντας τῷ Θεῷ*, *Habitum quidem illum alio tempore non gerit, sed simpliciorem adsumit. Ita vero fit, cum adytum introit. Semel autem in anno introit solus, quo die cunctos Deo jejunare mos est.* Atque is ipse in lib. II. contra Apionem; *In adytum soli principes sacerdotum ingrediebantur propria stola circumamicti.* Ut *stola* hic pro pontificio, die quo adytum ingressus est, habitu toto plane sumenda est, ita in priore loco τὴν ἐσθῆτα, quam *vestem* vertit interpres, pro habitu augustiori toto antea ibi descripto sumere debemus. Philo item, libro de Somniis, expressissimam habet vestium pontificalium hanc distinctionem. Alias enim diserte fuisse ait *ποικίλας*, *variegatas*, id est, aureas, seu auro & coloribus conspersas, quales בגדי זהב *vestimenta aurea*, magistris ita nominata, fuere: alias *διαλεύκας*, *albas*, quo nomine hasce quas gestabat pontifex, adyta ingressus, vocitant magistri, id est, בגדי לבן *vestas albas*. De illis item Philo, ut a caeteris omnino discrepantibus, in lib. II. de Monarchia, plura. Sed mirum est viros aliquot doctissimos locum ex libris Haloseos Josephi indicatum ita citare, ut Josephum affirmare faciant id, quod Hierosolymis maxime inauditum est, epomidem & rationale pontifici in usu solum fuisse cum adyta ingrederetur: quo nihil in rebus Ebraicis absurdius dici potest, nec sane ea omnino Josephi mens. Videsis Carolum Sigonium de Repub. Hebraeorum, lib. V. cap. II. & Petrum Cunaeum, lib. II. cap. I. Manifestius nihil est, quam Josephi sensum esse, qualem diximus; quod & satis sane agnoscit vetus ejus ibi interpres. Ita demum genus primum universis sacerdotibus erat commune; secundum & tertium pontifici proprium; hoc scilicet

licet in festo expiationis tantum atque in sancto sanctorum, illud cum primo quandocunque in sanctuario rem sacram peragebat. Unde sexcenties occurrit in magistrorum commentariis כהן הדיוט בארבעה בגדים כהן גדול בשמנה, *Indumenta sacerdotis gregarii sunt quatuor, pontificis vero octo,* praetermissis ita generis tertii indumentis, quae non omnino a primis discrepabant, excepto quod pontifici tantum propria fuere, atque ex lino purissimo seu bysso duntaxat conficienda erant. Cautum vero est tam de מחוסר בגדים, sive *sacerdote* sive *pontifice, cui deficerent vestes praescriptae,* quam de היתר בגדים, *eo, cui plures induerentur quam lex praeciperet.* Primi generis fuit quicunque sacerdos gregarius ex quatuor suis, aut pontifex qui ex suis octo aliquam non haberet indutam, dum officio fungeretur. Atque etiam adnumeres, cui breviores essent quam par erat. Secundi fuit sacerdos pontificiis indutus vestibus aureis, aut binas pro unica habens. Cui etiam jungatur, qui longiores, quam statura sua pateretur, demitteret. Quisquis, sive inopia sive abundantia ita peccaret, ejus ministerium illegitimum fuisse ac profanari censebant; nec sane sacerdotem sine vestitu suo sacro magis sacrificium rite aut sine profanatione peregisse, quam זר *extraneum,* seu quemvis e plebe altare temere invadentem. Vide, si placet, supra indicatos Maimonidis & Mosis Mikotzi locos, cum capite X. halacoth Maimonidis, quas ibi citavimus. Is etiam capite VIII. & IX. ibidem, quomodo singulae jam dictae vestes atque indumenta sacra contexi & fieri deberent, ex veteribus operose ostendit, quod libenter hic praetermittimus. Octo autem illa, quae pontifici in sanctuario sacro munere fungenti necessario induebantur, eadem fuere quibus, ritu solenni, pontifex in dignitatem succedens erat induendus. Ea Josepho atque aliis uno nomine *τῆς ςολῆς ἀρχιερατικῆς, stolae archieraticae* seu *pontificiae* non raro indigitantur.

CAP. VIII.

De solenni pontificis novi sacris vestibus induendi ritu.

VEstitu sacro ita explicato, sequitur ut de ritu vestiendi solenni dispiciamus. Quae occurrunt in Exodo & Levitico ea de re (nam ritus Aharonis vestiendi, archetypi hic locum obtinere nemo nescit) ut satis obvia mittimus, ea duntaxat observaturi, quae in Talmudicorum commentariis & sequentium pontificum successionis ratione, de vestitus solennibus occurrunt. Ritus solennis ejusmodi a Talmudicis, ex Sacris Literis & moribus receptis, docetur, ut indutis primo femoralibus & supra lumbos constrictis, accederet tunica talaris: hac cinguli crebris plicaturis sub axillis (inferior enim, ex more recepto, locus cingulo non permittebatur) circumligata, induebatur quidem cidaris seu pileus sacerdoti gregario; sed pontifici, proxime post cingulum, pallium, cui ephod seu epomis imponebatur. Et tunc induebatur cidaris ejus seu tiara, cui affixa demum vittis lamina aurea, seu corona, ut in Sacris Literis vocitatur, sancta. Vide, si placet, Gemaram Babyloniam, tit. *Zebachim,* cap. II. fol. 19. Maimonidem, halach. *Celi Hammikdasch,* cap. X. & Mosem Mikotzi, Praecept. Affirm. CLXXIII. Sic vestitum fuisse aiunt Eleazarum, cum patri jam morituro succederet, Numer. XX. 25. *Tolle Aharon & Eleazar filium ejus, & duc eos in montem Hor. Et spoliabis Aharon vestibus suis, induesque eas Eleazar filium ejus. Aharon vero colligetur, & morietur ibi. Fecit itaque Moses, sicut Dominus praeceperat, & ascenderunt in montem Hor, vidente cuncta congregatione. Et denudavit Moses Aharon vestimentis suis, & induit ea Eleazar filium ejus. Mortuusque est Aharon ibi in vertice montis.* Et de ea re Josephus, *Aharon ἀποδύεται τὴν ἀρχιερατικὴν ςολὴν, καὶ παραδοὺς αὐτὴν Ἐλεαζάρῳ τῷ παιδὶ, πρὸς ὃν διὰ τὴν ἡλικίαν ἡ ἀρχιερωσύνη παρεγίνετο, θνήσκει, exuit vestes pontificias, quibus Eleazaro filio, cui ob aetatem in pontificatum debebatur successio, traditis, mortuus est.* Hinc est quod Jonathan Hasmonaeus pontifex designatus, *sacram* seu *archieraticam stolam,* id est, habitum pontificium, indueret festo tabernaculorum, consecrationis suae ritu usus; ut videre est apud Josephum, lib. XIII. cap. V. & I. Maccab. X. 21. Et cum Agrippa rex pontificatum denuo Jonathae Anani F. reddere volebat, Ἅπαξ, inquit ille renuens, *ἐνδῦναι ςολισμὸν ἱερὸν ἀρκοῦμαι, Mihi sacrum illum amictum semel sumpsisse satis est.* Scilicet *sacrum amictum induere,* pro *pontificem creari* usurpabatur sub templo secundo, cum sacrificium esse nequiret, nec haberetur, ut mox ostendimus, oleum sacrum seu unctio. Locus est Josephi, lib. XIX. cap. VI. Et Herodes regnum Ebraeorum adeptus, indumenta pontificia, in Antonia turri reperta, sibi ibi suaque in potestate detinuit, *πιςεύων δὲ ὀυδὲν νεωτερίζειν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὸν λαὸν, ratus inde populum a rebus novis moliendis contineri,* ut idem Josephus lib. XVIII. cap. VI. Nimirum sacri amictus custodia & potestas tanta erat habita, ut novi pontificis creationis juri ea proxima, etiam velut eadem, existimaretur. Unde itidem, post Herodem, Romanis, & eis qui sub hisce praeerant, usque ad Vitellii praesidis sub Tiberio tempora, ejus potestas erat & custodia. Tunc vero ab imperatore redditum est jus illud, idemque postea a Claudio Caesare firmatum, Judaeis, ita ut a sacerdotibus, qui tum successorem induerent utcunque suffectum, tum in sacra peragenda amictum sacrum, ad morem pristinum depromerent, custodiretur. Sed quomodo haec res aliter atque aliter se habuerit, enarrat fusius Josephus, lib. XV. cap. XIV. lib. XVIII. cap. VI. & lib. XX. cap. I. Et de solenni vestiendi ritu exemplum habetur etiam in historiola illa filiorum Simonis Justi pontificis maximi e Talmudicis in libri superioris capite VIII. narrata; quam consulas. Quin tam sub templo secundo quam sub primo octo vestes, eodem modo confectas, quo sub primo, pontifici tum creato tum sacra operanti induendas fuisse aiunt, adeo etiam ut oraculum illud in rationali sanctissimum, quod, cum templo primo, in pontificibus revera volunt desiisse (ut ex capite proximo etiam liquet) imitatione artificiosissima sub secundo exhiberetur; tametsi ejusdem nullus alius

us tunc uſus fuerit, niſi ut in numero indumentorum octonario nullum reperiretur, contra fas, figura ſaltem imperfecta, nec pontifex ullus מחוסר בגדים, *cui veſtes deficerent*. Maimonides, halach. *Celi Hammikdaſch*, cap. X. עשו בבית שני אורים ותומים כדי להשלים שמנה בגדים ואעפ׳ שלא היו נשאלין בהן, *Sub ſecundo templo faciebant ſanctiſſimi illius oraculi figuram, ut ita perfecta redderentur octo indumenta pontificia ; tametſi eam oraculi figuram nunquam tunc conſulerent.* Tantundem legitur, ex veteribus, apud Moſem Mikotzi, Praecept. Affirm. CLXXIII. Etiam & ratio redditur, quare oraculi illa figura in ſecundo templo non conſuleretur, gemmis oraculi vetuſtioris ſeu Aharonici omnino deperditis ; ומפני מה לא היו שואלין בהן מפני שלא היתה עמהם רוח הקדש וכל כהן שאינו מדבר ברוח הקדש ואין שכינה שורה עליו אין נשאלין בו, *Et quaenam eſt ratio, cur non conſulere ſolerent illud ſub templo ſecundo oraculum? Quoniam non adfuit ibi Spiritus Sanctus. Neque enim ſacerdotis alicujus in conſulendo opera adhibenda eſt, qui non ex Spiritu loquitur Sancto & majeſtatis divinae praeſidio.* Et conſulas item Epiphanium in Vita Zachariae prophetae. Modus oraculi vetuſtioris conſulendi deſcribitur, uti & reſponſa dandi, apud magiſtros jam dictos, unde etiam deſumpſere pridem Chriſtiani aliquot res Judaicas tractantes. Vide ea de re, V. Cl. Guilielmum Schickardum libello de Jure Ebraeorum Regio. Neque vero pontifici novo rite ſatis induebantur, in initiatione, veſtes ſacrae, niſi indutus, qualem diximus, per ſeptem dies continuos iteraretur ; tametſi ex indutu unico pontifex ita legitimus, ut ſacro miniſterio fungi poſſet, conficeretur. Maimonides, halachoth jam citatis, cap. IV. לובש שמנה בגדים ופושטן וחוזר ולובשן למחר שבעת ימים יום אחר יום, *Induit octo veſtes, eaſque exuit. Quod ſimiliter facit per ſeptem dies continuos.* Rei hujus origo eſt in Exodi XXIX. 29. & vide Levitic. VIII. 33. Subdit vero Maimonides, *Si ſacra peregerit, antequam toties iteratus fuerit indutus, rem fieri non illegitimam, ſed* עבודתו כשירה הואיל ונתרבה או נמשח פעם אחת נעשה כהן גדול לכל דבר, *ſacrificium ejus rectum eſſe* (ſeu *legitimum*) *quandoquidem ex eo, quod veſtibus ſacris induebatur vice unica, fiebat pontifex, adeoque, ut dignitatis ipſius nihil omnino ei deeſſet.* Fiebat nempe pontifex, quantum veſtitus ſacer ſolus facere potuit. Nam de unctione & ſacrificio etiam mox dicetur. Ritus igitur veſtiendi pontificis & ſacra ceremonia per tot dies ſervanda erat ; ſed non per tot dies ut ex ſubſtantia initiationis, quae etiam unica ex vice haberetur non illegitima. Neque ſolennis hic veſtiendi ritus noctu, ſed die tantum praeſtandus ; ut Maimonides ibidem.

CAP. IX.

De ungendi pontificis ritu, figura ſeu modo, & tempore. Unctionis ceſſatio. Diſcrimen hac in re inter templum primum & ſecundum. Et de initiationis pontificiae ſacrificio.

VEſtiendi ritum ſequebatur unctio. De qua agitur in Exodi XXX. & Levitici VIII. Quibus ex aromatibus conficeretur oleum ſanctum, explicatur in citato Exodi capite ; quinam etiam eodem eſſent ungendi. In ipſa ſacerdotii inſtitutione, qua ſacrati Aharon poſterique ejus, non ſolum ipſe ſed & filii ejus ungebantur ; idque per ſeptem dies continuos, quemadmodum & ſolenni ritu veſtiebantur, ut liquet in Exodi XXIX. 29. Obiter vero notandum, Phinees in filiis Aharonis, cui ex Eleazaro nepos fuit, non ita magiſtris cenſeri, ut qui tunc ſive revera ſive juris fictione unctus eſſet : ſed praetermiſſum primo, ſingulari poſtmodum jure, ſeu indulto Numinis ei peculiari, ſacerdotii participem factum eſſe. Aharonem nempe & omnes filios ejus ex unctione, quam acceperant ipſi, ſacerdotes factos, uti & poſteros eorum ſine unctione iterata, quotquot poſtea nati : ante vero natum Eleazaro Phinees (quia ante eſt natus) non prius ſacerdotem factum quam, peremptis Zimri & Cozbi, a Numine in ſacerdotium, promiſſo adjecto ſingulari, cooptatum, Numer. XXV. 12. *Erit tam ipſi quam ſemini ſuo pactum ſacerdotii ſempiternum* ; ubi Gloſſa, שאף על פי שכבר נתנה כהונה לזרעו של אהרן לא נתנה אלא לאהרן ולבניו שנמשחו עמו ולתולדותיהם שיולידו אחר המשחתן אבל פנחס שנולד קודם לכן ולא נמשח לא בא לכלל כהונה עד כאן, *Tametſi antea ſacerdotium conceſſum fuerat ſemini Aharonis, non tamen conceſſum eſt aliis praeter Aharonem & filios ejus, qui ungebantur cum eo, & poſteris eorum natis poſt unctionem. Caeterum Phinees, qui antea natus erat, nec ungebatur, nec omnino ſacerdotii particeps erat ante hoc tempus.* Quod etiam Gemara Babylonia, tit. *Zebachim* ibi firmat. Sacerdotes gregarios, qui ſequerentur, minime fuiſſe unctos aiunt ; ſed tantum pontifices & ſacerdotem, quem משוח מלחמה, *unctum belli cauſa*, ex lege Deuter. XX. 2. praeter reges ; de quorum unctione fuſe & docte Guilielmus Schickardus de Jure Regio. Gemara Hieroſolymitana, ad tit. *Horajioth*, fol. 47. col. 3. ממנו נמשחו כהנים גדולים ומלכים, *Ex oleo ſancto ungere ſolebant pontifices & reges.* Ita tamen, ut tametſi regni haeres, nunquam, niſi ob adverſam factionem, atque ut diſſidium inter competitores facilius ſopiretur, ungi ſoleret, haeres nihilominus pontificatus nunquam non eſſet, cum initiaretur, ungendus. Eadem Gemara ibidem, מלך בתחילה טעון משיחה מלך בן מלך אין טעון משיחה שנ׳ קום משחהו כי זה הוא זה טעון משיחה ואין בניו טעון משיחה אבל כהן גדול בן כהן גדול אפילו עד עשרה דורות טעון משיחה, *Rex, qui primo*

primo constituitur, ungendus erat; regis autem filius qui in regnum succederet, ut is itidem ungeretur, necesse non erat. Nam & scriptum est, I. Sam. XVI. 12. de Davidis unctione, SURGE ET UNGE EUM; IPSE ENIM EST. *Ipse ungendus erat. Filii ejus ut ungerentur, necesse non erat. At vero pontifex pontificis filius erat ungendus, usque in decem generationes*; id est, ex lege, in perpetuum. Et de factione adversa, quae in causa erat regni haeredes ungendi, sequitur ibi paulo post, אין מושחין את מלכים אלא מפני המחלוקת מפני מה נמשח שלמה מפני מחלוקת של אדוניהו ויואש מפני עתליה ויהוא מפני יורם, *Reges ungi non solebant, nisi ob adversam factionem. Ita unctus est Salomon, ob factionem Adoniae, Joas ob Athaliae, & Jehu ob Jorami.* Et de hac re tantundem videre licet in Gemara etiam jam dicta, ad tit. *Sota*, cap. VIII. fol. 22. col. 3. & ad tit. *Siklim*, cap. VI. fol. 49. col. 3. atque in Babylonia, ad tit. *Cerithoth*, cap. I. fol. 5. & *Vaicra Rabba*, parash. X. & apud Maimonidem, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. I. Mikotzi, Praecept. Affirm. CLXVI. Jarchium, D. Kimchium, & Gersomidem ad II. Reg. XXIII. 30. praeter commentarios ad Exodi caput trigesimum. Ad unctionem autem successoris in pontificatum cujuslibet ex lege primaria firmandam, adducunt etiam illud Levitici VI. 22. הכהן המשיח תחתיו מבניו יעשה אתה, *Sacerdos unctus in ejus locum faciet eam.* Ubi Vulgata, *Sacerdos qui jure patri successerit*; id est, pontifex haeres dignitatis, quem, quoniam *uncti* nomine in origine designatur, ungendum esse, aeque ac patrem statuebant. Et observandum est quod habet Levi Ben Gersom ad I. Regum cap. I. לא הוצרכו למשוח שלמה אלא מפני מחלקת ארוניה כי במשיחת דוד נמשחו כל הקמים תחתיו מזרעו כמו שבמשיחת אהרן ובניו נמשחו כל הבאים אחריהם להיות כהנים ולזה לא הוצרכו למשוח אחר כי אם כהן גרול, *Necesse non erat, ut ungeretur Salomon, nisi ob adversam Adoniae factionem, quoniam in unctione Davidis universi successores sui, qui ex ejus erant semine, itidem ungebantur, quemadmodum in unctione Aharonis & filiorum ejus ungebantur eorum posteri universi in sacerdotes; unde evenit, ut postmodum nemo eorum necessario esset ungendus praeter sacerdotem summum.* Nam ex Levitico & Exodo satis liquet, sub initio sacerdotii Ebraici, non solum Aharonem, sed etiam cunctos filios fuisse unctos. In unctionis autem pontificis ritu, tria inprimis consideranda sunt, tempus, figura seu modus, & cessatio ejus. Tempus erat idem cum eo, quod vestiendi ritui praescriptum est. Toties item iteranda erat, ut dictum est, per septem scilicet dies continuos, unctio; ita tamen ut non minus revera post unicam unctionis vicem pontifex fieret, & legitima peragere sacra posset, quam ubi unica duntaxat vice sacris vestibus indueretur. Nec noctu sed die tantum ungendus erat. Quae omnia habes in locis, de vestitus tempore, supra memoratis. Figura autem seu modus unctionis, ita plerumque describitur, ut Andreanae (ut vocant) crucis figuram olei ductu in fronte ejus seu inter oculos exprimi solitam esse merito satis autumemus. Fuso scilicet super caput oleo, juxta illud quod a Mose Aharonem ungente fit in Levitici VIII. 12. digito ungentis, aiunt, in medio, qui oculos seu palpebras interjacet, loco, solenne fuisse figuram τοῦ *Chi* Graecorum seu χ, ex oleo ibi diducto, confici. Sed & antequam tiara imponeretur, fusum in caput oleum volunt nonnulli, ut Aben Ezra ad Exodi XXIX; aliis in verticem, postquam imponeretur ea, plicaturae figura locum praebente, oleum tradentibus esse fusum, ut Ben Nachman, qua de re videsis Abarbinel in *Pirush Torah*, fol. 202. Certe in caput ita fusum esse, ut in barbam descenderet, liquet ex Psalm. CXXXIII. 2. Mikotzi autem, Praecepto paulo ante indicato, תנו רבנן כיצד מושחין את המלכים כמין נזר והכהנים בתחילה מציק לו שמן על ראשו ואחר כך נותן שמן בין ריסי עיניו ומוסר באצבעו מזה לזה עד שהוא כמין בי יווני, *Traditur a Rabbinis, ungi reges in figuram coronae; pontificibus vero primum super caput oleum fundi, dein oleum inter supercilia positum digito ungentis ita in utramque partem diduci, ut figura χι Graecorum fiat.* Et Obadias Bartenorius, ad tit. *Cerithoth*, cap. I. משיחת הכהנים היא שיוצקים מן השמן על ראשו ומושחים בין גבורת עיניו כמין כי יונית ומשיחת המלכים כמין נזר:, *Unctio pontificum ita fiebat, ut fuso super caput oleo, inter supercilia ungerentur figura χι Graecorum; reges vero coronae figura ungi solebant.* Ita etiam diserte Maimonides, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. I. & Gemara Babylonia, tit. *Cerithoth*, cap. I. fol. 5. Quin & Salomon Jarchius ad Exodi XXIX. 7. ubi unctio capitis praecipitur, אף משיחה זו כמין כי, *Etiam*, inquit, *& haec unctio erat in figuram Chi*; qui locus plane retrospicit ad id quod adnotat in comma secundum ejusdem capitis, ubi de laganis oleo unctis verba fiunt; de quibus ille, אחר אפייתן מושחין כמין כי כף יונית שהיא עשויה כנון שלנו, *Postquam cocta fuerint, ungebant ea in figuram Chi Caph Graecorum, quae formatur ut nostrum Nun.* Editionibus nonnullis, non כי כף *Chi Caph*, sed כי כ' *Chi C*, (quod parum discrepat) tantum exaratur; adeo ut ita non χι Graecorum sed κάππα, quae τῷ *Caph* respondet, figura fuerit unctione ex ejus sententia formanda; nisi & ipse sibi adversaretur, dum τῷ *Nun* Ebraeorum similem esse literam, quam intelligit, expressim adjecit. Certe in scriptione biblica seu quadrata, uti appellitant, nullum est *Nun* quod sive τοῦ χ sive τοῦ κ Graecorum, sive elementi alicujus aliis in linguis, quantum scimus, reperti, & eorum alterutri respondentis, similitudinem gerit. Sed in Rabbinica scriptionis formula, ipsum *Nun* angulis, quos in biblica & vetustiori semper habet, carens, atque instar sive semicirculi sive circuli arcus se exhibens, Latinorum C, quod pro Graecorum Cappa substitui solet, imitatur, atque a figura illa, quam כי יונית, seu *Chi Graecanicum* appellant, maxime recedit. Sed interea mirum est, tam *Chi* quam *Caph* ita simul a Jarchio memorari altero in loco, altero vero tantum *Chi*. Et merito suspicandum esset illud, quod de Caph & Nun inseritur interpolantis alicujus glossema fuisse, nisi & aliorum etiam, qui

qui inter Ebraeos celeberrimi fuere, eandem fuisse sententiam comperiremus. Isaac Abarbinel, in *Pirush Torah*, fol. 202. כבר זכ״ו חז״ל שהכהנים הגדולים היו מושחין על ראשם מיעט מה־ראש ועושים כמין כף׳ יונית כמו שקבלו חז״ל מן הנביאים שראו המשיחות ההמה בעיניהם ואומר אני שהיה כף׳ יונית לרמוז שהוא אשר בחר השם לכהן כי הכף׳ היא ראשונה לאותיות כהן והיה מורה זה על כהונה כמו שהנזר היה מורה על מהלכות, *Memoriae olim proditum est a sapientibus piae memoriae, pontifices ita ungi solere, ut, exigua capitis parte inuncta, figura eis fieret* τοῦ *Caph Graecanici, quemadmodum ipsi piae memoriae sapientes acceperunt a prophetis, qui hujusmodi unctionis oculati fuere testes. Atque, ex mea quidem sententia, Caph Graecanicum adhibebatur, ut indicaretur eo, unctum fuisse a Numine in pontificem electum. Etenim Caph est primum elementum* τοῦ כהן cohen, *quod pontificem sonat. Atque ita fuerit insigne dignitatis pontificiae, ut corona est regiae.* Sed nugae sunt in ratione ejus perquam ridiculae. Nam Caph seu Cappa Graecanicum primo τοῦ כהן elemento est dissimillimum. Et, si figura ejusmodi esset, ut primum τοῦ כהן elementum prae se ferret, quamobrem, imo qui, fieri cum ratione potuit, ut e Graecia peteretur ad Ebraicum vocabulum denotandum? Vide item Davidem Kimchium ad Psalm. CXXXIII. Apud Maimonidem, loco jam ante citato, ipsa figura locum habuit: sed in impressis omittitur, spatiolo, quod occupare ea debuit, relicto. Sed quod de unctione diximus, ad templi primi aevum tantum attinere aiunt; neque sub secundo, unctionis usum aliquem omnino fuisse. Etenim cum ex interdicto divino in Exodi XXX. 33. nefas esset oleum aliud, praeter illud ipsum quod tum ex praescripto conficiebatur, componere, nec sub templum secundum primarii illius quidquam omnino remaneret, saltem non reperiretur, sine quo unctionem sacram peragi aliquam plane nolebant; sequebatur, ut pontifex, qui antea tam מרובה משיחה *insignis unctione*, quam מרובה בגדים *vestibus* seu *indumentis sacris insignis* erat, jam vestibus tantummodo, praeter sacrificium, initiaretur, nec aliquis omnino haberetur unctionis sacrae usus. Atque, ob rei necessitatem, non minorem ita solenni ritu vestito sine unctione dignitatem aiunt accessisse, quam seculis anterioribus tam uncto quam vestito. Maimonides, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. I. בבית שני שלא היה שם שמן המשחה היה כהן גדול מתרבה בלבישת בגדים בלבד שהיה לובש בגדי כהונה גדולה:, *Sub templo secundo, quoniam nullum erat unctionis oleum, pontifex vestium indutu initiabatur, adeo ut tantum pontificiis indumentis vestiretur*, minime vero ungeretur. Idem passim apud magistros occurrit, maxime locis de unctione laudatis. Et de olei sancti, sub templo secundo, defectu expressim Gemara Hierosolymitana, ad tit. *Maccoth*, cap. II. fol. 32. col. 1. אילו ה׳ דברים שחסר מקדש אחרון ממקדש ראשון אש ארון אורים ותומים שמן המשחה ורוח הקודש:, *Quinque hae res defuere in templo secundo, quas primum habuit; ignis coelestis, arca, Urim & Thummim, oleum unctionis, & Spiritus Sanctus.* Unde & emendandus est locus alter ejusdem Gemarae ad tit. *Horajioth*, cap. III. fol. 47. col. 3. ubi enumeratio ad hunc modum fit, אש וארון ואורים ותומים ושמן הקודש, *Ignis, & arca, & Urim & Thummim, & oleum sanctum.* Legendum proculdubio, ושמן המשחה ורוח הקודש, *& oleum unctionis, & Spiritus Sanctus.* Neque ad hanc, de unctionis defectu, rem, aliud volunt illi, quibus aliter recensentur res quae sub templo secundo defuere. In Gemara Babylonia, ad tit. *Joma*, cap. I. numerus retinetur quinarius, sed olei nomen in eo locum non habet; ארון ואורים ותומים ואש העליונה ושכינה ורוח הקדש, *Arca, & Urim & Thummim, & ignis coelestis, & majestas divina, & Spiritus Sanctus.* De quibus item videsis Jarchium & Davidem Kimchium ad caput primum Haggaei. Quod autem de sanctissimo illo oraculo, *Urim & Thummim* vulgo dicto, hic habent, satis dignoscitur ex eis quae de rationali, in quo oraculum illud situm est, capite superiori monuimus. Etiam & de igne vide, si placet, II. Maccabaeorum cap. I. 19. & II. 4. Ex eo autem quod arca foederis in altera hac recensione memoratur, includitur item oleum sanctum, quod in ea servari solitum cum eadem esse deperditum scribunt. Atque hinc sane dijudicandum est, quam vera sit veterum aliquot sententia, qui legitimae unctionis, tam qua pontificiae quam qua regiae, in Hasmonaeorum excessu finem collocant; neque eos unctos fuisse dubitant. Nam non solum, ut uno tradunt Ebraei ore, oleum sanctum atque usus unctionis in templo secundo omnimodo defuere, verum etiam tritum est illud & aliquoties in locis e Gemara Hierosolymitana supra citatis repetitum, אין מושחים מלכים כהנים, *Non ungebant in reges eos qui fuere sacerdotes.* Quo dicto etiam Hasmonaeos signantius negatur unctos fuisse. Quod vero attinet ad unctionem regiam, eam non necessario oleo illo sancto a Mose primum confecto fieri debere consentiunt. Nam & a Josia rege absconditum illud aiunt, nec postea repertum; unde Jehoiakim regem unctum fuisse balsamo. Sic Gemara Hierosolymitana in locis supra de unctione citatis. At vero pontifices, alio ungi oleo, praeter ipsum quod Moses confecit, ex ipso praescripto sacro, non omnino debuisse volunt. Nec sane aut regiae aut pontificiae sub templo secundo unctionis vestigium aliquod exhibent. Quemadmodum autem sub templo secundo unctio pontificalis nulla erat, ita etiam nec sub primo fuit perpetua. Nam L. aut circiter ante primi excidium annis absconditum fuisse oleum sanctum (sub Josia scilicet) nec postea repertum volunt. Glossa Talmudica, ad tit. *Megilla*, cap. I. fol. 9. b. מרובה בגדים כהנים ששימשו בבית שני ואף בבית ראשון מימות יאשיהו ואילך שנגנז צלוחית של שמן המשחה:, *Vestitu insignes sunt pontifices secundi templi, etiam & primi a tempore Josiae & deinceps: quoniam vasculum olei sancti absconditum est.* Pontifici rite sub templo primo vestito & uncto, &, sub secundo vestito juxta ea quae dicta sunt, sacrificium singulare, si patrios mores ad amussim observaret, peragendum erat, quo initiatio ejus

ejus omnino compleretur. Quali item ſacrificio ſacerdos gregarius quilibet etiam initiandus erat; idque ex Lege Sacra Levitic. VI. 20. *Haec eſt oblatio Aaron & filiorum ejus, quam offerre Debent domino in die unctionis ejus. Decimam partem ephi offerent ſimilae pro ſacrificio jugi, dimidiam partem mane, dimidiam veſpere, quae in ſartagine oleo conſperſa frigetur. Offeret autem frictam in odorem ſuaviſſimum Domino. Et ſacerdos qui loco ejus unctus fuerit* (Vulgata, *qui jure patri ſucceſſerit*) *faciet idem. Perpetuum ſtatutum eſt Domini. Tota incendetur.* Ex hac lege, ſi quis ſacerdos gregarius nondum eo nomine initiatus, in pontificatum evehendus eſſet, primo ſacrificium hic praeſcriptum gregarii ſacerdotis nomine peragebat, dein ſecundum nomine pontificis. At vero ſi aut ſacerdos aut pontifex initiationis ſacrificium hoc praetermitteret, atque alia muneri ſuo propria ſacra adgrederetur, non hinc fiebat quo minus miniſterium, quod praeſtaret, ex ſe legitimum, id eſt, non profanum, haberetur. Sed עבודתו כשרה *ſacrum ejus*, hac in ſpecie, *miniſterium, rectum* ſeu *legitimum* cenſebatur, ut docet Maimonides, halach. *Celi Hammikdaſch*, cap. V.

CAP. X.

De poteſtate forenſi, ſeu juriſdictione, cujus autoritate, de rebus jam explicatis, ubi controverſia oriretur, erat decernendum.

EX iis, quae hactenus de qualitate perſonae quae jure ſucceſſionis ad pontificatum erat admittendus, & de conſecrandi ritibus enarrata ſunt, nemo non videt crebras difficultates oriri potuiſſe; nec ſine poteſtate forenſi, ſeu juriſdictione, quae cum imperio praeeſſet, commode decernendas. Quot enim de natalibus, parentum nuptiis, aetate, corporis vitiis, animi vitaeque erroribus, exiſtimationis labe, rituum initiandi praeſtatione (quorum omnium in ſucceſſione legitima ratio habenda) controverſiae naſci potuere? Habuere igitur haec forum ſuum, idque auguſtum & ampliſſimum, quo, pro more patrio, quaeſtiones ejuſmodi omnimodae deciderentur. Forum erat celeberrimum illud tribunal LXXI virorum, ſeu conſeſſus magnus Hieroſolymitanus, quem סנהדרין הגדולה *Synedrium magnum* & בית דין הגדול *domum judicii magnam* vocitant, cujus autoritas & juriſdictio in rebus graviſſimi apud Ebraeos momenti ſemper eminebat, etiam a Moſis tempore, quo inſtitutum eſt. Quod & ſuo loco fuſius & data ſigillatim opera diſpicimus. Quod ad qualitatem perſonae hic diſcernendam attinet, locus eſt egregius in Miſna, tit. *Middoth*, cap. V. ubi docetur, praeſides, judices ac aſſeſſores hujus fori de vitiis ſeu inquinamentis, quae functione ſacra quempiam ex genere ſacerdotali arcerent, jure ſolenni cognoviſſe; atque arcendos veſtibus nigris, admittendos, ſeu legitimos, albis, in diſtinctionem, ſtatim induendos fuiſſe. Verba ſunt, לשכת הגזית שם היתה סנהדרי גדולה של ישראל יושבת ודנה את הכהונה וכהן שנמצא בו פיסול לובש שחורים ומתעטף שחורים ויוצא והולך לו ושלא נמצא בו פיסול לובש לבנים ומתעטף לבנים נכנס ומשמש עם אחיו הכהנים: *In conclavi caeſi lapidis* (ſeu *quadratarii opere inſigni*) *ſedes habuit conſeſſus magnus Iſraeliticus, & judicabat ſacerdotes. Sacerdos autem in quo reperiebatur vitium, veſtes induebat nigras, quibus amictus & egreſſus abibat. Cui vero vitium non erat, veſtes induebat albas, quibus amictus ingrediebatur* in templum *& ſacro miniſterio fungebatur cum fratribus ſuis ſacerdotibus.* Et Maimonides, halach. *Biath Hammikdaſch*, cap. VI. בית ד״ן הגדול היו יושבין בלשכת הגזית ועיקר מעשיהם התדיר שהיו יושבין ודנין את הכהונה ובודקין הכהונה ביוחסין ובמומין כל כהן שנמצא פסול בייחוסו לובש שחורים ומתעטף שחורים ויוצא מן העזרה וכל מי שנמצא שלם וכשר לובש לבנים ונכנס ומשמש עם אחיו הכהנים מי שנמצא כשר בייחוסו ונמצא בו מום יושב בלשכת העצים ומתלע עצים למערכה וחולק בקדשים עם אנשי בית אב שלו ואוכל שנאמר להם אלהיו מקדשי הקדשים ומן הקדשים יאכל: *Conſeſſus magnus ſedes habet in conclavi lapideo. Nobilior vero juriſdictionis eorum pars eſt, quod ſedent & judicant de genere ſacerdotali, & diſquirunt de natalibus ſacerdotum, & de vitiis eorum. Sacerdos quicunque reperitur natalibus inquinatus, induit veſtes nigras, quibus amictus egreditur ex atrio. Quicunque vero reperitur perfectus & legitimus, induit veſtes albas, quibus itidem amictus ingreditur & ſacro fungitur miniſterio cum fratribus ſuis ſacerdotibus. At vero ſi quis repertus fuerit natalibus perfectus & legitimus, aliquo tamen alio vitio inquinatus, is locum ſeu munus habebat in conclavi lignorum, ubi in ſtrues ligna diſcinderet, & partem haberet rerum ſacrarum cum ſuae familiae caeteris, ut conviva; ſecundum illud quod ſcriptum eſt,* Levit. XXI. 22. de corpore vitiato: PANEM DEI SUI, DE SANCTIS SANCTORUM ET DE SANCTIS, COMEDAT. Nam qui a natalibus profani fuere, etiam hiſce, non ſolum functione, arcebantur. Cum autem ſolennis ejuſmodi de natalibus aliiſque ſacerdotalis generis vitiis diſquiſitio fiebat, ſi nullum reperiretur impedimentum, quo minus univerſi, qui ea vice in examen venerant (& univerſos per aetatem functioni idoneos ſimul veniſſe in examen, vix eſt ut dubitemus) ad ſacra miniſteria, ut integri ac legitimi admitti deberent, indicta, eo nomine, panegyri ac feſto celebrato ad hanc verborum formulam Deum O. M. laudibus efferebant, ברוך המקום ברוך הוא שלא נמצא פסול בזרעו אל אהרן וברוך הוא שבחר באהרן ובבניו לעמוד לשרת לפני ה׳ בבית קדשי הקדשים: *Benedicatur Deus ille benedicendus, quod non reperitur vitium in Aharonis ſemine. Benedicatur ille qui elegit Aharonem ejuſque filios, ut aſtarent ad miniſterium coram Domino in domo ſanctiſſima.* Sic habetur in Miſnae loco jam ſupra memorato. Quicquid demum ad pontificis ſucceſſionem ſpectare potuerit, ex autoritate conſeſſus hujus (accedente itidem ſemper

regia

regia, quoties regibus etiam gubernabantur Ebraei, & res ipsa poscebat) ita pependisse videtur, ut sine ea successio legitima neutiquam satis ex jure ordinario haberetur. Maimonides, halach. *Celi Hammikdasch*, cap. IV. אין מעמידין כהן גדול אלא בית דין של ע"א, *Non constituere solebant pontificem alii praeter ipsum consessum* LXXI *virorum.* Quin & apud Josephum lib. XX. cap. VIII. exemplum est singulare, quod regiam simul & consessus magni in rebus sacris, etiam cum alieno Judaei subessent imperio, autoritatem exhibet. Levitae aliquot, quorum ministerium praecipuum erat hymnos in templo canere, adito rege Agrippa, πείθουσι τὸν βασιλέα καθίσαντα συνέδριον φορεῖν αὐτοῖς ἐπίσης τοῖς ἱερεῦσιν ἐπιτρέψαι λινῆν στολήν, *induxerunt eum precibus ut, habito synedrio* (seu *consessu*) *decerneret eis usum stolae lineae, quemadmodum ea sacerdotibus in usu fuit.* Et paulo post, Ὁ βασιλεὺς μετὰ γνώμης τῶν εἰς τὸ συνέδριον ἐρχομένων συνεχώρησε τοῖς ὑμνῳδοῖς ἀποθεμένους τὴν προτέραν ἐσθῆτα φορεῖν λινῆν οἵαν ἠθέλησαν, *Rex, adhibita etiam sententia eorum qui in synedrio locum habebant, permisit hymnodis, ut deposito priore habitu, lineum, pro arbitratu, sumerent.* Id genus alia ibi sic indulta occurrunt, tametsi πάντα ἐναντία τοῖς πατρίοις, *omnia adversus patrios mores*, ut monet ibi idem Josephus. Etiam & adversus jus patrum, sive Romanis sive Syris ibi rerum potitis, in pontificum successione, plurima commissa fuisse, satis ex eis quae diximus, fit manifestum. Neque cum dominantium libidine & pessimis ambientium artibus, jura seu legitima locum suum retinere satis quibant. At vero, dum sui juris erant Ebraei, legitima omnino potuit esse, & saepius proculdubio etiam erat, sive successio pontificis sive rejectio aut depulsio; quae tamen, absque natalium, corporis, animi, morumque habitudine, rite, juxta ea quae ex eorum commentariis deprompsimus, perpensa, non sine injuria, fieri merito videatur.

F I N I S.

Gratiae & Gloria Deo Servatori.



DE

DIS SYRIS

SYNTAGMATA II.

Adverſaria nempe de Numinibus commentitiis in VETERI INSTRUMENTO memoratis.

Accedunt fere quae ſunt reliqua SYRORUM.

Priſca porro ARABUM, AEGYPTIORUM, PERSARUM, AFRORUM, EUROPAEORUM *item theologia, ſubinde illuſtratur.*

Lactantius:

Primus ſapientiae gradus eſt, falſa intelligere.

Ampliſſimo ac Praeſtantiſſimo Viro,

D. DANIELI HEINSIO,

D. *MARCI EQUITI,*

ILLUSTRISS. ac POTENTISS. *D. D.*

Ordinum Hollandiae ac Weſtfriſiae Hiſtorico.

ET IN

CELEBERRIMA ACADEMIA LEIDENSI

POLITICES PROFESSORI,

BIBLIOTHECARIO, ac SECRETARIO,

JOANNES SELDENUS.

Vir Ampliſſime,

POSTEM hic rite teneo, & libellum, utcunque Diis plenum, a religione tamen hactenus liberum, nemini utpote ſacratum, jam renaſcentem tibi conſecro; poſita in eo tum AMORIS imagine tum HONORIS expreſſiſſima; idque libentiſſime. Utriuſque ergo fiunt plerumque dedicationes. Et in primaria cauſa noſtrae, ſummus erga te uterque eſt: altero, ex ſingulari illo erga me ſtudiaque mea, & non poſtremo in loco, ſyntagmata haec, affectu tuo, qui, pro eximia humanitate tua, variatim indicatus eſt, nato; altero, ex ingenti illa ſtupendae tuae eruditionis & perſpicaciſſimi judicii admiratione. Quali ſane nequit fieri quin capiantur

omnes, qui ingenii ſcilicet candidi ſapientiae ſtudio & literis politioribus nomina dederunt. Accedit porro, tuis certe non ſine auſpiciis iterato fieri editionem hanc: quam ἐμπαθῶς ut ad me ſcribis, deſideras: adeoque tibi jure optimo debetur. Pulcherrime vero mihimet ipſi (ne quid diſſimulem) interea conſulitur, dum Heinsianae amicitiae, atque hujuſmodi affectus & auſpiciorum ita evulgo velut indigitamentum. Huic enim prout habita fuerit fides (maxime apud inſpectores, qui ſuo, ut fit, minime pollentes judicio, alieno uti, ut precario, ſolent) ita opuſculo & autoritas & exiſtimatio ut concilietur neceſſum eſt. Nam aut acriorem quaeret nemo plane aut doctiorem te judicem, ſive in amoenioribus literis, ſive in quantumlibet ſeverioribus. In utriſque nimirum moderator agnoſceris, atque revera princeps. Cui ego, etiam ex alienis terris, profiteor me deditiſſimum. Salve, vir ampliſſime, & me amare perge. Londini, Calend. Septembr. M. D. C. XXVIII.



ITERATAE

ITERATAE EDITIONIS

PRAEFATIO.

QUOD in prima syntagmatum de Diis Syris editione praestitum est, id satis cognoscitur ex praefatione ejusdem, quam huic etiam proxime praefixam habes, lector. De iterata, pauca item sunt praelibanda: ut, scilicet, unde nata fuerit, & qualis in ea sit opera nostra, breviter explicetur. Amplius est decennium, cum libellus hic Londini prodiit. Et diu est quod in bibliopolarum tabernis exemplaria ejus aegre comperta sunt. Etiam per amicorum literas, e Galliis, e Batavia, aliunde rogata sunt, utpote quae minime prostarent. Inde evenit, ut superioris anni aestate, viri optimi, Bonaventura & Abrahamus Elzevirii, Academiae Leidensis typographi, de nova editione me consulerent; se typis, si annuerem, mandaturos polliciti. Exemplar igitur recognitum, emendatum & auctum eis promitto, quod ut properantius absolverem, hortatibus suis praeter amicissimam, ubi opus esset, in dirigendis operis promissionem, me dignati sunt viri doctissimi praestantissimique Daniel Heinsius & Ludovicus de Dieu. Promisi ego quidem in mensem unum & alterum. Sed occupationibus aliorsum distractus, fidem, quam nequibam liberare, comperendinabam. Annus ferme inde elabitur, antequam de editionis novatione quidpiam porro meditari mihi erat integrum. Otium demum hac aestate ante sesquimensem nactus (quod tamen subinde nimis interturbatum est) promissi anniculi reus, me solvo. Sed vero nec expectet quis ita auctiorem libellum, ac si corrasas recentiorum, qui nempe citra primam editionem in lucem emissi sunt, aut ad manus nostras antea non pervenere, sive sententias sive conjecturas, de Numine quolibet Syro, nostris interseruissemus. Plurima, fatemur, ad rem, quam tractamus, occurrunt apud ejusmodi aliquot viros doctos & eximios, tum qui perpetuos commentarios in Vetus Instrumentum, aut partes ejusce aliquot, nuper congesserunt, puta Joannem Drusium, Nicolaum Serrarium, Claudium Rangolium, Gasparem Sanctium, Franciscum Riberam, id genus alios: tum qui peculiaribus titulis opera sua insigniverunt; Pinedam, scilicet, in libris de Rebus Salomonis, Nicolaum Fullerum in Miscellaneis, Petrum Cunaeum de Republica Ebraeorum, Jacobum Salianum in Annalibus Ecclesiasticis: praeter virum amplissimum, & tam severiorum quam amoeniorum literarum solem, Danielem Heinsium, in Aristarcho suo Sacro. Ut minorum gentium scriptores mittam, qui obiter, sed & leviter satis, falcem subinde in hanc messem pridem immiserunt. Sed hosce compilare, ut religio erat, ita aut transcribere, aut in partes trahere, aut contra disputare, intempestivum, supervacaneum, & ambitiosum fuisset nimis. Quin scimus etiam, non deesse in eis quos supra memoravimus, qui nobis ex professo subinde adversantes, sententiam nostram rejiciunt, & suam contra firmare nituntur. Sed juxta aequanimus ego, sive mecum hic sentiant sive dissentiant alii. Pertinaci contentionis reciprocatione horas in his perditas fore nolumus. Si quod attulimus minime sufficiat (certe sufficere satis nos putamus) res digladiando, & quae scripsimus, ut fit, eadem ipsa iterando, minime evadet firmior. Et disputationes contentiosae, ut rebus severioribus, ita minus inaccessis, impendendae sunt. Quod autem de nuperis illis, supra nominatis, scriptoribus diximus, id ipsum sane dicendum etiam de doctissimo Petro Fabro, qui sub initia libri tertii Semestrium de Astarte fusius disserit, atque alia nonnulla de materie nostra intertexit; tametsi verum sit, tertium illum Fabri librum pluribus annis ante primam nostram editionem in vulgus emissum: sed in manus meas, etiam Aristarchum illum Sacrum, autoris τȣ πάνυ, superiore anno primo impressum, prius venisse, quam hunc Fabri tertium, Numen testor

sanctis

sanctissimum. Tantum abest, ut eo usi fuerimus, cum primo scriberemus, aut ut ex eo nostros hosce commentarios, seu eorum non contemnendam partem, furtim mutuati fuerimus: cujus tamen non defuit, qui, in diatriba de Decimis contra nos ante septennium Anglice edita, non semel nos insimulavit. Certe quamprimum plagii illic me insimulatum, non sine stupore, legeram, non solum apud bibliopolas, sed & amicorum in Anglia doctiores, librisque magis adsuetos, summa cum diligentia Fabri illius tertium quaesivi; ut nimirum, an criminis reus esse potuissem, satis ipse dignoscerem. Neque enim omnino verebar ingenii quempiam candidi, & qui moris mei plane ignarus non esset, me reum existimaturum. Adeo constans nos & perpetua etiam ambitio tenuit, per quos profecerimus, eos tempestive profiteri. Sed frustra ubique libellum hic diu poscebam. Tandem cum de nova hac, superiori aestate, editione cogito, de libello denuo solicitus, ab Elzeviriis transmissum accipio; cum interea etiam in V. Cl. Isaaci Casauboni τοῦ μακαρίτου *libris, quos habet bibliotheca ad D. Jacobi regia, exemplar item repertum, amicissime ostenderet mihi V. Cl. Patritius Junius. Atque ita demum nactus, de plagio mirabundus cognosco. Antequam Fabrum hic legeram, veritus sum, fateor, ne qui meam non satis noverint indolem, etiam plagiarium fuisse me saltem suspicarentur: quoniam nondum sciebam ego, utrum rem nostram ita tractasset doctissimus Faber, ut nos, qui tot annis post eum scripseramus, thesauros ejus non compilasse videremur: maxime, cum adversarius adseverantius id publicasset. Sed inspecto Fabro, licet plura sane de numine uno & altero Syrorum, sed tumultuose satis, cum Graecorum sacris in primis quatuor capitibus confusa, reperiamus, ea tamen ita tradi atque a nostris ita discrepare, sive autoris conjecturas, sive animadversiones, sive ipsos ab eo laudatos scriptores spectes, observamus, ut tam innocentiam nostram quam convitii insolentiam, manifestissimam fore apud omnes, qui nostra cum Fabrianis comparare dignarentur, non possim non habere persuasissimum. Neque porro injuriarum, illa fretus fiducia, agere in animo est. Sacrum hominis caput habetur. Et prudenter abstineo ego; cui item mens tum aequior est, tum temperatior, & virilior, quam quae, pro aliorum procacitate, conviciatoris aut scurrae personam me vicissim induere sinat. In dubitationem item nostram, sane modestam, de Pataeco & Oro, apud Etymologici autorem, involavit idem scriptor; adeo ut nec nobis, aut scire quid tuto, aut dubitare, per eum ferme liceat. Sed de ea re, plura in secundo syntagmate. Ea autem, quibus editionem auximus, ferme vetusta tantum sunt, aut ad veterum scripta animadversiones: quas scilicet inter legendum suis in locis adnotaramus. Mutavimus item nonnulla, & nonnulla expunximus. Mea intererat haec ita breviter perstrinxisse; etiam tua, lector, non omnino praeteriisse.* VALE.



EDI-

EDITIONIS PRIMAE

SEU

LONDINENSIS

Anni scilicet M. D. C. XVII.

PRAEFATIO.

INTROITE, stultis; nam & hic Dii sunt. Neque duntaxat Syri. Succisivis statisque (uti hominem decet Christianum) horis, in Sacras Literas a juris, cui mancipatus sum, apicibus divertere solitus, praeter solidiora illa quae animae solatium sunt & cibus, inter alia paullo accuratiorem vetustarum rerum cognitionem attinentia, etiam obvios isthosce DEOS seorsim ac diligenter in adversaria, cum iis quae ex profanis literis deprompta huc spectarent, rejeceram; & ad sacrorum tantummodo VETERIS INSTRUMENTI commentariorum ordinem dispofueram. Inde novum hoc, neque hactenus tentatum, opusculum exiit. Id DE DIS SYRIS inscribere non dubitavi, cum eo nomine cuncti, quod in Syria aut Syris culti sint, maxime innotescant. Et ut vetustissimi ita & luculentissimi τῆς πολυθέου Syrorum πλάνης, sive Deorum multitudinis, testes sunt prophetae sacri; etiam paene soli. Ita res ipsa titulum invitabat. Qui si primo intuitu forsan displiceat, consulas velim primum Prolegomenωn caput: ubi de totius operae ratione etiam plura. Dum autem de Syris praecipue anquisivimus, ut in numerosam insuper, quae in aliis gentibus pullulavit, Numinum segetem non subinde incideremus, fieri nequivit. Inde & Persarum, & Aegyptiorum, & Arabum, item Afrorum, quin & Europaeorum veteri theologiae lux non raro neque dubia accenditur. Ita enim Europaeorum maxime Dii a Syris pendent, ut propago ab origine. Syri autem ab illis mutuo splendorem accipiunt, uti ignis ferme extinctus ab ea, quam prius flamma donaverat, face. Nam quemadmodum primos parentes in Syria nostra formatos esse, ita primum a veri Dei Opt. Max. cultu homines ibi defecisse, novosque sibi adscivisse Deos, manifestum est. Quod quomodo evenerit, cum initiis & processu & πολυθεότητος & idolorum cultus, in tertio Prolegomenωn explicatur. In conjecturis, quibus hujusmodi scriptio haud parum nititur, fidei nec prodigus fui, nec tamen ita tenax, quin, cum res ipsa ultro trahat, libenter, neque forsan adeo infeliciter, intenderim. Quae ἀπειρόκαλα sunt, nec minus incerta quam ἐγκεῶπις, ut aiunt, ἡμέρα, pro exploratis obtrudere abhorrui. Vocabulorum, quibus Numina Syra indigitantur, originationibus Ebraea plerumque lingua subsidium adfert; utpote quae antiquissima, & latissime diffusam

Syriam sola olim occuparet: quod secundo Prolegomenωn capite haud ita e trivio petitis argumentis adstruitur. Quicquid in priscorum monimentis ad rem nostram fecerit, a vulgo tamen etiam doctiorum satis videretur reconditum, id plerumque transcribitur. Dum vero brevitati consulitur, ad notissima veterum scripta, locis duntaxat indicatis, lector non raro relegatur. Quemnam enim lectorem non taederet nimium, sive Luciani libellum περὶ τῆς Συρίας θεοῦ, sive quae in Ovidio alibique passim legas de Adonide, seu id genus alia parum incognita hic relegere? RITUS in sacris solennes eos tantummodo data opera miscemus, qui peculiares inprimis Deo alicui Syro. Nam constructas aras, boves, bidentes immolatas, caeteraque sacra aliis aeque communia cum degenere (ut Prudentius ait) propagine,

Qaecunque dirum fervidis
Baal caminis coxerat,

hic addidisse, quid aliud fuisset, quam decantatissimas theatri nugas repetiisse? Verbi gratia. Comarum primitias Deae Syriae sacrandi, nominaque inscribendi, morem, atque hujusmodi caetera ad ejus cultum spectantia praeterimus; cum quod Lucianus cujusque manibus tritus ea pleno demensa horreo simul tradiderit, tum quod plerumque eadem ferme sint, quae in Graecorum theologia velut communia etiam habeas, saltem haud adeo variata. Et comarum primitias, quas κόμην πρώτην vocabant, Aesculapio, Phoebo, Baccho, aliis insuper Diis aeque sacrari solitas, eruditis constat. Deos autem invocandi, atteſtandi, victimasque mactandi ritus non alios (si obscuriora forsan, aut quae nullibi satis indicantur, discrimina excipias) in vetustissimis Syrorum sacris, quam quales in Europaeorum obviam reperiuntur, fuisse forsan jure putes, extra quam ubi peculiares animadvertantur. Complures, fateor, alii occurrunt, ad quos omnes Veteris Foederis ceremonias referunt R. Moses Ben-Maimon, Alexander de Hales, ex his alii. Sed ejusmodi sunt illi, ut cuinam nostrorum Numinum tribuendi sint singuli omnino lateat. Scimus pleraque sacrariorum instituta Syriae cum Graecia & Latio fuisse communia. Id passim docet Vetus Instrumentum. Recentioris aevi egregium item habetur exemplum; foederis Babylone ritu patrio icti; quod ita meminit Claudianus in libro I. de laudibus Stiliconis,

Thuris odoratae cumulis & messe Sabaea
Pacem conciliant arae. Penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituque juvencos
Chaldaeo stravere magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram, secretaque Beli
Et vaga testatur volventem sidera Mithram.

Ubi pro Beli *belli* habent depravate codices evulgati, quod nobilissimus heros Jos. Scaliger in VI. de Emend. Temp. primus monuit. Aromata, aras, ignem sacrum, victimas, magos sive sacerdotes, regem ipsum, qui foedus icit, ὀλοχεῖον sive vasculum (in quo ὀλοχύται, seu molae salsae, queis litaret) inclinantem, ac Belum & Mithram Chaldaeo ritu testantem hic habes: ubi nihil a Graeco more, seu Romano, ita est alienum. Quae Graeca sunt, aut orientalium dialectis involuta, eis aut Latina ubique subnectitur, minore charactere, versio; aut aliis saltem sive antevertentibus sive insequentibus verbis, ne lectori scilicet impari molestias exhiberem, tantundem praestari volui. Sublesta fide ex aliorum scriptis nihil offero, neque aliena: nam & religioni semper fuit e rivulis haurire, extra quam ubi e fontibus non licuerit. Auctorum delectum eum adhibui, ut non subdititios modo, uti Annianos illos nescio quos Berosos, Metasthenes, & qui sunt sordidissimae illius farraginis, viris sane & doctis & magnis sarcinam nonnunquam im-

imponentes, nugatores alios (quibus ſyntagmata haecce quid jure debere potuiſſe, judicii cuipiam ſatis infirmi videri poſſit) omnino ſim merito aſpernatus; verum etiam aut velut archetypis vetuſtatis teſtimoniis, aut iis quae inprimis fidem ab annis mereantur, duntaxat uſus ſim: &, ut judex ille VARIUS, *Aut hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio quid ſatis ſit vobis.* Sed neque beneficium a recentiorum quocunque acceptum non agnovi. Quicquid operae deliquerint, id ne mihi vitio vertatur. Ita ſane illae curae fuere, ut nullum omnino earum ſpecimen etiam ſaepius repetitum abſque ſedula emendatione evaſerit. Quod eo diligentius proſpiciendum duximus, ne quo, uno & altero abhinc anno, nundinis Francofurtenſibus eo fere domi etiam infortunio nunc etiam mactarer. Quod enim primo meum, & aetatula non ita indignum, opus ante duodecim & amplius annos conſcriptum & ſub id tempus inſtitori, qui typis mandaret, datum eſt, id jam tandem, ex officina Paltheniana, operarum incuria ita depravatum, mutilatione ſubinde decurtatum, & abſona verborum non terminatione modo ſed & exterminatione ſaepius interpolatum prodiit, ut nec Deverra ipſa ſordibus, quibus abunde ſcatet, expurgandis par eſſet, & meum eſſe plane defineret. Intervertebant pupilli peregrini bona, & tabulas in ejus fraudem adulterinas ſubjiciebant, in leges & Latoriam & Corneliam graviter committentes. Errata autem, quae hic per illiberalem illam elementa corrigendi operam alias occupato non animadverti fas erat, ſimul collecta ad libelli extremum exhibeo. Si lectorem te deſtines, ut primum ad illas emendationes ubique reſcribas, neque inſerendas additiones omittas, impetrare liceat. Quicquid in hac indagine praeſtitum fuerit, id certe eo pulchrius fore ſperandum eſt, & ab ingenuis grato magis animo exceptum iri, quo & operoſiora ſunt, & rariora quae huc pertinent, quam quae ad portentoſam illam & Graecorum & Latinorum theologiam. Caeterum ſi quis eo ſive vecordiae ſive in has literas malitiae devenerit lucumo, ut Deos hoſce omnino negligendos, & ſupervacanea prorſus futilemque quam adgreſſus ſum diſquiſitionem aeſtimet, quippe quae ſacrarum cum profanis literis mixtioni, elementorum ſaepe apicibus, originationibus criticis, &, quae reſtant, aliis ἀμέσων turbae nimium inviſis toties innitatur, nae illum etiam eo impietatis deveniſſe eſt neceſſum, ut S. Scriptura ſaepius quid inculcari quod futile & negligendum impudens deblateret; monſtrum, ut luſtretur, deportandum. Pie credant pii πᾶσαν γραφὴν θεόπνευστον καὶ ὠφέλιμον εἶναι πρὸς διδασκαλίαν, id eſt, *omnem Scripturam a Deo Opt. Max. inſpiratam eſſe & diſciplinae utilem.* Depravatam hominis naturam in multiplici πολυπλανοῦς καὶ πολυπαθοῦς ſuperſtitionis morbo agnoſcant, atque animi humilitatem inde diſcant. Quod literas ita miſceo profanas, ut ſacras illuſtrent, id nec quis incuſet, niſi qui citra illarum opem omnia in his undiquaque intelligi poſſe imperitus atque idem perquam moroſus (ne quid gravius dicam) opinetur; id quod aevi noſtri pervicacium Catharorum nonnullis viſum eſt. Sciunt docti & qui ſaniores rei literariae nomina dederunt, aliter ſe rem habere etiam in utroque Inſtrumento. De Veteri, peritiores chronologi ſatis fatentur. De Novo nec deſunt exempla. Abſque enim ſolenni in certaminibus coroniſque dandis, e profanis ſcriptis, uſu intellecto fuiſſet, quis D. Pauli illud Epiſtola II. ad Timotheum capite II. commate 5. atque alia alibi caperet, quae a certandi ritu ad militiam Chriſtianam eleganter transfert? Quis mentem deprehenderet verborum illorum in I. ad Corinthios cap. IV. com. 9. ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν, niſi uſitatum reſciſceret in ſpectaculis morem, occiſis nempe ſeu victis, ſive gladiatoribus ſive beſtiariis, alios ſufficere quos *ſubditiτios* ſeu *ſupponſititios* dixere Latini, Graeci vero ἐφέδρους ſive *ſuccidaneos ſubſeſſores*, apoſtolus autem hic ἐσχάτους nominat, ad id, quod nullibi praeterquam in gentium monimentis palam docetur, reſpiciens. Πολυλογία apud D. Matthaeum cap. VI. com. 7. quid fuerit unde diſcas, niſi ex invocandi ritu & ἐκ τῆς πολυωνυμίας ſacrae, quam & nos etiam in Prolegomenis indicamus? Quis Dn. noſtrum de ungendo

gendo capite ibidem loquutum ſatis caperet, niſi unguenti in conviviis uſus aliunde quam ex ſacris pateret? Quid quod nullus forſan reperiatur commentarius qui comma 27. capitis primi Epiſtolae ad Romanos aeque explicet atque Petronii Satyricon? quod ipſiſſimos mores ipſiſſimi aevi, ipſiſſimae gentis, cui apoſtolus exprobrat, aperit. Fruſtra miretur Dorcada in Actorum cap. IX. com. 37. lotam fuiſſe is qui abluendi mortui ritum in gentium monimentis traditum neſciat. Menandri, Epimenidis, Arati numeros, & quae ſunt id genus alia in Sacris Literis locum ſortita, quae profanas literas ad ſacram diſciplinam promovendam divinum etiam χάρισμα eſſe oſtendunt, mitto, & facem ſoli accendere ſuperſedeo. Compendio quicquid ſingulis capitibus obſervatu ante alia dignum eſt, congeſtum, nec iis modo ſigillatim, ſed hic etiam ſimul praefixum habes, quo & indicis vice fas eſt utaris, quiſquis pellegendis nugis noſtris horas nolis perdere.



Reve-

Reverendo, clarissimo, doctissimo, prudentissimoque viro Dom. JOHANNI SELDENO, *Londinum.*

EX quo, vir amplissime, tuum de Diis Syris singularem libellum, atque omni eruditione refertissimum legere contigit, non potui te non in pretio habere atque amare, magnoque tuae necessitudinis ac amicitiae desiderio capi. Quumque jam quamvis ejus aucupandae occasionem arripiendam esse in animum induxissem, commoda se mihi offert per Elzevirios, quorum Bonaventura mihi affinitate junctus est. Aiunt novam moliri se libelli tui, quem dixi, editionem. Addunt impetrari a te posse novum ejus, ac magis correctum, multumque auctum exemplar. Volunt eo nomine apud te intercedam, & si hic in edendo libello correctorem desideras, meam tibi operam offeram. Tam commodam ineundae cum tanto viro amicitiae negligendam haud duxi opportunitatem, praesertim quum egomet meum quid haberem, quod muneris loco mittere possem: Syriacam dico, quae jam primum per me prodit, Apocalypsin, cujus exemplar ad te jam transmitto, non tantum ut animum eo tuum mihi concilium, sed vel maxime ut totum hunc meum laborem examini tuo, ac docto acrique judicio subjiciam, a quo de erroribus reprehendi ac melius edoceri gratissimum erit. Si gratum tibi esse hoc munus sensero, nec displicere tibi primos hosce meos labores, multum mihi gratulabor; neque ad alia, quae has literas spectant, pergere pigebit. Quam autem libelli tui de Diis Syris novam editionem desiderem, effari nequeo. Desunt hic nobis exemplaria, & ut verum fatear, deest & mihi. Neque enim nisi mutuo acceptum ante annos aliquot a studioso, & nuper a clar. viro D. Heinsio legere datum est. Si quid precibus nostris dandum esse arbitraris, mitte, quam fieri potest, citissime. Dignus est libellus tuus typographo accurato, correctore sedulo; utrumque hic, nisi fallor, abunde inveniet. Elzevirium habes tuum, quo nullus typographus accuratior. Danielem Heinsium habes tuum (magnus enim vir maximi te facit) quo nullus corrector aptior aut sedulior. Cui si me adjungi velis, habebis. Quam enim ego, etsi tanta amicitia indignus, magno isti viro junctus sim, ex meis quos tibi mitto laboribus, intelliges. Liceat jam, vir doctissime, paucis tecum agere de Hebraeorum Tephilim. Dubito an legendum sit תְּפִלִּין*, & cum Elia statuendum* ת *esse* נוספת *a* פלל *an vero, ut alii quidam, legendum* תְּפִילִין*, & cum Baal Aruch, quem Elias in Thisbi perstringit, sentiendum* ת *esse radicale a* תְּפַל*, quemadmodum & Schindlerus* תְּפִילִין *vertit appendices, a* תְּפַל*, quod Rabbinis & Chaldaeis, ipso teste, interdum significat Conjunxit, idem quod* טְפַל*, assuit, consuit. Erant certe Tephilim mirifice consuta ex corio vitulino octupliciter complicato, item ex pilis e caudis vitulorum, & fibris e nervis vaccarum factis. Nec videntur adeo de precatione, quam de praeceptorum Dei observatione commonefecisse. Dubium enim non est, quin ex verbis Mosis,* Deut. VI. 7. *orta sint,* קְשַׁרְתָּם לְאוֹת עַל יָדֶךָ וְהָיוּ לְטֹטָפוֹת בֵּין עֵינֶיךָ*, unde duplicia erant Tephilim,* שֶׁל רֹאשׁ וְשֶׁל יָד*, nec alia sunt quam* τὰ φυλακτήρια *de quibus* Matt. 23. *ibi enim Syrus, pro* πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια *habet* ܡܦܬܝܢ ܬܦܠܝܗܘܢ*,* מַפְתֵּין תְּפִלַיהוֹן*, ubi* ל *non geminatum videtur indicare thema potius esse* תפל *quam* פלל*, quamvis fatear non plane certum hoc esse documentum. Quod autem sequitur,* καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν*, Syrus habet,* ܘܡܘܪܟܝܢ ܬܟܠܬܐ ܕܡܪܛܘܛܝܗܘܢ וְמוֹרְכִין תְּכֶלְתָא דְמַרְטוּטֵיהוֹן *Tremellius, Et producunt fimbrias vestimentorum suorum.* תְּכֶלְתָא *proprie hyacinthina. Desumpta vox ex* Num. 15. 38. *ubi super* צִיצִת*, id est, fimbrias, jubentur apponere* פְּתִיל תְּכֵלֶת *filum hyacinthinum, & additur* וּזְכַרְתֶּם אֶת כָּל־מִצְוֹת יְהוָה וַעֲשִׂיתֶם אֹתָם*, unde suspicari incidit, an non etiam* ציצית *possint esse* τὰ φυλακτήρια*, & an non dicantur* תְּפִילִין *inversis literis, quasi* פְּתִילִין*, ab istis filis. Haec tu longe melius intelligis, vir eruditissime, & si placet, me erudies. Jam nimis multis te interpellavi, ignosce prolixitati. Et si in partem aliquam amicitiae tuae admitti possim, credam magno me affectum beneficio. Deus Opt. Max. laboribus tuis faveat, teque diu ecclesiae, reipubl. & nobis superstitem esse velit.*

Dat. Lugd. Batav.
11 Id. April. 1627.

Reverentiae tuae observantissimus,

LUDOVICUS DE DIEU,

Belgicae ecclesiae pastor.

Ornatiſſimo, ampliſſimo, doctiſſimoque, viro Dom. Johanni Seldeno, juriſconſulto peritiſſimo, ac ſeverioris eruditionis lumini egregio, domino & amico plurimum colendo, *Londinum.*

AMPLISSIME, clariſſime, mihique plurimum ſuſpiciende vir. Luxit diu calamus noſter calamitoſum tuum caſum, nec etiamnum exarare quicquam fuiſſet auſus, niſi id tuto fieri poſſe bibliopola veſter, harum tabellarius, aſſeveraſſet, quippe qui frequenter ſuam a te officinam inviſi affirmaret. Faxit Deus opt. max. ut tuis noſtriſque votis, id eſt reipublicae literariae, te penitus reſtitutum brevi intelligamus. Prodiit jam diu accuratus tuus, quemque omnes docti mirantur, de Diis Syris liber. Curam quam potuimus maximam adhibuimus. Effugere tamen non potuimus, quin hic illic menda quaedam irreperent. Quod ut aequi conſulas obnixe rogo. Neque enim unius eſt hominis, ejuſque occupatiſſimi, ita ad minima quaeque animum advertere, ut nihil inopinantem ſubterfugiat. Dum autem curae typographicae incumberem, locus unus atque alter occurrit, ubi in mentem venere quaedam, de quibus, niſi moleſtum ſit, ſententiam meam aperiam, pag. 214. *agis de* βεελσαμέν. *Formae, id eſt, pure Syriacae. Etſi enim fateor me* ܫܡܝܢ *nunquam reperiſſe, ſed ſemper forma emphatica* ܫܡܝܐ, *eſt tamen & iſtud in forma ſimplici analogum. Sic enim terminari ſolent iſtius formae nomina quae ex quieſcentibus ultima derivantur. Ut* ܛܠܝܢ *pueri* ܪܘܝܢ *ebrii* ܡܫܪܝܢ *habitationes.* ܓܠܝܢ *revelati, &c. Sic ergo &* ܫܡܝܢ *coeli. Eſſe enim & hoc ex quieſcentibus ultima, docet lingua Arabica, ubi* سما *vel* سمو *ſignificat altum eſſe. Inde* سماء *coelum* سموات *coeli, ab altitudine. Vel* ܫܡܝܢ *ſit ab Hebraeo* שָׁמַיִם, *ſicut* ܡܐܬܝܢ *ducenti, a* מָאתַיִם. ܡܨܪܝܢ. *AEgyptus, a* מִצְרַיִם. ܬܪܝܢ *duo, a* שְׁנַיִם. ܬܪܬܝܢ *duae, a* שְׁתַּיִם. *En ergo* ܒܥܠ ܫܡܝܢ *Dominus coelorum, pure Syriacum, & recte effertur* βεελσαμέν, *prolato Schin per a raptim loco Scheva, ſicut* ܛܠܝܬܐ ταλιθά. ܚܩܠ ܕܡܐ Ἀκέλδαμα. pag. 261. *agitur de Eſmuno, quod ab ordinali* השמיני, *derivari poſſe autumas. Facilius videtur a cardinali* השמונה *quod pro ordinali non raro uſurpatur.* pag. 286. *agitur de* ἀλλὰ ὢα Κυβᾶς. *Et ex Conſtantino citas,* ὢα *Arabice valere conjunctionem* &. *Non nego quin Vau cum phatah id ſignificet, fateorque id Graecis non aliter quam per* ὢα *efferri poſſe. Sed an non ſenſus aptior, ſi pronomen demonſtrativum eſſe dicamus? Ut Arabice ſcribatur ſicut & Graece tribus dictionibus,* الله هو كبر *Deus eſt magnitudo, vel* الله هو كبير *Deus ille magnus.* pag. 331. *pro* لباموز *legi vis* الناموز *Sed permittitne genius hujus linguae, ut nomini proprio per ſe reſtricto praefigatur articulus reſtrictivus? Vide an non legendum ſit* للناموز *ut praefixum* ل *ſit dativi caſus quo regatur a praecedenti verbo, nec aliud ſit mendum, quam quod duo puncta ſuper ſcribenda, infra collocata ſint. Ignoſce, vir humaniſſime, quod frivolis hiſce obſervationibus te occupaverim; tu res tractas, quarum ingens habes penu: ego, qui majora non poſſum, grammaticalia. Facis in hoc libro, ut & in praefatione ad Marmora Arundelliana, mentionem Pentateuchi Samaritani, cujus a clar. viro Jacobo Uſſerio Archiepiſcopo Armachano copiam tibi factam ais. Merito eum virum ad ſeveriora ſtudia promovenda natum praedicas. Cujus ego locupletiſſimus ſum teſtis. Iſtius enim, quod laudas, Pentateuchi exemplar ad me miſit, utque mea opera in lucem edatur, poſtulat. Ego id ſedulo curabo, & volente Deo efficiam, niſi Pariſienſes, qui edendo eo jam ſunt occupati, typographi noſtri animum labefactent. Collationem certe ejus cum Hebraeo inſtituam, &, ſi faverit Deus, edam. Unde liquebit,* LXX. *interpretes Samaritanum magis quam Hebraeum ſecutos exemplar. Septem prima Geneſeos capita contuli, ubi paſſim Samaritani veſtigia etiam in minutiis premunt. Etſi capite quinto in recenſione annorum patriarcharum ab utroque diſſentiant. Sed jam diu prolixitate moleſtus ſum. Vale vir doctiſſime, meque ut coepiſti amare perge.*

Amplitudini tuae devotiſſimus,

Dat. Lugd. Batav. 21.
die Aprilis, 1630.

Ludovicus de Dieu.

PRO-

PROLEGOMENA.

CAP. I.

De Libelli Inscriptione. Syriae nomen. Aram. Mesopotamia. Εὐφρατήσια. *Syri etiam Assyrii dicti, & inde Syrorum vocabulum. Syria & Assyria indiscriminatim usurpata. Syriae termini. Quam diversa sit in Sacris Literis chorographia ab ea quae in profanis. Papinii locus sibi restitutus. Cujusnam generis sint Dii in Syris nostris censiti.*

NE quis, in limine forsan impingens, temere nos incuset de libelli inscriptione, tam de SYRORUM, in eo, nomine, quam de congesta DEORUM farragine seorsim praemonere visum est. Materies licet utriusque syntagmatis primaria sit Babyloniorum, Assyriorum, Palaestinorum, Sidoniorum numina, quorum in Sacris Literis haud infrequens mentio; & ad eam duntaxat methodum scripserimus, ut quae in PENTATEUCHO occurrunt ferme primum, quae in PROPHETARUM commentariis, secundum occupent, satis idoneum tamen titulum gentilem, qui una voce ea denominaret, a profanis literis quam sacris accipere maluimus, & DEOS SYROS (ad latum Syrorum & diffusum apud Europaeos scriptores nomen) cuncta indigitare ausi sumus. Tam angustum fateor in Veteri Instrumento *Syriae* nomen deprehenditur, ut vix earum, quas meminimus, gentium aliquam obtineat. Nam Mesopotamiae & Coelesyriae partem in eo tantum reperimus. Mesopotamia *Aram Naharajim* & *Padan Aram* nuncupatur. *Aram Naharajim* est *Aram binorum fluviorum*, sic dicta quod Euphraten & Tigrin interjaceat. Unde & *Mesopotamia* Graecis, & *Mediamna*, eadem notione, veteri Dionysii Periegetis interpreti, sive Priscianus is sit, sive alius quis, appellatur. Hinc est quod Onkelus paraphrastes in Genes. cap. XXIV. comm. 10. Aram Naharajim vocet *Aram quae est ad Perath*, id est, Euphratem. Perinde ut priscis etiam ipsa Syria Εὐφρατηνὶς vocitata est. Sed seniores LXX. in eo loco *Mesopotamiam*, & cap. XXVIII. comm. 7. atque alibi in eodem libro saepiuscule pro *Padan Aram* Μεσοποταμίαν τῆς Συρίας substituunt. Cum adjectione etiam vocabuli *Aram* alia in prophetarum monimentis leguntur. *Aram Dammesek* seu Syriam Damascenam, *Aram Zoba* (quae *Sophene* Josepho) *Aram Rechob*, & quae sunt ejusmodi, habes in 2 Sam. cap. VIII. & X. I Paralipom. cap. XIX. comm. 6. In hisce omnibus *Aram* per Συρίαν vertunt Septuaginta, & cognomen ex Ebraeo apponunt. Ubi vero sine adjectione fuerit obvia, *Syriam* tantummodo reddunt. Vide, si placet, Josephum Archaeolog. Judaic. lib. VII. cap. VI. Ab *Aramo Aramaei* Syri dicti: quos & *Arimos*, ut Possidonio apud Strabonem placet, Homerus vocavit. Sidonii, Palaestini, Babylonii, Assyrii hic excluduntur. Unde & Dii ipsi *Syrorum* seu *Aramaeorum* ab aliis diserte separantur. Ita in Judic. cap. X. comm. 6. *Coluerunt Baalim, & Ashtaroth, & Deos Syriae, Deos Zidon, & Deos Moab, Deos filiorum Ammon, & Deos Palaestinorum.* Vide & II Reg. cap. XXIV. comm. 2. Verum ad hos fines in Sacris Literis Syriae tributos nemo inscriptionem nostram exigat, aut quod nos aliis terminis nitamur insimulet. Non diffitemur quin, ubi commode fieri possit, eum qui de rebus Scripturae agat, etiam chorographiam ejus ubique retinere magis consonum fuerit. Sed haud comperitur nomen aliud, quod tot gentium capax materiei satisfaceret, quam SYRORUM, qui ita dicti profanis scriptoribus. Apud eos per Phoeniciam, Palaestinam, Mesopotamiam, Babyloniam etiam & Assyriam plerumque latissimum diffunditur. Quin olim etiam ad Sinopem sive Corambin Ponti Euxini promontorium distendebatur. Sed vero sinu Issico ad aquilonem, AEgypto & Arabia Petraea ad austrum terminari potius volunt autores magni veterum. Neque Assyriorum imperio recentiorem esse isthanc ingentis illius tractus appellationem autumo. Cum enim illi res obtinerent orientis, Europaei regionum Asiaticarum nimium ignari, tanti nihilominus imperii tam celebratum nomen suspicientes, quicquid a mari Sidonio ad imperii usque sedem patebat, *Assyriam* dixere, & incolas *Assyrios* & *Assyres* (ut habet apud Stephanum Eratosthenes) deinde *Syriam*, *Syrios*, & *Syros* efferebant, haud aliter primam vocabuli syllabam decurtantes, quam qui ex *Hispania Spaniam*, aut *Abelione Belinum* fecere; unde etiam postea devenit, ut *Assyrios* vocabulum esse barbarum, *Syrios* autem Graecum docerent. Firmat autor vetustissimus Herodotus in Polyhymnia. Οὗτοι δὲ (de Assyriis loquitur) ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν, id est, *A Graecis isti Syrii vocabantur, a barbaris Assyrii:* & Justinus lib. I. *Imperium Assyrii, qui postea Syri dicti sunt, mille trecentis annis tenuere.* Imo Ciceroni inde confusa quasi data opera sunt *Syriae* & *Assyriae* nomina, velut idem denotantia. Tuscul. qu. V. *Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriae regis error agnoscitur.* Atqui Sardanapalus Assyriae

riae

riae rex erat. Ita dictus etiam lib. II. de Finibus. Porro in I. de Divinatione in Assyriorum natione Chaldaeos locat, quos paulo in eodem libro inferius Syriae tribuit. *In Syria Chaldaei cognitione astrorum, solertiaque ingeniorum antecellunt.* Neque aliud sonat *Assyria*, quam Syriam apud tragoedum in Hippolyto,

O magna vasti Creta dominatrix freti,
Cujus per omne litus innumerae rates
Tenuere pontum, quicquid Assyria tenus
Tellure Nereus pervium rostris secat.

Mare mediterraneum intelligit, quod Syria tenus intersecat. Nonne & purpuram *Assyrium venenum* nuncupat Maro Georgic. II? cum tamen notissimum sit, purpurae inventionem Tyrii Herculis cani attribui. Tyrium, Phoenicium, seu Syrum venenum innuit, dum *Assyrium* vocat. Et Themistius *Assyrios* vocat ipsos Judaeos: Ἀλλ' ἐγὼ, inquit, ὑπερηδόμην καὶ τῶν Ἀσσυρίων γραμμάτων τ' αὐτὸ τοῦτο κομψευομένων ὡς ἄρα ὁ νοῦς τοῦ βασιλέως ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται. Locus est in oratione IX. Alius item similis occurrit in ejusdem quinta. Quorum uterque respicit illud Salomonis in Proverbiorum cap. XXI. commate primo. Pluria ad hanc rem adstruendam congeri possent. Ad hunc certe modum, qui occidentem inhabitabant plerumque omnes generatim *Celtae*, qui austrum *AEthiopes*, qui ultra Syriam *Indi*, qui boream *Scythae* veteribus dicebantur. Quae in fabulis de Syro rege, atque alia hujus nominis etyma consulta praeterimus. Hoc sane nos acquiescendum duximus. Ita variis tamen distincta nominibus remanet diffusissima haec regio, ut quemadmodum *Aram Dammesek*, *Aram Naharajim*, & quae sunt reliqua, olim partes ejus designabant, ita *Syria Damascena*, *Syria Phoenicia*, *Syria Palaestina*, *Syria Coele* sive *Cava*, & ejusmodi alia eam satis Europaeis distinguunt. Sed vero & omissa omni adjectione *Syria* apud jurisconsultos pro Coele (ni fallor) tantummodo sumitur. Vide, si placet, Ulpianum & Paulum D. tit. de Censibus lib. I. & VIII. atque edictum Leonis & Zenonis Augg. in Cod. tit. de Diversis Officiis & Apparitoribus lib. X. ubi *Phoenice* & *Mesopotamia* seorsim, perinde ac si partes minime essent, censentur. Tanta est inter profanas & Sacras Literas in regionum finibus discrepantia. Neque in *Syriae* duntaxat nomine, sed in *Judaeae* & *Palaestinae*; quod ad hanc rem etiam attinet. *Judaeos*, ut par est, seu *Ebraeos* a *Phelistim*, id est, Palaestinis (quos LXX ἀλλοφύλους nuncupant) ubique separamus, ita & Scriptura. Sed Ptolemaeo, Straboni, Tacito, *Syria Palaestina* eadem ipsa est quae *Judaea*; aliis diversae sunt: sic *Ebraei* a *Palaestinis* disterminantur. Papinius Sylvarum V. ubi de liquoribus ad funus collatis verba facit,

------ *Palaestini simul*, inquit, *Ebraeique liquores.*

quod libentius, fateor, adduxi, ut magni ejusdem poetae nimis depravatam in Glauciae Epicedio lectionem inde emendarem. In eo ita legitur,

Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes Phariique (palam est, vidique) liquores
Arsuram lavere comam ------

Quid (malum!) *palam est vidique?* tantus ut poeta tantae monimentum oscitantiae etiam ridiculum infarciret! Quae habent hic Domitius, Coelius Rhodiginus, etiam & ipse Geuartius, plane frigent; restituimus,

Quodque Arabes Phariique Palaestinique *liquores.*

ita scripsisse etiam dejerare ausim. Suiipsius copia se vindicat, sed hoc obiter. Et sufficiat hactenus ostendisse quid Sacris Literis *Syria*, quid profanis; & nos in inscriptione non tam illas quam has sequutos. Nomina enim ex usu loquendi sumenda sunt, & saepius mutant. Quin ipse D. Paulus Phoenicen, contra quam Veteris Instrumenti sacri scriptores, Syriae partem esse agnoscit. Quod constat in Act. Apost. cap. XXI. comm. 2, & 3. Nil obstat igitur quo minus & eos in DIIS SYRIS nos merito recenseremus, qui in Veteri Foedere etiam diserte (ut supra monstramus) a DIIS *Syriae* distinguuntur. Ut alteram etiam inscriptionis vocem terminemus, de congesta deorum farragine praefamur. Omnes hic nemo sanus expectet, qui apud Syros culti; non Jovem Casium, Philium, aut Daphnensem, non Dianam aut Apollinem huic cognomines, non Apollinem Carmelum (cujus meminit in Vespasiano Suetonius) non Heliopolitanum, sive Jovem sive Apollinem nuncupes, ex Heliopoli AEgypti in Coelesyriam translatum (de quo Macrobius Saturnaliorum I. cap. XXIII.) nec Erota aut Anterota, quos excivit Gadaris magus Jamblichus, uti autor est Eunapius, non Minervam Cyristidem, aut Apollinem & Dianam Borsippenos, neque Joppes Cetum, aut id genus alios. Eodem certe jure totam pene gentium theologiam sub epigraphe nostra quaerenda esset, cum nempe, citra Graecorum imperii initia, praeter aras, lucos, delubra passim daemoniis Graecorum per Syriam dicata, etiam ipsum templum Hierosolymitanum, ingravescente nimium Antiochi Epiphanis tyrannide, Europaeorum idolis esset refertum. Illos tantummodo SYROS jam vocamus DEOS, quorum aut sacrorum primordia Syris nostris, in quantum sunt cognita, certo debentur, cujusmodi agnoscas licet Belum seu Baalim, Astarten sive Ashtaroth, Dagon, Thammuz, Moloch; aut qui tametsi aliunde accepti, ut Nergal, & si qui sunt alii in Salmanassaris coloniis dii habiti, & Vitulus aureus, tamen eo saltem *Syri* sunt dicendi, quod nec eorum sacra neque nomina prius in honore alicubi legimus fuisse, quam in Syriam, saltem ad Syros (quod ob primum in Arabia Vituli cultum adjicimus) traductos ipsos legimus; nec alibi de iis quid comperisse nobis videmur, extra quam ubi conjecturis indulgeamus. Exemplum damus. A Cuthaeis, id est, Persidis incolis, in Samariam a Salmanassaro deductis τὸ Nergal petimus, & πυρεῖα Persarum plusquam probabili forsan conjectura in eo ponimus;

mus; Vituli item aurei aliam quam vulgus & novam prorſus ex AEgypto adferimus originem. Utcunque tamen & Vitulum & Nergal Syra tutius eſt Numina indigitare, quam aut hoc Perſicum aut illud AEgyptium, cum utrumque Syris cultum ſciamus, hoc an in πυρεθαίοις, illud an in Oſiridis διζέσει & ἀφανισμῷ reperiatur, niſi conjectura duntaxat, nequeamus adſerere. Etſi autem ad S. Biblia inſtitutum noſtrum inprimis fuerit ordinatum, quod ex adverſariis, inter legendum, natum eſt; obiter tamen (nec res ipſa plerumque non poſtulat) etiam quae nullibi in ſacris occurrunt, & Syrorum, & Arabum, & Perſarum, & Afrorum, & AEgyptiorum numina, quae vel lucem noſtris dent, vel mutuam hinc accipiant, diligenter indicamus.

CAP. II.

De LINGUA EBRAEA. *Quam late olim patuerit. Quo pacto in varias dialectos migraverit. Unde dicta. De Abraham.* Περάτης. *Ebraei. Phoenicia, & Punica lingua. In Punicis apud Plautum Ebraiſmus. Viri doctiſſimi, quibus Poenuli ibi omnia origini ſuae ſe reſtituiſſe videtur.* Ἐλιοῦν *Deus. Columnarum inſcriptio, qua Cananaeos Joſuam fugientes Africam occupaſſe indicatur. Plures & perquam diverſae etiam ſub captivitate in Cananaea dialecti. In Choerilum poetam conjectura. Analogia grammatica in Deorum nominibus deducendis minime ſervata.*

LINGUAE inprimis, quae Syrorum noſtrorum vetuſtiſſima, hoc eſt, ejus quae *Ebraea* dicitur, ope, in Deorum nominum & etymo & interpretatione ſacrorum (nec tamen ita profuſam in ejuſmodi originationibus operam impendimus) aut earum nonnunquam quae hujus ſunt dialecti, ſolummodo uſi ſumus; neque immerito. Non ſolum enim Ebraei, vulgo dicti, Ebraicum ſermonem olim loquebantur, verum etiam totius incolae tractus quo Syria noſtra latiſſime patet; Babylonii nempe, Aſſyrii, Chaldaei, Aramaei ſive qui in Meſopotamia ſedes habuerunt, Phoenices, Palaeſtini, Cananaei; alii etiam qui contermini, ut Arabes, Perſae. Ut igitur unica primum fuerit, & quo pacto in varias tandem dialectos abiret, hic non omnino vidiſſe, haud ita erat conſentaneum: utrumque vulgo ſatis eſt reconditum, aut perperam acceptum. Sed non facit parum ad eorum quae congeſſimus judicium. Babyloniorum, Aſſyriorum & Aramaeorum primo Ebraeum ſermonem fuiſſe, palam eſt ex eo, quod ante linguarum diviſionem, eorum regiones incolerent qui *unius* (ut Scriptura ait) *labii erant*, hoc eſt, primorum parentum linguam tantum noſcebant; quae ſanioribus omnibus Ebraea intelligitur. Haec apud eos frequenti exterarum gentium & diverſilinguium commercio non ab Ebraiſmo duntaxat deſcivit, verum novis inſuper eſt aucta vocabulis, quae Ebraeam originem non agnoſcunt: idque patriarcharum aevo. Conſtat ex hiſtoria Labanis & Jacobi Geneſeos cap. XXXI. comm. 47. ubi quod Jacob homo Ebraeus idiotiſmo ſuo גל עד *gal edh*, id eſt, *acervum teſtimonii*, nuncupat, id Laban Aramaeus יגר שהדותא *jegar ſahadutha*, eadem ſignificatione nominat. Nec tamen diverſam prorſus Aramaeorum linguam ab Ebraea hinc (ut nonnulli male) colligas. Unum & alterum vocabulum id hic non magis comprobat, quam Laconum voces nonnullae ab Atticiſmo longe aliae atque aliunde acceptae Graecum ſermonem Spartae defuiſſe confirment. Scimus quod Athenis Θεὸς ἀγαθὸς, id Lacedaemone Σιὸρ λιωσάνιος ſonaſſe. Et complurai ejuſmodi ſunt diſcrimina, ſed inde non dubitandum, quin utraſque Helleniſmus occuparet. A frequenti illo commercio Babylonia, Aramaea, Chaldaea primo dialecti: quas, ſub regibus, minime Ebraeis intellectas eſſe manifeſtum eſt, adeo novas induerant proprietates. Nam Ebraeorum pueri Chaldaeam docentur linguam Babylone, apud Danielem cap. I. & Aramaeam vulgus Judaeorum haud cepiſſe liquet ex hiſtoria τοῦ Rabſake ſub Hezekia, quae II. Reg. cap. XVIII. & Jeſaiae cap. XXXVI. habetur. Diu autem ante quam protoplaſti ſermo ita eſſet interpolatus, Abraham patriarcha, purum putum a vocabulis novis atque adſcititiis retinens, e Chaldaea primum in Meſopotamiam, inde autem Dei Opt. Max. juſſu in Cananaeam ſedes mutavit. Ubi intemeratum a familia ſua ita ſervari illum curavit, & ad poſteros velut gentile quiddam non ſine religione aeſtimandum tranſmitti, ut nec in Cananaea nec in AEgypto proſelytorum, diverſilinguium, aut temporis injuriae ceſſerit, quin ſibi ſemper conſtans idem ipſiſſimus poſt CCCC. & amplius annos in Cananaeam iterum remearet. Ducentis plus minus annis ante exemplum, quod de Labane & Jacob adduximus, Euphratem in Cananaeam tranſiit Abraham. Quo temporis ſpatio miram linguae Aramaeorum demutationem fieri potuiſſe nemo non concedet. Utcunque autem, non ſine ſingulari & ob hanc rem inprimis admiranda Dei Opt. Max. providentia, tam intaminata uſque ad Babylonicam captivitatem remanſit Ebraea. Quam & nomen ſuum, uti & *Ebraeos*, ab *Abrahae tranſitu* accepiſſe ſcribunt doctiſſimi nonnulli veterum. Sic enim volunt, עבר, hoc eſt EBER, *tranſitum* denotat; unde עברי EBRI, *Ebraeus*, περάτης ſeu *qui fluvium tranſiit*. In Euſebianis, ubi de tempore tranſitus, Ἔνθεν ἄρχεται τῆς Ἑβραίων προσωνυμία. Ἑβραῖοι γὰρ οἱ Περάται ἑρμηνεύονται. Διαπεράσαντος Εὐφράτην Ἀβραάμ, καὶ οὐχ, ὡς οἴονταί τινες, ἀπὸ Ἐβέρ, id eſt, *Hinc nominis* Ebraeorum *origo* (Ebraei *enim* περάται *interpretantur*) *ab eo quod Euphraten tranſiit Abraham. Minime vero, ab Ebero, ut nonnulli exiſtimant.* Certe perquam numeroſis familiis poſteri duntaxat ejus hoc nomen

tenuere,

tenuere. Inde Hesychius; Ἀβράμ, περάτης, ἢ πατὴρ μετέωρος. Non male in πατέρα μετέωρον vertit. Sed lapsus omnino est, dum τὸ Ἀβράμ (quo patriarcham intellexisse eum palam est) περάτης reddit. Quoniam vero vocabulum *Abrahae* tributum apud veteres, qui hanc de *Ebraeorum* nomine sententiam amplexerentur, reperisset, ideo idem Ἀβράμ significare opinatus est. Melius alibi & diserte ille. Ἐβρεί, Ἐβραῖος· καὶ ὁ Ἐβραῖος, περάτης. Id est, EBRI, *Ebraeus:* EBRAEUS *autem is est qui transmigrat.* Docte mehercule. *Ebri* enim ipso in fonte dicitur, hoc est עברי, quae vox primum occurrit in Geneseos cap. XIV. com. 13. ubi Abraham *Ebri* appellatur; quod tamen Hellenistarum lingua περάτης ibi expresse vertitur. Et Josephus pronepos ejus ita vocitatur cap. XXXIX. comm. 14, & 17. & regio, quam occupabat, ארץ העברים *eretz haebrim*, cap. XL. comm. 15. hoc est, *terra Ebraeorum*, seu *transmigrantium.* Περάτην autem *transitorem* vertit D. Hieronymus Jes. cap. XIX. & ad Jonae prophetae cap. I. ubi & *Ebraeum* idem, ut nomen est gentile, significare docet. Et Eucherius Lugdunensis ad Genesin, lib. II. cap. IX. *Una Thare domus erat, de quo natus est Abraham, in qua unius veri Dei cultus; &, quantum credibile est, in qua jam sola Hebraea lingua remanserat.* Hanc sequuntur originationem viri doctissimi etiam recentiorum; aliis ab *Ebero*, cum Fl. Josepho, deducentibus, ratione petita ex comm. 21. cap. X. Geneseos. Sed in primam nos magis propendemus sententiam: assensum tamen retinemus: nam non liquet. Utrum *Eberum* an *Abraham* intellexerit Charax, qui *Ebraeos* ἀπὸ Ἀβράμωνος dictos vult, nescio: citatur Stephano in περὶ ἐθνικῶν. Quod autem ad Syriam occidentalem attinet (in queis Phoenices inprimis, Palaestini, Cananaei) non futili conjectura, ex coloniis quae sub Josuae temporibus (ni fallant monimenta) in Africam transmigrarunt, indages licet qualisnam fuerit incolarum vetustissimus sermo. Cum coloniis enim & sermo traductus; quem ideo Ebraeum primitus fuisse adseri possit, quod ita parum in coloniis illis, ab Ebraeo, seculis etiam recentioribus, advenarum licet colloquia diu passus, discreparet. Ex maritimis Syriae oris Poenos Africae oriundos non est necesse ut adjiciam; id pueri sciunt. De eorum autem lingua D. Augustinus Afer, & de suo aevo, ita in sermone XXXV. de verbis Domini ad D. Lucam, *Quid est* Mammona? *verbum est enim quod Latinum non est. Hebraeum verbum est, cognatum linguae Punicae. Istae enim linguae sibi significationis quadam vicinitate sociantur. Quod Punici dicunt* Mammon, *Latine* lucrum *vocatur.* Ipse etiam lib. II. contra literas Petiliani Donatistae, *Nam & ipse* CHRISTUS a chrismate *appellatur, id est, ab unctione. Hunc Ebraei dicunt* Messiam, *quod verbum Punicae linguae consonum est, sicut alia Ebraea permulta & pene omnia.* Suo aevo recte dixit *pene omnia*; utpote quo Ebraea exteris, ut fit, vocabulis mixta. Atque ipse epistola XLIV. ad Maximum Maudarensem, de Namphanione archimartyre Poeno, cujus nomen velut barbarum exprobrarat Christianis Maximus, NAMPHANIO, inquit, *quid aliud significat quam boni pedis hominem, id est, cujus adventus afferat aliquid felicitatis,* Punica scilicet lingua. Certe Ebraice נעים NAIM *jucundum, pulchrum,* adeoque *bonum* denotat, sed quid altera pars vocabuli fuerit, non satis capio. Scio tamen in Baal Aruch פינון PHINON *calceamentum* interpretari. At forte *pulchri oris hominem* significat potius, idque ab Ebraica origine; neque aliter Poenis nomen quam Latinis *Pulcherius*, aut Graecis *Callias* aut *Callistus.* Sed quod pater ille in iis quae sequuntur, *Si me bene,* scribit, *interpretatum illud vocabulum recognoscis, habes quod succenseas Virgilio tuo, qui Herculem vestrum ad sacra quae illi ab Evandro celebrantur, invitat hoc modo:*

Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.

Secundo pede, optat, ut veniat. Ergo venire Herculem optat, non Phanionem, de quo tu multum nobis insultare dignaris; pro *non Phanionem*, planissime legendum *Namphanionem.* Evander invocat, ait, *Herculem Namphanionem*, sive *Herculem secundo pede.* Idem de hac re plura habet libro Expositionis in epistolam ad Romanos inchoatae, ubi de SALUS agit; in libro etiam primo Locutionis de Genesi; alibi. Sic tamen Ebraeae cum ea conveniebat, ut non minus forte tunc temporis cum Chaldaea vel Syra ita dicta. Priscianus lib. V. *Maxime cum lingua Poenorum, quae Chaldaeae vel Ebraeae similis est & Syrae, non habeat neutrum genus. Suffetes*, quod vocabulum, Livii aevo, magistratus erat Punici, mere Ebraicum est, si terminationem Latinam mutaveris. Nam שופטים SOUFFETIM *judices* sonat. Et D. Hieronymus Comment. V. ad Jeremiam, *Tyri & Sidonis in Phoenices litore civitatum Carthago colonia, unde &* Poeni, *sermone corrupto, quasi* Phoeni, *appellantur: quorum lingua Hebraeae linguae magna ex parte confinis est.* Aliquot autem ante Augustinum seculis, & priusquam Romanorum imperium Carthaginensium devorasset, propius multo, ni fallor, ab Ebraea aberat, quod ab Hannone Poeno (quo nullus Poenior) apud Plautum discimus. Hujus idiomate versus primus in Codd. editis & maxime emendatis ad hunc modum concipitur,

Ny ethalonim valon uth si corathisima consith.

Tam clara hic Ebraismi vestigia sunt, ut caetera, quae depravatissima ibi sequuntur, eidem etiam idiotismo restitui debere merito censeas. Et quae attulimus, Hannonis, exaranda forsan erant, ei qui sermonem illum a lepidissimo poeta illuc traductum librarius primum transcripserit, his pene syllabis,

Na ethelionim velionoth se quara otham makom hazoth.

Quae parum a corruptis Plautinis exemplaribus dissident, si ineptas scilicet juncturas, atque imperitas verborum distinctiones tollas. Et *consith* in veteribus nonnullis editionibus *comzit* legitur, quod propius accedit. Sic autem mere Ebraica sunt

ſunt. Et rhythmus ad eum quem protulimus ſonum ita ſcribendus,

נא את עליונים ועליונות
שקרא אתם מקום הזאת :

id eſt, ſi verbum verbo reddideris,

Obſecro ſuperos ſuperaſque
Quibus contigit locus iſte.

Id ipſum ſonat, quod verſio illa apud comicum,

Deos deaſque veneror, qui hanc urbem colunt.

Phoenicibus enim, unde Poeni, Deus עליון Elion, id eſt, *excelſus* ſeu *ſummus*, quod Ἐλιοῦν ſcribit Philo Byblienſis, dicebatur. Neque ita forſan conclamatum eſt de caeteris quae ſunt Hannonis, quin, ſi operae eſſet, ex Ebraiſmi veſtigiis ad ſuam poſſent redigi orthographiam. Specimen ad hunc modum dediſſe, nobis ſufficiat. Poſt primum verſiculum illic a nobis ſic primo tentatum, viri doctiſſimi etiam Punica illa omnia ſibi reſtituere viſi ſunt, ſed ſatis variatim. Adi, ſi placet, Hugonem Grotium Epiſt. ad Gallos, CVI. Samuelem Petitum Miſcellaneorum, lib. II. cap. I. Philippum Paraeum (qui etiam, in Plauti editione, Punica ſua in ipſam comoediam injecit; in Animadverſionibus ſuis etiam ea de re plura ſubdens) Samuelem Bochartum in Geographiae Sacrae parte I. lib. II. cap. VI. Placuit viro praeſtantiſſimo Guilielmo Schikardo dicere in tentamine illo noſtro Corathisima ſcite magis quam feliciter exponi per קרא אתם. Ita in Tarich regum Perſiae, pag. 124. Tubingae 1628. Ea de re ſupervacaneum eſſet hic diſputare. Sed octennio poſt Schikardum, ſeu Romae 1636. Athanaſius Kircherus adeo noſtrum tentamen amplectitur, ut totidem verbis tum Punice tum Latine e noſtris planiſſime, nec interim agnoſcens, exhibeat, ſcilicet in Prodromo Copto, cap. VII. pag. 179. Magnam autem Phoenicum vim, ſub Joſuae tempora, bello ſacro profligatam, maritimas (ubi hic inprimis ſermo) Africae regiones occupaſſe (hoc eſt, ante quam inquinata dialectus primigenia degeneraſſet) teſtes ſunt columnae binae olim in Tingitana viſendae, & Phoenicio ejuſdem ſeculi ſermone inſcriptae, verbis ſic Graece ſonantibus,

ΗΜΕΙC. ΕCΜΕΝ. ΟΙ. ΦΥΓΟΝΤΕC.
ΑΠΟ. ΠΡΟCΩΠΟΥ. ΙΗCΟΥ.
ΤΟΥ. ΛΗCΤΟΥ. ΥΙΟΥ. ΝΑΥΗ.

Memorat Procopius in Vandalicis lib. II. Phoenices ſcripſerant, ut fas eſt, conjectare,

אנו בורחים מפּני יהושע איש
התף בן נון :

id eſt, *Nos fugimus a facie Jehoſuah praedonis filii Nun*, quod idem eſt ac ſi dixiſſent, *Nos Cananaei*, ſeu *Phoenices*, *ſumus*. Hac e Phoenicia tranſlata lingua magnam Afrorum partem uſam eſſe teſtantur viri magni, utrique Afri, D. Auguſtinus Hipponenſis de Civitate Dei, lib. XVI. cap. VI. & Arnobius Siccenſis in Pſalm. CIV. Atqui & aliam, quae Libyae genuina, linguam in uſu fuiſſe docent. Unde patet cur Poenorum & Afrorum linguas ita diſtinxerit Stephanus περὶ πόλεων in vocabulo Ἰστος. Neque obſtat quod pluria ſint apud veteres Poenorum vocabula, quae Ebraeum fontem non ſatis reſipiunt. Italorum item, Hiſpanorum, Francorum hodie linguis id ipſum etiam evenit, ut, cum provinciales omnes fuerint, & Romana primum natae, non paucis tamen Arabum, Tartarorum, Germanorum, aliorumque vocibus Romam non omnino agnoſcentibus ſint refertae. Quod tamen nihil facit quo minus Latio, qua provinciales, acceptae ferantur. Diligenter autem congeſta, quae occurrunt, vocabula Punica apud priſcos ſcriptores, habes apud Bernardum Aldretum Canonicum Cordubenſem in lib. II. cap. II. voluminis, *Varias Antiguedadas de Eſpanna, Africa, y otras provincias*, inſcripti. In Boeotiam item Cadmum e Phoenicia petunt veteres: atqui & Cadmus urbem ſuam Ebraeo nomine appellavit. Thebas nempe a תבה, quod *navem* ſonat; a navicula, qua trajecerat; quemadmodum & priſci Latini nummum rate ſignarunt, quod ea vectus Saturnus in Latium pervenit. Sic animadvertit heros nobiliſſimus Scaliger in Conjectaneis. *Cadmum* etiam ipſum *orientalem* denotare, a קדים Cadim, quod *oriens* eſt. Et alias ejuſmodi nominum Boeoticorum originationes habet ille ad III. Varronis de Re ruſtica. Quod de Thebe nympha cognomini habent Graeci, nugamentum eſt, uti & quod Iſacius Tzetzes, ad Lycophronem, affert de Thebe Syrorum lingua, uti ait ille, *bovem* interpretante. Sed in his nimis ſumus, & quod meridiana forſan luce magis clareſcit, id accenſa face haud ulterius quaerimus. Si enim coloniae ſecum Ebraeam traduxerint, ut patria eorum lingua, id eſt, Phoenicia, eadem fuerit neceſſum eſt: quae tamen a fontis puritate demum etiam haud parum migravit. Neque enim Sidonii, Tyrii, atque accolae immunes diu eſſe poterant, maxime poſtquam maris obtinuerant imperium, quin ab advenis & mercatoribus, ad dialectum vernaculam ex idiomatis exteris aliqua fieret acceſſio. Quo vero primum, circa initia nimirum Aſſyriorum imperii, obſcurior fuerit & minus vexata commerciis Phoenicia ſeu Cananaea, & longius ab imperii ſede diſſita quam Babylonia & contermina Aram Naharajim ſeu Meſopotamia, eo minus depravatam, & diutius incorruptam manſiſſe Phoeniciorum & accolarum, quam Babyloniorum atque Aramaeorum dialectum, aequum eſt ut exiſtimemus. Caeterum etiam & illorum tandem, ut fit, non minus mutavit. Nam circa Perſarum monarchiae primordia Ebraeus ſermo non parum diſtabat a Palaeſtinorum. Teſtis eſt Nehemias, cap. XIII. com. 23, & 24. *Vidi*, inquit, *praeterea, in diebus illis Judaeos, qui acceperant uxores Aſdodias* (Aſdod Azotus eſt, Palaeſtinae urbs) *Ammonitidas, & Moabitidas. Et filii eorum pro media parte loquebantur Aſdodice, nec ipſi noverant loqui Judaice, ſed juxta linguam populi & populi*, uti Ebraica veritas habet. Sed LXX. οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἥμισυ λαλοῦσιν Ἀζωτιστὶ, καὶ οὐκ εἰσὶν ἐπιγινώσκοντες λαλεῖν Ἰουδαϊστί. Et ultima illa verba, de *lingua populi & populi*, praetermittunt.

E quibus

E quibus tamen, plures fuisse occidentalium Syrorum & perquam varias dialectos sub id tempus liquido constat. Anne recentior haec linguarum Judaicae seu Ebraeae & Phoeniciae discrepantia in mentem venit Choerilo Poetae, quum Solymos, seu Hierosolymitani agri incolas, sub Xerxe stipendia meruisse & Phoeniciam loquutos scripserit?

> Τῶν δ' ὄπιθεν, inquit, διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι·
> Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες,
> Ὤκουν δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι -------

An Phoeniciam, ut diu antea, eandem cum Ebraea seu Hierosolymitana putavit? Id potius opinor. Citatur Eusebio προπαρασκευῆς ἐυαγγελ. lib. IX. Haec de priscis Syrorum linguis sive dialectis breviter dicta sunto. Quas omnes primum unam Ebraeam fuisse indicavimus. Hanc vero puram putam in Abrahae posteris demum tantummodo remansisse; apud caeteros in alios atque alios idiotismos degenerasse. De recentiori, & quae jam Syra est, ex Chaldaea, Judaica, & Palaestina conflata, ad rem nostram non attinet dicere. Cum igitur linguarum seu dialectorum, quae per Syriam nostram antiquitus in usu, eadem fuerit origo, idem fons, id est, sermo Ebraeus κατὰ πρόληψιν ita dictus, non immerito, ut opinor, in originationibus eodem nitimur. Nam & praecipui etiam Deorum, quos collegimus, Ebraeis, non Aramaeis aut Babyloniis, vocabulis, aut adscititia aliqua dialecto memorantur; ut *Gad*, *Baal*, *Baal-Peor*, *Baal-Berith*, *Baalim*, *Baal-zebub*, *Ashtaroth*, quae mere sunt Ebraea. Imo idem dicendum de *Teraphim* & *Succoth-Benoth*; quorum tamen Babylonicum est hoc Numen, illud Aramaeum. Quod nec leve sane est argumentum, omnia illa haud recentioris fuisse aevi, quam illud est, quo Ebraea apud Aramaeos viguit & Babylonios pura dialectus: religione, ni fallor, ducti, Deorum, ante alia, inviolata nomina retinere volebant. Hoc tamen in *Baal* non ita accurate observabant Babylonii, בל *Bel* pro *Baal*, excidente ad morem Chaldaicum litera ע, efferentes. Quod autem *Dagon* Palaestinorum, non sine doctissimorum autoritate, ab Ebraico *Daga* seu *Dag*, quod *piscem* interpretatur, deduxerimus; *Molech* item & *Milcom* a *Melech*, quod *rex* sonat, & alia ejusmodi, spreta ferme analogia grammatica; id nolim temere incuses, quisquis es, lector. Non inficias certe imus, neque *Dagon* a *Dag*, nec *Milcom* a *Melech* derivata aliter fere, strictis grammaticorum legibus, quid posse denotare, quam *Piscon* in Latio a *Pisce*, aut *Rigom* a *Rege* petita. Caeterum tempestive memineris Deorum nominum deductiones ubique grammaticis analogiae apicibus omnino olim solutas esse. Nonne Ζῆνα nunc παρὰ τὸ ζῆν, nunc ἀπὸ τοῦ ζεῖν, nec ludentes, autores magni nominis petunt? Ἀφροδίτην item ab ἀφρῶ, Κρόνον a χρόνῳ, Ἑρμῆν ab ἑρμηνεύειν, Θεὸν a θεῖν, Ἅδην ab ἀειδὴς, ut infinita praeteream alia non a futilibus grammaticastris, verum a magno Platone in Cratylo recensita. *Sol* item Latinis nonne quia apparet SOLUS, ita dictus putatur, *Lucina* a *luco* seu a *lucendo*, *Partunda* a *parturiendo*, *Limentinus* a *limine*, *Pomona* a *pomis*, *Unxia* ab *ungendo*, *Cinxia* a *cingulo*, *Victua* & *Potua* Deae a *victu* & *potu*? Quamnam vero hisce analogiam comperis? Fato comparatum est, ut a grammaticorum imperio Dii sint liberi. De iis quae προσήλυτα sunt Numina, & quorum ad eruendas vocabulorum origines omni destituimur vetustatis subsidio, ut *Asima*, *Thartach*, *Nibchaz*, aliis etiam quae patria sunt, ut *Thammuz*, *Sesach*, *Merodach*, *Nisroch*, *Rimmon*, & quae sunt ejusdem farinae, ea tantummodo diximus, quae a fide dignis autoribus edocti potuimus, solo Numinis nomine, ubi non datur ultra, contenti, & ab originationum affaniis, praeterquam ubi res ipsa ultro trahat, etiam cum religione abstinentes.

CAP. III.

De τῆς πολυθεότητος, *seu Deorum multitudinis*, ORIGINE *&* PROCESSU. *Vetustissima hujusce theologiae duo genera, quae in coelestium corporum & Daemoniorum cultu consistunt. Adorationis ritus. Quando primum & unde novi Dii adsciti. Cabala sacra: ea male intellecta res creatas adorabant. Perquam frequens ejuscemodi erroris apud veteres origo. Aegyptii Paschatis ritum imitati. Thoth. Bau.* Θεὸς Ἀβραάμ, *&c. in carminibus magicis. Mithra* τριπλάσιος. *Recessus umbrae in Abazi regis horologio. Jupiter Sabazius. D. Paulum Anastasiam Deam esse docuisse putabant Athenis. In locum insignem libri Hasmonaeorum conjectura. Philosophi sideribus divinitatem tribuentes. Jusjurandum Vettii Valentis astrologi* ἀνεκδότου, *quo lectores obstringit.* Σὴθ, *antiquissimum apud Pesiridem regem nomen, in* Σῶθις *versum, quo caniculae sidus etiam illis denotabatur; utpote pro Deo habitus. Quo nomine primus (ut aliqui) Sethus filius Adae gavisus est. De nomine illo, & climacteribus septenis & novenis; caput Vettii Valentis integrum.* Σέθως *&* Ἀσὴθ *nomina regum AEgypti vetustissimorum. Quomodo aliae res creatae ad coelestium exemplum in Deos relatae. Daemoniorum cultus. Ea Hircorum nomine denotata. De idolorum origine. Dei filii, apud Mosem. Seth* DEUS *dictus. Juramentum per sanguinem Abelis. Idola tempori Noae tributa in Alcorano. Idola atque eorum templa procellis diruta Sheruchi seculo.* Co-

Columnae, Stelae, Cippi sepulcrales, velut simulacra, culti. Etiam Symbola virium naturalium. Coelum, Terram, Daemonia demum miscebant : unde portentosae in theologia fabulae. Invocationum ritus. Πολυωνυμία ; *inde plures nati Dii.* Πολυλογία *apud D. Matthaeum.* Οἱ τύποι τῆς θεολογίας *varii. Nil pene erat, quod non Deorum numero tandem haberetur. Id quonam pacto fieret. Tempestates Deae. Cicero illustratus. Ovidius explicatus. Egregium monimentum de tempestatum apotheosi Romae effossum. Saniores gentium & theologi & philosophi* UNICUM *mystice denotabant omnium rerum moderatorem & Deum. De sacrorum ad eam sententiam institutione, recondita quaedam.* Κωμαστήρια *Aegyptiorum,* κωμασταί, & κωμασίαι. *Locus Synesii forte sibi restitutus.*

IN duplici tantummodo differentia, τῆς πολυθέου πλάνης, seu *de Numinum multitudine erroris,* vetustissima & quae originem maxime indicant mysteria statuimus ; & ad bina duntaxat velut theologiae genera tot Deos cultos esse : quorum primo, res corporeae, ut SOL, LUNA, & quae reliqua est COELESTIS MACHINA ; secundo, incorporeae, ut DAEMONES Dii habiti. E duobus hisce fere ortum est quicquid nugax & impia posteritas, πολυθεότητα amplexa, sanctuariis suis adjecerit. De coelestium corporum cultu antiquissimus scriptorum Job cap. XXXI. comm. 26, 27, & 28. *Si,* inquit, *aspexi solem cum splendesceret, aut lunam nobiliter incedentem, & seductum est in abscondito cor meum, & applicata est manus mea ori meo, etiam haec est iniquitas a judice vindicanda, quia sic negassem Deum supremum.* Quod *solem* vertimus, id in Ebraeo est אור *Ur,* quod *lucem* & *ignem* etiam & *solem* denotat ; & a veteribus hoc loco, atque apud eundem alibi cap. XXXVI. comm. 32. pro *sole,* ni fallor, sumitur. Vetustissimus etiam hic adorationis ritus aperitur : manum ori, capite inclinato, admovebant ; unde *adoratio* dicta, de qua D. Hieronymus contra Ruffin. lib. I. *Qui adorant,* inquit, *solent deosculari manum, & capita submittere.* Et paulo post, *Hebraei juxta linguae suae proprietatem deosculationem pro veneratione ponunt* ; unde נשקו־בר *Naschu bar* in Psal. II. redditur & *Adorate filium* & *Osculamini filium.* Et in Oseae cap. XIII. comm. 2. quod veterum alii *adorantes* verterant, Aquila καταφιλοῦντες, id est, *osculantes,* interpretatus est. Hic ipse cultus, idem ritus in Deut. cap. IV. comm. 19. vetatur ; *Ne forte eleves oculos tuos in coelos, & videas solem & lunam atque stellas cum universo exercitu coelorum, & impulsus* (sive *impellaris &*) *adores* (seu *incurvaveris te*) *atque colas ea.* In horum venerationem proclive fuit humanum genus ; & qui a vero Deo Opt. Max. deficiebant, haec primum sibi Numina animo propensissimo adsciscebant. Cum enim supremum totius universi Dominum φῶς οἰκοῦντα ἀπρόσιτον non omnino caperent, coelestium vero corporum imperium in omnia vitae commoda delegatum non sine religione suspicerent, neque ab eo, quod merum est & supremo proprium, impii distinguerent ; divinitatem temere sensu metientes, haud alium Deum praeter summi lucis solatii, tenebrarum silentii, stataeque noctium, dierum & annorum vicissitudinis & tempestatum dispensatorem agnoscebant, etiam naturalis rationis ductu *impulsi* & *seducti,* ut voces sunt, quas attulimus, sacrae. Ab hac causa Chaldaei, etiam primis post diluvium seculis, veri Dei cultu exuto, hanc ipsam theologiam amplexabantur. Quod ex vetustissimis Asiaticorum monimentis docet R. Moses Ben-Maimon in More Nebochim : cujus verba Latine exscripsimus, ubi de Nergal egimus. Omnium autem maximum Numen Solem (quem & μόνον Οὐρανοῦ θεὸν nuncuparunt Phoenicum theologi) aestimabant ; planetis, & quae sunt caetera sydera, velut nutum ejus observantibus. Uti & AEgyptiis priscis dodecatemoria signiferi Θεοὶ βουλαῖοι seu *Dii consiliarii,* planetae vero ῥαβδοφόροι, hoc est, *lictores,* qui accensi solis consistorio adstent, censebantur ; teste vetere, ad Apollonii Rhodii Argonauticon IV. scholiaste. Verba sunt de AEgyptiis ; Καὶ τὰ μὲν δώδεκα ζώδια θεοὺς βουλαίους προσηγόρευσαν· τοὺς δὲ πλανήτας, ῥαβδοφόρους. Ubi item eos populorum aliorum vetustatem superasse e complurimis scriptoribus asseritur, primosque fuisse qui nomina astris dederint : qua de re, ut ad alios spectante, plura inferius. De ῥαβδοφόρων item nomine & δορυφόρων quinque planetis caeteris, ut soli & lunae inservientibus, tributo, Chaldaei veteres, apud Sextum Empiricum lib. V. adversus Mathematicos. Nec sane citra diluvium hunc impietatis errorem primo homines invasisse puto : etiam uno fere & altero, post rerum primordia, seculo eum imbiberant. Nam ita illud Mosis intellectum est, Genes. IV. comm. ultimo ; אז הוחל לקרא בשם יהוה, AZ HOCHAL LIKRO BESEM ADONAI, id est, *Tunc profanatum est in invocando nomine Jehovae.* Nam חלל CHALAL (unde in Hophal הוחל HOCHAL) saepissime *profanare* interpretatur, uti in Levit. XIX. comm. 12. *Non profanabis* (hoc est חללת CHILLALTA) *nomen Dei tui.* Scilicet eadem compluribus in locis usurpatur notione, tam apud Mosem quam prophetas ; licet hoc in loco Hellenistae aliter interpretentur, Aquila item, & autor versionis quam D. Hieronymo vulgo tribuunt. Sed locupletes hic autores sunt Onkelos & alter ille, quisquis fuerit, paraphrastes Chaldaeus sub Jonathanis nomine tritus, Salomon Jarchi, Rabbinorum alii, qui Mosem eo loci de novorum numinum initiis intelligunt. Jonathan ille ibi, *Is fuit cujus in diebus coeperunt homines errare, & facere sibi idola ; & nominarunt idola sua nomine Domini Dei.* Et praeponderant hic forte editiones Bombergiana, Gariana & Buxtorfiana, Complutensi & Antverpiensi, quibus apud Onkelum legitur *tunc incepisse homines* לצלאה בשמא דיי, sive *orare in nomine Domini.* Etenim in illis habetur מלצלאה, quod reddi potest, *ut non orarent.* Cui consonum est quod ibi sub-

ſtituunt *Judaei Mauritanienſes* in Pentateucho Arabico editionis Erpenianae ; حينيذ بداوا الناس ليميلوا من طاعة الله *Tunc incoeperunt homines deficere a cultu Dei.* Quod vero eundem occupat locum in pervetuſto Pentateucho Arabice manuſcripto, quod inſtructiſſimae Arundellianae bibliothecae debemus ; حينيذ بتدي ان يدعوا باسم الـــــ رب *Tunc coeptum eſt ut in vocarent in nomine Domini.* Juxta quod etiam codex MS. viri eximii Edvardi Pocockii linguarum Ebraeae & Arabicae profeſſoris digniſſimi ; واذ كان يرجو ان يدعوا اسم الـــــرب الاله *Tunc ſperabant* (*intenti erant*) *ut invocarent in nomine Domini Dei.* Syrus & Arabs Jaianus in eundem ſenſum. Et Judaei Hiſpanienſes, *Entonces fue començado por Uamar en nombre de Adonai.* Uti & Germanienſes Judaei, Dair began zu ruffen ein namen Gott, idem denotans. Sic Chriſtiani Germani, Belgae, Angli, alii. Cum vero ſeptuaginta habeant, Οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, *Hic* (quaſi de Enoſo, cujus nomen proxime praecedit, aut de Setho patre ejus, agatur) *ſperavit invocare nomen Domini Dei,* & Aquila interpretatur, Τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου, Theodoretus in Geneſ. Quaeſt. XLVII. intelligit quaſi ſcriptum fuiſſet, ὡς διὰ τὴν εὐσέβειαν οὗτος πρῶτος τῆς θείας προσηγορίας τετύχηκε, καὶ ὑπὸ τῶν συγγενῶν ὠνομάσθη Θεός, *quod propter pietatem hic primus divinam appellationem ſortitus eſt, & a cognatis vocatus eſt Deus.* Ratio amplius redditur apud Suidam in Σήθ. Sed plura de hoc loco, ubi de ſimulacris infra agimus. De eo videſis Joannem Michaelem Dillerum in Diſputationibus Academicis, Diſp. VI. cui noſtra hic nimium diſplicent. Sed cum primis adi Dionyſium Voſſium in Maimonidis de Idololatria caput primum ; ut obvios hac de re alios omittam. *Profanari autem in invocando nomine Jehovae* idem eſt, ac ſi dixiſſet Moſes, ſacroſanctum illud nomen, quod totius univerſi Creatorem & Dominum deſignat, rebus creatis impie tributum. Scio theologorum quamplurimis videri, prima & quae diluvium praeceſſit aetate rebus creatis divinum cultum hactenus minime exhibitum *propter recentem memoriam ejus, qui fecit coelum & terram, quam ex diſciplina patrum habuerunt,* uti verba ſunt doctiſſimi Alexandri de Hales, part. II. quaeſt. CLXXVIII. memb. 6. ubi hanc rem argute diſquirit. Idem D. Thomas, alii habent. Sed in *recenti* illa *memoria* male intellecta Sacrae Hiſtoriae cabala eundem rebus coeleſtibus primo & maxime honorem deberi, ni fallor, ſuadebat. In ea autem (nam quicquid arcano volumine condidit poſtea Moſes, id cabala antea erat, ſive πατροπαράδοτον, quod velut jus ſacrum & haereditarium ad poſteros continua generationum ſerie tranſmittebatur) a patribus acceperant *ſolem, lunam & ſtellas dominos eſſe diei, noctis, lucis, & tenebrarum,* quod perperam interpretati etiam Deos eſſe ipſos non dubitabant ; maxime, cum ſupremum dominum eſſe potiſſimum divinitatis ſymbolum merito habeatur. Neque enim his ſuperiorem obcoecati agnoſcebant. Neque novum, eſt ut impietatis initia ex Sacris Literis ſeu cabala ſacra (quae idem ſunt) depromantur ; quod innumeris illuſtrari poſſet & firmari exemplis. AEgyptiis quotannis in Judaico Paſchate greges & arbores, minio, velut alexeterio, illinere ſolenne erat. Id ex depravato traditionis ſacrae de Ebraeorum ſuperliminaribus ſanguine illitis intellectu manavit ; quod fuſius narrat Epiphanius in Haereſi Nazaraeorum. Perperam accepta Moſis de aeneo ſerpente hiſtoria, ut thymiamata ei incenderentur, effecit. Thoth & Bau in Phoenicum ſanctuariis ex *Tohu* & *Bohu,* id eſt, תהו ובהו in Geneſeos initio petunt docti. Id quod toties occurrit ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, ὁ Θεὸς Ἰακώβ, jamdiu eſt cum in carmina tranſmigravit magica ; atque ita eſt ſumptum, ut nec Abraham, nec Iſaac, nec Jacob alius quam Deus ob amphiboliam cenſeretur. De qua re, ſi placet, conſulendus Origenes adverſus Celſum lib. IV. & ejuſmodi alia habet lib. I, & V. uti etiam Trallianus medicus lib. XI. Quin & umbrae in horologio Achazi regis myſtica erat Perſarum ſacerdotibus memoria in Mithrae τριπλασίου ſacris, quae Μνημόσυνα nuncupabant, ſi autori fides. Is eſt Dionyſius Areopagita dictus, qui epiſt. VII. ad Polycarpum verba faciens de receſſu illo, Τοῦτο, inquit, ταῖς Περσῶν ἱερατικαῖς ἐμφέρεται φήμαις, καὶ ἀεί τι Μάγοι τὰ Μνημόσυνα τοῦ Τριπλασίου Μίθρου τελοῦσιν. Ad quem locum Georgius Pachymerius, *Perſae,* inquit, τὸ παρέκταμα τῆς ἡμέρας ἐκείνης διὰ τῆς τελετῆς τῶν Μνημοσύνων τοῦ τριπλασίου σημαίνουσιν, hoc eſt, *extenſionem illius diei in ſacris quae mnemoſyna,* ſeu *memoria, Triplaſii,* id eſt, triplicis Mithrae, *appellantur, denotant* ; ita & Maximus ſcholiaſtes. Cum enim priſcis XII. eſſent artificialis, quem vocant, diei horae, quas inaequales ſeu planetarias nuncupant, & per decem gradus rediret in ortum umbra, ſupputant Dionyſii ſequaces (qui nec pauci ſunt) quaſi ſol, ſuperatis jam decem diei horis ſeu horologii gradibus, par remenſus ſpatium horizontem reviſiſſet, dein vero abſolutum XII. horis diem ita terminaſſet, ut continua illa lux XXXII. horis inaequalibus conſtaret, quae ſynecdochicῶς triduum, horas nempe bis XII. & VIII. conficiunt ; unde τριπλασίου nomen aiunt fictum. Caeterum ſuam hic liberent fidem, nec in Graeculorum verba juravi. Alia longe erant triplicis Mithrae myſteria, &, ſi fas ſit dicere, ſanctiora quam quae hujuſmodi peterent exordia : & ſacram multo aliter merito intelligunt veteres hiſtoriam. At tamen non piguit & haec adjeciſſe, ut id genus errorum origines olim agnitas amplius patefaceremus ; quas eo libentius, etiam luculentius, memorare viſum eſt, quod non alia eſt anſa tam frequenter arrepta, unde impia in πολυθέῳ πλάνῃ ſacra conflarentur ; teſte Juſtino in Apologia ὑπὲρ χριστιανῶν II. ubi Bacchi fabulas, Bellerophontis item, Herculis, AEſculapii, totius ferme gentium theologiae, ex depravato SacrarumLiterarum ſenſu elicitas & vulgo obtruſas eſſe docere conatur ; uti & alii patrum alibi. Undenam Jupiter Sabazius ? Nonne a *Jehovah Sabaoth,* quod inculcante ſaepius Jeremia

remia, proprium Dei Opt. Max. nomen? Asiae enim regem fuisse aiunt veteres; et uti peregrinum & civitate ejiciendum vexavit olim Aristophanes comicus, quod animadvertit etiam Cicero lib. II. de Legibus: quem videsis lib. III. de Natura Deorum, & Plutarchum Sympos. lib IV. cap. V. Quam autem proclive in hujusmodi impietatem & fingendorum Numinum insaniam semper fuerit humanum genus, non obscure liquet ex Atheniensium in D. Paulum conviciis. Is Jesum & resurrectionem, id est, Ἀνάστασιν, nunciabat, ut sacram veluti Novi Foederis cabalam edocti verum Deum agnoscerent. Iis vero ξένων δαιμονίων καταγγελεὺς εἶναι videbatur; *novorum Numinum autorem*, seu *nuncium*, vocabant. Perperam enim verba ejus sacra interpretantes, tam *Anastasin*, quam *Jesum*, Daemonium seu Numen adorandum, & Deam esse eum indicare voluisse sunt opinati; quod & D. Chrysostomus ibi adnotat. Vide Act. apost. XVII. comm. 18. Ita certe quotquot nova Numina venerati sunt, non honori tantummodo Dei Opt. Max. divinitatem rebus adscribendo creatis, plerumque detraxere, verum & sacro illius verbo sive scriptis sive ore tradito, ad profanas suas, quae sacra vera etiam saepissime aemulabantur, affanias sunt abusi; non aliter quam haeretici a diabolo edocti, *cujus sunt partes*, ut scribit Tertullianus de Praescriptionibus haereticorum, *intervertendi veritatem; qui ipsas quoque res sacramentorum divinorum in idolorum mysteriis aemulatur*: ubi de baptismi etiam ritibus in Mithrae sacris ad hanc rem aliquid adfert. Sexcenta alia possent congeri exempla; sed cum isthaec sufficiant, de loco tantum uno qui huc potissimum spectare potest, obiter monemus. In Hasmonaeorum libro II. seu Maccabaeorum I. cap. III. comm. 48. editionis Romanae, Drusianae, aliarumque ita legitur, Καὶ ἐξεπέτασαν τὸ βιβλίον τοῦ νόμου, περὶ ὧν ἐξηρεύνων τὰ ἔθνη τὰ ὁμοιώματα τῶν εἰδώλων αὐτῶν. De Judaeis verba sunt, qui cum Juda Machabaeo, post nefandam Antiochi Epiphanis in sacra Hierosolymitana rabiem, ad cultum veri Dei instaurandum in Mispah convenerant. Forte aut τὰ βιβλία, aut περὶ οὗ potius legendum. sed de ea re non disputamus. *Gentes*, inquit scriptor ille, *de libro legis scrutabantur effigies idolorum suorum*. Haud satis capio; nisi tunc temporis idola sua non sine norma aliqua e Sacris Literis deprompta formari voluerint. Verum in Hispanicis editionibus aliter se verba illa habent, scilicet, ἐξηρεύνων τὰ ἔθνη τοῦ ἐπιγράφειν ἐπ' αὐτῶν τὰ ὁμοιώματα, &c. & in plerisque Codd. Vett. ita legi adnotatur in ora editionis Romanae. Evolvebant forsan gentes sacra exemplaria, ut Numinum suorum imaginibus sparsim adornarent; ut Judaei, etiam inter legendum, ea quae alibi colere recusarant, saltem non sine religione conspicere cogerentur. Loci quidem viris doctissimis obscuritas agnoscitur. Vulgata habet, *Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum*. Ubi Thomas Aquinas (si commentarii sit is autor) *id est, secundum quorum tenorem Gentes arguebant Judaeos idololatras, quia Cherubin super altare stabant*. Obscurius duriusque Duacenses ibi, And they laid open the books of the law, out of which the Gentiles searched the similitude of their idoles. Anglicana vetus, And laid forth the books of the law (whereout the heathen sought the likenesse of their images) and brought, &c. Episcopalis, And laid open the book of the law; wherein the heathen had sought to paint the likenesse of their images. Lutherus, Welche die Heiden suchen liessen ihre Götzen darein zu schreiben und zu mahlen. Galli, *Dont les nations cherchoyent des copies pour y peindre la semblance des leurs idoles*. Syri autem versio perperam, *Expanderunt volumen legis, & exposuerunt coram sancto, causa Gentium, quae cogebant eos ad gerendum se instar ipsarum*. Ubi Syrus ipse, ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܩܘܕܫܐ ܥܠ ܥܡܡܐ ܕܐܠܨܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܕܢܣܒܘܢ ܕܡܘܬܗܘܢ quod sonat, *& clamarunt coram sancto, ob Gentes, quae eos coegerant ut sumerent eorum simulacra*. Sed demum ut simpliciora illa πολυθεότητος initia tam male acceptae sacrae cabalae, quam admiranti, & dum coelestia corpora suspiciebat, coecutienti rationi naturali deberi quis jure autumet, satis reddidimus manifestum. Prima autem haec & simplicior species suos prisco aevo semper habuit adsertores. Lege vetatur, & saepius a prophetis exprobratur. Vide, si placet, II. Reg. XXI. comm. 3. XXIII. comm. 5. & Ezechielem, cap. VIII. comm. 16. Alia Scripturae testimonia praetereo. Hanc etiam frequentes sane quam amplexati sunt philosophi inter maximos & vetustissimos. Soli, lunae, reliquisque syderibus divinitatem dedit Anaximander, Alcmaeo, Xenocrates, Theophrastus, Zeno, Cleanthes, alii; imo & Socrates ipse apud Xenophontem. Superiorem enim rerum causam attingere omnino nequiere. Recentioris, ad hanc rem, astrologi Syri, qui imperio Romano nondum inclinante floruit, & coelesti machinae omnem quam agnoscere videtur divinitatem tribuit, jusjurandum adjicio; quo lectores, ne artis mysteria vulgo & ἀμυήτοις proderent, astringit. Et libentius facio, quod & exemplum sit satis rarum, & scriptor ipse nondum lucem viderit. Τοὺς τῶν παραγγελίαις ἡμῶν πειθομένους, inquit, ὁρκίζω ΗΛΙΟΥ μὲν ἱερὸν κύκλον καὶ ΣΕΛΗΝΗΣ ἀνωμάλους δρόμους, τῶν τε λοιπῶν ΑΣΤΕΡΩΝ δυνάμεις, καὶ κύκλον ΔΥΟΚΑΙΔΕΚΑ ΖΩΔΙΩΝ, ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα ἔχειν, καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ἢ ἀμυήτοις μὴ μεταδιδόναι, τιμήν τε καὶ μνήμην τοῦ εἰσηγησαμένου ἀπονέμειν. εὖ ὀρκοῦσι μὲν εὖ εἴη, καὶ καταθύμιοι οἱ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΙ ΘΕΟΙ· ἐπιορκοῦσι δὲ τὰ ἐναντία, hoc est, *qui disciplinae se nostrae dederint, adjuro per sacrum solis circulum, inaequales lunae cursus, reliquorumque syderum vires, & signiferum circulum, ut in reconditis haec habeant; nec indoctis aut profanis communicent, sed praeceptoris memores sint, eique honorem retribuant. Dii jam dicti sancte jurantibus dent quae velint; pejerantibus contraria*. Astrologus autem hic Vettius Valens est Antiochenus, de quo plura capite primo syntagmatis primi; & in prooemio lib. VII. ἀνθολογιῶν inseruit. Ejusmodi jurisjurandi necessitatem exegisse solitum ab initiandis aiunt Orpheum, aliosque veterum quem morem sequitur & Julius Firmicus in praefatione ad lib. VII. Matheseos. Videsis porro Smyrnaeorum & Magnetum juramenta,

in

in Marmoribus Arundellianis, praeter notas noſtras ad eadem, pag. 151. (Edit. 1629.) Ubi ex eodem Vettio habetur jusjurandum ſenſum in eundem velut indubitanter ita ex veterum exemplo adhibendum. Nec plerumque de ſtellarum divinitate a philoſophis ambigebatur; qua de re teſtis eſt etiam ampliſſimus obviuſque Julius ille Firmicus, qui eas ex veterum diſciplina non raro expreſſim Deos, velut ex antiquitate nomine notiſſimo, appellat: ut tam Graecos quam Latinos multo vetuſtiores praetermittam. Aliaque ejuſmodi paſſim occurrunt. Etiam partes, decanos, ſignorumque μεσεμβολήματα, ſeu interſignia, Deos vocabant, ut optime notat Claudius Salmaſius in Plinianis, pag. 653. Quae dum cogitamus, intempeſtivum forte non viſum fuerit, advertere opinionem illam de Setho Adami filio, ut Dei nomine per participationem primo (juxta superius notata) dicto, ſic etiam & primo aſtrorum nominum autore, eamque comparare cum eo quod apud AEgyptios aſtrologiae & theologiae Gentilis autores vetuſtiſſimos receptiſſimum erat de Setho etiam ipſius veluti Dei, primo ſic inter homines dicti, nomine in aſtra, velut Deorum principe, relato. Occurrit quidem apud ſcriptores non ita raro, Horum Apollinem in Hieroglyphicis, cap. III. Plutarchum de Iſide & Oſiride, alios, caniculam, ſeu ἀστροκύνα, (quae ſtella clariſſima fulget in ore canis majoris, Numen AEgyptiis maximum, ortu ſuo ſolari tum initium anni illis ſemper, tum futurorum anni eventuum decreta dedit) Σῶθιν dici, idque plerumque maſculine, licet Porphyrio in Antro, uti etiam Manethoni (ut videre eſt apud Euſebium in Χρονικ. λόγ. α΄. p. 6. l. 47.) & Hephaeſtioni Thebano, foeminine (nam & pro Iſide ſumebatur) & Chalcidio Σολεχὼν (ut legitur in Commentario ejus in Timaeum, pag. 218. & Deum agnoſci. Etiam inde annus canicularis, & periodus Sothiaca (quam Clemens Stromatum I. memorat) in uſu. De nomine illo conſulas, ſi vis, Athanaſium Kircherum in Prodromo Copto cap. V. pag. 145, & 147. & in Obeliſco Pamphylio, lib, I. cap. VIII. §. 2. Neque AEgyptii ſolum, ſed & Cei (ut refert ex Heraclide Pontico Cicero libro de Divinatione I.) item alii (ut Manilius lib. I.) aliique proculdubio, qui diſciplinam AEgyptiacam imbiberant, tantundem ex caniculae ortu ſumma cum reverentia & timore obſervabant. Orionem, inquit Manilius lib. I.

Subſequitur rapido contenta canicula curſu,
Qua nullum terris violentius advenit aſtrum,
Nec gravius cedit, nec horrens frigore ſurgit,
Sic in utrumque movet mundum, & contraria reddit.

& dein,

Bella facit, pacemque refert, varieque revertens
Sic movet, ut vidit, mundum, vultuque gubernat:
Magna fides hoc poſſe color, curſusque micantis
In radios vix ſole minor, &c.

Jam vero ſydus hoc ſeu Deus (quod velut idem apud veteres illos) *Sothis*, & *Sothes*, & *Solechés* ſic dictus, a ſcriptore aſtrologorum AEgyptiorum vetuſtiſſimo celeberrimoque plane Σὴθ nuncupatur (quod ipſum Sethi filii Adami nomen Graecis ſemper eſt ſic exaratum) ut vocamine ſuis receptiſſimo, unde Σῶθις factus eſſe videatur. Adeoque qui primo juxta ſententiam aliquorum aſtris nomina dediſſe creditus eſt (qua de re plura mox) primo etiam ex mortalibus Deus dictus eſt (idque, ut voluere veteres, quod videre eſt apud Cedrenum, διὰ τὴν λάμψιν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ἣν εἶχεν ἐν ὅλῃ αὐτοῦ τῇ ζωῇ, *ob ſplendorem faciei quem per totam vitam habuit.* Quod conſonum eſt ſummo caniculae ſplendori adeo celebrato, de quo item Manilius:

Caetera vincuntur ſpecie: nec clarius aſtrum
Tingitur oceano, coelumve reviſit ab undis.

& Feſtus Avienus in Arateis:

------ *Sic flammigero diſtinguitur aſtro*
AEtheriae canis ille plagae, cui plurimus ardor
AEſtuat in mento, multus rubor imbuit ora, &c.

Alii veterum eundem in ſenſum. Etiam per excellentiam ſingularem *Sirius*, quaſi παρὰ τὸ ζέειν Σείριος, adeoque Σείριος, ita dictus eſt, ut etiam nomen illud, velut per participationem, aſtris caeteris communicaretur. Ὁμοίως δὲ καὶ, inquit ſcholiaſtes ad Apollonii Argonauticῶn II. πάντα τὰ ἄστρα σείρια ἐλέγοντο, οἱονεὶ τερεάτινα ὄντα. Qua voce pro aſtris utitur Homerus Iliadis σ΄. Apollonius Rhodius lib. IV. alii, ut Alcaeus τέρεα, quod obſervat ad Homerum illic Euſtathius; alibique, ſcilicet ad Odyſſeae μ΄. e lexico neſcio quo rhetorico citat, Σειρῖνες, τὰ ἄστρα. Σείρια γὰρ καλοῦνται παρὰ τὸ σειριᾶν, ὅ ἐστιν ἀστράπτειν. ὅθεν φησὶν ἴσως καὶ Τείρεα. Atque adjicit ipſe, Ὅτι δὲ σειριᾶν τὸ λάμπειν, δηλοῖ καὶ ὁ Σείριος, ἐκ τοῦ τοιούτου ῥήματος γεγονώς. Et Heſychius, Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Etiam apud eum ſol ſic dicitur Archilocho, & eodem nomine Ibyco πάντα τὰ ἄστρα. Et ſolem ſic dici Heſiodo volunt, ſed perperam, Proclus & Tzetzes ad Heſiodum, qui caniculam plane intelligit. Alii etiam τὸ ἄστρον ob excellentiam eam dixere; ut Alcaeus apud Athenaeum lib. X. Theophraſtus in Plantarum hiſtorie lib. II. & VII. Imo etiam ſimpliciter *Deus*, non minus quam ſol, dictum eſt aſtrum hoc: unde annus AEgyptiorum magnus; quem ab exortu caniculae auſpicabantur, tam *canicularem* quam *ſolarem* dictum, *annum Dei* utriuſque pariter reſpectu nominabant, ut videre eſt apud Cenſorinum, de Die natali. Et de ſingulari hac ſtella, ejuſque apud veteres dignitate & nominibus, videſis viri doctiſſimi Joannis Banbrigii, Aſtronomiae olim Oxoniis profeſſoris Saviliani, Canicularia. Is, inquam, qui primo aſtris nomina indidiſſe eſt creditus, id eſt, Sethus Adae filius, primo etiam in deos & aſtra ſic videtur relatus. Scriptor ille eſt Nechepſo AEgypti rex, a Plinio, Julio Firmico, Euſebio, aliis veterum aliquoties memoratus. Habetur autem hoc Nechepſonis apud Vettium Valentem illum, in Anthologiῶn lib. III. cujus verba etiam hac

hac de re nonnulla exhibet vir ſummus Claudius Salmaſius in diatriba de annis Climactericis, pag. 113. Quoniam autem libri ejus integri nullibi, puto, extant, nec Vettius ille hactenus typis editus, nec quae de Setho hic habet ille alicubi in libris proſtantibus mihi occurrunt, ideo in curioſiorum, tum aſtrologorum tum chronologorum, gratiam, caput ejus ea de re integrum huc tranſcribere viſum eſt. Capitis Vettii lemma eſt, Περὶ κλιμακτῆρος ἑβδομαδικῆς καὶ ἐννεαδικῆς ἀγωγῆς, *De diſciplina hebdomadica & enneadica, ſeu ſeptenaria & novenaria Climacteris.* Dein Vettius, qui alia etiam de climacteribus antea, ſed alio eorum genere, ex Petoſiride, ad hunc modum; Ὑποδέξομαι δὲ, καθὼς καὶ ὁ βασιλεὺς ἐσήμανε, περὶ κλιμακτῆρος ἀπὸ τῆς τοῦ ΣΗΘ ἀνατολῆς ἕως τῆς γενεθλιακῆς ἡμέρας λαμβάνειν· ἀπὸ δὲ τοῦ συναχθέντος ἀριθμοῦ τῶν ἡμερῶν ἐκκρούειν ὁσάκις δυνατὸν, ἀνὰ νβ΄ ζ΄, τὰς δὲ καταλειφθείσας πολλαπλασιάζειν ὁσάκις ἂν ἧς ἐκκεκρουκὼς, καὶ σκοπεῖν ἐὰν ὁ συναχθεὶς ἀριθμὸς ἐκ τοῦ πολυπλασιασμοῦ ἔχει κατ' ἔλλειψιν τὸν ἴδιον τοῦ κλιμακτῆρος ἀριθμόν· οἷον, ὑποθέσεως χάριν, ἔσω τὰ συναχθέντα ἡμέραι σκ΄ ἐκκρούει τετράκις ἀνὰ νβ΄ ζ΄, γίνονται ση΄, καὶ τέσσαρες ἑβδομάδες καὶ καταλείπονται ια΄, καὶ ἑβδομάδες γ΄ τοῦτον φαμὲν ἑβδομαδικὸν κλιμακτῆρα. Λέγει δὲ ὁμοίως σκοπεῖν μὴ ὁ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐτῶν κλιμακτὴρ συνεμπέσῃ· οἷον ὑποδείγματος ἡ ὑπόστασις ἐὰν ᾖ ἐτῶν μζ΄, κλιμακτὴρ δὲ συνεμπέσῃ ἐτῶν με΄, συναιρεθήσεται ὁ γινόμενος, ἐπεὶ κατ' ἔλλειψιν τῆς τῆς ὑποστάσεως κλιμακτὴρ ἐμπέπτωκεν. Εἴρηκε δὲ ὅτι ἂν ὁ ἑβδομαδικὸς ἐμπέσῃ εἰς τὸν ἐννεαδικὸν, ἀσύμφωνα τὰ πράγματα ἔσαι· οἷον ὁ ἑβδομαδικὸς ἤνεγκε μοίρας ε΄ ταῦτα ἀναλύεται εἰς τὸν θ΄. περάκειται γὰρ ἐννεάκις ε΄, γίνονται με΄. Συνεμπέπτωκεν οὖν ὁ ἑβδομαδικὸς εἰς τὸν ἐννεαδικόν. Ἐὰν μὲν οὖν ὁ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἐκ τῶν ἐτῶν κλιμακτὴρ ἐμπέσῃ, καὶ γενήσεται τὸ προειρημένον, οὐκ ἰσχύει χρεοκοπῆσαι τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ ζήσεται τὰ μερζόμενα. ἐὰν δὲ συμφωνήσῃ τὸν προειρημένον, προλήψεται ὁ κλιμακτηρικὸς λόγος. Ἡμεῖς δὲ συντομώτερον ἔφαμεν ἐπὶ τῆς ε΄ δ΄ πολυπλασιάζειν, καὶ κεχρῆσθαι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ὡς ἐπὶ τῆς νβ΄· καὶ εὑρόντα πρῶτον ἐννεαδικὸν ζητεῖν μὴ συνεμπίπτῃ αὐτῷ ἑβδομαδικός. Οὐκ ἀρέσκει δέ τισι τὸ αὐτὸ ἀπὸ τῆς τοῦ ΣΗΘ ἀναλολῆς πεποιῆσθαι τὴν ἀρχήν. δυνατοὶ οὖν ἰδίως τοῦτο ὑποδείγματος χάριν πεποιηκέναι. ἐπεὶ καὶ κατὰ κλίμα εὑρήσομεν ἄλλως καὶ ἄλλως τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔτους ποιουμένην. Φυσικώτερος οὖν ἔσω λόγος τὸ ἀπολύειν ἀπὸ τῆς πρὸ τοῦ κυνὸς ζῳώδου ἕως τῆς γενεθλιακῆς ἡμέρας. ταύτην γὰρ ἀρχὴν τοῦ ἔτους οἱ πλείους ἀπεφήναντο. ζητομώτερος δὲ οὖν περὶ ἑβδομαδικῆς καὶ ἐννεαδικῆς ἡμέρας οὗτος ὁ τρόπος ἔσω. τοῖς μὲν νυκτερινοῖς τὰς ἑβδομαδικὰς ζητεῖν, τοῖς δὲ ἡμερινοῖς τὰς ἐννεαδικὰς δοκεῖ τισι· κατ' ἀμφότερα δὲ ὅμοιοι. καὶ οἱ μὲν ἑβδομαδικοὶ ἔσονται πρὸς ☽, οἱ δὲ ἐννεαδικοὶ πρὸς ☉. κατ' ἀμφότερα δὲ καὶ ἔστι τὴν ἐναλλαγὴν ἐφέξουσι τῶν κλιμακτήρων. κατὰ μὲν γὰρ ἥλιον καὶ σελήνην ☉ ἑβδομαδικὸς ἔσαι, ☽ ἐννεαδικός, διὰ τὸ τῆς καρκίνου καὶ τῷ ♌ ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου πίπτουσα ἀνατείλασθαι τῷ ♈, καὶ τὴν ♒, ἅπερ ☉ οἰκητήρια· τῆς δὲ ♉ ἔνναλον ἀπὸ ♌, καὶ τὸν καρκίνον ἀπὸ ♏. φυσικώτερον οὖν λαμβάνεται ἀπὸ τοῦ ὑψώματος τῆς σελήνης τοῦ ♉. ἑβδομαδικὸς μὲν ☽ διὰ τὸν ♏, ἐννεαδικὸς δὲ ☉ διὰ τὸν ♈. Ἔσω δὲ ἐπὶ ὑποδείγματος ἔτος γ΄ Ἀδριανοῦ Ἀθὴρ κς΄ κατὰ Ἀλεξανδρεῖς· ζητεῖν δὲ μετὰ ταῦτα Ἀντωνίνου ιζ΄, Φαμενὼθ ια΄· ἔλαβον τὰ πλήρη ἔτη λε΄, καὶ γενέθλιον λοιπὸν γ΄. καὶ ἀπὸ Χοιὰκ ἕως Μεχὶρ ἑκάστου μηνὸς ἀνὰ δύο ἐπὶ ἑβδομάδων δ΄ ὑφαρουμένων καταλείπονται θ΄, καὶ τὰς τοῦ Φαμενὼθ ια΄, γίνονται αἱ πᾶσαι κ΄· καὶ ἐμβόλιμοι η΄, γίνονται αἱ πᾶσαι κη΄· Ἔσω οὖν ἡ ια΄ τοῦ Φαμενὼθ κλιμακτηρικὴ ἑβδομαδικὴ ἡμέρα. ἐκπίπτει οὖν κατ' αὐτὴν τῶν ἡμερῶν ἀγωγὴν εἰς ♏. Σκόπει οὖν τίνες ἐπιθεωροῦσι τὸ ζῴδιον καὶ τὴν σελήνην, ἡ δὲ ἐννεαδικὴ οὕτως εὑρίσκεται. Τὰ πρῶτα ἔτη πολυπλασιάζω ἐπὶ τὴν ε΄ δ΄, ἐπεὶ ἕκαστος ἐνιαυτὸς ἔχει ἐννεάδας μ΄, καὶ περιλείπονται ε΄ δ΄. τῶν δὲ πλήρεις μηνῶν ἑκάστου ἡμέραι γ΄, ἐπεὶ ἐννεάδας ἔχει ἕκαστος μὴν γ΄, καὶ λοιπαὶ γ΄. καὶ τὰς λοιπὰς ἡμέρας ἕως τῆς ζητουμένης συναθροίσας ἀφαιρῶ, ἄχρι οὗ δυνατὸν ἀνὰ θ΄, τὰς λοιπὰς θεωρῶ, εἰ συμπληροῦσι τὰς θ΄· καὶ οὕτως ἔσαι ἡ κλιμακτηρικὴ ἡμέρα, καθὼς καὶ ἐπὶ τῶν ἑβδομαδικῶν. τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ καὶ ἐπὶ μηνὸς καὶ ἐπὶ ἐνιαυτοῦ δεήσει. Κλιμακτηρικὰ δὲ ζῴδια ἑβδομαδικὰ ♉, ♎, ♋, ♈, ἐννεαδικὰ δὲ, ♑, ♌, ♏, ♒, ἐπίκοινα δὲ, ♊, ♐, ♍, ♓. Fideliter ſumptum eſt ex codice meo MS. (de quo cap. I. Syntagmatis I.) excepto quod planetarum & ſignorum figuras typorum vulgares exhibui, licet in MS. quidem (ut illae in Hephaeſtione Thebano, & Hermete, & apud Claudium Salmaſium in Exercitationibus Plinianis, p. 1236, &c. e Graecis exemplaribus editae) haud parum diſcrepent, ſed interim cognationem ſuam ductus vulgaribus ſatis agnoſcentes. Cui otium eſt ſatis ſcienti, & Nechepſonis & Vettii mentem hic is extricet: atque adeat Salmaſium de Annis climactericis, pag. 104, &c. Nomen quidem Nechepſonis capite hoc non adhibetur, ſed tantum, ὁ βασιλεύς, quo nomine dubitare nequeo quin Nechepſo deſignetur, licet viris ſummis locum illum Petoſiridi apud Valentem tribui videam. Verum quidem eſt Petoſirin, neſcio quare, niſi librarii incuria, *regem* expreſſim dici in capite Vettii proxime praecedente. Ibi ſic legitur, Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος, ἀριθμὸς ἁρμόζων εἰς τὸν περὶ ζωῆς χρόνον, καὶ εἰς τοὺς περὶ ἐμπράκτων καὶ ἀπράκτων χρόνους, ὃν καὶ ὁ βασιλεὺς Πετόσιρις ἐδήλωσε μυστικῶς, &c. Habentur quidem in regibus AEgyptiorum vetuſtiſſimis aliquoties & Σῶθις & Σέθως, uti & Ἀσήθ. An horum aliquis huc ſpectare debeat ob ſoni ſimilitudinem, neſcio. Certe Ἀσήθ ille dicitur primum anno AEgyptiaco, qui ante dierum erat tantum CCCLX, quinque epagomenas illas adjeciſſe, quaſi temporum & ſtellarum caeteris peritior. Videſis Euſebium Chronic. λόγ. α΄. p. 23. & Georgium Syncellum pag. 63, 72, 73, & 123. & de Sethi item rege Plinium lib. XXXVI. cap. VIII. Proceſſit autem eo demum hic quem imbiberant de coeleſtium corporum & imperio & beneficiis, &, quae inde pendebat, apotheoſi, error, ut ab eadem ſane origine etiam in terris deos ſibi fingerent. Mare, ventos, tellurem, aerem, ignem, fruges, quicquid denique humanae vitae commoda alia, ut coeleſtia corpora lucem & calorem, praeſtaret, ſoli, lunae, & ſyderibus in indigitamentis ſuis adjecerunt. Firmat haec Plato, qui in Cratylo Graecorum primos numina ſibi ſcribit adſciviſſe duntaxat ſolem, lunam, tellurem, aſtra & coelum. Optime & quiſquis ille fuerit autor Sapientiae libri, quem Salomoni tribuimus; Μάταιοι μὲν γὰρ, inquit, πάντες ἄνθρωποι φύσει, οἷς παρῆν θεοῦ ἀγνωσία, καὶ ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν οὐκ ἴσχυσαν εἰδέναι τὸν ὄντα, οὔτε τοῖς ἔργοις προσέχοντες ἐπέγνωσαν τὸν τεχνίτην· ἀλλ' ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ ταχινὸν ἀέρα, ἢ κύκλον ἄστρων, ἢ βίαιον ὕδωρ, ἢ φωστῆρας οὐρανοῦ πρυτάνεις κόσμου θεοὺς ἐνόμισαν, hoc eſt, *Natura futiles erant omnes homines, qui Deum ignorabant, neque eum qui* EST *ex bonis illis quae videntur agnoſcere*

agnoscere potuerunt, neque opera animadvertentes opificem deprehenderunt; sed aut ignem, aut ventos, aut celerem aerem, aut astrorum circulum, aut violentas aquas, aut coelestia luminaria mundi rectores & deos esse existimarunt. Quod autem fruges, vinum seu vitem, flores, pomos, & quae sunt alia exoptatissima generi humano commoda e gremio telluris educta, ad hunc modum tandem in deos retulissent, ideo & tellurem ipsam non tam *deam* quam *deorum matrem* posteritas nuncupavit. De qua re satis eleganter Lucretius philosophus & poeta lib. II.

Hic si quis mare Neptunum, Cereremque vocare
Constituet fruges, & Bacchi nomine abuti
Mavolt quam Laticis proprium proferre vocamen;
Concedamus ut hic terrarum dictitet orbem
Esse Deum matrem, dum re non sit tamen apse.

Tellurem enim esse Deum matrem ab hoc pendet, ut, quae ex ea nascuntur, itidem Dii habeantur. Innumera, quae illustrent, exempla adjungere facile est. Sed de ficta hac naturalium facultatum divinitate, quae in coelestibus corporibus primo pullulavit, quae diximus, sufficiant. Et rerum huc spectantium seges est amplissima in Ciceronis lib. III. de Divinatione, alibique. Alterum Deorum, quorum vetustissima mentio est, genus, DAEMONIA sunt. Levit. cap. XVII. comm. 7. *Nec amplius sacrificent sacrificia sua daemonibus, post quos fornicati sunt.* & canit Moses in Deut. XXXII. comm. 17. *Sacrificaverunt daemoniis, non Deo, Diis quos non cognoverunt, novis qui e vicino venerunt* (seu *nuper exorti sunt*) *quos non timuerunt patres vestri.* Primus locus pro *daemoniis* לשעירם *Lashaghirim,* id est, τοῖς τράγοις seu *hircis*, habet in Ebraeo; & pilosos daemones inde intelligit D. Kimchi, unde & Aquilae τριχιῶντες dicti, seu *pilosi*, velut satyri. Secundus habet שדים. In primo seniores LXX substituunt τοῖς ματαίοις; qui tamen idem vocabulum in Jesaiae cap. XIII. comm. 21. δαιμόνια interpretantur. Quae de daemonibus mediam quandam inter humanam & spirituum naturam sortientibus, perinde atque nymphae illae, fauni, aegipanes, satyrique, quos fide sua tradit Paracelsus, scribunt Ebraei, lubens omitto. Certe qui solennia sagarum conciliabula aperiunt, ii daemonem principem, qui praesidet, hirci figuram prae se ferre tradunt. Sed vero eo istis concepta fuisse sacra, quae jam diximus, testimonia verbis vult Rabbinorum doctissimus Moses Ben-Maimon, quod in more erat Zabiis seu Persis & Chaldaeis (de illis plura Syntagmatis I. cap. 2.) daemoniis sub hirci formam se ostentantibus immolare. Ita enim scribit part. III. More Nebochim cap. XLVI. *Quidam de gente Zabiorum serviebant daemonibus, & credebant quod apparebant hominibus in forma hircorum. Et idcirco vocabant daemones Hoedos. Et ista opinio fuit diffusa tempore Moysis, sicut Scriptura dixit, Non immolabunt de caetero victimas suas hoedis,* aut *hircis.* Et popularis noster ille Alexander de Hales, cum de hirco agit ἀποπομπαίῳ illo in Levit. cap. XVI. ab hujusmodi daemonum frequentiori specie rationem ceremoniae adfert, ut videre est in summae ejus part. III. quaest. 55. Alii tantundem. Verum ἐπέχω hic, nec satis quid statuendum video. Hactenus de duplici Deorum genere quod potissimum, & ante alios ejuscemodi errores, priscorum animos occupavit. Quicquid postea id genus theologiae accesserit, id fere omne a sacris, quae vel rebus corporeis, quae primum genus constituunt, vel incorporeis, quae secundum, exhibebantur, emanavit. Sacra illa, quae hic maxime spectari debent, invocationum & hymnorum ritus sunt, columnae, stelae, cippi, symbola, & simulacra. Primum de simulacris, cippis, stelis, & columnis; quod & inde etiam daemoniorum cultus origo, ni fallor, deducenda. Simulacrorum seu idolorum mentio, ante Geneseos caput XXXI. ubi de τοῖς Teraphim Labanis agitur, non reperitur. Ea quid fuerint, priori Syntagmate videmus. Simulacra primo non in hos usus posita, neque columnae, stelae aut cippi in Deorum honorem fixi sunt; sed ad memoriam & gloriae demortuorum cumulum statuebantur; eorum nempe qui aut patres sive patriae, sive illustrissimae familiae admodum insignes abierant, aut alio nomine carissimi extiterant, quorum praematura mors & acerba superstite aliquo monimento velut erat vindicanda. Anniversaria his accessere festa, nomina in sacros commentarios relata, flores circa tumulum sparsi, coronae dicatae, inferiae, quicquid consuetae denique celebrationi ornamento esse videretur eousque adjectum est, ut tantum non pro Diis mortui illi, sub moris initium, haberentur. Accumulatis demum, ut fit, sacrorum ritibus, a posteritate (quae singulari hujusmodi honore & solenni memoria illos honorandos fuisse, aegre satis existimabat, nisi genere etiam humano majores extitissent) uti Daemonia seu Heroes, id est, Dii, tandem censebantur. Neque enim, quo modo seculorum citeriorum gentium theologis, ita vetustissimo illo aevo Heroes & Daemonia sive Dii invisibiles adinvicem distinguebantur, neque hos aut illos aliter atque ab his sacris agnoscebant. Subdole enim ingerebant se Daemonia (aut saltem adesse ea, populum, ut fieri solet, ludentes docebant hierophantae) & praestigiis animos in superstitionem proclives, & solennia mortuorum festa celebrantes, ad divinum etiam cultum sibi circa haec monimenta exhibendum illiciebant; nec mortalis, qui abierat, adsumere nomen dedignabantur, modo ut Deos immortales inde ipsi se haberi lucrifacerent. Cum vero ejusmodi demortuorum plerosque omnes, sive ob res inclyte in bello gestas, aut artes repertas, aut quod rerum publicarum conditores floruerant, simileve quid eximium praestiterant, tanto primum honore posteri prosequerentur, atque ad eorum monimenta, crebra alius & multo superioris quam humanae esse videbantur naturae insignia edita animadverterent, iis ipsis, quos demortuos primo credebant, & quorum velut vicem Daemonia jam agebant, humanam naturam omnino imparem, sed & praecellentiorem esse adscribendam propenso animo facile aestimabant. Quod homini autem praecellat, Heros aut Daemonium aut Deus id fuerit necessum est. Deum verum & unicum, & cultum ejus exuerant: reliquum erat igitur ut Daemonia jam ad has statuas colerent; quae quo pacto ab heroibus discreparent

nec

nec videbant ii, nec ſane qui ſpinoſis ejuſmodi theologiae apicibus poſtea deſudarunt ſatis docuere : atque *Heroes*, *Daemonia*, *Dii*, ſi heroem cum iis ab homine diſtinguas, idem ſunt. Sacra enim Beli Phegorii Numinis Midianitarum (quae hanc rem optime aperiunt) velut parentalia fuiſſe oſtendimus; ſed tamen Jovi Stygio ſeu Daemoniis, id eſt, ad eorum qui veterem de heroibus imbiberant theologiam, Diis manibus, peragebantur. Inde eſt quod Euemerus olim (uti ſane & Apollodorus) ortus, mortes & ſepulturas omnium pene deorum demonſtrarit. A demortuorum autem memoria idolorum cultum fluxiſſe paſſim indicatur. Maximum autem & vetuſtiſſimum ejuſce rei teſtimonium habetur apud Sapientiae autorem cap. XIV. Et inprimis obſervetur illud Diophanti in Fulgentii Mythologicis, cui ab hac cauſa εἰδώλου ἔτυμον eſt παρὰ τὸ τῆς ὀδύνης εἶδος, quaſi εἰδοδύνη aut *doloris ſpecies* diceretur. Quod Ebraicae veritati mire conſonat : nam & עצבים *eghtzabim*, quod *dolores* ſignificat, *idola* etiam in Sacris Literis interpretatur. Atque haec ideo forſan ita vocata, quod dolores quotannis, ſtatuis, & monimentis mortuorum, qui poſtea in diis recenſiti ſunt, conſpiciendis, inſtaurarentur. Videſis ea de re Eutychium Patriarcham Alexandrinum in Annalibus, pag. 56. Initia autem ſtatuarum, mortuorum memoriae dicatarum, Sheruchi aevo, hoc eſt Helleniſmi, ut appellant, exordio, collocant plerique : Tharam autem Abrahae patrem eas primum ſcribunt aliqui coluiſſe. Et Cedrenus ex priſcorum ſcriptis tradit Abrahamum jam ſexagenarium, cum Tharam patrem a ſimulacrorum cultu dehortatus fruſtra fuiſſet, fanum ejus ſeu lararium incendio devoviſſe, quod cum conflagraret, Aramum (hoc eſt, Haran fratrem) ſimulacra ex ignis furore rapere conantem flammis periiſſe. Quo in Chaldaea humato, Tharam in Meſopotamiam commigraſſe : ad Tharae igitur aevum, idololatriae & daemoniorum cultus, ad Sheruchi idolorum primordia ſic referenda. Nam

Qui fingit ſacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos ; qui rogat, ille facit ;

ut recte Martialis. Alii item Sheruchi temporibus ipſum cultum coepiſſe volunt. Frequens & obvia eſt de ea re apud veteres hiſtoria; ſed vereor ut ſuam ſatis liberent fidem, qui tam conſtanter de rebus tam priſcis ſententiam proferunt. Tradunt ſane Ebraei ſtatuarium fuiſſe Tharam, atque eandem cum eo aliquandiu exercuiſſe artem Abrahamum. Et legitur Sacris Literis Tharam, & patres ei contemporaneos, alienos Deos coluiſſe, quod in Joſuae cap. XXIV. com. 2. reperitur. Quod anſam forte praebuit, ut idololatriae initia ei deberi poſteri cenſerent. Abrahamum item in ardentem fornacem a Nimrodo conjectum, cum idolorum cultum detrectaret, ſcribunt. Id praeter vulgo tritos ſcriptores habet Chaldaeus paraphraſtes in Eccleſiaſtem cap. IV. com. 13. ſed vix eſt ut parentalia ſeu feriarum denicalium ſacra tam celeri in divinos honores tranſitu, quam brevia aevi inter Sheruchum & Tharam intervalla popoſcerint, demutarentur. At vero Chaldaica illa paraphraſi, Uzielidi tributa, etiam locus ille Moſis qui quartum Geneſis caput claudit de idolis capitur, perinde ac ſi diu etiam ante diluvium coli coepiſſent, circa annum nempe a mundi conditu ducenteſimum quadrageſimum. Et ibidem Salomon Jarchius או הוחל לקרא את שמות האדם ואת שמות העצבים בשמו של הקב"ה לעשותן אלילים ולקרותן אלוהות : *Tunc profanatum eſt, invocando ſcilicet nomina nominum & nomina imaginum, cum nomine ſancti illius, qui benedictus ſit, Dei, adeo ut facerent idola & vocarent ea Deos.* Ita legitur in Jarchii commentariis editionis Venetae Joannis de Gara 1590. Sed tam in Buxtorfiana quam in Bombergiana pro אלילים habetur ע"ז, quod breviter innuit עבודה זרה *cultum extraneum* ſeu idololatriam. Et D. Hieronymus in Quaeſtionibus Ebraicis, *Plerique*, inquit, *Ebraeorum arbitrantur, quod tunc primum in nomine Domini & in ſimilitudine ejus fabricata ſunt idola.* Scio & patrem illum & pleroſque theologos Ebraeis hiſce adverſari, dum ſive de ſpe invocandi nomen Domini, ſive de initiis, verſiones ſeniorum, & eam quae D. Hieronymo tribuitur, ſecuti, locum intelligunt. Seniores ibi, οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ubi τὸ ἐπικαλεῖσθαι active accipiunt, quod tamen alii paſſive, idque antiquitus, accepere, ac ſi dixiſſent Seniores, *Hic ſperavit* homo *Domini Dei nomine compellari*, ſeu *indigitari Deus*, τὸ הוחל non a חלל, quod eſt tam *profanare* quam *incipere* (praeter alias ſignificationes) ſed a יחל, id eſt, *ſperare*, deducendo. Ita Georgius Cedrenus ab autore Λεπτογενέσεως edoctus, Ὅτι τὸ Ἐνὼς, inquit, ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ πρῶτος, προσαγορεύεσθαι ὀνόματι Θεοῦ ἐστιν. Ἐνὼς γὰρ ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν, *Ubi dicitur Enoſum ſperaſſe* ἐπικαλεῖσθαι *nomen Domini Dei, non aliud innuitur quam nomine Dei compellari. Nam &* Enos *Ebraice hominem ſignificat.* Sic itidem Georgius Syncellus, quaſi is cujus *Homo* nomen eſſet, per participationem etiam Deus fuiſſet appellandus. Quin ſi Enochi Apocrypha in teſtium claſſem admitteremus, daemoniorum cultum etiam longe ante diluvium non immerito aſſereremus. In apocryphis illis narratur, ἐγρηγόρους, id eſt, angelos ſeu daemonia, lectiſſimas foeminas ſibi in uxores junxiſſe, atque ab eis quamplurima humanum genus, conciliante mulieicularum libidine, beneficia accepiſſe, artes item didiciſſe. Praeter obvios apud veteres ex Enochi apocryphis locos de angelis hiſce, conſulas Joſephi Scaligeri notas ad Euſebium, pag. 243. Commentum illud de angelis ex hiſtoria de *filiis Dei* in ſexto Geneſis capite male intellecta ortum eſt, & veteres aliquot magni nominis fefellit. Sed melius & veriſimilius eſt quod alii de Sethi filiis afferunt, dum Caini poſterorumque ejus filias *hominum filias* ibi vocari tradunt. Quod de ea re habent Cedrenus & Chronici Alexandrini autor, conſulas, ſi placet, lector, Illis aſſentit pervetuſtus penes nobiliſſimum virum Robertum Cottonum codex Arabicus Ms. in quo narratur Sethi familias poſteroſque montis occupaſſe cacumen in quo Adam ſepultus eſt; Caini, vallem in qua Abel ab eo occiſus : poſteros item Sethi ob eaſdem quae Cedreno ex Λεπτογενέσει memorantur rationes *filios Dei* dictos, & ob Abelem adeo Caino infen-

ſos

ſos ejuſque nepotibus, ut ſolenni ſe juramento obſtringerent *per ſanguinem Abelis,* بدم هابيل (ita enim ſe verba habent) in vallem ſe nequaquam, ſeu من الجبل المقدس *a monte ſacro,* deſcenſuros. Autor libri eſt Said Aben-Batrich, qui hiſtorica in eo quamplurima de feſtis, aeris, patriarchis, aliis rebus, congeſſit. Nomen ab autore inditum eſt نظم الجوهر *involvens gemmam,* ſeu *theca gemmaria.* Obſervavit mihi primo, libentiſſime fateor, juramentum illud, uti ſolet & alia compluria, doctiſſimus juvenis & de me optime meritus, Henricus Jacobus. Saidus autem ille, qui ipſe eſt Eutychius patriarcha Alexandrinus, diu ſub prelo Oxoniis caluit, intra annum, ut ſpero, prodituros integer. Caeterum & idolorum cultores ex Enochi ſcriptis ita dictis tradit Tertullianus libro de Idololatria capite quarto, neque recentiora idololatriae initia facit. Enochus autem in terris deſiit eſſe circa DCC. annos ante diluvium. Etiam ipſa idolorum nomina quae ante diluvium culta, eaque ſatis portentoſa, habes apud Alcorani autorem Azoara LXXXI. *Adhuc item ſermonem ſuum proſequendo, Noe dixit, O Deus, me nullatenus imitando, ſed dolos quamplurimos perpetrando, id quod ſibi peculiam atque prolem, non niſi damno ſuo, tribuit ſecuti ſunt: unde illi perſuadentes viciſſim caeteris, ne ſuas defererent imagines, quae maxima multis erroris occaſio fuerunt, videlicet, Huden, Schuan, Iagutha, Ianuca, Naceten, cum propter caſtigamina plus aberraverint, reique multum extiterint, noſtra manu ſubmerſi ſunt.* Ita verſio Roberti Retenenſis. Nomina autem illa in Arabico ita ſe habent, ودا سواعا يغوث يعوق ونسرا *vvadda, ſuvvaha, yagovvth, yahovvk & naſera.* Et paraphraſis Mahumedis Ben Achmediri tantum *hi fuere idola eorum,* Azora ſcilicet 71. Arabice. Sed de illis videſis quae doctiſſime adnotavit vir praeſtantiſſimus Edvardus Pocockius in notis ad Gregorium Abulfarajum. Adde Flavii Joſephi libri primi caput IV. ubi alienum cultum homines invaſiſſe diu ante Noachum innuit, dum uſque ad ſeptem generationes eos Deum Opt. Max. δεσπότην εἶναι τῶν ὅλων ſenſiſſe, deinceps vero ἐκ τῶν πατρῴων ἐθισμῶν degeneraſſe ſcribit. Poſt diluvium autem (ut obvia ſunt apud Euſebium in Praeparatione Evangelica, Clementem, Theodoretum, Epiphanium, ſexcentos alios, teſtimonia) redintegrata eſt idololatria Sheruchi & Tharae ſeculo. Addimus autem quod de ea re habet Said. Quem diximus, Aben-Batrich. In immenſum, ait ille, Seruchi aevo errarunt homines, & tunc & dein invaluit idololatria,

وذبحوا بنيهم وبناتهم للشياطين بعث الله
عليهم ريحا عاصفا وكان طوفان ريح
وكسرت الريح الاصنام كلها وهدمت
الريح بيوت الاصنام حتي صرفها تلال
تراب والتلال الي اليوم باقيـــــة

Et immolabant filios ſuos & filias ſuas daemoniis. Immiſit Deus in illos ventum procelloſum; & fuit Typhon [طوفان] *ventus. Et confregit ventus idola omnia, & diruit templa idolorum, uſque dum in tumulos pulveris redacta fuerint. Et tumuli illi etiamnum remanent.* Certe ſubverſam eſſe immanem illam ſubſtructionem, quam turrim vocant Babylonicam procellarum vi, legitur apud Joſephum lib. I. cap. V. Euſebium de Praeparatione Evangelica, lib. IX. cap. IV. Cedrenum, & in Sibyllinorum oraculorum tertio, ubi

------ἄνεμοι μέγαν ὕψοθι πύργον
Ῥίψαν------

habetur. Alii aliquot tantundem: ſed de idolis aut eorum templis illo aevo ſive ventorum vi ſive aliter dirutis, alibi me legiſſe non memini. Atqui ab eodem ſane ſeculo, quo diruta turris illa, & linguae confuſae ſunt, Phalegi ſcilicet aevo, Graecorum numina petunt nonnulli. Ita a veteribus edoctus, Georgius Cedrenus, Ἔνθεν, inquit, ἀρχὴν τῶν Ἑλληνικῶν Θεῶν λαμβάνουσι τὰ ὀνόματα. Videſis inſuper Jacobum Salianum in Annalibus eccleſiaſticis ad annum mundi CCL. Et de idolis ſeu ſimulacris hactenus. Quicquid autem de eis diximus, id etiam, ad eam quam diſputamus rem, de columnis, ſtelis, & cippis ſepulcralibus ſeu columellis intelligendum. Haec, eodem modo, velut daemoniorum ſeu Deorum idola haberi coepta ſunt: nam uti ſimulacra, item poni ſolebant. In Sacris Literis מצבה ſaepius occurrit, quod στήλη, *ſtela,* plerumque vertitur a ſenioribus; & pro pila, cippo, columna, etiam pro ara & ſtatua, interdum ſumitur. Etiam vetuſtiſſimus erat Graecorum mos, ſaxa ſive quadrata, ſive rudia, ſaltem aliam quam ſaxi ſpeciem prae ſe non ferentia, pro ſimulacris ponere, neque aliter quam ſimulacris divinum honorem exhibere. Quod teſtatur inprimis Pauſanias in Achaicis, ubi de Mercurio in Pharis loquitur. Τὰ δὲ, inquit, παλαιότερα καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι, τιμὰς θεῶν ἀντὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι, *Olim apud univerſos Graecos rudes lapides pro ſimulacris divinos honores obtinuere.* Primam autem ſtelam Aſſyrios Thuro regi, Nini ſucceſſori, poſuiſſe legitur apud Cedrenum & in faſtis Siculis. Verba eorum habentur ubi de Belo ſub initiis Syntagmatis ſecundi agimus. De מצבה autem & ſtela videſis Levitici cap. XXVI. comm. 1. Et in libris Regum minime infrequens eſt ejuſdem mentio quae huc ſpectat. His adjungimus ſymbola, ſeu divinitatis velut teſſeras ſive indicia. Symbolum autem erat Chaldaeorum ignis (de quo nos in capite de Nergal) qui primum theologiae, quam tractamus, genus maxime amplexantibus uti ſolis coelorum regis ἀπόῤῥωξ, vicarius, ſive ſignum habebatur. Cum enim ob coeleſtium corporum diſtantiam, ſacra eis ad votum fieri haud ita commode potuerint, ſymbola hujuſmodi, quae viderentur inprimis congrua, in eorum honorem conſecrare pium eſſe judicabant. Idem exiſtimandum de חמנים *chamanim,* quae jam dicto capite explicare conamur. Neque Palaeſtinorum

laestinorum Dagonem, figura ex humana & marina simul mista, aliud quam Neptunum Amphitriten, Salaciam, Oceanum aut Tethyn, aut hosce omnes, id est, mare ipsum (communis enim unicuique Deo, uterque sexus erat; quod secundo syntagmate pluribus demonstramus) velut magni, in augusto naturae procerum consessu, numinis symbolum aevo simpliciore denotasse aequum est ut opineris. Nam ut defuncti simulacrum fuerit, figurae mysterium non patitur. Id ipsum de piscibus ei sacris dicendum, qui, quod symbola etiam maris essent, colebantur; haud aliter quam juvencae apud AEgyptios, quae, a lactis beneficio, primum velut telluris matris & nutricis, postea & Isidis sive lunae (benignis enim telluris & lunae viribus alimenta praecipue deberi agnoscebant) uti & tauri signati solis, symbola, summo honore eoque divino excipiebantur. E quorum theologia, alia insuper infinita de symbolis depromi possent. Quotquot autem coelestia corpora, & quae visui obnoxia sunt mundi membra, pro diis habuere, etiam diu citra diluvium absque idolis eos sacra fecisse putamus, atque beneficas naturae vires tantummodo veneratos esse. Accedente vero daemoniorum, uti indicavimus, cultu, ad varia, ut fit, superstitiosorum placita, & daemonia sub mortuorum nominibus, & Sol, & Luna, & quae reliqua sunt ob lucem ante alia conspicienda Sydera, Mare, item & Tellus, & qui restant naturae velut dispensatores, eisdem sacris, ad easdem etiam statuas & stelas ita simul celebrabantur, ut, procedente tandem in infinitum errore, nec mortuos ipsos a daemoniis, nec horum alterutra a naturalibus universi machinae facultatibus, neque has satis adinvicem disterminare impii potuerint. Inde & Luna, & Venus, & Tellus in Astartae figura; Luna, Venus, & Mare in Dagonis; Sol, Jupiter, Saturnus in Baale & Moloch (unicuique porro idolo cognomine daemonio sive heroe saepius invocato) inextricabili hallucinatione confundebantur. Utrumque genus theologiae miscebant, & quicquid divinitati sacratum esset, id ut numini cuicunque communicaretur, ab eorum institutis minime erat dissentaneum. Daemonia etiam naturalium facultatum, omnium item rerum, praesides esse jam demum proculdubio non pauci existimabant; quod, ut utrumque cultum, utrumque genus numinum jungerent, haud levis erat causa. Hinc Dii Patrii & Genii innumeri; hinc etiam vix pauciores Lunae, Veneres, Soles, Joves, Saturni, & qui sunt id genus caeteri, quam ipse in horas excrescens idolorum columellarumque numerus. Atque eo demum res evasit, ut non vita defunctorum modo memoriam, verum & sydera ipsa aliasque res in deos sibi adscitas, solenni ritu, ad eorum quae diximus sacrorum confusionis exemplum, seorsim honorarent. Inde Alagabalus (quem *Heliogabalum* etiam depravate veteres efferebant, nos *Agalabalum* magis dicendum fuisse in capite de Belo adstruimus) nimirum Sol ipse, pyramidis specie colebatur Syris; Venus, pilae seu quadrati saxi, Arabibus, uti etiam Paphiis alibique: & septem columnae erectae sunt ritu prisco apud Laconas, teste Pausania, errantium stellarum signa. Inde innumerae illae ubique gentium statuae fictis a vetustate diis positae; quae gentilia nomina singulae capientes, haud aliter ferme discrepabant. Sic enim *Belus Sidonius*, *Belus Phegorius*, *Belus Babylonius* dicti. Sed iidem pene re erant, ut *Jupiter Olympius*, *Latiaris*, *Jupiter Cretensis*; aut *Apollo Clarius*, *Delphicus*, *Selinuntius*, sic alii. Neque enim sacrorum ritus diversi efficiunt, ut ipsa numina re differant. Ad symbolorum etiam figuram multiplicem non pauca simulacra formata. Neque ita intererat, an symbolum, an numinis ipsius, an symboli figuram adorarent. Ab hoc more aureus vitulus seu juvencus Osiridem seu Solem prae se ferebat; quod soli boves mares in AEgypto, uti symbola, sacri. Nam ut Isis, id est, Luna sive Tellus, *mater* & *nutrix*, ita Sol aut Osiris (quod nomen etiam non magis Solem quam Daemonium in utriusque theologiae dogmate, uti & id genus caetera, designat) *pater* nuncupandus. Vaccas igitur deabus illis, tauros Soli, beneficia naturae ἀῤῥενοθήλεος utrinque agnoscentes, sacrabant. Eadem ratio de ove, capra, accipitre, ibide, crocodilo, fele, ichneumone, cane, & quae sunt alia in portentosissimis veterum, maxime AEgyptiorum, indigitamentis. Tametsi enim perquam difficile fuerit, eorum uniuscujusque sive apotheoseos sive sacrationis initia & causas patefacere, ab id genus tamen primordiis, neque aliis quam quae jam ostendimus, pleraque omnia exorta esse nobis est persuasissimum: imo omnino omnia, quae simul sunt vetustissima. Verum & (quod non est omittendum) sacerdotum & antistitum arbitratu dein innovata, interpolata, aucta erant nimis & sacra & numina passim; quorum ratio eo magis inaccessa est, quo ea a vulgi captu magis aliena sunt, magis miranda, magisque & terrore & praestigiis plena, quae hierophantae illi ad perstringendam colentium aciem, ut & ignotius atque ita firmius superstitionis augmentum fieret, instituebant. Neque enim quae e naturae arcanis sumuntur argumenta, institutioni vulgi sufficiebant: sed fabulis, sed prodigiosis narrationibus, sed singulari effigierum copia ad easdem ostentandas, & adstruendas, uti illecebris, opus erat. Quod optime animadvertit optimus Geographus lib. α. Οὐ γὰρ, inquit, ὄχλον τε γυναικῶν καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, καὶ προσκαλέσασθαι πρὸς εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα καὶ πίστιν· ἀλλὰ δεῖ καὶ διὰ δεισιδαιμονίας· τοῦτο δὲ οὐκ ἄνευ μυθοποιΐας καὶ τερατείας. De eadem re tantundem Synesius in Calvitii encomio, Τὸ δὲ ῥᾷστον καταγελᾶσθαι ὁ δῆμος· δεῖται τῆς τερατείας, id est, *Quod intellectu facilimum est, despicitur a plebe; prodigiosae narrationes adhibeantur oportet.* Quas sane libentius admirantur & excipiunt fatui, uti canit Prudentius, vulgares,

Quos lana terret discolor in stipite,
Quos saepe falsus circulator decipit,
Quibus omne sanctum est, quod cavendum vanulae
Edentularum cantilenae suaserint.

Pluria autem quae ad isthaec quae aperuimus initia referre non licuerit, ab hujusmodi fabulis & portentis, in rem excogitatis, & data opera obtrusis, pullulasse par est ut sentias. Ut ex idolorum

rum, stelarum, & symbolorum numero, Deorum multitudo creverit, hactenus satis indicavimus. Invocationum & hymnorum ritum adjicimus, qui huc spectat, singularem. Is ita plerumque peragebatur, ut quamplurimis congestis, quae elogia complecterentur, nominibus, numen invocaretur. Titulorum enim varietate capi Deos, placari, & ad vota suscitari, maximoque inde affici honore putabant, quod multiplex potestas & imperium inprimis ita agnosceretur. Et πολυωνυμία sive nominum multitudo exoptatissima habita est numinibus gloria. Unde Diana, apud Callimachum, Jovem patrem, ut perpetuum sibi virginitatis florem & πολυωνυμίαν tueretur, enixe impetrat:

> *Δός μοι*, inquit, *παρθενίην αἰώνιον, Ἄππα, φυλάσσειν,*
> *Καὶ πολυωνυμίην*-------

Onomacriti hymnos (quorum autorem Orpheum credit imperitum vulgus) qui luculentissimum hujusce rei specimen praebent, mitto, & de Astrochitonis nominibus quadraginta plus minus carmina, ubi Bacchus μύρισι, uti ait Nonnus, φωνῇ precatur, occupantibus moneo: habentur in Dionysiacorum XL. Ab hoc ritu Isis μυριώνυμος dicta est. Quemadmodum autem ab innumero idolorum, stelarum, & symbolorum numero, sic a nominum in sacris adhibitorum multitudine, ingens indigitamentis fiebat accessio: & quae primum nomina tantummodo, numina deinde diversa aestimabantur. Sic *Luna*, quae & *Isis*, & *Lucina*, & *Diana*, & *Trivia*, & *Hecate* dicebatur, tot demum, atque innumeras alias peperit Deas. Nomen enim unumquodque numen singulare devenit. Idem *Soli*, qui *Phoebus*, *Apollo*, *Hyperion*, varias ob causas atque aliter dictus est, accidit: idem caeteris. Et ad discrepantia statuentium placita simulacra denominabantur, perinde ac si verum Deum Opt. Max. colentes, in eum inciderent errorem, ut vocabula ei attributa velut plura numina acciperent. Iste autem invocationis ritus (quod obiter monendum) a Domino nostro Jesu Christo arguitur in D. Matthaei cap. VI. comm. 7. & πολυλογία appellatur; *Gentes*, inquit, δοκοῦσιν ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. Ejuscemodi ad verum Deum Opt. Max. hymnos nominibus divinitati competentibus duntaxat refertos habes in Arabicis Canticis, ubi centum amplius nomina nonnunquam ita congeruntur, ut nil praeter adjectam singulis invocandi interjectionem admittant. Vide & si placet, Mosem AEgyptium More Neboch. lib. I. cap. LVIII. Certe & mirum est nisi importunae illae preces ad Baalem Sidonium fusae, quas memorat Scriptura, eundem ad morem conciperentur. Prophetae ejus *a mane usque ad meridiem invocaverunt nomen Baal, dicentes, O Baal, exaudi nos.* Continuo sex horarum spatio vix est ut iisdem tantummodo, quae lingua populari binae solum erant, vocibus, nempe הבעל ענגו *ha-baal aghonenu*, contenti adclamarent: neque ea verba aliter quam uti aliorum, quae plurima erant, exemplum adduci, existimare est iniquum. Hisce demum accesserunt multiplices illi τῆς θεολογίας τύποι, seu rationes res divinas explicandi. Alii enim συμβολικῶς tantum docebant, ut Orphici; εἰκονικῶς alii, ut Pythagorei; alii ἐνθεαστικῶς; quorum omnium sententiae & praecepta, vulgo obtrusa, satis portentosa erant & symbola & simulacra, & affanias enthusiasmo dignas mirum in modum auxere. Nec fere ante Platonem apud Gentes alius erat τῆς θεολογίας τύπος. Ille autem ἐπιστημονικῶς de diis scripsit. De qua re satis in primo Platonicae theologiae Proclus. Ex hisce, quae narravimus, potissimum initiis luxurians illa deorum seges, per totum terrarum orbem orta est. Primi autem theologiae, quod supra diximus, generis numina ea insania demum posteri fingebant, ut nil omnino exstaret, quod humanae vitae commodi aliquid etiamsi minimi adferret, quin divinitate donarent. Videsis Maximum Tyrium Dissertatione XXXVIII. Hinc non elementa modo, sed allium, caepe, & res ejusmodi infimae, sordidae & deformes, numina facta. Et quicquid erat hominum invasit illa, quam Perseus Zenonis auditor amplexus est, philosophia, *Deos esse habendos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa, ipsasque res utileis & salutareis Deorum esse vocabulis nuncupandas; ut ne hoc quidem dicerent, illa inventa esse Deorum, sed ipsa divina*, uti verba sunt Ciceronis in I. de Nat. Deorum, ubi etiam postea, *Ipsi, qui irridentur, AEgyptii nullam belluam, nisi ob aliquam utilitatem quam ex ea caperent, consecraverunt.* Quae si rite cum iis quae supra animadvertimus de symbolis perpendantur, haud aegre constabit,

> *Vilia cur magnos aequent animalia Divos*

in AEgypto, uti est apud Statium. Tandem etiam omnimoda fere qualitas, in qua vis inest major aliqua, Deus censebatur; ut fides, ut mens, virtus, honor, salus, concordia, libertas, victoria. Adfectus demum animi, quod iis imperantibus sive voluptate sive moerore vicissim afficimur, inde pro Diis habiti. Sic Amor, quem Coecilius apud Tullium in Tusculanis,

> --------*Deum qui non summum putat,*
> *Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimat;*
> *Cui in manu sit, quem esse dementem velit,*
> *Quem sapere, quem sanari, quem in morbum injici,*
> *Quem contra amari, quem arcessiri, quem expeti.*

De adfectibus corporis idem dicendum: inde Febris fanum in palatio. Hac enim placata, salutem duxerunt sperandam. Et a mala Fortuna, cui ara in Esquiliis, boni eventus impetrabantur. Sic Contumeliae fanum, & Impudentiae; quod expiato scelere Cylonio, Epimenide Crete suadente, fecerunt Athenis. Hosce enim atque alios, ne laederent, divinis honoribus cumularunt: et non nocere, cum possent, pro beneficio jure habebant. Inde etiam Romae tempestatibus aedes sacrae erant. Cicero in III. de Natura Deorum, *Quod si nubes retuleris in Deos, referendae certe erunt tempestates, quae populi Romani ritibus consecratae sunt.* Eae consecratae sunt (quod hic monere visum est, cum non aliud sit in Romanis

manis numen, cujus in vulgatis veterum monimentis origo ignotior) A. ab U. C. CDXCIV. a L. Cornelio Scipione L. F. C. N. cos. poſtquam Corſici maris rabiem evaſerat. Id conſtat ex inſcriptione antiquiſſima ſane quam omnium (praeter eam quae Duilii eſt) aliquot abhinc annis ad portam Capenam effoſſa, & ad hunc modum concepta :

HONC. OINO. ΠVOIRVME. CONSENTIONT. R. DVONORO. OΠTVMO. FVISSE. VIRO. \\VCIOM. SCIΠIONE. FIVIOS. BARBATI. CONSOV. CENSOR. AIDIVIS. HIC. FVET. A. HIC CEPIT CORSICA AVERIAQVE. VRBE. DEDET. TEMPESTATIBVS. AIDE. MERETO.

Olim e Galliis, a N. Fabricio Peiriſcio viro & genere & eruditione clariſſimo atque Aquenſis curiae ſenatore ampliſſimo, vir & natalium ſplendore & optimis ſtudiis nobiliſſimus, Robertus Cottonus, dignitate equeſtri, accepit ita tranſcriptam ; adjectis ab aliquo, qui nomen ſuum immerito (nam doctiſſimum fuiſſe virum liquet) lectori invidit, animadverſionibus mehercule eruditis, quae verborum illa & ſyntaxeos prodigia explicant. Bono literarum publico ante decennium in lucem cum animadverſionibus emiſſa eſt. Et, ni me fallat fama, earum autor eſt vir clar. Jacobus Sirmondus. Sed abſque hoc fuiſſet monimento, non modo tempeſtatum apotheoſeos primordia latuiſſent, verum & Ovidii locum, in Faſtis hactenus non intellectum, nunquam omnino recte cepiſſemus. Is lib. VI.

Te quoque, Tempeſtas, meritam delubra fatemur,
Cum pene eſt Corſis obruta claſſis aquis.

Pentametrum illud nemo eſt hominum qui ſatis intellexerit, niſi qui hinc edoctus. Idem eſt ac ſi dixerat, *Cum L. Cornelius Scipio cos. Corſico mari periclitaretur.* Sed & emerſus etiam triumphavit ; de quo mentio eſt in faſtis conſularibus. Sic nempe, ut infortunia averruncarent, velut malae fortunae miniſtros placabant. Et ad Numinum ortus magis ridicula in dies, ſpurca, &, pro foecundis ſuperſtitioſorum nugis, numeroſa alia acceſſerunt : etiam & (ſed honorem praefabor) crepitus ventris ; quod emiſſus ſanitati corporis haud parum ſit conducibilis ; ſuppreſſus item, noxius. Inde regi minus imparem eſſe joculari epigrammate ſcripſit Nicarchus, quod vitae & necis (hominis ingenium !) habuerit poteſtatem :

Οὐκοῦν, ait, εἰ σώζει καὶ ἀποκτείνει πάλι πορδὴ,
Τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν.

Daemoniorum autem eouſque tandem numerum ſibi augebant, ut non modo ſummis & exoptatiſſimis naturae beneficiis meritiſſimoque ſuſpiciendis ſingulis daemonia, uti praeſides, & tribuerent & venerarentur, ſed etiam minimis quibuſque & leviculis rebus. Geniculis caulium Nodinam aſſignabant, limini Limentinam, cunis Cunam, aedium munditiei Deverram, victui potuique Victuam & Potuam. Infinita ejuſmodi habentur ex Varrone apud D. Auguſtinum, Arnobium, alios. Nullum tum demum Numen, quod ex depravato ordinatae naturalium corporum ſeriei intellectu manaverat, ſine daemonio adorabatur : quod D. Paulus monet in I. ad Corinthios cap. X. comm. 20. ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει.

----- Sic obſervatio crevit,
Ex atavis quondam male coepta, deinde ſecutis
Tradita temporibus, ſeriſque nepotibus aucta ;

ut canit Prudentius contra Symmachum. De numinum, apud veteres a vero cultu deficientes, multitudinis ſive τῆς πολυθέου πλάνης ortu hactenus. Sed & poſcit forte loci opportunitas, ut brevi etiam filo adnectam ſaniorem in ea ſententiam, quam doctiores gentium & philoſophi & hierophantae ſobrie & penitius arcanae naturae rerumque ſeriem ſcrutantes amplexabantur, & myſtice docebant. Ea erat, UNICAM eſſe ſupremam omnium cauſam, unicum orbis moderatorem in innumeris illis cultum ; quem tametſi in vulgus ejuſcemodi diſciplinae ſatis incapax edere noluerint, ita tamen inde ſacra inſtituere, ut quid ipſi ſenſerint haud aegre poſſet elici. Nam cuicunque Deo quiſpiam faceret, non eum modo ſeorſim ſed omnes *pariter Deos Deaſque* ciebat ; quod omnem nimirum & multiplicem illam divinitatem ii qui ἐποπτικὸν τῆς ſive φιλοσοφίας ſive θεολογίας μέρος imbiberant, in uno aliquo conſiſtere, in unum contrahi deberi, exiſtimarent. Ita Graeci, ita Latini, ita, ni fallor, etiam ipſi, qui longe ante alios ob ridiculam Deorum turbam ſunt infames, AEgyptii. De Graecis, ſolennes precum & adjurationis ritus apud Homerum teſtantur, ubi nuncupati ſunt aliqui Dii, ſed omnes etiam inſuper invocati : videſis Agamemnonis preces ad Deos perjurii ultores fuſas Iliad. γʹ. & de inviolata Briſeidis pudicitia juramentum ejus Iliad. τʹ. Ad primum locum recte animadvertit inde Euſtathius, Πάντας ἐπικαλεῖται θεοὺς, καὶ οὐ μόνον Δία, καὶ Γῆν, καὶ Ἥλιον, οἷς οἱ ἄρνες ἐνταῦθα θύονται. Adde, ſi placet, Smyrnaeorum & Magnetum juramenta in eorum foedere, quod nuper edidimus, & ad idem notas, pag. 147. Deos etiam coeleſtes, a Stygiis ſeu ὑποταρταρίοις, in ſacris vulgaribus ita diſtinguebant, ut his victimam gutture ad terram depreſſo, illis ſurſum verſo (quod αὖ ἐρύειν verbo item ſacro vocabant) his ad occaſum ſolis, illis mane, jugularent ; aliique erant adinvicem contrarii ritus : quos tamen ad faciliorem vulgi diſciplinam, non ad ſanioris atque interioris ſacrarii theologiae dogmata, inde ſatis patet inſtitutos, quod hos etiam omnes, uti Deos ipſos, poſitis aris & exſtructis delubris, perinde ac ſi, qua per vulgus liceret, ut unicum Deum, ita unum duntaxat genus ſacrorum agnoſcerent, non raro confundebant. Nam omnibus Diis communes aras, communia fana ſaepe ſacrabant : & omnes ſimul, velut unum, unis ſacris colebant. Sic Eleis, Arcadibus, Athenienſibus, Corinthiis, Lacedaemoniis, βωμοὶ erant θεοῖς πᾶσιν ἐν κοινῷ : ſive *omnes Dii Deaeque* σύμβωμοι celebrabantur, teſte Pauſania. Quod fieri nequiit, ſi opi-

niones

niones illae de ritibus omnino contrariis, viribus item Deorum adverſantibus, Numinumque illo, quod futile vulgus invaſerat, diſcrimine, ſaniorem & a ſerio univerſi contemplatu inſtauratam theologiam etiamnum occupaſſent. Et Athenis omnibus Europae, Aſiae & Africae Diis poſita eſt ara ſic inſcripta;

ΘΕΟΙC ΑCΙΑC ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗC
ΚΑΙ ΛΙΒΥΗC
ΘΕΩι ΑΓΝΩCΤΩι
ΚΑΙ
ΞΕΝΩι.

Eandem volunt hanc ipſam nonnulli, quae D. Paulo anſam praebebat, ut verum Deum ἄγνωστον ſeu *ignotum* eo nomine adnunciaret: vide Act. Apoſt. cap. XVII. comm. 23. atque ibi Oecumenium & Theophylactum: et praeter ea quae doctiſſimus Beza de hac ara adnotavit, conſulas, ſi placet, quae ſcribit Iſidorus Peluſiota lib. IV. epiſt. LXIX. Apud Latinos ſimiles paſſim repertae ſunt ſacrae DIS DEABUSQUE OMNIBUS, & DIBUS DEABUSQUE OMNIBUS, & HERCULI INVICTO ET CAETERIS DIS. Sacrorum tamen in vulgus emiſſi ritus ita mutuo nonnunquam adverſabantur, & tantum aberat, ut quis myſteriorum expers συμβώμους fieri omnes poſſe opinaretur, ut ne nominari ſimul nonnullos abſque piaculo liceret. De alio non nominando exemplum eſt in ſacris Herculeis. A Martis Sylvani ſacris mulieres abigebant: aliis quibuſdam hoſtis, vinctus, mulier & virgo intereſſe, clamante lictore, prohibebantur: videſis Catonem de re Ruſtica cap. LXXXIII. & Sextum Pompeium in *Exeſto*. Atqui contra, dum Bonae Deae faciebant mulieres, haud viri ſolummodo, ſed quicquid omnino maſculi erat, muribus etiam ſolicite quaeſitis, aedibus exterminabatur. Atque inde Θεὸς γυναικεία dicta eſt Graecis, ſive *Dea muliebris*, quam & Venerem Cnidiam eſſe cenſebat Annitianus Hymenaeus, a ſacrorum antiſtitibus proculdubio edoctus, cum fanum ei hac dicaret inſcriptione:

BONAE DEAE VENERI CNIDIAE.

quae in marmoreo hyperthyro, cum aliis venerandae antiquitatis monimentis, ex Italia ab honoratiſſimo comite Arundelliano in aedes ad Thameſis ripam cognomines tranſlato reperitur. Verum tam diſcrepantia Numina, & omnimodo contrarios ritus, myſtice in unum Deum, atque una ſacra hierophantae eorum contrahebant. Et, ut Graeci, ſic illi *omnes* porro *Deos Deaſque*, quicunque ſupplicarent, invocabant: qui mos a pontificibus ad unicam in aenigmate divinitatem agnoſcendam neceſſario ſancitus. Ita Servius Honoratus ad Georgic. 1. in illud,

Diique deaeque omnes, ſtudium quibus arva tueri;

Poſt ſpecialem, inquit, *invocationem tranſit ad generalitatem, ne quod numen praetereat*; *more pontificum, per quos, ritu veteri, in omnibus ſacris, poſt ſpeciales Deos quos ad ipſum ſacrum quod fiebat, neceſſe erat invocari, generaliter omnia Numina invocabantur*. Et quid aliud innuit Cicero, cum Terentiam ſuam *alicui Deo*, qui ei *medicinam feciſſet*, *ſatisfacere* hortetur, quam ſub *alicujus* nomine omnes comprehendi? verba ejus ſunt lib. XIV. epiſt. VII. χολὴν ἄκρατον *noctu ejeci: ſtatim ita ſum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam feciſſe videatur: cui quidem tu Deo, quemadmodum ſoles, pie & caſte ſatisfacias velim.* Cum autem omnes ſimul Deos Deaſque cuilibet rei in votis nuncupandis ad hunc modum praefecerint illi ſacrorum praeſides, fieri nequiit quin univerſos hoſce, velut multa tantummodo nomina ſupremi omniumque rerum moderatoris unici, unicum illud Numen deſignare voluerint. Quod vulgo, uti novatores, pandere, nec reipublicae, nec ſibi ipſis tutum erat. Idem in Deorum ſexu evenit. Credidit vulgus Deum hoc, illud Deam Numen. Edocti tamen a ſacrorum antiſtitibus, ſolenni invocatione, SIVE TU DEUS ES, SIVE DEA, unumquodque compellabant, teſte Agellio, Arnobio, aliis. Utriuſque ſcilicet naturae & maſculinae & foemininae vis ineffabilis, quam veteres in Deo Unico Opt. Max. agnoſcebant, ἀῤῥενόθηλυν eum vocantes, myſtice innuebatur. Et in Hymnis, Orphei dictis, ad Minervam:

Ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς.------

ad alias tantundem. Rectiſſime item ad eam mentem Nicomachus Geraſenus in ἀριθμητικῶν θεολογουμένων libris, caeteroqui ſatis ineptis, unitatem ἀῤῥενόθηλυν (uti expreſſe Deum ipſum Opt. Max. vocat Poemandrae autor) aſſerit. Habes apud Photium Cod. CLXXX. VII. Et τί τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ παρὰ τοῖς Θεοῖς, ſcriptis ſuis olim explicavit Hipparchus philoſophus Ariſtotelis auditor; quod memorat Suidas. Sed & de promiſcuo in Deorum nominibus generum uſu, qui a recondita hierophantarum theologia emanavit, nos plura diximus, ubi quid Aſtarte fuerit indagamus. Pervicax autem vulgus eſt, & morum a majoribus traditorum ita tenax, ut dogmata longe abſurdiſſima, modo a patribus ſint accepta, veritati ipſi plerumque antevertat: quod eleganter Synesius, Ἀμαθεῖς ὄντες ἰσχυρογνώμονές εἰσι καὶ χαλεποὶ περιστάται τῶν ἀτόπων προλήψεων. Neque igitur ſexuum diſcrepantiam, neque infinitam utriuſque turbam ad unum referendam palam auſi ſunt antiſtites edocere. Neque enim abſque ſacrorum etiam ingenti detrimento, ac ſacerdotum incommodo & periculo, quin nec ſine labe publicae fidei, quae ſancita & ſemper uſitata religione nitebatur, id fieri potuit. Medio ibant tutiſſimi Graecorum & Latinorum ſacri antiſtites. Reconditam & vero proximantem theologiam neque evulgabant, neque omnino ſibi retinebant; ſed in iis quae vulgo in uſu erant ſacris, myſteria inſtituebant ſolennia, unde anſam occultae veritatis eruendae non ita difficile erat ſanioribus arripere. Non ita, ut opinor, AEgyptiorum prophetae. Sed tamen & iis unitatis erat reconditiſſimum ſymbolum. Nam ridiculas figuras, innumeras ac portentoſas profano hominum coetui

tui oſtentantes, atque inde inprimis imperitorum & foventes & ludentes ſuperſtitionem, alia ſibi incluſa ſacris ſcriniolis ſervabant myſteria, hoc eſt, quaſdam ſphaeras (ſi recepta Syneſii lectio vera ſit, de qua ſtatim) quarum ſingulae in ſingulis fanis a profanorum conſpectu abditiſſimae, ſymbola, ut videtur, univerſi orbis moderatoris unici erant. Etenim ut mundi figuram ſphaera oſtendit, ita & non male ſupremae cauſae unitatem. Immenſum igitur inter abdita prophetarum & ea, quae vulgo fingebantur, ſacra apud eos etiam diſcrimen. Neque ſimplicitatem cultus patienter turba tuliſſet, nec gravem Diis ſuis & inexpiabilem injuriam non fieri cenſuiſſet, ſi ſphaeras illas, & reliqua prophetarum & antiſtitum ſacra, affaniarum acceſſione & ridiculis admirationis illecebris minus inquinata forte inſpexerat. Syneſii de AEgyptiorum hierophantis ſeu prophetis verba ſunt: is in Calvitii encomio; Παρ' Αἰγυπτίοις τὸ προφητικὸν γένος, inquit, βαναύσοις μὲν καὶ χειρώναξιν οὐκ ἐπιτρέπουσι δημιουργεῖν εἴδη Θεῶν, ἵνα μή τι τοιοῦτο παρανομήσωσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων, καὶ τῶν ἴβεων, ἃ τοῖς προπυλαίσμασιν ἐγκολάπτουσι, καταμωκῶνται τοῦ δήμου. Αὐτοὶ δὲ καταδύντες εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμοὺς, ἅττ' ἂν ἀπεργάζωνται περιστέλλουσι. Καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια, τὰ κιβώτια, κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας, ἃς ὁ δῆμος ἐὰν ἴδῃ χαλεπαίνει· τὸ δὲ ῥᾷστον καταγελάσεται. δεῖται γὰρ τερατείας· πῶς δὲ οὐ μέλλει, δῆμός γε ὤν; *Apud AEgyptios, prophetae vilium & profanarum rerum artificibus minime permittunt formare ſimulacra Deorum, ne ſcilicet in opere tranſgrederentur. Sed accipitrum & ibidum roſtris, quae in veſtibulis fanorum inſculpunt, plebem deludunt. Ipſi vero in ſacra deſcendunt antra, ubi ſecreto rem peragunt. Habent etiam* κωμαστήρια, *quae arcae ſunt quaſdam, ut aiunt, occulentes ſphaeras, quas ſi conſpiceret vulgus, moleſte ferret: nam quod intellectu facillimum eſt, deſpicit, & prodigioſis opus eſt ei mendaciis. Neque aliter fieri poteſt, cum ſcilicet vulgus ſit.* Ita quidem olim vertimus, nec Dionyſii interim in omnibus ſequaces. Monuit me autem aliquot abhinc annis vir praeſtantiſſimus, Mericus Caſaubonus, Iſaaco magno patre dignus, ſe ferre non poſſe illud, ταύτας τὰς σφαίρας, ut lectionem legitimam, ſed pro τὰς φαλάκρας oſcitantia librarii irrepſiſſe: calvas ſcilicet imagines eſſe intelligendas; de quibus palam eſt ibi agere Syneſium, ex eo quod de AEſculapio ſtatim adjicitur; remque ipſam ad ea quae de Homero proxime praecedunt referendam. Locutus ſcilicet de repraeſentationis Deorum juxta veritatem periculo, quod nec evaſerat, ut ait ipſe, Homerus, niſi juxta ſententias vulgo receptas eos commemoraviſſet, illud, μή τι τοιοῦτο παρανομήσωσιν, ſignificare, *ne ſimili modo tranſgrederentur* (& recte quidem Petavius illud, *ne quid tale contra leges juraque moliantur*;) & dein verti debere ad hunc ſenſum, *ſed accipitrum & ibidum roſtris, quae in veſtibulis fanorum inſculpunt, plebem deludunt. Ipſi vero in ſacra deſcendentes antra, quae ſic fecerint, integunt,* ſeu *involucris celant.* (Quod ſatis fert vox περιστέλλουσι.) *Habent etiam Comaſteria, quae arcae,* ſeu *capſulae ſunt, quaſdam, ut aiunt, calvas* imagines *occulentes, quas ſi conſpiceret vulgus, moleſtius ferret,* &c. Atque ita videtur intelligendus ille locus. Nec τὰ κωμαστήρια pro *comeſſationibus* cum interprete accipienda. Torſere ſe de hoc vocabulo ſolicitius viri doctiſſimi. Sane mihi ſatis compertum videtur, fuiſſe apud AEgyptios non ſolum κωμαστὰς, qui ſecundum erant genus antiſtitum, quemadmodum prophetarum primum, & τῶν ζακόρων ſeu aedituorum tertium (quod liquet ex ejuſdem Syneſii tmemate primo περὶ προνοίας, ubi de ſolenni regis AEgyptiorum electione agit) verum etiam κωμασίας & κωμαστήρια, quorum ſingulis notio quidem diverſa, ſed adinvicem cognata. De κωμασίαις Clemens Alexandrinus Stromateon lib. V. Ἐν τοῖς καλουμένοις παρ' αὐτοῖς (de AEgyptiis loquitur) κωμασίαις, τῶν Θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα, δύο μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱέρακα καὶ ἶβιν μίαν, περιφέρουσι, *In iis quae ab ipſis vocantur Deorum* κωμασίαι, *aureas imagines, duos quidem canes, unum autem accipitrem & ibin unam, circumferunt.* Ita vertit Hervetus, & τὰς κωμασίας ſuſpicatur eſſe publicas comeſſationes, cognatione Graeci ſoni cum aliis deceptus. Certe non omnino eſt cur inde *comeſſationes* aut apud Clementem, aut apud Syneſium interpretemur; cum nempe vocabula apud utrumque ipſa ab AEgyptiaca potius origine ſint deducenda; adeoque, quantum ſcimus, cum *comeſſationibus* nihil habeant commune. Sed vero ſolennia aliqua ſacra, eo nomine indigitata, innui palam videtur. Nec κωμασίας τῶν θεῶν, ſed ἀγάλματα τῶν θεῶν dici opinor, & verba Clementis verti debere, *In iis, quae ab ipſis vocantur* κωμασίαι, *aureas Deorum imagines, duos nempe canes,* &c. nam animalia illa AEgyptiis Deos fuiſſe pueri ſciunt. Hiſce qui praeerant, κωμασταί, ni fallor, nuncupabantur, qui velut Magi, puto, erant, & ſacris, ut fit, dolis populum ludebant. Inde κωμάζειν idem quod μαγεύειν etiam ſignificabat, quod ex Heſychio diſcimus. Ipſas autem arcas ſeu κιβώτια, quibus imagines, quas memorat Clemens, incluſae erant, κωμαστήρια vocabant, vaſa ſcilicet ad τὰς κωμασίας inprimis ſpectantia. Ita analogiam Graeci ſcriptores, ad ſuam linguam, in terminationibus ſervare volebat, dum ab AEgyptiaca origine haec trina vocabula formabant. Adi, ſi placet, Dionyſium Petavium ad Syneſii encomium Calvitii, & Athanaſium Kircherum in Obeliſco Pamphilio, lib. II. cap. 5. Caeterum ex ante dictis tandem ſatis conſtat Graecorum, Latinorum, & AEgyptiorum, qui nempe omnes longe ante alias gentes arcanorum naturae ſtudiis incumbebant, abditiorem &, quam in vulgus edere non immerito abhorrebant, theologiam non tam plures quam unum ſupremum DEUM agnoviſſe; uti & ſanctiorem philoſophiam. Nec infrequens erat, apud ſaniores, illud quod in Ariſtotelis ſic dicto libro περὶ κόσμου legitur, Εἷς δὲ ὢν, πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν ἅπερ αὐτὸς νεοχμεῖ, id eſt, *Cum porro Deus unus ſit, pluribus nominibus appellatus eſt; ab iis utique omnibus affectibus denominatus, quorum ſpecimen edere ipſe ſolet.* Certe Syrorum noſtrorum hieromyſtas idem fere cum Graecis, Latinis & AEgyptiis in hac re cenſuiſſe exiſtimes licet. Satis enim manifeſtum eſt, fuiſſe in iis qui idola colentes,

lentes, etiam ipsum Deum Opt. Max. timebant. Sic enim de coloniis a Salmanaſſare in Samariam deductis II. Reg. cap. XVII. comm. 32, & 33. *Timebant itaque Dominum, & fecerunt sibi quosdam sacerdotes excelsorum, qui illis in fanis excelsorum sacra faciebant. Sic itaque timebant Dominum; sed & coluerunt Deos suos, juxta morem gentium quas inde transtulerant.* Ad hanc rem plura habes in eodem capite. Mos autem Samaritanorum antea erat, locis editis sive excelsis, contra quam divino obstringebantur praecepto, sacra facere. Non difficile est, ex jam disputatis omnium gentium numinum, theogoniarum, sacrorum, simulacrorum, horumque cunctorum, nimii saepius, pro patriis institutis, discriminis, & causam vero saltem proximantem eruere, & genuinam erroris & originem & propagationem deprehendere eorum, qui, ut D. Pauli verba sunt, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν, id est, *stulti facti sunt, & mutaverunt gloriam* DEI IMMORTALIS *per imaginem, non solum ad mortalis* HOMINIS *similitudinem effictam, verum etiam* VOLATILIUM, *&* QUADRUPEDUM, *&* REPTILIUM. De hominibus autem apotheosi instar immortalium donatis, rectissime & in reip. Romanae commodum ingens publicani illi, de quibus Cicero lib. III. de Natura Deorum, *Nostri quidem publicani, cum essent agri in Boeotia Deorum immortalium excepti lege Censoria, negabant immortales esse ullos* (ut Deos) *qui aliquando homines fuissent.* De hisce universis plura multo scivissemus, si non interierant Petosiridis AEgyptii illius vetustissimi libri, quibus docebat quomodo tam Graeci quam AEgyptii τὰς περὶ θεῶν διετάξατο ἐπιλογάς, *delectus Deorum instituissent*; quod memorat Suidas. Et merito observanda est ratio, juxta quam etiam homines superstites in Deorum numerum, ut Caesares veteres, referebant. Julius Firmicus lib. II. Matheseos cap. XXXIII. non minus aulicus blandissimus quam astrologus, ubi imperatorem ait stellarum non subjacere cursibus; *Cum enim*, inquit, *sit totius orbis dominus, fatum ejus Dei summi judicio gubernatur. Et qui totius orbis terrenum spatium imperatoris subjecit potestatibus, etiam ipse in eorum Deorum numero constitutus est, quem ad facienda & conservanda omnia Divinitas statuit principalis.* Unde passim Caesares, hactenus superstites, apotheosi, templisque, aris, sacerdotibus, neocoris donati. Adeo varia fuit & multiplex ut corporum coelestium, ita & terrestrium apotheosis. Unde optime Plinius lib. II. cap. VII. *Major coelitum populus etiam quam hominum intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Junones Geniosque adoptando sibi.* Sed demum interior tum philosophorum tum theologorum ratio, circa numina, non ex adulatione hominum, sed rerum sive coelestium sive terrestrium contemplatione sobria, nata, in eo hic erat quod habet maximus ille Plotinus, Platonicorum coryphaeus, in Enneade V. lib. VIII. ubi de Diis vulgo receptioribus simul & Deo unico O. M. locutus, Εἷς ὤν, inquit, καὶ πάντες, καὶ ἕκαστος πάντες, συνόντες εἰς ἕν· καὶ ταῖς μὲν δυνάμεσιν ἄλλοι, τῇ δὲ μιᾷ ἐκείνῃ τῇ πολλῇ πάντες εἷς, μᾶλλον δὲ εἷς πάντες. οὐ γὰρ ἐπιλείπει αὐτός, ἢν πάντες ἐκεῖνοι γένωνται, *Unus existens, & omnes; & quilibet omnes, in unum recidentes, facultatibus quidem alii, sed unica hac multiplici omnes sunt unus, potius vero unus sunt omnes. Non enim ille deficit, quamvis illi omnes fiant.* Quae veteris theologiae & philosophiae, non poeticae, summa est perelegans, & Platoni ipsi in Timaeo, Epistolis, alibi, reliquisque etiam Platonicis undiquaque consona. Hoc vero prae aliis in hisce observatu dignum, licet tam mortuorum nomina quam stellae in Deorum censum modo jam ostenso transirent, nihilominus primariam & quasi solam idololatriae causam a stellarum cultu manasse, quarum etiam nomina mortuis sic apotheosi donatis indi solita. Et perquam egregium est ad hanc rem, etiam a rerum initiis rite perspiciendam, id quod de Arabum tam veterum quam recentiorum cultu e scriptoribus vulgo studiosorum reconditissimis doctissime ac solidissime (quod illi solenne est) tradidit vir summus Edvardus Pocockius, in notis ad Gregorium Abul Farajium. Sed propius ad institutum nostrum.



DE DIIS SYRIS SYNTAGMA I.

CAP. I.

De GAD *seu Fortuna. Mazal Tob. Jupiter, seu Stella Justitiae. Mazal & Mazaloth. Mazaroth* Μαζουρώθ. *Ordo angelorum apud cabalistas dictus Mazaloth. B. Augustini de Fortuna in Sacris Literis animadversio. Usus vocabulorum Forte & Fortuito. Gad,* Δαιμόνιον. *Meni* Τύχη *senioribus videtur dici, quod pro* VII. *planetis ab Ebraeis sumitur. Astrologica ratio, juxta quam Gad in historia Leae possit intelligi, disquiritur. Sors Fortunae. Thema secundum, cujus horoscopus Sors Fortunae. Athla Manilii. De disciplina astrologica, adeoque stellarum nominum antiquitate, harumque numero : quae Setho & Semo tribuuntur, ut astrologiae inventoribus. Duodecim locorum seu signorum antiquitas, apud Chaldaeos, AEgyptios, Graecos. Sortes planetarum vetustae. Locus Hermetis AEgyptii ex Arabum monimentis prodigiosissimus, de duodecim signorum creatione, eorumque singularium regiminis potestate a Numine data, idque annorum chiliadibus innumeris priusquam animal ullum in terris exstaret. Arabum & Hermetis mirum de villarum, urbium, hominum superstitum, velut constanti numero. Macrobio lux. Harpocratis sacra. Sors Fortunae &* ἀγαθὴ τύχη, *idem. De ea, reliquisque sortibus planetarum, Vettii Valentis, scriptoris vetusti necdum editi, testimonium. Quo tempore vixerit ille. De nomine ejus, & de parentibus conjectura. De ominatione Leae, & Fortuna singulariter variatimque culta ; ac de ea, qua generationis Dea, theologorum & philosophorum scita. De Fortuna primigenia Romanis culta : an eadem cum* Ἀγαθῇ τύχῃ *in partu invocata. Fortunae urbium (ut earum dii tutelares) nominibus singularibus & secretioribus, veluti mysticis, designatae. Anthusa, Fortunae Constantinopolitanae nomen a conditore inditum. Simulacrum ejus illic adoratum.*

NUMINUM, quae scilicet in Veteri Instrumento occurrunt, commentitiorum classes binas facimus, ad vulgarem ejusdem distributionem : alteram eorum quae in Pentateucho primum reperiuntur ; eorum quae in Prophetis, alteram. Primae classis habentur *Gad* (quam *Fortunam* dicunt) *Teraphim, Baal-tzephon, Vitulus Aureus, Baal-peor, Moloch.* Secundae, *Baal* seu *Bel, Astarte* seu *Astoreth, Dagon, Miphletzeth, Baal-zebub, Succoth-Benoth, Nergal, Thammuz.* Alia minorum gentium. In utrisque *solem, reginam coeli, militiam coeli, planetas* censemus, quae scilicet obiter cum caeteris aut memorantur, aut secundum cultus extranei (quem עבודה זרה vocant) theologiam plerumque intelligebantur. Neque poscit res ipsa, nec bene fert, ut alia omnino methodo ea exhiberemus. Sunt etiam, quod nemini ignotum est, compluria in Sacris Literis innominata omnino Numina, quorum unumquodque aut ad horum aliquod referendum est, aut plane ignoratur ; adeo ut de eorum natura nil omnino queat ultra dici, nisi nudis atque inanibus conjecturis, contra morem nostrum, indulgeremus. GAD primum, ante alia Numina apud Syros culta, memoratur Genes. XXX. comm. 2. *Peperit itaque Zilpah, ancilla Leae, ipsi Jacob filium : & ait Leah* בגד Bagad, *& vocavit nomen*

men ejus Gad. Ebraeorum aliqui fortunam bonam hic intelligunt, Leamque locutam, quasi partui bene eſſet ominata: unde Vulgata editio, quae D. Hieronymi dicta, *feliciter* pro *Bagad* habet. Nam Ebraei reſolvunt בגד *Bagad* in בא גד *Ba Gad*, id eſt, *venit Gad*, quod interpretantur per בא מזל טוב *Ba Mazal tob*, id eſt, *Venit fortuna bona*, ſive ſydus bonum, bonus Daemon. Et Maſorethis eſt haec una ex quindecim dictionibus, quae ſcribuntur ut una, & leguntur ut duae. Volunt autem plerique *Mazal tob*, Jovis ſtellam (quam כוכב צדק *Coceb Tzedek* nuncupant, id eſt, *ſtellam juſtitiae*) denotare; *quod*, uti notat Munſterus, *liberorum generationi, ſecundum aſtrologorum dogma, radiis ſuis conducat. Unde etiam puellae deſponſatae traditur annulus, in quo ſcriptum eſt* Mazal tob. *Nam* Mazal *eſt ſydus ſeu ſtella: unde dicunt Rabbini, non eſſe aliquam herbam in terra, quae non habeat proprium* מזל Mazal *ſeu ſtellam influentem & dirigentem in coelo*, quod ait ille. *Mazal* vero, numero ſecundo, nempe *Mazaloth* (quod &, immutato nonnunquam ל in ר, *Mazaroth* exaratur) nunc planetas, nunc XII. ſigna ſignificat. In II. Reg. cap. XXIII. 5. *Adolebant incenſum Baal, ſoli, lunae, planetis* (ubi Ebraica veritas למזלות *Lamazaloth*, LXX. autem τοῖς Μαζουρὼθ habent) *& univerſae militiae coeli.* Ubi Procopius Gazaeus, Μαζουρὼθ, inquit, ἀστέρος ὄνομα, ὡς εἰκὸς τοῦ Ἑωσφόρου, ac ſi unicum aliquod ſydus denotaret. Sed Suidas, Μαζουρὼθ τὰ συστήματα τῶν ἀστέρων, ἃ ἐν τῇ συνηθείᾳ ζώδια καλοῦσι. De Mazaroth & Mezarim videſis Job cap. XXXVII. comm. 9. & cap. XXXVIII. comm. 32. Sed aſtronomi Judaei zodiacum אופן המזלות *Ophan Hamazaloth*, id eſt, *circulum Mazaloth*, ſeu *ſignorum*, & ipſa ſigna י״ב מזלות, id eſt, *duodecim Mazaloth*, vocant. Cabaliſtis autem ordo quidam angelorum *Mazaloth* appellatur. Adi, ſi placet, Dogmata cabaliſtica II, VII, & XLVII. &, in ea, Archangeli commentarios. Sed vero, maxima apud Ebraeos ratio, qua מזל טוב ſeu *ſydus beneficum* ſive Jupiter aut Fortuna, quae aſtrologis a ſyderum poſitura pendet, hic intelligitur, ex lingua petitur Arabica, in qua, aiunt, ſydus illud beneficum גד appellatur. Ita Rabbi Moſes ſacerdos apud Kimchium in Jeſaiae caput LXV. & in Radicibus. Idem memorat etiam Aben-Ezra ad dictum Geneſis locum. Certe جاد *Gad* Arabibus, *bonus* ſeu *beneficus* eſt, adeoque Jovis ſtellam denotat, ex hoc Moſis loco, aut hac apud Ebraeos notione, forſan primo ſumptum. Ut Ebraei autem, ita Chaldaei locum illum Geneſeos de verbis Leae interpretantur. Onkelos enim habet אתא גד *Atha Gad*, id eſt, *venit fortuna*, ſeu *Gad*. Syrus, ܐܬܐ ܓܕܝ *venit fortuna mea.* Et Arabs editionis Erpenianae itidem جا حظ *venit fortuna bona.* Verſio Samaritana, ࠁࠂࠃࠅࠃ quod, puto, *in turma*, ſonat. Arabs Jaianus, ſeu Saadias Gaon, *& dixit Leah*, قد صح الخبر *verificata eſt, clara eſt, fama; & vocavit nomen ejus Gad.* Codex Pocockianus, *dixit Leah*, اتى خدي واسميت اسمه خاد *Bonum meum fortior ego; & vocavit nomen ejus Gad*, ſeu *bonum.* Arundellianus autem expreſſam habet *beneficii divini* agnitionem. Sed ad hunc modum Arabica, فقالت ليعقوب خولني الله خدي فسميته خد ubi illud item huic cognatum, quod proxime ſequitur de Aſher nato, *& dixit Leah*, באשרי כי אשרוני בנות וגו׳, *pro beatitudine mea, quoniam filiae* (mulieres aliae) *me beatam dicent.* Sic cum Dei itidem nomine vertitur, فقالت ليا لقد اتى الله خدا فدعت اسمه اشير licet ad locum priorem adnotet Theodoretus, verba ibi de fortuna fuiſſe, velut mulieris hactenus ἐν δυσσεβείᾳ τραφείσης *ſuperſtitioni aſſuetae.* Judaei Hiſpanienſes Ferrariae editi, *Vino aventura.* Sed qui literis habentur Ebraicis, Conſtantinopoli cum Graecobarbara verſione junctis, *Vino* מזל *Mazal.* Verſio autem corruptiſſime impreſſa, אירטיש או קאלו וויקון, ut puto, pro Ἔρχεν ὁ καλὸς ῥίζικος, *venit pulchra fortuna.* Ῥίζικον Graecobarbare ita ſignificat, ab Italico *Riſico*, *Riſchio*, & *Riſco*, & neutre plerumque uſurpatur. Germanienſes Judaei, iſt kommen Glück, parile ſonans. Sed paraphraſtes ille Pentateuchi, qui ſub Jonathanis Ben-Uzielis nomine circumfertur, אתא מזלא טבא *atha Mazala taba*, id eſt, *venit Mazala*, ſive *fortuna bona.* Atque Targum Hieroſolymitanum, אתא גדא טבא, id eſt, *venit Geda*, ſeu *Gad, felix*, ſive *bonus.* Verum hic Septuaginta, Καὶ εἶπε Λεία, Ἐν τύχῃ, vertunt, quaſi Beth ſervilis eſſet loco praepoſitionis. Atque ita habet exemplar vetuſtiſſimum Geneſeos olim in Bibliotheca Cottoniana. Sed in Graecorum verſionibus nonnullis legebatur τετύχηκα, uti videre eſt apud B. Chryſoſtomum in Geneſin ſermone LVI. Id interpretatur ille per ἐπέτυχον τοῦ σκοποῦ. Sed in aliis etiam εὐτύχηκα repertum eſt, quod in notis ad Seniorum verſionem obſervatur. Inde item Latinis olim *beata facta*, vel *felix ſum*, ibi ſubſtitutum. Atque advertit B. Auguſtinus: *Quod Latini habent, nato filio Liae de Zelfa, quod dixerit*, beata facta, *vel* felix, ſum, *Graeci habent* ἐν τύχῃ (ita enim legendum) *quod magis* bonam fortunam *ſignificat: unde videtur occaſio non bene intelligentibus dari, tanquam illi homines fortunam coluerint, aut hoc verbum Divinarum Scripturarum autoritas in uſu receperit. Sed* fortuna *intelligenda eſt pro his rebus quae fortuito videntur accidere, non quia Numen aliquod ſit: cum haec ipſa tamen, quaeque fortuita videntur, cauſis occultis divinitus dentur. Unde etiam verba, quae nemo poteſt auferre a conſuetudine loquendi, parata ſunt, id eſt*, forte, *&* fortaſſe, *&* forſitan, *&* fortuito. *Unde videtur in Graeca lingua reſonare quod dicunt* τύχα, *velut ab eo quod eſt* τύχη. *Aut certe Lia propterea ſic locuta eſt, quod adhuc gentilitatis conſuetudinem*

dinem retinebat. Si vis autem obiter plura de usu vocabulorum a *fortuna* deductorum, consulas ejusdem I. Retractationum. Scribit, quae citavimus, quaest. XCI. super Genesin : videsis & quaestionem XCIV. Alibi vero seniores Graeci τὸ Gad in Δαιμόνιον vertunt, & τὸ Meni in Τύχην. Jesaiae cap. LXV. comm. 11. הערכים לגד שלחן והממלאים למני ממסך, *haghorciim lagkad schulcan uhemmemlaiim lameni mimsach* ; quod Munsterus transfert, *praeparantes Gad* (Jovi) *mensam, & implentes planetis libamen.* Graeci autem, ἑτοιμάζοντες τῷ Δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ Τύχῃ κέρασμα, id est, *praeparantes Daemonio mensam, & implentes Fortunae vinum mixtum.* Utrique & hi & ille verbum verbo reddunt. A Munstero etiam sunt Rabbini, qui stellarum numerum & septenarium per *Meni* ibi intelligunt, ut docet D. Kimchi in Radicibus & ad caput illud Jesaiae ; ubi Chaldaeus *idola* pro GAD substituit, & *Deos fictos* pro MENI. Syrus retinet solum *Gad*, ܓܕ. Sed vetusta versio Arabica in bibliotheca Arundelliana ita locum illum exhibet, مليتم الموايد الاصنام ومزجتم لها اجاجين الخمر *Instruitis mensas idolis, & miscetis eis pocula vini mixti.* In eundem sensum Arabs Jaianus. Judaei Hispanienses, *Los ordenantes a Jupiter mesa, y los hinchientes all' evento* (*de los planetas*) *de templacion.* Atque ita expressim publica sub reformationis Henricianae initia, YEE HAVE SET UP AN ALTAR UNTO JUPITER, AND HAVE GIVEN RICH DRINK-OFFERINGS TO THE PLANETS. Episcopalis dicta, FOR THE MULTITUDE, &, TO THE NUMBER. Postrema, --- FOR THAT TROUP, &, UNTO THAT NUMBER. Sic etiam Belgae nuperi, aliique. Priores vero Belgae, uti & Lutherus, retinebant *Gad* & *Meni*, ut nomina idolorum propria. Versio autem quam D. Hieronymi vocant, habet, *Qui ponitis Fortunae mensam, & libatis super eam,* uti & ejus sequaces. In utroque igitur loco, tam Mosis quam Jesaiae, τὸ Gad inter Numina commentitia censendum esse aequum est ut existimemus, ipsamque Fortunam, ejusque, uti vocant sortem, sidus fortunatum, aut militiam seu exercitum coeli (id est, גדוד השמים, unde nomen ortum putant nonnulli) qui Fortunae autor & dispensator Fati habitus est, eo denotatum. Etiam ad Jesaiae locum D. Hieronymus τὸ *Gad*, non τὸ *Meni*, Seniores *Fortunam* reddidisse adnotat ; & Latina etiam eorum apud eum versio habet, *Paratis Fortunae mensam, & impletis Daemoni potionem* ; ordine alio quam in codicibus excusis Graeca verba proferuntur. *Mimsach* autem, ממסך, *omnes similiter*, ait ille, *transtulerunt* κέρασμα, *mixtam potionem* intelligentes. De quo sacrorum ritu magnus ille pater item haec subjungit ; *Est autem,* inquit, *in cunctis urbibus, & maxime in Aegypto & in Alexandria, idololatriae vetus consuetudo, ut ultimo die anni & mensis eorum qui extremus est, ponant mensam refertam varii generis epulis, & poculum musto* (mulso) *mixtum, vel praeteriti anni vel futuri fertilitatem auspicantes. Hoc autem faciebant & Israelitae omnium simulacrorum portenta venerantes* ; *& nequaquam altari victimas, sed hujuscemodi mensae liba fundebant.* II. Leam autem, mulierculam scilicet, ad astrologorum placita nascenti puero bene ominatam esse, haud ita est mirum ; cum etiam de horis, quas vocant planetarias, sydere genethliaco, & quae sunt hujusmodi, apud nos etiamnum vetulis verba facere ridicula sit solenne. Omitto, mathesin, artesque ferme omnes sequiori sexui, in Apocryphis Enochi, acceptas ferri. Astrologorum autem antiquissimi fata eorum qui nascuntur a Fortuna, sive Sorte, aut parte, quam vocant, Fortunae maxime suspendi putabant. Atque inde περὶ τῶν ἐκτὸς, de re, inquam, familiari, militia, peregrinatione, magistratu, conjugio, opibus, nobilitate, & quae sunt id genus alia, etiam omnia fere quae ad natum pertinebant, judicabant. Constituto enim themate genethliaco, a solis loco ad lunae per signa consequentia putabant. Quot in eo numero partes, tot horoscopo adjiciebant, &, ubi earum finis, ibi sortem Fortunae collocabant. Sortem hanc velut alterum habebant horoscopum, & alterum ab ea thema formabant. Et quemadmodum a themate primo ea potissimum quae τὰ σωματικὰ erant, seu ad ipsum natum, uti interna, spectare possint, petebant ; ita in secundo illo, cujus prima sedes erat sors Fortunae, studia, labores, & quae sunt alia externa, quaerebant. Haec est illa *Fati ratio*, quam *in unam summam natura*, ut ait Manilius, *traxit* : lib. III. Astronomic.

Nam quodcunque genus rerum, quodcunque laborum,
Quaeque opera atque artes, quicunque per omnia casus
Humana in vita poterant contingere, Sorte
Complexa est.

Labores autem illos, opera, artes, casus, singulari vocabulo *Athla* vocat Manilius ; ita ut prima sedes, id est, sors Fortunae, quae caeterarum magistra & dux censebatur, & veluti mater erat, esset primum Athlon ; secunda, hoc est, sors militiae, secundum Athlon ; tertia, nempe sors rerum urbanarum, tertium Athlon ; eo modo deinceps de reliquis. De horoscopo thematis, quod diximus secundum, ille ;

Hunc Fortuna locum teneat, subeuntibus Athlis,
Ordine naturae sicut sunt cuncta locata.

Si quidem haec thematum aut Sortium ratio in veteri Syrorum mathesi locum habuerit, quomodo melius potuerit Lea filio Zilpae ominari, si *gentilitatis consuetudinem*, ut verba sunt B. Augustini, adhuc retineret, quam laborum, operum, studiorum, id est, Athlorum, felicitatem, omnia demum quae felicem vitam constituunt, nascenti exoptando ? Et quidni illo aevo Syros etiam hosce astrologorum doctos errores invasisse putes ? Prae tam prisco, fateor, aevo novitium est quicquid de coelestibus dodecatemoriis, & quae inde pendent, scriptum a studiosis jam teritur. III. Verum a longe vetustissimis, imo nec a rerum primordio ita dissitis, autoribus astrologiam emanasse merito volunt plerique, & Sethi

thi posterorumque ejus proximorum beneficium agnoscunt. Recole de eo paulo ante dicta. Et Josephus de eis, Σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν, *Sideralem scientiam ac coelestium rerum cognitionem excogitaverunt*, ut ex vetustioribus legitur, & a Gelenio vertitur, apud eum lib. I. cap. 3. Ruffinus; *Disciplinam rerum coelestium & ornatum earum primitus invenerunt. Ornatus* seu διακοσμήσεως nomine ipsae Siderum distributiones venire videntur. Genebrardus ibi reddit, *Ont estes inventeurs de l'astrologie, & ont appliques leur esprit a cognoistre la disposition & estat des choses celestes.* Idem ex eo obiter fusiusque memorant scriptores, maxime Graeci, ut ab illis velut Sethi parentis imitatoribus praestitum. Sic Zonaras, alii. Et praeter commentum illud ex libris Henoch ad tempora illa attingens, de Egregoris, seu Angelis sub *filiorum Dei* nomine filias hominum sibi amore conjungentibus, easque artes omnimodas docentibus, veluti Chobabiele ἀστροσκοπίας autore, Balciele ἀστρονομίας Sampsiche τῶν σημείων τοῦ ἡλίου, Sariele τῶν σημείων τῆς σελήνης, (de quibus ampliter ex veteribus Georgius Syncellus pag. 12, & 13. & ante ejus editionem Josephus Scaliger in notis Eusebianis, pag. 246.) habetur expressissima, e vetustioribus & receptis hisce de rebus sententiis, Sethi & aevi illius Sethianorum disciplina, velut originaria, circa res astrologicas quae in divinas migrarunt. Michael Glycas in Annalium parte II. e scriptoribus priscis, seu aliis qui vetustiorum sensum posteris tradiderant: *Perhibetur*, inquit, *divinum angelum Urielum, cujus est inter astra statio, descendisse ad Sethum & Enochum, eosque de temporum anni, mensium, conversionum, ipsorumque annorum adeo discriminibus erudiisse. Georgius tradit Sethum primum invenisse literas Hebraicas, signa coelestia, conversiones annorum, menses, septimanas; eundem sideribus & stellis septem erraticis indidisse nomina, de quibus agnoscerentur.* Innuitur, puto, quod habet Georgius ille Cedrenus de Setho, Τοῖς τε ἑπτὰ πλανήταις ὀνόματα τέθεικε καὶ τῶν οὐρανίων κινήσεων σοφίαν ἐπενόησεν. Alii etiam eum *Deum* dictum voluere, διὰ τὸ ἐξευρηκέναι τά τε Ἑβραϊκὰ γράμματα τάς τε τῶν ἀστέρων ὀνομασίας, ob inventa illa. Sic Suidas in ΣΗΘ. Sed vero etiam ab ipsis Adae initiis stellis nomina indita, aliis admissum est. Unde Severianus episcopus Gabalensis *Deum* ipsum ait Adae *nominasse luminaria, Arctum, Orionem, Pleiada, Hesperum, Phosphorum*, alia: Ταῦτα, inquit, πάντα ὁ Θεὸς ὠνόμασε. μαρτυρεῖ Δαβὶδ λέγων, ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, *Haec omnia nominavit Deus. Testatur David*, in Psalmo 147. 4. *dum ait, Qui numerat stellarum multitudinem, etiam cunctis illis nomina indens*, seu *nominibus suis vocans.* Ita legitur in sermone V. ejusdem Κοσμοποιΐας, tomo VII. editionis Chrysostomi Savilianae, pag. 626. Ad illud autem Davidis, & locum Isaiae consonum, cap. XL. comm. 26. David Kimchius ר"ל כי לכל אחד מהם יקרא שם הנאות לו: Sensus est, *Unicuique stellarum nomen indidit juxta facultatem ejus.* Numerum autem earum fingunt, scilicet tam invisibilium nobis quam visibilium (quas, dum Ptolemaicum harum numerum 1022 agnoscunt, sibi interim faciunt 1098, ut Kimchius utrumque ad locum citatum) perquam prodigiosum, id est, 29000140. qua de re videsis Abraham Ben Chaija in Sphaera mundi, cap. 10. Certe Plinius lib. II. cap. 41. *annotatas* nescio unde ait *mille sexcentas stellas, insignes videlicet effectu visuve.* Alii Semo Noachi filio astrologiae instaurationem pristinae tribuunt. Albumasar Arabs vetustus, Introductorii lib. V. cap. 9. de Noachi post diluvium posteris locutus, *Inter quos*, inquit, *primum, ut aiunt, unus ex filiis suis Sem, avita memoria instructus, seu divino proprii ingenii dono illustratus, sidereos cursus sequens, effectus mirari coepit.* Et ab illis posteritatem artem accepisse & auxisse, Abrahamum demum, Chaldaeorum siderali scientia imbutum, AEgyptiis antea ejusce plane rudibus τὰ περὶ ἀστρονομίαν tradidisse, scribit Josephus lib. I. cap. 9. atque ab AEgyptiis postmodum Graecos etiam artem accepisse. Unde etiam apud scholiasten in Apollonii Argonauticῶν 4. AEgyptios primum nomina stellis indidisse legitur. De vetustate autem astrologiae, qua stellarum & nomina & numerum & motus ea spectat, apud Graecos videsis Robertum Huesium de Globis part. II. cap. II. & Ismaelem Bulialdum in prolegomenis ad Astronomiam philolaicam. Atque ita quidem apud Syros tempore Jacobi patriarchae ac Leae nomina observationum astrologicarum solennia inolevisse, si scriptoribus jam memoratis fides, admittendum est. IV. Certe domos duodecim innuisse ex veteri illa AEgyptiorum doctrina (quae Syriae ita accepta fertur) Homerus putatur in Iliados primo, ubi Deorum solenne per Africam duodecim, ad consentum numerum, dierum iter narrat, atque singulis domum a Vulcano factam tribuit. Sed & Homero recentiores hinc dodecatemoria sua didicisse scripsere veteres. Ibi Eustathius. Ὅτι δέδονται τόποι τινὲς τοῖς πλανήταις, οὓς οἴκους αὐτῶν καλοῦσιν οἱ νεώτεροι, ἐν οἷς αὐτοὺς ὄντας καὶ οἰκοδεσποτεῖν λέγουσιν. Ὁμήρου τοίνυν ἐνταῦθα εἰπόντος ὅτι ὁ Ἥφαιστος ἑκάστῳ τῶν Θεῶν δῶμα ἐποίησε, γράφουσιν οἱ παλαιοὶ ὅτι πρῶτος Ὅμηρος ἔδωκε τοῖς ἀπὸ μαθημάτων ἀφορμὴν τῆς τοιαύτης δόξης, εἰπὼν ἐνταῦθα ἕκαστον τῶν Θεῶν ἴδιον οἶκον ἔχειν. Caeterum a Chaldaeis, id est, Syris, signorum primus numerus, quem longe antiquissimum etiam apud eos jure autumeris. Suadent, quae Ptolemaeus habet περὶ τῶν ὁρίων sive de finibus planetarum terminatis ad disciplinam Chaldaeorum simpliciorem & secundum trigona ordinatam, ab AEgyptiaca vero, id est, recentiori, haud parum discrepantem. Monimenta tamen de hac re apud AEgyptios pervetusta se comperisse memorat. Verum & quod Homeri aevo apud AEgyptios tam ab antiquo erat usitatum, ut fabulae (quod in naturae mysteriis olim plerumque fiebat) is obduceret facie, vix est ut dubites, quin etiam tunc temporis perantiquam repeteret id originem. Astrologiam autem a Chaldaeis ab AEgyptiis acceptam, variatimque auctam esse & novatam, ut alii plures, testis est Servius Honoratus in Georgic. I. qui signorum numeri duodenarii hosce autores facit primos; idque quasi Chaldaeis antea undenarius tantum fuisset: ad illud Virgilii de Augusto:

Anne

Anne novum tardis sidus te mensibus addas,
Qua locus Erigonen inter Chelasque sequentes
Panditur, &c.

AEgyptii duodecim esse asserunt signa; Chaldaei vero, undecim. Nam Scorpium & Libram unum signum accipiunt: Chelae enim Scorpii Libram faciunt. Item Chaldaei volunt aequales esse partes in omnibus signis; sed pro qualitate sui aliud signum XX, aliud XXX habere; cum AEgyptii tricenas esse partes in omnibus velint. Modo ergo secundum Chaldaeos locutus est, dicens posse eum habere locum inter Scorpium & Virginem; nam Erigone ipsa est Virgo. Sciendum deinde est voluisse majores in his signis esse Deorum domicilia; juxta quod ex Homero ante observatum. Verum tam Chaldaeis quam Syris, adeoque AEgyptiis illis vetustissimis, astrologica illa unde Fortunam & Fatum pendere volebant in usu fuisse, testimonia jam dicta sunt luculenta. Sed singulare quod habet Servius de Chaldaeorum signis undecim (cum apud Sextum Empiricum, aliosque, qui etiam in illorum disciplinam acrius calamum strinxere, duodecim illa admittantur ut indubia) non magis intelligo quam undenam fuerit quod Plinius lib. II. cap. XLI. habet de *vastitate coeli immensa, discreta altitudine in duo atque septuaginta signa.* Ut signa autem ac domicilia quotcunque (unde duodecim loci, seu thema genethliacum) ita etiam priscis illis seculis sortes, uti videtur, in usu. Harum autem prae aliis illa, quam Fortunae dicunt. Vetustissimi AEgyptiorum mathematici, a Syris edocti, proprias fere omnium rerum & quaestionum sortes in astrorum positu capiebant. Testatur scholiastes priscus ad Tetrabibli part. III. Ἐιώθασι γὰρ, inquit, λαμβάνειν οἱ Αἰγύπτιοι κλήρους πάντων κεφαλαίων. ubi κεφάλαια pro titulis duodecim locorum, sive rebus speciatim a mathematico quaerendis, sumuntur. Verbum sane a rhetorum usu acceptum. Κλήρους autem omnes illos, sive sortes, aut partes, uti nonnulli nominant, rejicit Ptolemaeus ut inutiles, praeter κλῆρον solummodo τῆς τύχης, id est, *Sortem Fortunae*, quam, vetustissimo astrologorum dogmate nixam, eodem cujus meminimus modo & nocturnis & diurnis genituris deduci praecipit. Lunae item apud AEgyptios antiquitus erat propria haec sors, & ἀγαθὴ τύχη, quod Ebraeorum τὸ *Mazal tob*, & Targum Hierosolymitani גדא טבא *Geda Taba* vertunt, appellabatur. Planetarum enim singulis propriae erant sortes, ut Saturno νέμεσις, Jovi νίκη, Marti τόλμα, Soli ἀγαθοδαίμων, Veneri ἔρως, Mercurio ἀνάγκη, & Lunae ἀγαθὴ τύχη, de queis Hermes AEgyptius (nec tamen, ut puto, Trismegistus ille; licet eum ita nominet Paulus Alexandrinus, dum Panareton ejus citat, uti & in Manilianis pag. 209. Nobilissimus Scaliger. I. Picus Mirandula adversus astrologos VI. capit. XVIII. Eum *Hermetem quendam AEgyptium,* cujus opuscula aliquot, partim e Graecis, partim ex Arabicis, astrologica, atque alia, supersunt, rectius nominat.) Neque alius, puto, est quam is qui ab Abu Alchasen Hali Ben Alchasin Ben Hali Abdalla, historico veteri & diligentissimo Mahumedano, de potestate seu regno amplissimo, & simul diutino prodigiosissimoque, dodecatemoriis, etiam in ipsis rerum initiis, a Numine donato. Is penes me MS. ita pag. 272. de Hermete scribit.

وقال هرمس لما خلق الله عز وجل البروج
قسم مواعيدها في سلطانه فجعل للحمل
اثناعشر الف سنة وللثور احدعشر الف
سنة وللجوزا عشرة الف وللسرطان ثمانية الف
سنة وللسنبلة سبعة الف سنة وللعقرب خمسة
الف سنة وللقوس اربعة الاف سنة وللجدي
ثلثة الاف سنة وللدلو الفي سنة وللحوت
الف سنة وصار الدور ثمانية وسبعون الف
سنة فكان لزحل منها خمسون الف سنة
والباقي لباقي الكواكب ولم يكن في
عادة الحمل والثور والجوزا حيوان وذلك
بثلثة وثلثون الف سنة ولا في الارض
عالم روحاني لما كان عالم السرطان تكونت
دواب الماء وهم ام الارض ولما استتم الاسد
في سلطانه تكونت دوات الاربع من الدواب
والبهايم ولما دخل سلطان السنبلة تكون
الانسان ادمانوس وحيوانس وخلقت الطيور
في سلطان الميزان

Dicit Hermes, cum Deus O. M. creabat zodiacum, distribuit ei periodos per dominia singularia; adeoque Arietis fecit 12000 *annos, Tauri* 11000, *Geminorum* 10000, *Cancro* 8000, *Virgini* (nam hoc loco non adjicitur Leo, uti etiam in contextu omissus erat Cancer, sed in margine hic, nec tamen bene, suppletus est) 7000, *Librae* 6000, *Scorpioni* 5000, *Sagittario* 4000, *Capricorno* 3000, *Aquario* 2000, *& Piscibus* 1000. *Et periodus integra sic fit* 78000 *annorum.* (Unde plane dignoscendum, juxta numeri annorum diminutionem continuam, Cancro tribuendos fuisse 9000, adeoque Leoni 8000; unde periodus illa conflatur) *Et Saturno ex hisce erant* 56000 *anni; & reliqui, stellarum reliquis. Per regiminis autem vices Arietis, Tauri, & Geminorum nullum erat animal, id est, per annos* 33000. *neque in terris erat spirantium seculum. Cancri autem seculo bruta aquae, quae est Telluris mater, exstitere. Gubernante vero Leone, bestiae ortae sunt quadrupedes, & pecora. Et cum regebat Virgo, homines orti sunt, Adamus & Chiavanus.* Adam

dam & Eva proculdubio designantur. *Et in regimine Librae creata sunt volucria.* En veterum circa res coelestes portentosissima commenta, maxime de annorum seculorumque numero, qui illum Babyloniorum, aliorumque, qui aut stultitiae, aut vanitatis, aut impudentiae apud Ciceronem lib. I. & II. de Divinatione condemnantur, adeo superat. Praeteritos scilicet voluere Babylonii sibi, circa annos abhinc septemdecies centum, aut plures, annos 47000, suasque per illos observationes astrologicas obtendebant. Atque hic sane anni sunt, qui prodigiosis AEgyptiorum dynastiis abundantius sufficiant. Alii autem de minori multo numero, sed satis amplo, ab AEgyptiis obtenso loquuntur; eos scilicet, circa annos abhinc 1150, observationes habuisse descriptas non paucioribus quam quinque millibus annorum, Babylonios autem a pluribus. Sic Simplicius ad Aristotelis I. de Coelo, comm. 28. Commento illi de coelestibus Hermetico perquam consonum est illud de villarum & urbium numero, ex orientalium aliquorum, etiam ex Hermete illo, somniis, uti & de numero hominum semper superstitum. Haly Aben Ragel de Judiciis Astrorum parte VIII. cap. XXXIV. *In omnibus climatibus sunt inter civitates & castra* 21600, *secundum numerum minutorum coeli.* Hermes dicit quod *numerus istorum minutorum reducatur ad quarta; & erit numerus omnium hominum qui ambulant super terram* 46560000, *& cum moritur unus nascatur alius, semper numero custodito. In primo climate, quod incipit oriente, sunt* 3100 *inter civitates & villas magnas. In secundo climate sunt* 2713 *inter civitates & villas magnas.* Tot sunt civitates & villae magnae. *In tertio climate* 3970 *inter civitates & villas magnas. In quarto* 2974 *inter civitates & villas magnas. In quinto* 3006 *inter civitates & villas magnas. In sexto* 3100 *inter civitates & villas magnas. In septimo* 2810 *inter civitates & villas magnas. Et in toto hoc numero sunt in insulis* 400 *civitates.* Mira nec mihi intellecta numerorum notio! Forsan illud *ad quarta* denotat مربع quadratum numeri praecedentis, qui, unico, sed magno satis, adjecto, est 466560000, & scriptori negligentius intuenti similis. Et civitatum singulares numeri priorem illum 21600 septuaginta tribus excedunt. Utcunque vero sortium quidem, ut in disciplina apotelesmatica momenti eximii, meminit Manilius, sed cum duodecim locis confundit. Vide eum lib. III. ubi tamen expressim de Fortunae sorte, ut principe:

Fortunae sors prima data est. Hoc illa per artem
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, domuique haerentia cuncta.

Item Julius Firmicus e veteribus, ut Petosiride, Necepso, Abraamo, aliis, partem Fortunae memorat, uti & Daemonis seu Agathodaemonis, atque hanc animae, ut partem Solis, illam corpori, ut Lunae partem, apotelesmata ait dare, sic lib. IV. cap. 10, & 11. Nec sane alibi in testimoniis veterum typis editorum, quam apud Hermetem in Paulo Alexandrino, de Saturni, Jovis, caeterorumque jam dictis sortibus quid, eo nomine, legisse me memini; nisi Albumasarem, Abdilazi autorem Alcabitii, id genus Arabum alios, aut Guidonem Bonatum, ejusque farinae homines inter veteres hic censendos existimes. Neque vero illi planetarum tantum partes, qua tales, adeoque Fortunae, sed & innumeras alias ejusmodi repraesentant, sed non, puto, sine veterum, qui interiere, autoritate. Videsis Albumasarem, Introductorii lib. VIII. ubi rationem earum discutit, Alcabitium, Differentia V. Bonatum, partis IV. §. II. cap. II, *&c.* AEgyptiis Saturnum Νεμέσεως ἀστέρα dictum esse notat Achilles ad Arati Phaenomena. Δαίμονα autem, Ἔρωτα, Ἀνάγκην & Τύχην geniturae praesides apud AEgyptios olim habitos esse scribit Macrobius Sat. I. cap. XIX. Qui certe lucem aliquam dat Hermeti, & mutuo hinc accipit. Verba Macrobii sunt; *Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quae Genesis appellatur, AEgyptii protendunt, Deos praestites homini nascenti quatuor adesse memorantes,* Δαίμονα, Τύχην, Ἔρωτα, Ἀνάγκην, *& duo priores Solem ac Lunam intelligi volunt, quod Sol autor spiritus, caloris, ac luminis, humanae vitae genitor & custos est: & ideo nascentis Daemon, id est, Deus creditur. Luna* τύχη; *quia corporum praesul est, quae fortuitorum varietate jactantur. Amor osculo significatur: necessitas, nodo.* Nec dubito sane, quin cum Harpocrati leguminibus faciebant, rite exclamantes, Γλῶσσα τύχη, Γλῶσσα δαίμων, ad praesides illos respexerint. Vide Plutarchum de Iside & Osiride. V. Sortem autem Fortunae, & ἀγαθὴν τύχην Lunae ab Hermete dicatam, idem ipsum esse, contra quam doctissimus Jos. Scaliger sentire videtur ad secundum Isagogicum Manilii, quovis pignore certare ausim. Suadet non solum modus ille quo adinvicem se habent sors & Luna, verum etiam vetustissimi sed nondum editi astrologi, id est, Vettii Valentis Antiocheni, autoritas; qui sub Ptolemaei tempora aut circiter, ni fallor, scripsit. Ut enim Neronis, Trajani, & Adriani, annorumque ejus, non semel meminit, ita & Antonnii, Pii scilicet, ut liquet tum ex capite de Setho ex eo superius adducto, tum ex alio loco libri quinti, περὶ ἡμέρας χρηματιστικῆς τῆς ☾ ἀπεράκτε, ubi anni Antonini vigesimi, post Adriani quartum, mentio: adeoque Ptolemaeo est coaevus. Quod & recte, puto, inde asserit etiam vir doctissimus Joannes Banbrigius, astronomiae nuper Oxoniis professor, in Canicularibus suis cap. IV. Codicem scilicet meum olim illi libenter communicavi. Sed existimare videtur Gerardus Vossius Valentem hunc multo recentiorem, & eundem fuisse cum eo qui apud Zonaram, Cedrenum, Glycam, Constantino M. urbem sibi cognominem aedificanti thema hujus natalitium, ejus jussu, confecit, ut inde sciretur quot annos esset duratura. Vocant eum quidem mathematicum excellentissimum Zonaras & Glycas. Sed & mensibus utitur AEgyptiacis; rarissime Romani meminit nec Ptolemaei, sed saepiuscule Petosiridis, & Necepsonis, quem τὸν βασιλέα aliquoties κατ᾽ ἐξοχὴν vocat, & utriusque loca integra aliquot citat, Abrami item, Orphei, Critodemi (qui

& Julio

& Julio Firmico lib. IV. memorantur) Scithi, Hermiae, AEsculapii, Timaei, Hermippi, Orionis, Apollinarii, & Eridae (qui dicitur ὁ παλαιὸς, καὶ Μέσαις μεμελημένος, σοφὸς ἀνὴρ, Ἐρίδας) autorum mentionem facit, & a Ptolemaica astrologia satis discordat. Vestium perperam nuncupat Camerarius, qui paucula de planetis, ex primo ejus libro, Latine adjecit ad extremum fragmentorum astrologicorum. Et videsis Gerardum Vossium de Scientiis Mathematicis cap. 37. §. 11. & in Addendis pag. 453. Sub Constantini autem tempora vixisse credibile non est, adeoque nec Valentem illum thematis Constantinopolis natalitii autorem fuisse, nec sane scripsisse post Ptolemaei edita; saltem si modo quadripartitum illud opus sit Ptolemaei, quod non admisit Albumasar; qui nec sine sequacibus. Sed ex virorum summorum judicio, Procli & Porphyrii, qui in illud commentaria edidere, aliorumque passim, Ptolemaeus libri illius autor est. At nemo, puto, dubitat quin Constantini seculo sic tereretur astrologorum manibus Quadripartitum. Et si ediderat illud, dum vixit, Ptolemaeus, ita Vettium anteverterat annos circiter 160 editio, qua sic non usum fuisse, etiam & excussisse, virum astrologicis in nugis undiquaque diligentissimum, atque optimorum artis autorum tum indagatorem summum tum censorem, ne cogitari quidem potest; maxime cum sciamus, etiam ex ejusdem verbis, regiones ac gentes multas studiorum suorum gratia cum lustrasse, nec sumptibus omnino pepercisse. In prooemio ad Marcum, seu initio libri, quem diximus, IX. Παραδραμήσας οὖν, καὶ πολλὴν γῆν διοδεύσας, κερμάτων τε (legendum videtur κλιμάτων τε) καὶ ἐθνῶν κατόπτης γενόμενος, πολυχρονίᾳ πεῖρᾳ καὶ πόνοις συνεμφερὴς ἠξιώθην ὑπὸ Θεοῦ καὶ τῆς προνοίας βεβαίου καὶ ἀσφαλοῦς λιμένος τυχεῖν· & in eundem sensum alibi plura. Certe, si post Ptolemaeum vixerat, proculdubio etiam eum, ut autorem, inter quamplurimos, quos citare amat, adhibuisset. Is autem libro quarto Anthologiῶn caput habet cui titulus, Τῶν τεπάρων [f. τεττάρων] κλήρων μερισμός, id est, *Quatuor sortium distributio.* Quatuor autem illae sortes sunt, uti recenset ille, ὁ κλῆρος τῆς Τύχης, ὁ Δαίμων, ὁ Ἔρως, & Ἀνάγκη. Et quod hic κλῆρον τῆς τύχης vocat, alibi libro primo, juxta tralatitium astrologorum morem, investigare docet. Sors igitur Fortunae, & ἀγαθὴ τύχη, quae Lunae sors, priscis idem erat. Quis enim dubitet, eos, qui δαίμονα, ἔρωτα, & ἀνάγκην cum Fortuna sive κλήρῳ τῆς τύχης numerarent, ἀγαθὴν τύχην, quae cum tribus illis recenseri solita, intellexisse? Codex ille Valentis, quo utor, est MS. Christophori Longolii sumptibus olim exaratus, quem ex instructissima, quae V. Cl. Joannis Dee Londinensis scilicet fuerat, bibliotheca mihi communicavit olim haeres ejus vir amicissimus Joannes Pontesius civis Londinensis, bonarum artium amantissimus, & de me optime meritus. In eo habentur septem ejus libri, quos, quantum video, ad Marcum quendam inscripsit, quem & alloquitur pauculis ante septimi finem lineis. Sed subscribitur, Οὐεττίου Οὐάλεντος, Ἀντιοχέως τοῦ πρὸς Δάφνην γενεθλιαλογουμένων βιβλίον ζ' τετέλεσται. Cur *Daphne* ibi, nescio. Sequitur liber octavus: & dein adjicitur alter, quem nonum

diximus, cujus prooemii initium, Οὐάλης Μάρκῳ χαίρειν. Habentur ibi quae ante scripta respiciunt. Sed nescio quare subscribitur, τέλος τοῦ β' βιβλίου Οὐάλεντος. Accedit dein de zodiaci locorum ratione in temporibus vitae distinguendis tractatulus, sine autoris nomine, sed miniato per se titulo insignis; & dein, Ψηφοφορία τῆς Ἡλιακῆς ἐποχῆς. Ubi quidem non solum Romanorum mensium in calculo usus est, sed & temporum etiam Constantini multo recentiorum. Nec Psephophoria illa magis ad Vettium spectat quam Aristoxeni & Alypii Musica, Cleomedis ἡ κυκλικὴ θεωρία, Hipparchi in Aratea & Eudoxea ἐξηγήσεις, quae in codice illo simul jungebantur. Praenomen quidem Vettii apud Romanos haud ita satis frequens fuisse scimus. Non ita cognominis *Valentis*, quod tamen in usu fuisse nemo nescit tum ex eodem imperatoris cognomine, tum ex Donati Valentis & Fabii Valentis in Taciti historiis proxime tempora Vettii nostri praecedentibus memoria. Fabium ait, lib. III. Anagniae natum, equestri familia, qui inter Vitellianos sub Vespasiano in carcere interfectus. Certe sub ea tempora itidem reperitur M. Vettius M. F. An. Valens, eques Romanus, qui Macedoniae quaestor, in Galliis item, Hispaniis, & Britanniis nostriis, sub Nerone, etiam & Trajano, cohortibus Romanis praeerat. Exstat scilicet Arimini, prope portam S. Andreae, totius provinciae in ejus honorem inscriptio ejusmodi;

M. VETTIO M. F.
AN. VALENTI
QUAESTORI PROVINC.
MACEDON. QUAESTORI PLEB.
SEVIRO. EQ. ROM. PRAET.
LEG. PROV. NARBONES.
PLO. PROVINC. BRITANN.
LEG. XV. APOLLINAR.
PROVINCIA BRITANNIA
PATRONO.

Sic Gruterus in Thesauro, fol. 1002, 3, 4, & 5. e Pighio & Sirmondo, ubi notatur exscriptum habuisse Sirmondum PLO, at Pighium POPULO. Atque ibi alia eidem consulibus signatur Lucio Telesino & Suetonio Paulino, id est, Neronis anno 13. uti & tertia, qua Trajanus memoratur, qui annos circa 30 recentior. Hunc fuisse Vettium Valentem nostrum Antiochenum, non omnino quidem est quod existimet quisquam. Sed vero cum ex Valentiana familia tunc temporis illustri ita fuisse aliquot rebus publice agendis variatim praefectos apud Tacitum liqueat, etiam & Mucianum, in gravissimis illis Vitellianorum & Flavianorum dissidiis, magni nominis Flavianum cum copiis suis Antiochiam, ut cum exercitu suo Vespasianum Alexandriam, adiisse; uti ille libro Historiarum secundo. Et utrosque fuisse mathematicis, id est, astrologis, amantiores, haud ita aegre sane admittendum est, aut e propagine jam dicti M. Vettii Valentis, veluti sive avi, sive patris, aliusve ejusdem familiae, sive in Mu-

ciani comitatu, ſive alias, Antiochiam ſe in temporibus illis turbidiſſimis ſe conferentis, Vettium noſtrum Valentem fuiſſe, aut utcunque ipſum illuc ſe ſtudiorum gratia contuliſſe, adeoque *Antiocheni* nomen, licet nominis & familiae eſſet plane Romanae, fuiſſe ſortitum. Is autem, juxta ante etiam dicta, ſe magno labore & diſpendio, magniſque itineribus matheſin comparaſſe affirmat Vettius. Ἡμεῖς δὲ, inquit, πολλὴν μὲν χώραν διοδεύσαντες, καὶ τὴν Αἴγυπτον διελθόντες, διδασκάλοις φιλαργύροις περιπεσόντες, τὰς μὲν τῶν χρημάτων δόσεις ἐποιησάμεθα διὰ τὴν περὶ τὸ ἔργον ἐπιθυμίαν. Plura habet ille de partibus ſeu ſortibus illis IV. quae ad praedictiones pertinent. Sed Vettius etiam eodem libro, Ἐκ κλήρου, inquit, τῆς Τύχης, τοῦ Δαίμονος, Ἔρωτος καὶ Ἀνάγκης τὰ καιρικὰ πάθη καὶ αἱ εὐεργεσίαι καὶ οἱ κίνδυνοι παραλαμβάνονται. Caeterum & ipſum Valentis caput, in quo ille τῶν κλήρων μερισμὸς, horum ſcilicet quatuor, habetur, & uniuſcujuſque vis & locus in themate proprius explicatur, adjicere non pigebit, utpote quo non modo peculiares aſtrologiae loquendi formulae, minime ita obviae, reperiuntur, ſed etiam ea traduntur, quae iis quibus nugae hujuſmodi in pretio eſſe nondum deſiere, acceptiſſima fore non dubitandum eſt. Ὁ κλῆρος τῆς ΤΥΧΗΣ, inquit, παραδιδοὺς ἢ παραλαμβάνων ἐν χρηματιστικοῖς τόποις, ἀγαθοποιῶν ἀπόντων (ita MS. ſed ἐπόντων plane legendum eſt) ἢ μαρτυρούντων, εὐτυχίαν δηλοῖ καὶ προκοπὴν, πράξεις τε καὶ δόξας, καὶ πραγμάτων κατορθώσεις, καὶ προσδοκωμένων συντέλειαν, καὶ ἀπὸ νεκρικῶν ὠφελείας. Ἀποκεκλικὼς δὲ, ἢ ὑπὸ κακοποιῶν μαρτυρούμενος, ἥττονας μὲν τὰς πράξεις ἢ τὰς δόξας παρέχει. Ὁ ΔΑΙΜΩΝ παραδιδοὺς ἢ παραλαμβάνων ἐν χρηματιστικοῖς τόποις, ἀγαθοποιῶν ἐπόντων, κατὰ θυμοὺς προαιρέσεις ἀποτελεῖ, κριτικούς τε καὶ εὐκατορθώτους λογισμοὺς, καὶ φίλων συμβουλίας ἐπωφελεῖς συστάσεις τε μειζόνων, δωρεάς τε καὶ δόξας καὶ εἰς τὰς ἐπιβολὰς εὐεπιτεύκτους, παρεπηρμένους τε τῇ διανοίᾳ, οἴησιν πλείστην ἔχοντας. Παραπεπτωκὼς δὲ, ἢ ὑπὸ κακοποιῶν μαρτυρούμενος, μετεωρισμοὺς καὶ ψυχικὰς βασάνους ἐπάγει, ἀναισθησίας τε καὶ ἐναντιβουλίας, τὰ ἴδια ἁμαρτήματα κατορθώσειν νομίζοντας, καὶ ἄλλοις τὰς αἰτίας ἐπιφέροντας, τῶν δὲ πλείστων αἰσχύνοντας· ὅθεν οἱ τοιοῦτοι ἐκκακοῦντες ἔσθ' ὅτε, καὶ καθ' ἑαυτῶν κινδυνῶδές τι μηχανῶνται, καὶ ὡς μανιώδεις διαλαμβάνονται, καὶ ἐν ἐκτάσει [ἐκστάσει] φρενῶν γίνονται. Ὁ ΕΡΩΣ παραδιδοὺς ἢ παραλαμβάνων ἐν χρηματιστικοῖς τόποις, καὶ ἀγαθοποιῶν ἐπόντων ἢ μαρτυρούντων, εὐπεραιρέτους ἐπιθυμίας κατασκευάζει, καὶ καλῶν ἐραστάς. Οἱ μὲν γὰρ περὶ παιδείαν καὶ ἄσκησιν σωματικὴν ἢ μουσικὴν τρέπονται· καὶ μεθ' ἡδονῆς κολακευόμενοι, τῇ μελλούσῃ ἐλπίδι ἀκοπίαστον ἡγοῦνται τὴν ἐλπίδα. Οἱ δὲ ἀφροδισίοις καὶ συνηθείαις θελχθέντες, θηλυκῶν τε καὶ ἀῤῥενικῶν, ἀγαθὸν ἡγοῦνται. Ἄρης μὲν καὶ Ἑρμῆς μαρτυρήσαντες, ἢ ἐπόντες τῷ τόπῳ, καὶ μάλιστα ἐν ἰδίοις ζωδίοις, παιδεραστὰς ποιοῦσιν ἢ ὑπ' ἀμφοτέροις φλογίζονται· ἢ φιλόπλους τε καὶ φιλοκυνήγους καὶ φιλοπαλαίστρους. Ἀφροδίτη δὲ θηλυκῶν συνηθείας. ἔσθ' ὅτε μὲν οὖν καὶ στερχθέντες ἀντιστέργουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἕκαστος τῶν ἀστέρων ὁ κεκληρωμένος τὸν τόπον, ἢ ἐπιμαρτυρῶν, ἢ παραλαμβάνων τὸν χρόνον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τὸ εἶδος τῆς ἐπιθυμίας κατασκευάσει. Καθόλου μὲν οὖν, κακοποιῶν ἐπόντων ἢ μαρτυρούντων, ἐπὶ βασάνῳ καὶ ζημίᾳ καὶ κινδύνῳ τὰ τῆς ἐπιθυμίας γίνεται. Ἐὰν δέ πως ὁ τοῦ Κρόνου σὺν τῷ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τῇ Σελήνῃ συμπαρῇ ἢ ἐπιμαρτυρήσῃ, αἰσχρῶν καὶ ἀσελγῶν ἔργων ἐρῶσιν, ἐπί τε ἀῤῥενικῶν καὶ θηλυκῶν φλογίζονται, καὶ παιδοβρωσίας ὑπομένουσιν, ἢ μετανοοῦντες ἀνεπιστρέπτουσιν ὑπὸ τοῦ πάθους νικώμενοι. Ἐὰν δέ πως ὁ τοῦ Διὸς συνεπιμαρτυρήσῃ, ἀξιοπίστως ἢ δυνατῶς τὸ γινώμενον ἔσται ἢ μυστικῶς. Ἄρεος δὲ καὶ Ἑρμοῦ ἐπόντων ἢ ἐπιμαρτυρούντων ἢ παραλαμβανόντων τὸν χρόνον, κακούργων πραγμάτων ἢ ληστρικῶν αἱροῦνται. Γίνονται γὰρ πλαστογράφοι, ἅρπαγες, θυρεπανοίκται, κυβευταὶ, τεθηριωμένην τὴν διάνοιαν ἔχοντες. Ἐὰν δὲ καὶ ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἐπιμαρτυρήσῃ, φάρμακοι, μοιχοὶ, αὐτόχειρες· ὅθεν κατὰ τοὺς ἐπιβάλλοντας χρόνους ἐγγύαις καὶ δάνεσι περικυλιόμενοι καὶ κακουργίαις, συνοχῆς ἢ κρίσεως πεῖραν λαμβάνοντες, ἐπικινδύνως διάγουσιν. Ἰσχυρὸς ὁ τόπος πρὸς πολλὰ ὑπάρχει· ὅθεν αὐτῷ προσεκτέον. Λαμβάνεται δὲ ὁ κλῆρος τοῦ Ἔρωτος ἡμέρας μὲν ἀπὸ τοῦ κλήρου τῆς τύχης ἐπὶ τὸν Δαίμονος, καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ τοῦ Ὡροσκόπου· νυκτὸς δὲ τὸ ἀνάπαλιν. ΑΝΑΓΚΗ παραδιδοῦσα ἢ παραλαμβάνουσα ἐν χρηματιστικοῖς τόποις, ἀγαθοποιῶν ἐπόντων ἢ μαρτυρούντων, οἰκείως μὲν ἐπάγει καὶ μείζονας συστάσεις, καὶ ἐχθρῶν καθαιρέσεις ἢ θανάτους· κακοποιῶν δὲ ἐπόντων, ἀντιδικίας καὶ κρίσεις ἐπάγει, καὶ ἐξοδιασμούς· ὅθεν καὶ περὶ προαίρεσιν διαπράξαντες ἀνιαρῶς διάγουσιν. Ἐὰν δέ πως τὸ σχῆμα κακωθῇ, τινὲς καταδικάζονται ἢ καθαιροῦνται. Λάμβανε δὲ ἀπὸ Δαίμονος ἐπὶ Τύχην· νυκτὸς δὲ τὸ ἀνάπαλιν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἀῤῥενικῶν γενέσεων καὶ χρόνων διέσταλται. Ὁμοίως δὲ κατὰ τὰ οἰκεῖα σχήματα τῶν παραδόσεων καὶ τὰ δυνάμενα χωρεῖν ἁρμόσει καὶ ἐπὶ θηλυκῶν γενέσεων. Sed haec maxime ex aliorum ſententiis, unde ſua congeſſit Vettius Florida illa ſeu τὰς Ἀνθολογίας. Nam alibi non ſemel, neglectis fere omnino amoris & neceſſitatis ſeu fati, id eſt, Veneris & Mercurii, ſortibus, binas illas Daemonis ſeu Genii & Fortunae, ut omnium potentiſſimas vitae praeſides ac gubernatrices, ſeorſim amplectitur, & huic corpus, illi animam, hanc Lunae, illam Soli tribuit, uti & Firmicus, Albumaſar, aliique. Κλῆροι, inquit, τῆς Τύχης καὶ τοῦ Δαίμονος σημαίνουσιν Ἥλιόν τε καὶ Σελήνην. Κοσμικῶς γὰρ ἡ Σελήνη Τύχη ὑπάρχουσα καὶ Σῶμα καὶ Πνεῦμα, περίγειος οὖσα, καὶ τὴν ἀπόῤῥοιαν εἰς ἡμᾶς πέμπουσα, τὸ ὅμοιον ἀποτελεῖ κυρία οὖσα τοῦ καθ' ἡμᾶς σώματος. Ὁ δὲ Ἥλιος, Νοῦς, καὶ Δαίμων κοσμικῶς ὑπάρχων, διὰ τῆς ἰδίας ἐνεργείας, καὶ φύσεως ἐρασμίου τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς διεγείρων περὶ τὰς ἐγχειρήσεις, αἴτιος πράξεως καὶ κινήσεως καθίσταται· quod ſcribit in capite περὶ χρόνων διαιρέσεως ἀπὸ κλήρου τῆς Τύχης καὶ Δαίμονος, unde & nos aliqua in notis ad Marmora Arundelliana, pag. 129. Et quae ibi tranſcripſimus, ea hic in codice manuſcripto proxime ſequuntur. Et nos ibi plura de Fortunae hac Sorte & Daemonis huc ſpectantia. Atque ex veterum uſu τῶν κλήρων ſic aſtris (unde Dii facti ſunt) aſſignatorum, opinor, apud Platonem, lib. V. de Legibus, velut ex appoſita receptaque locutionis formula, inter alia, monitum eſſe, in conſtituenda republica illa Magnetum τοῖς δώδεκα θεοῖς δώδεκα κλήρους τιθέναι, *duodecim Diis duodecim ſortes diſtribuere.* VI. Scilicet ex ſortibus hiſce & ſtellarum configurationibus cognatis fieri vetuſtiſſimis aſtrologis credebatur ἡ ἀποκλήρωσις τοῦ βίου, quam ex eis memorat S. Baſilius Hom. VI. in Hexaemeron, unde etiam & natalibus

natalibus & in vita humana discernendis συνέδρια vocarunt ἐξουσιαστικὰ configurationes stellarum sortiumque & invicem aspectus, qua tum pollebant ipsae, qua τὴν ἐξουσίαν natis promitterent darentve. Vettius Valens lib. V. in capite περὶ τῶν συνδέσεων τῆς Σελήνης ἐν ταῖς νεομηνίαις τῆς ἀπὸ ♋ καὶ τοῖς ἑξῆς ζωδίοις, subjicit, Ὁ γὰρ ♃ καὶ ὁ ☉ ἀπὸ ♂ τούτου θεὸν καὶ βασιλέα δηλοῖ, παραδιδοὺς τοῖς φωσὶ καὶ ♀ καὶ ♂ καὶ ☿ διὰ δωρεᾶς παρέχειν ἐξουσιαστικὸν συνέδριον. Et demum satis est ad rem nostram superque, ad hunc modum ostendisse, veteri in astrologia, quae e Syrorum moribus revera ortum habuit, sortem Fortunae, seu Fortunam bonam, & vitae, & bonorum externorum velut praesidem seu ἔφορον fuisse in lucem prodeuntibus; atque hanc forsan potius voluisse Leam, quam Jovem aut aliquod aliud sidus, cum fausta acclamatione Zilpae gratularetur parturienti. *Mazal tob* enim, quo Ebraei recentiores τὸ *Gad* explicant, non Jovem magis quam Fortunam bonam ipsamve sortem interpretari potest. Nam *Mazal* non hanc vel illam stellam, sed locum aliquem, ad mathematicorum placitum, coelo designatum significat, uti supra notavimus. Et cogitent eruditiores utrum τὸ Ἴζελα Macedonibus ἀντὶ τῆς ἀγαθῆς τύχης usurpatum (si Hesychio fides) a *Mazal* aut *Mazala* depravate manarit. Corrupti, saltem in prima syllaba, Hesychii codices esse nequeunt: an ii, unde ille hauserit, satis integri, dubitare licet. Quicquid autem fere de astrologorum mysteriis diximus, id, ut ad Syros trahatur, nemini mirum sit; nisi quis ortas in Syris, & in caeteros propagatas, primum nugas, dicam, an artes, ejusmodi, vetustatis expers, negaverit. Quod si hoc sensu verba Leae sint intelligenda, eo sane recidunt, quasi *quod bonum, felix faustumque sit genito* in votis habuerit, quod formulae veteri augurali consonum est. Hinc Fortunam bonam, ejusque sortem (a qua caeterae omnes, uti a radice, deducebantur) in thematis constructione pro Dea habitam & a Graecis & a Romanis existimarim, delubro item & sacris honoratam. Solenne enim illis ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι monimenta sacrare. Et in proverbium abiit de inaccessis aut arduis, Τύχην δεῖ καλεῖν, *Fortunam oportet invocare*, ut testatur Plato in Epinomide. Etiam Plato expressim ait, omnia humana gubernare, μετὰ Θεοῦ, τύχην καὶ καιρόν, in IV. de Legibus. Ἀγαθὴ τύχη Hesychio dicitur *Nemesis* & *Themis*. Summa vero Nemesis in homines praefectura agnoscitur a Platone, lib. IV. de Legibus, ubi, Πᾶσιν ἐπίσκοπος, inquit, ἐτάχθη, *Omnibus episcopus inspectorque constituitur*, & Δίκης ἄγγελος, *Justitiae nuncius*. Et de ea simul & Adrastia affatim Platonici aliique obvii. Sed ita confunduntur bina sortium celebriorum nomina, quemadmodum & interdum ἀγαθοῦ Δαίμονος cum ἀγαθῆς Τύχης. Habetur item Albae Juliae inscriptio sacra, apud Gruterum fol. 80. 1.

DEAE NEMESI
SIVE FORTU-
NAE
PISTORIUS
RUGIANUS
V. C. LEGAT
LEG. XIII. GORD. G.

Sed apud Graecos tum Ἀγαθῆς Τύχης, tum Ἀγαθοῦ Δαίμονος, fana fuisse, &, sine adjectione Τύχης, liquet apud Pausaniam in Boeoticis, Messeniacis, & Laconicis. Justitiae & Suadae sororem facit, apud Plutarchum libro de Fortuna Romanorum, Alcman. Marmorum item quamplurimorum & foederum apud Graecos frontes Ἀγαθὴν Τύχην copiosius exhibent, qua de re etiam ad Arundelliana diximus. Inscriptiones sacrae Graecorum aliquot, Ἀγαθῇ Τύχῃ, habentur apud Gruterum, fol. 79. etiam Romanorum Graecae, τῇ Τύχῃ *Deae*, fol. 73. 1. & 75. 3, & 7. sed Latinae apud eum complures *Fortunae*, quae plerumque cum epithetis, pro consecrantis ingenio, ut *Omnipotenti, Salutari, Reginae, Adjutrici, Opiferae*, & similibus; ut fieri solitum in Jovis, Junonis, Veneris, aliorum aris. Sacrificabant item *Fortunae Dubiae*, & *Fortunae hujus diei*, & *Numini Fortis Fortunae*; etiam & pluraliter *Fortunis*; apud eundem, 72. 2, & 3. & 79. 2. de quibus item Strabo lib. V. Nam ut *Bonae* erat Numen aedesque *Fortunae* Romae alibique (cujus arae sunt binae apud Gruterum, fol. 72. 5. & 1082. 1.) ita & *Fortunae Malae* (de qua Cicero, lib. III. de Natura Deorum, & Plinius lib. II. c. 7.) in Exquiliis. Et Plutarchus de Romanis, Τὰ τῆς Τύχης ἱερὰ, λαμπρὰ καὶ παλαιὰ, καὶ ὁμοῦ τι τοῖς πρώτοις καταμεμιγμένα τῆς πόλεως θεμελίοις γέγονε, *Fortunae delubra splendida* apud eos *sunt, & antiqua, & tantum non cum primis Urbis fundamentis posita*, & diu ante Virtutis, Honoris, aliorumque ejusmodi Numinum celebriorum. Et compluria ejusdem epitheta sacra apud eum leguntur. Videsis Gruteri Thesaurum, fol. 250, & 1013. 8. Etiam ab Anci Martii aevo variae aedium Fortunae dedicationes supplicationesque, ut ex Livio, Halicarnassensi, Plutarcho, de Romanorum Fortuna, & in Quaestionibus Romanis, scimus. Habebatur quidem saxum in viculo Richmondiae (quae agri Eboracensis pars est) **Bowes** dicto ibi effossum, in quo Virii Luppi (ita scribitur in Pandectis Florentinis, lib. II. D. tit. de Vulgari & Pupillari substitutione, §. 4.) Britanniae propraetoris & legati seu praesidis, ut ibi ab Ulpiano vocatur, sub Septimio Severo Augusto, beneficium cohorti primae Thracum in restituendo illic ei balneo memoratur, cum inscriptione hujusmodi *Deae Fortunae*, quae simpliciter pro Bona priscis sumpta, unde *Fortunati* pro *Felicibus*, ut monet Servius ad AEneidos 3.

DAE.

DAE. FORTUNAE
VIRIUS LUPUS
LEG. AUG. PR. PR.
BALINEUM VI
IGNIS EXUST-
UM COH. I. THR-
ACUM REST-
ITUIT CURANTE
VAL. FRON-
TONE PRAEF---
EQ. ALAE VETTO.

Ita apud Guilielmum Camdenum in Brigantibus, pag. 595. ubi quadratarii neglectu DAE pro DEAE. Ante annos complures translata est Cunningtoniam ad aedes jam viri nobilissimi Thomae Cottoni Baronetti, filii Roberti Equitis & Baronetti, qui eam illuc transferri curavit. Legitur item apud Gruterum, fol. 73. 5. sed male ibi *Balingium* pro *Balineum* irrepsit. Aliae sunt ejusmodi. Non raro item *Fortunae Aug.* ut Numini Augusti, aut Augustorum, inscriptum; uti & *Genio Caesarum*, aliorumque, qui τῇ Τύχῃ & Δαίμονι, sic ut praefertur, pro Diis, simili invicem notione, habitis, respondent. Aristoteles quidem, ut deorum reliquorum negligentior, de Fortuna, ut rerum causa, disputans, Εἰσὶ δέ τινες, inquit Physicorum lib. II. cap. IV. οἷς δοκεῖ εἶναι μὲν αἰτία ἡ τύχη, ἄδηλος δὲ ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ, ὡς θεῖόν τι ὄσα καὶ δαιμονιώτερον, *Sunt autem quidam qui existimant Fortunam esse causam, nec humano intellectui manifestam, utpote divinum quiddam existentem, & Daemonis naturam signantius participantem.* Et de ea loquitur, quasi inter causas apud philosophos superiorum ante illum seculorum haudquaquam cognita fuisset: qua de re ibi obiter, interpretes. Nec nomen ejus apud Homerum haberi, observatum est a Macrobio Saturnalium V. cap. XVI. Sed palam est, eam veluti rerum causam apud philosophos, ut Platonem, Empedoclem, aliosque, memorari. Notat ibi Themistius, & Simplicius, etiam & Aristotelem τῆς ἀγαθῆς τύχης & φαύλης, ut vocum receptissimarum, ibi meminisse. Ubi & Simplicius adjicit, divinitatem Fortunae etiam apertius probandam ἐκ τοῦ προσκυνεῖν τὴν Τύχην ὡς θεὸν, καὶ ἱερὰ οἰκοδομεῖν αὐτῇ, καὶ ὕμνους εἰς αὐτὴν ᾄδειν, *ex eo quod frequentius adorant Fortunam ut Deam, & templa ei aedificant, & hymnos ei canunt.* Sic ille ad text. 47. sed postea ad text. 67. singularem Fortunae divinamque circa generationem sub luna universam dignitatem cultumque ex disciplina veteri uberius & egregie adjungit, cum simulacro ejus symbolisque mysticis; scilicet clavum ei tribui, ὡς κυβερνώσῃ τὰ ἐν πόντῳ τῆς γενέσεως πλέοντα· καὶ τὸ πηδάλιον ἐπὶ σφαίρας ἱδρεύουσιν, ὥς τι ἄστατον τῆς γενέσεως καθυνούσης· [f. κατευθυνούσης, vel κατευνούσης] κέρας δὲ ἀμαλθείας ἐν τῇ ἑτέρᾳ ταῖν χεροῖν καρπῶν, ὡς τοῦ τυχεῖν πάντων θείων καρπῶν αἰτίαν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ πόλεων καὶ οἴκων καὶ ἑνὸς ἑκάστου τιμῶμεν τύχας, ὅτι πόρρω διαστάντες τῆς θείας ἑνώσεως κινδυνεύομεν διαμαρτεῖν τῆς ἐπιβαλλούσης μεθέξεως. Καὶ δεόμεθα πρὸς τὸ τυχεῖν τῆς τε θεοῦ Τύχης καὶ τῶν ἐν τοῖς κρείττοσι γένεσι τὴν αὐτὴν ἐχουσῶν ἰδιότητα: quibus subdit, Καὶ ἔστι μὲν πᾶσα τύχη ἀγαθή. Suidas, Τύχη παρ' Ἕλλησιν, ἀπρονόητος κόσμου διοίκησις, *Fortuna Graecis est mundi gubernatio sine providentia.* Nec solum ut Dea habita est, juxta illud Juvenalis:

Te facimus, Fortuna, Deam,

Sed ab intima vetustate in mores passim recepta velut Dea sola habita est. Unde Plinius loco citato, *Toto mundo, & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus Fortuna sola invocatur, & una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conviciis colitur,* &c. *& in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit: adeoque obnoxii sumus sortis, ut sors ipsa pro Deo sit.* Certe cum Julianus haud parum infensus Caesariensibus Cappadociae Christianis ob idolorum fana destructa alia aliquot, summo odio eos prosecutus est: *Ubi vero postea Fortunae templum sunt demoliti, plurimum toti urbi succensuit, & Graecos non adeo multos eam incolentes incusavit; ac si quid durius perferendum sit, tum ferendum pro Fortuna fuisse eis objecit,* ut Nicephorus Ecclesiasticae hist. lib. X. cap. IV. VII. Singulare autem erat Romanis Fortunae, ut Deae, nomen *Primigenia,* de qua Livius Decadis III. lib. 9. & Decadis IV. lib. 4. cui aedes solennius voto a Sempronio Sopho in bello Punico promissa, & in colle Quirinali dedicata. De ea Plutarchus in Ῥωμαϊκοῖς, num. 107. Διὰ τί Ῥωμαῖοι Τύχην σέβονται Πριμιγένειαν, ἣν ἄν τις εἴποι πρωτογένειαν; id est, *Quamobrem Romani venerantur Fortunam primigeniam?* Nec omnino memorat ut a Sempronio inventam, sed ut vetustissimam; eamque a regum tempore & disciplina augurali prisca petit. Inde Praeneste inscriptio apud Gruterum fol. 75. 10.

L. ANTISTIUS
C. F. AEM. VETUS
AUGUR
FORTUNAE PRIMIG.
EX VOTO SUSCEPTO.

Ibique,

FORTUNAE
PRIMIGENIAE
L. RUFINUS
AEDIL. CURUL.
V. S.

Aliae ejusmodi complures ibi sequentes, conjunctis interdum Numinibus aliis, ut fol. 58. 9.

VENERI ET
FORTUN. PRIM.
SACR.
L. CALVIUS L. F.

Sic

Sic Ops, Jupiter, &c. Fortunae Primigeniae quandoque in inſcriptionibus ſocii: ut ibi apud Gruterum, fol. 1006. 4.

JOVI O. M. ET
FORTUNAE PRIMIGEN.
V. S. AL.
L. PRIMIGENIUS
CUM
FILIO TORQUATO
D. D.

Atque ego ſane Ἀγαθὴν Τύχην ſive operum, laborum, id eſt, Athlorum, nati, atque vitae velut univerſae dominam, quae recenter geniti modum felicitatis (uti docebant ſideralis ſcientiae periti) arcanis quaſi coeli tabulis deſcriberet, ſub Fortunae Primigeniae nomine intelligo. Et Jupiter puer, qui lactens cum Junone in gremio Fortunae Praeneſtinae olim ſedit, caſtiſſimeque a matribus cultus eſt, id ipſum ſatis aperire videtur. De ea re conſulas Tullium de Divinatione lib. II. Praeneſte etiam habentur marmora Jovi puero & Fortunae Primigeniae ſacra, ut apud eundem fol. 76. 6, & 7.

FORTUNAE
PRIMIGENIAE.
JOVI PUERO.
EX TESTAMENTO
TREBONIAE
SYMPHERUSAE
P. ANNIUS HERMA
HERES
L. D. D. D.

Et,

FORTUNAE
JOVIS PUERI
PRIMIGENIAE
D. D.
EX SORTE COMPOS
FACTUS
NOTHUS RUFICANAE
L. F. PLOTILLAE.

Verum conjecturae jam dictae venia danda eſt, neque velut ex tripode haec dicta volumus. Aliter vertunt τὸ *Gad* recentiorum plerique, ratione a Geneſeos cap. XLIX. comm. 19. ducta. Verum peculiarem ſcripturae ibi elegantiam magis miror, quam nominis etymon invenio: & ſatis frequentes ſunt in ſacris literis ejuſmodi elegantiae, ſeu alluſiones. Quod ſi pro *turma* ſeu *exercitu*, ut illi volunt, ſumatur; certe, ſi turmam illam ſive exercitum pro גדוד השמים *gedud haſchamaim*, id eſt, *militia aut exercitu coeleſti*, quo modo locum Jeſaiae quem jam adduximus explicat R. Aben Ezra in Geneſim, accipias, Fortunae themati non male conveniet. Reginam coeli, ſive Afrorum coeleſtem (de qua nos infra) eandem cum Fortuna coeli facit Philaſtrius. *Eſt*, inquit, *haereſis in Judaeis, quae Reginam, quin & Fortunam coeli invocat; quam & coeleſtem vocant in Africa, eique ſacrificia offerre non dubitabant.* Nec male forſan. Luna enim, id eſt, regina coeli, & Sors ſua pro eodem poſſent uſurpari. Verum in pleriſque Philaſtrius ille, ut ſemel admoneam, ſatis temere de haereſibus, quas vocat, illis priſcorum Syrorum. Nec omnino potis eſt fidem ſuam liberare in iis, quae ſaepius, velut ſomnia ſibi fingens, de eorum ritibus & numinibus audacter nimis obtrudit. VIII. Ut vero Fortuna, ſicut dictum eſt, invocata, velut geniturae, partui, rebuſque agendis apud veteres praeficiebatur, ita ex eadem tandem diſciplina inolevit, ut in urbium etiam natalitiis ipſa ut Numen primigenium eis adſciſceretur, nomineque ſingulari donaretur alio, ſed ut divino cognomine, urbis Fortunae dicto. Simplicius ad Ariſtotelis locum Phyſicorum ſupra citatum (floruit ille circa annum Chriſti DXXX) Fortunam ſumma in veneratione habitam aſſerens, etiam ante Ariſtotelem, nec initium venerationis ejuſmodi Stoicis, ut aliqui, tribuendum, Τὸ δὲ καὶ, inquit, τινὰς τὰς πόλεων τύχας τιμᾶν, καὶ ναοὺς οἰκοδομεῖν, ὕστερον ἔοικε νομισθῆναι· οὐ γὰρ ἔχομεν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τυχῶν πόλεων ἱερὰ ἱστορούμενα, ἢ ἑορτὰς ἀναγεγραμμένας, *Illud vero, quaſdam ex urbibus Fortunas venerari, & fana exſtruere, poſterius receptum eſt. Neque enim apud veteres Fortunarum urbium templa hiſtoriis tradita habemus, aut feſta eis dicata.* Certe urbs Ligurum aut Celtarum *Agatha* vocata Timostheni dicebatur Ἀγαθὴ τύχη, ut Stephanus περὶ πόλεων in Ἄγαθα. Certe etiam apud Gruterum fol. 72. 3. legitur dedicatio:

FORTUNIS ANTIATIBUS
M. ANTONIUS RUFUS AXIUS
DAMASCO S. D. D.

Antii urbis Latii maritimae Fortunis, quas memorat Macrobius Saturnalium lib. I. cap. XXIII. Licet vero ait Simplicius recentius eſſe Fortunarum geniturae urbium cultum, nihilominus ex Varrone apud Plutarchum in Romulo habemus, Tarrutium philoſophum & mathematicum ſummum, ſeu potius Tarruntium (ut Solino in Polyhiſtore cap. I. nuncupatur) tam de Romae quam Romuli Fortuna ex utriuſque themate genethliaco, unde Fortunae ejuſmodi divinitas contrahi ſolita, praedixiſſe. Ἐπεὶ καὶ πόλεως (ut apud Plutarchum legitur) τύχην, ὥσπερ ἀνθρώπου, κύριον ἔχειν οἴονται χρόνον, ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων ἐποχὰς θεωρούμενον, *Siquidem urbis Fortunam, ut hominis, efficit tempus, quod ad aſtrorum poſitiones obſervatur in primis eorum incunabulis ſeu natalibus.* Singulares coelitum poſiturae apud Solinum leguntur quidem, ſed rationi aſtronomicae nimium adverſae. Et cum apud aſtrologos veteres nihil magis obvium ſit quam ſortem Fortunae, Fortunam, & Fortunas (quae pro Fortunae ſimul & Ἀγαθοῦ δαίμονος ſortibus, veluti ſortium aſtricarum prae aliis potentiſſimis,

tentissimis, sumi solent) in hominum genituris ut apotelesmatum autores primarios considerare, etiam in urbium parile faciebant; qua de re ex veterum disciplina fusius Albohazen Halii filii Abenragel, Arabs, parte 7. de Judiciis astrorum cap. XX. *Procura,* inquit, *ut pars Fortunae & ejus dominus sint in domibus Fortunae* (in urbis scilicet themate) *& pars aspiciat lunam; quia a statu partis & ejus domini & a statu lunae & aspectu ejus cum parte colligetur civitatis fertilitas & bonitas domini ejus & suae gentis,* &c. *Remove etiam Martem a parte Fortunae,* &c. Et ibidem cap. II. de tempore rebus generatim agendis, *Inspicies ad partem Fortunae & ejus dominum & dominum domus suae, quia si eos omnes meliores facere poteris & fortunare, est complementum.* Et *Fortunae,* & *Infortunia,* velut nominibus illis prae aliis in coelo ex disciplina prisca inscripta apud eum, uti & Firmicum, millies occurrunt. Fortunae autem urbis ex astrorum judicio observatae denominataeque exemplum est singulare in Constantinopolis conditu. Valentem quendam mathematicum Constantini jussu thema urbis e Byzantio veteri ortae natalitium observasse, indeque fortunam ejus indicasse, ex ante dictis liquet. Cognominem quidem sibi fecit Constantinus, adeo ut vulgo, exuto *Byzantii* nomine, & *Antoniae,* diceretur *Constantinopolis,* etiam & *Nova Roma.* Sed vero recipi solet, quod tradit Eustathius in Dionysii Periegesin, a Constantino Magno vocatam eam esse Ἄνθουσαν, quae revera non urbis ipsius nomen, sed velut mysticum ejusdem Fortunae tutelaris. Inde Chronicon Alexandrinum, Τὴν δὲ τύχην τῆς πόλεως τῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀνανεωθείσης, ποιήσας θυσίαν ἀναίμακτον, ἐκάλεσεν Ἄνθουσαν, *Fortunam vero urbis a se instauratae, victima incruenta litata, Anthusam vocavit:* quasi *Florentiam.* Ubi etiam narratur, eum fecisse sibi statuam e marmore inauratam βαστάζουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως, *quae dextra gestabat Fortunam ipsius urbis.* Qua postea in Hippodromo collocata, & Fortuna & Imperator ipse in ea adorandi erant. Hac de re item Joannes Antiochenus M S. in bibliotheca Oxoniensi publica, λόγῳ ιγ΄. Τὴν δὲ τύχην τῆς πόλεως τῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀνανεωθείσης, καὶ εἰς ὄνομα αὐτοῦ κληθείσης, ποιήσας τῷ Θεῷ θυσίαν ἀναίμακτον, ἐκάλεσεν Ἄνθουσαν, *Fortunam autem urbis ab eo instauratae, & nomine suo conditae, peracto Deo sacrificio incruento, vocavit Anthusam.* Quod circa tempus Concilii primi Nicaeni apud chronologos dicitur factum esse. Eum etiam Fortunae hoc sensu Romanae Constantinopoli posuisse simulacrum ait Zosimus lib. II. Et bene quidem Petrus Gyllius in Topographiae Constantinopolis lib. II. cap. XXII. *Verisimile videtur Constantinopolitanos eam celebrasse festo die, ut in antiqua Roma celebrabatur, tam ab indigenis quam externis, in eodem die & templo in quibus olim Parilia* (natalitia veteris Romae notissima illa temporis verni) *nuncupata celebrari solebant.* Delubra Fortunae & statuas Τυχαῖα vocitabant, ut apud Sozomenum lib. V. cap. III. & Nicephorum lib. XIV. & XLIV. Qui etiam de Juliani Fortunae Constantinopolitanae cultu. Certe etiam diu post Christianismum receptum non exigua illic hujus superstitio. Scilicet sub Anastasio, circa annos a Constantino 160, narrat ex anterioribus Zonaras, ἄγαλμα τῆς τύχης τῆς πόλεως, *statuam Fortunae urbanae,* muliebri figura aeneam fuisse, quae pedem alterum in navi coram se posita, itidem aenea, posuit, nonnullibi illic servatam (utpote in urbe maritima, & a commerciis ac navigatione felici) cujus navis vel vetustate corruptae, vel per insidias contusae, fragmenta quaedam ablata esse: ex eo autem naves onerarias amplius non appulisse, sed, cum prope accessissent, ventorum vi repulsas esse; ac, nisi naves longae multis concitatae remigibus sarcinas earum in urbem pervexissent, populum fortassis fame periturum fuisse. Duravit aliquamdiu infortunium hoc, nempe usque dum qui rebus illic praeessent, diligentissime conquisitis fragmentis illis, & nave Fortunae in integrum restaurata, expeditam sic redderent navigationem, & mare adversis ventis liberum. Sic Zonaras. Addit autem superius allatis Joannes Antiochenus, Ἥτις πόλις ἐκτίσθη ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ Φιδαλίας· καὶ ἐκάλεσε τότε τὴν τύχην αὐτῆς Κεροέην. Τὴν δὲ αὐτὴν Φιδαλίαν ἠγάγετο Βύζας ὁ τῆς Θρᾴκης βασιλεὺς μετὰ τὴν τελευτὴν Βαρβυσίου τοῦ πατρὸς αὐτῆς, τοῦ τοπάρχου καὶ φύλακος τοῦ αὐτοῦ ἐμπορίου· ὅστις Βαρβύσιος μέλλων τελευτᾷν, ἐκέλευσε Φιδαλίαν ποιῆσαι τεῖχος τῷ τόπῳ ἕως θαλάσσης, *Initia urbis hujus debentur Phidaliae, quae vocavit tunc Fortunam ejus* (urbis scilicet a se conditae) *Ceroen. Phidaliam autem hanc Byzas Thraciae rex in uxorem duxit post mortem Barbysii patris ejus, toparchae & custodis emporii ejusdem. Barbysius moriturus Phidaliae in mandatis reliquit, ut faceret loco murum usque ad mare.* Hic vetustissimum Fortunae urbanae nomen, etiam ex seculis mythicis. Nam Byzas ille filius ab Eustathio dicitur Κεροέσσης, filiae Ius, uti & Stephano filius Κερόεσσης (pro eadem: unde Κερόη apud Joannem Antiochenum nata) filiae Ius & Neptuni. Quasi ab omni aevo Fortunae urbanae fuerint sic adscitae. Forsan idem respexit illud ex Virgilii ore AEneidos I. de AEnea:

------ *Dum quae fortuna sit urbi*
Miratur.

Certe ut ex astrologica thematis urbis qualiscunque conditae genethliaci ratione Fortunam, Genium, seu Fatum ejus eliciebant veteres, ita videtur constellationum simul congeries urbis fundamentis ac Fortunae ejus in eo propria transiisse apud eos in numen ei tutelare, generalius quidem Fortunam ejus appellatum, sed nomine aliquo singulari insuper, velut mystico, designatum, quo Fortuna ejusmodi astrica innueretur; ut Constantinopolis Fortuna *Anthusa* dicta. Nec ita vero dissonum est plerumque nomina ejusmodi summa religione sic celata esse, & postmodum, saltem in vulgus, pronunciari, ut plane secreta, vetita; quemadmodum de Romae nomine secreto testantur Plinius lib. III. cap. V. & lib. XXVIII. cap. II. Solinus cap. I. Macrobius lib. III. cap. IX. praeter Plutarchum in Problematibus Romanis; ne scilicet evocatio numinis tutelaris in urbis (ita credebant) perniciem facilior ab hostibus fieret, si nomen illud secretum, id est, proprium, evocan-

evocantibus cognitum esset. Unde etiam tradunt Angeronam, ut Silentii ejusdem nominis Deam, Romae cultam, & Verrium Romanum neci datum, quod contra interdictum id eloqui ausus esset. Ex antiquis refert Macrobius nomina aliquot, quorum hunc Deum alii, alii illum secretum hoc fuisse autumarint. Inter alia etiam Angerona ipsa recensetur; aliis potius, quibus libentius accedit ille, *Opem Consiviam* verum nomen fuisse asserentibus. Somniat Annius Viterbiensis ad Berosum suum, nomen illud arcanum fuisse *Romanessum*. Fidem suam liberet ipse. Sed mirum est interea viros aliquot doctos veteris Romae nomen Secretum fuisse etiam *Anthusam*, quo Constantinopolin donavit suam conditor. Sic quidem Philadelphus apud Politianum lib. I. epist. II. Nicolaus Erythraeus in praefatione ad Indicem in Virgilium; quod & alii recipiunt ut non contemnendum, ut Ortelius in Thesauro Geographico, in verbo *Roma*. Sed apud veteres puto nihil ejusmodi repertum. A Nova Roma ad veterem incogitanter translatum est nomen. Sed satis superque de veterum affaniis circa Fortunae astrologicae numen; de quibus id vere dici potest, quod de istiusmodi rebus scripsit Plutarchus in Romulo, Ταῦτα μὲν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ ξένῳ καὶ περιττῷ προσάξεται μᾶλλον, ἢ διὰ τὸ μυθῶδες ἐνοχλήσει τοὺς τυγχάνοντας αὐτοῖς, *Haec & illiusmodi alia forte ob nimiam curiositatem magis lectoribus placebunt, quam ob fabulosam eorum naturam turbabunt.* Quod quidem de reliquis in Syntagmatis hisce sequentibus merito satis dicendum.

CAP. II.

De TERAPHIM *Labanis. Ritus in eis conficiendis. Tzilmenaia. Ephod & Teraphim Michae. Manum sacerdotis sacrare, quid. Quamdiu sculptile Michae colerent Danitae. Ephod & Teraphim apud Hoseam.* Ῥαβδομαντεία *&* Βελομαντεία *orientalium. Quam varie vertant Graeci* τὸ *Teraphim.* מחוי *Mechavi Chaldaeorum. Zabiorum imagines Soli & Lunae dicatae, ad oracula reddenda:* στοιχεῖα *Graecorum, &* στοιχειωματικοί. *Ptolemaei Carpus, & Haly commentarius, explicati. Vultus Coelestes. Virgo, in primo decano Virginis, sphaerae Persicae, symbolum nativitatis* JESU, *eximiis mathematicis Albumasari & Rogero Bachoni. Alexeteria astrologorum. Palladium Trojanum quis fecerit. Id genus alia. Daemoniorum* προσεγγίσεις. *Statuae spiritu plenae, apud Hermetem. Angelorum nomina observare, mos vetustissimus. Apuleii* Βασιλεὺς *Gerebertum, id est, Sylvestrum* II. *Papam, caput fudisse scribunt aliqui, quod responsa daret. Abacum a Saracenis acceptum Christianis primus dedit. Conjectura in G. Malmesburiensem, historiam mathematicam recitantem. Exordia cursus planetarum. Thema geniturae mundi, ex AEsculapii scriptis a veteribus traditum. Balaei de Rogero Bachone retractatio. Capita magica conflata ab illo, & a Roberto Lincolniense. Chaldaeorum Jynges.* στρόφαλος ἑκατικὸς *quid. Lux Synesio. Rhombus magicus, apud poetas, idem quod Hecaticus Strophalus, aut ab eo. Theocritus explicatus. Hecate, maleficarum Venus,* τῆς Ἀφροδίτης *in Pharmaceutria, quid. Lux Pindaro.* κατὰ μαγείαν τύποι. Συμβολικαὶ δαιμόνων μορφαί. *Talisman Arabum. Abraxas Basilidianorum Deus. Abraxas &* Νεῖλος, *literis numeralibus, numerum dierum anni communis monstrant. Id priscis mysticum. Amuletum adversus febrem, Abracadabra, unde. Q. Serenus Samonicus. Ob, Pythonissae spiritus, & Oboth.* ἐγγαστρίμυθοι. *Baal & Baalath Ob. Ritus initiatorum* τοῦ *Ob. Jideoni. Nugae Ebraeorum de Jadoa animali. Unde Jideoni dictum.* ἐπαοιδοί, τερατοσκόποι, γνῶσται. *Ob* θελητὰς *etiam redditur. Mortuos consulendi ratio.*

IMagines illas quas furata est Rahel, Ebraei vocant תרפים *Teraphim* Gen. cap. XXXI. comm. 19. Pro Diis esse habitas, testis est ipse Laban, *Quare,* inquit ille, *furatus es Deos meos?* Jacobum adlocutus. Fictas eas ab astrologis, ut futura praedicerent, sentit R. D. Kimchi, & humana forma factas, ita ut coelestis influentiae essent capaces, adnotat Abraham Aben Ezra theologus & astrologus Judaeorum maximus; atque ad eam mentem interpretatur *Teraphim*, quae pro liberando Davide, in lecto posuit Michal uxor ejus, de qua historia est I. Sam. cap. XIX. Inter causas etiam, cur Rahel eas sustulerit, hanc unam recensent, ne scilicet Labani illarum inspectione innotesceret, per quod iter illa abierat. Ideo D. Augustinus Quaest. XCIV. in Genesim. *Quod Laban,* inquit, *dicit, Quare furatus es Deos meos? hinc est illud fortasse quod & augurari se dixerat.* Capite enim praecedenti, ad Jacobum Laban, *Auguratus sum quod benedixerit mihi Deus propter te.* Ita vertunt נחשתי *nichasti* vetustiores; & de *praenoscendo, probando,* seu *conjiciendo,* locum illum (qui est comm. 27.) intelligunt Ebraei. Imo & Aben Ezra augurium illud ad Teraphim Labanis refert. Utrum autem

ut

ut Dii colerentur Teraphim, utcunque Dii dicti, an vero divinationis tantum instrumenta haberentur; vetus est inter magistros controversia, quod liquet ex Rabbi Simeone Ben Jochai in libro Zohar fol. 94. b. ad Genesin. Modum autem feralem quo fiebant, ex Capitulis Rabbi Eleazaris, adfert Elias in Thisbi: *Mactabant*, ait ille, *hominem primogenitum, cujus caput torquendo praescindebant* (ita transtulit P. Fagius; Eliae autem seu Eleazaris, verba sunt, מלקין את ראשו, *Molkin eth roscho*, id est, *ungue secabant*, aut *manibus discerpebant, caput ejus*. Nam מלק *Malak* hoc sensu usurpatur Levit. I. comm. 15. & V. comm. 8. ubi de avibus offerendis agit Moses, quorum capita hoc ritu divellenda) *caput vero abscissum sale & aromatibus condiebant, scribebantque super laminam auream nomen spiritus immundi, qua supposita capiti ejus, ponebant illud in pariete, incendentes coram eo candelas, & adorantes coram eo. Atque cum istiusmodi locutus fuit Laban.* Eadem fere paraphrastes ille qui Ben Uzielis nomen in Pentateuchum falso gerit. Sed suam illi praestent fidem. Is autem & Onkelos per צלמניא *Tzilmenaia* in Genesi atque alibi vertunt *Teraphim. Tzilmenaia* vero *figuras, effigies* seu *imagines* significant. Arabs item in dicto Genesis loco الأصنام habet pro *Teraphim, idola, simulacra*, seu μορφώματα. Vocabulum Arabibus non infrequens, etiam ubi de Diis peculiari nomine cognitis locos Sacrae Scripturae vertunt. Horum in Sacris Literis occurrit saepius mentio. Judicum cap. XVII. com. 5. de Micha, *Fuit autem apud virum illum Micha templum Deorum: fecit quoque Ephod & Teraphim, & consecravit manum unius filiorum suorum* (id est, sacrificiis manum ejus implevit, quem ritum in Sacerdotibus initiandis habemus Exodi cap. XXIX. com. 24. & Levit. VIII. com. 27. & Judicum dicto capite, com. 12.) *qui factus est ei sacerdos.* Male cultum Dei veri & idolorum seu Daemoniorum miscuit hic Micha. Ephod enim & Levitam, de quo eodem capite, Deo vero proculdubio, Teraphim & conflatile & sculptile Daemoniis sacravit. A quibus tanquam a Deo Opt. Max etiam oraculum impetrarunt Danitae, ut sequenti capite patet: nec fidem τῷ Ephod, quod ad Deum retulere, nec τοῖς Teraphim Daemoniorum seorsim habuere idololatrae: ideo utraque consulenda, divino cultu utraque suspicienda perperam duxere. De Ephod etiam a Gedeone facto videsis Judic. cap. VIII. & D. Augustinum in eundem librum quaest. XLI. & XLII. Sculptile & conflatile Michae Dii, ut videtur, fuere, queis Teraphim quidem sacrabantur. Sed & ob egregium in divinatione eorum usum etiam ipsi Teraphim ut Dii habiti. Tam sculptile autem quam Teraphim & Ephod abstulerunt Danitae, cum e sedibus propriis in Lais urbem transmigrarint. Sculptile etiam, id est, פסל *Pesel*, sacerdotio illi & cultu honorarunt עד יום גלות הארץ *aahd jom geloth haaretz*, id est, *usque ad diem transmigrationis terrae*, quod legitur in Judicum cap. XVIII. com. 30. Ex sequenti commate sumitur *transmigratio terrae*, pro Arcae transmigratione a Palaestinis captae & in templum Dagonis asportatae; tametsi non ante Manassis captivitatem ablatum illud idolum Michae tradat R. Jose Ben Chilpetha (si is sit autor τοῦ Seder Olam Rabba) cap. XXIV. & ita interpretatur verba illa dicti Judicum capitis. Atqui verba faciens de antro, ubi fons Jordanis, Benjamin Ben Jona Tudelensis, *Ante antrum*, inquit, *ipsum ostenduntur vestigia arae sive statuae, quam Micheas quidam dicavit, a filiis Dan illis diebus cultae*: ita vertit Ar. Montanus. Huc spectat illud in calendario Judaico, quod diei XXIII. mensis Sebat apponitur, JEJUNIUM. *Congregati sunt omnes Israelitae contra Benjamin, propter pellicem & idolum Micha.* Ingens ille Israelitarum conventus capite vicesimo Judicum innuitur, & tam ad idolum Michae a Danitis cultum refertur, quam ad horrendum Benjaminitarum facinus. Uti historiam de Michae Ephod & Teraphim, ita quae habet Hoseas cap. III. com. 4. intelligas: *Siquidem diebus multis*, inquit propheta, *sedebunt filii Israel absque rege, & absque principe, absque sacrificio, & absque* מצבה *matzebah*, id est, *statua, absque Ephod & Teraphim. Sacrificium* & *Ephod* ad verum cultum, *statua* & *Teraphim* ad idololatriam referuntur. D. Kimchi, in radice תרף, de eo loco; אין זבח ליהוה ואין מצבה לעז" ואין אפוד ליהוה ותרפים לעז", id est, ABSQUE SACRIFICIO, *respicit Deum verum*; ABSQUE STATUA, *cultum alienum*, sive *numina Gentium*; & ABSQUE EPHOD, *item Deum verum*; & TERAPHIM, *cultum alienum.* Idem scribit in commentariis ad dictum locum Hoseae, tum ipse Kimchi, tum Salomon Jarchi. De quo loco vide porro D. Hieronymum in Epistola ad Marcellam. Zacharias cap. X. comm. 2. *Teraphim locuta sunt vanitatem, & divini viderunt mendacium.* Ezechiel cap. XXI. comm. 21. *Stetit rex Babylonis in bivio, capite scilicet duarum viarum, divinationem quaerens: expolivit tela, & interrogavit Teraphim, atque inspexit jecur.* Quae verba D. Hieronymus, tempore futuro, ad hunc modum explicat, *Stabit in ipso compito, &, ritu gentis suae, oraculum consulet, ut mittat sagittas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, sive signatas nominibus singulorum, ut videat cujus sagitta exeat, & quam prius civitatem debeat expugnare.* Quod sane divinationis genus non succurrit alibi me reperisse. Non ita alienum vero est, quod Israelitis exprobrat Deus Opt. Max. apud Hoseam cap. IV. comm. 12. *Populus meus lignum suum consultat, & baculus ejus nunciat ei.* Ῥαβδομαντείαν certe insectatur propheta, quae apud orientales in usu, uti diserte de Medis scribit Dio, teste scholiaste veteri in Nicandri Theriaca. Et de bacillorum seu virgarum sortibus volunt praeceptum negativum LII. quo divinationes prohibentur, intelligi: vide, si placet, ad illud R. Mosem Mikotzi & Paulum Riccium. Verum de divinationum generibus aliis, quae in Sacris Literis, ad extremum hujus capitis. Ezechielis autem, quae attulimus, ita proferunt LXX. Στήσεται βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ὁδὸν, ἐπ' ἀρχῆς τῶν δύο ὁδῶν, τοῦ μαντεύσασθαι μαντείαν, τοῦ ἀναβράσαι ῥάβδον, καὶ ἐπερωτῆσαι ἐν τοῖς γλυπτοῖς, id est, *stabit rex Babylonis super antiquam viam, in principio duarum viarum, ut oraculum*

petat

petat, ut bacillum fervefaciat, & interroget ſculptilia: ubi ῥάβδιν ad ῥαβδομαντείαν referrem, niſi ad virgas ſortium quo ſpectaret modo τὸ ἀναζεράσω, quod eſt, *fervefacio*, haud ſatis viderem. Pro *Teraphim* habent hic γλυπτὰ, id eſt, *ſculptilia*; in Geneſi autem εἴδωλα, in libro Judicum θεραφεὶν, in hiſtoria Michal & Davidis, κενοτάφια, Hoſea δήλους (quo vocabulo Urim etiam iis vocatur I. Sam. cap. XXVIII quod per δήλωσιν eadem mente Exod. cap. XXVIII. vertunt) Zacharia vero τοὺς ἀποφθεγγομένους. Aquila, teſte Hieronymo, vertebat per μορφώματα, nonnunquam per φωτισμούς. Targum Hoſeae מחוי *Mechavi*, id eſt, *annuntiantes*, vocat. Quiſquis autem δήλους, ἀποφθεγγομένους φωτισμοὺς, ſive מחוי ea cenſet jure appellanda, & praedicendi ſive futura monſtrandi in iis fatetur ſimul facultatem, id eſt, δήλους eſſe τῆς ἀληθείας, quo nomine vocantur etiam Urim & Thummim, quorum ſanctitatem Teraphim ſimulabant, apud Syracidem cap. XLV. com. 10. Hujus generis fuere ſtatuae illae, queis arcendi mala ac oracula reddendi vis inerat, & de quibus frequens apud ſcriptores traditio. Aureas faciebant vetuſtiſſimi Orientalium Zabii, ſive Chaldaei, ex quorum libris plurima retulit R. Moſes AEgyptius, & argenteas effigies. *Has Lunae, illas Soli dicabant: & aedificaverunt palatia*, ut ſcribit ille in More Nebochim lib. III. cap. XXIX. *& poſuerunt in eis imagines, & dixerunt quod ſplendor potentiarum ſtellarum diffundebatur ſuper illas imagines, & loquebantur cum hominibus, & annunciabant eis utilia.* Quod optime cum eis quadrat, qui ſecundum praecepta aſtrologica τὰ Teraphim fieri ſolita, & ad certos ſyderum poſitus, volunt (quemadmodum ea quae στοιχεῖα Graecis dicuntur) & ſecundum figuras in coelo creditas, uti velut ἀλεξητήριοι ſeu averrunci Dii eſſent, formata. Nec ſane quantum ad aſtrologicam rationem ſpectat, στοιχεῖα a Teraphim differunt, niſi quod haec futuris praedicendis, illa arcendis malis fuerint deſtinata. Qui vero στοιχεῖα formabant, στοιχειωματικοὶ dicebantur. Eos ita meminit autor Carpi, quod vulgus aſtrologorum Ptolemaei *Centiloquium* nominat: Τὰ, inquit, ἐν τῇ γενέσει καὶ φθορᾷ εἴδη πάσχει ὑπὸ τῶν οὐρανίων εἰδῶν. Διὰ τοῦτο χρῶνται τούτοις οἱ στοιχειωματικοὶ, τὰς ἐπεμβάσεις τῶν ἀστέρων σκοποῦντες ἐπ' αὐτά. Habetur tmemate IX. & in eo codice qui cum commentariis Haly Aben Rodoan, ſive is ſit Abugepher qui ea ſcripſit, olim prodiit, ita Latine redditur: *Vultus hujus ſeculi ſunt ſubjecti vultibus coeleſtibus, & ideo ſapientes, qui imagines faciebant ſtellarum, introitus in coeleſtes vultus inſpiciebant, & tunc operabantur quod debebant.* Mentem textus Graeci, fere verba vides. *Vultus* autem illi *coeleſtes* non modo XLVIII. conſtellationes globis depictas, verum innumeras & portentoſas etiam illas figuras denotant, quae Perſae, Indi atque AEgyptii cum unoquoque ſigni decano, ſeu quolibet decani gradu, aſcendere tradebant: quarum in numero eſt illa, quam in primo Virginis decano ſphaerae Perſicae collocant; virgo nempe pulcra, capillitio prolixo, duas ſpicas manu geſtans, reſidens in ſiliquaſtro, educans puerulum, lactans & cibans eum. Pro exemplo hanc magis attuli, quod non ſolum Alboaſar (quem falſo, ut docet J. Picus, Albumaſarem vocant) decanum illum, uti coeleſte unici Salvatoris Jesu nativitatis ſymbolum notaverit Mahumedanus, verum etiam inſignis ille mathematicus, & vir ultra ſane quam ſeculum ſuum tulerit doctus, Rogerus Bachonus Oxonienſis & Minorita, Alboaſaris ſententiam fuerit amplexus. Opere enim tertio, quod ad Clementem quartum dedit, Alboaſaris verba ab Hermanno Dalmata Latine ex Arabico facta citat, ſubjungitque: *Intentio eſt, quod Beata Virgo habet figuram & imaginem infra decem primos gradus Virginis, & quod nata fuit, quando Sol eſt in Virgine, & ita habetur ſignatum in calendario, & quod nutriet filium ſuum Chriſtum Jeſum in terra Hebraeorum.* Et ad hanc rem ille liber cui titulus, *Ovidius de Vetula*, ad Virginem Mariam,

O Virgo felix, O Virgo ſignificata
Per ſtellas ubi ſpica nitet-----

De quo libro, & hac re, vide, ſi placet, Robertum Holkot in Sapientiam lect. XXI. De decanis vero eorumque figuris Alboaſar ſeu Albumaſar ille ſatis in Introductorii parte VI. Eadem etiam, ex Aben Ezrae Initio Sapientiae, tranſcripſit Latine, cum AEgyptiorum monomoeriis, id eſt, figuris ſingulorum graduum uniuſcujuſque decani, ad ſphaeram Barbaricam Manilii nobiliſſimus Scaliger. Atqui, ad locum illum Carpi, Arabs Haly, *In hoc*, inquit, *capitulo vult Ptolemaeus multa imaginum ſecreta patefacere, & vultus, quos in hoc ſeculo eſſe dixit, ſunt ſpecies animalium & ſpecies plantarum; & ideo dicit quod omnibus iſtis ſpeciebus dominantur ſibi vultus conſimiles in coelo manentes: verbi gratia, Scorpio coeleſtis terrenis ſcorpionibus dominatur, & coeleſtis Serpens terrenis ſerpentibus. Et ſapientes imaginum inſpiciebant quando planeta de ſub radiis ſolis egrediebatur, & ingrediebatur hos vultus, eumque in aſcendente ponebant; & vultum quem intrabat, ſculpebant in lapide, & miſcebant cum eo alia ad haec neceſſaria, faciebantque cum eo ex aptatione vel deſtructione quod volebant: & vis illa in lapide multis temporibus durabat.* Ita redditur ille Arabs. Scorpio ad hunc modum fictus ſcorpiones abigendi, morſuſque eorum curandi vim habuiſſe credebatur. Hiſtoriam de re ſimili citat Joſephus Scaliger in Epiſtola Gallice conſcripta ad Vazetum, ex Geographo Arabe. Et Crocodili imaginem plumbeam, ad crocodilos repellendos conflatam, igne ſolviſſe Achmed Ben Tolon AEgyptius Calipha dicitur, ut ex Arabum monimentis ſcribit Julius Scaliger Exercitat. CXCVI. tmem. 6. Spectare videntur & ad hanc artem ſeu ματαιοτεχνίαν ſtatuae illae argentae eo τετελεσμέναι loco, ubi collimitantur Thraces & Illyrii, adverſus barbarorum incurſiones, & ſub Conſtantio imperatore repertae, quas refert Olympiodorus apud Photium cod. LXXX. Palladium & huc refer, decantatum illud, & διοπετὲς, quod Joannes Antiochenus apud Iſacium Tzetzem, οὐκ ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν, dicit, verum Ἀσιόν τινα φιλόσοφον μαθηματικὸν τοῦτο ποιῆσαι, ὡροσκοπία καλλίστη, εἰς τὸ ἀπόρθητον εἶναι τὴν πόλιν ἐκείνην ἔνθα ἂν τοῦτο μένοι πεφυλαγμένον, καὶ ἄσυλον· χαρίσασθαι δὲ τοῦτο τῷ Τρωΐ. In commentariis nempe ad Lycophronem: *non*

e coelo decidisse, ait, *sed a mathematico factum.* Et pelle humana obducebatur, si veteribus fides, e quorum scriptis Eustathius ita ad Iliados ζ'. testatur: quod certe magorum ritus sapit; uti & illud, quod ex ossibus Pelopis sit factum, referentibus Julio Firmico de errore profanarum religionum cap. XVI. & Clemente in Protreptico. Id voluit Arnobius adversus Gentes lib. IV. *Quis*, inquit, *ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit? non vos?* Videsis item Isidorum Pelusiotam lib. IV. Epist. CCVII. Mitto quae de urbis Neapoleos effigie olla vitrea inclusa, & Virgilii magi opera fabricata, memorat Arnoldus Abbas Lubecensis historiae Slavorum lib. IV. cap. XIX. & id genus quae huc conferri possent innumera. Sed nugas Ebraeorum, de Baal Tzephon, ab his non ita alienas, dabit tibi caput proximum. Propius autem ad τῶν Teraphim naturam accedunt imagines, quae non solum a syderum positura verum etiam ἀπὸ τῶν προσεδρεύσεων Daemoniorum, & oracula reddere & mala depellere simul putabantur. Προσεδρεύσεις vero ποιῆσαι dicuntur Daemones Michaeli Psello, cum invocati simulacra sibi dicata ingrediantur. Hujusmodi statuarum vetustissima memoria. Hermes ille Ter Maximus in Asclepio, *Ita humanitas, semper memor humanae naturae & originis suae, in illa divinitatis imitatione perseverat, ut sicut Pater ac Dominus, ut sui similes essent, Deos fecit aeternos; ita humanitas Deos suos ex sui vultus similitudine figuraret.* ASCL. *Statuas dicis, o Trismegiste?* TRISM. *Statuas, o Asclepi. Videsne quatenus tuipse diffidas? Statuas animatas sensu & spiritu plenas, tantaque facientes & talia; statuas futurorum praescias, ea quae forte omnis vates ignoret, in multis & variis rebus praedicentes, imbecillitates hominibus facientes, easque curantes, tristitiam laetitiamque pro meritis.* Propius a genuina lectione abest hic locus, uti traduximus: apud D. Augustinum de Civitate Dei VIII. cap. XXIII. aliter se habet; & corruptior est in ea, quae Apuleio tribuitur, versione. Quod *animatas* ait *spiritu plenas*, idem est ac si diceret Daemone sive angelo plenas, id est, ἀγάλματα θείας μετουσίας ἀνάπλεα, sive *divino consortio simulacra plena*, uti Jamblichus eas vocat, adversus quem de eisdem librum conscripsit Jo. Philoponus. Vide Photium Cod. CCXV. Consortium vero illud seu μετουσία, est angelorum seu daemonum, quos nomine ciebant, sacris ad eam rem rite peractis. Innumera sane apud magos angelorum nomina; neque ea a recenti aliquo, aut Honorio illo Thebano, repetunt originem. Plurima occurrunt in apocryphis Enochi, quae ab illustrissimo Scaligero in Notis Eusebianis transcripta. Κεκρυμμένην etiam εἰδωλολατρείαν vocat Synodus Laodicensis ἀγγέλους ὀνομάζειν καὶ συνάξεις ποιεῖν, quemadmodum legimus Codice Canonum C. CXXXIX. Et sub persona impiorum, qui Salvatoris JESU miracula calumniabantur, Arnobius adversus Gentes lib. I. *Magus fuit, clandestinis artibus omnia ille perfecit. AEgyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina & remotas furatus est disciplinas.* Quin nomina angelorum observare jurejurando obstringebantur Essenorum sectae olim initiati, uti scriptum reliquit Fl. Josephus; quos perstrinxit forsan D. Paulus ad Coloss. cap. II. comm. 18. ubi περὶ θρησκείας τῶν ἀγγέλων agit. Nec potes hic non meminisse ritum evocandi tutelares urbium Deos, quem apud Macrobium comperimus. Daemonio autem plenum sentiendum est sigillum illud ligneum ab Apuleio Mago βασιλεὺς dictum, & tacito nomine cultum, de quo ipse Apologia prima. Idem putandum de statuae capite, quod Gerebertus ille Rhemensis primum, deinde Raven. archiepiscopus, & postea pontifex max. Sylvester secundus dictus, a Saracenis Hispaniensibus, idque ad humanae curiositatis satietatem, edoctus, in oraculum sibi conflavit. G. Malmesburiensis de gestis Regum Angliae II. cap. X. *De Gereberto fama dispersit, fudisse sibi statuae caput, certa inspectione syderum, cum videlicet omnes planetae exordia cursus sui meditarentur; quod non nisi interrogatum loqueretur, sed verum vel affirmative vel negative pronunciaret. Verbi gratia, cum diceret Gerebertus, Ero apostolicus? Responderet statua, Etiam. Morior antequam cantem missam in Jerusalem? Non.* Sed responso, de mortis tempore, deceptus est: cogitavit enim ille urbem Jerusalem, oraculum autem sacras aedes sic dictas Romae voluit. Illic, postquam dominico, cui titulus *Statio ad Jerusalem*, pontifex ille oraculi mentem non assecutus sacra celebrasset, misere vitam finivit. Pontifex erat sub Ottone III. anno Chr. DCCCCXCVIII. Ei, ut videtur, Abacum inprimis debemus. A Saracenis enim accepit, & tantus magister per Europam divulgavit. Ita G. Malmesburiensis, ubi arithmeticam, musicam & geometriam illum in Galliam, uti exules, revocasse scribit, subjicitque, *Abacum certe primus a Saracenis rapiens, regulas dedit, quae a sudantibus Abacistis vix intelliguntur.* Cur autem Joannem Papam XV. cum omnium fuerit consensu secundus Sylvester, eum faciat is qui Malmesburiensi imposuit, omnino nescio. Error est manifestus. Quod vero scribit, fudisse eum caput illud, *cum omnes planetae cursus sui exordia meditarentur*, mirum si Phoebus intellexerit. Ubi enim & quae sunt *exordia cursus planetarum?* An voluit, cum omnes simul ab ipso sectionis vernae, quae exordium est zodiaci, momento progrederentur? Certe verna aequinoctii sectio καὶ ἄφεσις τοῦ τῶν πλανητῶν δρόμου καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου priscis appellabatur, uti videre est apud Eusebium in Historia Ecclesiastica lib. VII. cap. XXVI. An de locis singulis planetis in mundi genitura apud vetustissimos astrologos tributis, locus ille potius intelligendus? Nam partem Cancri quintamdecimam in horoscopo collocantes, cuspide scilicet orientali, adeo ut caeteras domus omnes a partibus item decimisquintis auspicarentur, ad veterem thematis figuram, planetas ita disponebant, ut quilibet decimamquintam partem domus suae, in eo themate, obtineret, Luna scilicet Cancri, Sol Leonis, Mercurius Virginis, Venus Librae, Mars Scorpionis, Jupiter Sagittarii, Saturnus Capricorni. Neque sane hae nugae recentiores sunt Petosiride & Necepsone, *quorum prudentia* (uti Julii Firmici verba sunt) *ad ipsa secreta divinitatis accessit.* Etiam hac in re hosce secutos esse ait *Aesculapium*

culapium & Anubium, quibus potentissimum Mercurii Numen istius scientiae secreta commisit. Ita ille in Matheseos tertio, idque ex Μυριογενέσεως Aesculapii. An tunc *exordia sua meditari* dicuntur planetae, cum omnes post retropedationem in secunda (ut astronomorum verbis utar) statione, sive juxta epicyclorum, sive parallaxeon rationem calculum feceris, fierent directi? (quod tamen in luminaria cadere non potest, quae nunquam retrograda) an, cum linea a centro terrae ducta per omnium planetarum orbium centra transiret? Adi sis Censorinum de die Natali, cap. XVIII. Senecam Naturalium Quaestionum libro III. cap. XXVIII. & Nicetam Choniaten in Thesauro Orthodoxae fidei, lib. I. cap. IX. An futilia omnia haec, in quae collimavimus? Nec enim eorum aliquod observatum esse, facile credendum. Facile autem credo, quid verba illa voluerint, nec monachum, qui primus scripsit, intellexisse, nec qui exscripserunt; in queis sunt Florilegus & Ranulphus Cestrensis. Istiusmodi caput ex aere conflatum ab eruditissimo Rogero Bachone est in ore nostratis vulgi, sed non sine injuria in illius mathesin, quam summam & a Daemonum praestigiis puram monstrant satis illius opera, quotquot nos legisse contigit. Et quicquid adversus eum uti magum seu νεκυόμαντιν J. Balaeus, inscitia dicam, an in optimas artes malitia? editione Centuriarum prima satis incogitanter effutierat, id bene monitus omne non modo retractavit, verum in ea, quae tali & tanto viro digna sunt, postrema recognitione etiam prudenter commutavit. Nec, quod hanc vulgi famam adstruat, habent annales nostri. Ex luto ejusmodi quid Oxoniae fictum, & quaedam, quae etiamnum memorantur, fuisse locutum sub Richardo secundo tradunt. Et Joannes Gowerus poeta nostras cl. in Confessione Amantis Robertum Lincolniensem antistitem sub Henrico III. magicum opus simile adgressum, haud accurate satis momento temporis observato, frustra fuisse, scriptum reliquit. Non pigebit meminisse, hoc loco, Jyngas illas Chaldaeorum magorum, seu στροφάλους ἑκατικοὺς, id est, sphaerulas plerumque aut cylindros aureos, Hecates dictos, characteribus variegatos, inclusum continentes sapphirum, & loro bubulo tortos; quos rotantes, Daemonas invocabant. Proprie enim pertinent & ante alia, quae in veterum monimentis occurrunt, ad προσεγγίσεις, quas diximus, seu appropinquationes Daemonum, quae in conficiendis Teraphim etiam maxime in usu, si paraphrasti, quem diximus, & R. Eleazari fides. De iis autem oracula Chaldaica ita praecipiunt, Ἐνέργει περὶ ἑκατικὸν (sic lego potius quam ἑκατινὸν, ut edidit J. Obsopaeus) στροφαλὸν, id est, *Operare circa Hecaticam sphaerulam.* Quid vero fuerit, ad hunc modum, secundum quem nos jam nunc, Michael Psellus explicat, Ἑκατικὸς, inquit, στρόφαλος σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα, διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης αὐτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας· ἣν δὲ στρέφοντες ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις· καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν ΙΥΓΓΑΣ· εἴτε σφαιρικὸν, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅ,τι σχῆμα. Atque hinc capias viri AEgyptii Jyngas, quas narrat Synesius in Encomio Calvitii, & Magorum, quas in περὶ ἐνυπνίων, ad quem librum de hac re consulas licet Nicephorum Gregoram scholiasten. Sphaerulam enim Hecaticam & id genus alia adnotavit: versus autem, quos adducit de Hecates oraculo ad effigiem hujusmodi conficiendam, accepit a Porphyrio, qui illos habet apud Eusebium Proparasc. Evangelic. lib. V. cap. VII. Ideo magis vero Jyngas & στρόφαλον Chaldaeorum non omisimus, ut, in gratiam studiosorum, decantatum illum Rhombum Magicum, ut Propertio dicitur, & ῥόμβον χάλκεον, ut Theocrito, ab his primi, nec futili conjectura, deduceremus. Utrique sane, & Rhombus & Strophalus, instrumenta veneficorum solennia, utrique torti, utrorumque apud Chaldaeos seu Assyrios origo; eidem numini, diverso licet nomine, utrique dicati. A veneficis tortos utrosque non est omnino cur quis dubitet, nisi qui utrosque ignorarit. Hecaticus Chaldaeis initia sua debere se fatetur, in iis quae nos supra; nec minus certe Rhombus magicus, si verba Simaethae strigis apud Theocritum perpendantur, quae edoctam se ab Assyrio hospite profitetur, Ἀσσυρίω πὰρ ξείνοιο μαθοῖσα, ut poeta loquitur in Pharmaceutria. Rhombum item ἐξ Ἀφροδίτης δινεῖσθαι canit, id est, si verbum verbo reddideris, *a Venere gyrari* aut *circumvolvi*. Verum, tam confusis Dearum apud antiquos nominibus, quis non videt, maleficarum hujusmodi Venerem, ipsam fuisse Hecaten? Quod ostendimus infra, ubi de Lilith agitur. Neque enim quis Hecaten a Luna aliam, ne puer quidem, opinetur. Lunam vero sive Isidem βραβεύειν τὰ ἐρωτικὰ, *rebus praeesse amatoriis*, antiquitus scripsit Eudoxus, apud Plutarchum libello de Iside & Osiride. Quod vulgus Veneri, id Lunae seu Hecatae prisci munus tribuebant. Et Hecaten veneficis Deam fere propriam statuebant, & amoris conciliandi praesidem. Hinc Phaedrae nutrix apud Tragoedum,

Hecate triformis, en ades coeptis favens,
Animum rigentem tristis Hippolyti doma:
Amare discat, mutuos ignes ferat.

Neque vero quod ait Theocritus, ἐξ Ἀφροδίτης gyrari Rhombum, interpreteris, quasi illum Venus movere diceretur: non ea mens loci. Perinde autem est, ac si cecinisset, Rhombum ad ritus mysticos a Dea traditos circumverti (id quod voluisse videtur Pindarus Pythionic. Ode IV. ubi Venerem Rhombi memorat inventricem) sive fabricatum esse ad vim Veneream seu Venereum aut Hecaticum Daemonem recipiendum. Uti enim ἐκ Θεοῦ pro *divinitus*, & ἐκ τῶν νόμων pro *juxta leges*, ita ἐξ Ἀφροδίτης pro modo quem observari jussit Dea, aut qui illius sacris rite est observandus, sumitur. Recte igitur & ad rem nostram verba illa interpretatur vetus scholiastes MS. per ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς Ἀφροδίτης κατεσκευασμένος, quasi, dominantibus Venereae potestatis syderibus, & ad ἀστερόεσσαν ἀοιδὴν, ut incantationem magicam vocat Nonnus Panopolita, factum Rhombum inscriptumque voluerit elegantissimus poeta. Scholium illud accepimus ex V. Cl. Danielis Heinsii Theocrit. lectionum cap. VI. Non lac lacti igitur similius, quam Rhombo magico Strophalus Hecaticus. Verum hactenus de imaginibus magicis, quae κατὰ μαγείαν τύποι. Eusebio libro jam citato, & συμβολικαὶ Δαιμόνων μορφαὶ Origeni adversus

versus Celsum IV. appellantur, nimius verba feci, quod non modo τὰ *Teraphim* Syrorum forsan enarrant, sed etiam ab iis suam videntur originem, saltem vetustatem, repetere. Videsis Alex. Trallian. lib. XI. Luciani Pancratem AEgyptium in Philopseude, Porphyrium apud D. Augustinum de Civit. Dei X. cap. XI. Mitto autem hic innumeras illas affanias, quae Hermeti, Marbodio, Thebit, Techel seu autori libelli de lapidibus filiorum Israel attribuuntur; sigilla necnon syderum apud C. Agrippam, Paracelsum, & id genus nugas alias, quae *Talisman* Arabibus vocantur, Judaeis vero Scuta Davidis. De Talisman Arabum (quae eadem sunt quae στοιχεῖα, de queis diximus supra ex Ptolemaeo) Leunclavius in Pandect. Turcic. cap. CXXX. Ubi Apollonio Tyaneo, velut autori, ex Mahumedanorum libris tribuuntur. Certe eadem ipsa τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου τελέσματα vocantur in Responsis ad Orthodoxos, quae Justini nuncupantur. Responsio XXIV. Εἰ Θεός ἐστι δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῆς κτίσεως, πῶς τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύνανται; καὶ γὰρ θαλάττης ὁρμὰς, καὶ ἀνέμων φορὰς, καὶ μυῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς, ὡς ὁρῶμεν, κωλύουσιν. Et videsis quae ibi leguntur caetera. Arabice plerumque scribitur الطلسمات *Talismath*, & vetustum habeo autorem Anonymum Arabice MS. in quo plurima occurrunt de Talismath in urbibus celebrioribus orientis olim collocatis: *Atque omnium*, inquit ille, *horum Talismath* كان صانع الحكم فلغنوس *autor seu artifex fuit Polonus sapiens*, quo Apollonium intelligi puto. Sed autoris in manuscripto nomen ita interpolavit nescio quis, ut etiam فليغوس videlicet *Philippus*, ut videtur, legi posset. Sed haec lectio plane interpola est, ut intuenti liquet. Sed & de Talismath consulas illustrissimum Scaligerum in Literis ad Casaubonum. Sed & quod multa Scaligero vidisse accidit, & studiosam, pro miro quo fuit ingenio, in ea fecisse conjecturam, operae erit pretium summi viri verba subjungere: *Nihil*, inquit, *tam frequens est, quam haec* ἔκτυπα *in gemmis inclusa videre, etiam vetustissima. Ea nemo intelligit, nisi qui facienda curavit: & frustra illis interpretandis opera datur. Quot enim verisimilia dici possunt, quorum nullum mentem eorum aperuerit? Veteres haeretici, praesertim Valentiniani & Marcosiani, multa ejusmodi reliquerunt, quae hodie in antiquariorum loculis asservantur cum eorum Deo* ΑΒΡΑΞΑΣ. Memorant hunc eorum Deum Tertullianus, & Irenaeus Adversf. haeres. I. cap. XXIII. Epiphanius, alii. Mystice etiam observabant, literis vocabuli Ἀβραξάς numeralibus, numerum dierum communis anni, id est, C C C. L X V. contineri. Unde est fortasse quod D. Hieronymus in Amosium, Abraxan eundem esse cum Mithra seu sole tradiderit: temporis enim mensura a motu solis. Ita Nilum etiam Solem dixere, & a ratione sacra, quod Νεῖλος eundem expleret numerum; veteres, inquam, Aegyptii: videsis Heliodori Aethiopicῶn lib. X. & Eustathium ad περιηγητήν. Certe vix dubito, quin amuletum illud ad hemitritaeum sanandum, in quo conscribi debet, ad magorum praecepta, *Abracadabra*, ab Abraxa primum fluxerit. Nominis enim vestigia, in portento illo vocabulorum, satis patent. Et hac me plusquam suadent tot περιάμματα & gemmae elementis ejusdem inscripta nonnunquam repetitis: quorum copiam habes in Gallicis Scaligeri epistolis ad Vazetum. Nec nuperum est inter magos remedium: memorat enim Q. Serenus Samonicus hoc carmine:

Inscribes chartae quod dicitur Abracadabra,
Saepius & subter repetes, sed detrahe summae,
Ut magis atque magis desint elementa figuris
Singula, quae semper rapies, & caetera figes,
Donec in angustum redigatur littera conum.
His lino nexis collum redimire memento.

Praeceptor Gordiani junioris erat Samonicus. Haeretici vero Basilides & Valentinus centum plus minus annos eum anteverterunt, & sub Adriano & Antonino Philosopho, puram religionem inquinarunt. Quid recentiores magi de periapto illo sentiant, dicat Cornelius Agrippa de Occulta Philosophia lib. III. cap. XI.. Et videsis apud Baronium in Annalium tomo secundo plura de Abraxa atque ectypis Basilidianorum, aut in addendis ad extremum tomi undecimi. Nos forsan plura hic quam par erat diximus, quae tamen, cum ab imperito non solum vulgo, verum & multis qui literis nomina dederunt, satis recondita fuerint, & prolixius narravimus, & ab ingenuis gratiam ingenue speravimus, & τῷ παρέργῳ ita ἔργον adauximus. Restat ut de divinationum superstitiosarum generibus paucula nec vulgo trita fidem liberantes subjungamus. Astrologiam, sortilegia, auguria, veneficia, & insomnia consulto praeterimus. Tria alia, quae magis ad usitatum illum τῶν Teraphim sacrandorum morem aut attinere possunt, aut eum forte quadantenus explicare, breviter ostendimus. Ea sunt, τὸ אוב *Ob*, & ידעני *Jideoni*, & *Mortuos consulere*. De Ob & Jideoni Moses Levit.XX. comm. 6. ubi pluraliter *Oboth* & *Jideonim* habes; de utrisque & Mortuis Deut. XVIII. com. 11. *Ob* vertunt plerumque *Pythonem*, seu *Magum*. Verum *Ob* spiritus erat seu daemon, qui ab immundis, & quae honeste non possunt nominari, partibus, nonnunquam a capite seu axillis, sive arioli sive mortui, summissa voce, & quae ex telluris cavitatibus videretur egredi, nec audiri sed a consulente duntaxat mente concipi posset, responsa dabat. Ita Moses Mikotzi in Praeceptis Neg. XXXVIII. Rambam in Jad Chazeka part. עכ"ום cap. VI. Paulus Riccius ad Mandat. Neg. XXXVI. ex libro Sanhedrin, qui est quartus quarti ordinis operis Talmudici. Et videsis historiam de Samuelis defuncti specie Sauli repraesentata a foemina, cujus ex obscoenis Ob loquebatur, aut loqui creditus est, in I. Sam. cap. XXVIII. Foeminam, sive Pythonissam, seu, ut LXX. vertunt, γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον illam Scriptura nuncupat אשת בעלת אוב *Esheth Baalath Ob*, id est, *mulierem habentem Ob*. Et Saul, *Divina*, inquit, *quaeso, mihi*

li in Ob, quod Seniores ita efferunt, Μάντευσαί δή μοι ἐν τῷ ἐγγαστριμύθῳ. *Ob* igitur hic ipſe ſpiritus ventriloquus. Pythoniſſa autem ipſa ſive ariolus, id eſt, *Baal* ſeu *Baaleth Ob*, hoc nomine nuncupatur. Saepiſſime autem ἐγγαστρίμυθοι vertitur τὸ אובות in Seniorum verſione: ſemel vero οἱ ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντες, ſeu *qui ex ipſa tellure ſonum reddunt*, ut Jeſaiae cap. XIX. comm. 3. Hujuſmodi ſacris qui initiabantur, tenebant manibus שרביט של הדס, id eſt, *virgam myrteam*, & ſuffumigabantur: ita R. Moſes Ben Maimon in Jad Chazeka part. עכו״ם cap. VII. Rituum autem locum fuiſſe mortui ſepulcrum vult R. Abraham Ben David. *Jideoni* autem aiunt, eſt ariolus qui oſſe animantis, ידוע dicti, in os ſuum poſito, futura doceret, & quaerenda ſolveret. Animal autem ſcribunt illud neſcio quod *Jadoa* fuiſſe, cui humana undiquaque figura, ſed quod ad funem cujuſdam radicis ligatum a primo ortu perpetuo haereret vivum, donec, qui ob innatam ejus ſaevitiam propius accedere minus ſunt auſi, ſagittis conficerent. Has, apud Ebraeos, nugas habent nugaces, & Codex Talmudicus & Rabbi Simſon apud R. Moſen Mikotzi Praecept. Neg. XXXIX. Verum ſaniori quis judicio a ידע, id eſt, *ſcivit* ſeu *novit*, *Jideoni* deduxerit: & ut δαίμονες dicuntur, quod ſint δαήμονες, id eſt, *ſcientes*, uti vult Plato, ita *Jideoni* appellati, quod fuerint ידעים *Jodaim*, id eſt, futurorum conſcii. Subſtituunt enim Graeci interpretes pro *Jideoni* ἐπαοιδοὺς & τερατοσκόπους in Pentateucho. Verum IV. Reg. cap. XXI. comm. 7. ubi Manaſſes rex Ob & Jideoni reſtituit, ita vertunt, καὶ ἐποίησε θελητὴν καὶ γνώστας, id eſt, *& fecit* θελητὴν *& ariolos*, quis non videt illos hic a ſcientia futurorum *Jideoni* dictos & pluraliter voluiſſe? Tam etiam *Jidionim* quam *Jidioni* habet Scriptura, unde palam eſt plurale vocabulum eſſe: γνῶσται autem a γινώσκειν, quod ידע interpretatur. Unde etiam Arabs Erpenianus Levit. cap. XX. comm. 6. & Deut. XVIII. comm. 11. pro ידעני العرّافـ quod γνώστας plane ſonat, ſubſtituit: ſed vero quamobrem *Ob* per θελητὴν reddunt? Heſychius; Θελητὴς, προαιρετικός: hoc autem eum qui certo animi propoſito rem aliquam adgreditur denotat: verum quomodo τῷ *Ob* ſic foret ſatis congruum nullus video. An quod *Ob* Ebraice אוב exaretur, ideo ac ſi ab אבה *Abah*, quod θέλειν ſignificat, deduceretur, in θελητὴν vertebant? haereo. Arabi Erpeniano in Pentateucho pro *Oboth* المستوبين uſurpatur. A mortuis autem & expectabant, ut per inſomnia, de rebus quas ſciſcitabantur, juxta ſepulcra pernoctantes fierent certiores, & Pythoniſſarum ope etiam evocatas eorum ſpecies, uti de Samuele traditur, conſulebant. Tria haec quae diximus voluit Rabbi Moſes Maimonides in More Nebochim part. III. cap. XXX. ubi de idolorum cultus & artium ſuperſtitioſarum origine: *Tunc etiam*, inquit, *ortae ſunt opiniones & ſententiae, & inventi ſunt ex eis* (hoc eſt, ex Zabiis, ſeu Chaldaeis) *augures, & magi, & divinatores, & ſortilegi, & inquirentes Ob & Jideoni, & requirentes Mortuos.* Adi porro Theodorum Balſamonem & Zonaram ad Synodi in Trullo Canonem LXV. ubi de divinandi hiſce generibus habentur nonnulla.

CAP. III.

BAAL TZEPHON, *quid ſecundum Rabbinos. Oppidum erat aut urbs. Nominis in rationem conjectura. Ezechiel tragoedus.*

SUB exitum Iſraelitarum ita hiſtoria ſacra Exod. XIV. comm. 1. *Locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, ut redeant & remaneant ante Pi Hiroth, inter Migdol & inter mare, e regione Baal Zephon, atque contra ipſum caſtra ponant juxta mare. Nam dicet Pharao de filiis Iſrael, Irretiti ſunt in terra, concluſit eos deſertum*; ſic Munſterus: ubi pro *irretiti ſunt* Ebraica veritas habet נבכים *Nebuchim*, hoc eſt, *perplexi* ſive *ambigui*, ut neſciant prorſus quo ſe vertant. LXX. reddunt, πλανῶνται οὗτοι ἐν τῇ γῇ· συγκέκλεικε γὰρ αὐτοὺς ἡ ἔρημος, id eſt, *vagantur in terra*; *concluſit enim eos deſertum.* Hic ſcribunt, dicam? an ſomniant, Ebraeorum magiſtri Baaltzephon idolum, ſive κατὰ μαγείαν τύπον, fuiſſe a Pharaonis magis ad coeleſtium corporum poſituras fabricatum, & juxta ſinum Arabicum collocatum, obſervandi & retinendi utique Iſraelitas, irretiendi, & a deſtinata divinituſque data profectione avertendi vim habens magicam. Ideo paraphraſis illa, Jonathani tributa, טעות צפון *taighoth tzephon*, id eſt, *idolum tzephon*, vocat, atque ita Targum Hieroſolymitanum. Et Arabi صنم صفون dicitur, ſeu *imago* ſeu *ſimulacrum tzephon*; Erpenianae ſcilicet editionis. Sed in codice Arundelliano MS. unicum eſt vocabulum, بعلصفون *Baaltzephon*, uti etiam apud Seniores, quos plerumque ſequitur interpretationis illius Arundellianae autor. Aben Ezrae, qui in commentariis ſuis aſtrologiam, & quae inde pendent, divinis haud ſatis pie miſcere ſolet, fabulam iſtam inprimis debemus: habet & Paulus Fagius in Chaldaeam Exodi paraphraſin. Verum ex male intellecta, Scriptura, & fanatica Judaeorum in ambiguis interpretatione, nugamentum illud primum emanaſſe videtur. Nec piguit tamen in Syntagma noſtrum de erroribus impiorum etiam & hunc magiſtrorum errorem retuliſſe. Baaltzephon autem urbs ſeu oppidum erat: vide Num. cap. XXXIII. comm. 7. ita & Baal I. Paralip. cap. IV. comm. 33. De Baal nos plurima inferius. Recte igitur urbs dicitur Ezechieli tragoedo, in Ἐξαγωγῇ Iſraelitarum, ſub perſona nuncii AEgyptii,

Ἔπειθ' ὑπ' αὐτοὺς ἤλθομεν παρεμβολῇ,
Βεελζεφὼν τις κλήζεται πόλις βροτοῖς.

Multa ejuſdem poetae legas apud Euſebium προπαρασκ. lib. IX. & Clementem Alexandrinum Stromat.

Stromat. α. Scribitur בעל צפן quod forte *Baal Septentrionalis* interpretabatur. צפון enim illam mundi plagam denotat. *Tzephon* autem a צפה petunt qui Ebraeos hic ſequuntur, quod eſt *obſervare* ſeu *ſpeculari.*

C A P. IV.

Vitulus Aureus, *bos fuit, ſeu juvencus. Interpolata Vituli hiſtoria aſſaniis Mahumedicis. Latina Alcorani verſio emendata. Aſcemeli, Aſcemeri, Sameri, quid in nugis de Vitulo Mahumedicis. Locus in Geographo Nubienſi inſignis explicatus. Eum item Mahumedanum fuiſſe, aſſeritur :* لامساس *apud eum, ubi de Samaritanis loquitur, inſulae rubri maris incolis, quid, & unde natum. Carnem & ſanguinem habuit Vitulus, ſecundum Mahumedanos. Diſtinctionis litera P. in Latina Alcorani verſione, unde ortum. Apin ſeu Mnevim AEgyptiorum in eo cultum credidere veterum nonnulli. Caput Vituli. Netos. Macrobius emendatus. Apis conceptus, genitus : ejuſdem* γνωρίσματα *an in Aureo Vitulo. Macario lux. Convivium, chori, & id genus alia in Apidis inventione : eadem fere celebrabant Iſraelitae. Apis merſus, ita & hic Vitulus. Statius explicatus. Vitulus non fuit Apis aut Mnevis ; potius Bos deauratus in Oſiridis* ἀφανισμῷ *&* εὑρέσει *oſtendi ſolitus. Jeroboami Vituli duo. Ebraeorum de iis hiſtoria. Feſtum quod ille inſtituit, an in* XVII. *menſis Athyr, id eſt,* ἀφανισμὸν *Oſiridis, cadere potuerit. Ad eam rem, temporum calculus. AEgyptiorum dies feſti per totum annum poſt multa ſecula vagabantur. Anni eorum aequabilis vetuſtas. Ordo Menſium Ebraeorum. Chori & Convivium in deſerto quo menſe. Oſiris unde dictus. Siris, Melo & AEgyptus, nomina Nili, idem ſignificant. Aeria unde AEgyptus dicta. Lux Symmacho. Sirius ſol dictus. AEgyptius Jupiter. Oſiris, ſub exitu, Numen AEgyptiorum ; & Omphis dictus. Boves & Oves ſub id tempus Dii ; aut Diis dicabantur. Boves utriuſque ſexus. Quarum AEgyptii eſu carnium abſtinebant. Quid Feſtum Domini in hiſtoria ſacra Vituli. Adonai. Oſiris. Non adhuc expiata illa idololatria, ſecundum Judaeos. Ex quot talentis auri Vitulus conſtiterit, juxta ſententiam aliquot Ebraeorum. Talentum Ebraicum. Commentum de Barbarum aurearum originatione.*

AEGYPTIA ſuperſtitione inquinatos Iſraelitas Vitulum aureum coluiſſe certum eſt. Bovem, ſi vis, aureum appelles licet : tametſi enim עגל *Eghel* habeat Ebraica plerumque veritas, quod μόσχον reddunt LXX. & *vitulum* Latini ; nihilominus tam שור *ſchor*, id eſt, *bos*, quam עגל ſeu *vitulus* vocatur Pſalm. CV. comm. 21. ubi paraphraſtes metricus Apollinarius,

> Ἐν δ᾽ ἄρα Χωρήβῳ κεραελκέα Μόσχον ἔτευξαν.

κεραελκὴς μόσχος bos fuerit neceſſe eſt. Etiam dicto Pſalmo שור אכל עשב *bos qui herbam depaſcitur*, expreſſe dicitur. Ubi tamen etiam pro שור Arabs habet عاجل* quod ipſum Ebraicum eſt pro *vitulo* vocabulum, & Seniores μόσχον. Etiam *vitula* apud Virgilium juvenca eſt, ubi Dametas,

> *Ego hanc vitulam (ne forte recuſes,*
> *Bis venit ad mulctram, binos alit ubere foetus)*
> *Depono.*

Mitto Jonathanem, qui Hoſeae cap. XIII. pro עגלים *ahgalim*, quod plerumque *vitulos* interpretatur, ſubſtituit Chaldaice תוריא *thoraia*, id eſt, *boves*. Accedit vero, quod Herodotus celebratiſſimum illum AEgyptiorum bovem, Apin (ut D. Athanaſius adverſus Graecos, alii) μόσχον nominat. Sacram de hoc vitulo hiſtoriam, quae in Exodi capite XXXII. legitur, nugis ſuis atque deliramentis auxit Mahumedes in Azoara XXX. ut Latini codicis numeri ſe habent, at XX. in Arabici. *Moſes cur citius ſua gente, veniſſet* (ita illic legitur) *a Deo rogatus*, inquit, *Illa quidem me ſubſequitur. Ego vero te annuente praecedens, tuam adoptavi faciem. Ipſe tamen, Deo dicente, quod propheta ille vel artifex Aſcemeli poſt diſceſſum ſuum gentem ſuam errare fecit, reverſus eſt, non minimum iratus ſuae genti, & eam increpans, dicendo, O gens, quare placitum bonum vobis a Deo propoſitum mentiti eſtis ? An ſtudetis iram incurrere divinam ? Illi vero reſponderunt ; Non ſponte tranſivimus. Sed nobis quoddam ex ornatibus popularibus fabricare praeceperunt ; cui praecepto nobis faventibus, Aſcemeli taurum fudit, corporeum, emittentem mugitum, & dixit eum veſtri Moyſique Deum eſſe ; quod ipſe tamen oblitus eſt. Nonne videre poterant ipſum impotentem verbum quodquam reddere, vel eis prodeſſe vel nocere poſſe ? Saltem audiſſet Aaron praemonentem dicentemque*

centemque: Vos per eum decepti, me ſequamini, mea praecepta faciendo, quod Deum Dominum noſtrum adorando facietis. Illi vero reſponderunt, ſe nullatenus hoc dimittere, priuſquam Moyſes revertetur. P. *Moſes itaque reverſus percontatus eſt Aaron, cujus prohibitione eum minime ſecutus ſit, ſuumve mandatum non compleverit? Cui ipſe taliter reſpondit, Tu matris meae proles, nec barbam neque capillos avellas mihi timenti te dicturum, quoniam eos ſecernerem tuumque verbum minime complerem. Ille deinceps ad Aſcemeli converſus, quid praecepiſſet quaeſivit. Qui reſpondit, ſe nequaquam aceris viſum vidiſſe. Unde ego de prophetae veſtigiis manu mea clauſum, quoniam hoc bonum videbatur, injeci. Injunxit itaque Moyſes, ut quamdiu viveret Aſcemeli peregrinaretur, nec cujuſquam communione potiretur: ſicque terminum nullatenus mendacem expectans, illum ſolum Deum conſideret, cujus nullus eſt terminus, praeter quem non eſt alius Deus, cujus ſcientia complectitur omnia. Deum etenim illum conflatum comburemus, vel diminutum in mare projiciemus.* Codex item Latinus penes me manuſcriptus, nec Roberti illius Angli interpretis aevo multum recentior, haud aliam fere exhibet hic lectionem, praeterquam quod pro *aceris*, *a ceteris* ibi habetur, adjecta in margine hac notula, *ſcilicet rem quam non vident ceteri* (quod loci Arabiſmo ſatis conſonum eſt, modo particula negativa in verſione expungatur, *ſe ſcilicet vidiſſe quod non vident alii*) & ubi primum Aſcemeli memoratur, nudo memoratur nomine, nec *propheta* vel *artifex* vocatur, uti nec vocatur in Arabico. Sed in margine codicis MS. adnotatur, *Aſcemeli profeta ille vel artifex*, unde in ipſum orationis textum proculdubio irrepſit. Aſcemeli igitur hic fit ipſe Vituli autor ſeu artifex, & Moſis ſententia hominum communione privatur. Sed *Aſcemeli* verbum ibi plane nihili eſt. In variis lectionibus emendatur, & *Aſchemeri* legendum monetur; quod propius abeſt a vero. Vocabulum enim quod in Arabico habetur pro eo, eſt السّامري *Alſameri* aut *Sameri*; quod id ipſum non alia notione occurrit apud Geographiae Nubienſis autorem in parte quinta Climatis ſecundi. De inſulis Rubri maris locutus, *Inter has etiam*, inquit, *eſt inſula Samerei* (السّامري) *quam colunt populi Judaei Samaritani, quorum teſſera eſt, ut dicat quis ex ipſis, cum aliquem offenderit,* لامساس *Lameſas; & hac dictione deprehenduntur eſſe ex Judaeis* المنسوبين الي السّامري صاحب العجل في زمن موسي عليه السّلام *qui*, ſcilicet, *deſcendunt ex Sameri autore Vituli tempore Moyſis, cui ſalus.* Ita nempe vertunt illum locum integrum Gabriel Sionita & Joannes Heſronita, aliter atque Joſephus Scaliger, in ſeptimo de Emendatione Temporum, pag. 622. qui reddit, *quod ipſi ſint ex iis Judaeis, qui cognominantur Samaritae, complices Vituli in ſeculo Moſis, ſuper quem ſit pax.* Adeo ut السّامري pro gente Samaritarum hic accipiat, & τὸ صاحب eos velut Vituli cultus ſocios, Moſis ſeculo, fuiſſe innuere putet. Sed quid hoc eſt, Samaritas Moſis ſeculo Vitulum adoraſſe? صاحب autem non *ſocium* modo aut *comitem*, ſed & *praefectum*, *autorem*, & *magiſtrum* ſignificat, unde Gabriel & Joannes recte *autorem Vituli* pro صاحب العجل ſubſtituere, & pro السّامري *Samari*, autoris ſcilicet, quem intelligit Geographus, nomen atque, ut ipſe intelligere videtur, proprium; quod non aliunde, puto, hauſit, quam ex hac Alcorani Azoara & Mahumedica Vituli aurei, id eſt, fanatica hiſtoria. Unde nec levis eſt conjectura, eum potius Mahumedanum fuiſſe, uti autumat V. Cl. Iſacius Caſaubonus in Notis ad D. Gregorii Nyſſeni epiſtolam ad Euſtathium, Ambroſiam & Baſiliſſam; quam Chriſtianum, quod aſſerere nituntur ejus, in praefatione, interpretes. Nam locus nimirum hic unicus, quo eum Alcorani hiſtoriolam hanc, hoc ſenſu, amplexum fuiſſe deprehenditur, multum praeponderat paucis illis, quibus non ſine honorifica aliqua mentione CHRISTUM & Beatam Mariam Virginem, adjectis videlicet السيّد & السيّدة * id eſt, *Domino* & *Domina*, memoraſſe obſervatur. Certe honor ille ſatis frigidus eſt. Et tralatitium eſt, Mahumedanos Chriſtum Jeſum honorifice ſane memorare. Sed Chriſtianus aegre tuliſſet, vel non tuliſſet omnino, ut ſibi quid ita excideret, quod adeo Mahumediſmum ſaperet, imo plane profiteretur. Nam & ſententiam illam Moſis fictam, qua Sameri hominum communione privatum in Alcorano narratur, manifeſtiſſime porro agnoſcit Geographus; atque ea omnino nititur inſularium nominis, quam affert, originis ratio. Eam nempe petit a loquendi illa formula لامساس la meſas, *Non attingas, contactus ſit nullus, communio nulla*; quae ipſiſſima ſunt vocabula in Alcorano, quibus lata eſt illa ſententia. Ergo etiam Alcorano, ni fallor, ut Mahumedanus ibi fidem habuit, & ſententiam illam, unde tota originationis vis pendet, veram fuiſſe cenſuit. Sed ego ſane etiam in ipſo Alcorano nullum omnino ſive prophetam ſive artificem Sameri aut Alſameri dictum, ut nomine proprio, autumor, neque hic τὸ السّامري aliud eſſe quam appellativum, idque ipſius Aaronis, atque in ipſum Aaronem ſententiam illam latam eſſe voluiſſe impoſtorem illum, qui nequiſſime ſacram illam interpolavit, & ſuo more, conſpurcavit hiſtoriam. Cuſtos enim ſeu praefectus erat populi Aaron, dum Moſes in monte Sinai agebat, & appoſitiſſime ſic nuncupandus. السّامري autem *cuſtos* eſt ſeu *praefectus*, ab Ebraico שמר, unde & *Samaritae*, patribus aliquot *cuſtodes* & φύλακες interpretantur, de qua re compluria affert illuſtriſſimus Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis. Et ſcimus Aaronem autorem

autorem seu Vituli artificem fuisse. Adeo ut ubi interpres *Ascemeli*, pro *Alsameri*, velut nomen proprium, substituit, ibi *custos ille* seu *praefectus*, quo nomine Aaron ipse intelligendus est, legendum. Verba illa, fateor, *Saltem audisset Aaron praemonentem dicentemque*, *Vos per eum decepti me sequamini*, apud interpretem illum Robertum, uti etiam illa, *Ille deinceps ad Ascemeli conversus quid praecepisset quaesivit*, aliam, praeter Aaronem hic intelligi personam innuere videntur. Sed in prioribus illis verbis, *audissent* dici debuerat, & ad illa *nonne videre poterant* pluraliter dicta in praecedenti periocha, juxta mentem interpretis, referri; & scilicet utrumque de *gente* etiam, pro Israelitis, pluraliter accepta caperetur. Nam in Arabico pro *saltem audisset Aaron praemonentem dicentemque*, habetur duntaxat ولقد قال لهم هرون من قبـــل *Et sane dixerat illis Aaron antea!* Et *per eum* in versione plane *per Vitulum* est. Quod ad alterum versionis locum attinet, quo ad aliam se Mosem convertisse personam indicari videtur, Arabica contrarium prorsus docent, quae tantum haec sunt, قال فما خطبك يا سامري *Dixit, Quaenam ratio tua, o Sameri*, nempe, *o Custos*. Aaronem scilicet interrogat, quaenam esset ratio ejusce quod proxime responderat. Aaron igitur & الســـــامـــــري iidem ipsi impostori fuere, nec duae personae. Sed & fortasse ipse Geographus Arabs, aut ii quos de insularibus illis consuluit & de eorum origine, Aaronem per *Sameri* ibi intellexerunt. Nam alibi etiam edocemur Cuthaeos sive Samaritanos, quotquot scilicet sacris praesunt, ipsius Aaronis posteros se venditare, & alterius cujuspiam familiae conjugia respuere, quae male, puto, intellecta & Alcorani de لا مساس hoc in loco nugis mixta, & notissimum Samaritanorum in Judaeos odium peculiare, quo eorum & tactum & consortium fugiunt, ad omnes advenas perperam tractum, in causa (ita sane veri est simile) fuere cur Vituli autorem, Aaronem nempe, etiam gentis autorem fuisse scriptum fuerit. De Samaritanis Benjamin Tudelensis in Itinerario, *Cuthaei habent sacerdotes ex posteritate Aaron in pace quiescentis; qui cum nullis aliis connubia conjungunt, nisi cum familiae suae feminis aut viris, ut genus impermixtum conservent; appellanturque vulgo ibidem* (*in Samaria*) *Aaronitae. Veruntamen sunt ministri & sacerdotes legis illorum Samaritanorum.* Caeterum quid illud apud Alcorani interpretem, quod supra occurrit, *Unde ego de prophetae vestigiis manu mea clausum, quoniam hoc bonum videbatur, injeci?* Periocha est nullius sensus, uti & quamplurimae apud eundem aliae. Pro ea vero habet Arabs فقبضت قبضة من اثر الرسول فنبذتها وكذلك سولت لي نفسي* id est, *& sumsi* [manu] *pugillum vestigii nuncii* seu *prophetae, & projeci eum, quemadmodum suggessit mihi anima mea*; scilicet قبضة من تراب اثر الرسول *pugillum e pulvere vestigii prophetae*, uti ibi scholiastes; quem bibliothecae Cottonianae debemus. Prophetam autem seu nuncium illum scholiastes ille Gabrielem fuisse ait, decantatissimum illum Muhamedis angelum. Ita sensus tandem erit grammaticus, sed ridiculus interea & fanaticus. Ex pulvere nimirum vel luto, quod presserat Gabrielis planta, velut e matrice ad aurum liquefactum excipiendum primo formata, natum esse Vitulum. Azoara item XVII. Vituli hujus mentio. Sed ut in loco, quem supra adduximus, *corporeus*, *emittens mugitum* dicitur, ita hic *sonitus stertentis emittens*. Sed in Arabico habetur عجلا جسدا له خوار in utroque loco, quod sonat *Vitulus corporeus cui mugitus*. Vitulum scilicet vivum fuisse somniant Muhammedani, quod ex horum vocabulorum interpretatione, apud scholiastem elicitur. Nam جسدا expresse interpretatur pro eo *quod habet carnem & sanguinem*, sive, uti ejus sunt verba, بدنا لحما ودما quae idem significant; idque ad utramque Azoaram. In hac vero, quae exemplaribus Arabicis septima est, ubi de Vitulo verba fiunt ab Israelitis ficta, autorem ejus seu fusorem Sameri facit, ut Geographus ille. Antequam autem a Mahumedicis hisce ineptiis jam discedamus, etiam de litera *P*. sexcenties, ut supra, in Alcorano Latine edito, occurrente aliquid dicere non erit ita intempestivum. Doctiss. Erpenius ad Josephi patriarchae Historiam ex Alcorano typis mandatam, *Interpres*, inquit, *Latinus non nisi post decimum quemque versum distinctionem adhibet, adscripta litera* P. *Id ex eo natum est, quod Arabes in majores Alcoranum particulas secantes denis quibusque versibus postponunt* ع *primam literam vocis* عشر *quae decem significat, & e regione ejus in margine quoque ut plurimum collocari solet. Cur autem interpres maluerit* P. *quam aliam usurpare literam, equidem ignoro, nisi forte Hebraeos imitari voluerit, qui literam* Pe *sectionibus Pentateuchi distinguendis adhibent, quod ea prima illius vocis litera sit quae, sectionem illis denotet.* Atqui ubi impressi codices Latini habent, ad hujusmodi sectiones designandas, literam *P*, in codice, quo utor, manuscripto eoque pervetusto, figura semper reperitur alia, ex ipso ع per librariorum, puto, sive incuriam sive ignorantiam, nata, quae hujusmodi est ϒ. Atque ea demum ut in *P*, apud typographos, quibus ejusmodi figura in forulis non erat, transmigraret, nemo non videt. Sed hoc obiter. Ad Vitulum aureum redimus. Ejus cultum ab Api Aegyptiorum initia traxisse sentiunt veteres aliqui. Lactantius de Vera Sapientia cap. X. *In luxuriam prolapsi, ad profanos Aegyptiorum ritus animos transtulerunt. Cum enim Moses dux eorum ascendisset in montem, atque ibidem* XL. *dies moraretur, aureum caput Bovis, quem vocant* Apin, *quod eis signo praecederet, figurarunt.* Tantundem

tundem de Jeroboami Vitulis D. Ambrosius in epistolae ad Romanos caput primum. Alii similiter. Quamobrem vero caput Vituli Lactantius dixerit, perinde nescio ac cur nunc asinum, nunc asini caput, uti pro Numine habitum, priscis Christianis & Judaeis impii exprobrarent. Certe Optatus item Milevitanus lib. III. *Temporibus Mosis populus Israel caput Vituli coluit.* Tertullianus lib. adversus Judaeos, *Cum ex monilibus foeminarum & annulis virorum aurum fuisset igne conflatum, & processisset eis bubulum caput.* Meminit etiam Vituli caput D. Ambrosius lib. I. de Poenitentia cap. VI. item Ruffinus ad Amosium libro primo: alii. Ita & D. Hieronymus, qui ad rem quam tractamus, maxime, *Videntur*, inquit ad cap. IV. Hoseae, *idcirco mihi populus Israel in solitudine fecisse sibi Vituli caput, quod coleret, & Jeroboam filius Nabat Vitulos aureos fabricatus, ut quod in AEgypto didicerant,* Ἄπιν & Μνεῦιν, *qui sub figura Boum coluntur, esse Deos, hoc in sua superstitione servarent.* Si omnes de Apide nugas velis, & de Mnevi, adeas Strabonis lib. XVII. Plinii hist. VIII. cap. XLVI. Solini cap. XXXV. Melae I. cap. IX. Ammiani Julianum, Suidam, Spartiani Adrianum, Diodori Bibliothecae I. Herodoti Euterpen & Thalian, Luciani περὶ θυσιῶν libellum, & Macrobii Saturnaliorum I. cap. XXI. ubi Taurus Heliopoli consecratus *Netos*, obliquo casu *Neton*, vocatur: sed librariorum ab incuria erratum est. Codex Macrobii MS. & vetustissimus in instructissimo antiquitatis thesauro viri tam studiis quam natalibus clarissimi Roberti Cottoni, habet *Neuton:* sed legendum Μνεῦιν, quod in *Neuton*, scriptorum lapsu, facile mutabatur. Soli Mnevim, lunae Apin sacrum scribunt. Nonnulli & Apin solis fuisse imaginem. Erat autem Apis non coitu pecoris, ita nugabantur, sed coelesti igne seu radiis lunaribus conceptus (hoc est, quod ait Plutarchus, ὅταν φῶς ἐρείσῃ γόνιμον ἀπὸ τῆς σελήνης, καὶ καθάψηται βοὸς ὀργώσης) colore nigro, quadrato in fronte candore, macula dextro lateri ingenita, & corniculantis lunae imaginem referente conspiciendus. Perpendant qui Apin in Vitulo intelligunt, utrum Aharon aliquod horum γνωρισμάτων stylo suo formaverit. *Et formavit aurum cum stylo*, ait Moses, nimirum יצר בחרט *jatzar bacheret*, id est, *graphio figuravit*, sive, ut habent LXX. ἔπλασεν ἐν τῇ γραφίδι. Idolum fuisse conflatile constat; nec facile intelligas quid stylo fecerit, nisi notas Apidis, aut ejusmodi quid insculpserit. Rudem massam inprimis conflatam volunt Ebraeorum nonnulli, inde vituli figura, scalpelli seu styli opera, donatam. Magorum ars, eorum scilicet qui ex AEgyptiis proselyti erant, aliis hic latere videtur. Etiam ipsum ignem ex auro liquefacto vitulum formasse, putarunt nonnulli Ebraeorum, verbis commatis 24. capitis XXXII. Exodi persuasi, uti & Macarius AEgyptius, ni fallor, in Homilia XI. Ὥσπερ inquit, ἐμιμήσατο τὸ πῦρ τὴν προαίρεσιν αὐτῶν. Τοῦτο δὲ θαυμαστὸν πρᾶγμα. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ πρόθεσιν ἐν τῷ κρυπτῷ καὶ τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν ἐβουλεύσαντο εἰδωλολατρείαν, καὶ τὸ πῦρ ὁμοίως τὰ ἐμβληθέντα σκεύη εἴδωλον εἰργάσατο. Quin & daemonum praestigiis, ipsius Apidis partum, fuere qui attribuebant. vide D. August. de Civit. Dei, XVIII. cap. V. Cum etiam inventus Apis solenni pompa Memphim, AEgyptiorum regiam, deduci a sacerdotibus soleret, pueris in sacro illo comitatu carmen honori Numinis gregatim praecinentibus; multumque esset ob natum & repertum Deum & publicum gaudium, & πανδαισία, sive lautissimum convivium, ut scribit Suidas; perpendant insuper sequaces Lactantii hic & D. Hieronymi, verba Mosis Exodi cap. XXXII. comm. 6. *Seditque populus ut manducaret & biberet, & surrexerunt ut luderent*, id est, ut conflatile Numen cantu & choris celebrarent. Idem enim comm. 18. *Non est vox quae resonet fortitudinem, nec est vox quae resonet debilitatem, sed vocem cantantium ego audio*, sive *choros ducentium*, aut ἐξαρχόντων οἴνου, ut reddunt Graeci; nempe comessantium, seu vitulantium; quo vocabulo, hoc sensu, utitur in sacris Varro apud Macrobium. Inventio Apidis, & Vituli festum, en quam analoga! Post aevi spatium in Sacris Libris praescriptum, profundo sacri fontis, id est, Nili, immersus Apis necabatur, nec diem longius trahere licebat. De qua re Papinius Sylvarum III. in Propemptico Metii Celeris:

------ aut quo se gurgite Nili
Mergat adoratus trepidis pastoribus Apis.

Mox alius requirebatur ea, quam diximus, solennitate sacrandus. Passim sunt qui inconsideratius conjiciunt, quam is, qui, in opprobrium immergendi Apidis, Mosem Vitulum *combussisse in igne, contrivisse in pulverem & sparsisse in superficiem aquae* autumarit. Comma 20. dicti capitis, & Deut. IX. 21. consulenda. Et Mosem imitatus Josias rex idolorum cineres, in templo Hierosolymitano a Manasse rege sacratorum, dispergi voluit. Caeterum haec ad patrum mentem adjecisse non piguit. Scimus autem nos Apin & Mnevim summo honore cultos AEgyptiis, Boves utrosque vivos. Hunc aut illum aurea statua denotatos, id vero omnino nescimus; nec quis potis est docere. Non satis congrua sunt argumenta. Deus Apis Bos AEgyptiis; ergo Bos ex auro conflatus ab iis, qui mores imbiberant AEgyptios, Apidis vicem obtinuit. Nec de hac re deliberant diu Israelitae: nec novus proculdubio cultus ille conflatilis idoli: solitos enim ritus, solita Numina usque ad insaniam retinent plerumque superstitiosi. Haud est igitur credibile, quin & in AEgypto, bovem aureum, qui Deus aut Dei symbolum erat, aureus hic Aharonis imitaretur. Aureum hic dico, quod vel ex auro constaret, vel deauratum esset. Magnus autem ille, quem nos hic cogitamus, AEgyptiorum Deus, auratus erat βοῦς ille διάχρυσος in Osiridis luctu seu ἀφανισμῷ & ζητήσει etiam (de quo plura ubi de Thamuz agimus) pulla veste byssina amictus, & ab hierophantis, uti Numinis imago, quatuor diebus continuis (a XVII. mensis Athyr (qui, postquam fixus fuerit annus aequabilis Nabonassari, in XIII. Novembris Juliani incidit) solenniter & palam ostendi solitus: quo de Plutarchus, autor exceptione major, AEgyptiorumque monimentorum callentissimus, libello de Iside. Nec magis ab AEgyptio ritu erat, quod Bovis

vis ferret similitudinem, quam quod auro seu colore aureo esset, insigne Aharonis idolum. In mandatis igitur erat Dei Opt. Max. Exod. XX. comm. 23. *Deos aureos non facietis vobis.* Et cum Jeroboam Ben Nabat, qui diu in Aegypto egisset, juvencos illos in Dan & Bethel collocandos formaret, ex auro eos conflavit; Numinisque patrii memor, *Ecce*, inquit, *Dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra AEgypti.* Vide I. Reg. cap. XII. & Flav. Joseph. Ἀρχαιολογ. VIII. cap. III. de Achabo rege. Et de praerogativa locorum in consessu superum lepide agens Mercurius, Barbarorum, id est, orientalium & AEgyptiorum, Numina plerumque ex auro constare ait, Graecorum autem ex ebore, ligno, & materie auro viliori: jocus est apud Lucianum in Jove Tragoedo. Locum arae Vitulo in Dan sacratae designat Benjamin Ben Jona, in Itinerario; *Non longe*, inquit, a Jordanis fonte nimirum, *locus visitur arae a Jeroboam filio Nabat erectae, in qua Vitulus illi aureus dicatus fuit.* Quamdiu hi Vituli colerentur, & eorum, sive inter manubias sive tributa, deportationem scribere non dubitant Ebraei. Ita in Seder Olam majori part. 11. *Anno vicesimo Phace regis Israel venit Teglath-phallassar rex Assur, abstulit Vitulum aureum in Dan, & ita discessit*: atque hoc eliciunt ex II. Paralip. cap. XXVIII. comm. 21. Et simile sub id tempus factum alteri accidisse tradunt: *Anno*, inquit idem autor, *duodecimo regis Achaz excitavit Dominus Deus Israel spiritum regis Assur, & abstulit Vitulum aureum, qui erat reliquus in Bethel, discessitque.* Id ex Oseae cap. X. probant fieri debuisse: quem locum ita ad Ebraicam veritatem D. Hieronymus vertit, *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariae; quia luxit super eum populus ejus, & aeditui ejus super eum exultaverunt in gloria ejus, quia migravit ab eo; siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi ultori.* Cur nam autem aeditui, id est, *Cemarim* exultaverint, populus vero luxerit, ita pater ille ex Ebraeorum monimentis docet, *Tradunt*, inquit, *Ebraei Vitulos aureos a sacerdotibus furto esse sublatos, & pro his aeneos & deauratos repositos. Cum igitur lugeret populus tempore necessitatis & angustiae, etiam Vitulos aureos* (hoc est, illos ab aedituis seu sacerdotibus substitutos) *inter munera caetera Assyriis regibus, & maxime regi Senacherib, ab Israel rege esse directos, exultabant aeditui, quod fraus eorum nequaquam posset argui vel deprehendi*: deprehensa vero postea fraus literis regi Israel indicatur. Erant qui putabant etiam inter talenta illa argenti a Menahem rege ad imperatorem Assyriorum Phul data, etiam & Vitulos hosce missos. Caeterum vide II. Reg. cap. XXIII. comm. 15. ubi lucus in Bethel succenditur, hoc est, אשרה, quod pro ipso Vitulo non immerito forsan sumas: nam אשרה ligneum plerumque denotat simulacrum, uti in capite de Astarte ostendimus: & fieri potest ut aurei illi dicti Vituli lignei essent, atque inaurati, unde nomen *aureorum* sortirentur: nam & ita διάχρυσος ille AEgyptiorum βοῦς fuisse jam dicitur. De Jeroboamo addit sacra historia, *Fecit quoque Jeroboam solennitatem in mense octavo, in decimaquinta die mensis, in similitudinem festivitatis quae est in Jehuda.* Sed Judaei mense octavo, quem *Marcheschvvan* dicunt (is Novembri Juliano ferme respondet) nullum omnino festum celebrabant. Erat igitur, aiunt nonnulli, profana illa solennitas imitatio scenopegiarum, quae XV. die mensis septimi, id est, Tisri (ad rationem anni Ebraeorum civilis, non naturalis, loquimur) agebantur ex veteri instituto Levitici XXIII. comm. 34. Fateor me hic tam frustra curiosum fuisse, ut diligentius inquirerem, utrum XVII. dies mensis Athyr in anno vago AEgyptiorum & aequabili, id est, CCCLXV. dierum, omisso quadrante, festum nempe illud, quo, juxta vetustissimos ritus, deaurato Bove ostenso, Osiridem plangebant & cum gaudio item inveniebant, & XV. dies Marcheschvvan, festum scilicet a Jeroboamo rege institutum, potuerint concurrere. Calculis autem subductis, non erat annus Jeroboami, in quo mensis AEgyptius Athyr non excurrit mensibus aliquot ante initium Marcheschvvan. Nam durante toto Jeroboami regno neomenia Thoth vagabatur per decadem posteriorem Aprilis, ut putanti satis erit manifestum. Neomenia igitur Athyr, seu primus Athyr dies, ut toto eodem tempore per decadem Julii postremam simili modo vagaretur necesse est, adeoque XVII. dies Athyr in Augustum incideret, nec Marcheschvvan appropinquaret; qui scilicet locum fere τοῦ Phamenoth seu septimi AEgyptiorum mensis tunc occupabat, non Athyr, qui tertius est. Ea enim erat aequabilis anni AEgyptiorum (qui longe antiquissimus aestimatur; &, ne lector quis hisce rebus minus versatus impingat, monemus) ratio, ut nulla neomenia, nullum festum non per totum annum, post CIↃ CD. LX. soles, vagaretur. Die enim ex quadrantibus conflato, qui in anno Juliano intercalatus, quartum annum haud augebant, sed ab eo quintum auspicabantur, ita ut neomenia seu festum, quod in Kalendas mensis Juliani hoc quadriennio inciderit, proximo, Pridie Kal. ejusdem, celebraretur, atque ita retrocederet, donec CIↃ CD. LX. annis exactis ad primum locum rediret: hoc vero ob rationem sacrorum servari voluere, si recte conjectat Geminus astronomus priscus, qui ut festa anticiparent, & per omnes anni tempestates vagarentur, ideo AEgyptios ita suos egisse annos, contra quam Graeci, scribit. Verba ejus sunt, Βούλονται γὰρ τὰς θυσίας τοῖς θεοῖς μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι, ἀλλὰ διὰ πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν διελθεῖν, καὶ γίνεσθαι θερινὴν ἑορτὴν, καὶ χειμερινὴν, καὶ φθινοπωρινὴν, καὶ ἐαρινήν. Et de quadrante seu VI. horis quae excrescunt, Τὸ δὲ τέταρτον οὐκ ἐπάγουσι διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν, ἵνα αὐτοῖς ἀναποδίζωνται αἱ ἑορταί. Exemplum adducit de Isiacis, & Graecorum nonnullos hanc festorum rationem AEgyptiacam non animadvertentes merito reprehendit. AEquabilem autem annum AEgyptiis in usu fuisse diu ante exitum, confirmat id quod ex Manethone sacerdote AEgyptio habet Eusebius in Chronicis; Regem nimirum Aseth, qui trigesimus secundus a Mizraim Isaaci patriarchae aevo regnavit, adjecisse anno dies illos quinque ἐπαγομένους dictos, qui nempe CCCLX. (is numerus annum eorum antea constituebat) additis, aequabilem complebant: quod ideo adponimus, ne omnino futilis, quae ad ejus anni rationem

rationem fit, disquisitio nostra videatur. Caeterum si mensem octavum in historia illa sacra non pro civili sed naturali accipias, hoc est, ut a Tisri numeretur (nam initium anni illinc etiam putatur Exod. cap. XXIII. comm. 16. & alibi) octavus mensis erit Jiar, secundus nempe a Nisan, & in AEgyptiorum Athyr ejusdem seculi incidet. Atque ita potuerunt certe Jeroboami festum, & AEgyptiorum, quibuscum ille nuper vixerat, adinvicem quadrare: festum autem Ebraeorum, de quo in sacro textu, de Paschate potest intelligi, maxime cum illud, *Festum* dici κατ᾽ ἐξοχὴν, jure ante alia debeat; & in quintadecima Nisan, uti scenopegiae in XV. Tisri, esset celebrandum. Sed, cum certum sit, choros illos & convivium Israelitarum in deserto, non in Athyr, qui eo seculo circa finem Octobris Juliani incipiebat, sed in Mesori, aut Epiphi potius, id est, Julio, acta fuisse, non est, fateor, cur accuratius operam in his disquirendis luderemus. Tempus conflati Vituli & convivii, docent Exod. cap. XIX. comm. 1, & 15. & cap. XXIV. comm. 18. Etiam calculum de ipso, quo factus est Vitulus, die habes apud Genebrardum, & Jacobum Salianum in Annalibus Ecclesiasticis ad annum mundi MMDXLIV. numero 580. Sufficiat autem nos indicasse ex AEgyptiorum theologia, aureum illud Numen Osiridis imaginem fuisse. Nec pigeat, quae paucis nota sunt, & huc spectare possunt, pauca de Osiride subjungere. Facessant qui πολυόφθαλμον, ἀγαθοποιὸν, aut simile quid *Osirin* significare obtrudunt. Magnos sane viros Plutarchum & Eusebium diu est quod fefellerint. Osiris certe non solum idem Deus erat cum Nilo, verum ipsa nomina Nili & Osiridis, sublato primo elemento, sunt synonyma. Nam lingua prophetarum שחר *Schichor* est Nilus, ut doctissimi interpretum volunt, quod שחר *Schichri* lingua AEthiopica (ita monet illustriss. Scaliger filius) prolatum in Σεῖρις aut Σῖρις, Graeca scriptione, transmigravit. Dionysius Afer, de Nilo,

Σῖρις ὑπ᾽ Αἰθιόπων κικλήσκεται· οἱ δὲ Συήνης
Ἐνναέται στρεφθέντι μετ᾽ οὔνομα Νεῖλον ἔθεντο.

Et Plinius lib. V. cap. IX. de Nilo, *Etiamnum Siris nominatus per aliquot millia.* Sirin vocabant AEthiopes. Syenes autem incolis Nilus dictus. Atque optime illi qui apud Eustathium barbarum nomen, id est, AEthiopicum, nec quod Graecum etymon agnosceret, esse volunt *Sirin.* Pro Nilo שחר occurrit Esaiae cap. XXIII. comm. 3. & Jeremiae cap. II. comm. 18. *Schichor* Ebraice *nigrum* interpretatur, quod nec futile argumentum est, Nilum eo denotari. Et Graecis enim & Latinis, ab origine Graeca, eodem colore dignoscitur. Inde est, quod olim diceretur Αἴγυπτος, & postea *Melo,* παρὰ τὸ μέλας, id est, *niger.* Ita accipiendum illud, Αἰγύπτοιο διιπετέος ποταμοῖο, apud Homerum veteres fatentur. Sic scholiastes Didymus ad Odyss. δ. Thrasyllus apud Stobaeum serm. πη. Hesychius, Oppianus in Cynegetic. Plin. V. cap. IX. Et *AEgyptus* ibi pro *nigro* sumitur. Vide Scaligerum ad Festi *AEgyptinos,* & Hesychium in Αἰγυπτιῶσαι. Isychius etiam ad Levit. lib. III. & VI. *AEgyptus,* inquit, *contenebratio interpretatur.* Atque ab eodem fonte *Eeria* seu *Aeria,* etiam ipsa AEgyptus terra dicta; quae fluvii beneficium agnoscitur. Ad illud Apollonii Rhodii Argonautic. α.

Ἠερίη πολυλήιος ἀμφὶ Πελασγῶν,

Vetus scholiastes Thessaliam ita nuncupari ait, παρὰ τὸ μέλαιναν εἶναι τὴν γῆν· οὕτω γὰρ καὶ τὴν Αἴγυπτον Ἠερίαν φασίν, id est, *eo quod nigra tellus fuerit: & sic AEgyptum Aerian vocant.* Atque vetustissimum fuisse hoc ei nomen volunt prisci, & antequam *AEgyptus* diceretur. Eusebius in Chronico, sub Mosis tempora, Ῥαμεσσῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ (Armais regis) ὁ Αἴγυπτος καλούμενος ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ξή. Μετωνόμασε τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἥτις πρότερον Μεστραία, παρ᾽ Ἕλλησι δὲ Ἀερία, ἐλέγετο, hoc est, *Ramesses frater Armais, AEgyptus dictus, regnum obtinuit in AEgypto annos* LXVIII. *Regionem a suo nomine AEgyptum, quae prius Mestraea, Graecis vero Aeria nuncupata est, denominavit.* Latinus codex tantum habet, *AEgyptus, quae prius Aeria, ab AEgypto tunc ibi regnante nomen accepit. Melonem* autem Nilum simul vocatum esse, autor inprimis est Sextus Pompeius; *Melo,* inquit, *nomine alio Nilus vocatur.* Tantundem scribit etiam in verbo *Alcedo.* Symmachus lib. I. epist. XIV. ad Ausonium de Mosella fl. quem eximio poemate celebravit, *Nunc tu mihi improviso clarorum versuum dignitate AEgyptio Melone majorem reddidisti.* Nilum intelligit. Tot fluvii & telluris vocabula τὸ *Shichor* sive *Sirin* interpretantur. Unde autem primum *Osiridis* elementum devenerit, conjicere non audeo; nisi Graecorum sit articulus, qui omittitur in *Sirio* Cane, cujus exortu Nili ascensus quotannis fiebat, a *Siri,* id est, Nilo, etiam proculdubio denominato. Idem enim vocabulum perinde ut *Osiris* soli apud priscos tribuebatur. Ita Hesychius, Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Ita vetus scholiastes ad Oppiani Halieutic. III. & Suidas, Σεὶρ, Σειρὸς, ὁ Ἥλιος, καὶ Σείριος. Quod *Osiris* autem sit vox composita, *Siris* simplex, demonstrant illa, *Busiris, Petosiris, Calasiris,* nomina AEgyptiaca. Neque minus vera sunt haec, quam ea, quae ad *Sirin* & *Sirium* explicandos aliis originationibus nituntur, sunt plerumque ridicula. Et Nilum maximum AEgyptiis Deum fuisse passim constat. Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε, ait Parmeno Byzantius poeta apud Athenaeum Dipnosoph. V. Verum si scrupulum quis hic injiciat, non constare satis, utrum vetustissimo illo aevo, & Graecorum & AEgyptiorum, quotquot ad nos durarunt, monumentis multo priori, AEgyptus sacra ejusmodi coleret, etiam & huic dubitationi occurrimus. Solem in Osiride cultum nemo nescit, nisi qui & mythologos vetustissimos nequaquam legerit. Atqui nec recentior Solis cultus, quam ipsa πολυθεότητος, ut in Prolegomenis docemus, origo. Cur igitur quis haesitet, quin constanter sentiat, ab AEgyptiis illis priscis idolorum cultus, ut Graeci decantabant sed falso, parentibus, Osiridem, quo vocabulo solem indigitabant, inter numina habitum. De nomine non disputo. *Osiridem* scio dictum, & *Omphim,* quod nescio quam vere interpretetur Hermaeus apud Plutarchum

chum εὐεργέτην. Sit *Oſiris*, ſit *Omphis*, *Nilus*, *Siris*, ſive quodcunque aliud ab hierophantis uſurpatum nomen; ad unum tandem Solem antiquiſſimum Gentium numen redeunt omnia. Eum deſignant, ejus ſacra in ἀφανισμῷ & εὑρέσει feſtis celebrata ſunt. Nec praetermittendum eſt quod de Oſiride habet Mercurius ille Triſmegiſtus in τῇ Κόρῃ Κόσμου. Oſiris ibi σωμάτων ἑκάστου ἔθνους ἡγεμὼν, καὶ ἰσχύος καὶ ῥώμης καθηγητὴς appellatur; nominibus puta quae ad eum proprie apud AEgyptios ſpectabant. Eum nempe *corporum*, adeoque itinerum, *uniuſcujuſque gentis*, *virium item ac roboris ductorem* eſſe ſive *ducem* obtendebant hierophantae. Idem ipſum etiam Vitulis aureis (qui aut Oſiridis ſymbola, aut ſimulachra erant) agnitum habemus in ſolenni illa formula quam bis memorat, locis ſcilicet ſupra citatis, Sacra Scriptura: *Iſti ſunt Dii tui, o Iſrael* (אשר העלוך) *qui duxerunt te de terra AEgypti.* Ductoris ſeu ducis vis peculiaris & ab Aharone & a Jeroboamo rege, quamprimum Vituli facti fuerint, cantato velut hymno, numini proprio, praedicatur. Ad aſtruendum porro cultum illiuſmodi, atque illiuſmodi ſacra illis ſeculis in AEgypto fuiſſe, accedunt e Sacris Literis argumenta alia non levia. Exod. cap. VIII. comm. 26. *Et vocavit Pharao Moſen atque Aharon, & ait, Ite, ſacrificate Deo veſtro in terra. Et reſpondit Moſes, Non convenit ut ſic agamus: quoniam abominationem AEgyptiorum ſacrificaremus Domino Deo noſtro. Sed etſi ſacrificaremus abominationem AEgyptiorum in oculis eorum, nonne lapidarent nos? Abominationem* hic interpretatur Ebraicum תועבת *thoaghbath*, quod LXX. vertunt βδέλυγμα, quo vocabulo idola etiam ſignificantur. Quid clarius dici poterit, quo apotheoſis boum, ovium, aliorumque animalium adſtrueretur fuiſſe illo aevo & ſub exitu? Et ridicula pene enumerat AEgyptiorum numina Moſes in monitis ad Iſraelitas, quid enim aliud innuit in Deut. cap. IV. *Ne forte perdite agatis, facientes vobis ſculptile & ſimulachrum cujuſcunque figurae, ſimilitudinem maſculi, aut foeminae, ſimilitudinem cujuſcunque animalis, quod eſt in terra, aut ſimilitudinem cujuſcunque avis pennatae, quae volat in coelo, aut ſimilitudinem cujuſcunque reptantis ſuper terram, aut ſimilitudinem alicujus piſcis qui eſt in aquis ſub terra; & ne forte eleves oculos tuos in coelos, & videas Solem & Lunam cum univerſo exercitu coelorum, & impulſus adores atque colas ea, quae diſtribuit Dominus Deus tuus omnibus populis ſub univerſo coelo. Vos autem aſſumpſit Dominus, atque eduxit vos de fornace ferrea, de AEgypto, ut eſſetis ei in populum & haereditatem, ſicut hodie eſtis.* Monuit (ut videtur) de Ibide, accipitre, crocodilo, anguilla, cane, bove, ove, aliis fere omnigenis animalibus in AEgypto cultis. Et quod habet de *ſimilitudine maſculi aut foeminae* (ὁμοίωμα ἀρσενικοῦ ἢ θηλυκοῦ vertunt LXX. ſeniores) ad Boum inprimis ſexus jure mihi trahere videor. Boves enim colebant mares Oſiridi, foeminas Iſidi dicatas; foeminas vero boves ante alia animalia, uti autor eſt Herodotus. Quod in cauſa forſan fuerit, cur Graeci Vitulos illos Jeroboami per δαμάλεις, id eſt, *juvencas*, redderent. Item Geneſeos cap. XLIII. comm. 32. *Non poſſunt AEgyptii comedere cum Ebraeis panem.* Ibi ſubnectit paraphraſtes Onkelos. *Eo quod pecus, quod AEgyptii colunt, Ebraei comedunt.* Vide item Exodi cap. VIII. comm. 26. Ex eodem eſt fonte, quod Herodotus ſcribit, nec virum nec foeminam AEgyptios Graecum aliquem oſculari, non cultro, non veru, non olla eorum uti. Geneſ. XLVI. comm. ult. *Abominatio eſt AEgyptiis omnis paſtor gregum:* & cauſam adnotat R. Salomon Jarchi, *quod pecora iis Dii erant.* Recte ſane, & melius multo quam Aben Ezra, qui eos ab eſu carnium abſtinuiſſe ſcribit, & inde rationem ejus loci nec ſatis apte petit. Verum eſt certe, omnes AEgyptios, Lycopolitanis atque aliis nonnullis apud Plutarchum & Herodotum exceptis, ovilla abſtinuiſſe, ſed non omni carne. Juvenalis Satyr. XV.

----- *Lanatis animalibus abſtinet omnis*
Menſa, nefas illic foetum jugulare capellae;
Carnibus humanis veſci licet----

Conſulas Lucianum περὶ ἀστρολογίας, ubi cultum animalium e coelis ducit ad Aegyptios. Vide, ſi vis, D. Ambroſium epiſt. IV. lib. I. Porphyrium περὶ ἀποχῆς lib. IV. & Artemidorum Onirocriticon lib. I. cap. IX. De vetuſtiſſima bovis item apotheoſi ex veteribus, ita Euſebius, Ἐπὶ αὐτοῦ (regis Aſeth) ὁ μόσχος θεοποιηθεὶς Ἄπις ἐκλήθη. Aſeth ſub Iſaaci tempora regnum obtinuit. Imo in ſecunda poſt cataclyſmum dynaſtia, ſub Choo rege, Apin & Mnevin & Mendeſium caprum in Deos relatos ex Manethone ſacerdote tradit. Satis conſpirant haec, ut animalium cultum exitu longe vetuſtiorem fuiſſe liquido oſtendant. Aharon autem ſolennitatem craſtinam Iſraelitis praemonens fore, חג inquit, ליהוה מחר *chag Ladonai machar*, hoc eſt, *Feſtum Jehovae cras.* Ut idololatris placeret, Dei Opt. Max. nomen ineffabile & proprium idolo attribuit. LXX. ibi ſcribunt, Ἑορτὴ τοῦ Κυρίου. Notum eſt autem tetragrammaton illud a Graecis, juxta vetuſtiſſimum ritum, nunc in Κύριον nunc in Ἀδωναῒ, quod idem Ebraice ſonat, verti: & pro tetragrammato *Adonai* legunt Judaei ex veteri inſtituto: utrum vero tam priſcum fuerit *Adonis Adonidis*, ſeu *Adonei* nomen Oſiridi attributum, affirmare non auſim. Sane *Byblius Adon* vocatur Oſiris, Martiano Capellae; & Auſonius epig. XXIX. in Myobarbum Liberi patris:

Ogygia me Bacchum vocat;
Oſirin AEgyptus putat;
Arabica gens Adoneum.

Ipſique & Adonidi eadem fuiſſe ſacra nos fuſius demonſtramus, ubi de planctu τοῦ Thamuz diſputamus. Jam nunc tantummodo adjicimus, tam immenſum putari ab Ebraeis Iſraelitici populi in conflando Vitulo peccatum, ut nec in hodiernum diem fuerit ſatis expiatum. Ita enim Moſes Gerundenſis, אין לך ישראל פירענות שאין בה אנקיא מעון העגל: id eſt, *Non eſt tibi, Iſrael, ultio in qua non ſit uncia de iniquitate Vituli:* quod notat Paulus Fagius ad Chaldaicam Exodi paraphraſin. Ex eorum nugis etiam accipias licet, & rideas; CXXV. talenta (ſi modo קנטרין *Kintarin*,

rin, talenta significant; quod ita esse ex Targum Hierosolymitano notat Elias Levita in Thisbi) ponderasse Vitulum aureum. Id vero a voce מסכה *Masecha*, in commate quarto capitis XXXII. Exodi, inepte colligunt eorum aliqui. Elementa enim ejusdem vocis, quae *conflatile* sonat, numerum quem diximus conficiunt in Gematria, quam vocant, id est, arithmetica ratione literarum. Saepius eam in affaniis exquirendis, ridiculisque nugis excogitandis solent adhibere. Reperitur apud Salomonem Jarchium in Exodi cap. XXXII. comm. 4. ubi habemus קכ"ה קנטרין: sed alii scribunt מאה ועשרים קנטרין sive duntaxat CXX. talenta, uti videre est in libro Zohar, seu Rabbi Ben Jochai ad Exodum, columna 377. Talentum autem Ebraicum auri minus IV. CIↃ. D. lib. monetae nostrae valet; majus ejusdem numeri duplum est: sic docti volunt. Nec praeterire visum est ridiculum illud, sed vetustum, Ebraeorum commentum de aurea illa potatione quam Israelitis exhibuit Moses, cum redactus in pulverem Vitulus potatum ab eo dabatur. Inde scilicet natas fuisse aureo colore barbas, apud eos nimirum posterosque eorum, qui, cum Vituli cultui maxime fuissent dediti, etiam pulverem illum avidius potando haurientes, & barbas & menta & maxillas superfluo, ut fit, liquore tingebant. Tradidit haec carmine, non prorsus contemnendo, Petrus Rhemensis, scriptor antiquus, *de Riga* dictus, in Aurora sua, quam bibliothecae Cottonianae debemus:

Descendit Moyses tabulis infixa duabus
Scripta Dei digito jussa beata ferens.
Aure choros populi ludentis percipit; iram
Concipit. Os Vituli conspicit: inde fremit.
Excussit tabulas; excussas fregit; abegit
Fractas; in Vitulum saevit, eumque rapit,
Comminuit, commiscet aquis, potum dat Hebraeis,
Exeat ut foedus per loca foeda Deus.
Denotat hic Auri cor Hebraei potus avari,
Qui sitiens aurum primitus ecce bibit.
Consonat hoc; Crassi titulo quod corde sitisti
Vivens, hoc aurum mortuus ore bibis.
Hebraei tradunt Moysen fecisse quod audis,
Ut sciret solos hac ratione reos.
Nam rutilans auro monstrabat barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.
Aurum quod fudit Aaron descendit eorum
In barbas tantum, qui coluere Bovem.
Nequitiae plumbum barbae monstratur in auro,
Et culpae pondus aurea barba notat.

Barbarum aurearum originatio lepida! De autoris fide & judicio disputent alii, si qui sint quorum interest. Versus non indignos, nec commentum indignum quod hic repraesentaretur, nos merito censuimus.

CAP. V.

BAAL-PEOR. *Phegor: incertum, quale fuerit Numen. Rabbinorum de eo sententia. Nominis etymon. Philo Judaeus explicatur: ab eo lux D. Hieronymo, cui Priapus idem qui Baal-phegor: sed id disquiritur, & contrarium probatur. Utrique ab aperiendo aliquid sumunt apud veteres. Cur libidinis mentio, ubi Phegorii Dei. Unde nomen Peor. Peor mons. Beth-peor.* BETH *Fanum saepius interpretatur, ut Graecis* οἶκος. Βαίσαμψα. *Baal Berith. Sacrorum genus queis cultus Phegorius. Moth. Chemos.* Χαμώς, Βαίτυλοι *Gentilium unde: quid Chamos significet.*

INITIATOS τῷ *Baal-Peor* sive *Belphegor* Israelitas scribit Moses Num. XXV. Constat Moabitarum & Midianitarum fuisse hoc Numen, atque idem quod eodem & XXXI. capite *Peor* vocatur tantum, uti & in Jehosuae XXII. comm. 17. Ebraice פעור *Peor*, & pro sonorum varietate *Phegor* dictum. Nam & LXX. Βεελφεγὼρ pronunciabant. Quid fuerit autem praeterquam idolum turpitudinis, haud invenit narratum apud Ebraeos Origenes. Ita enim is in Numeros Homil. XX. *Beelphegor idoli nomen est, quod apud Madianitas praecipue a mulieribus colebatur. In hujus ergo idoli mysteriis consecratus est Israel. Interpretationem nominis ipsius cum requireremus attentius inter Hebraea nomina, hoc tantum invenimus scriptum, quod* BEELPHEGOR *sit species turpitudinis. Noluit tamen declarare quae vel qualis species, vel cujus esset turpitudinis, honestati, credo, consulens, qui interpretatus est, uti ne auditum pollueret audientium. Igitur cum multae sint turpitudinum species, una quaedam ex pluribus turpitudinis species* BEELPHEGOR *appellatur.* Verum nominis caussam & Numinis cultum videtur sibi bene explicasse Salomon Jarchi ad Numer. XXV. comm. 3. שפורעין לפניו פי הטבעת ומוציאין רעי inquit על שם, id est, *Eo quod distendebant coram illo foramen podicis, & stercus offerebant; & hic*, ait ille, *erat cultus ejus. Aperire* enim sive *distendere* פער interpretatur, unde *Peor*. Ad hanc mentem Moses Ben Maimon in More Nebochim part. III. cap. XLVI. *Tu vero scis quod servitium idoli quod vocabatur Pahor* (Peor) *in temporibus illis erat, ut discooperiret se homo versus eum. Et idcirco praeceptum est sacerdotibus, ut facerent braccas, quibus cooperirent operienda in hora sacrificii: & praeterea non ascendebant per gradus ad altare, ne discooperirentur:* ita is alibi in Misnah Thorah tract. ע"כום cap. III. Ab hiante idoli ore alii deducunt nomen. Philo autem Judaeus, dum anagogice sacram interpretatur historiam, in libro περὶ τῶν μετονομαζομένων, ad

hunc modum; Οὗτοί τε τελεταῖς, ait, τῶν ἀνιέροις ταῖς Βεελφεγὼρ τελεσθέντες, καὶ τὰ τοῦ σώματος στόματα πάντα διευρύναντες πρὸς τὴν τῶν ἔξωθεν ἐπεχεομένων ῥευμάτων ὑποδοχήν· ἑρμηνεύεται γὰρ Βεελφεγὼρ ἀνωτέρω στόμα δέρματος· κατέκλυσαν τὸν ἡγεμόνα νοῦν, καὶ ἐπίεσαν εἰς βυθὸν ἔσχατον, hoc eſt, *Illi vero ſacris impiis Beelphegor initiati, atque omnia corporis oſtia, ad recipienda quae ab externo infunduntur flumina, dilatantes* (*interpretatur enim* Beelphegor *ſuperius os pellis*) *mentem gubernatricem diluvio obruerunt, & in imum gurgitem impulerunt. Belphegor* vides per ἀνωτέρω στόμα δέρματος explicatum, id eſt, *ſuperius os pellis*, ſive *ſuperius*, non ἐπιῤῥηματικῶς, ſi ἀνώτερον, ad Philonis mentem, legas. Voluit enim ille proculdubio τὸ בעל פעור, quod Graecis elementis Βελφεγὼρ exarat, deductum a בעל פי עור *Baal Pi aghor*, quae tria vocabula *ſuperius os pellis* ſeu ἀνώτερον στόμα ſonare poſſunt. Satis conſentit Philoni D. Hieronymus ad Oſeae cap. IX. *Ipſi autem educti* (ait patrum ille doctiſſimus) *de AEgypto fornicati ſunt cum Madianitis, & ingreſſi ſunt ad Beelphegor idolum Moabitarum, quem nos Priapum poſſumus appellare. Denique interpretatur* Beelphegor *idolum tentiginis habens in ore, id eſt, in ſummitate pellem, ut turpitudinem membri virilis oſtenderet.* Intelligit Hieronymus τὸ *Beelphegor* ex tribus illis בעל פי עור fictum, quaſi diceres, *Baal in ore habens pellem diſtentam*, ſeu *in ſummitate:* quae quam Philonis loco ſint conſona, nemo antehac obſervavit. Idem pater magnus ad Oſeae cap. IV. poſtquam de ſacris Deum Matris eſt locutus, *Iſtiuſmodi*, inquit, *idololatria erat in Iſrael, colentibus maxime foeminis Beelphegor ob obſcoeni magnitudinem: unde & Aſa rex tulit excelſa de populo, & hujuſmodi ſacerdotes: & Matrem de auguſto depoſuit imperio, ſicut Scriptura teſtatur, dicens, Et fecit Aſa rectum* (vide I. Reg. cap. XV. comm. 11. & II. Paralipom. cap. XV. comm. 16. de quibus porro locis conſulas cap. V. Syntagmatis ſecundi) *ante conſpectum Domini, ſicut David pater ejus: & abſtulit effoeminatos de terra, purgavitque omnes ſordes idolorum, quae fecerant patres ejus. Inſuper & Maacham matrem ſuam amovit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco ejus quem conſecraverat: ſubvertitque ſpecum ejus, & confregit ſimulacrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron. Excelſa autem non abſtulit: veruntamen cor Aſa perfectum erat coram Deo cunctis diebus ſuis.* Is item lib. I. contra haereſes Joviniani cap. XII. Phegor *in lingua Ebraea Priapus appellatur.* Foeminas vero quae ſacris ejus praeerant *kedeſchoth* prophetarum lingua dictas vult, ad Oſeae cap. IV. comm. 13. *Sciendum*, inquit, *quod in praeſenti* קדשות *meretrices* ἱερεῖς, id eſt, *ſacerdotes Priapo mancipatas vocet.* Sic ſane קדשים *kedeſchim* dicti Aſtartae ſacerdotes; de queis infra. Iſidorus Originum lib. VIII. *Beelfegor interpretatur ſimulacrum ignominiae. Idolum enim fuit Moab cognomento Baal ſuper montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, Deum hortorum.* Alii ſunt qui Phegorium hunc Deum & Priapum eoſdem eſſe poſt Hieronymum & Iſidorum putant; quos praetereo: verum eis ut aſtipuler, cogi nequeo. Ruffinus lib. III. in Hoſeam, caute & juxta aliorum duntaxat ſententiam, *Beelfegor*, inquit, *figuram Priapi dixerunt tenere.* Sed qui utrumque idem faciunt, obſcoenos utrique Numini ritus placuiſſe probare conantur ex hiſtoria ſacra, ubi de ſtupris Moabitidum & Ebraeorum. Adferunt etiam cap. IX. Oſeae: nec enim hoc nec illo loco Baal-Peor ſine foeda colentium libidine memoratur. Accedat, ſi placet, quod uti ab *aperiendo* dictum idolum ſcribunt Judaei, ita Latinis ſatis frequens eſt Priapi naturam eodem vocabulo deſignare. Priapeia;

Nec mihi ſit crimen quod mentula ſemper aperta eſt.

&,

---- Nos pudore pulſo
Stamus ſub Jove coleis apertis.

Quinetiam,

Natura eſt quoniam ſemper aperta mihi.

Et id genus alia occurrunt. Veruntamen, tantorum virorum pace, qui hanc amplexantur ſententiam, ego Priapum (de quo, in proximo Syntagmate, plura) haud magis eundem cum Phegorio fuiſſe, quam cum alio quovis Divum Aſiaticorum, autumo. Foedae enim illae libidines, quae in hiſtoria Moabitidum recenſentur, & vindicta veri Dei puniuntur, non minus ſunt a Phegorii cultu alienae, quam Salomonis ſtupra a ritu Sidoniorum. Ob amorem enim Sidoniarum, quas deperibat ille, Sidoniorum Deos venerabatur. *Et coepit populus*, uti verba ſunt Moſis, *fornicari cum filiabus Moab, quae & vocaverunt populum ad ſacrificia Deorum ſuorum. Comeditque populus, & adoravit Deos illarum. Et junctus eſt Iſrael Baal-Peor, concitatuſque eſt furor Domini contra Iſrael.* Moabitides amaſios ſuos, ut Deos patrios colerent, libidine pellexerunt; ita Sidoniae Salomonem; ita aliae, uti fit, alios. Libidinem in ſacris Phegorii fuiſſe non omnino conſtat, nec ex Oſeae verbis, qui obſcoenos mores ad populum, non ad Phegorium, refert, elici poteſt. Neque vero idolorum cultum in Veteri Inſtrumento ſub *ſtupri* & *libidinis* vocibus ſaepiſſime intelligi quis neſcit. Stercore autem cultum eum & patente podice, quod aiunt Rabbini, fuiſſe conſtanter nego. Liroe liroe ſunt illud Rabbinicae, & gerrae germanae. Quod ad nomen attinet, a viro principe inter Divos relato eum nominatum, ſive a cognomine monte, ſatis probabiliter poteſt aſſeri. Mons enim in Moabitarum regione *Peor* dictus erat, ubi, ni fallor, Baal hic & delubro & ſacris honorabatur. Moſes Numer. cap. XXIII. *Et aſſumpſit Balac Bileam in ſummitatem Peor* (ſive *Phegor*) *qui reſpicit faciem deſerti Jeſimmon.* Montium ſummitates ante alia loca divinis rebus olim deſtinatas, non eſt cur adjungerem: id pueri ſciunt. Hinc etiam dictum *Beelphegor* vult Theodoretus ad Pſalm. CV. alii; & Suidas, Βεελρεγώρ. Βεὲλ, ὁ Κρόνος· Φεγὼρ δὲ, ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐτιμᾶτο· ἐξ ὧν Βεελφεγώρ. Eadem ferme habet & in vocabulo Βεὲλ, & in Φεγώρ. Uti enim Jupiter *Olympius*, Mercurius *Cyllenius*, & Deus ille fortium *Carmelus* apud Suetonium in Veſpaſiano, a montibus appellati; ita

ita Baal ſeu Belus noſter, quem *Jovem* aut *Belum Phegorium* licet vocare. In Deut. XXXIV. mentio eſt *Domus Phegor*, ſive *Beth-Peor*, *in terra Moab*, juxta quam vallis illa in qua ſepultus Moſes. Certe *Beth-Peor* pro monte ubi templum Numinis, quod *Beth* Ebraice dicitur, ibi ſumitur; ut Βηθδαγὼν pro *templo Dagonis* libro Haſmonaeorum cap. X. comm. 83. & *Beth-Aſtaroth* pro *Aſtartes* I. Sam. cap. XXXI. comm. 10. item *Beth-Baal* pro *templo Beli Sidonii* in Samaria I. Reg. cap. XVI. & *Beth-Baal-berith* pro *templo Baal-berith* Judic. cap. IX. comm. 4. ita *Beth-ſhemeſh* Palaeſtina urbs non ſemel in ſacris memorata a Solis in eo fano, ni fallor, dicta eſt: uti & Βαίσαμψα Arabum ad mare rubrum ſita, quod a *Beth-ſhemeſh* corruptum; ὅ ἐστιν Οἶκος Ἡλίου, ut recte Stephanus in de Urbibus. Id genus ſunt alia. Sic Οἶκος τοῦ Βὴλ in Apocryphis: & Semiramin Belo fanum in arce Babylonia condidiſſe his verbis ſcribit Periegetes:

--------μέγαν δόμον εἴσατο Βήλῳ,

id eſt, *magnam domum extruxit Belo*. Baal-Berith autem idolum putamus fuiſſe, vel potius ſcimus, & hoc tantum, de eo ſcimus. Vide Judic. cap. VIII. comm. 33. & cap. IX. 46. & LXX. qui Βααλβερίθ ſcribunt. Significat BAAL-BERITH *Dominum foederis*. Auguſtinus in Judic. Quaeſt. XLIII. *Baalim & Baal-berith idola intelligenda ſunt*. Sacrificia autem quae, Moſe teſte, in Phegorii ſacris comedebantur, inferiae erant in memoriam defunctorum peractae. Quod docet Pſalmographus Pſal. CV. *Et adjuncti*, inquit, *ſunt Baal-Peor, & comederunt ſacrificia mortuorum*. Locum ita pangit Apollinarius:

Οἱ δ' ἂν Βεελφεγόρειο μιαινόμενοι τελετῇσι
Νερτερίης ἐπάσαντο καταφθιμένων ἑκατόμβης.

Sacrificia mortuorum, id eſt, זבחי מתים *zibchi methim*, in νερτερίην καταφθιμένων ἑκατόμβην vertit. Victimas DIS manibus ſeu Jovi Stygio (qui *Moth* Phoenicibus dictus, id eſt, Pluto, ſive mortuorum Deus) mactabant, & rite epulantes juſta faciebant, ac ſi novendiales ferias agerent. Hic cultus, haec idoli ſacra. Apage igitur Rabbinorum nugas de ſtercore, illas foetidas, quas ipſiſſima Moſis & Davidis verba explodunt, cum & templi ejus & ſacrorum tam ſignanter meminerint. Moabitis erat Numen alio nomine dictum *Chemos* כמוש. Jerem. XLVIII. comm. 7. *Exibitque Chemos in captivitatem una cum ſacerdotibus ejus & principibus ejus*, & comm. 13. *Confundetur Moab a Chemos, ſicut confuſa eſt domus Iſrael a Bethel*, id eſt, a vitulo aureo in Bethel ſacrato. Vide Num. XXI. 29. *Bethel* autem, quod *domus Dei* ſonat, Βαιθὴλ Graecis interpretibus dicitur, & locus erat, ubi lapidem unxit Jacob, uti legitur Geneſ. XXVIII. comm. 18. A quo nomine & ritu Βαίτυλοι & Βαιτύλια apud profanos ſcriptores manarunt. De iis, ante alios conſulendus Damaſcius in Iſidori vita apud Photium Cod. CCXLII. nec omittas quae magnus Scaliger ad numerum MMCL. Euſebianum animadvertit: & nos in cap. VII. hujus Syntagmatis de iis nonnihil. *Chemos* vocant Χαμὼς LXX. interpretes; & vocamine tantummodo a Phegorio Deo hunc diſtare ſentit D. Hieronymus. Ad Eſaiam lib. V. *In Nabo* (hujus mentio Eſai. XV. & Jerem. XLVIII.) *erat Chamos idolum conſecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor*. Philo Judaeus Allegoriar. II. Χαμὼς ἑρμηνεύεται ὡς ψηλάφημα, id eſt, CHAMOS *ſonat ut contrectatio*, ſive *ut palpatio*, quae coecis fere propria. Certe מוש *moſch*, eſt *contrectavit* ſeu *palpavit*; & elementum Caph ſervile ὡς interpretatur.

CAP. VI.

MOLOCH *Ammonitarum, ejus ſacra. Error putantium traductos per ignem ſolummodo, non crematos ei pueros.* Πῦρ διέξειν. VII. *conclavia in illius ſimulacro, fide Ebraeorum.* VII. *Mithrae portae. Mithrae initiatis quae pericula obeunda.* Τῶν *Dugbiin mos. Teſtimonium de Ammonitarum idolo ex Benjamino. Adramelech. Anamelech. Cemarim ſacerdotes. Vallis filiorum Hinnom. Tophet. Tympanorum in ſacris ſonitus.* Τῶν *Dugbiin idem mos. Gehenna.* VII. *Res, ante rerum initia, createae juxta Ebraeos. Moloch, Baal dictus, & Melchom. De ejus nomine varii Scripturae loci.* Βασιλεὺς & *regis vocabulo interpretibus innotuit. Malken ſacrificiorum ejus locus etiam dictus.* Βασιλεὺς Θεῶν. *Adodus. Adad in Siirorum regum nominibus. Macrobii Adad examinatur. Hada. Chada.* Ἄδα *Heſychio, Juno Babylonia. Adadi & Molochi effigies. Uterque Sol erat. Mithra quid. Achad. Unus, Deus. Iſaiae de eo locus. Mures. Muſoritae. Porcus & mus in luſtrationibus. Infantes Saturno Africano, id eſt, Molocho, immolati.* Ἀμίλκας, *Numen Punicum. Baſilea Atlantiorum. Milicus. Imilce. Melicartus Tyriorum. Haliartus Boeotorum, &* Μεγάλαρτος *&* Μεγαλόμαζος *ex Phoenicia.* Μαζεύς. Μεγαμάζα. *Artos, origine orientali, quid. Artes, Mars AEgyptiis dictus, ſuſpecta fide. Hercules Deſanaus, Diodas item dictus. Dorſanes Indorum. Sandes Perſarum. Unde puerorum immolationum origo Phoeniciis.* Μονογενής. Ἰεούδ. *De* τεκνοθυσίας *origine. Siccuth.* σκηνή. *Lecticae, thenſae, tentoria, in queis portari ſolita Deorum ſigilla. Jovis* ἀποδημία δωδεκαήμερος

δεκαήμερος apud Homerum. D. Hieronymi monita de verbis prophetae Amos, quae a protomartyre in Actis Apostolorum aliter Graece proferuntur.

AMmonitarum Deus colebatur *Moloch*. Filios filiasque ei rite cremabant: & hoc nefandum erat Numinis sacrificium: videsis Levitic. XVIII. comm. 21. & XX. comm. 2, 3, & 4. II. Reg. cap. XXIII. comm. 10. Caeterum non combustos aut mactatos pueros, sed, duabus pyris extructis, per illarum medium traductos solummodo, & ad eum modum velut februatos esse, sacerdotibus Molochi rem procurantibus, scribunt plerique Ebraeorum. Ita R R R R. Salomon Jarchi, D. Kimchi, Moses Mikotzi praecept. Neg. XL. Moses Maimonides More Nebochim lib. III. cap. XXXVIII. *Idcirco*, inquit ille, *servitores ignis in tempore suo fecerunt homines scire, quod qui non traducerent filium suum vel filiam per ignem, morerentur filii vel filiae: & sine dubio propter illud quod audiebant, quilibet festinabat illud facere, quia multum timebant super filios suos, & propter facilitatem operis, quia non erat nisi traducere illos per ignem, non quod comburerent ipsos.* Et de *semine traducendo* seu *transire cogendo* plerumque loquitur Scriptura locis jam citatis. Pater, aiunt nonnulli, sacerdotibus puerum ritu solenni tradebat, quem ab iis redditum ipse traducebat humeris gestans. Alii sacerdotes traduxisse volunt. Multis hasce refert sententias R. Joseph Karo in cap. VI. τῆς Misnah Thorah tractat. עכ"ום; ubi adnotat Scripturam non loqui de combustione filiorum τῷ Moloch, sed tantum Diis Sepharvaiim, de queis in II. Reg. cap. XVII. mentio. Verum non modo traductos sed etiam crematos in idoli sacrificium pueros illos constanter adfirmo. Psalmo CVI. ubi cultus hic exprobratur, יזבחו *izbechu*, id est, *mactarunt, filios suos & filias daemoniis.*

Δαίμοσι ῥέζοντες σφετέρας κόρας τε καὶ υἷας,

uti ibi paraphrastes Apollinarius. Mitto de Achazo rege historiam, quae II. Reg. cap. XVI. reperitur, a Josepho lib. IX. cap. XII. relatam; & quod Philo Judaeus innuit libro de Abrahamo. Et bene de hac re Philastrius, *Aram*, inquit, *collocant, ita dictam Tophet nomine alicujus, in valle filii Ennom. Ibidem suos filios & filias Judaei daemoniis immolabant.* Et Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. II. diserte, Φοίνικες, inquit, ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς, ἢ πολέμων ἢ αὐχμῶν ἢ λοιμῶν, ἔθυον τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ. Atque Eusebius in Oratione de laudibus Constantini, Κρόνῳ γὰρ Φοίνικες καθ' ἕκαστον ἔτος ἔθυον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων. Alia ejusmodi sunt loca, quae liberorum immolationem in Syriae regionibus, quae Molochum adorabant, satis indicant. Atque haec sunt sacra quae Sapientiae voluminis autor vocat τεκνοφόνους τελετὰς adi eum cap. XIV. comm. 23. & cap. XII. comm. 5, & 6. & Jerem. cap. VII. comm. 31. & cap. XIX. comm. 5. & Ezekielis cap. XVI. comm. 20, & 21. & cap. XXIII. comm. 37, & 39. Theodoretum, Michaelem Glycam, alios, qui Ebraeorum sententiam aut amplexantur aut non meliorem adferunt, libens praetereo. Sed & vide, si placet, Zonaram ad Canonem LXV. Synodi in Trullo. Et Graecorum certe & Ebraeorum in hac re hallucinatio inde forsan est orta, quod, alio ritu vetusto, ignem pertransire soliti sunt qui jurabant, & illaesi fidem dictis adstruebant. Hoc πῦρ διέρπειν vocat Sophocles in Antigone: & de eo consulas vellem D. Cyrillum adversus Julianum lib. X. ubi & de Chaldaeis asseritur. Etiam de transitione luculenta sunt in Sacris Literis testimonia, ut Levit. cap. XVIII. II. Reg. cap. XVI. comm. 3. & cap. XVII. 17. sed nil obstat quo minus etiam immolarentur seu transeundo plane sacrificarentur. Doctissimi Pauli Fagii verba de Moloch, in Chaldaeam paraphrasin Levitici scripta, & ex Ebraeorum etiam monimentis sumpta, adjungam; *Fuit autem Moloch imago concava habens septem conclavia: unum aperiebant similae offerendae; aliud turturibus; tertium ovi; quartum arieti; quintum vitulo; sextum bovi: qui vero volebat offerre filium, huic aperiebatur septimum cubiculum. Et facies hujus idoli erat ut facies vituli. Manus plane dispositae ad recipiendum ab astantibus. Et saltabant interim quo puer in idolo succenso igne cremabatur, percutientes tympana, ne pueri ejulatus audiretur.* Habuit haec ille ex libro Jalkut, cujus autor R. Simeon. Sed ex aere conflatam imaginem esse ait R. Salomon ad Jeremiae VII. Vereor ut fidem suam liberent, qui septem Molochi conclavium autores primi extiterint: anne a Mithrae sacris illa didicere? Mithrae enim septem sacrae erant portae, planetarum numerum referentes, de queis Celsus apud Origenem lib. V. Viri item, foeminae, & pueri ei mactabantur, uti est in Athanasii vita apud Photium Cod. CCLVIII. Initiatis etiam huic Deo necesse erat, per octoginta poenarum genera transire, διὰ πυρὸς παρελθεῖν καὶ διὰ κρύους, id est, *per ignem & per frigus*, & hujusmodi gravissima pericula prius subire, quam ut ἐπόπται admitterentur. Qua de re ante alios visendi Suidas in Μίθρα, Nonnus in Synagoge historiarum ad I. Steliteut. Nazianzeni §. VI. & XLVII. & Nicetas ad orationem XXXIX. Nazianzeni. Quae illi habent committas licet cum iis, quae Justinus adversus Tryphonem & in II. Apologia, & Tertullianus libris de Baptismo, de Praescriptione adversus haereticos, & de Corona militis, & Socrates lib. II. cap. II. lib. V. cap. XVI. tradidere. Morem incolarum Cheneragae insulae maris Indici, qui *Dugbiin* dicti, hic non cogitare nequeo. Ignem colebant, & per eum filios suos, expiandi causa, transmittebant, uti scripsit Benjamin in Itinerario: qui nescio an omnium optime, an hallucinatus, Melochi templum & simulacrum designarit? *Hinc*, inquit (id est, a Tripoli) *uno itinere Gebal distat, altera illa quae filiorum Ammon terminus fuit, ubi Judaei centum ac viginti sunt. Estque ditionis Ginotinorum, quorum princeps Gilianus Enbirenu vocatur. Repertusque est illic locus templi antiqui filiorum Ammon, in eoque idolum filiorum Ammon, sellae, quae solium dicitur, insidens. Simulacrum autem ex lapide est auro obductum:* utrinque

utrinque autem duo foeminea simulacra etiam sedentia. Ante ipsum vero ara, in qua Ammonitarum tempore sacrificia & suffitus fiebant. Fallor, an haec de Molochi templo & statua intelligenda? Illud enim Numen Ammonitis vetustissimum. Certe, nisi fefellerit Benjamin, aut vicina, ut fit, fama ei sarcinam imposuerit, vix parem de Molochi effigie & fano testem offenderis. Quod Theophylactus habet modo subjungimus. Neque alibi quam in Molocho reperias Sepharvaitarum Deos *Adramelech* & *Anamelech*. II. Reg. cap. XVII. comm. 31. *Comburebant filios suos in igne* τοῖς *Adramelech & Anamelech Diis Sepharvaim.* Vide, si vis, cap. XIV. inferius. Sacerdotes ejus, uti, Literis Sacris, aliorum saepius Numinum, *Cemarim* כמרים sunt nuncupati: quod vocabulum, ut hoc semel admoneam, dialecto Chaldaea כומריא *Comeraia*, pro idololatrarum hierophantis in Targum ubique substituitur. Ita docuit Elias in Thisbi: & vide II. Reg. cap. XXIII. comm. 5. Zephan. cap. I. comm. 4. & Hoseae cap. X. comm. 5. Quod nigris indui solebant vestibus, ita dictos esse vult D. Kimchi; alii ab alia origine. Septuaginta χωμαρὶν vocant, & ἱερεῖς vertunt. Citato autem capite Regum de Josia legitur, *Contaminavit quoque Tophet, quod est in valle filiorum Hinnom, ne quis traduceret filium suum aut filiam suam per ignem Molech.* Vallis filiorum Hinnom (quod Ebraice est גיא vel גי בן הנם *gi ben Hinnom*) in agro suburbano erat, a rugitu seu lamentis puerorum, dum exurebantur, ita nominata. Nam הנם *Hinnom* a נהם *nahem*, id est, *gemuit* aut *rugiit*, volunt deductum. Locus ille Siloe fontibus irrigabatur, & D. Hieronymi aevo amoenus erat, nemorosus, & hortorum beatus deliciis: atque inde animadvertit ille, alias gentes occupasse morem, ut capita fontium & lucos rebus sacris tam frequenter olim destinarent. Verba ejus sunt ad cap. VII. & XXXII. Jeremiae; *Hic gentilitatis error omnes provincias occupavit, ut ad capita fontium lucosque amoenissimos victimas immolarent, & omnis pravae superstitionis religio servaretur. Tophet* vero a תף, id est, *tympano*, petunt; quod, ne lamenta illa & gravissimi ejulatus a parentibus exaudirentur, tympanis, dum sacra fiebant, vicinia personaret. Ad hunc modum D. Kimchi, alii. Idem fere ritus apud Dugbiin Cheneragae incolas, teste Benjamino Ben Jona. Igni enim devovebant se magnatum nonnulli, non sine pompa satis sumptuosa, *familiares vero*, uti verba sunt Benjamini, Aria interprete, *cognatique omnes & consanguinei tympanis & choreis summa cum laetitia exultant & ludunt, quoad ille omnino combustus fuerit.* A valle autem illa τὴν γέενναν habuerunt, qua inferorum poenas denotant Evangelii scriptores sacri, γέεννα τοῦ πυρὸς, Matt. V. comm. 22, & 29. Pro eodem usurpant Rabbini גיהנם *gehinnam*, & ab eodem fonte: & dicunt, quod septem res sunt creatae ante creationem mundi, *Lex, Poenitentia, Paradisus, Gehinna, Solium gloriae, Domus sanctuarii*, & *Messiae nomen.* Sed Moloch etiam *Baal* dicitur Jerem. cap. XIX. comm. 5. atque alibi; qua de re capite proximo plura. Appellatur item *Milcom* I. Reg. cap. XI. & ubi D. Lucas Μολὸχ habet Act. VII. com. 43. Syrus & Arabs scribunt מלכום *Melcom*; quod ad Vetus Instrumentum referas oportet. Nam in Amos cap. V. comm. 26. unde ille locus in Actis Apostolorum, ita legitur, *Honorastis* (sive *portastis*) *Siccuth* (sive *tabernacula*) *regis vestri* (id est, מלככם *Malcecem*; & Theodotion substituit Μιλχὸμ) quod & *Moloch vestri* transferri potuerit, seu τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, uti vertunt Graeci & D. Lucas in citato commate Actorum sub persona D. Stephani protomartyris. מלך *Melech* enim *rex* sonat plerisque Orientalium linguis. Et sane *Milcom* alibi, hoc est, מלכם (idem enim est, punctis paulo immutatis) haud aliud vult quam *rex illorum*, uti hic מלככם *Malcecem* est *rex vester*; quod Theodotion & Symmachus veteres interpretes ostendunt, cum Numen illud etiam per βασιλῆα & ἄρχοντα reddunt: utraque vocabula in Sacris Literis Molochum designant. Jerem. XLIX. 1. *Quare possedit* מלכם *Gad?* Vertunt *malcam* in *rex eorum* nonnulli, sed LXX. habent διὰ τί παρέλαβε Μελχὸλ· librarii error est pro μελχὸμ, uti Ebraice etiam profertur Moloch, I. Reg. IX. si Chiric per Epsilon efferas. Ammonitarum enim idolum vocatur ibi מלכם *Milcom*, iisdem elementis, diversis punctis a *Malcam* Jeremiae: verum & LXX. in dicto loco Regum βασιλῆα αὐτῶν reddunt, uti alii in Jeremia. Apud quem Prophetam ne quis dubitet, an ad Moloch ea verba sint referenda, legat & capita praecedentia, quibus Chemos, Machina coeli, Baal, ejusdemque farinae alia colentibus merito exprobrantur, & quae in laudato capite de Ammonitarum sacris subjunguntur. Seniores LXX. Hierem. XXXII. comm. 35. τῷ Μολὸχ βασιλεῖ habent. Huc spectat illud Zephaniae cap. I. comm. 5. *Et eos qui adorant & jurant per Dominum, & jurant per Regem suum*, id est, Ebraice במלכם *per Malcham.* Cum Judaeis intelligo hic ipsum Molech: qui, uti videre est, sub *regis* nomine maxime colebatur. Etiam in Paralip. I. cap. XX. comm. 2. ubi de expeditione Joabi in Ammonitas verba fiunt; *Et cepit David coronam* מלכם (quod *regis eorum* vertunt plerique) *a capite ejus, & invenit eam habere pondus talenti auri, ordinataque est pro capite David:* sed Seniores ibi, καὶ ἔλαβε Δαβὶδ τὸν στέφανον Μελχὸμ τοῦ βασιλέως αὐτῶν. Et Latina, quae D. Hieronymi dicitur, versio, *Tulit autem David coronam Melchom de capite ejus.* Mentio autem ejus est apud Amosium, perinde ac si in Deserto Israelitae eum coluissent; cum nihilominus in Pentateucho haud aliud praeter, Vitulum Numen ab eis ibi cultum fuisse memoretur. Sed D Cyrillus, ad Amosium, Vitulum putat ante alia cultum, ideoque in sacra historia expressius nominatum; sed alia item fuisse, etiam eodem quo in Deos relatus est Vitulus tempore, facta & culta Numina, quorum nomina ante Amosii prophetiam in Scriptis Sacris ad seculum exitus non referuntur: vide porro de ea re Ruffinum ad eundem Prophetam, lib. I. Locus autem in quo peragi solebant Molochi sacrificia, *Malken* etiam dicitur II. Sam. cap. XII. comm. 31. id est, מלכן: ita enim D. Kimchi ibi exponit: tametsi Masorethae מלבן *Malben* in margine substituunt, hoc est, *furnus ad conficiendos lateres:* & LXX. ad eam mentem πλίνθιον vertunt. Quam conveniens autem & pro-

prium summo rerum Gubernatori sive Deo fuerit, etiam apud idololatras, *regis* vocabulum & *βασιλέως*, discas licet ex prima Apologia Apuleii. Uti igitur Baal, id est, *Dominus*, ita & Melech, seu Molech, aut Moloch, id est, *rex*, Ammonitarum hoc Numen denotabat: unde & is ipse orsan fuerit, qui *rex Deorum*, *βασιλεὺς Θεῶν*, titulo singulari, vocitatur in Phoenicum vetustissima theologia; Adodus etiam dictus: quod ex Sanchoniathone testatur Philo Bybliensis apud Eusebium. Quem nempe a Syris cultum, ostendit non solum Hadad seu Adad (quam facilis ab *Adad* sit in *Adodum* transitus, nemo non videt) & Benhadad in eorum regum & principum nominibus, a Diis, ut veterum erat mos, traductis (de queis satis est in Genes. XXXVI. & I Reg. cap. XX. testimonii) verum etiam ipsum *Adadi* vocabulum per decem generationes in regia Syrorum stirpe continenter propagatum; quod scribit Nicolaus Damascenus apud Fl. Josephum Ἀρχαιολογ. VIII. cap. VI. De Adodo isthoc & rege Deorum intelligendus videtur Macrobius, de Assyriis locutus, & eorum Jove seu Sole, Saturnal. I. cap. XXIII. *Deo*, inquit, *quem summum maximumque venerantur*, Adad *nomen dederunt. Ejus nominis interpretatio significat* UNUS. Caeterum in *unius* significatione aut fallitur Macrobius, aut depravatus est ab exscriptoribus locus. Nam Syris & Chaldaeis sive Assyriis חד *Chad*, ab Ebraeo אחד *Achad*, *unus* interpretatur. Atqui Adad ille, seu Adodus, sacra historia חדד *Hadad* alia longe orthographia legitur. Joannes Drusius legendum censet apud Macrobium *Hada* a חדא *Chada*, quod Syriace etiam *unum* sonat. Id sane olim mihi persuasit & viri autoritas, & res ipsa: sed hallucinatum potius Macrobium vocabulorum affinitate, a curis jam instructus secundis, opinor. *Hadad* enim & *Hada* & *Adad* & *Chada* pronuntianti, nec tamen ad rem significatam distinguendam satis idoneo, non ita adinvicem sunt dissimilia. Hada autem sive Chada sequioris, ni fallor, sexus Numen erat, & *Adardagae* seu *Atergatidi*, qua de nos plura mox, magis concordat. Imo certe in Syriae vicinia eo nomine culta est. Hesychius, Ἀδά. ἡδονή. πηγή. καὶ ὑπὸ Βαβυλωνίων ἡ Ἥρα. *Hada* (unde & Ἁδὰ spiritu aspero apud Hesychium legerem) Dea, & Juno; sed *Adad* Deus & Sol erat. *Hadad* autem clamorem, seu celeusma hortantium non male denotat, nec a lamentis puerorum in Molochi sacris ita prorsus abludit. Quin & effigies utriusque & Adadi & Molochi easdem fere memorant fuisse scriptores vetusti, & ad unum Solem exprimendum fictas. Macrobius: *Simulacrum Adad insigne cernitur radiis inclinatis, quibus monstratur vim coeli in radiis esse Solis, qui demittuntur in terram.* At Theophylactus (ex D. Cyrillo in Amosium) ad Actorum Apost. VII. Molocho fuisse, ait, λίθον διαφανῆ ἐπὶ μετώποις ἄκρεις εἰς ἑωσφόρου τύπον, id est, *lapidem perlucidum in summitate frontis ad imaginem Phosphori*, quem Solem intelligas. Mitto hic quam proprie haec omnia Soli, regi Numinum seu stellarum, conveniant; quod is proculdubio cogitabat, qui septem conclavium primam fecit, quisquis ille fuerit, mentionem. Nam totidem, uti diximus, Mithrae tribuuntur; qui totius antiquitatis, veterum maxime inscriptionum, consensu, idem qui Sol aestimandus. Unde *Mithridax* lapis dictus, qui sole percussus coloribus micat variis, ut scribit Solinus cap. XL. *Mithri* autem, *Mithir* aut *Methir* Persice *dynastam* & *dominum* (quod etiam est in Molochi titulis) significat; ut docemur a magno Scaligero lib. VI. de Emendat. Temporum. Accedit, quod in Exercitationibus Julius pater *Adad* Solem Persice denotare se legisse meminit. Quod autem de *Unius* nomine Assyriorum Deo alicui dato scribit Macrobius, haud futile prorsus habendum. Erat sane Deus illis ita nuncupatus, id est, חד *Chad* seu אחד *Achad*, sed & forte non ita ab Adado seu Molocho alienus. Cum *Adad* per *Unum* interpretatur, fallit Macrobius: minus ut a vero aberrarit, fieri potest, cum *Adad* & *Unum* sive *Achad*, idem fuisse dicit. Soli quidem vendicatur merito illud nomen, & ex veri DEI attributis in idola videtur translatum. Isaias capite LXVI. comm. 17. *Sanctificantes & lustrantes se in hortis post* Unum *in medio*: ita enim, non *Unam* lego, quod faciunt ii, qui Masorethas secuti אחת *Echath* non אחד *Achad* ibi legunt, sed tantum scribi volunt: hanc enim ex iis dictionibus esse aiunt, quae aliter scribuntur, aliter leguntur: & *piscinam* nonnulli somniant intelligi; alii colentium ordines denotari, quasi alterum alteri succidaneum fuisse tantum innueretur. Libenter sane Josephi Scaligeri interpretationem audimus, & adjicimus, *Sensus*, inquit, *ille est apertissimus*; *februationes & lustrationes Deo illi sive idolo fieri, quem Deum ipsi vocarent* Ahad, *id est*, Unum, *idque in medio hortorum, qui illi idolo dicati, in opisthodomo templi: subintelligendum enim templum*; *pone templum* Ahad. *Nam praepositio* אחר, *qua utitur propheta, est localis, ut etiam sic accipitur ab omnibus Judaeis, & Jonatham vertit* בתר ὄπισθε; *vel simplicius idolum pro ipso idoli templo accipiendum, ut Graecis & Latinis mos est.* Ita ille ad veterum Graecorum fragmenta. Lustrationis ritus in iis, quae apud Isaiam sequuntur, parent; *Comedentes carnem suillam, & abominationem, atque murem*: ad quem locum enarrandum juvet, ni fallor, R. Maimonides Perplex. III. cap. XXX. Sed depravatus nimium videtur Latinus codex: vide & Esaiae cap. LXV. comm. 4. Certe Palaestinorum sacerdotes & harioli, ut facinus de arca ablata & detenta expiaretur, gravissimoque liberarentur civitates quinque & foedissimo morbo, hoc inprimis genus februationis consulti docuerunt, ut mures aureos Deo Opt. Max. offerrent: uti historia est I. Sam. cap. VI. Verum non a sacrorum ratione, ut videtur, tam mures dari, quam animalculi effigiem a quo laederentur in munere repraesentari voluere illi. Et satis incogitanter Philastrius, qui isthinc Musoritas nescio quos haereticos petit. *Musoritae*, inquit, *sunt quidam nomine, qui sorices colunt.* De mure nihil habeo quod dicere hic juvet. Scio Plutarchum non semel, Magis hanc bestiolam, utpote Deo etiam ipsi, ante alias invisam esse, reliquisse scriptum, quod commentariolo περὶ φθόνου καὶ μίσους refert, & in Sympos. IV. cap. V. Veruntamen non modo non a sacris mures abigit Jamblichus, non is qui sub Juliano floruit, sed alter etiam Syrus, sed *mysteria* ἀπὸ τῶν μυῶν derivari vult:

vult: rationem ejus vide apud Photium in Myriobiblo, Codice XCIV. Certe forsan uti porcus apud Europaeos primas inter februa & lustrationes ferebat, sic in Asia porcus & mus. Atqui an ab AEgyptiis sacra traducta hic potius innuuntur? Sane pleniluniis porco facere Lunae, quae & Asianis miro semper in honore habita, illis solenne erat: & AEgyptios ritus in Judaeam deduci minime novum est. De sacris hisce consulas Herodotum in Euterpe. Saturnus autem Latinis, Graecis Κρόνος, plerumque censetur Moloch. Infantes sive pueri utrisque erant hostiae communes: & nefanda illa sacra e Syria in Europam videntur migrasse, & in Africam. Ad Ovidii Fastos, Macrobium, alios perquam obvios relegandus, qui de Europaei Saturni hostiis humanis disquirit. De Poenis, qui Syrorum colonia, Ennius;

Ille suos Divis mos sacrificare puellos.

Versus est apud Nonium Marcellum, verbo *Puellis*. Pescennius Festus apud Lactantium Divin. Instit. I. cap. XXI. refert *Carthaginienses Saturno humanas hostias solitos immolare, & cum victi essent ab Agathocle rege Siculorum, iratum sibi Deum putavisse, itaque, ut diligentius piaculum solverent, ducentos nobilium filios immolasse.* Qui liberis carebant, ii a pauperibus emebant, ut mactarent; quod a Plutarcho docemur. D. Athanasius Orat. advers. Graecos, Φοίνικες, inquit, καὶ Κρῆτες τὸν Κρόνον ἐν ταῖς τεκνοθυσίαις ἐθρήσκευον. Plura ad hanc rem de Poenis habent Diodor. Sicul. Biblioth. XX. Justinus Hist. XVIII. Cyrillus advers. Julianum lib. IV. Eusebius de Praeparat. Evangelica IV. Minutius Foelix, alii. Ad Tiberii usque tempora durasse impium illum morem in Africa scribit Tertullianus Apolog. cap. IX. de cujus verbis a lectore curioso consulendus Scaliger in epistolis ad Casaubonum: cum tamen etiam in foedere quod icerunt Carthaginienses & Gelo tyrannus Syracusanus, cautum esset, ὅτι καὶ τὰ τέκνα παύσονται τῷ Κρόνῳ καταθύοντες· quod scribit Plutarchus περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βραδέως τιμωρουμένων: sacra autem haec Poenorum a Syrorum istis manasse, confirmat item tibiarum & tympanorum etiam apud hos solennis usus, quem refert idem scriptor magnus περὶ δεισιδαιμονίας. Lamenta enim puerorum aut Parentum inter mactandum exaudiri, piaculum habebatur. Ferme dixeram, sub Molochi nomine cultum a Poenis hunc Deum. Nam Ἀμίλκαν Carthaginienses veneratos esse meminit Athenagoras in Legatione: nec dubitare fas est, an *Amilcas* ab eodem, quo *Molech*, fonte deducendus: utraque pura puta Ebraica seu Punica sunt, si quis initia spectet, & *regem* denotant; nisi mavelis *Amilcan reginam*, id est, Βασίλειαν Atlantiorum Deam interpretari: quae sane ad coelestem Carthaginiensium Deam referre licet. Nam ut iis Belus seu Uranus Deus & coelestis Dea, ita Atlantiis Uranus & Basilia: de quibus consulas Diodorum in Biblioth. III. *Milici* etiam, quod Annibalis soceri nomen, & hujus filiae *Imilces*, quod est *regina*, & *Imilconis* Carthaginiensis ducis, non aliunde sunt perenda. *Melech* enim *rex* est, *Malcha* regina; quae *Melicum* & *Imilcen* pronuntiabant. Silius Italicus lib. III.

Milicus indigenis late regnarat in oris,
Cornigeram attollens genitoris imagine frontem:
Hinc patriam clarumque genus referebat Imilce,
Barbarica paulum vitiato nomine lingua.

Ita, qui καθ' ὑπερβολὴν, uti ait Strabo, Tyriis cultus Hercules, dicebatur Μέλκαρτος, sive Μέλκαρθος, qui depravate Μελκάνθαρος dicitur Eusebio in Oratione de laudibus Constantini. Is autem Jovis Demaruntis filius erat: quod a Philone Bybliensi discimus: nec alius est a Poenorum Hercule, qui humanis hostiis placari, uti Molech, solitus; ut Plinius lib. XXXVI. cap. V. scribit. Prima nominis pars non dubium est quin ab Ebraeorum *Melec* traxerit originem. Nam & eodem ferme vocabulo dignoscebatur Hercules etiam Amathusiis. Hesychius; Μάλικα, τὸν Ἡρακλέα, Ἀμαθούσιοι. Haud ita interest, utrum Cyprios hic an Amathuntis urbis Phoeniciae incolas intellexeris. Etenim Amathus urbs est Phoeniciae, & Phoenicii maris insula adjacet Cyprus; & in ea urbs item Amathus dicta: quae communia etiam alias cum Phoenice sacra habuit, uti constat ex Stephano in περὶ ἐθνικῶν in Ἀμαθοῦς: quid αρτος aut αρθος in ea dictione, non satis intelligo: vestigia totius nominis extant, ait Scaliger, in Punicis illis *Bomilcar*, *Hamilcar*. Certe in Boeotia, quae plura e Phoenicia cum Cadmo traducta vocabula retinuit, Haliartus urbs erat conditori cognominis, & fluvius. In Scolo item Boeotorum, simulacrum Μεγαλάρτου in honore habitum. Id Cereris Μεγαλάρτου volunt nonnulli fuisse, & ab ἄρτῳ, quod est *panis* (quia frumentaria Dea illa) deducunt. Ita Eustathius ad Iliad. β. qui μεγαλάρτια etiam festum memorat huic Deae sacrum, quam & μεγαλόμαζον ab eadem causa dictam scribit. Fateor Cymulcum apud Athenaeum Dipnosoph. III. ex Polemone Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου ἀγάλματα ἱδρυμένα in Scolo Boeotiae retulisse, & Μεγαλαρτίων festi paulo post ex Semo fieri mentionem: atque inde quae habet Eustathius ad Homerum petita constat. Caeterum an Μεγάλαρτος fuerit Ceres non liquet satis apud Athenaeum. At quicquid Numinis fuerit, Phoenicia in eo videtur latere origo: nam & Cadmus, Ismenus, Thebae, Phoenicia etiam sunt. Quod de pane afferunt nimis est ridiculum. Nos forsan non meliora videbimur, si *Megalarton* ex *Melicarto* factum conjiciamus. Non inusitata elementorum (quae in hujusmodi nominibus frequens) metathesis, & facillima τοῦ γ pro κ substitutio ita sane suadent. Neque ab alio forsan fonte Μεγαλόμαζος· quod a Phoenicio aliquo vocabulo Graecis non omnino intellecto, in isthoc, ut fit, quod Graecam patiatur analogiam, procurantibus grammaticorum audaculis, demigravit: unde mutatum fuerit, hariolari fuerit difficile. Memini Phrygibus Jovem dictum Μαζεὺς, si Hesychio fides. Is ita; Μαζεὺς, ὁ Ζεὺς παρὰ Φρυξί. Syris item supplicationem ad regem Μεγαμάζα nuncupatam lego. Suidas; Μεγαμάζα. οἱ Σύροι τὴν ἐπὶ βασιλέα δέησιν οὕτω καλοῦσι. sed conjectori haec non satis praebent auxilii; licet inde Megalomazon

lomazon Ἰκετήσιον denotasse, quod Jovis cognomen, quis non immerito suspicetur. Atqui nonne ab עריץ ARITZ *artos* in τῷ *Melicartos*, quod & *Melicratus* nonnullis exaratur? ARITS *praevalidus* est: sic *Melicarits*, regem praevalidum seu tyrannum significet, & in τὸ *Melicartos* facile transeat. Inde forsan Ἀρταῖοι Persice *heroes*, sive qui priscis seculis inprimis claruerunt. Testis est Hesychius: & Stephanus περὶ ἐθνικῶν, Ἀρταίους ἡ Πέρσαι, inquit, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους ἥρωας καλοῦσι, id est, *Artaei Persis sunt, qui Graecis prisci seculi heroes:* neque hoc vocabulum hac notione nominibus *Artaxerxis* & *Artabazi* deesse vult. Hinc Ἀρτὰς, Persis, μέγας est καὶ λαμπρὸς, id est, *magnus & clarus*, & Ἀρταῖαι *regna:* unde etiam *Artoxerxem* idem interpretari scribit Herodotus, quod μέγας ἀρήϊος, id est, *magnus bellator*. Quam consonum sit, ut Divorum nominibus vox haec accederet, nemo non videt. Atque Persarum veterum & Syrorum, ut in moribus, ita in linguis plurima fuisse communia neminem paulo doctiorem diffiteri sentio. Persae etiam in Syris nostris nonnunquam apud Europaeos scriptores recensentur: hoc est, Babylonii *Persae* dicuntur, & Babylon *urbs Persica*, uti apud Stephanum. Tam Phoenicii igitur quam Persae fieri potuit, ut priscos heroas (prisci autem heroes plerumque in Deos tandem migrabant) vocis hujusce adjectione signanter indigitarent. Sed ne frustra nimis disquiramus veremur, & assensum retinemus. *Arten* autem dici AEgyptiis Martem, qui mythologis idem cum Hercule, autor est mihi, sed suspectae in hac re fidei, Vettius Valens Antiochenus Antholog. VI. De coloribus planetarum agens is astrologus, τὸ ἡ τοῦ Ἄρεως κιῤῥόν, inquit: πυρωπὸς γὰρ καὶ τομὸς καὶ καπεργαστικὸς ὁ θεός. Αἰγύπτιοι γὰρ τὸν Ἄρτην αὐτὸν προσηγόρευσαν, ὅτι τῶν ἀγαθοποιῶν καὶ τῆς ζωῆς στερητής ἐστι, id est, *Martis vero rubrum. Igneum enim est & acutum & interficiendi vim habens numen. Nam AEgyptii* Arten *eum nuncuparunt, eo quod beneficarum virtutum & ipsius vitae sit* στερητής. Nomen, quod facit AEgyptium, a Graeco vocabulo, non quaero quam scite, petit: verba autoris adjunxi, cum quod rarus sit & ἀνέκδοτος scriptor, tum quod ἄρτης hac notione, si bene memini, haud alibi occurrat: sed Πυρόεις AEgyptiis Graece Mars dictus est; teste Julio Firmico. Caeterum ad Tyrium Herculem seu Melicartum anne spectat illud de Desanao in Eusebii Chronicis a B. Hieronymo versis? verba sunt, *Hercules cognomento Desanaus in Phoenice clarus habetur: unde & ad nostram usque memoriam a Cappadocibus & Eliensibus Desanaus adhuc dicitur.* Totidem syllabis & in priore & posteriore Chronicorum leguntur: atque ipsissima exscripsit Florentius Monachus Wigorniensis. Mosis in tempora incurrit Desanaus hic, qui Dosenaus alias, ut habet Marianus, appellatur. *Delphinam*, ut videtur, ibi legit Lud. Vives ad de Civitat. Dei lib. XVIII. cap. XII. Certe quid velint sibi illa B. Hieronymi verba difficillimum est conjectari. Ideone Cappadocibus, & Eliensibus ita dictus Hercules, quod in Phoenice clarus? Quid Phoenicibus cum Cappadocibus? Quinam Elienses isti? neque apud veteres, alia est Herculis Desanai mentio. *Dorsanes* Indis Hercules nominabatur, testis est Hesychius. Id a *Dosenao* proxime abest, ut notat magnus Scaliger. Nec vero Indi huc trahi possunt. Atqui & Persis (quos, ut plerosque Orientalium, *Indos* saepius dici nemo mediocriter doctus nescit) Hercules Σάνδης vocabatur, autore cum aliis Beroso apud Agathiam; quod quin ad *Dorsanen* spectare queat, nihil ita videtur obluctari. Sed ut omnia de hoc nomine in incerto ponantur, Eusebii Graecus codex *Diodan* eum nuncupat: Ἡρακλέα, inquit ille, τινές φασιν ἐν Φοινίκῃ γνωρίζεσθαι Διωδὰν ἐπιλεγόμενον, ὡς καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ Καππαδόκων & Ἰλίων καλεῖσθαι. ultra dispicere nequimus. Sed ad Molochi sacra redimus. Horrendi autem illius sacrificii, puerorum nempe mactationis, si fides Phoenicum annalibus, non latet origo. Tradidit ex iis Porphyrius (apud Eusebium Praeparat. Evang. I. & IX.) Saturnum, quem Phoenices *Israel* nuncupabant, regem Phoeniciae vetustissimum, ut regnum suum a summo imminentis belli periculo liberaret, superosque propitios haberet, unicum (Μονογενῆ) quem ex Anobreta susceperat filium, regio ornatum fastu, constructam super aram immolasse: quod exemplum nefaria posteritas non intellectum secuta est. Mirum enim nisi ad Abrahamum & Isaacum filium respiciat commentum illud. Nam μονογενὴς, id est, *unicus filius*, ille appellatur a Porphyrio *Jeoud*, & a Philone. Verum in Genes. XXII. comm. 2. Isaac dicitur בנך את־יחידך *bincha eth-jehidcha*, id est, *filius tuus unicus tuus:* ubi in *Jehid* ipsum *Jeoud* fere integrum legimus: ita in Orphaicis περὶ Θεοῦ, quae Onomacriti censentur, Abrahamus μονογενὴς, pater, inquam, pro filio, imperite & ridicule appellatur, quod illustriss. Scaliger ad Graecorum fragmenta notavit, uti & *Sarae* nomen in *Anobretam* apud Phoenicas mutatum: sic futili eorum theologia *Israel* dictus, qui Israelis avus. Qui Strabonem, Justinum, Diodorum Siculum de rebus Judaicis consuluerit, minus mirabitur sacram historiam a profanis scriptoribus tam interpolatam, & falso narrari. Mosem, Deum, patriarchas errore inextricabili confundebant, verba & res sacras ad impias magorum operas arripiebant, & ex rebus divinitus gestis & in tabulas sanctas relatis profana numina formabant, novos, ridiculos & nefandos cultus instituebant. De ea re nos plura in Prolegomenis. Sed vero multo antiquior est feralis illius, qui puerorum mactatione praestabatur, cultus origo apud Saidum Aben Batrich, quem supra etiam citavimus. Sub initiis, uti vocant, Hellenismi, aut Sheruchi aevo, nefandum hunc morem initia habuisse, ab eo ex veterum monimentis traditur; Daemonii scilicet ventriloqui, seu ex demortui parentis, qui ut Numen colebatur, imaginis sacrae ventre (id est, من جوف الصنم *ex idoli ventre*, uti ejus verba sunt) loquentis jussu. Atque *exinde*, addit, *coeperunt homines* ذبحون بنيهم للشياطين *immolare filios suos Daemonibus*. De ea re vide plura in tertio Prolegomenωn capite, ex eodem autore. De Siccuth autem, quod meminit Amos, pauca adjicimus. Aquilae vertitur συσκιασμοί, id est, *umbracula*. Symmacho, LXX. & D. Lucae σκηνὴ, quod, ut

ut σκήνωμα, pro *delubro* sumi potest. Lecticam potius, in qua portabant numinis, id est, Molochi, imaginem, intelligo: nam נשאתם *neshathem* interpretantur LXX. ἀνελάβετε, id est, *in manus sumebatis, ut portaretis*, atque ita D. Lucas: quod certe ad imagines in lecticis aut thensis circumlatas optime referas. Servius ad illud Virgilii AEneid. VI.

Errantesque Deos, agitataque Numina Trojae.

Aut mecum (explicat ille *agitata*) *vexata: aut signa* ξόανα *dicit, id est, simulacra brevia, quae portabantur in lecticis, & ab ipsis mota infundebant vaticinationem: quod fuit apud AEgyptios & Carthaginienses.* Ad eum ritum intelligunt nonnulli apud Homerum Jovis caeterorumque deorum δωδεκαήμερον ἀποδημίαν, & AEthiopibus in more fuisse, ut duodecim Numinum, quae in Diospoli sacrabantur, effigies statis temporibus per Africam duodecim dierum spatio vitulantes circumferrent: sic Eustathius ad Iliad. α. ex veterum scriptis, Ἐν Διοσπόλει μέγιστόν ἐστι Διὸς ἱερὸν, ἀφ' οὗ λαβόντες Αἰθίοπες Διὸς ξόανον καὶ ἄλλων δαιμόνων σὺν αὐτῷ, κατά τινα καιρὸν τεταγμένον περινοστοῦσι τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, καὶ πανηγυρίζουσι πολυτελῶς ἐπὶ δώδεκα ἡμέρας· ἐπεὶ καὶ τοσοῦτοι παρ' αὐτοῖς θεοί. Ita omnium coelitum simulacra Romae quotannis sub aestivo solstitio Alagabalum Deum pretiosissimo curru vectum, deducente eum ingenti pompa imperatore cognomine, in delubrum suburbanum comitabantur, ut refert Herodianus lib. V. Meminit & Macrobius Saturnal. I. cap. XXIII. Jovis Heliopolitani ex Heliopoli AEgypti in Assyriam traducti, culti, & ferculo vehi soliti, uti in pompa ludorum Circensium Numinum signa, sive apud Antium Fortunae effigies. Ad hunc morem referendum illud Strabonis de Omano Numine Persico apud Cappadocas: Ξόανον, inquit, τοῦ Ὠμάνου πομπεύει, id est, *simulacrum Omani in pompa vehitur* scribit lib. IV. Hinc lux ad Siccuth intelligendum: nam ut astrum illud fuisse cum Ebraeis sentiam (cujus imaginem etiam ipsum Moloch fuisse scribunt nonnulli) animum non potis sum omnino inducere. Tentorium certe, erat quod circumferri potuit, & in quo Molochi effigies: nam & diserte meminit Philo apud Eusebium ναοῦ ζυγοφορουμένου, id est, *fani portatilis*, magni Phoenicum Dei quem *Agroten* vocabant: ut Arca testamenti Judaeis, ita fere hujusmodi fana seu σκηναὶ idololatris. Quod habet de Siccuth Elias Levita ad Radices Kimchi, & de figura nescio cujus (nisi Psittacum innuat) avis, ridiculum est. De eo autem prophetae Amos loco, qui a D. Luca, seu primo martyre Stephano, in Actis non fideliter satis versus posset nimis curioso videri; verba D. Hieronymi, quae huc maxime spectant, subnectere non piget. *Nec putandus*, scribit ille, *est primus martyr errasse, quod pro eo quod in propheta scriptum est* trans Damascum *dixerit* trans Babylonem: *magis enim intelligentiam quam verbum posuit, quia trans Damascum ducti sunt in Babylonem, sive trans Babylonem. In eo autem loco ubi Lucas posuit* Μολόχ, *& in Ebraico scriptum est* מלככם, *Aquila vertit* Μελχόμ, *Symmachus & Theodotio* REGIS VESTRI: & paulo post, *Et hoc in omnibus Scripturis sanctis observandum est, apostolos & apostolicos viros in ponendis testimoniis de Veteri Testamento, non verba considerare sed sensum, nec eadem sermonum calcare vestigia, dummodo a sententiis non recedant.* Haec ille doctissimus patrum lib. II. in Amos.

DE

DIIS SYRIS

SYNTAGMA II.

CAP. I.

BAAL. BEL. *Mars & bellorum praeſes ſeu Deus nuncupatus. Nomen olim Deo vero tributum. Belus Phoenicius. Bal Punice. Balis ſeu Beli Punici fanum. Numina in Dynaſtarum nominibus antiquitus. Belus Babylonius. Uti Graeci* Βῆλον *interpretati. Omnis Exercitus Coeli. Chronici Alexandrini locus emendatus.* Βηλὸς *apud Homerum. De eo veterum ſententiae. Prima Beli nominis mentio apud Graecos. Uti Europaeis Jupiter &* Ζεὺς, *ita Aſiaticis Belus, ſeu Baal. Jovis,* Ἰαὼ, Ἰδὼ *a Tetragrammato.* Ἰαζ, Ἰαὼθ. *Juba.* Ζεὺς *dictus* DEUS *verus. Arati locus a D. Paulo citatus. Pater nomen Divum commune. Jupiter; Marſpiter. Jupiter non dictus, quod juvans pater. Tetragrammaton nomen Gentibus notum: quid de eo Judaei. Pythagoreorum* Τετρακτύς; *conjectura de eorum jurejurando. Nazaratus, ſeu Zaratus, Aſſyrius, Ezechiel. Zarades. Zoroaſter. Pythagoras. Malchus emendatus. Idem Porphyrius eſt. Unde augendus. Pythagoras ex Orientalium myſteriis eruditionem ſuam hauſit. Belus,* Ζεύς. Ζεὺς Ἐνυάλιος. *D. Hieronymus correctus; & Fl. Joſephus.* Ζεὺς *Olympius. Beelſamen. Baal-ſamaim. Marnas Gazaeorum. Virgo quid ſonet Cretice.* Μαρίν. *Plurima Europaeorum monimenta ab Aſiatico Belo. Abellio; Belenus; Belatucadrus Dii. Belis, Belenus, Apollo. De Alagabalo, id eſt, Heliogabalo, diſquiſitio. Julius Balbillus Alagabali antiſtes. Gabalus. Ahgli-Baal, Deus circularis. Alagabali ſimulacrum.* Διὸς φυλακὴ, *ignis. Urania Heliogabali uxor. Aglibelus, Malachbelus Dii. Molech. Puerorum mactatio. Sacra Alagabali. Virilia pudenda in ſacris Orientalium. Conjectura in Xiphilini locum. Magnorum VV. de Heliogabalo ſententia. Hel, Bel, Bolathen. Azizus & Monimus, Edeſſae Solis* πάρεδροι.

SAEPE occurrunt in Sacris Literis *Baal* & *Belus*, variis Diis nomina communia, & numero ſecundo *Baalim*. Caeterum Chaldaeis ſeu Babyloniis propria erat vox *Bel*, Phoeniciis & adjacentibus *Baal*: utrumque ab Ebraeo בעל *Baal*, id eſt, *Dominus*: a quo, excidente litera ע juxta morem Chaldaicum fit בל *Bel*, cujus mentio eiſdem elementis apud Eſaiam cap. XLVI. comm. 1. Hieremiam cap. L. comm. 2. & LI. comm. 44. Phoeniciis autem Ebraice

Ebraice locutis *Baal* cum *Ajin* retinebatur. Discrimen istud a Graecis & Latinis minus observatum: utrique enim indistincte tam Phoenicium seu Tyrium Numen, quam Babylonium, plerumque *Belum* vocant, orientalium dialectorum haud curiosi. Et qui Fl. Josepho nunc Βὴλ, mox Βαὰλ dicitur: consulas cum Orig. Judaic. VIII. cap. VII. & IX. cap. VI. De Phoeniciorum Deo verba facit. Sed mirum est quod de *Baalis* significatione sive Assyriaca sive Persica, legitur tum apud Chronici Alexandrini autorem, tum apud Cedrenum. Hic de Thuro Nini regis successore locutus, Τούτῳ τῷ Ἄρει (nam Martem eum etiam nuncupatum scribit) πρώτην στήλην ἀνέστησαν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ ὡς Θεὸν προσκυνοῦσι, Βαὰλ ὀνομάζοντες, ὃ ἑρμηνεύεται Ἄρης πολέμων θεός, *Huic Marti primam statuam erexerunt Assyrii, & eum uti Deum adorarunt, nuncupantes eum Baal, quod interpretatur Mars bellorum Numen.* Tantundem eisdem pene syllabis tradit alter ille pag. 88. sed vocem Persicam esse dicit; Numen autem idem esse ipsum, quod in Daniele memoratur & in trium puerorum historia: sed nominis interpretatio Graeculorum commentum est. Eo primum fuisse summum & ineffabilem omnium rerum creatorem designatum merito sentias; cum scilicet & aliis vocibus ejusdem fere significationis, & ab Ebraeis, Arabibus, & Graecis id quod proprium Dei Opt. Max. nomen habetur antiquitus data opera explicatum saepissime legamus. Tetragrammatum enim nomen יהוה redditur a LXX. Ἀδωναὶ aut Κύριος, hoc est, *Dominus*; & substituunt Arabes الرب *alrab*, quod idem sonat. Et quam convenire potuerit τὸ *Baal* nomen Deo vero, caput secundum Hoseae satis monstrat, comm. 16. *Et erit in die illa, dicit Dominus, vocabis* [*me*] *Ishi* (id est, *maritus meus*) *& non vocabis me ultra Baali* (id est, בעלי nimirum *Baal meus*.) *Ego enim auferam nomina Baalim ex ore ejus, & non erunt illi amplius in memoria cum nomine illorum.* Seniores vero pro *Baali*, seu nomine cum affixo pronomine, *Baalim* pluraliter, ut videtur, ibi legebant: nam ita vertunt, οὐ καλέσει με ἔτι Βααλείμ. Populus Dei *Baalem suum* pie satis eum vocabant, priusquam ob vocem illam ad profana Numina frequenter nimis traductam, idipsum ipse Deus vetaret. Quin & diu est, quod Chaldaei quindecim myriadum annorum commentarios apud se latere jactarent, in quibus Belum suum uti rerum conditorem, in fabulosissima illa ineptissimaque Omorcae dissectione, celebrabant. Autor est Alexander Polyhistor ex Beroso Beli sacerdote. Deinde, ut fit corruptis moribus & in superstitionem pronis: Solem forte primo, quem μόνον οὐρανοῦ Θεὸν, id est, *solum in coelis Deum*, putabant Phoenicii (ita scribit Philo Bybliensis Sanchoniathonis interpres) sub hoc nomine venerabantur: postremo autem & in simulacra alia sive astrorum sive regum, quorum memoria posteris longe charissima, τὸ Βαὰλ sive Βὴλ ad augendum, qua fieri potuit, seu corporis coelestis seu demortui honorem, est impie derivatum. Varii etiam ritus, ceremoniae, stata ad sacrificia tempora sunt addita. Ita Assyrii, ita Phoenicii, alii suos fecere, coluere Belos sive Baalim. De Phoenicio Belo capienda sunt quae habes I. Reg. cap. XVI. II. Reg. cap. X. ubi rex Achabus in soceri gratiam, Ithobalis, inquam, Sidoniorum regis, fanum in Samaria Baali sacrasse memoratur. Sidon autem Phoeniciae urbs maritima, unde is ipse fuerit hic Belus, qui *Jupiter Thalassius* seu *marinus* Sidoniorum nuncupatur. Hesychius; Θαλάσσιος Ζεὺς, ἐν Σιδῶνι τιμᾶται, id est, *Thalassius Jupiter in Sidone colitur.* Belus enim Ζεὺς & *Jupiter* Europaeis, quod statim patebit, nominabatur. Nugaces Graeculi ex AEgypto Belum hunc petunt, & Neptuni & Libyes filium faciunt: fabulosam historiam vide, si vis, apud Apollodorum περὶ θεῶν, lib. β. & passim ferme admittitur. Sed futilis nimium est. De eo autem intelligendum illud in AEneidos I.

Implevitque mero pateram, quam Belus & omnes
A Belo soliti ----

nam Carthaginienses e Phoenicia oriundi: & de Didus libatione loquitur. Ibi notat Servius; *Lingua Punica* Bal *Deus dicitur, apud Assyrios autem* Bel *dicitur quadam sacrorum ratione & Saturnus & Sol:* ubi Giraldus & alii depravatis exemplaribus *Hal* & *Hel* legerunt. Totidem verbis Isidorus Origin. VIII. rem voluit explicare: uterque hallucinatus. Neque enim BAL, *Deum* magis Punice olim sonabat, quam BEL Chaldaice: utraque *Dominum* interpretantur. Punicas autem res & Phoenicias velut easdem, ad hanc quam nunc rem agimus, obiter memineris: qua de re fusius in Prolegomenis. Belo huic seu Bali Punico fanum erat in Bali urbe Libyes: ita enim Stephanus περὶ ἐθνικῶν, Βάλις, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Κυρήνῃ ἀπό τινος Βάλεως, οὗ καὶ ἱερὸν ἔχει· & *Balis* hic dicitur. Certe nomina illa Punica *Annibal* (quod inversum fere legitur Genes. XXXVI. comm. 38.) *Asdrubal, Adherbal*, de queis & consulas lib. VI. de Emendatione temporum, hoc quod tractamus Numen habent adjectum, non sine frequentissimo Orientalium maxime nationum exemplo, a quibus nomina ad eam rationem formata sunt passim obvia; uti videre est in *Beladane, Nebuchadnazare, Neriglossoro, Ethobalo*, atque id genus quam plurimis: & propheta Daniel appellatur *Beltsazar juxta nomen Dei mei*, inquit tyrannus ille apud Danielem cap. IV. Qui vetustissimas res Asiae contexunt, Berosus, Menander, Sanchoniatho, seu Philo apud Josephum & Eusebium, Arrianus in περίπλῳ rubri maris, & si qui sunt alii, luculenter hoc itidem ostendunt. *Belum Babylonium* quaeras apud laudatos jam prophetas Isaiam & Jeremiam. De historiola illa in Apocryphis de Belo & Dracone videmus seorsim capite extremo. Templum ejus, regiam, statuam, & sepulcrum qui vult, Danielis cap. III. Herodoti lib. I. Strabonis lib. XVI. Plinii lib. VI. cap. XXVI. Q. Curtium lib. V. Arrianum lib. VII. Diodorum, alios adeat: & festum ejus habetur II. Reg. cap. X. comm. 20. De Chaldaeis Stephanus ille, Μαντεῖον δὲ ἔχειν λέγουσιν αὐτοὺς παρὰ βαρβάροις, ὡς Δελφοὶ παρ' Ἕλλησι, id est, *oraculum apud Chaldaeos esse aiunt, quod Barbaris, ut Delphi Graecis, aestimatur.* Beli oraculum, de quo Arrianus intelligit. Caeterum

terum

terum de eo autor Chronici Alexandrini ita; Jupiter suscepit ex Junone filium ὃν ὠνόμασε Βῆλον, διὰ ὀξύτατον εἶναι τὸν παῖδα, id est, *quem nuncupavit Belum, eo quod puer acutissimus esset.* ridicule. nec omnino capio Graeculi originationem, nisi παρὰ τὸ βέλος deducere voluerit, quod *jaculum* seu *telum*, quod acutum est plerumque, denotat: verum pro ὀξύτατον substituendum videtur ibi ὀξυκίνητον, quod *velocem* notat. Et jaculo sic congruet magis, & menti ejus qui ita ineptire ausus est, ut nomen Chaldaeum a Graio fonte peteret. Velocem esse, hominis est; non video satis ut acutum esse sit item, nisi quo Thersites est modo φοξὸς apud Homerum. Et Georgius Cedrenus firmat emendationem nostram. Βέλος ἢ ὁ υἱὸς, inquit, διὰ τὸ ὀξυκίνητον εἶναι οὕτως ἐκλήθη. Paulo melius ii qui apud Didymum scholiasten ad illud Iliad. α.

----- ἀπὸ Βηλοῦ θεσπεσίοιο,

unde Vulcanus se dejectum ait, interpretantur Βηλὸν τὸν ἀνωτάτω πάγον καὶ περιέχοντα τὸν πάντα ἀέρα, sive, ut alii, τὸν περίοδον τοῦ αἰθέρος καὶ τῶν ἄστρων· melius, inquam, ii, & propius absunt ab eo, quod diximus de *Beli* vocabulo astris tributo. Dryopum lingua alii Βηλὸν Olympum significare volunt, & secundum Chaldaeos *coelum*, uti ad eum locum refert Eustathius: sed recte ille Βηλὸν ibi a *Belo*, quod est nomen proprium, distinguit. Βηλὸς enim *limen* est: caeterum diverso scribitur accentu τὸ Βῆλος quod regibus & Diis tribuitur. Βῆλος enim exaratur, idque apud vetustissimos. Hesiodus in catalogo heroinarum:

---- Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

quae prima est apud scriptores Graecos Beli mentio: citat Strabo lib. α. Tamen & Suidas; Βηλὸς, βαθμὸς θύρας, ἢ οὐρανός. Ab homonymia, accentu neglecto, hallucinatus cum aliis est. Neque enim Βῆλος male pro *coelo* accipitur: velut enim collectivum in Syris Numen erat כל צבא השמים *Col tziba haschamaim*, id est, *omnis exercitus coeli*, cui aram in atrio templi extruxit Manasses: neque non est verisimile etiam *Belum* exercitum illum, sive coelum, dictum esse: generale enim Deorum nomen *Baal* fuisse scimus: & Chaldaeis coelum ita vocatum jam ex Eustathio, qui a veteribus hausit, monuimus. *Omnes exercitus coeli* Senioribus LXX. πᾶσα δύναμις τοῦ οὐρανοῦ redditur. *Belus* autem & οὐρανὸς & Ζεὺς Ποσειδῶνος υἱὸς interpretatur apud Hesychium. Distabat autem Babylonius ab altero illo Phoeniciorum, ut Jupiter Ammon a Jove Capitolino, Cretensis ab utroque: quomodo enim indigitabantur Pluto *Jupiter Stygius*, Consentum primus *Jupiter Olympius*, Ζεὺς Ἀσκληπιὸς, ut est apud Aristidem, *Jupiter Sarapis* in vett. inscriptionibus, & simili varietate trecenti illi quos Varro habet apud Tertullianum Joves; ita Syri *Baal-peor*, *Baal-zebub*, *Baal-moloch*, & quae alia memorantur ejusmodi, proferebant; uti Europaeis *Joves*, ita Asiaticis *Belos* seu *Baalim*, generale Divum vocamen esse denotantes: & Jovis stella Pharisaeis *Coceb-baal* dicebatur, uti est apud Epiphanium. Signantius autem de τοῖς Baalim Scriptura aliubi non loquitur quam in Jerem. II. com. 28. *Nam juxta numerum civitatum tuarum fuerunt Dii tui, Jehuda. Baalim tui* si dixerat: idem dixerat; & D. Paulus I. ad Corinth. cap. VIII. com. 5. *Sunt Dii multi & Domini multi*, quod interpreteris *multi Beli*, vel, siquidem ad Europaeorum morem sit loquendum, *multi Joves*. Quemadmodum enim *Belus* primo summum rerum Gubernatorem Opt. Max. denotabat, ita & *Jovis* (quod apud Ennium in Consentum Deorum numero, Varronem, Hyginum, D. Augustinum, alios, recto casu usurpatur) idem significabat; grassante verum hominum errore ad idola transferebatur, & quod simplicissimum & unicum inprimis erat, tam multiplex postea redditum est. *Jovis* enim ex tetragrammati Europaeorum pronuntiatione corrupta fiebat: nec *Jupiter* aliud sane est quam *Jovispiter*, id est, Ἰαὼ πατὴρ, seu Ἰαὺ πατὴρ, *Jehovah pater*. Notum illud Apollinis Clarii Oraculum,

Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον Θεὸν ἔμμεν Ἰαώ.

Cornelius Labeo habet apud Macrobium Sat. I. cap. XVIII. Tetragrammaton autem a Graecis Ἰαὺ & Ἰαὼ exaratum fuisse, patet ex Clementis Alexandrini Stromat. V. Diodor. Sicul. Biblioth. II. Euseb. Apodix. IV. Epiphanio, Irenaeo, & Theodoreti quaest. XV. in Exodum; ubi non Ἰα, uti in vulgatis, sed Ἰαὼ legendum, ut citatur ille locus eruditissimo Hoeschelio ad Philonis Judaei opuscula. Joannes Drusius libello de Tetragrammato ex Porphyrio notat Ἰευὼ pro Ἰαὼ seu *Jehovah*; quae tamen Porphyrii verba a Theodoreto in Therapeutic. II. laudata Ἰαὼ habent: sed vero & Ἰευὼ legitur ubi a Philone Biblienſi refertur Sanchoniathonem Troicis temporibus vetustiorem res Judaicas scripsisse, εἰληφότα τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ τοῦ ΊΕΥΩ, id est, *easque accepisse a Jerombalo sacerdote Dei* JEVO, quod extat apud Eusebium primo προπαρασκευῆς. Ἰαζ etiam & Ἰαὼθ in carminibus magicis quae ad podagram sanandam recenset Trallianus medicus, haud aliam quam a tetragrammato trahunt originem. Inde & Maurorum *Juba*. Minutius Foelix, *Juba Mauris volentibus Deus est*: ita Lactantius lib. I. cap. XV. Quantilla autem mutatione elementorum ex Ἰαὼ seu Ἰευὼ etiam ex ipso יהוה fiat *Jovis* in casu recto, addita nimirum Latina terminatione, quis non videt? unde certe *Jovis* sive Διὸς vocabulo ipsum Deum Opt. Max. designari pie posse videtur; & D. Pauli etiam exemplo. Is Act. XVII. com. 28. ὡς καὶ, inquit Atheniensibus, τινὲς τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, id est, *uti & quidam apud vos poetae dixerunt*, EJUS ENIM ET GENUS SUMUS. Deum verum innuit: caeterum idem est ac si dixisset, Διὸς γένος ἐσμὲν, id est, *Jovis genus sumus*. Poeta enim de quo ille, Aratus est: qui Phoenomena sua, pro more poetarum, a Jove ita est auspicatus, Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, id est, *Ab Jove principium*, paucisque interjectis, Τοῦ γὰρ, inquit, καὶ γένος ἐσμὲν, id est, *Ejus enim & genus sumus*. Quod Aratus igitur scripsit, & Apostolus citavit, est, *Jovis genus* (id est, τοῦ Jehovae

τοῦ Jehovae) *sumus:* nil apertius dici potuit. Ζεὺς, *Jupiter*, & in obliquo Διὸς nomina non tam hoc vel illud idolum significabant, quam rerum conditorem Opt. Max. & aeternum proprie designabant; etiam apud eos qui nominum non imperiti, sed cultus veraeque pietatis erant prorsus ignari. Recte Leontius de eo Arati initio, Ἄρατος, inquit, κατὰ τὴν κοινὴν δόξαν εἴρηκε τοῦ Διὸς τὸ ὄνομα, ὡς ἂν τῶν ὄντων βάσιν, hoc est, *Aratus, secundum vulgi opinionem, Jovis nomen expressit, uti entium fundamentum.* Minutius Foelix, *Qui Jovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt.* Verum est, falluntur, nisi ad originem suam *Jovem* referant: ita enim erit *Jovis* unicus ille Deus ineffabilis, qui ab impiis censebatur multiplex, perinde ut idolorum sacra & nomina. Pie, fateor, Origenes, qui non vult Deum verum *Jovem* vocari, id est, Ζῆνα, ob fabularum de eo spurcitiem: videas ejus lib. IV. adversus Celsum. Optime Plato, cui, in Philebo, cum religione metus, ne in Divum nominibus impingeret. Sed ritus impios, naenias putidas, & fabulas si Christianus reseces, certe Jovem, Ζῆνα, sive Δία (quae vocabula, licet perquam varie derivent Graeci, potestatem tamen divinam, humani nimirum generis conservationem, mundi gubernationem, & quae alia summo Numini propria, in iis latere uno ore fatentur) unum tantummodo & colendum reliquum habes. *Deus* & Θεὸς idolis tribuebatur: ideone summus & verus omnium rerum creator non ita compellandus? Infoelicium, qui abiere, locus idololatris *Tartarus* dictus est: anne hoc facit, quo minus idem eodem nuncupetur vocabulo Christianis? certe D. Petro II. Epist. cap. II. ταρταρῶν *in locum illum dejicere* denotat, quod Homero est, εἰς τάρταρον ῥιπτεῖν, atque inde Dii ὑποταρτάριοι eidem nuncupati. Purae religionis lux pluria, quae ab idolis usurpabantur, unice venerando Deo vindicabat. De ignoto Deo Athenis impie satis culto (quod etiam nomen, non sine Daemonum praestigiis, aris suis scripserant cives, uti elicere fas est ex Laertii Epimenide) D. Paulus Act. Apost. cap. XVII. comm. 23. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν· vocabulum quod illi cum mysterio Daemoni male tribuebant, voluit Paulus ut ad rerum creatorem, cui competebat, transiret. Idolum, Θεὸς, *Jovis*, Ζεὺς, *Jupiter* appellabatur improprie & impie: iisdem nominibus proprie & pie, qui verus ac unicus Deus Opt. Max. Θεὸς, *Jovis*, Ζεὺς, *Jupiter* dici potest. D. Chrysostomus Homil. III. in epist. ad Titum, de Arati verbis a D. Paulo allatis, Οὐ τὰ, scribit, τοῦ Διὸς εἰρημένα εἵλκυσεν εἰς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὰ προσήκοντα τῷ Θεῷ, καὶ οὐ γνησίως οὐδὲ κυρίως ἐπιτεθέντα τῷ Διῒ (siquidem intelligatur Ζεὺς, ut idolum, & Numen fabulis inquinatum) ταῦτα ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ, ἐπεὶ καὶ τὸ Θεὸς, ὄνομα αὐτοῦ μόνου ἐστὶ, καὶ παρανόμως ἐπίκειται τοῖς εἰδώλοις, *Haud*, inquit, *ea quae de Jove dicuntur trahit ad Deum, verum quae Deo conveniunt, atque improprie Jovi sunt tributa, ea Deo reddit, cum nimirum illius sit tantummodo nomen* Deus, *& non sine injuria idolis imponatur.* Huc spectat animadversio Clementis Alexandrini in illa quae D. Petro, sub Concionis nomine, tribuuntur. Petrus aiebat, Τοῦτον τὸν Θεὸν σέβεσθε, μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, id est, *Hunc Deum veneramini, sed non sicut Graeci:* ad haec Clemens, Μὴ τοίνυν, φησὶ, σέβεσθε, οὐκ εἶπε, Θεὸν ὃν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ, μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, τὸν τρόπον τὸν τῆς σεβήσεως ἐναλλάττων τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ δὲ ἄλλον καταγγέλλων, hoc est, *Non igitur dixit, Ne veneramini Deum, quem Graeci, sed non sicut Graeci: modum cultus immutavit, haud alium Deum praedicavit:* scribit in Stromateon VI. Recte Seneca Natural. Quaest. II. cap. XLV. de Etruscorum theologia, *Eundem quem nos Jovem intelligunt, custodem rectoremque universi, animum ac spiritum mundani hujus operis, dominum, & artificem, cui nomen omne convenit.* Quod autem tam commune omnium Divum erat, *patres* nuncupari, idque solennibus & sacrificiis & precationibus, inde ex Ἰαὼ & Ἰοὺα factus *Jovis*, in *Jovispater*, *Jovispiter*, & *Jupiter* tandem transiit. De seipsis Dii apud Lucilium, citante Lactantio, de Vera Sapientia cap. III.

Ut nemo sit nostrum, quin pater optimu' Divum:
Ut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars,
Janu', Quirinu', pater nomen dicatur ad unum.

ubi legit, & rectissime, mea sententia, Fr. Douza, *omnes dicamur ad unum.* Diserte autem Agellius lib. V. cap. XII. *Jovem Latini veteres a juvando appellavere, eundemque alio vocabulo juncto Patrem dixerunt. Nam quod est in elisis aut immutatis quibusdam literis Jupiter, id plenum atque integrum est* Jovis-pater: *sic &* Neptunus-pater *conjuncte dictus est, & Saturnus-pater,* & Janus-pater, *&* Mars-pater, *hoc enim est Marspiter. Et Marspater,* ritu solenni, est apud Catonem de Re Rustica cap. CXLI. in formula solitaurilium, pro *Marspiter:* de quo vide nobiliss. Scaligerum ad Festi *Marspedis.* Largiter autem peccant qui cum Cicerone, Agellio, Lactantio, & qui sunt eorum sequaces, *Jovem* a *juvando* petunt, dictumque volunt *Jupiter* quod sit *juvans pater.* Haud meridiana lux clarior, quam hoc quod adduximus etymon: ista enim hallucinatio in caussa fuit, quod politissimus ille Patrum Divin. Instit. I. cap. XI. dixerit, *Vana igitur persuasio est eorum, qui nomen* Jovis *summo Deo tribuunt. Jupiter enim sine contubernio conjugis, filiaeque coli non solet. Unde quid sit apparet: nec fas est id nomen eo transferri, ubi nec Minerva est ulla nec Juno.* Sed si origini suae *Jovem* vere vindicasset, aliter proculdubio pronuntiasset. Nec objiciat quis tam ἄῤῥητον aut ἀπόῤῥητον nomen tetragrammaton fuisse, ut gentibus non innotesceret: id quod viri etiam docti nimis patienter pro concesso accipiunt, dum morem religiosissimum Judaeorum in eo proferendo male interpretantur. Nonne enim Aramaeis idololatris non solum cognitum, verum etiam & prolatum legimus? Rabsake apud Jesaiam cap. XXXVI. comm. 15. *Neque confidere vos faciat Hizkijahu in* יהוה *dicens, Eruendo eruet nos* יהוה; saepiusque repetit. Quoties palam nomen illud, ut proprium nomen Dei, praedicatur, potissimum a Jeremia? *Jehovah Zabaoth,*

Zabaoth, seu *Jehovah, nomen ejus. Et nomen suum*, & *nomen suum magnum* idem appellat ipse Deus Opt. Max. Exod. VI. comm. 3. Jer. cap. X. comm. 16. Celatam prorsus, seculis antiquioribus, & semper data opera absconditam ejus pronuntiationem dicere, est Rabbinorum nugis nimium indulgere; qui etiam ad illud Exod. cap. III. comm. 15. *Hoc est nomen meum* לעלם *Legholam*, quod *in perpetuum*, juxta septuaginta etiam Seniores, vertitur, intelligunt quasi redderes, *Hoc est nomen meum abscondendum:* ita nimirum parva punctorum variatione לעלם sonare potest. Quomodo autem seculorum citeriorum Judaei ab ejus pronuntiatione abstinerent, quam religiosissime semel quotannis, qui mos hodieque dicitur alicubi in usu, a sacerdote, expiationis festo, proferretur, & id genus alia, passim apud scriptores reperias: necessarioque observes LXX. Seniorum versionem, qui aut Ἀδωναὶ aut Κύριος semper pro יהוה substituunt: vide quod de vetusta quadam Synagoga Pragae refert Buxtorfius in Radice הוה. Ego certe in hanc ita propendeo sententiam, tetragrammatum nimirum nomen non absconditum a Gentibus esse, ut & ipse Pythagoreorum τετρακτὺν, contra quam interpretum turba, id nominis fuisse autumem: ita enim illi jusjurandum concipiebant:

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

vereor ut bene interpretes, qui vertunt, *Non per eum qui dat animae nostrae quaternarium numerum*, primum tantummodo versiculum legentes. Latine foret potius dicendum, *Non per* τετρακτὺν, seu *Quaternarium numerum, qui animae nostrae fontem dedit, in quo perennis naturae*, sive *aeternitatis, fundamenta sunt:* aut, *Non per* τετρακτὺν, *qui vitae nostrae fontem dedit, in quo aeternae naturae sunt radices*, hoc est, *Non per universi creatorem.* Forte enim ῥιζώματα illa sunt Jupiter, Juno, Pluto, & Nestis illi, seu aether, aer, terra, & aqua; quae

-------- τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα

vocabat Empedocles, seu quatuor elementa. Vide Plutarchum lib. α. de Placit. Philosophorum cap. γ. Et ῥιζώματα φύσεως sunt ipsa elementa. Et Empedoclem Pythagoreum fuisse nemo eruditulorum nescit: cujus nempe etiam dogmata & Pythagorae, leges erant olim Graecis, quod ait Plutarchus, περὶ σαρκοφαγίας λογ. β. Caeterum vide, si placet, Hesychium in Τετρακτύς. Nec sine mysterio confundebant prisci sexus Deorum, quos ἀρρενοθήλεις dicebant: aures igitur non offendit, cum τὴν τετρακτὺν, quisquis ille poeta fuerit, scribebat. Interpretatio nostra & Pythagoricae & Christianae doctrinae satis consona est: alias, si placet, consulas apud Plutarchum libello de Iside, Jamblichum in Pythagorae vita, Nicomachum in Enchiridio ἁρμονικῆς, Macrobium lib. I. in Som. Scipionis, Nicetam ad Homil. Nazianzeni in S. Pentecostem: quarum nonnullae a nostra stare possunt etiam videri, modo τετρακτὺς pro doctrina coelesti sive Deo summo, quaternario numero inprimis notato, sumatur.

Nec mirum est Pythagorae ante alios nomen innotuisse, quippe qui Chaldaeos, Magos, Nazaratum Assyrium, quem Ezechielem putabant nonnulli veterum, docentes audivit. De Nazarató scribit Alexander apud Clementem primo Stromateon: sed non vult Clemens eum fuisse Ezechielem. Certe accuratissima chronologia Ezechielem & Pythagoram inter L. & LII. Olympiadas simul floruisse docet. Ideo & Nazaratus ille quin Ezechiel fuerit non adversatur temporis ratio. Utcunque certe res Judaicas calluisse videtur: & is ipse est Ζάβρατος qui Malcho, in Pythagorae vita, appellatur ejus praeceptor. Neque V. C. Conradus Ritterhusius alibi quam in Nazarato Zabratum ibi quaerere debuit. Corruptus igitur est aut Malchi (id est, Porphyrii; nec enim alius is autor est, quod ex Eunapii vita Porphyrii, & lib. III. D. Cyrilli adversus Julianum, unde & Malchum Ritterhusianum & emendes & augeas, facile deprehendimus) aut Clementis codex: rescribe igitur, aut in Malcho Ναζάρατον aut in Clemente Ζάβρατον. Malim Clementem emendes. Nam Ζαράτας Pythagorae praeceptor memoratur apud Plutarchum in περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας. Anne *Zaradam* voluere scriptores illi? id est, Zoroastrem magum, qui *Zarades* etiam dictus est: testes sunt luculenti Theodoretus Sermone IX. & Agathias hist. II. Certe Pythagoram Zoroastris sectatorem plerique (ut docet Apuleius) sunt arbitrati: atque illum cujus doctrinam amplectebatur philosophus, praeceptorem ejus posteritas forsan aestimabat. Audire Zoroastrem non potuit, quippe Zoroastre aliquot seculis recentior; uti ex Xantho apud Diogenem Laertium supputanti constat. Pherecydem Syrum non omitto, sive ex Syro insula, sive ex Syria oriundum eum putes: ex apocryphis enim Phoenicum libris eruditionem suam, quam Pythagorae transmisit, hausisse scribit Hesychius illustrius. D. Ambrosius lib. I. epist. VI. *Nam cum ex populo Judaeorum, ut plerique arbitrantur, genus duxerit* Pythagoras, *ex ejus disciplina derivavit etiam magisterii praecepta:* sic Numenius apud Origenem lib. I. adversus Celsum, & Clemens Alexandrinus Stromat. α. Vide quod aliorsum detorquet Aristoteles sub libri primi de Coelo initium περὶ τριάδος Pythagorae. Mirum si Trinitatem per transennam non viderat. Quam facile fieri potuerit, ut is Judaicum nomen summi Dei, nec prorsus absconditum nec temere propalandum, disceret, & τετρακτὺν vocaret, ita liquido constat: ad Reuchlini lib. II. de Arte cabalistica te relego, si placet, & ad Belum, id est, in callem, redeo. Qui Graecis literis res Orientis olim mandabant, Belum tam Babylonium quam Phoenicium Ζῆνα plerumque nominabant. Berosus, Beli etiam sacerdos, apud Eusebium in Omnifaria historia; Βῆλος, ὃν καὶ Δία μεθερμηνεύουσιν, id est, *Belus, quem Jovem interpretantur:* eo nomine apud Persas colebatur; quod ex eodem autore atque aliis rerum Asiaticarum scriptoribus vetustissimis meminit Agathias historiarum II. Ζεὺς etiam Βῆλος Babylonius appellatur Herodoto: & Hesychius; Βῆλος, Οὐρανὸς, καὶ Ζεὺς Ποσειδῶνος υἱός. Hestiaeo scriptori vetustissimo, insanae illius Babylonicae substructionis historiam referenti (ut videre est etiam in nono Praeparationis Evangelicae)

Ζεὺς ἐνυάλιος dicitur Belus: τὸν ὃ, ait, ἱερέων τοὺς διασωθέντας τὰ τοῦ ἐνυαλίου Διὸς ἱερώματα λαβόντας εἰς Σενναὰρ τῆς Βαβυλωνίας ἐλθεῖν· quae proculdubio transtulit D. Hieronymus in locis Ebraicis, cum haec, ut vulgati codices sunt, scripserit, *Quidam sacerdotum profugi de templo* Gemalii Jovis *sacra rapientes in Sennaar campum Babyloniae pervenere*: sed quisnam ille *Jupiter Gemalius?* me autore, lege *Enyalii Jovis*, & hinc emendandus Josephus Archaeolog. I. cap. VI. ubi haec Hestiaci adferuntur, & Ἐνυέλιος corrupte scribitur. Ἐνυάλιος autem Homero est Mars, & Ζεὺς *Enyalius* est *Jupiter Martialis*, *Martius*, sive Ἄρειος, quo nomine celebris erat ab ara, super qua Oenomaus hostias, quoties in equestre certamen procos vocaret, est immolare solitus: ita Pausanias priore Eliacorum. Veteres item nummi tam Jovem quam Martem habent, *ultorem*, *victorem*, *propugnatorem*. Imo sunt qui & Assyrium & Persicum Belum diserte Martem & vocant & bello praeficiunt, etiam & *bellorum Deum*, Belum seu Baalem significare volunt, uti ostendimus ad initium hujus capitis. Quam interim ab iis haec stare videantur, qui *Bellum* a *Belo* deducant, hic non disputo. Tyriis seu Phoeniciis qui *Belus* seu *Baal* erat, is Menandro, qui ex Phoenicum sermone annales eorum Graece reddidit, Ζεὺς item appellatur, & Dio, earundem rerum scriptori prisco, Ζεὺς Ὀλύμπιος· testatur Josephus Origin. Jud. VIII. cap. II. Verum & Bacchus, cum fundit ad Astrochitona preces, apud Nonnum in Dionysiacorum XL. ita,

Βῆλος ἐπ' Εὐφρήταο, Λίβυς κεκλημένος Ἄμμων,
Ἆπις ἔφυς Νειλῶος, Ἄραψ Κρόνος, Ἀσσύριος
Ζεύς.

quin & Belum hunc Ζῆνα Λίβυν dictum ex alio ejusdem poetae loco doctissime, ut omnia, adnotavit V. Cl. Daniel Heinsius ad Silium Italicum. Xiphilinus in Caracallo, ὁ Ζεὺς ὁ Βῆλος ὀνομαζόμενος, καὶ ἐν τῇ Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας τιμώμενος, id est, *Jupiter Belus dictus, & in Apamea Syriae cultus*. Idipsum vero est *Olympius Jupiter* quod *Beelsamen*, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι (quae sunt Philonis, ex Taauto & Sanchoniathone, verba) Κύριος οὐρανοῦ, id est, Sol, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι, id est, *qui Phoeniciis est coeli Dominus, Graecis vero Jupiter*. Caeterum τὸ Βεελσαμὴν Sanchoniathoni forsan scriptum fuit בעלשמים *Baal*, aut levi punctorum mutatione, *Beelsamaim*, quod Κύριος οὐρανοῦ, seu *Dominus coeli*, interpretatur, & perquam apte & signanter Jovem Olympium antiquissimum illud Poenorum Numen *Uranum* dictum exprimit. D. Augustinus in Judices quaest. XVI. *Baal Punici videntur dicere Dominum, unde* Baalsamen, *quasi Dominum coeli, intelliguntur dicere.* Samen *quippe apud eos coeli appellantur*: ubi pro *samaim samen* ille ad Poenorum forte eo aevo dialectum habet: vide quae de *Belisama* habemus infra. Eodem sensu Marnas Gazaeorum Deus (Gaza autem Palaestinae urbs) Jupiter Cretensis censebatur. Nam *Mar* seu *Maran*, מר nempe & מרן, Chaldaice, id est, Syriace, si secula citra captivitatem respicias, idem quod *Baal* & *Dominus* interpretatur: inde *Marnas*, hoc est, Syriace ܡܪܢܫ *Marnash*, sive ܡܪܢܫܐ *Marnasha*, quod *Dominus hominum*, quasi πατὴρ ἀνδρῶν, ut Jupiter poetis dicitur, sonat: idem observavit illust. Scal. ad Fragmenta. Sic Jovem suum Cretensesa Gazaeis, non hi ab illis Marnam derivent, aliter quam antiquorum aliqui: vide Stephanum Byzantium in Γάζα, ubi Μαρνᾶν Κρηταγενῆ significare scribit: τὰς παρθένους γὰρ, inquit ille, οὕτω Κρῆτες προσαγορεύουσι, μαρνάν. Quid audio? an quod Cretensibus virgines τῷ μαρνὰν denotentur, ideo Κρηταγενὴς vocatur μαρνᾶς? argumentum non capio. Quid quod lingua Cretica non μαρναὶ virgines sed ὁμαρταὶ seu μαρταὶ dictae? Solinus cap. XVII. *Cretes Dianam religiosissime venerantur*, Βριτόμαρτιν *gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat Virginem dulcem.* Verum & Κοτίανα, item Μαλκανὶς *virginem* Cretensibus sonabat, teste Hesychio. Is vero Μάριν iis *suem* interpretare testatur. Qui Gazaeorum *Marnam* aliunde deducunt, vereor ne quod verisimillimum est prorsus omittant: vide si tu vis, Erasmum ad epistolam D. Hieronymi ad Laetam. Et de Marna Gazaeorum, plura habentur apud patrem illum in vita Hilarionis cap. XV. & apud Marinum in vita Procli. Sed frustra sunt qui ex Europa in Asiam Numinum vetustissimorum origines trahunt, nec melius conjiciunt, quam qui a Belo homine AEgyptio Babylonii Beli templi conditore, idolum illud volunt: quod tamen refertur apud Pausaniam in Messenicis. Optimus autem conjector, quamplurima alia antiquissimis Europaeorum occurrentia monimentis, *Beli* seu *Baalis* Asiatici nomini suos debere natales, opineris: unde enim est quod Βέλα sit Ἥλιος καὶ αὐγή, apud Hesychium, & Βαλλήν, ex Phrygiorum lingua, *rex*? sane & AEschylo in Persis βαλὴν idem est, ubi scholiastes vetus Euphorionem laudat autorem, Thuriorum id esse vocabulum. Plutarchus περὶ ποταμῶν de Sagari fl. apud Phrygas, Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Βαλληναῖον καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον Βασιλικόν, id est, *Adjacet illi mons Ballenaeus dictus, quod Regius significat.* Βαλιναῖον legerat ibi Eustathius, qui locum illum ad Iliad. γ. citat: vide Gruteri Inscriptiones fol. CXXVI. ubi Bely *Diva* interpretanti dicitur. *Sol* en, *Rex* & *Dominus* ipsissima sunt etiam in Europa Beli nomina. Et Britannis & Gallis Dii erant Abellio, Belenus, sive Belinus, quod non ex prisca solummodo historia passim, sed ex. vett. etiam inscriptionibus constat. Addideris & quae Wardaliae in Cumbrorum provincia visitur, aram ad hunc modum incisam Belatucadro,

DEO
SANCTO BELA
TUCADRO
AURELIUS
DIATOVA *ARAE
X VOTO POSUIT
LL. MM.

& in eodem agro alteram non ita pridem effossam,

* *Pro aram ex, &c.*

DEO

DEO BELATUCAD
RO LIB. VOTU
M FECIT.
IOLUS.

hanc item,

BELATUCADRO
JUL. CIVILIS OPT.
V. S. L. M.

ultima autem, ſub Commodo imperatore, ducentis plus minus a Chriſto annis, dedicata videtur eſſe : tranſcripſit in Brigantibus V. Cl. & eruditiſſimus ſenex G. Camdenus ὁ μακαρίτης. Tertullianus etiam Noricorum Belenum enumerat Deum, ut ex veteri MS. Apologetici illius caput XXIII. emendavit doctiſſ. P. Pithoeus. Aquilegienſibus idem Numen cultum legitur in Maximinis Julii Capitolini, & ab aruſpicibus conſultum oracula reddidiſſe. Arae illi inſcriptae frequentes ſunt apud Pighium in Hercule Prodicio, Janum Gruterum, alios : ſed Deus Aquilegienſium ἐπιχώριος nuncupatur Βέλις Herodiano eandem conſcribenti hiſtoriam lib. VIII. Βέλιν γὰρ, ait ille, καλοῦσι, τοῦτον σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. Apollinem, qui idem, ut pueris notum, cum Sole ſeu Phoebo, cenſebant Belin ſive Belenum ſuum eſſe. Noricorum & Gallorum Belenus idem Deus aeſtimabatur : atque inde eſt, quod Apollinem coluiſſe Gallos ſcribat Caeſar. Inde a Phoebo Beleni aedituo nomen apud Gallum doctiſſimum, Auſonium dico, in Profeſſoribus Burdigalenſibus,

Nec reticebo, inquit, *ſenem*
Nomine Phoebitium,
Qui Beleni aedituus
Nil opis inde tulit.

Herba etiam Apollinaris (hyoſcyamum putant) in appendice Canteriani Dioſcoridis cap. χνα. Βιλινούντια Gallis appellatur : reliquias *Beleni* habet vocabulum. Numiſmati inſuper Cunobelini regis Britanni, cujus ab hoc Numine auguſtius nomen, Apollo ſeu Belenus inſculpitur lyram pulſans. Etiam Cretenſes Apollinem ſeu Solem Ἀβέλιον vocabant, teſte Heſychio. Apollo autem, Sol, & Pan priſcis iidem ſunt. Pan vero ὁ τῆς ὕλης κύριος dicebatur, id eſt, ut interpretatur Macrobius, *univerſae ſubſtantiae materialis dominator,* ſive ὁ Βαάλ. Quam lata igitur fuerit ejus nominis per Europam propago, ex his licet ſatis conjectare. Nec omnino obſtat tam varia ſive ſcriptio, ſive pronuntiatio, ſive terminatio vocabulorum : depravata enim plerumque ex Aſia in Europam, perinde ac ex Europa in Aſiam, tranſmigrant quae ſunt ejuſmodi. quod ego hic certe nec importune etiam obſervandum puto in decantati *Heliogabali,* Numinis Syri, etymo, eumque aliter ſibi reſtituendum, quam a doctiſſimis & magnis viris hactenus factum legerim. Veteribus & inſcriptionibus & hiſtoricis profertur non unum ad modum. Nunc *Alagabalus,* nunc *Elagabalus,* & *Helaeogabalus,* & *Heliogabalus* indigitatur : ubique fere idem cum Sole agnoſcitur, Atqui ea quae minus a recta diſtat ſcriptio nominis eſt *Alagabalus* ; quod inprimis monemus. Ex hac enim ad veram devenire nobis videmur. Prima ejus in priſcis monimentis memoria hiſce ſervatur elementis. Ara, in aedibus Mattheiorum trans Tiberim viſenda, ſic,

SOLI
ALAGABALO
JULIUS BALBILLUS
AQUILA.

Julius Balbillus Aquila ſacerdos Numinis erat ſub Vario illo Antonino cognomine, ni fallor : fuiſſe vero ante hiſtoricorum quenquam Heliogabali memorem manifeſtum eſt. Sacerdotem oſtendit cippus ei ab Eudaemone liberto dicatus,

TI. IULIO BAL
BILLO S. SOL.
ALAGABALI
EUDAEMON LIB.
PATRONO
OPTIMO.

Sub Severo autem ſolis antiſtitem claruiſſe Balbillum conſtat, ex alio, in domo Colotiana Romae, ſaxo veteri, quod ſic ſe habet,

TI. JUL. BALBILLO SAC. SOLIS
EUTYCHES AUGG. LIB. OFICI
NATOR A STATUIS AMICO
OPTIMO ..... DEDIC. KAL. IAN.
P. CORNELIO ANNULINO II.
ET M. AUFIDIO FRONTONE. COS.

Et ipſum ſe, in cippo hortulo Mattheiorum ſervato, & Cl. Juliano Praef. annonae inſcripto, ſacerdotem Solis nuncupat, Annio Fabiano & Nonio Muciano Coss. Fabianus autem & Mucianus conſules erant poſt Annulinum & Frontonem, anno unico intercedente : omnes Severo imperante. Spurciſſimum Varium, poſtquam ex Syria novum hoc Romanis Numen traduxerat, non alios perinde idoneos, qui ſacerdotes deligerentur, cenſuiſſe eſt veriſimillimum, atque eos qui prius Solis etiam Romani ſacrorum (neque Sol alius ab Alagabalo) periti extitiſſent. A ſacerdotio igitur Solis ad Alagabali tranſiſſe Balbillum conſtat, idque cum novum omnino adhuc Romae eſſet Numen. Sacra autem ejus & myſteria proculdubio edoctus, homo tamen Romanus & Aſianae dialecti omnino rudis, haud, uti vulgus, *Heliogabalum* Deum ſuum vocavit ; ſed vero aut undiquaque veram vocabuli barbari & a populari elegantia nimium forſan alieni pronuntiationem non eſt aſſecutus, aut ab inuſitata ſuis & moleſta elementorum prolatione (quae in vocabulis orientalibus plerumque evenit) data opera, ne portentoſum nimis novi

Dei

Dei vocamen non tam venerarentur cives, quam riderent, abhorruit. Pro vocabuli autem varia ſcriptura videſis Dionem lib. LXXIII. Xiphilinum in Avito, Lampridium & Capitolinum in imperatore cognomine, Herodianum in Macrino, Spartianum ad finem Caracalli, ubi an Sol fuerit an Jupiter Syrius dubitatur : ſed *Alagabali* magis vocabulo, quam eorum alio quovis quae hiſtorici habent, nuncupandum hinc conſtat, utpote ab antiſtite ſuo primum tributo. Decurtatum Dei nomen imperatori dabant nonnulli, *Gabalum* vocantes. Servius ad VII. AEneid. *Gabalus Romanus imperator Solem ſe dici voluit : nam Heliogabalus dictus eſt*, & Nicephorus patriarcha in Chronico, Ἀντωνῖνος ὁ Γάβαλος ἔτη δ. inde Faſti Siculi pag. 440. ſecundum editionem Raderianam ſunt emendandi. Sed vereor ne inter recentioris aevi de rebus priſcis affanias ſit recenſenda haec nominis mutilatio : neque autem verſus hoſce Opilii Macrini, quos refert Capitolinus, eum deſignaſſe cenſeo :

Si talem Graium retuliſſent fata poëtam,
Qualis Latinus Gabalus iſte fuit.

In qua re miror admodum, nobiliſſimum Scaligerum ita impegiſſe, ut pentametrum ad imperatoris ſeu Dei nomen traheret. *Gabalus* ibi crux eſt, ſeu patibulum, & vox, uti *furcifer*, contumelioſa. Varro apud Nonnium Marcellum ; *Nos barbari, quod innocentes in gabalum ſuffigimus ; vos non barbari, quod noxios abſolvitis ?* Latinus *gabalus* eſt nebulo, qui Graecum, in Opilium, epigramma ridicule Latino idiomate donatum, in foro poſuerat. Verum cum tanta ſit literarum metatheſis, ſcriptionis & pronuntiationis varietas in iis quae ab Aſia Europaei traduxerint (quod nec cuivis mediocriter literis verſato parum cognitum ; uti nec ſemel monuimus) ego ſane *Agalibalum*, ſeu *Ahgol-Baal*, id eſt, עגל-בעל, aut quod levi dialectorum Orientalium mutatione inde potuit formari, Numen illud vocitatum Aſiaticis fuiſſe & merito ſuſpicor : ſonare autem poteſt AGALIBALUS, *Deus*, ſeu *Dominus*, *rotundus*, Ζεὺς ἐπικύκλιος, ſive *circularis* aut *volubilis*, ut dicebant ii qui ſphaeram mundi Deum ſentiebant apud Ciceronem II. de Nat. Deorum. Idem Ebraice poteſt, & dialecti commutatione etiam Syriace : quo nomine, *Heliogabalo* nil propius, nil magis conſonum ferme excogites. Quid enim Herodianus ? Simulacrum ejus ait fuiſſe *lapidem, magnitudine immani, baſi circulari, in conum deſinentem :* verba ſunt, Λίθος τίς ἐστι μέγιστος, κάτωθεν περιφερὴς, λήγων εἰς ὀξύτητα· quem, ut Trojani & Romani Palladium, ita Syri, uti διοπετῆ καὶ ἀνέργαστον Ἡλίου εἰκόνα magna veneratione ſervabant. Ejuſmodi effigies erant Apollinis Ἀγυιέως, & Paphiae Veneris. De Apolline Suidas, Heſychius. De Venere Tacitus Hiſtor. II. Maximus Tyrius Serm. λη. Lapidem iſtum inter *Baetulia* veterum numero ; qui & *Baetuli* dicti. Eorum enim nonnulla Saturno, alia Jovi, Soli alia ſacrata ſcribit Damaſcius Vita Iſidori apud Photium. De iis ex Phoenicum theologia Philo Byblius, Ἐπενόησε Θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος. Urano huic filium etiam Baetulum dictum fuiſſe ſcribit : vide quae nos cap. V. ſupra de iis. Figura autem illa acuminata, igni propria ; qui non modo a veterrimis cultus eſt, verum etiam & Solem ipſum & Jovem ſignanter denotet. Sol caloris fons non potuit alio ſymbolo melius intelligi. Jovem in igne latere, ſeu ab eo cuſtodiri, arbitrabantur priſci, qui a Syris myſteria traducebant, Pythagorei. Jovis enim praeſidium univerſi meditullium vocabant, atque ideo ibi ignem collocandum putabant. Ita capio Ariſtotelem lib. II. de Coelo tmemate 37. ubi Pythagoreis τὴν Διὸς φυλακὴν univerſi medium dici meminit. Si placet, vide J. Reuchlinum de Verbo mirifico lib. II. cap.XVI. & quod nos in capite de Nergal adferimus. Certe Jovem, id eſt, Dominum coeli, & Uranum eſſe ſentiebat Alagabalum Pſeud-Antoninus ille, ſacrorum ejus peritus, qui ei in uxorem, repudiata Pallade, Carthaginienſem Junonem, *Reginam coeli*, & *Uraniam* ſive *Coeleſtem* dictam, non ſine myſterio dari accuravit : quod refert Xiphilinus ex Dione in Avito, & Herodianus : neque alius erat a Baal-ſamaim Phoenicum. Et *Aglibalus*, Belus ſeu Jupiter rotundus ſive circularis eſt : quod ſane diſcriminis nomen, in illa Belorum ſegete, forte nimis neceſſarium. Nec difficilior τοῦ *Agolbaal* in *Alagabalum* ſeu *Heliogabalum* tranſitus, quam τοῦ *Jehezkiel* in *Ezekielem*, aut *Schomron* in *Samariam*, quae nemo non agnoſcit. *Pharzirin* item in *Paryſatin*, *Dariecen* in *Darium*, *Atargaten* in *Atharam* & *Derceto* mutaſſe adnotat Strabo ad extremum lib. XVI. & *Shemeſh* ex Ebraeo per Arabicum ſermonem in Graecos migrans Σάμψα devenit, & *Bethſhemeſch*, id eſt, *aedes Solis*, Βαίσαμψα. Stephanus περὶ ἐθνικῶν teſtis eſt. Sic voluere veterum aliqui, *Arabum* nomen in Ἐρεμβοὺς degeneraſſe : & Zeno pro Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς apud Homerum, Σιδονίους Ἄραβάς τε audaculus ſubſtitui voluit : quem merito reprehendit Geographus, in primo, & priſcam lectionem interpolari non vult ; Ἁπάσαις γὰρ βέλτιον, inquit, τὴν τοῦ ὀνόματος μετάπτωσιν, πολλὴν καὶ ἐπιπολαίαν οὖσαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ubique ejuſcemodi nomina deprehendi, quae depravata pronuntiatione, etiam a ſeipſis ſunt delapſa, monet optimus ille. Et lib. XVI. Αἱ γὰρ, inquit, τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν πολλαί· vide quae nos infra ubi de Atergatide diſputamus. De circulari autem Deo conſulas Ariſtotelis libellum de Zenone & Gorgia. Verum maxime ab hoc etymo ſtat vetus inſcriptio ab Adriano Palmyreno concepta, aera Alexandrea D. XLVII. hoc eſt, Verbi incarnati CC. XXXVI. Romam tranſlata & in hortis Farneſianis etiamnum viſenda ;

ΑΓΛΙΒΩΛΩ. ΚΑΙ. ΜΑΛΑΧ
ΒΗΛΩ. ΠΑΤΡΩΟΙC. ΘΕΟΙC.

Ubi errore quadratarii ω in *Aglibolo* pro η ſubſtituitur, ut notat magnus Scaliger lib. V. de Emendatione, dum ad aliam rem monimentum iſthoc affert. In marmore juxta ſculpti ſunt duo virili forma, quorum hunc aeſtivum, illum hyemalem ſolem ſunt qui ſuſpicantur, quod ait Janus Gruterus. Palmyra autem Coeleſyriae urbs, nec ita procul ad Emeſa diſtat, cui Heliogabali cultus erat finitimus ; uti ex Herodiani loco citato &

Marcellini lib. XXVI. elicitur. Fallor etiam, an Aglibelus & Malachbelus iidem ſunt, quorum ſimulacra Romam Palmyra advexit Aurelianus imperator, de quo Zoſimus lib. I. *Solem* & *Belum*, ita mihi videtur, eos vocat ille. Quod Ἀγλιβῆλος igitur idem fuerit qui *Ahgalbaal*, & uterque qui *Alagabalus*, non video quin probabili ſatis conjectura affirmarem : propius abeſſe potuit a vera ſcriptione nominis Syrus unus, quam totus populus Romanus. Imo, nonne & in Μαλαχβήλῳ, *Moloch*, qui *Baal* etiam dictus, poſſit intelligi? Caeterum & Aglibelus ſeu Alagabalus puerorum, uti Moloch, immolationibus placabatur : ita enim Xiphilinus de Pſeud-Antonino, Τῷ αὐτῷ (Ἐλιογαβάλῳ) ἔθυε παῖδας σφαγιαζόμενος, καὶ μαγγανεύμασι χρώμενος· ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ λέοντα καὶ πίθηκον καὶ ὄφιν τινὰ ζῶντα ἐγκατακλείσας, αἰδοῖά τε ἀνθρώπου ἐμβαλὼν, καὶ ἄλλ' ἄττα ἀνοσιουργῶν, περιάπτοις τέ τισι μυρίοις ἀεί ποτε χρώμενος. Leonem, ſimiam & ſerpentem in aedes Numinis incluſit, & pudenda virilia injecit. Libens omitto quicquid in mentem ſubire neceſſe eſt, de obſcoenis membris, in Cybeles, Oſiridis, Bacchi myſteriis adhibitis, & quod de ſacerdotum ἀπαρχαῖς apud AEgyptios traditur, id eſt, virilibus abſciſſis & Numini ſacratis : vide, ſi placet, Diodorum Siculum lib. α. & Euſtathium ad Iliados τ. Sed praeterire non poſſum inſanam pudendorum venerationem apud Aſſyrios, a queis & Syri, & in iis iſte Pſeud-Antoninus, acceperunt, Ptolemaeo memoratam. Ille de iis, qui trigono ſubjiciuntur Notapeliotico, id eſt, Aſſyriis, Perſis, Καθιεροῦνται δὲ, inquit, παρ' αὐτοῖς τὰ γεννητικὰ μόρια διὰ τὸν τῶν προκειμένων ἀστέρων σχηματισμὸν ὄντα σπερματικὸν φύσει, id eſt, *Sacra ſunt apud eos membra generationi deſtinata, ob Solis, Saturni & Veneris aſpectus, qui ſeminales ſunt*. Ad ritum igitur patrium, non temere, pudenda ſacravit ſpurciſſimus ille. Scribit, quod laudavimus, Ptolemaeus lib. II. Tetrabibli. Verba autem illa Xiphilini, καὶ ἄλλ' ἄττα &c. vertit G. Blancus interpres, *aliaque faciens contra jus faſque, cum interim ſexcentis monilibus uteretur* : legiſſe igitur videtur περιάπτοις τέ τισι μυρίοις. Si conjecturae venia, ego μύροις τε ἀεὶ &c. ſcriberem, & ad ſacrarum praeſtigiarum morem, verterem, *amuletis quibuſdam & unguentis uſus*. Quae a ſupremis illis VV. Scaligero ad Euſebium, & Caſaubono ad Auguſtam hiſtoriam de Alagabalo diſputantur, uti ab humanioris literaturae nobiliſſ. parentibus tradita, etiam cum religione amplector. Caeterum quod adferunt de Gabalitarum (Gabala Syriae Phoeniciae urbs eſt) Deo hic intelligendo, nomineque inde petendo, quaſi אלה גבל *Eloah Gabal*, id eſt, *Deus Gabalitarum*, vocitaretur, vereor ut autoritate vetuſtatis confirmetur. Quis enim ſcriptor priſcus, nummus quiſnam, quaenam inſcriptio Dei Gabalitarum meminit? Citant ad hanc rem Pſeud-Antonini nummum ita inſculptum, ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΚΑΙ ΑϹΥΛΟΥ, ſubintellige πόλεως· ſed nemo eſt hominum, qui in illis verbis Numen Gabalitarum, aut honorem Numinis latere putet merito, niſi & qui eadem ipſiſſima vocabula τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου Seleuciae in Odenati, Nicomediae & Smyrnae in Auguſti, Heracleae in Veſpaſiani, Laodiceae in Decii nummis, aliiſque urbibus nimium frequenter in aliorum, tribui ſimul ignoret. Et de ea re videſis quae notavimus ad Smyrnaeorum Decretum primum, in Marmoribus Arundellianis. Sed & de *Heliogabali* nomine conſulas porro V. cl. & eruditiſſimum Claudium Salmaſium ad Flavium Vopiſcum. Non ſum autem neſcius & *Belum* nonnunquam Saturnum ſignificare. Euſebii Chronica; *Tharae anno* XXVIII. *Aſſyriorum rex primus Belus mortuus eſt, quem Aſſyrii Deum nominaverunt, & alii dicunt Saturnum.* Theophilus Antiochenus patriarcha ad Autolycum lib. III. *Quidam divinos honores Crono deferunt, eumque* Belum *&* Bal *nominant : maxime tamen id factitant homines, qui Orientalia climata inhabitant, neſcii quis Cronus & quis ſit Belus.* Item Damaſcius in vita Iſidori, Φοίνικες, καὶ Σύροι, inquit, τὸν Κρόνον Ἦλ καὶ Βὴλ καὶ Βολάθην ἐπονομάζουσι, id eſt, *Phoenices & Syri Saturnum* Hel, *&* Bel, *&* Bolathen *nominant.* Atqui cum Saturnus, Jupiter, Coelus, Uranus ita fabulis ſint confuſi, ut nec ipſe Phoebus eos, aut ab iis ipſum ſe queat ſatis diſtinguere, numeroſaque illa Divum turba ad Apollinis ſive Solis Numen a mythologis reducatur, haud amplius ſane adeo haeſitandum eſt, quin ex uno Belo, Baale, ſeu Jove (ſub quibus vocibus a veri Dei cultu deficientes ſolem inprimis adorabant) ad morem priſcorum ridiculum invocato, innumeri illi tituli fuerint propagati. Coacervatis enim elogiis, tituliſque congeſtis, capi Numen putabant, maximoque affici inde honore; ita ut tandem, quae diverſa ſolummodo nomina ſuperſtitionis primordio fuerant, graſſante errore, diverſa Numina haberentur : qua de re nos pluria in Prolegomenis. Quae de Bahalitis, Belitis, & haereſi de Bahale velut ita diſcrepantibus habet Philaſtrius, ut ſomnia praeterimus. Sed vero tempeſtive monemus de Beli, maxime Phoenicii, ſacris, in more fuiſſe prophetis & antiſtibus, mactatis ei victimis, inter invocandum membra ſua incidere : vide I. Reg. cap. XVIII. *Clamaverunt voce magna, & incidebant ſe, more ſuo, gladiolis & lanceolis, donec ſanguinem ex ſe effunderent.* Corollarium autem adjicimus de Belo ſive Sole apud Edeſſam a vetuſtiſſimis ſeculis culto, Mercurio item, quem *Monimum*, & Marte, quem *Azizum* nuncupabant, eodem fano ſimul adoratis. Julianus Apoſtata in hymno ad Solem, Οἱ τὴν Ἔδεσσαν οἰκοῦντες ἱερὸν ἐξ αἰῶνος Ἡλίου χωρίον, Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύουσιν. Hunc autem Martem, illum Mercurium fuiſſe & Solis παρέδρους, ab Jamblicho Syro, praeceptore ſuo, ſe didiciſſe agnoſcit.

CAP. II.

ASTARTE. *Ashtoreth. Asthar. Ashtaroth.* τὰ ἄλση Ἀσταρὼθ. *Lucus quid in Sacris Literis. Astartes Sacerdotes. Aserah.* Ἀστάρται. *Urbs Ashtaroth.* Ἀστάρῳον. *Deus Sidoniorum. Cur Deus dictus, cum Dea habeatur. Venus, Deus.* Ἀφρόδιτος. *Sexus in Numinibus confusi. Lunus. Luna. Deus* ἀῤῥενόθηλυς *dictus. Baal & masculino & foeminino genere saepius memoratur a* LXX. *interpretibus. Conjectura in Ebraeum codicem Tobiae.* LXX. *etiam in eodem loco genus Baalis mutant. Imagines masculinae. Taurinum caput Astartes insigne.* ἀςὴρ ἀεροπετὴς *ab illa repertus. Eam vocabant & Lunam & Venerem. Numerus innumerus stellarum secundum Ebraeorum nugas.* Βαάλτις. Βῆλτις. *Belisama Minerva. Belisama, aestuarium Britannici littoris. Urania seu Coelestis Afrorum. Astroarche. Juno Carthaginiensis. Juno novella luna dicta Romanis. Covella. Mylitta Assyriorum. Halilath. Lilith.* Ἔξω, Γλαῦκα. *Ilethyia. Lucinae.* Fapes. Εἰλείθυιαι. *Natio Dea. Alilat. Dea Noctium. Alitta. De eo nomine apud Herodotum dubitatur. Aletto, Alauze, & Meneth, idola Arabum in Alcorano memorata. Mitra, Dea Persarum. Mater Deum.* Ἀμμάς. *Dea Syria. Deae Matres. Orientalium Numinum cultus in oris nostris. Astartae. Dii Syri. Io. Explicatus Euripides. Hecate. Hecatus. Emendatum Chaldaicum oraculum ita dictum. Astronoe Dea. Esmunus Deus Phoenicum.*

QUAE vulgo *Astarte* Dea memoratur, I. Reg. cap. XI. comm. 5, & 33. scribitur עשתרת *Ashtoreth*, Numen Sidoniorum: vocant Septuaginta Ἀστάρτην, autor Chronici Alexandrini Εὐςάρτην· sunt qui inde nuncupatam volunt, quod fuerit צלמים עשויים בצורות עשתרות, uti verba sunt R. Davidis Kimchi, id est, *imagines factae ad formam ovium.* ASHTEROTH enim *greges* interpretatur. *At suspiceris*, ait magnus Scaliger in Conjectaneis, *dictam eam a victimarum multitudine.* Asthar hominem sibi finxit Philastrius. *Alii sunt*, inquit, *qui Asthar hominem, & Camos abominationem Cananaeorum & Sidoniorum, id est, idola hominum & mulierum, venerabantur.* Hunc regem, Ashtaroth reginam sive Syrorum sive AEgyptiorum fuisse olim, temere asserit. Exaratur item *Astaroth* עשתרות, ut vocabulum numeri secundi Judic. II. comm. 13. I. Sam. VII. comm. 4. & illic habent ταῖς Ἀστάρταις Seniores LXX. hic τοῖς ἄλσι Ἀσταρώθ, id est, *lucos Astaroth:* sed in loco jam dicto Judicum habet Ebraica veritas, *Dereliquerunt Dominum, & coluerunt Baal atque Ashtaroth*, verum sequenti capite, tmemate 7. legitur, *Obliti sunt Domini Dei sui, colentes Baalim* ואת האשרות *weth haasheroth*, id est, *& Asheroth*, sive *lucos:* quod simul ad *Ashtaroth* ipso nomine alludere videtur, & *lucos* significat. LXX. ibi, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ Βαάλ καὶ τοῖς ἄλσεσι, id est, *Baal & lucos colebant.* Caeterum an *Asheroth*, seu *luci*, *Ashtoreth* dicta est, quia variis in lucis, qui antiquitus prae aliis locis, uti & montes, sacris destinabantur, plures sub *Astartes* seu *Astoreth* nomine Deae in veneratione haberentur? Certe Jupiter ἔνδενδρος Rhodiis, & Bacchus Boeotiis nuncupabantur a lucis, ut videtur. *Nemorensis* item Diana, & Diana *Arduenna*, uti olim *Albunea* Dea, a cognomine luco indigitabantur. Sed necessario hic observandum quod in II. Reg. cap. XXI comm. 7. de Manasse rege legitur, *Posuit denique* פסל האשרה *Pesel haasherah, in domo Domini*, id est, *sculptile luci*, sive *simulacrum asherah.* Seniores LXX. habent, γλυπτὸν τοῦ ἄλσους, id est, *sculptile luci.* Aliud igitur quam locum arboribus consitum hic oportet intelligas. Primus regum qui lucum sub eo nomine sacrasse perhibetur est Achabus. Historia reperitur in I. Reg. cap. XXI. Is cunctos decessores idolorum cultu superavit; publico item portis Samariae affixo programmate, Deo Opt. Max. Israelis renunciasse, *nec sibi in eo partem esse* palam fuisse professum scribit R. Jochanan apud D. Kimchi ad dictum caput. In honorem Baalis lucum ab eo factum volunt Kimchi ille & Levi Ben Gersom. Quercum cui cultus exhibebatur intelligit in Asherah, sive luco, R. Salomon Jarchi: & ab illo stare videtur locus Jesaiae cap. LVII. comm. 5. *Calefacitis vos*, inquit propheta, *apud quercus sub omni arbore frondosa:* ubi Ebraica veritas habet אלים *Elim*, quod εἴδωλα vertunt LXX. seniores. Nec aliud, ut videtur, voluit propheta, quam quod in II. Reg. cap. XVII. occurrit: *Erigebant*, ibi legitur, *statuas & lucos in omni colle excelso & subter omnem arborem frondosam.* Vide Oseae cap. VI. comm. 13. & egregium locum in Ezechielis cap. IV. com. 13. Caeterum an sub omni arbore quercus, id est, arbores, aut nemora, sacrabant? quid hoc sibi velit quis satis intelligat? Pro idolis eo nomine sacratis, non reipsa arboribus, testimonia isthaec S. Scripturae capienda. Et scimus quercum altam ipsissimam fuisse Jovis Celtici statuam, teste Maximo Tyrio Dissertatione XXXVIII. Quid quod Sidoniorum aliquod Numinum, queis Samariam, in gratiam uxoris filiae Ethobaalis (qui *Ithobalus* dictus Josepho) inquinavit Achab, *Asherah* denotare nemo non jure putarit, qui historiam de eo sacram paulo diligentius legerit. Sidonia enim Numina longe suprema, ne dicam sola, Baal & Astoreth censebantur; quorum hoc ut cum uxore imperiosa non coleret, multo minus, opinor, efficere

cere quivit Achab rex, quam decessor ejus, post homines natos sapientissimus, Salomon, qui a simili causa illud est veneratus. Nec in Sidoniorum theologia aliud Numen extra quam Ashteroth reperitur, quod *Asaroth*, *Asarim*, seu numero primo *Asarah* videatur denotare. Non autem locum arboribus consitum (uti plerique, & ante alios Fl. Josephus, volunt) sed Numen inde fuisse Asarah patet, quod idolum ita dictum in templo Hierosolymitano a Manasse rege collocatum fuerit, idque ligneum; unde forsan sub *luci* & *quercus* vocabulis, in fictae divinitatis opprobrium, designatur: nam & combustum est a Josia rege, & cineres dispersi sunt in sepulcra filiorum populi; ut habetur II. Reg. XXIII comm. 6. Simulacra igitur lignea Astarte, seu τῇ Astoreth dicata *Asherim*, & *Asheroth*, seu *lucos*, saepius dicta sentio, ut & ad nomen simul alluderetur, & tam impari divinitati materie contumelia ipso vocabulo exprobraretur. Etiam in Samuelis primo, capite VII. comm. 4. pro *Ashtaroth* & τοῖς ἄλσεσι Ἀσταρὼθ, uti habent LXX. expresse substituit Aquila τὰ Ἀστάρτης ἀγάλματα, seu *Astartae simulacra*, ut ad dictum caput notat Procopius Gazaeus; qui item ad locum ex II. Reg. cap. XVII. supra citatum in verba illa Seniorum στήλας καὶ ἄλση, quibus מצבות ואשרים vertunt, appositissime, Πανταχοῦ, inquit, τὸ ἄλσος οἱ λοιποὶ Ἀσταρὼθ ἑρμηνεύουσι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν Ἀστάρτην, ἤγουν Ἀφροδίτην. Vide eum etiam ad capitis vigesimi tertii ejusdem libri comma 7. ubi itidem, Τὸ δὲ ἄλσος, ait, οἱ λοιποὶ Ἀσηρὼθ ἢ Ἀσταρὼθ ἑρμηνεύουσιν, ὃ τὴν Ἀστάρτην δηλοῖ· τῆς δὲ Ἀφροδίτης τὸ ξόανον ἔνδον ἔστησαν ἐν τῷ θείῳ νεῷ. In utroque loco planissime vult lucum, juxta aliorum interpretum sententiam, ipsum sive Astartae sive Veneris (quam neque aliam ab Astarte fuisse putarunt) simulacrum denotare. Neque obstat quod legitur II. Paralip. cap. XV. comm. 16. de Maacha Asae regis matre, quae idolum sacrarat (uti vulgo vertitur) *in luco* sive *Asherah*. Pace doctiorum, longe aliter intelligendus forte is locus, & de ipsa Astarta Dea, quam sibi Numen Maacha adsciverat. Id quod vertunt *in luco* est לאשרה *Laasherah*, quod τῇ Ἀστάρτῃ magis significat, uti & LXX. Seniores diserte ibi reddunt, & conjecturam nostram haud parum firmant. Ab eadem stat R. D. Kimchi, qui in radice אשר *omne lignum quod colitur* אשרה dictum esse scribit. D. Hieronymus Maachae idolum Priapum fuisse sive Phegorium Belum (qui ei idem est) intelligit: locum ejus de ea re laudavimus, ubi de Phegorio supra: & vide inferius capite quinto. De lucis autem exscindendis, id est, ligneis simulacris, plura occurrunt etiam in Pentateucho: vide Deut. VII. 5. XII. 3. Exod. XXXIV. 13. Neque alios quam Astartes Sidoniae prophetas illos esse quadringentos intelligo, qui *Luci prophetae* dicuntur I. Reg. cap. XVIII. comm. 19. In Scriptura etiam pro simulacro Beli ligneo, super aram ejus sacrato, *Asherah* seu *Lucus* sumitur. Judic. VI. 25, & 28. de Gedeone, *Destruxit altare Baal, & succidit Lucum* (האשרה) *qui super illud*: ita enim verto עליו *alaiu*, non *juxta ipsum*, quod nonnulli faciunt, Seniorum etiam autoritate ductus, qui ἐπ' αὐτῷ habent, id est, *super ipsum altare*. Atque plures ad hanc mentem loci Veteris Instrumenti sunt forsan intelligendi. Et de arboribus & ligneis simulacris non mediocriter exprobratis, videsis Jesaiae cap. XL. 20, & seq. XLIV. 14. & Jer. cap. X. 3. Astaroth autem Numen habes etiam apud Indos, si Abdiae Babylonico fides: videsis eum Apostolicae Historiae lib. VIII. in Vita S. Bartholomaei. Uti autem Phegorio Numini sacerdotes sive meretrices ei sacratas קדשות *Kedeschoth* dictas vult B. Hieronymus, ut superius notavimus, ita huic deae Astartae, Luco, sive τῇ Ashera קדשים *Kedeschim* antistitum ordinem fuisse autumo: & ut illud *meretrices* ita hoc *scortatores* interpretatur. Hoc ex septimo commate capitis XXIII. secundi libri Regum constare videtur. Ibi de Josiah legitur, *Diruit quoque domus scortatorum* (*Kedeschim*, καδησὶμ retinent LXX. Seniores) *quae erat juxta domum Domini, ubi & mulieres texebant cortinas pro Aserah*, seu *Luco*. KEDESCHIM seu CADESIM, *effoeminatos* reddit D. Hieronymus, & *exsectos* ad Oseae cap. IV. ubi & Aquila vetus interpres ἐνηλλαγμένους, id est, *mutatos*, nempe eviratos, substituit. LXX. autem Seniores τετελεσμένους, id est, *initiatos*, & Theodotion κεχωρισμένους, hoc est, *a vulgo separatos*: τὰς Ἀστάρτας autem interpretatur D. Augustinus quaest. XVI. in Judices, quasi plures fuerint Astartae, uti Junones, Veneres, Minervae plures, & Baalim. Certe urbs erat cognominis, iisdemque & elementis & punctis scripta, de qua videre licet Josuae cap. XII. comm. 4. & cap. XIII. comm. 12. & I. Paralip. cap. VI. comm. 71. Regia erat sedes Og regis Basan; & Jobi aedes ibi collocant Judaei. Addas & Ἀσταρὼθ & Ἐσταρὼθ quae legunt Seniores LXX. Num. XXXIII. 34. Gen. XIV. comm. 5. & Deuter. I. comm. 4. An ab hac urbe Deae, an a Dea urbi nomen translatum, an neutrum horum fuerit, non habeo dicere. Sane a lucis, urbibus, montibus, antris, ubi coluntur numina, nomina item accipi tam certum est, quam de hujus Deae nomine omnia esse omnino incerta. Nugae enim sunt Rabbinicae, quae de ovium imagine dicuntur. Colebatur & a Sidoniis, & a conterminis. Templum ejus *Beth-Astaroth*, quod faciunt LXX. Ἀστάρτειον, vocatur I. Sam. cap. XXXI. ubi reponebant, id est, ἀνέθηκαν, sive sacrabant, arma Saulis occisi, Palaestini. Ἀστάρτιον etiam habes apud Fl. Josephum I. adversus Appionem. Nec obstat quod אלהי צדנים *Elohi Zidonim*, id est, *Deus Zidoniorum*, appelletur in Sacris Literis, quin Dea fuerit. Atque ea ipsa est, ni fallor, quam prae se ferunt nummi veteres ita inscripti, ΘΕΑϹ ϹΙΔΩΝΟϹ. Neque enim sexum idolorum Scriptura Sacra, nec prisca mysteria gentium distinguunt. Tetigimus nos supra, ubi de Pythagorico jurejurando. Accedat &, si placet, quod scribit Servius Honoratus ad illud VI. AEneid. *Diique Deaeque omnes quibus obstitit Ilium.* Vetustus insuper poeta Calvus apud Macrobium Saturnal. III. cap. VIII. (ut legendum ibi censet Acterianus) *Pollentemque Deum Venerem* dixit, & Aristophanes Ἀφρόδιτον. Diserte Macrobius de Cypriis, *Putant eandem* (Venerem) *marem ac foeminam esse*. Mitto Venerem armatam, barbatam, Romanis & Graecis cultam. De luna idem opinabantur AEgyptii. *Matrem mundi* vocitabant, eamque a sole gravidam factam

tam foecunda generationis principia enixam demittere, utriusque sexus naturam in se continentem. Plutarchus lib. de Iside & Osiride, Μητέρα τὴν Σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι, καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται. Inde erat quod non sine de sexu dubitatione supplicabant veteres. Arnobius adversus Gentes lib. III. *Consuestis in precibus,* SIVE TU DEUS ES, SIVE TU DEA, *dicere.* Et de Carrenis item in Mesopotamia AEl. Spartianus in Caracallo, *Sciendum,* inquit, *doctissimis quibusque id memoriae traditum, atque ita nunc quoque a Carrenis praecipue haberi, ut qui Lunam foemineo nomine ac sexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inserviat; at vero, qui marem Deum esse crediderit, is dominetur uxori, neque ullas patiatur muliebres insidias. Unde, quamvis Graeci vel AEgyptii eo genere quo foeminam hominem etiam Lunam Deam dicant, mystice tamen Deum dicunt:* ita ille: hinc *Lunus* & *Luna.* Vide Tertullian. Apologetic. cap. XVI. Admodum autem miror V. cl. & longe eruditissimum Is. Casaubonum, dum quam ob rem sub utroque sexu Lunam Orientales venerarentur, disquirit, rationem tantum a nominibus & masculini & foeminini generis adducere. Contra se res habet. Nam verum quidem est lingua Judaica & לבנה *Lebanah* foemineum & ירח *jerach* masculinum *Lunam* denotare, adque id genus esse alia: verum haec a ritu sacro cultuque utriusque sexus in eodem Numine manarunt, haud cultus & ritus a grammaticorum affaniis. Huc referas licet id quod scribit Strabo homo Cappadox lib. XII. de Fano τοῦ Μηνὸς Dei in Asia minore non infrequente, quem eundem & Σελήνην Deam esse ait. Mitto quod Deum Opt. Max. ἀῤῥενόθηλυν appellat Trismegistus ille Hermes. At vereor certe ut LXX. Seniorum foemineus Baal, quem saepius habent in Sacris Literis, aliunde quam ab hac sexus ratione communi intelligatur: neque enim semper foemineum faciunt, sed nunc masculinum, nunc foemineum. Numer. XXII. comm. ult. scribunt τῆς Βαάλ, pro Baalphegor; idque saepius, ut IV. Regum cap. X. XI. & XVII. & Hoseae cap. XI. tmem. 2. ταῖς Βααλεὶμ ἔθυον· item Βῆλος ὁ ἀπτώτος Jerem. L. comm. 2. & Epistolae comm. 41. τὸν Βῆλον, quasi Dii masculi hoc nomine dicti. Caeterum iidem Hoseae II. comm. 8. ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ ἐποίησε τῇ Βαάλ· & Jerem. II. 28. post illa verba *secundum numerum civitatum sunt Dii tui, o Juda,* addunt, queis omnino caret Ebraica veritas, καὶ κατ' ἀριθμὸν διόδων τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔθυον τῇ Βαάλ· sed & vide cap. XI. 13. item Zephan. I. 4. τὰ ὀνόματα τῆς Βαάλ. Quin & ubi de Molocho ejusque sacris agit Scriptura, τὴν Βαάλ eum vocant. Jerem. XIX. 5. ᾠκοδόμησαν ὑψηλὰ τῇ Βαάλ, τοῦ κατακαίειν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἐν πυρί. Rursus cap. XXXII. 35. καὶ ᾠκοδόμησαν τοὺς βωμοὺς ἐν τῇ Βαάλ (redundat, ni fallor, ἐν) τοὺς ἐν φάραγγι υἱοῦ Ἐννὸμ, τοῦ ἀναφέρειν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τῷ Μολὸχ βασιλεῖ. Primo autem Samuelis cap. VII. comm. 4. τὰς Βαλεὶμ· vide D. Hieronymum ad Oseae cap. II. Autor historiae Tobit cap. I. comm. 5. ἔθυον τῇ Βαάλ τῇ δαμάλει, id est, *faciebant sacra* τῇ *Baal juvencae,* quae lectio si vera sit, alteram Δαμάλεων merito intelligas, quas aureas conflari jussit Jeroboam rex I. Reg. cap. XII. ita enim Vitulos ibi vertunt Septuaginta; ita vocat plerumque Josephus: uti contra LXX. in Oseae cap. X. comm. 5. pro עגלות *Eghgloth,* id est, *juvencas, vaccas,* seu δαμάλεις, numero primo substituunt μόσχον, id est, *vitulum:* nonnullis autem Tobiae exemplaribus reperitur etiam δαμάλει. Codex ejus qui Ebraice extat, habet יעבדו את הבעלים ואת הגעלים, id est, *colebant Baalim atque idola execranda,* uti vertit P. Fagius. Caeterum nonne העגלים, quod est *vituli,* seu *juvenci,* ibi legendum? suadent ita verba Graeca: & qui τῇ Βαάλ in *Baalim,* is ut τῇ δαμάλει in עגלים verteret, non est mirum. Satis superque ex his, ne plura addamus, probatur, utrumque genus eidem nomini Divum notissimo ab interpretibus illis promiscue tribui. Imo nonne eodem commate qui ἡ Βαάλ appellatur, ὁ Μολὸχ etiam indigitatur? nisi ita fuerit, me locum illum ex Jeremiae XXXII. allatum prorsus non intelligere fateor: verum ut ad hunc modum & Jeremias ibidem aliique alibi in Sacris Literis de hac re explicentur, suadet locus insignis III. Reg. cap. XIX. comm. 18. Καὶ καταλείψω (ita illi) ἐν Ἰσραὴλ ἑπτὰ χιλιάδας ἀνδρῶν, πάντα γόνατα ἃ οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βαάλ, καὶ πᾶν στόμα ὃ οὐ προσεκύνησεν αὐτῷ· liquidius nil dici potuit: τὴν Βαάλ vocant, unoque & altero verbo interposito, eundem per αὐτὸν masculinum denotant. D. etiam Paulus Seniorum interpretationem non secutus, sed Ebraicae veritati aliam magis consonam, in Epist. ad Rom. cap. XI. 4. habet οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βαάλ. Imo quid aliud innuit ipse etiam prophetarum sermo in Oseae cap. X. comm. 5? Verba jam nunc citavimus: nonne *vaccae* seu *juvencae* primum nominantur, dein statim *super eum* legitur, & *Cemaraio,* כמריו, *Cemarim, aeditui,* seu *sacerdotes ejus,* genere masculino? Indiscriminatim utroque sexu utebantur Gentes, &, ad eorum forte ritum, Septuaginta in sermone sacro idolorum cultum exprobrantes. Non ita tamen mihi placeo, ut verum me hic assecutum omnino opiner: humanum est in his falli: sed nimium fallor, si a vero non propius absimus, quam qui pro τῇ Βαάλ, τῇ εἰκόνι τοῦ Βαάλ, aut simile quid in Seniorum & Pauli interpretatione subaudiendum sentiunt: & vide cap. VIII. hujus Syntagmatis. Nec vero discrimen sexus inde colligendum, quod apud Ezechielem cap. XVI. comm. 17. dictum sit, *Fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es cum eis.* Jerusalem uti foeminam adloquitur propheta a Deo O. M. edoctus, &, cum stupri accusat, masculinorum idolorum eleganter meminit. Non male igitur quod de vero Deo O. M. loquuntur barbare scholastici, id etiam ad gentium Deorum sexus referas; *Masculinitas,* aiunt, *consignificata hoc nomine* Deus *non ponitur circa Deum:* sic D. Thomas in 1. Sent. dist. VIII. quaest. I. art. 2. vide, si placet, Arnobium lib. III. Verum ad Astarten redeundum. Capiti imposuisse sibi dicitur haec Dea, uti regni insigne, taurinum caput, orbeque tandem peragrato, invenisse *stellam ex aere* delapsam, ἀεροπετῆ ἀστέρα, ut Philonis Byblii verba sunt, quam postea in Tyro, insula sacra, dedicavit. Quaenam fuerit haec stella haud constat: committas licet quae de Remphan sive Ciun

mox dicimus: ſed, aſſumpto taurino capite, fronte curvatos imitabatur ignes, lunaeque ſpeciem prae ſe ferebat. Hinc Lucianus, περὶ Συρίας θεᾶς libello, Ἀστάρτην δ᾽ ἐγὼ δοκέω σεληναίην ἔμμεναι, id eſt, *Aſtarten Lunam eſſe opinor*: vide Tatium l. α. Venerem alii putabant. Cicero de Natura Deorum lib. III. *Quarta Venus, Syria, Tyroque concepta, quae* Aſtarte *vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt*: & Suidas, Ἀστάρτη, Ἀφροδίτη. Hinc ſimul & Lunam eam dicebant Phoenices, teſtibus Philone, Herodiano, Michaele Glyca, aliis. Sed non praetereundum quod adjicit Suidas; nomen ſcilicet Deae ab aſtro deductum, quia Heſperus ejuſdem ſit aſtrum: ἐκ τοῦ ἄστρου, inquit, τὴν ἐπωνυμίαν πεποιήκασιν, αὐτῆς γὰρ εἶναι τὸν Ἑωσφόρον μυθολογοῦσι. Quod ad nominis etymon adducit, nemo non videt eſſe prorſus ridiculum. Caeterum nec aſtri nec Heſperi, ut videtur, meminiſſet, niſi ἀεροπετῆ ἀστέρα in animo habuiſſet. Sane etiam ἑωσφόρος, uti ἀεροπετὴς ἀστὴρ, velut proverbialiter, uſurpatur apud Jeſaiam cap. XIV. comm. 12. qui utrum ad Aſtartes ſtellam ſpectet, nequeo dicere: ad eam certe refert magnus Scaliger in notis ad veterum Fragmenta. Nec mirum, ſtellam ex aere delapſam, & ab Aſtarte forte tranſlatam, apud Judaeos in proverbium abiiſſe; cum fere innumeras alias, praeter eas, quas ſuo putant calculo ſaniores aſtronomi, in coelo latere, a veteribus Cabaleis edocti, recentiores ſcribant. Myriades XXXIX. & CLX. eſt numerus quem tradunt: didici ex Rabbi Abraham Ben Chaija. Non ita difficile eſt, ut, ex tam immenſa multitudine unam decidiſſe crederent nugatores: nec omnino abſurdum, nos credere, Jeſaiam & horum ſtultitiam & Phoenicum idololatriam adverſus Babylonios vaticinantem ſimul arguiſſe: ſed in his haeſito, & ad interpretes te relego. Fallor, an eadem Aſtarte, quae & *Baaltis* Phoenicum? quam tamen Dionem interpretatur Philo. Certe ut Belus Jovem, ita Baaltis Junonem denotare poteſt. Βασίλεια Βῆλτις pro eadem memoratur a Megaſthene apud Euſebium Scaligerianum, ubi de Nabuchodonoſoro. Hanc voluit Heſychius in illo, Βήλθης, ἡ Ἥρα, ἡ Ἀφροδίτη, id eſt, *Belthes, Juno, ſive Venus eſt*: terminatio eſt foeminina *Baalis*: &, uti *Baal ſamaim* eſt Jupiter Olympius, ita בעלת שמים *Baaleth ſamaim* eſt Juno Olympia, id eſt, *Domina coeli*, ſeu *Regina coeli*, ut diſerte vocatur Jeremiae cap. VII. & XLIV. atque alibi: tametſi enim vertant nonnulli מלכת השמים Meleceth hasamaim, *Militiam coeli*, Septuaginta tamen nunc στρατιὰν, nunc βασίλισσαν τοῦ οὐρανοῦ transferunt: quod nomen Junoni & Aſtartae proprie convenit: nec ſol magis *rex coeli*, quam luna *regina*. Sacra ſolennia hujus Deae erant thymiamata & libationes; quod ex citatis Jeremiae locis patet. Lunam autem ſe oſtendit Aſtarte, cum fronte corniculato fuerit conſpicua: utrum corrupta, ut fit, orthographia *Baaleth* ſeu *Belth ſamaim* in *Beliſamam*, apud Europaeos aut Aſiaticos in Europa agentes, tranſierit, cogitent eruditi. Veteri ſane inſcripto ſaxo, & apud Conſeranos in Novempopulonia reperto, ita legitur:

MINERVAE
BELISAMAE
Q. VALERIVS
MONVM......

Haud cuiquam conſtare opinor, quid aliud *Beliſama* hic denotet. Minervae autem, Junonis, Veneris, Lunae nomina ſunt ita, cum ad Aſiaticos Deos reſpexeris, confuſa, ut qui Minervam Beliſamam, Junonem Beliſamam, Venerem, aut Lunam dixerit, idem ſemper ipſum dixerit. An littori Britanniae occidentalioris (Lancaſtrenſem agrum dico) aeſtuarium illud Βελίσαμα Ptolemaeo dictum, ab hac Dea apud vicinos culta, ſic fuerit nuncupatum, cogitent quorum intereſt. Certe ara non defuit ei etiam circa hanc Britanniae oram; quod mox conſtabit. Flumen quod ibi ſe jam in mare exonerat Ribell (unde & Riblechester; Saxonico Rhie id eſt, *fluvius*, forte adjecto, ut ſentit V. cl. Camdenus) vocatur; reliquiis Beliſamae ſatis ſervatis. Certe Britanniae loca ab exterorum Numinum vocabulis denominata eſſe patet ex Herculis promontorio, quod nunc Hertypoint appellatur, *ſolis aquis*, id eſt, thermis Somerſetenſibus, ut *Iſides* fluvios praeteream: memineris quod de Belino, Belo, & hujuſmodi diximus ſupra. Caeterum, quin fuerit Aſtarte ipſiſſima Poenorum coeleſtis Dea, vix aut ne vix quidem eſt ut dubites. *Coeleſtis* illa ſaepius Tertulliano in Apologetico, Salviano de Providentia Dei lib. VIII. (ubi genere foeminino, id eſt, *coeleſtem illam*, non *illum*, ut in vulgatis, legendum, monet doctiſſimus P. Pithoeus veterrimi exemplaris autoritate nixus) aliis item frequens memoratur: & vetus Romae extat monimentum, ita ſacratum:

INVICTAE
CAELESTI
AVR. ONESI-
MVS D. D.

Quid autem *Coeleſtis* praeter *Uraniam*? Quid *Urania*, niſi *coeli regina*, id eſt, *Baaleth-ſhamaim*, Luna, Aſtarte? Herodianus diſerte, ubi de ſimulacro Coeleſtis ſeu Uraniae Africanae a Pſeud-Antonino Romam tranſlato agit, lib. V. Φασὶ δὲ, inquit, αὐτὸ Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε, βύρσαν κατατεμοῦσαν. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι· Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, Σελήνην εἶναι θέλοντες, id eſt, *Poſuiſſe aiunt illud Didonem Phoeniſſam, cum antiquam Carthaginem, diſſecto corio, extruxerit. Hanc Afri Uraniam nominant, Phoenices vero Aſtroarchen, & Lunam eſſe affirmant*: τῷ *Aſtroarche* ficto ad Aſtarten deſignandam vocabulo eſt uſus; ac ſi *Siderum reginam*, aut, cum Apuleio, *matrem Siderum*, lunam vocaret. Latini eam *Junonem Carthaginienſem*, poetae maxime, nuncupabant. Maro de Carthagine, AEneid. I.

Quam

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam,
Posthabita coluisse Samo-------

& Horatius Carm. II. Od. I.

Juno, & Deorum quisquis amicior
Afris----------

Invocabant enim & Romae Junonem, Lunam adloquentes ritu solenni. Calantes nimirum pontifices nonas mensium, quod fieri solitum kalendis, in Capitolio in Curia Calabra, sic pronunciabant; *Dies te quinque kalo, Juno novella*; aut *Septem dies te kalo, Juno novella*; uti autor est Varro de L. L. lib. V. nisi pro *Junone Janam* substituendam putes. Eidem enim scriptori, togatorum doctissimo, *Jana* Luna dicitur, lib. I. de re Rustica cap. XXXVII. & in vetustioribus excusis de re Rustica, non *Novella*, sed *Covella* legitur. *Covella* autem *coelestis* seu *Urania* interpretatur. Nam *Covum* veteres coelum appellabant, ut autor est Sextus Pompeius. Et Uraniam, quam a Poenis acceperat, veneratus esse videtur Masanissa Numidarum rex, dum Junonis fanum tanto prosecutus est honore in Melita insula; quod refert Cicero act. IV. in Verrem. Coelestem autem hanc sive Venerem sive Lunam, vocabant Assyrii *Mylittam*, Arabes *Alilat*, Persae *Mitram*, ut scripsit Herodotus: quem videsis in primo & tertio. *Mylitta*, ut notat Scaliger, merum Chaldaicum est, nempe ܡܘܠܕܬܐ, id est, *Mylidtha*, quod in γενέτειραν, id est, *genitricem*, notissimum Veneris epitheton, vertit. Hanc voluit Hesychius his verbis, Μυλίτταν, τὴν Οὐρανίαν Ἀσσύριοι. Alilat, ab هلالة *Halilath* Arabum, doctissime, ut omnia, petit Scaliger, quod *lunam nascentem* significat, & *noctilucam*. Latinorum hinc *Lucina*, id est, Ilethyia Graecorum, traducenda, quae non alia est a Luna sive Diana, *Lilith* etiam dicta Judaeis, quod ab eodem quo *Halilath* Arabum manat fonte, a *Lailah* לילה nempe, quod *nox* est, unde לילית *Lilith*. *Lilith* autem vel per *noctilucam* vel *nocturnum daemonem* redditur. Multo magis enim nugantur Graeculi, qui παρὰ τὸ ἐλθεῖν *Ilethyiam* volunt, sua in lingua origines hujusmodi ridicule quaerentes. De Lilith vero, vide Jesaiae cap. XXXIV. comm. 14. Et, ad ritum veterem, Judaei hodierni Lilith lamiam puerperis & partui inimicam ducentes, in parietibus cubiculi puerperae, superstitiose exarari curant haec verba, אדם חוה חוץ לילית, *Adam, Chava, Chutz, Lilith*, sive, *Procul hinc esto Lilith*. Gentium Deam, ut Daemonem, abigunt: uti veteribus etiam Graecis, cum in mari procellis jactarentur. Ἔξω, Γλαῦκε, id est, *Procul sis, Glauce*, exclamatio erat solennis. Numina enim aliorum Judaeis piis, pietatemve praetexentibus, ut Daemonia haberentur necesse est. De ea vide plura ex Ben-Sira apud Eliam in Thisbi, Ben-Maimon More Neb. part. I. cap. VI. praeter Rabbinos ad laudatum Esaiae locum, & Archangelum in Dogma Pici Cabalisticum XXI. Hinc ipsa Lucina Εἰλείθυια & Ἐλευθὼ nominata. In horum enim alterutrum vocabulorum ut *Lilith* seu *Alileth* (quod idem Arabice denotet) transmigraret non ita est difficile. Et uti Asianis Lilith, ita Europaeis Ilethyia dea erat, parturientibus & inimica nimiumque timenda: ideo supplicationibus placabatur. Et cum Θνητῶν παρθένεια audiret & κληδοῦχος, uti in Hymnis falso Orpheo tributis nuncupatur, si conciliata & propitia adesset, & genitricem & natum parvulum servabat; sin adversa maneret, utrosque gravi infortunio mactabat: unde apud Theocritum Idyll. XXVII. puella,

-----χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίης.

Dicta est inde Homero μογοστόκος, id est, ut volunt nonnulli, τὰ τικτούσαις μόγους ἐπιφέρουσα. Michael Psellus de Operat. Daemonum, Καὶ τῶν πολλῶν κατακούσας ἔχω θηλύμορφον πάσαις ταῖς λεχοῖς ὁρᾶσθαι, id est, *Et a multis audivi, omnibus puerperis Daemonium foeminea figura comparere*. Id veteribus, ni fallor, *Gello*, & *Empusa* dictum; de queis consulas licet ante alios Hesychium, & Aristophanem cum scholiaste in Ranis. De Lucina vero & Lilith, & Ilethyia, etiam idem intelligendum est, uti etiam de iis quas nos *Fayes* vulgo appellamus: ejusdem enim generis sunt, & εἰλήθυιαι, atque αἱ ἔφοροι τῶν τόκων θεαὶ dici possunt, quibus verbis nominantur Ilethyiae Didymo Grammatico ad Homerum, & scholiasti ad Sophoclis Electram. De Ilethyiis plura apud Plutarchum habes in libello περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας· ubi mulieres refert existimasse, non Homerum, sed Homeridem Lucinae dolores perpessam, scripsisse,

Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα
Δριμὺ, τό, τε προϊεῖσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι,
Ἥρης θυγατέρες, πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι.

Quae leguntur in Iliad. λ. ubi Eustathius adnotat, apud veteres Ilethyiis σωματικώτερον ὄργανόν τι πλεξόβολον dari, unde velut ex arcu acres dolores, sive βέλος ὀξὺ, id est, *jaculum acutum*, emitterent: quod ut averruncarent parturientes, Junonis Lucinae seu Ilethyiae opem, uti in Comoedia videre est, implorare eis erat solenne, sed non aliter quam si Deo Palamnaeo, Eumenidibus, aut Numini irato supplicarent. Quae ideo accuratius adjecimus, ut liqueat, non modo a nominum similitudine, sed etiam ab ipsis quibus fungi putabantur officiis, Ilethyian seu Eleutho & Lilith minime diversa Numina fuisse. Apud Romanos enim aliud a matronis invocabatur Numen sua natura propitium, quod partus tueretur: id *Natio* dictum, quod nascentibus Dea mitis praefuerit. Tullius lib. III. de Natura Deorum, *Quod si tales Dii sunt, ut rebus humanis intersint, Natio quoque Dea putanda est; cui cum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus: quae quia partus matronarum tueatur, a nascentibus* natio *nominata est*. Haec igitur foetarum Tutulina proprie erat. Neque tam tutelarem Ilethyian genitricibus foetis, quam infestam Deam Numenque laevum docemus precibus placandum, contra quam plerumque accipitur: sed de his obiter hactenus, nec intempestive. Suidam, si placet, consule in Λάμια. Nemo non videt, quam haec omnia competant Lunae. Eam enim a Lucina, Ilethyia, Diana, nomine tantum

distare

diſtare diſcas, quiſquis tam puerile neſcias, ex Ciceronis lib. II. de Natura Deorum, & Catulli epigrammate XXVIII. Verum ut ad Arabum nomen redeamus: nox item eis اللّيلة *Alileth*, dicitur: quae ipſum forſan *Alilath* eſt, & *noctilucam* denotare poteſt. Minime enim aliud eſt vocabulum magis aut conſonum aut uſitatum quo luna deſignetur. Id conſtat & ex Graecorum more, & Latinorum: illis enim νυκτιδρόμος, ἐννυχία, νυχία, his *Dea noctium*, & *noctium ſidus* dicitur. Medea apud Senecam,

Nunc meis vocata ſacris, noctium ſidus, veni.

Atqui Urania iſthaec Arabum (quae eadem ipſa cum Mylitta Aſſyriorum) in primo Herodoti, non *Alilat* nuncupatur, ſed *Alitta*; Καλέουσι δὲ, ibi inquit, Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μυλίττα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα, Πέρσαι δὲ Μίτραν· anne corrupti codices hic Herodoti, & Ἀλιλὰτ ſubſtituendum; an binominis ipſa Arabibus Dea, uti alterum eorum Numen, quod & *Urotalt* & *Dyſares* indigitatum? Certe *Alitta* ab eodem quo *Mylitta* themate peti poſſet, quod *gignere* ſignificat, id eſt, ילד *jalad*, hoc autem in Arabiſmo devenit ולד, unde, ni fallor, formari quivit, nec ſine analogia, *Validtha:* quod Graecis elementis exaratum Οὐαλίδθα eſt; nec ut Graecorum pronuntiatione in Ἀλίττα tranſiret, ita difficile erat. *Alitta* hoc modo id ipſum cum *Mylitta* etiam ſignificet: ſed viderint hic doctiores: nos ἐπέχομεν. Sed vero inter Arabum Numina, quae, ut fit, currente ſeculo, numeroſiora fuere, habemus etiam in Alcorano quod ad Herodoti *Alittam* propius accedit. Id eſt, *Alleth, Lath*, ſeu *Aletto*. Azoara LXIII. in verſione Retinenſis; *An tribus imaginibus viſis, videlicet Aletto, Alance, Meneth, maſculos, Deoque foeminas aſcribitis?* In Arabico vero legitur أفرايتم اللات والعزي ومنات الثالثة الاخري * الكم الذكر وله الانثي quod ſonat, *Vidiſtis Allat, ſeu Alletto, & Aluze & Meneth tertiam aliam? Vobiſne* [haec] *mares & Deo foeminae?* Numen hic ſeu imaginem ſecundam (nam imagines ſeu idola haec fuiſſe aut Numina commentitia in confeſſo eſt tam apud ſcholiaſten penes me Mahumedanum, quam apud interpretes Chriſtianos) vocaverat proculdubio Retinenſis *Alauçe*, quod librariorum incuria in *Alance* migravit. Et, ad hunc Alcorani locum, ſpectat illud in Epitome Alcorani ab eodem etiam Retinenſi verſa, *Idola antiquorum Arabum, tertia, Aletto, Alance*, (pro *Alauçe) Melech*; quod plane *Meneth* legendum. In vetuſto autem, quo utor, Retinenſis verſionis Alcorano MS. adnotatur ad eam quam adduximus periocham, *Nomina idolorum quae tunc colebant Saraceni, dicentes foeminas ab ipſis eſſe creatas, viros autem a magno Deo Creatore:* quod tamen verſioni plane adverſatur. In Epitome autem pro *tertia, tria*, potius legendum puto. Sed hoc obiter. *Mylittae* vero nimium congruit forſan Perſarum *Mitra*. *Mader* enim ſive *Matker* (unde facile *Mitra* deflectitur) Perſice *genetricem* ſeu *matrem* interpretari ex R. Saadiae Pentateucho notavit doctiſſimus Raphelengius: ſi vis autem a *Mithri*, quod *Dominum* denotet, non reclamo. Conſpirare autem haec omnia videntur, ut decantatam Deum matrem, in hac reperias, Deum matrem, cujus ſacerdotes, aedes, pulvinaria atque arae ea fuere, *quae vetuſtas, quae Perſae* (Ciceronem audis in Oratione de Aruſpicum reſponſis) *quae Syri, quae reges omnes qui Europam Aſiamque tenuerunt, ſemper ſumma religione coluerunt:* eam autem Syris, & qui trigono Aquilonari, Geminis, Librae, & Aquario, ſubjacent, inprimis tribuit Ptolemaeus lib. II. Tetrabibli, Οἱ, inquit, περὶ τὰς χώρας ταύτας, σέβουσι μὲν ὡς ἐπὶ πᾶν τὴν Ἀφροδίτην ὡς Μητέρα Θεῶν, ποικίλοις δὲ ἐγχωρίοις ὀνόμασι προσαγορεύοντες, id eſt, *Qui has incolunt regiones plerumque Venerem ut matrem Deum venerantur, & variis patriiſque nominibus indigitant:* varia ejus nomina diſerte agnoſcit, ſed *Venerem* vocat. Et Plutarchus de Dea Syria Hierapoli culta, Οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι· ſcribit in Vita Craſſi. Quae certe Dea Syria, ſi utriuſque ſacra & effigies ſpectes, haec noſtra Deum mater erit, quae in nummis Deae Syriae, Hieropolitanae ſcilicet, nomine inſcriptis, nunc Minervae ſpeciem habet, ut in L. Aurelii Veri, nunc Cybeles, ut in Aurelii Severi & Philippi, uti apud Adolphum Occonem, Sebaſtianum Eritrium, atque id genus alios ſatis liquet. Sacra ejus deſcripſit teſtis oculatus Lucianus. Ei gallos, id eſt, exſectos, ſceptrum, tympanum, fulmen,

Turrigeraſque urbes, bijugoſque ad fraena leones,

fuiſſe memorat ille, quae ipſiſſima ſunt omnia Deorum matri propria: vide Apuleium lib. VIII. ubi de Metragyrtis agit, *Qui per plateas* (ut ille ait) *& oppida, cymbalis & crotalis perſonantes, Deamque Syriam circumferentes, mendicare compellunt Deum matrem:* ſaepius ille etiam ſacrorum non vulgo peritus, ibi *Deam Syriam* appellat. Ipſum item matris Deum nomen, quod apud Heſychium Ἀμμὰς eſt, e Syria petendum, ni fallor: nonne ab אימא *Aimma*, quod *mater* ſonat? Et in horto Mattheiorum trans Tiberino ad pontem Ceſtium vetus eſt monimentum, ubi ſedet Dea, inter leones duos, tiara, ſeu diademate lunato, ornata, cui ſubjungitur inſcriptio:

P. ACILIUS FELIX
D. D. DIA SURIAE
CUM SUIS.

Sculptoris negligentia, *Dia*, pro *Deae*, male legitur: verum Cybelen, Berecynthiam, ſive Deum matrem intellexiſſe Acilium, quam tamen *Deam Syriam* nuncupat, non eſt cur dubites: addita quae ſunt inſignia & ornamenta illam, ipſamque Aſtarten, loquuntur: ejuſmodi viſitur, in hortis cardinalis Carpenſis, ara: citerioribus enim aevis in Europa ſatis frequens Deae Syriae cultus.

Eam

Eam Nero unice est veneratus, quam tam postea urina conspurcavit. Etiam in Britannia nostra extat inscriptio DEAE SURIAE, verum mutilata, a Licinio praefecto sub Antonino philosopho concepta, atque in hortis V. C. Roberti Cottoni Coningtoniae, in agro Huntindoniensi, cum aliis quamplurimis, visenda. Non ignoro *matrem Deum* terram etiam priscis dictam: ita rem explicat Lucretius lib. II. Nec vero quis nescius est, coelum & terram ab idolorum cultoribus misceri solita. Cum igitur Astarte sive Dea Syria eadem, quae mater Deum, primum fuerit, sed compluribus postea nominibus indigitata, illinc forsan sumi possit conjectura, quaenam sint *Deae* illae *matres* & *Dii Syri* veteribus aris memorati, nec ante hoc seculum observati: quot enim nomina, tot habitae Deae, tot matres. Mentio sane Dearum matrum in Plutarchi Marcello, ubi de Enyo oppido Siciliae; & Θεὰς Γενετυλλίδας habet Pausanias in Atticorum initio, quae idem sonare possunt. Caeterum aevo hoc antiquitatis vestigiorum perquam curioso, plurimae DEABUS MATRIBUS insculptae arae in Europa repertae sunt: eas apud Gruterum & Smetium videre licet: item aliae JUNONIBUS dicatae. Maximam autem & pulcherrimam Dearum aram meminit a se visam in Bragantibus V. cl. G. Camdenus, etiam ad majorum animalium sacrificia peragenda aptam, & a M. Ingenuo Asiatico sacratam. Hanc in Lancastria, alteramque habet in agro Dunelmensi. Tertiam descriptam & ad se nuper missam, mihi optimus senex dudum ostendit, quam, ut exemplari ejus legitur, communicabo:

DEABUS MATRIBUS
TRAMAI VEX. CERMA
PU. R. D. PRO SALUTE
R. FUS. L. M.

Apud **Louther** in Cumbria extare dicitur. Quid sibi vellet TRAMAI ne hariolari quidem ausus sum. Atqui, si Astarte Deum fuerit mater, Astartae ut sint Deae matres oportet. Ἀστάρται enim pluraliter dicebantur. Ita LXX. Judicum II. comm. 13. Ut plures Junones, plures Veneres, Deae Syriae plures, ob simulacrorum multitudinem erant, ita ut Astartae plures; quas forsan voluere ii, qui, ritus Asiaticos patriosque servantes, DEABUS MATRIBUS aras sacrabant. Has simul & Belos cogitabant qui DIs SYRIS vota faciebant. Saltem, id satis est verisimile. Idipsum certe pene dixerat D. Augustinus ad Judic. II. quaest. XVI. *Juno*, inquit, *sine dubitatione ab illis* (a Poenis) ASTARTE *vocatur. Et quoniam istae linguae* (Punica & Phoenicia) *non multum inter se differunt, merito creditur de filiis Israel hoc dicere Scriptura, quod Baali servierunt & Astartibus, qui Jovi & Junonibus. Nec movere debet quod non dixit* Astarti, *id est, Junoni, sed tanquam multae sint Junones, pluraliter hoc nomen posuit. Ad simulacrorum enim multitudinem referri voluit intellectum, quoniam unumquodque Junonis simulacrum Juno vocabatur: ac per hoc tot Junones quot sunt simulacra intelligi voluit.* Astarte ipsa etiam quae Graecis *Io*. Id docet Euripides, de Phoeniciis & Thebanis verba faciens, in Phoenissis:

Κοινὸν, inquit, αἷμα, κοινὰ τέκνα
Τᾶς κερασφόρου πέφυκεν Ἰοῦς.

Quomodo Ius cornigerae soboles Phoenices erant (ut Graecorum fabulas omittamus) nisi corniculantem, quam tractamus, eorum Deam intelligas? unde orientis Numen etiam agnoscitur Io, velut primarium. Statius Sylvarum III. in Propemptico Metii Celeris:

Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris,
Nunc regina Phari, Numenque orientis anheli,
Excipe multisono puppem Mareotida sistro.

Quae de nominum multitudine solenni scripsimus capite superiore, ad hanc Deam simul pertinent: & *Ennaeae Numina Divae* eleganter dixit Silius Italicus, ut plura in eadem, id est, Hecate, Dea, Numina, quae tamen unam constituerent Hecaten, latere ostenderet. Hecaten autem hanc nostram, id est, Lunam, esse nemo nescit. Apollo enim seu Sol Ἑκατος, Luna Ἑκάτη dicebatur: vide de Hecato, si placet, Juliani epistolam ad Sarapionem. In Hecate totius universi potestatem omnem & virtutem centrum habere docebant veteres Chaldaeorum theologi, uti ad Chaldaicum illud, quod putatur, oraculum animadvertit Psellus:

Λαιῆς ἐν λαγόσιν Ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγή.

Sed obiter emendandus est versus ille: lege ἐν λαγόσι κοίτης ἀρετ. &c. &. λαιὴν κοίτην *sinistrum corporis cubile intellige*, ubi juxta Aristotelem animae sedes. Atqui ita diserte legitur in Oraculis illis Magicis, ad quae commentatus est Pletho. Mirum est quin *Astarten* vocabulo depravato *Astronoen* vocarit Damascius in Vita Isidori, ut Herodianus *Astroarchen*; si lectiones non sint spuriae. Saduci filium octavo genitum ab Astronoe Dea Phoenissa scribit Damascius adamatum. *AEsmunus* is dictus est; quem *AEsculapium*, ait ille, interpretantur. Venanti insidiata est Dea, fugit juvenis: & cum Dea jamjam comprehensura esset, genitale membrum sibi amputavit, Ἡ δὲ, inquit Damascius, τῷ πάθει περιαλγήσασα, καὶ Παιᾶνα καλέσασα τὸν νεανίσκον, τῇ τε ζωογόνῳ θέρμῃ ἀναζωπυρήσασα, θεὸν ἐποίησεν Ἔσμουνον ὑπὸ Φοινίκων ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ θέρμῃ τῆς ζωῆς· οἱ δὲ τὸν Ἔσμουνον ὄγδοον ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν· hoc est, *Astronoe vero casu afflicta, Paeana juvenem vocavit, eique genitalem calorem restituit, & Deum fecit, qui Phoenicibus* Esmunus *ob genitalem calorem dictus. Alii vero* Esmunum *octavum significare existimant.* Sane Ebraice השמיני *Hasmini*, quod facile in *Esmunum* migret, *octavus* est: & sic nominatus est, quod octavus Saduci filiorum in lucem fuerit editus. Astronoen autem matrem Deorum diserte appellat Damascius.

CAP. III.

DAGON, *Deus. Simulacrum ejus, & etymon.* Ζιτών. Σιτώ. Ἀγρότης *Deus Philoni. Oannes Babyloniorum. Annedotus. Odacon.* Ὤης *apud Helladium. Eadem cum his Dagoni figura. Pedes adnati ex cauda Dagonis. In Deam postea demigravit Dagon. Eadem quae Derceto seu Atergatis. Varia ejus nomina. An Derceto recto Hierapoli collocetur. Addirdag. Adramelech. Attaga. Athara.* Ἀτταγάθη *in Hesychio. Ratio nominis Deae & figurae in fabulis. Syri cur timidi Ovidio dicti. Inflabat morbisque affligebat Dea eos, qui pisces comederent. Martialis explicatur, & Porphyrius. Ut placabant Numen hinc iratum. Pisces Syri venerabantur. De piscibus apud eos, nugae Israelitarum reditu recentiores. Piscium signum coeleste.* Ἰχθὺς χελιδόνιος *dicitur borealior Chaldaeis.* Μεσεμβόλημα. Χελιδονίζειν *quid. Athenaeus emendatus. Hirundo piscis. Pisces aliis sacri. Columbas venerabantur Syri. Homeri* πέλειαι. *Samaritanorum Columba. In Samaritanos Judaeorum spurca convitia. Semiramis. Columbas vendentes & alentes inter infames habiti. Beth-Dagon.* Δάκ. *Confusa nomina & sacra hujus & Hieropolitanae Deae. Macrobius emendatus. Venus Aphacitis. Conjectura in Anonymum ad Arati Phaenomena. Dagonis festum.*

IN Azota sive Asdodo inclyta Palaestinae urbe fanum celebre erat Dagonis, in quo arcam foederis posuerunt incolae, coram scilicet idolo. *Et cum rursus crastina luce consurgerent,* (ita Sacrae Literae I. Sam. cap. V. 4.) *ecce jacebat Dagon coram ea, in terra, coram arca Domini, & caput Dagon atque duae palmae manuum ejus abscissae erant super limen,* רק דגון נשאר עליו, *rak dagon nischar aghlaiu,* hoc est, uti a R. D. Kimchi explicatur, *tantummodo forma piscis relicta est in eo.* Nam דג & דגה *Dag* & *Dagah, piscis* interpretatur; unde dictus *Dagon.* Genus ei masculinum tribuo, quod & ita Sacra Scriptura habet Ebraice, & LXX. Seniores itidem vertunt, Δαγὼν, πεπτωκὼς ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ. Et Philo Byblius, Δαγὼν ὅς ἐστι Σιτών. Coeli filium enumerat, atque ita vult appellatum, quod frumentum invenerit. Nam דגן *Dagan frumentum* sonat. Aratri etiam repertor habebatur, ideoque Ζεὺς Ἀρότριος, quasi *Jupiter agriculturae praeses,* ait ille, nominabatur. Non absimili nomine Cererem Σιτὼ, παρὰ τὸν σῖτον, vocabant Syracusis: quod meminit Polemus Dipnosoph. lib. III. Sed hallucinatus est, ut videtur, Philo, dum a *Dagan,* id est, *frumento,* deducit, cum a דג, id est, *pisce,* debuisset: non aliter quam cum Ἀγρότην, id est, *Rusticum,* Phoenicum diceret Deum, quod ex mala τοῦ שדי *Schaddai* interpretatione ei evenit: שדי enim, variatis paulo punctis, est nomen veri DEI, id est, *Omnipotens,* quod cum ille in Sanchoniathonis annalibus offenderet, significare male opinatus est aut *Agrum* aut *Agrestem,* & in Ἀγρότην vertit, cum potius παντοκράτορα substitui oportuerit. Observavit illustrissimus Scaliger. Ita hic pro *Dagon,* Σιτὼν habet, cum melius ad rem Ἰχθυὼν esset vertendus. Vetustissima de hoc Numine ex Asia testimonia, praeter Sacra Biblia, sunt quae scribunt Berosus, Apollodorus, & Polyhistor, ubi de Oanne agunt, & quae LXX. ultra Ebraicam veritatem inserunt. Ὠάννης enim memoratur, biceps animal, caetera piscis, e cujus cauda adnascebantur pedes humanis similes: vox ei humana item. Ex mari autem Erythraeo emersum Babyloniam pervenisse aiunt, occidente vero sole in mare rediisse, moremque hunc quotidie velut ἀμφίβιον repetiisse: ab eo homines omnifarias artes, literas, agriculturam, aedium sacrationes, architecturam, & leges politicas didicisse, necnon quicquid ad vitam civilem pertinere possit, historiamque portentosissimam de Belo & Omorca, quam ex Polyhistore Berosi exscriptore discas licet apud Eusebium: simulacrum autem ejus usque ad Berosi tempora, id est, ad initia Graecae monarchiae, servatum. Quae maxime huc spectant Berosi verba transcribo, Τὸ μὲν ἄλλο σῶμα εἶχε ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν παραπεφυκυῖαν ἄλλην κεφαλὴν ὑποκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος· εἶναι δὲ αὐτῷ φωνὴν ἀνθρώπου· τὴν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι. Non possum non hic intelligere marinum Deum, id est, Dagon, de quo historia Samuelis: non modo enim Palaestinis sed & Babyloniis colebatur. Fusius autem ex eodem Beroso narrat Apollodorus, Oannes quatuor, Annedotos dictos, seculorum vicissitudine e rubro item mari comparuisse, quorum quisque semihomo, & semipiscis. Tempore vero AEdorachi regis Chaldaeorum, qui seculis aliquot diluvium, si Chaldaeis fides, antevertit, aliud similis figurae emersisse ᾧ ὄνομα, ut verba ejus sunt, Ὠδάκων. Certe nimium fallor nisi ipse Dagon in Odaconis hac fabula fuerit intelligendus. Annedotorum secundi meminit Abydenus, & ἡμιδαίμονος figuram ei tribuit. Vix alibi de his mentio fit. Verum ab Helladio Besantinoo in Chrestomathia Oannem designatum esse merito suspiceris. Tradidit is hominem quendam nomine Ὤην e rubro mari ascendisse, capite, manibus pedibusque humanis; caetera membra piscem prae se tulisse; literas autem & astrorum

aſtrorum ſcientiam oſtendiſſe: quae omnia ſunt ipſiſſima pene Beroſi de Oanne hiſtoria: unde depravatum Oannis in Ὤλω nomen ſentit magnus Scaliger a compendioſa librariorum ſcriptione. Adjicit Helladius, ἄνθρωπον δὲ εἶναι τὰ πάντα, ἰχθὺν δόξαι, διότιπερ ἠμφίεστο κητώδη δοράν, hoc eſt, *hominem omnino fuiſſe, piſcem vero retuliſſe, quod cetacea pelle indueretur.* Quod adferimus ex Helladio, reperitur in excerptis Photii Cod. CCLXXIX. Commiſſa igitur quae de eo Sacrae Literae, & quae jam ex veterum ſcriptis diximus, convincunt ſatis figuram Dagonis ex humana & marina eſſe mixtam. Marinum ei corpus, humana vero facies, manus, item & pedes. Abſciſſas enim ſeu abruptas manus, cum caderet coram arca Teſtamenti, diſerte ait Scriptura. Adnatos caudae pedes ſcribunt illi veteres, quod neſcio an habuerint in mente interpretes Graeci, cum I. Regum cap. V. comm. 4. ablatos eo caſu utroſque imaginis pedes, praeter caput & manus, ſcripſerint, id eſt, ἀμφότερα τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἀφῃρημένα, quorum verborum ne ἴχνος quidem eſt in Ebraeo. Maſculinum Numen faciunt ii: verum, quod diximus de communi Divum ſexu oportet hoc loco etiam perpendatur. Nam hic ipſe Dagon in Deam *Adirdagam*, id eſt, *Atergatin, Adargatin, Derceto,* & quae ſunt alia ab Europaeis depravata ejus nomina, demigravit. Etiam *Argatis* pro eadem legitur in Tertulliani adverſus Nationes libro II. capite VIII. & mirum eſt niſi Δερκετάδης (cujus memorat Agathias τμ. β.) Aſſyrius huic Numini nomen ſuum debuerit. Phoenicia illa & Babylonia Dea eadem ipſa ſane qua Dagon figura, ſi ſexum mutaveris: teſtis Lucianus, qui vidit & obſervavit curioſus; Ἡμισέη μὲν γυνή, τὸ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρους πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. Dercetus ſimulacrum in Phoenicia a ſe perſpectam breviter depingit, & in Dagonis incidit. Idem ſcribit Diodorus Siculus Bibliothecae II. de ſtatua ejus in Aſcalone ſacrata, Τὸ μὲν, inquit, πρόσωπον ἔχει γυναικός, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος. Caeterum etiam ſcriptoribus magnis Dea Hieropolitana, *Derceto* ſive *Atergatis* nuncupatur. Sic Plinius lib. V. cap. XXXII. Ante eum Geographus lib. XVI. Bambyces item meminit, ἣν καὶ Ἔδεσσαν καὶ Ἱερὰν πόλιν καλοῦσιν· ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀταργάτιν· alii tantundem. Quin Macrobius, cum figuram Atergatidis docere voluit, ipſiſſimam matrem Deum, Aſtarten, ſive Deam illam Luciani Hierapolitanam, nec aliud omnino locutus eſt: vide Saturn. I. cap. XXIII. Sed haec forſan non ſine errore: ſcimus enim Hierapolitanum Numen forma omnimodo fuiſſe foeminea. Lucianus, qui ambarum ſacra eſt ſcrutatus, Ἡ δὲ ἐν τῇ Ἱρῇ πόλει πᾶσα γυνή ἐστι. Niſi vero ſemipiſcis fuerit, *Derceto* nequaquam appellanda. *Atergatis* autem, *Adergatis, Atargata, Derceto, Derce, Adargidis, Atargatis,* quae omnia reperiuntur pro hac Dea, corrupta vocabula, ab *Addirdaga* ſunt, hoc eſt, Ebraice, אדיר דג, id eſt, *piſcis magnificus,* ſeu *potens,* quod nomen certe Oanni, qui tot dicitur hominibus contuliſſe beneficia, convenientiſſimum: ita Sepharvaitae Deum ſuum *Adramelech,* id eſt, *regem magnificum,* indigitabant, II. Reg. cap. XVII. comm. 31. Nominatur a Phurnuto *Artaga,* quod ſane ex *Addirdaga* etiam contractum. Caetera corruptiora ſunt, ſed τοῦ *Addirdag* ſeu ſimilis cujuſdam, pro dialectorum varietate, prae ſe ferunt veſtigia: vide Strabonem extremo lib. XVI. ubi *Atargaten* item *Atharam* depravate, ut fit in nominum barbaricorum μεταπτώσει, dictam ait, & Cteſiae *Derceto:* ubi igitur Heſychius habet ex Xantho Ἀτταγάθη Ἀθάρη, utrum ad *Atargatam* Deam quid ibi ſpectet, viderint eruditiores: certe Xanthum de Atergatide ſcripſiſſe teſtis eſt luculentus Dipnoſophiſtes lib. VIII. qui Deae etyma habet ſatis ridicula ex Xantho, Mnaſea & Antipatro, verum quae omnia Philoni Byblio reclamant, & a piſce eam deducendam firmant. In fabulis non eſt vulgo alia figurae ratio, quam quod olim piſces Dercen Veneris filiam in mare decidentem, ab injuria ſervarent aquarum, ut ſcribit Theo in Aratum; ſive ob Veneris Typhonem fugientis in piſcem metamorphoſin. Manilius Aſtronomic. IV.

Scilicet in piſcem ſeſe Cytherea novavit,
Cum Babyloniacas ſummerſa profugit in undas
Anguipedem alatis humeris Typhona furentem,
Inſeruitque ſuos ſquamoſis piſcibus ignes.

Sive quod piſces evoluerunt, ex Euphrate, mirae magnitudinis ovum, quod fovit columba, Deamque edidit, uti Nigidius ſcribit apud Germanicum, quem ita vocant, ad Arati Phaenomena. Hinc erat quod piſcium eſu abſtinebant, atque, ut Ovidius Faſtor. II. *nefas ducebant*

------ genus hoc imponere menſis,
Ne violent timidi piſcibus ora, Syri.

Haud fruſtra *timidos* Syros vocat. Timebant ne ſibi membra, ſi animalibus hiſce veſcerentur, a vindicta Deae intumeſcerent, ulceribus ſcaterent, aut tabe conſumerentur. Plutarchus in περὶ δεισιδαιμονίας libello, Τὴν Συρίαν θεὸν οἱ δεισιδαίμονες νομίζουσιν, ἂν μαινίδας τις ἢ ἀφύας φάγῃ, τὰ ἀντικνήμια διεσθίειν, ἕλκεσι τὸ σῶμα πιμπλάναι, συντήκειν τὸ ἧπαρ. De *apua* & *maenide* piſcibus tantummodo loquitur ille, quas *qui comederent, eorum tibiarum anteriora Deam Syriam corrodere, corpus ulceribus implere, & jecur colliquefacere putabant,* inquit, *ſuperſtitioſi.* Et Joannes Tzetzes Chiliad. IX. cap. CCLXXV. de Semiramide:

Σύρων γραφαὶ δὲ λέγουσιν ἰχθὺν αὐτὴν φυέσθαι,
Ὅθεν οὐδ' ἐσθίουσι τινῶν ἰχθύων Σύροι.

Ut Plutarchus, ſic ille, de quibuſdam duntaxat piſcibus: ſed vero de tumoribus pedum & ventris diſerte Menander, nec de piſcibus diſtinguit:

------ Παράδειγμα τοὺς Σύρους λάβε,
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
Αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
Οἰδοῦσιν. --------

Adfert

Adfert hosce ex Menandro versiculos Porphyrius in quarto περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, unde, ut scribit ille, Τὸ τῶν ἰχθύων ἀπέχεσθαι ἄχει τῶν Μενάνδρου χρόνων διέμεινε, *Abstinentia piscium usque ad Menandri tempora duravit* apud Syros, perinde ac si Menandri aevum, quod initiis Graecae Monarchiae est aequale, citimum fuisset, in quo Syrorum hujusmodi sacra abstinentia viguisset. Sed hac alludere volunt nonnulli Persium Satyr. V. ubi *Deos inflantes corpora* meminit. Sane non alios cogitabat tumores Martialis lib. IV. epig. XLIII.

Juro per Syrios tibi tumores.

Tumores hi ad piscium & Numinis iram spectare videntur. Et Artemidorus etiam, Martiale recentior, in Onirocriticorum lib. I. cap. IX. Ἰχθύας, inquit, πάντες ἐσθίουσι πλὴν Σύρων τινῶν, τῶν τὴν Ἀστάρτην σεβομένων. Astartae autem & Atergatis nomina confundere, scriptoribus solenne nimis est vitium. Commissum hic gulae facinus, tumoribus, tabe, ulceribus laborantes Syri expiabant sacco induti atque in coeno sive sterquilinio sedentes; qui placantium Numen mos frequens est in Sacris Literis. Nam Menandri, quae sequuntur apud Porphyrium, verba sunt:

------- εἶτα σακκίον ἔλαβον, εἰς δ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Dein sacco induti, & in via, coeno volutantes, Deae supplicabant ut tumores dimitteret. Ita enim vertendus & intelligendus est ille locus, non ut perperam versum habemus in nupera Porphyrii editione Lugdunensi, cui tamen facem etiam hic praetulerat magnus Scaliger ad Apotelesmaticum Manilii: videsis item Petrum Victorium, Variar. Lectionum lib. XII. cap. XV. Certe melius multo hoc in loco, ut alibi etiam saepius, vertit Porphyrium ante annos LXXX. Joannes Bernardus Faelicianus, Venetiis tunc temporis editus; tametsi nec ille quidem, quid τὸ ταπεινῶσαι hic significaret, satis deprehenderit. Ad morem autem hunc placandi respexit Plutarchus libello περὶ δεισιδαιμονίας. Ἔξω, inquit, κάθηται (δεισιδαίμων) σακκίον ἔχων, ἢ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς· πολλάκις δὲ γυμνὸς ἐν πηλῷ καλινδούμενος ἐξαγορεύει τινὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ πλημμελείας, ὡς τόδε φαγόντος, ἢ πιόντος, ἢ βαδίσαντος ὁδὸν ἣν οὐκ εἴα τὸ δαιμόνιον. Pisces dicuntur etiam Syri, pro Diis habuisse: Cicero III. de Nat. Deor. *Piscem Syri venerantur:* quod tamen ad Atergatin duntaxat referre malim: sed Clemens in Protreptico, de Syrophoenicibus, Τοὺς ἰχθῦς οὕτω σέβουσι περιττῶς ὡς Ἠλεῖοι τὸν Δία, id est, *Non minori cultu pisces venerantur quam Elei Jovem:* & Xenophon περὶ ἀναβάσεως, de Chalo fluvio, *Erat is,* inquit, *magnis mansuetisque piscibus refertus, quos Syri pro Diis habebant, neque laedi eos patiebantur, sicuti ne columbas quidem:* atque hoc ait de Cifeuphratensibus. Tantundem Diodorus, & Aelianus de Animalibus lib. XII. cap. II. de Hierapolitanis. Videsis Plutarchum Symposiac. lib. VIII. cap. VIII. Caeterum seculis vetustioribus minime de piscibus hae nugae natae videntur: sub Israelitarum enim reditu venales pisces apportare consueverunt Tyrii Hierosolymas. Nehemias cap. XIII. comm. 16. *Tyrii quoque habitabant in ea, inferentes pisces, & omnia venalia, & vendebant in Sabbato filiis Jehuda in ipsa Jerusalem.* Certe tunc temporis nec Judaei a profanis vicinorum ritibus puri erant, utpote qui Palaestinas uxores duxerant, & in eis Azotias, queis inprimis Dagonem cultum meminit Scriptura. Atqui si pisces comesse religioni tum fuisset, in foro ut prostarent venales, Numinis honori consulentes, facinus sane indignum, ne dicam piaculum, aestimassent. Duo illi qui signiferum circulum terminant ad istas fabulas referuntur nonnullis; & ὕψωμα Veneris (quae *Atergatis* dicta) sive *exaltatio*, uti aiunt, est piscium dodecatemorion, quod Chaldaei Zodiacum dispertientes ei tribuerunt. Euphratem & Tigrin, piscium anterioribus, Syriam mediis partibus subjecerunt: ita enim vetustissimi astrologi, aliter atque Ptolemaeus; uti apud Hephaestionem Thebanum in Apotelesmaticis liquet. Caeterum illi, ut obiter adnotem, piscem borealem cum hirundinino capite pingebant, & ἰχθὺν χελιδόνιον vocabant, ut auctor est Theon ad Aratum. Neque aliud, ni fallor, voluere quam veris praeludium designare. Piscium enim μετέμβολημα (ita nominabant veteres punctum inter dodecatemoria bina, quod monet Hephaestio ille) cum sol attigerit, amoenitates suas ver auspicatur. Nam & Rhodiis, qui sub eadem cum Chaldaeis latitudine, χελιδονίζειν erat stipes corrogare mense Munichione, jam vere appropinquante. Et qui corrogabant, χελιδονισταὶ dicti, solenniter acclamabant, Ἦλθ', ἦλθε χελιδὼν, καλὰς ὥρας ἄγουσα καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς, &c. &, Ἄνοιγ', ἄνοιγε τὴν θύραν χελιδόνι· id est, *Veni, veni, Hirundo, & tecum fer felices horas & felices annos,* &c. *Aperi, aperi ostium, Hirundo.* Inter sacrorum ritus haec scripta reliquit Theognis apud Athenaeum Dipnosoph. VIII. Hinc Oppiano dicitur:

------ εἰαρινὴ ζεφύρου περιπάγγελος ὄρνις.

Planissime autem in editis Athenaei exemplaribus, pro τῷ Βοηδρομιῶνι μηνὶ, τῷ Μουνιχιῶνι substituendum, uti etiam habent codices nonnulli manuscripti. Nam Boedromion mensis aestatem claudebat, nec ad eum hic pertinere hirundines potuerunt. Non sum nescius piscem etiam χελιδόνα seu *hirundinem* dictam Aristoteli, Plinio, aliis: verum piscem an avem voluerit Theon haud satis constat. Certe latas alas tribuit hirundini pisci Aristoteles περὶ ἱστορ. ζώων, IV. cap. IX. & Plinius lib. IX. cap. XXVI. *Volat hirundo sane perquam similis hirundini volucri.* An homonymia *hirundinis* niteretur prisca illa pictura, nescio. Sacri aliis pisces erant aliquot, ut pompilus Graecis, anguilla AEgyptiis, alii Pythagoreis, sed ab alia causa. Uti autem pisces ita & columbas magno habebant in honore in hujus Numinis gratiam. Causam, si in

in fabulis causa, ex Nigidio jam diximus. Et videsis Luciani Deam Syriam, Diodorum Siculum in Bibliothecae II. alios. Tibullus lib. I.

Alba Palaestino sacra columba suo.

Sacras autem Veneri columbas (Derceto Venus est) pueri sciunt. Ejusdem Deae quemadmodum ministrae habitae fuerint, docet optime historia illa de columbis circa Erycem montem in Sicilia volitantibus, & diebus quas ἀναγωγὰς & καταγώγια nominabant incolae, apud Athenaeum lib. IX. cujus & XI. liber consulendus de columbis ad Jovem ambrosiam ferre solitis; ob quam fabulam reprehenditur Homerus a Dionysio περὶ ὕψες, uti nugax nimis: eam scribit Homerus Odyss. μ. & πελειάς τρήρωνας vocat quas memorat columbas. At plerique veterum non tam columbas quam Peleiadas seu Pleiadas septem intelligi volunt, uti multis & vetustis exemplis Alexandro regi monstravit olim Chiron Amphipolites; quae & fuse habes apud Eustathium. Verum non Europaeorum solummodo, sed etiam Asiaticorum, de columbarum, in his regionibus, quasi indigitamentis, sunt testimonia. Samaritani enim in suo Chronico (ut mihi auctor est Scaliger ad Manilii lib. V.) Josuae duci columbam administram attribuunt, sed divinitus, ut ipsi aiunt, non autem humanis mysteriis edoctam. Ex Glossa Talmudica Joannes Drusius Observat. XIII. cap. XXIV. *Samaritanus circumcidit in nomine imaginis columbam referentis,* id est, לשם דמות יונה *quam inventam in vertice montis Garizim certo quodam ritu colunt.* Aliam quam Semiramidis figuram hic non intelligo: cujus etiam nomen Syris seu Babyloniis *columbam montanam* denotare volunt nonnulli: ita Hesychius, Σεμίραμις, περιστερὰ ὄρειος Ἑλληνιστί· & ex autore Ebraeo item ejus signum columbam fuisse notat magnus Scaliger in Eusebianis; qui tamen Hesychii interpretationem veram esse haud agnoscit: quid autem *Semiramis* significet sibi satis non liquere fatetur. Sed vereor sane ne quod habent Judaei de Samaritanorum circumcisione, columbae nomine peragi solita, spurcum sit eorum (ut fieri ab eis amat) in gentem illam convitium. Tralatitium est quod habent de asina, tribus illis literis ה, ע, ח, atque aliis ejusmodi, ubi de sacris Samaritanorum Bibliis loquuntur; quae tamen falsissima esse non solum a viris doctissimis est dudum animadversum, sed scimus nos ipsi testes oculati, qui Pentateucho Samaritano, charactere item Samaritano exarato, & raro satis a Judaeorum libris discrepante, reverendissimi antistitis Jacobi Usserii archiepiscopi Armachani beneficio olim usi sumus, uti & in Prolegomenis ad Marmora Arundelliana fusius scripsimus. Praetereo autem nonnullos τὸ היונה *hajonah* Jeremiae cap. XLVI. comm. 16. vertisse *columbam,* quasi de Babyloniis sub Numinis eorum vocabulo, ut mos est Scripturae, ibi ageretur. Hinc forsan Judaeorum de iis, qui columbas alebant, πωλοῦντες τὰς περιστερὰς dicti Matth. XXI. 12. praejudicium. Dare enim testimonium non potuerunt, sed inter infames, fures nempe, lenones, aleatores, & id genus alios censebantur; quod appendix Ferdinandi Poloni ad Abrahamum Ben-Kattun me primum docuit. Sed magnus Scaliger eos intelligit in Evangelio qui columbas volare erudiebant, id est, מפריחי יונין, atque ita instituebant, ut ad missa parati (sicut Decimi Bruti illa in obsidione Mutinensi, aliaeque citerioris aevi) & moscho rostra illitae, comitatiores, quod ait Plinius, redeant. Appetentissima enim moschi columba. Quae de Semiramide ad hanc Deam spectantia effutiuntur apud Hyginum Poetic. Astronomiae II. Fabula CXCVII. Athenagoram in Apologia, Phurnutum de Natura Deorum, Ovidium Metamorph. IV. Tzetzem Chiliad. IX. cap. CCLXXV. praeter historiarum sarcinatores libenter praeterimus: cuique sunt obvia. Templum Dagonis dicebatur Βηθ δαγὼν, quod mere Ebraicum est, Hasmonaeorum I. cap. X. comm. 83. I. Sam. cap. V. & praesidium illud τὸ καλούμενον Δὼκ, Hasmon. XVI. comm. 15. putat Drusius idem esse quod *Dagon* appellatur Fl. Josepho Orig. Judaic. XIII. cap. XV. Arx nempe juxta Hierechunta sita. Meminit & Isidorus Characenus, in Stathmis Parthicis, Besechanae urbis Mesopotamiae, ἐν ᾗ, inquit, ἱερὸν Ἀτάργατι, id est, fanum hujusce Deae. Sed haud tantum, apud scriptores, Atergatidis & Astartes, seu Deae Hieropolitanae discrimen, ut eas omnino distinguere non sit plusquam difficile: tetigimus supra, ex Strabone, Plinio, Macrobio. Et Ascalonitarum Venus, id est, Derceto, idem ipsissimum fert nomen apud Herodotum, quod Mylitta, Alitta, & Deum mater; *Uraniam* sive *Coelestem* dico. Imo non minori, circa fanum Deae Hierapolitanae, pisces & columbae, ut res sacrae, honore excipiebantur, quam ubi Derceto culta: testatur Lucianus. Utraque igitur haec & illa *Venus,* utraque *Juno, Minerva* utraque, utraque *Dea Syria,* utraque forte, si primam spectes apotheosin, est quicquid est alterutra. Et ob Astartes cultum abstinuisse piscibus Syros putavit Artemidorus, uti ex verbis ejus supra allatis liquet. Sunt qui *Derceto* seu *Dercitida* substituunt apud Macrobium, emendantes Saturn. I. cap. XXI. ita enim ille, uti codices habent excusi; *Adonin quoque,* inquit, *Solem esse non dubitabitur, inspecta religione Assyriorum, apud quos Veneris Architidis & Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phoenices tenent:* & paulo post, *Simulacrum hujus Deae in monte Libano fingitur, capite obnupto, specie tristi, faciem manu laeva intra amictum sustinens: lacrymae visione conspicientium manare creduntur:* quod non ita abludit a D. Hieronymi commento, qui DAGON *piscem moeroris* interpretatur: pro *Architidis* legunt hic *Dercitidis.* Quid enim *Venus Architidis?* ejus nullibi mentio, & error a librario est commissus. Pro ea autem emendatione haud parum stat vetus MS. Codex V. cl. Roberti Cottoni, qui ipse antiquitatis est quantivis pretii thesaurus, ubi legitur *Adargidis.* Verum tantum abest ut huic sententiae accedam, ut Macrobium potius *Aphacitidis* scripsisse ausus sim fere dejerare. Non enim Derceto, non Adargidis aut Atergatis monte Libano colebatur, non hoc sal-

tem nomine, sed Venus Aphacitis, a regione cognomine dicta. Zosimus hist. I. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βύβλου, καθ᾽ ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται, id est, *Aphaca locus est inter Heliopolim & Byblum, ubi fanum est Veneris Aphacitidis.* Et Venus, cujus fanum in monte Libano vastavit Constantinus Magnus, diserte Ἀφακῖτις appellatur Eusebio de Vita Constantini lib. III. cap. LIII. Consulas & Hist. Tripart. II. cap. XX. Socrat. Histor. I. cap. XIV. Sozomen. II. cap. IV. Ad hanc Aphacitida etiam intendisse digitum opinor Germanicum, sive quis alius fuerit commentariorum in Arati Phaenomena Latina auctor, ubi *Phacetis* filia Veneris inter Syros occurrit: scio doctissimum H. Grotium *Dercetis* ibi conjectura rescripsisse. Quam facilis autem fuerit τὸ Ἀφακίτιδος, dum incuriosius librarii oscitantes exscripserunt, in Ἀρχίτιδος transitus, nemo non videt. Panegyris, seu festum Dagoni sacrum habetur in Judicum cap. XVI. comm. 23.

CAP. IV.

VENUS *Syriaca. Phoenicia, Veneris terra. Utriusque sexus Venus illa. Vestimenta sexum ementita. De ea re praeceptum Mosaicum forsan explicatur. Figura piscis Veneri aptissima. Salambo Veneris nomen.* Ἀλλὰ ἐα Κυβάρ. Ἀλλὰ *Cabar Saracenorum Venus dicta. Dii Cabiri. Bacchus & Venus sive Urania. Dii Arabum. Urania illa etiam Uranus dicta, &* Ζεύς. *Obodas Arabum. Lunulae corniculantes fastigiis aedium a Mahumedanis imponi solitae. Unde is mos. Giuma festum. Dies Veneris. Planetarum dies cognomines antiquam repetunt originem. Saxum quadratum colebant Arabes. Veneris caput adorant Mahumedani.* Διηγήσεων *liber de Muhamedicis apud Cantacuzenum quinam sit.* Θεὺς Ἄρης. *Suidae lapsus. Dysares Arabum. Dusarus Deus idem. Hesychius & Stephanus emendantur. Dachareni gens. Minerva, Onca Thebanorum. Scholiastes Sophoclis emendatus. Pausaniae* Σίγα. *De ea conjectura. Sida, Beli uxor. Palladium dictum Phoenicia Dea. Babia, Syrorum Numen.* Βαβαί.

QUAM religiose, quam late per Syriam & viciniam culta fuerit sive haec sive illa Dearum, quas diximus sub *Veneris* plerumque nomine Europaeis celebrata, & a quam vetusta origine, ex his patet. Inde est quod Phoenicia *Veneris terra* nominetur. Aeschylus in Supplicibus:

τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν.

Ubi habet scholiastes, Φοινίκην, ἣν ἱερὰν Ἀφροδίτης φησὶ διὰ Βύβλον καὶ Λίβανον, id est, *Phoeniciam, quam sacram Veneri tribuit, ob Byblum & Libanum.* Et primi post homines natos (scribit Pausanias in Atticis) Assyrii Venerem Uraniam colebant, post Assyrios Ascalonitae & Cyprii, memineris Ascalonitarum Deam Derceto seu Atergatida fuisse. Ab Ascalonitis autem ejus sacra didicerunt Cytherii. Caeterum Syra haec Venus & masculinum & foemininum (quod ad sexus Dagonis mutationem etiam referas) Numen putabatur. Sacra ei varie solennia faciebant, sacrorumque pro ritu aut viriles aut muliebres vestes induebant. Illinc sane lux Scripturae quae vestimentorum commutationem vetat. Deut. cap. XXII. comm. 5. ita legitur, *Non sint arma viri super mulierem, nec induetur vir vestimento mulieris. Arma* Ebraice sunt כלי *Celi*, quod tamen a nonnullis vertitur etiam *vestimenta.* LXX. Seniores ibi, Οὐκ ἔσται σκεύη ἀνδρὸς ἐπὶ γυναικὶ, οὐδὲ μὴ ἐνδύσηται ἀνὴρ στολὴν γυναικείαν· ubi σκεύη pro *instrumentis* sive *armis bellicis*, sicut & כלי, capio: nisi σκευὴ legere malueris, quod πανοπλίαν interpretatur scholiastes vetus in Aristophanis Σφηξί. Certe quod hic σκεύη libris excusis LXX. interpretum dicitur, id apud Josephum, ubi hoc idem praeceptum memorat, est σκεύη. Sed sexcenta sunt loca quibus כלי σκεύη a Senioribus vertitur, uti & ἀγγεῖα. Verum a R. Mose Ben Maimon (qui primus Rabbinorum delirare desiit, & de quo est apud Judaeos diverbium, *A Mose usque ad Mosem, nequaquam fuisse hactenus talem Mosem*) explicatur praeceptum illud, non quasi simulatio sexus tam prohiberetur, quam idolorum cultus, & ipsa Veneris & masculae & foemineae sacra. In More Nebochim part. III. cap. XXXVIII. *Istud autem est*, inquit ille, *propter quod dicat Scriptura,* Non accipiat mulier arma viri, neque vir induatur veste muliebri. *Invenies autem in libro artis magicae quem composuit Centir; quia dicitur ibi, ut vir induatur vestem muliebrem pictam cum steterit coram stella, quae vocatur Venus, & mulier assumet loricam & arma bellica cum steterit ante stellam quae dicitur Mars.* Martem haud aliud a masculo Venere hic intelligo. Liber autem artis magicae, cujus hic mentio in codice Maimonidis Ebraico, 'ספר טומטו appellatur, pro quo *Centir* male hic in Latino habetur: & quae sequuntur, in Ebraeo sunt, שלבש האיש בגד אשה צבוע כשיעמד בכוכב נוגה ותלבש האשה השרין וכלי מלחמה בעמדה למאדים. Adeoque Venus & Mars eisdem nominantur vocabulis, quibus astronomis Judaeorum ipsae nuncupantur stellae. Sed Arabice librum illum conscripsit Maimonides, quem Ebraice vertit R. Samuel Aben Tybbon, ut docet nos V. cl. Joannes Buxtorfius.

Quaenam

Quaenam igitur fuerint ipſiſſima autoris ab eo citati vocabula, plane neſcimus. Neque enim codicem Arabicum vidiſſe mihi hactenus contigit. Caeterum praecepto illo de utriuſque ſexus habitu, ritus aliquis profanus vetari videtur, tum quod *arma viri bellica* ſumere mulieri prohibetur, non *veſtimenta*, quae alio vocabulo שמלה *Simlath* ſingulariter ibi denotantur, tum quia ſolennis illa cauſa additur, βδέλυγμα id eſſe, ſeu *rem Domino execrandam;* quod plerumque idololatriam in Sacris Literis ſpectat: ſi autem ad publicae honeſtatis conſervationem tantummodo, ut aliqui, verba illa referas, ne ſcilicet anſa libidini, a ſexus ſimulatione, facilius praeberetur, cur viris, cedo, ſtolam muliebrem, ſequiori ſexui vero arma virilia induere vetitum eſt? Arma virilia incommode nimium tractat Cupido, neque in iis lenoniae ſatis illecebrae. Quid quod ad diſciplinam militarem, praeceptum maxime trahat Fl. Joſephus? vide eum lib. IV. Originum cap. VIII. Sed firmat ea quae attulimus ex AEgyptio Moſe Julius Firmicus. Is de errore profanarum Religionum cap. IV. Aſſyrios Venerem coluiſſe ſcribit, *Cui aliter ſervire ſacerdotum ſuorum chorus non poteſt, niſi effoeminent vultum, cutem poliant, & virilem ſexum ornatu muliebri dedecorent.* Et paulo poſt: *Quod hoc monſtrum eſt, quodve prodigium? Negant ſe viros eſſe, & non ſunt. Mulieres ſe volunt credi, ſed aliud quaſicunque qualitas corporis confitetur.* Nam muliebria pati ſacerdotibus hiſce etiam inter ſacra fuit, & impuri corporis labem jactare, ut ſcribit etiam ille: quod cum Aſtartes antiſtitum (de quibus ſupra) impudicis moribus non parum convenit. Scortatores enim illi erant, & ſic in Scriptura dicti. Utrum ritus iſte apud autorem libri Sapientiae cap. XIV. comm. 26. intelligatur, ubi comeſſationes, abſcondita ſacra, puerorum mactationes, &, quae ſunt ejus fariae, alia exagitantur, ſub nomine γενέσεως ἐναλλαγῆς, viderint optimi conjectores. Caeterum illum, de quo Maimonides, morem etiam antiquiſſimum fuiſſe & in Europaeos traductum, vetuſtus inter Graecos ſcriptor teſtis eſt luculentus. Philochorus is eſt, qui Venerem & Lunam *eandem eſſe affirmat, & ei ſacrificium facere viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili, quod eadem & mas exiſtimatur & foemina,* uti Latine loquitur apud Macrobium Saturnal. III. cap. VIII. Pertinere huc poſſunt quae diximus ſupra de Luno & Luna. Quam apta autem foecundo & promiſcui generis Numini huic marina illa natura Dagonis fuerit, oſtendunt & priſcae fabulae, quae ſpuma ortam Venerem cantant, & philoſophorum placita, queis nullum terreſtre aut volatile animal tam foecundum, quam unumquodque marinorum eſſe memoratur: vide Plutarch. Sympoſiac. V. ubi de Sale, & Omorcae, Oannis, & Beli hiſtoriam fabuloſiſſimam ex Beroſo tranſcriptam apud Euſebium in omnifaria hiſtoria ad hanc rem conſulas. Quod autem habet Heſychius, Chaldaeis & Aſſyriis Venerem Δελέφατ dictam, etiam iis quae Graeci & Latini de Venere tradunt ſatis eſt congruum. *Delepha* enim, id eſt, דלפה venereos amplexus denotare ſive concubitum lingua Babylonica poteſt; niſi mavelis a דלפא *Dilpha*, id eſt, *gutta* ſeu *ſtilla*, ita dictam, uti apud Graecos ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ Ἀφροδίτη & Ἀφρώ appellatur; quod monuit vir ſingulari doctrina, linguarum item Orientalium callentiſſimus, V. cl. G. Bedwellus, cum mihi de iſthoc vocabulo atque aliis conſulenti, pro humanitate ſua, amiciſſime reſponderet. Verum & *Salambo* Babyloniis Venus dicta, ſi Heſychio fides. Σαλαμβώ, ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Βαβυλωνίοις. nec tam ut ſidus quam qua Dea eſt ita appellatur. Hanc enim proculdubio cogitabat autor Etymologici magni in Σαλάμβας, ubi inquit, Καὶ Σαλάμβας ἡ δαίμων, παρὰ τὸ ἀεὶ περιφέρεσθαι καὶ ἐν σάλῳ εἶναι, καὶ ὅτι περιέρχεται θρηνοῦσα τὸν Ἄδωνιν, id eſt, *Et Salambas Daemon, ſeu Dea, eſt ita dicta, quod ſemper in ſalo circumvehatur & verſetur, atque eo quod circumeundo Adonim plangat:* nam & σαλαΐζειν eſt *plangere*, uti ex Anacreonte adnotat ille: ſed ad Graeculorum morem τοῦ Σαλάμβας (quod non aliud eſt quam Heſychii Σαλαμβώ· nam Venerem pingit, dum daemonem ſuam aperit) originationem lingua populari ridicule quaerit: nec melius nos hic, ſi vocabuli ſyllabas blande palpando meras ex orientali dialecto aliqua nugas obtruderemus. Saracenorum Cabar ſive Cubar a Syria ſeu Babylonia Venere, alia non erat: ſed commune iis, qui tam vicini erant, Numen. Cabar enim ipſa Venus (quae & Luna Dea) eſſe cenſebatur. Euthymius Zygabenus in Panoplia, Οἱ Σαρακηνοὶ μέχρι τοῦ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνον εἰδωλολάτρουν, προσκυνοῦντες τῷ Ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ Χαβὰρ τῇ ἑαυτῶν ἐπονομάζουσι γλώττῃ· δηλοῖ δὲ ἡ λέξις αὕτη τὴν Μεγάλην, hoc eſt, *Ad Heraclii imperatoris tempora Saraceni idolis dediti ſunt. Luciferum adorabant, & Venerem, quam* Cabar *ſua nominant lingua. Cabar autem* magnam *interpretatur.* Et Catecheſi Saracenorum, Ἀναθεματίζω τοὺς τῷ πρωϊνῷ προσκυνοῦντας ἄστρῳ, ἤγουν τῷ Ἑωσφόρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν κατὰ τὴν Ἀράβων γλῶσσαν Χαβὰρ ὀνομάζουσι, τουτέστι μεγάλην, id eſt, *Anathematizo eos qui matutinum ſidus Luciferum & Venerem adorant, quam Arabum lingua* Chabar, *quod* magnam *ſignificat, nominant:* ſed vero minime diverſa ſentias Luciferum & Venerem Numina. Veneris enim ſive τοῦ Cabar ſtellam *Luciferam* ſeu Ἑωσφόρον, eſſe aiunt Graeci: ita Zygabenus intelligendus, ita verba Catecheſeos. Conſtat ex Cedreno, aliis. Sed vero quod ii *Luciferam* vocant, magis *noctilucam* ſtellam, id eſt, *Alilat* (de qua jam ſupra) vocare debuiſſent. Et D. Hieronymus ad Amos lib. II. *Sidus Dei veſtri Ebraice dicitur* כוכב Cocab, *id eſt, Luciferi, quem Saraceni hucuſque venerantur:* videſis eundem patrem in S. Hilarionis Vita, cap. XX. Neceſſario vero memineris hic ſtellae Aſtarte, de qua ſuperius. Summa adoratione Deam ſibi propitiam reddebant (neque poſtquam Muhamedicam ſpurcitiem pro religione amplexarentur, cultum hunc omnino dereliquerunt, ut nonnulli ſcribunt) Ἀλλὰ οὐὰ Κουβάρ, Ἀλλὰ exclamantes; ut ſcribunt Conſtantinus Porphyrogennetus de Adminiſt. Rom. Imper. cap. XIV. Cedrenus, alii. *Alla* vero eſt *Deus* Arabice: θεὰ, ait Conſtantinus,

Constantinus, est conjunctio *Et*, quod Arabibus & Ebraeis litera *Vau* exprimitur. Male Georgius Cedrenus, & ridicule, qui ὂα interpretatur μείζων, cum id nempe *Cubar* significet. Nam כבר *Cabar* est *magnus* & *potens*, atque ex Ebraeo in Arabismum fluxit: a qua voce Samothracum Dii Κάβειροι sunt, id est, *Potes*, *Potentes*, δυνατοὶ, μεγάλοι, uti apud Macrobium, Tertullianum de spectaculis, Varronem, Virgilium, Servium, alibique vocantur; de quibus vide fultis ante alios scholiasten ad α. Argonauticon Apollonii. Sed *Alla oüa Cubar*, seu *Cabar Alla*, in hoc ritu, est *Deus* seu *Dea*, *&* *magna Dea*, seu *Dea potens.* Et cum veterum Dii Arabum (in iis Saraceni) Bacchus tantummodo fuerint & Urania, ut docent Herodotus lib. III. & Celsus apud Origenem lib. V. Deam autem esse Cabar seu Cubar apud scriptores sit in confesso, eadem ut aestimetur Cabar seu Cubar, & Urania Venus, seu eorum Alilat, necesse est. Herodotus diserte, Ἐπιμεμαθήκασι τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων, id est, *Uraniae cultum ab Assyriis & Arabibus didicere.* De Persis loquitur, & liquido innuit eandem esse ipsam Assyriorum (qui Syri etiam sunt) & Arabum Deam. Sed vero de sexu Deorum quae diximus supra hic etiam meminisse juvat. Urania enim illa priscis etiam simul & *Uranus* & *Jupiter* est appellatus; *Uranus*, Arriano lib. VII. de gestis Alexandri, *Jupiter* autem Straboni lib. XVI. Utrique tamen duo duntaxat Numina ab iis culta scribunt, alterumque *Dionysium* seu *Bacchum* nominant. Ita etiam Herodotus in Thalia, unde hauserunt scriptores illi. Sed Obodes etiam apud eos in Deorum numerum est relatus, si fides Uranio, qui Arabica scripsit, apud Stephanum in Ὄβοδα. Si Uraniam seu Alilat eorum, & figuram illam Lunae corniculantis (de qua, ubi de Astarte, agimus) serio cogites, Mahumedanorum moris forte, qui summis turrium & Meschitarum fastigiis lunulas imponunt, ut cruces Christiani, origo patebit. In honorem enim Deae (Lunam & Venerem Deas distinguere hic non oportet) insignia illa antiquitus collocata & sacrata sentio, potius quam in Hegirae Mahumedanae (id est, fugae Mahumedis ex Mecha) memoriam: quae biduo post verum Lunae coitum, in initio nempe mensis Muharam, & anni Arabici lunaris, corniculante jam luna, accidit. Tamen hoc vult nobilissimus Scaliger, quem videre licet II. de Emendatione Temporum & III. Canon. Isagogicorum. Sed Mahumede vetustiorum lunularum apud Hagarenos seu Saracenos honorem & cultum fuisse, non solum ex Uraniae figura & antiquitate, verum etiam ex eo quod lunulae priscis Ismaelitarum regibus eorumque camelis uti singularia erant ornamenta, & tanquam gentis symbola: ita enim interpretantur Judaei שהרונים *Shahoronim* Zebae & Zalmunae regum: vide Judic. cap. VIII. comm. 21, & 26. Neque video, ob quam rem, minus priscam peteret corniculantium fastigiorum originem magnus Scaliger, quam festi Mahumedanorum *Giuma* dicti, feriae nempe sextae: eam ita illi, uti sabbatum Judaei & Christiani primam, celebrant. Nullum de eo in Alcorano praeceptum extat: sed ab antiquissimo Saracenorum ritu excepere Mahumedani: sextam enim feriam (quam nunc *Veneris* dicunt) ut supremae Deae sacram Saraceni celebrabant: idque faciebant primum, opinor, non Uraniam suam, Alilat seu Cabar ad Veneris stellam accommodantes, nec quatenus in coelo distincta esset a Luna Venus ad eum qui feriaram titulos obtinet ordinem; verum ut renascenti duntaxat Lunae (quae ipsissima Urania, Cabar & Alilat) divinus eo festo honor haberetur: & Lunae, cum primum institueretur, diem proprie iis fuisse sentio: quod hic cum Veneris feria nostra quadret, in causa forsan est cur Venerem magis quam Lunam illorum Deam vocitent scriptores, & prisci & recentiores Europaeorum. Nam & accedente demum ad Saracenorum mores dierum a planetis denominatione, & eo, qui noctilucae dicatus erat, jam Veneris nomen sortito, etiam ut Numen illud a cognomine diei planeta apud eos, qui (ut fit) primigenii instituti incuriosi erant, nomen obtineret, facile evenire quivit. Neque autem Venus, qua planeta, *Alilat* aut *noctiluca* dici potuit: neque enim a sole tanto unquam spatio (uti docent astronomi) vagatur, ut lux sua tertiam noctis vigiliam attingere potis sit: duorum enim signorum intervallo nunquam a sole discedit. Sed vero singularum ad ordinem planetarum (quo nunc utimur) dierum denominatio veterrima est: ad quam memineris oraculi illius Apollinis apud Eusebium Praeparat. Evangelic. lib. V.

> Κληΐζειν Ἑρμῆν, ἠδ᾽ Ἥλιον, κατὰ ταῦτα
> Ἡμέρῃ Ἡλίου, Μήνην δ᾽ ὅτε τῆσδε παρείη
> Ἡμέρη, &c.

Consulas, si placet, Philostratum lib. III. cap. XIII. ubi de Jarchae annulis, & quae disputat Dio lib. XXXVII. & Xiphilinus in Pompeio. Nec mittas omnino quae habent ex priscis poetis Eusebius de Praeparat. Evangelic. lib. XIII. & Clemens Alexandrinus Strom. V. de hebdomade Graecis sacra. Et utinam sane temporis injuriae non cessisset caput illud septimum quarti Symposiacon Plutarchi; quod nisi intercidisset, origo dierum planetis cognominum multo magis proculdubio illustrata posteris remansisset. Cum igitur non institutum sed relictum a Mahumede fuerit festum Giuma, quod Uraniae corniculatae sacrum est, a corniculata ejus & vetustissima effigie, lunularum apud eos honos manasse videatur. Caeterum & Venerem in magno lapide *Brachthan* dicto colere etiamnum Mahumedanos, quod credunt super eum Abraham cum Hagar coiisse, aut camelum ei alligasse, cum Isaac filium erat sacrificaturus, scribit Euthymius Zygabenus in Panoplia: de lapide autem verba ejus sunt, Ὁ δὲ ῥηθεὶς λίθος κεφαλὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν, ἣν πάλαι προσεκύνουν οἱ Ἰσμαελῖται· φέρει γὰρ μέχρι καὶ νῦν τοῖς ἀκριβῶς κατασκοποῦσιν ἐκ γλυφίδος ἀποτύπωσιν κεφαλῆς, hoc est, *Jam dictus lapis est caput Veneris, quam Ismaelitae olim adorabant: si quis accuratius spectet, etiam capitis in eo delineamenta non obscura erunt:* & in Catechesi Saracenorum,

Saracenorum, Ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸν τὸν εἰς τὸ Μάκη οἶκον τῆς εὐχῆς· ἐν ᾧ φασι κεῖσθαι μέσον λίθον μέγαν, ἐκτύπωμα τῆς Ἀφροδίτης ἔχοντα· τιμᾶσθαι δὲ τοῦτον, ὡς ἐπάνωθεν αὐτοῦ τῇ Ἄγαρ ὁμιλήσαντος τοῦ Ἀβραάμ· ἢ ὡς αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσαντος, ὅτε τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλε θύειν. τοὺς δὲ εἰς εὐχὴν ἐκεῖ ἀπιόντας τὴν μὲν μίαν ἑαυτοῦ χεῖρα πρὸς τὸν λίθον ἐκτείνειν· τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ οὖς κατέχειν τὸ ἴδιον· καὶ οὕτω κυκλοτερῶς ἑαυτοὺς περιφέρειν, ἕως ἂν πέσωσι σκοτοδινιάσαντες. quod sonat, *Anathematizo etiam ipsam illam precationis domum in Make: in cujus medio jacere aiunt lapidem magnum, Veneris effigiem in se habentem. Honorari autem istum lapidem, quasi Abraham super eo cum Agare coierit; aut camelum ei alligaverit, cum Isaacum sacrificaturus erat: eos autem qui precatum illuc eunt, alteram manum ad lapidem extendere, altera vero aurem suam tenere, atque ita in orbem sese circumagere donec e vertigine offusis tenebris concidant.* Veteres certe Arabes quadratum saxum pro Numine venerabantur. Maximus Tyrius Sermone XXXVIII. Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ὅντινα δὲ οὐκ οἶδα· τὸ δὲ ἄγαλμα ὃ εἶδον λίθος ἦν τετράγωνος. de hoc lapide Clemens in Protreptico. Et Veneris Uraniae effigiem quadratam meminit Pausanias in Atticis. An lapis ille quadratus, de quo Maximus, sit ille quem Mahumedani jam colunt, nescio: hoc satis scio, foeminam in eorum nugis memorari quae Arot & Marot angelos hospitio perhumaniter excepit, atque ob eam causam coelo est donata, & tanquam Dea habita: atque haec forsan est quam, cis Mahumedem cultam, cum prisca eorum Urania confundunt Europaei. Refert fabulam de angelis illis & in Divos relata foemina Cantacuzenus Orat. II. κατὰ τοῦ Μωαμέθ, ex libris Mahumedanorum: liber autem, quem citat ille τῶν διηγήσεων, haud alius est, quam *Doctrina Mahumet* ab Hermanno Dalmata pridem ex Arabico in Latinum sermonem translata, in qua etiam *puteus Bebil* est Cantacuzeno φρέαρ τοῦ Βαβολῶνος. Verum sub quadrangularis saxi specie Martem iis in veneratione habitum, saxumque quatuor pedes altum, duos latum, scribit Suidas in Θεὺς Ἄρης, quod interpretatur ille Θεὸς Ἄρης· sed male omnino. Nec Mars, nec Ἄρης, nec quid sermonis Graeci verbis illis erat quaerendum. Terminatio ἄρης in Θουσάρης, Δυσάρης vel Διασάρης Graeculum fefellit. Hoc vocabulo alterum Arabum Numen, Bacchus nimirum, significabatur. Dysares enim erat ille qui corrupte, *Arabum Diaphares*, apud Tertullianum legebatur, priusquam a Pammelio emendaretur, Apologetici cap. XXIV. Iis quae adnotavit ille addas ex Stephano Byzantio, Δουσάρη, σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου. Θεὸς δὲ ἐστι παρὰ Ἄραψι καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος, id est, *Dusare, locus editus in Arabia, ita a Dusaro nuncupata, qui Arabibus & Dacharenis Deus:* item ex Hesychio, Δουσάρην, τὸν Διόνυσον· apud quem etiam male ibi Μαβαταῖοι pro Ναβαταῖοι, exaratur. Dachareni enim Nabathaei sunt: sic ipse Stephanus in Δαχαρηνοῖς· ubi etiam, Σημαίνει δὲ, inquit, τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικῶς. Rescribe ἀρσενικούς. *Dacharenos* dictos vult quasi *masculinos:* nam דכר *Dacar* est *masculus:* ita legendum etiam constat ex Eustathio ad Periegeten. Caeterum Herodoto, Dionysus Arabum dicitur Οὐροτάλτ, *Urotalt.* Ob quam rem ita nominatus sit, haud satis video: & religioni est mera somnia obtrudere. Sed haec extra callem forsan videantur; sed tam cognatae res hujusmodi, ante alias, Arabum & Syrorum sunt, ut non immerito de Arabum Diis paulo accuratius etiam obiter videremus. Quidquid autem de Cubar fuerit dicendum, certe Minerva Thebana, *Onka* illa dicta & *Cadmia*, aut ab Astarte aut a Dagone deducenda. Thebani etiam ex Phoeniciis oriundi: nemo id nescit. Sunt etiam veteres Graeci qui Ὄγκαν *Minervam* lingua Phoenicia sonare scribunt: ita ex Euphorione Stephanus Byzantius, Ὄγκα, inquit, ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας· idem scribit scholiastes Aeschyli in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, qui sibi parum constans, nunc AEgyptiam nunc Phoeniciam vocem esse Ὄγκα vult. Ab hac, Ὀγκαῖαι portae Thebarum, uti a Thebano Jove Ὁμολώω, Ὁμολοΐδες πύλαι etiam vocitatae. Caeterum a portis, hanc denominatam opinatur scholiastes ad Pindari Olympionic. II. Portis enim illis Minervae simulacrum a Cadmo sacratum. Regio est item Arcadiae Ὄγκιον dicta, ubi Erinnyn, Cererem, & Apollinem templa habuisse constat ex Pausania; & Cererem inde habet in animo obscurus ille Lycophron, ubi Ὀγκαίας βόθρου mentionem facit. Scholiastes Sophoclis in Oedipum Tyrannum, ad illud πρός τε Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς, Δύο ἱερὰ, inquit, ἐν ταῖς Θήβαις ἵδρυται τῇ Ἀθηνᾷ, τὸ μὲν Οἰκαίας, τὸ δὲ Ἰσμηνίας. Corruptus locus ille, & pro Οἰκαίας, Ὀγκαίας rescribendum. *Oncam* enim Minervam & Ὀγκαίαν Ἀθήνην vocat Nonnus Panopolita Dionysiacorum XLIV. Verum quid ad rem *Onca* hic denotare possit, omnino me nescire fateor. *Anaca*, id est, אנקה (unde fieri potuit *Onca*) *clamorem, gemitum* seu *planctum*, & Ἰσμηνίαν *pinguem* interpreteris licet, idque Phoenicia lingua. Certe ὀγκᾶσθαι non solum est asinorum *rudere*, sed & *clamare*. Hesychius (cui Ὄγκα haec Minerva nuncupatur) ita ὀγκᾶται per βοᾷ explicat. Atqui Pausanias, cum in Boeoticis Cadmum Phoenicem fuisse, non AEgyptium, quod aliqui volebant, asserit, Ἔστιν, scribit, ἐναντίον τῷ λόγῳ τὸ Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Σίγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν. Thebanam Minervam *Sigam* dictam scribit sermone Phoenicio. Critici ob frequentem τῆς Ὄγκης apud scriptores mentionem, *Sigan* exterminant, & Ὄγκαν ibi substituunt. Reclamare hic prorsus non audeo. Verum cum ex antiquis Sida Beli uxor, id est, Beltis sive Astarte, a Georgio Cedreno memoretur, atque שדה *Siddah* nonnullis pro *pulchra foemina* apud Ecclesiasten cap. II. comm. 8. sumatur, vereor ne Pausaniam temere nimis interpolent qui Ὄγκαν potius quam Σίγαν legunt: & propius abest a vulgata lectione Σίδα, quam Ὄγκα· sed veniam conjecturae petimus hic sceptici. De Σίδα vocabulo Boeotico & urbe cognomine plura Agatharchides apud Athenaeum Dipnosoph. XIV. sed non quae nos juvant.

juvant. Nec Thebanorum modo Minerva, ſed etiam ipſa Europaeorum antiquiſſima, Palladium nimirum, Phoenicia Dea erat, & ab altera noſtrarum deducenda, ni fallat Lycophron dum Ulyſſem appellat:

Δυσφινόσημον κλῶπα Φοινίκης Θεᾶς.

Phoeniciam Deam vocat Palladium quod ſubtraxit Ulyſſes. Eo nomine culta Minerva Corinthiis, ut notat Tzetzes. De Palladio aliquid diximus ubi de Teraphim egimus. Sufficiant haec de multinominibus illis Deabus, ad quas Europaeorum pleraſque vetuſtiſſimas, atque id etiam, quod de Ada ex Heſychio ſuperius adnotavimus, referas oportet. Ad Syriam Venerem referenda ſit necne Babia pueritiae atque adoleſcentiae, ut videtur, Dea, apud Syros culta, nequeo conjectare: nec de eo Numine alibi quid memini occurriſſe, quam in Damaſcii vita Iſidori apud Photium Cod. CCXLII. Verba ejus adjungam; Βάβια δὲ οἱ Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Δαμασκῷ, τὰ νεογνὰ καλοῦσι παιδία· ἤδη δὲ καὶ τὰ μειράκια, ἀπὸ τῆς παρ' αὐτοῖς νομιζομένης Βαβίας Θεοῦ, id eſt, *Babia Syri, & maxime qui in Damaſco, pueros recens natos, jam vero & adoleſcentes, a Babia, quae apud illos Dea putatur, vocant:* alias Βαβαίας legitur. Neutrum magis intelligo, quam ut locus hic de ea ſingularis docet. Meminit Βαβαὶ Heſychius in vocabulo Ἀμάν, & vocem ait eſſe Syriacam, atque σύγχυσιν ſeu *confuſionem* ſignificare. Id ſane *Babel* ſonat Ebraice. Verba ejus ſunt, Ἀμάν Ἑβραϊστὶ, Βαβαὶ Συριστὶ, Ἑλληνιστὶ σύγχυσις.

CAP. V.

PRIAPUS. *Miphletzeth. Maachae, Aſae regis matris, idolum. Unde, apud Ebraeos, deductum. Graecorum & Latinorum Phallus. Franciſci Rableſii Nephleſeth Numen.*

IN Latina quae D. Hieronymo tribuitur verſione, Priapus etiam, uti magnum foeminarum Numen memoratur. In III. Reg. cap. XV. *Aſa rex Maacham matrem ſuam amovit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco ejus quem conſecraverat, ſubvertitque ſpecum ejus, & confregit ſimulacrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron.* Et in capite XV. ſecundi Paralipomenon, *Sed & Maacham matrem Aſa regis ex auguſto depoſuit imperio, eo quod feciſſet in luco ſimulacrum Priapi, quod omne contrivit, & in fruſta comminuens combuſſit in torrente Kedron.* Quae loca reſpexit aut potius tranſcripſit D. Hieronymus in commentariis ad Oſeam, quos ſyntagmate primo, capite de Baal Peor, quem Priapum fuiſſe perperam autumarunt cum illo complures veterum, adduximus. Primo autem in loco Seniores; Μητέρα ἑαυτοῦ μετέστησε τοῦ μὴ εἶναι ἡγουμένην, καθὼς (καθότι legitur in Bibliis Antuerpienſibus) ἐποίησε σύνοδον ἐν τῷ ἄλσει αὐτῆς. Καὶ ἐξέκοψεν Ἀσὰ τὰς καταδύσεις αὐτῆς, &c. II. Paral. cap. XV. comm. 16. Καὶ τὴν Μααχὰ τὴν μητέρα αὐτοῦ μετέστησε τοῦ μὴ εἶναι τῇ Ἀστάρτῃ λειτουργοῦσαν, καὶ κατέκοψε τὸ εἴδωλον, &c. Ebraica veritas eſt in Regibus, וגם את מעכה אמו ויסרה מגבירה אשר עשתה מפלצת לאשרה ויכרת אסא את מפלצתה וישרף בנחל קדרון: *Amovit matrem a dominatione ſua, eo quod ipſa fecerat Miphletzeth in luco: & exſcidit ejus Miphletzeth, & combuſſit juxta torrentem Kedron.* Neque aliter ad rem noſtram verba ſe habent in Paralipomenis. *Miphletzeth* autem, quod *idolum horrendum* plerumque redditur a recentioribus, aut ſimpliciter *idolum,* primo, ut vides, in loco *Priapum,* dein *ſpecum,* Latino interpreti ſignificat; Senioribus vero σύνοδον primo, dein eodem commate καταδύσεις, & in Paralipomenis εἴδωλον, ubi interea τὸ לאשרה, quod *in luco* vulgo vertitur, τῇ Ἀστάρτῃ redditur. Qua autem ratione τὸ אשרה Aſtartem Deam ſignificet, fuſius explicatur capite hujus ſyntagmatis ſecundo. An igitur Miphletzeth idolum erat Aſtartae ſacrum, an ei σύμβωμον? Ut ſcilicet σύμβωμοι eſſent Venus & Priapus, diſſonum non erat. Sed Belum Phegorium Priapum fuiſſe intellexerunt veteres; de qua re vidimus ſyntagmate primo. Maacham autem antiſtitem fuiſſe ſacrorum quae Priapo celebrabantur, & praefuiſſe foeminarum ſodalitio ſive συνόδῳ, quae eum inprimis colebant, vult Lyranus. Alii item: & ſpecum illum ſeu κατάδυσιν antrum quo libidines & obſcoena ſacra interdum obtegebant, indicare. Certe σύνοδος etiam *coitum* denotat, & κατάδυσις forte *olentem fornicem. Horrendum* autem *idolum* ideo ſubinde vertitur מפלצת eo quod פלץ, a quo formatur, *contremiſcere* ſignificat. Sed ad dictum locum Regum R. Levi Ben Gerſom nomen hujuſmodi ei tributum eſſe ait לפי שהוא מביא פלצות וצרות לעובדיו, *ideo quod tremorem affert & calamitates multas eis qui eum coluere.* Sed ibi Salomon Jarchi אמרו רבותינו מפליא ליצנותא, *Dicunt Rabbini noſtri* dictum ita fuiſſe, eo quod *mirandum excitaret riſum.* Certe ita Rabbi Jehuda in Talmude, tractatu ע״ז, capite כל הצלמין (quod & notat autor Baal Aruch) pag. 44. editionis Venetae; ubi item adjicitur quod Priapi nomen in Latina verſione merito ſatis progenuerit, idque ex Rabbi Joſeph ad hiſtoriae de Maachae idolo explicationem; ſcilicet כמין זכרות עשתה לה והיתה נבעלת לו בכל יום, quae memorat etiam Salomon Jarchi loco jam citato. Graecis vero & Latinis *Phallus* & *Ithyphallus* dicitur Priapus. Et de Phallis hoc ſenſu hiſtoriam habemus inſignem apud Herodotum in Euterpe, ubi, cum caeteris Bacchi ſacris, e Phoenicia, id eſt, e Syria noſtra, eos petit. Certe complures ſunt originationes, quae ab eo, quod eſt veriſimile, plus aberrant, quam ſi a מפלצת etiam *Phallus* deduceretur; vocabuli veſtigia aliquot in eo ſunt non ita obſcura. Sed conjecturis hujuſmodi fidem prodigere, moris noſtri non eſt. Numen hoc, niſi me fallat memoria, *Nephleſeth* pro *Miphlezeth* nuncupatur in Satyricis lepidiſſimi doctiſſimique Franciſci Rableſii facetiis. Sed Helle-

Hellespontiacum origine Deum plerumque faciunt Priapum, & prae caeteris novitium, uti Strabo libro XIII. Etiam in Priapi officiis describendis, ubi hortorum custos est, occurrit interdum id quod vocabulum, unde fit *Miphlezeth*, Ebraicum, velut interpretatur:

------*Deus inde ego, furum aviumque*
Maxima formido----

legitur apud Horatium; &

Terreat ut saeva falce Priapus aves,

apud Tibullum. Sed hisce immorandum non est.

CAP. VI.

BAAL-ZEBUB. Θεὸς Μυῖα. *Muscae sacra Dei veri non infestabant. Baalzebub haud ita dictus in idoli contumeliam.* Μυίαγρος. *Hercules, Jupiter* Ἀπόμυιος. *Hercules* Κορνωπίων, ἰποκτόνος. *Apollo* μυοκτόνος. *Muscae Accaronitae. Achor, Deus Plinio. Beelzebul. Belus Stercoreus. Jupiter Stercoreus. Mos Scripturae in vocabulis paulo mutandis in opprobrium eorum quae designantur. Mons Olivarum dictus Mons corruptionis. Barchozebas. Dii Stercorei. Deus involutus. Daemoniorum princeps, Ashmodaeus. Samael Daemonium dictum quod Evam fefellit. Idem Angelus Martis. Satan.*

CUM disrupto forte opere reticulato (ita enim volunt Judaei locum illum de cancellis intelligi) coenaculi sui, praeceps deciderat Ahazias rex Israelis, & colliso corpore se male haberet, de salute consuluit oraculum τοῦ *Baal Zebub* בעל זבוב Dei Accaronitarum; uti est de ea re historia II. Regum capite primo. Interpretatur BAAL ZEBUB *Dominus* sive *Deus Musca* seu *Muscae:* unde Fl. Josephus de Ahaziae casu verba faciens τὸν Ἀκκάρων Θεὸν Μυῖαν (quasi diceret *Accaronitarum Deum Muscam*) eum appellat: quo nomine & LXX. Seniores, & Gregorius Nazianzenus Orat. Steliteut. II. & si qui sunt alii versionem Septuaginta secuti, utuntur. Pro Muscae imagine sumit hoc Numen Procopius Gazaeus. Sed dubitat etiam an Daemonis nomen fuerit, an vetulae in Divos relatae, & lectorem ad Philonem apud Eusebium in primo Praeparationis Evangelicae remittit. Utrum ab Accaronitis inventum fuerit hoc nomen, an a Judaeis in idoli opprobrium, disputatur. A Muscarum multitudine, quae victimarum carnes plerumque sectantur, dictum, non desunt qui putant. Veri DEI enim sacra muscas nequaquam infestasse traditur, Pirke Aboth cap. V. §. 6, 7. *Non conspecta est musca in domo mactationis.* Et judicio magni Scaligeri, *Id quod dicebatur* Baal Zebahim (sic ille) *Deus victimarum, immolationum, sacrificiorum, joculari vocabulo Scriptura vocavit* Deum Muscae, *quod in templo Hierosolymitano muscae carnes victimarum non liguriebant, cum tamen gentium fana a muscis infestarentur propter nidorem victimarum.* De hac re alii aliter: sed mihi persuasissimum est, Accaronitis ipsis eum *Baal-zebub* dictum. Nonne enim veluti Numinis venerandi illius mentio facta est ab Ahazia? *Ite*, inquit, *& inquirite Baalzebub Deum Accaronitarum, num supervicturus sim ab hac infirmitate.* Ecquis Numen, quod coleret, ac de salutis instauratione consulendum duceret, inhonesto & joculari vocabulo compellaret? Accedit quod etiam Europaeis Jupiter & Hercules sub eodem fere nomine colerentur. Arcades solenni sacrificio τὸν Μυίαγρον quotannis reddere solebant propitium; quomodo & Elei, Olympico certamine, Jovem Ἀπόμυιον, testante scilicet Pausania in Arcadicis & Eliacorum priore. Hunc *Myodem* vocat Plinius Hist. XXIX. cap. VI. & Clemens Alexandrinus in Protreptico, Ἀπομυίῳ Διὶ θύουσιν Ἠλεῖοι, Ῥωμαῖοι δὲ Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ. Caeterum de Hercule Romano videsis Solini caput primum, ubi, cum Potitiorum & Pinariorum sacra institueret, *Myagrum Deum*, id est, Jovem Ἀπόμυιον, imprecatus esse dicitur. *Myagrus* autem *Myodes* (potius *Myiagrus* & *Myiodes*) *Apomyius*, & hujusmodi, Muscam in se signanter comprehendunt, & quasi *Dominum Muscae* explicant. Ita Hercules Κορνωπίων a Trachiniis cultus: sic dictus autem quod κόρνοπας (id est, πάρνοπας eorum lingua, sive *locustas*) abegerat. Erythraeis idem ἰποκτόνος appellatus, id est, *qui vermiculos vitibus infestos occidit:* & Apollo Smintheus μυοκτόνος dictus, a *muribus:* quae memorat Eustathius ad α. Iliados. Anne vero haec Divum cognomina, minus, quam illud Accaronitarum, ridicula? An Accaronitae quam Graeci & Romani pii magis censendi, aut in idolorum titulis religiosiores? Sacra etiam Muscis annua fieri solita in Apollinis Actii fano scripsit AElianus de Animalibus lib. XI. A Baalzebub haeresin format Philastrius *Muscae Accaronitarum, qui* (ut verba ejus sunt) *Muscam colunt in civitate Accaron dicta.* Quid revera in causa fuerit nominis nequeo dicere, nec mihi quis alius, opinor, satis potest. Haud enim acquiescendum est frivolis illis ineptiis, quas de rebus antiquissimis credula & nugans posteritas solet temere nimis evulgare: velut ἀπερόπιδον igitur illud omittimus. In Africam autem, uti alia, etiam & hoc nomen & Numen traductum videtur. Plinius Hist. X. cap. XXVIII. *Cyrenaici Achorem Deum invocant, muscarum multitudine pestilentiam afferente, quae protinus intereunt postquam litatum est illi Deo.* In *Achore* hic vestigia reperis *Acaronis*; & quae de muscis dicit, ea Baalzebub ferme sonant. Meminere hujus idoli, verum sub *principis Dae-*

Daemoniorum nomine, Latina, Ebraea, quae circumfertur, & Syriaca D D D. Matthaei, Marci, & Lucae versiones. In quibus tamen pro *Beelzebub* Graecorum pleraque, &, doctorum sententia, optima exemplaria Βεελζεβούλ *Beelzebul* habent: atque vetustissima Arabica a V. cl. Thoma Erpenio edita بعلزبول *Beelzebul* ubique retinet. *Beelzebul* autem sonat, *Jupiter, Belus*, sive *Dominus Stercoreus*, aut *Stercoris*. Certe & D. Chrysostomus Βεελζεβοὺλ legit; ita etiam Origenes, Athanasius, Cyrillus, plerique veterum. Et Prudentius περὶ στεφάνων Hymn. V. Vincentio Martyri:

Sed Belzebulis callida
Commenta Christus destruit.

Videsis Leonem a Castro in Apologetici libro VI. pag. 658. Non male dixeris in contumeliam idololatrarum vocabulum inventum: uti & sentit J. Drusius, adnotans etiam, hujusmodi appellationes in fictorum Numinum ignominiam fieri solenniter praecepisse Judaeorum sapientes. Inde est quod mendacissimum illum impostorem Messiae nomen sub Trajano venditantem, *Barchocebam*, id est, *filium stellae*, prius dictum, *Barchozibam*, id est, *filium mendacii*, appellarint. Quod nec exemplis in Veteri Testamento caret. Mons enim Olivarum, postquam est idolis inquinatus הר המשחית *har hamischith*, id est, *Mons Corruptionis* dicitur, uno solum τῷ הר המשחה *har hamischah*, id est, *Mons Olivarum*, seu *Unctionis*, mutato elemento, & Jod addito, ut nimirum ad nomen alludatur, nec opprobrium desit: locus est II. Reg. cap. XXIII. comm. 13. Retinent ibi LXX. Μοσθὰθ pro *maschith*, at Chaldaeus paraphrastes טור זיתאי *Tour zithaia*, id est, *Mons Olivarum*, ibi habet. Id genus sunt plura in Veteri Instrumento, nec doctis ignota. Caeterum non sum nescius Jovem Graecis vocatum quasi *Stercoreum* seu *fimo delibutum*, ut videre est in illo Orphei carmine:

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλυμένε κόπρῳ.

Legitur apud Nazianzenum in Steliteutic. α. sed εἰλυμένος κόπρῳ non magis ad Jovem Stercoreum ibi attinet quam illud Virgilii:

------*totamque infusa per artus*
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Interpres enim seu paraphrastes est Virgilius, ad illud Orphei intelligendum: ab utroque arcana naturae duntaxat docentur; & Deus velut Involutus existimatur: quo nomine memoratur apud Senecam Natural. quaest. lib. II. cap. XLII. Deorum quidam ordo, ex Hetruscorum monimentis. Adjiciam tamen quod de Stercoreis habet Abraham Ben-Kattun, ubi versum 33. capitis XXIII. Exodi ad hunc modum explicat, *Non sines apud te habitare qui colunt Deos peregrinos*, vel Stercoreos. *Stercoreos* in opprobrium hic dictos nullus dubito. Atqui ob quam rem ad principem Daemoniorum denotandum usurpetur *Beelzebub* aut *Beelzebul* (dum tamen innuebant *Beelzebub*) fateor cum Origene, me omnino latere: nescire se scribit ille, unde didicerint illius aevi homines τὰ περὶ Βεελζεβούλ. Sed vide, si placet, Responsorum, quae Justino Martyri tribuuntur LXXXII. ubi nomen isthoc ab ipsis Daemoniis sacrificantes & ἐπαοιδοὺς didicisse scriptor ille, quisquis fuerit, autumatur. Vide, si placet, Alcoranum Mahumedanorum, Azoara XLVIII. Neque hunc faciunt Ebraeorum monimenta Daemoniorum principem, sed Ashmodaeum potius. Chaldaeus Paraphrastes in Ecclesiaste cap. I. אשמדיי מלכא דשידי, id est, Aschmedai *rex Daemonum*: dictus autem אשמדיי a שמד *Shamad*, quod est *perdidit* sive *exterminavit*; & nominibus illis angeli abyssi, *Abaddon* nempe & Ἀπολλύων, perquam est congruum. Hunc memorat Elias in Thisbi, qui eidem *Samael* etiam scribit vocabulo fuisse: volunt autem *Samaelem* proprium esse Diaboli nomen, qui primos parentes fefellit, eumque colubro cameli speciem ferente vectum. Rambam AEgyptius More Neboch. II. cap. XXXI. *Coluber fuit equitatus, & ejus quantitas sicut cameli, & equitatus ejus fuit sicut ille qui decepit Evam, & ipse fuit* Zamael (de Samaele intelligo) *hoc autem nomen dicunt praecise de Diabolo*. Veteri commemoratione sanctorum ecclesiae Orientalis legitur, *Accusationis Samaelis ne recorderis, memento autem defensionum Michaelis*. De Asmodaeo videre licet historiam Tobit. Diverbium est & Ebraeis, *Date munus ipsi* Samael *in die expiationum*: ita Elias. Nominatur astrologis Judaeorum, angelus ille quem diei Martis praeesse nugantur, *Samael*. Notissimum *Satanae* nomen est, & velut Diabolo, seu Cacodaemonum principi, proprium: & ut διάβολος *calumniator*, Satan *adversarius*, sive *inimicus*, hoc est שטן, interpretatur. Utroque Instrumento obvium est: & in Enochi Apocryphis vetustissimis, si fides autori Testamenti Patriarcharum, occurrit, *Princeps vester est Satanas*: de quo nomine vide, si placet, quae Justinus Martyr Dialogo ad Tryphonem Judaeum. De *Luciferi* nomine consulendus Eusebius in Demonstrat. Evangelic. lib. IV. cap. IX.

CAP.

CAP. VII.

Coloniae a Salmanassaro in Samariam deductae. Gentis uniuscujusque idola. Succoth Benoth. Gallina cum pullis. Templum Veneris Uraniae in Succoth Benoth denotatum. Ritus puellarum in fano considentium. Hieremiae epistolae locus explicatus. Περιθέμεναι σχοινία, *quid.* Περισχοινίζειν. Ἀπεσχοινισμένος. Τὰ πίτυρα θυμιῶσαι, *quid. Placentae queis reginae coeli faciebant. Venus a Benoth forte dicta, id est, Venos. Sicca Veneria, colonia Africana. Lux Valerio Maximo. Veneria a Venere dicta; & nomen in Romanis foemininum. Veneris etyma quae docent plerique. Venus Graecis Jove antiquior. Romanis incognita sub regibus. A veniendo eam non dicebant. Persithea.*

POstquam Salmanassarus rex Assyriae, exciso Samaritanorum regno, incolas captivos abduxerat, migrare jussit in Samariam colonias de Babel, de Cuth, de Ava, de Hamath, & de Sepharvaiim, II. Reg. cap. XVII. *Fecerunt autem singulae gentes sibi Deos suos, & reposuerunt in templis excelsorum, quae fecerant Samaritae, Gens quaeque in civitatibus suis, in quibus illae habitabant. Viri quidem Babel fecerunt Succoth Benoth, & viri Cuth fecerunt Nergal, & viri Hamath fecerunt Asshimah. Avitae autem fecerunt Nibhaz & Tharthac, & Sepharvaiim comburebant filios suos in igne* τοῖς *Adramelech & Anamelech Diis Sepharvaiim.* Atque haec omnia *Assyriorum Numina* appellant Sacrae Literae, in Ezechielis cap. XXIII. comm. 7. interpretatur autem סכות בנות SUCCOTH BENOTH *tabernacula filiarum:* sed LXX. scribunt Σωκχὼθ Βενὶθ, tanquam proprium Numinis vocabulum. Volunt Ebraei nugatores Succoth Benoth imaginem fuisse gallinae cum pullis suis, id est, uti aiunt, דמות תרנגלת עם אפרוחיה, quod ad citatum locum habent R R. D. Kimchi & Salomon Jarchi. Atqui explosis omnino Rabbinorum liris, *Succoth Benoth* non tam Deum aliquem Deamve, quam fanum ipsum ritusque circa illud sacros denotare censemus. Ipsissimum enim erat Babyloniae Mylittae sive Veneris Uraniae templum, ubi puellae corollis revinctae, & sedentes singulis in spatiis, quae funiculis erant distincta, hospites operiebantur, qui rite implorata Venere Mylitta, pecuniaque quantulacunque data (quae Deae sacra) cum eis a fano subductis rem haberent. Nec cuiquam fas erat prius discedere, quam ad hunc ritum fuerit ad res Venereas electa: unde fiebat, ut per biennium nonnunquam & triennium expectarent, quae deformes, miserae. Lege vero patria omnibus foeminis erat commune, ut semel in vita ita desidentes cum advenis consuetudinem haberent: caeterum beatiores vehiculis cameratis tectae, relicta a tergo magna famulitii turba, pro fano consistebant. Hic plane *filiarum,* seu *muliercularum tabernacula,* id est, *Succoth Benoth.* Historiam autem ampliorem de hac re habes apud Herodotum, lib. I. & Strabonem lib. XVI. a quibus nos, quae attulimus. Absque iis esset, quis locum etiam illum Hieremiae in Epistola Barucho subnexa omnino caperet? Comma dico XLIII. ubi scorta diobolaria Babyloniorum insectatur. Ad hunc autem modum loquitur: Αἱ δὲ γυναῖκες περιθέμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται, θυμιῶσαι τὰ πίτυρα· ὅταν δέ τις αὐτῶν ἐφελκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ, τὴν πλησίον ὀνειδίζει, ὅτι οὐκ ἠξίωται ὥσπερ καὶ αὐτὴ, οὐδὲ τὸ σχοινίον αὐτῆς διεῤῥάγη. *Mulieres,* ait, *funiculis circumdatae, in viis sedent, ut furfures adoleant. Et si qua earum cum advena quovis, qui vi eam sibi attraxerit, cubaret, proximam conviciabatur, quod nequaquam simili afficeretur honore, nec funiculus ejus disrumperetur.* Περιθέμεναι σχοινία quid fuerit non satis liquet: aeque forsan ad σχοινία illa λεπτὰ, sive *tenues funiculos,* e quibus earum corollae textae, perinde ac ad funiculos, qui spatia unicuique dividebant, spectare possit: nam corollarum materiem funiculos tenues fuisse testis est Herodotus: & Strabo, θώμιγγι (quo usus est vocabulo Herodotus) ἔστεπται ἑκάστη, id est, *Ex funiculo tenui unicuique corolla est.* Sed in Hieremiae epistola τὰ σχοινία fuisse vult Olympiodorus περιζώματα, seu *cingula,* quibus pudenda duntaxat operiebant, caetera nudae. Σχοινία, inquit, φησὶ τὰ περιζώματα. Καλύπτουσαι γὰρ μόνα τὰ τοῦ σώματος ἀσχήμονα, τὰ λοιπὰ παρεγύμνουν προσκαλούμεναι τοὺς ἐραστάς. Habetur in Catena a Michaele Ghislerio edita. Ego vero malim hic σχοινία aditus, sive διεξόδους, ad singulas distinguentia intelligere. Aditus illi funiculis circumsepti ad foeminam sedentem protensi erant: διέξοδοι σχοινοτενέες Herodoto appellantur, quod *aditus ad funiculorum longitudinem protensi* interpretor: & σχοινία περιτιθέναι dicebatur, ut Athenis περισχοινίζειν, quo vocabulo usi sunt, cum, protensis funiculis, profanos a sacrorum judiciis arcerent: sic Pollux lib. VIII. & Demosthenes (si is sit autor orationis adversus Aristogitonem primae) τῷ ἀπεσχοινισμένον utitur de eo qui foro περισχοινισμένῳ excluditur: quod notavit Harpocration. In Veneris autem seu Mylittae fano puellas considentes (hoc est, Succoth Benoth, ut nobis videtur) Hieremiam cogitasse non dubitandum: & vetustissimi, ni fallor, hi Milyttae ritus etiam in Pentateucho vetiti. Levitici cap. XIX. comm. 29. *Non publicabis filiam tuam, ut facias scortari eam:* certe pluria praecepta ad conterminarum gentium ritus & mores impios spectasse manifestum est: hoc vero hanc spurcitiem innui satis est verisimile. At quid sit τὰ πίτυρα θυμιῶσαι fateor me hactenus non

non satis cepisse, nisi sint hic πίτυρα velut ὀλόχυτα seu *molae salsae* aut *libamina*, θυλήματα dicta. Frequentes in sacris molae illae: & Simaetha venefica apud Theocritum, θύειν τὰ πίτυρα Hecatae, ad amorem conciliandum jubet; quod idem ipsum vocat imitatus eum Virgilius *spargere molas*. Πίτυρα autem sunt *furfures*: verum hic videntur accipienda sive pro θυλήμασι priscorum, id est, libaminibus melle seu vino & farina confectis, seu pro salsis molis. Lucem huc ferre potest Jeremias cap. VII. comm. 18. *An tu non vides quid ipsi faciunt in civitatibus Jehuda & in plateis Jerusalem? Filii colligunt ligna, & patres accendunt ignem, mulieres vero subactae farinae massam apponunt, ut faciant placentas reginae coelorum. Placentae* sunt a propheta כונים *Cavanim* dictae, quas effigiem reginae coelorum retulisse scribit Salomon Jarchi. Certe mirum est, nisi ex πιτύροις & melle forsan hujusmodi liba facta voluerit is, quicunque autor sit epistolae quam laudavimus. Etenim Venus Babylonia *regina* etiam indigitabatur *coelorum*: vide Harpocrationem in Ἀπομάττων. Olympiodorus vero ad locum illum de πιτύροις adnotat: Ἀφροδίτῃ τυχὸν ἢ τινι προαγωγῷ, ἴσως δὲ εἰς καθαρμὸν τοῦτο ἐποίουν αἱ δυστυχεῖς. *Veneri forsan hoc faciebant aut lenae alicui, forsan etiam ad februationem, miserae mulierculae.* Ἐφελκυσθείσας autem ideo, ut opinor, dicit, sive *raptas*, quod amasiis, arte meretricia, ut chariores eis haberentur, & stomachi esse delicatioris audirent, reluctarentur, funiculum forsan, usque dum ab amasio fuerit disruptus, veluti retinaculum pudicitiae, muliebri simulatione retinentes: sic, ni fallor, quod habet de funiculo disrumpendo capiendum est. Suaviter forsan insanire iis viderer, qui has literas, & quicquid non est ultro obvium oscitantibus, nimium temnunt, si *Veneris* nomen a *Benoth* in *Succoth Benoth* peterem. Nemo tamen est qui nescit facillimam & frequentissimam esse elementi *B* in *V* migrationem; quod si & Tau finale per Sigma, ut Judaei hodierni, pronunties, tum *Venos* in *Benoth* expressissimum habes: & *Binos* Graeca pronuntiatione est *Venus* nostra. Suidas, Βῖνος, ὄνομα Θεᾶς. Etiam VENOS GEN. pro *Venere Genetrice* legitur in nummis Juliae Augustae Septimii Severi uxoris, si fides Adolpho Occoni, cujus Numismata consulas, pag. 366. Ita *Benoth* ipsum etiam Numen denotabat, & *Succoth* tabernacula seu aedes. Eucherius Lugdunensis ad IV. Reg. *Viri Babylonii fecerunt Succoth*, id est, *tabernacula Benoth. Et melius, ni fallor, faceret interpres, si* SUCCOTH *Latine in tabernacula verteret, & nomen idoli* BENOTH *absolute poneret.* Quid quod colonia Africana, trium dierum itinere, sive M. pass. plus minus CXX. a Carthagine dissita, *Sicca Veneria* dicta, etiam ipsissima τοῦ *Succoth Benoth* vestigia apud Latinos & Graecos scriptores etiamnum retinet? Eadem etiam ibi sacra perhibentur; extra quam quod pecuniam datam, quae Deae sacra esse debuit, sibi more lucrifacerent meretricio. De Colonia illa Valerius Maximus lib. II. cap. VI. *Siccae est fanum Veneris, in quod se matronae conferebant, atque inde procedentes ad quaestum dotes corporis injuria contrahebant*: ita legit ex MSS. Pighius. Non *Succoth* autem solummodo, sed & *Siccuth*, quod propius a *Sicca* abest, *tabernacula* sonat Ebraice, & probabile satis est idem sonasse Punice, atque eidem Deae, eisdem sacris, seu simillimis, ex Phoenicia in Africam translatis, coloniam ipsam postea deductam nomen suum debuisse. Nam & Phoenices hunc cultum, hos ritus, & τὸ *Succoth Benoth* a Babyloniis etiam accepisse facile persuasum habeas: & consulas, si placet, B. Athanasii adversus Gentes orationem, & Sozomen. Hist. Eccles. lib. I. cap. V. & lib. V. cap. IX. Ut autem Latinae & Graecae vocabulorum terminationes in adscitis barbaris servarentur, *Siccuth Benoth* in *Siccam Veneriam* mutaretur oportuit. Σίκκα Οὐενερία dicitur Ptolemaeo, & Procopio lib. II. Vandalicorum, *Sicca Veneria* Antonino in Itinerario, Victori Uticensi lib. II. de Vandalica persecutione, cui & *Siccensis civitas* appellatur, *Veneria* tantum Solino, & *Sicca* Plinio lib. V. cap. III. & *Castus a Sicca* episcopus D. Cypriano in Sententiis concilii Carthaginiensis memoratur. Certe depravate Κάστος ἀπὸ Δίκης pro ἀπὸ Σίκκης appellatur in ejusdem concilii Sententiis Graece editis. *Civitas Siccae* nominatur B. Hieronymo in Chronico; illic Arnobium claruisse scribit. Hinc *Sycensis Venus* apud Giraldum Syntagmate XIII. & *Syca* urbs Punica. *Veneriam* autem vocabulum esse a *Venere* petendum nemo est qui neget. Inde enim non infrequens est apud priscos Romanos nomen foemineum: veteribus quae excusae prodiere inscriptionibus non semel obvium fit: & in Arundellianis ad Thamesis ripam aedibus visitur cippus sepulcralis ita dicatus:

D. M.
CLAVDIAE. VENERI
AE. CONIVGI. SANCTISS
IMAE. Q. JVSTEIVS.
PROBATVS. SIBI. SVIS
QVE. POSTERISQVE
EORVM.

Etymon hoc prorsus asserere non ausim: verum nec novum est ex Syria ejusque vicinia originationes vocum Italarum petere, nec ignotum literatis. Scio Ciceroni dictam *Venerem, quia ad res omnes veniret*; D. Augustino, *quod sine ejus vi foemina virgo esse non desinat*; aliis, a *veniendo*, quod peregrinum nempe Numen, quasi προσήλυτον θεόν, sive *quod ad cunctos veniat*: vide Ciceronem II. de Nat. Deorum, D. Augustinum de Civit. Dei VI. cap. VIII. Arnobium lib. III. & Josephum Scaligerum ad Festum in verbo *Aperta*. Caeterum haec omnia, & quae sunt id genus alia, prae iis quae a *Succoth Benoth* ad Deae originem adducuntur, aut nullius omnino sunt pretii, aut nihil omnino in his nos videmus. Et vix est ut vetustissimorum Deorum nomina aliunde quam ex Asiaticorum dialectis emanent. Venus autem etiam

am ipſo Jove antiquior ſub Ἀφροδίτης nomine a Graecis cenſebatur, ut docet Scholiaſtes ad III. Argonauticῶn Apollonii. Atqui vetuſtiſſimis Romanorum temporibus, ſub regibus, inquam, ignota erat, nec in Pompilianis indigitamentis, neque in Saliorum carminibus, ut caeteri Dii, memorata. Quod ſi ſecula citeriora ex lingua Romana a *veniendo* eam nominaſſent, certe & accuratiorem analogiam ſervaſſent, neque terminatione maſculina, cum Dearum caeterae omnes ea careant, τὸ *Venus* formaſſent. De nominis vetuſtate vide, ſi placet, Cincium & Varronem apud Macrobium Saturn. I. cap. XII. Anne qui Περσιθέαν olim Venerem nominarent, Perſis (quo nomine etiam Orientalium pleroſque, maxime Babylonios & Aſſyrios, veteres appellaſſe ſciunt docti) eam oriundam, id eſt, ab hac, quam nos afferimus, origine petendam, voluerunt? Non ignoro uti ἀνδροφόνον, ita & Περσιθέαν, quaſi *Deam expugnatricem* aut *vaſtatricem*, dici etiam potuiſſe.

CAP. VIII.

NERGAL. *Cuthaei. Pyrethi. Sacer & ἄσβεστος ignis. Noragal.* Πυραθεῖα *Perſarum. Virgae myricinae. Magorum carmen dum igni accinebant. Illuſtratur Strabo. Item Phoenix Colophonius. Deus τοῦ Nahor. Uti ignem colebant Perſae.* Πυρεῖα. *Chamanim lingua ſancta. Bamoth ſive excelſa.* Ζεὺς ἐπάκριος. *Omanus ſeu Amanus, & Anaitis. Cur Datis Delum inſulam reliquerit intactam. Equos & quadrigas Soli ſacrabant. Orientem verſus ad oſtium templi Solem adorabant. Chriſtiani in eam plagam quare ſupplicent. Ad eum morem Gentes Numen invocabant. Nergal, Gallina ſeu Gallus Rabbinis.*

NERGAL, Ebraice נרגל, ignis forte erat perennis in ſeptis a Cuthaeis religioſiſſime ſervatus. Mihi ita ſane videtur. Cuthaei enim a Chutho Perſidis fluvio & regione cognomine nuncupati ſunt, atque inde numeroſe, uti ver ſacrum, in Samariam deducti. Ignem ita ſacrum apud Perſas fuiſſe confirmat Strabo lib. XV. ubi in Anaitidos & Omani ſeu Amani Perſicorum Numinum apud Cappadocas cultorum fanis Magis, qui *Pyrethi* dicti, curam perennis illius ignis mandatam eſſe oculatus teſtis refert: Ἐν δὲ, inquit, τῇ Καππαδοκίᾳ πολὺ ἐστὶ τὸ τῶν Μάγων φῦλον, οἳ καὶ Πύρεθοι καλοῦνται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά. οὐ δὲ μαχαίρᾳ θύουσι, ἀλλὰ κορμῷ τινι, ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες. Ἔστι δὲ καὶ Πυραθεῖα, σηκοί τινες ἀξιόλογοι· ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμὸς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς· καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι· καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόντες ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τι, πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δέσμην τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς, καθηκούσας ἑκατέρωθεν μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη καὶ τὰς παραγναθίδας. Hoc eſt, *In Cappadocia magna eſt Magorum multitudo, qui Pyrethi dicuntur: multa item Perſicorum Divum-fana. Haud cultro ſed ſtipite quodam mactant, velut piſtillo verberantes. Sunt etiam* πυραθεῖα *ſacraria quaedam memoratu digna. Horum in medio ara eſt, in quo cinis multus. Ignem autem ibi inextinguibilem ſervant Magi: cottidie ingreſſi per horae ferme ſpatium accinunt, faſciculum virgarum ante ignem tenentes. Tiaris laneis velantur, quae utrinque aptatae labra etiam & maxillas contegunt.* Haec autem eorum quae meminimus delubris fiebant. *Pyratheia* ſunt quae *ſempiterni Magorum foculi* Ammiano Marcellino in Juliani hiſtoria nominantur. Id quod accinebant Theogonia, ni fallor, erat. Nullum enim aeque in ſacris efficax carmen aeſtimabant Perſae, uti autor eſt Herodotus in primo. Virgae myricinae fuiſſe videntur. Nam & in caeteris ſacris, Magis (nec ſine Mago ullum ſacrificii genus peragebatur) myricinas tenere, dum Theogoniam accinebant, ſolenne erat, ut veteribus poetis canentibus laureas mos erat manibus geſtare; unde putant nonnulli *Rhapſodos* nuncupatos. Virgis hiſce ignem inter accinendum tangentes (uti veteres etiam ferula ſive νάρθηκι; quod vide apud Heſychium ex Eratoſthene) ſuſcitabant & fovebant: ita Strabonis illud intelligo, ῥάβδοις λεπτοῖς ἐφάπτονται, id eſt, *Virgis tenuibus tangunt.* Sed Phoenix Colophonius rem explicat:

> Οὐ παρὰ μάγοισι, inquit, πῦρ ἱερὸν ἀνέστησεν,
> Ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων.

Ninum Iambis arguit, quem, apud Magos, ignem virgis, ut eum exuſcitaret & foveret, non attigiſſe canit. Id quod veteres de Perſarum inſtituto ſcribunt, ut nimirum Magiae initiaretur quiſquis rex futurus, ei in mentem ſubiit: & Ninum non magis regem fuiſſe, quam Magum ab eo more exiſtimavit. Quod ex Phoenice adduximus legitur apud Athenaeum Dipnoſoph. XII. Certe neque ita a veriſimili eſt alienum, ut Babylonium illud ῥάβδους ἀναβεράται, quod LXX. Seniores habent, & nos capite II. ſuperioris ſyntagmatis meminimus, ex Ezechiele, ad hunc Magiae ritum ſpectet. *Nergal* haec ſacra forſan vocabant vetuſtiſſimi Chaldaeorum (a quibus accepiſſe Perſas, recte conjectat Agathias Hiſtoriarum II.) quaſi a ניר *Nir* & גל *gal* aut גלגל *galgal* aut גלל *galal* factum, quod utcunque ita vel *fontem ignis, luciſve*, vel *ignem* aut *lucem verſatilem*, imo πυραθεῖα, poterit interpretari: & optime cum igne inextinguibili, quem in ſacrariis illis, uti ſolis ſymbolum ſervabant, convenit. Et tametſi multi Perſarum Dii, tamen ante omnes ignis ab eis cultus: & in omni ſacrificio eum inprimis, ut Romani Janum, invocabant. Sic Strabo, Ὅτῳ δ' ἂν θύωσι, inquit, Θεῷ, πρώτῳ τῷ πυρὶ εὔχονται. Nec ignem in quotidianos uſus deſtinatum immunditiis pollucre,

luere, religione hinc devincti, audebant. Inde est quod Euphrates Persa apud Dioscoridem Antholog. III. cap. IV. corpus suum cremari vetat, ne ignem inquinaret:

------- πῦρ δὲ μῆναι, inquit,
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.

Consulas licet supplicationis genus apud Persas, in Plutarchi libello περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ, traditum, atque Julium Firmicum de Errore profanarum relig. cap. V. Fateor Herodotum, historicorum antiquissimum, ignem illum inextinguibilem sive ἄσβεστον, & πυραθεῖα, de quibus Strabo, si recte ego memini, non memorasse: verum cum eorum sit testis iste geographus omni major exceptione, quippe oculatus & fide dignissimus, Babylonica licet captivitate multis seculis recentior, vetustissimos attamen ritus narrans, jure mihi suspicari videor ex illius scriptis, quid fuerit Cuthaeorum Nergal, esse hariolandum. Πυραθεῖα autem sunt quae πυρεῖα aliis dicta. Suidas, Ὁ δὲ Ἡράκλειος τάς τε πόλεις καθῄρει, καὶ τὰ πυρεῖα διέστρεφε τῶν Περσῶν. *Heraclius autem urbes Persarum vastavit, & Pyrea evertit.* Ex aliquo medii aevi scriptore accepit, qui de Persico Heraclii bello scripserat. Ea ipsissima verba leguntur in Nicephori Patriarchae Breviario. Vide, si placet, Hist. Tripartit. X. cap. XXX. & Theodoret. Hist. V. cap. XXXIX. Procopium lib. II. Persicorum, & Nicephorum lib. XIV. cap. XIX. Et de Persarum Pyrethis item Barnabam Brissonium de Regno Persarum lib. II. Adde porro Fastos Siculos paginis 88, & 94. ubi de Persici ignis primordio. Tam vetustum autem ignis apud Chaldaeos cultum faciunt Ebraei, ut *Ur Chaldaeorum* quod habetur Geneseos cap. XI. pro eorum Deo igne capiant; אור, id est, *Ur*, *ignem* seu *lucem* denotat. Neque aliter quam velut solis symbolum tanto honore habitum ignem asserunt veterum apud Maimonidem scripta. Is, de hujus vetustissimo in Chaldaea cultu, ita in More Nebochim lib. III. cap. XXX. *Notum est*, inquit, *quod Abraham natus est in gente, quae serviebat igni, & in incredulitate illorum qui credebant, quod non erat Deus alius nisi stellae. Cum vero fecero te scire, in hoc capitulo, libros eorum, qui non inveniuntur apud nos translati ad linguam Arabicam, in narratione ipsorum in antiquis contentionibus, & fecero te scire opiniones ipsorum, & rationes eorum, ostendetur tibi credulitas in stellis, quod sunt Dii, & quod Sol est major inter Deos: & dixerunt quod reliqui planetae sunt Dii, sed Sol & Luna sunt maximi Deorum. Invenies id quod manifeste dicunt, quod Sol regit mundum superiorem & inferiorem; & invenies istud in libris eorum. Et narrant statum Abrahae, & dixerunt haec eadem verba, quod Abraham fuit natus & educatus in terra servientium igni, quando contradixit opinioni gentis illius, dicens quod alius operator erat praeter Solem. Et induxerunt contra eum rationes suas, inter quas fecerunt mentionem de operationibus Solis, quae manifestae sunt, & apparent visui in universo esse.* Abraham autem vinculis mandatum, quod solem adorare recusaret, bonis dein spoliatum, & in Canaan exterminatum a rege, scribit idem ex libro de Agricultura AEgyptiorum. Solem regere universum volebant, nec eo alium Deum superiorem esse; atqui ignem, aiunt, adorabant: quid aliud igitur ignis erat, quam solis symbolum seu signum apprime naturae ejus consonum? Atque hic *Deum* τοῦ *Nahor*, de cujus in Genes. cap. XXXI. comm. 53. mentio est, intelligo: hic item Deos illos alienos habes, quibus servierunt veteres Abrahae aevo, ut sacrae testantur literae in Jehosuae cap. XXIV. comm. 2. Certe ante Babylonicam captivitatem, etiam & in regno Judaico, πυραθεῖα illa cultusque ignis fuere, si recte conjecturam fecerit Josephus Scaliger ad Catullum, ubi prophetarum, seu sacra lingua חמנים *Chamanim*, Pyrathea dicta, scribit. De Josia rege legitur II. Paralip. cap. XXXIV. *Diruerunt coram eo altaria Baalim, & simulacra comminuit, quae sacra illi fuerunt.* Simulacra hic sunt Ebraice חמנים *Chamanim*, & effigies solis intelligunt Rabbini. Nam & *solem* & *calorem* חמה *Chammha* vocant: inde *Chamanim* pro sacratis soli sive simulacris sive septis aut Pyretheis. Levit. XXVI. comm. 30. *Ego eliminabo excelsa vestra, & exterminabo* חמניכם *Chamanicem*, id est, *Chamanim vestros.* Idola solis honori dicata intelligunt Ebraei. LXX. ibi habent τὰ ξύλινα χειροποίητα ὑμῶν· alibi vero nunc εἴδωλα, rursus βδελύγματα, τεμένη, & ὑψηλὰ appellant. Certe in laudato Levitici loco & alibi saepius cum τοῖς Chamanim alia, ex Persarum sacris traducta, exprobrantur, id est, excelsa, Ebraeis במות *Bamoth* dicta, & passim in Veteri Instrumento memorata. In excelsis autem seu locis editissimis sacra peragere ipsissimus erat Persarum mos; atque Coelo seu Jovi eo ritu faciebant. De iis Herodotus in Clio: Οἱ δὲ νομίζουσι, inquit, Διὶ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες, id est, *Moris eis est editissimas montium summitates ascendere, & Jovi hostias ibi immolare, omnem coeli gyrum Jovem appellantes. Bamoth* interpretatur hic ὑψηλότατα, quae LXX. Senioribus ὑψηλὰ dicuntur. Sed vero commune erat etiam Asiaticis & Europaeis, montium summitatibus Jovem colere: unde Ἐπάκριος Ζεὺς dictus, quod docet Hesychius. Jupiter ille apud Herodotum Belus est, & Assyrius: nam eo nomine Jovem in Persarum vetustissima theologia dictum scribunt Berosus, Athenocles, & Simacus apud Agathiam lib. II. An in Deo *Omano* seu *Amano* (nam varie legitur) cujus meminit Strabo, quid sit τοῦ *Chamanim* seu *Hammanim*, viderint eruditi. Opinatur ita Scaliger, *Achaemenem* item & *Achaemenios*, qui Persas denotant, inde ducit. *Amanus* sane Sol erat, ni fallor; ut *Anaitis* Luna, quae etiam *Diana* & *Venus* nuncupabatur. De ea Plutarchus in Artaxerxi, Pausanias in Laconicis, Agathias lib. II. consulendi: vide de Chamanim, si vis, Isaiae cap. XVII. Ezechielis cap. VI. alios Scripturae locos. Solem autem in igne coluisse Persas nemo nescit: atque inde est quod Datis praefectus classis sub Xerxe Delum insulam intactam

tactam reliquerit, utpote Soli ſeu Apollini ſacram: ex Herodoti ſeptimo id retulit in I. Act. in Verrem Cicero. Caeterum de alio τοῦ Chamanim genere a Joſia rege comminuto, neceſſario eſt obſervandum comma undecimum capitis XXIII. ſecundi Regum: verba ſunt, *Abolevit denique* Joſias *equos, quos dederant reges Jehuda Soli, in introitu templi Domini, juxta tabernaculum Nethanmaelech eunuchi, qui* princeps *in ſuburbiis, & quadrigas ſolis combuſſit igne:* haec etiam *Chamanim* forſan dicenda. R R R. Kimchi, Salomon Jarchi, & Levi Ben Gerſom eum locum explicant de equis & curru, quibus, dum orientem ſolem adorabant, a templi introitu uſque ad tabernaculum Nathanmaelech ſolennem pompam ducebant. Intelligo magis equorum quadrigarumque fuſas imagines & ſoli ſacratas. Nam equus ſoli ſacer apud Perſas, & mactari ſolitus. In Graecos idem mos tranſlatus, ut Pauſanias ſcribit in Laconicis. Quadrigae etiam eidem antiquitus dicatae, velut τὸ τάχιστον τῷ ταχυτάτῳ θεῶν, ut verba ſunt Heliodori Aethiopicorum X. Tantundem habes apud Sextum Pompeium in *October*, &, ſi placet, conſulas Xenophontem Cyropaed. VIII. verum de equis illis & quadrigis ἐπέχω. Ad oſtium autem templi veri Dei illorum locus erat. Intra oſtii veſtibulum, orientem verſus, ſolem Judaei venerabantur. Ezechiel cap. VIII. *Et ecce juxta oſtium templi Domini, inter veſtibulum & inter altare erant quaſi viginti quinque viri, quorum terga erant ad templum Domini, & facies eorum ad orientem, adorabantque ſolem ad orientem.* Nam ſanctum ſanctorum parte templi Judaici occidentali collocatum erat, uti Chriſtianorum altaria verſus orientem. Templi oſtium ab oriente, contra quam Chriſtianorum mos eſt, qui ab occidente ſacraria introeunt, & in orientem verſi, more ab apoſtolis antiquitus tradito, DEUM VERUM & CHRISTUM ſuum publice invocant, non ſolum quod Chriſtus crucifixus occidentem, id eſt, ab oriente, ſpectaret, atque ita ab adorantibus in orientem quaſi ſuſpici poſſit; verum etiam quia, uti fulguris ab oriente in occidentem motus, ita magno illo, quem omnes expectamus, die, erit adventus Filii hominis: quod docetur a D. Matthaeo cap. XXIV. comm. 27. Viſendi ſunt, de plaga in quam ſe convertebant priſci & Judaei & Chriſtiani Deum invocantes, Clemens Alexandrinus Stromat. VII. Reſponſ. CXVIII. eorum quae Juſtino Martyri tribuuntur, Damaſcenus de Orthodoxa fide IV. cap. XIII. & Dionyſius Areopagita in Coeleſtis Hierarchiae cap. II. ubi qui ſacro lavacro ſuſcipiendus eſt, diabolum, occidentem verſus, ter ſolenni ritu, & quae ſunt ejus regni, ejurat, ac ſtatim Chriſtum in orientem adorat: qui mos etiam in Severo Patriarcha Alexandrino de ritibus Baptiſmi occurrit, item in ordine Baptiſmi ſecundum uſum Aethiopum. Uti Chriſtianis ita & priſcis idololatris fana ad eum modum extructa erant, ut ſupplicantes orientem ſpectarent: quod docet Vitruvius Architecturae lib. IV. cap. V. Illud etiam Pythagoram in mandatis reliquiſſe legitur. Sed vide Aſclepium Triſmegiſti prope finem. At in mandatis reliquit Mahumedes, ut ſui ad auſtrum converſi ſupplicarent; quod ait Zygabenus in Panoplia. Quid ſibi velint Rabbini cum *Nergal* aut Gallinam ſylveſtrem, aut Gallum gallinaceum fuiſſe aiant, prorſus ignoro: illud dicit R. D. Kimchi ad citatum ex Regum libro locum, hoc S. Jarchi. Ex Talmudicis ſcilicet hauriunt, quos ad hanc rem item citat autor Baal Aruch. Gallum ſolis avem optime norunt omnes, maxime ii qui Luciani Alectryona legerint: ſed id non ſufficit, ut delirare quis ſani judicii minus autumet Rabbinos, qui commentum hic aliud porro habent de Jacobo & Joſepho patriarchis, quaſi nempe vocabula illa in Geneſis capite XXX. 27. ubi de Jacobo ſermo eſt, & in capite XXXIX. 5. ubi de Joſepho verba fiunt, vocabuli & idoli conditores maxime ſpectaſſent. Alluſio mira eſt: videſis Gemaram capitis כל הצלמים in Talmudico libro ע״ז dicto.

CAP. IX.

ASIMA, *hircus. Samaritanos de eo traducunt mendacio contumelioſiſſimo Judaei. Doſitheus.* NIBCHAZ, TARTHAC; *hic aſinus, ille canis:* ANAMELECH, *mulus;* ADRAMELECH, *equus: ſed haec Rabbinorum fide. Genus foemininum horum pleriſque a LXX. tributum.*

HAmathitarum Deus ASIMA quid fuerit, non capio. Ebraei plerique hircum fuiſſe volunt; & Aben Ezra in praefatione ad Eſter, Pentateuchum ſcribit Samaritanos ab his verbis auſpicari, *In principio creavit Aſima.* Caeterum ob inveteratum in Samaritanos odium calumnia haec, atque ejuſdem farinae aliae, a Judaeis conſarcinatae ſunt. Verum eſt, Doſitheum Samaritanum Sacras Literas impie interpolaſſe, nec tamen, ut quid tam ridiculum attexeret, eo ſive ſtultitiae ſive dementiae deveniſſe. De Doſitheo quaedam Tertullianus libro de Haereſibus, Origenes adverſus Celſum lib. I. alii: ſed ſi de eo velis non ita vulgata, conſulas Eulogium Alexandrinum apud Photium Codice CCXXX. Vide, ſi placet, Druſium de tribus Sectis III. cap. II. Scaligerum de Emendatione lib. VII. Fl. Joſephum Orig. Judaic. IX. cap. ultimo. Et de Samaritanorum Pentateucho, vide Prologemena noſtra ad Marmora Arundelliana. D. Hieronymus in locis Ebraicis: *Aſima, oppidum in terra Judae* (hoc nomine Samariam includit) *quod aedificaverunt hi qui ad eam venerant de Emat,* id eſt, *Hamath.* Sed vero & Deum fuiſſe Aſima & Sacra Scriptura & citatus Joſephi locus oſtendunt. NIBCHAZ Avitarum Numen canis imaginem retuliſſe aiunt R R. D. Kimchi & Jarchi; TARTHAC figuram aſini, ADRAMELECH muli, ANAMELECH equi, putant ejuſmodi nugatorum aliqui. Sed ex antiquis refert Kimchi Adramelech pavonis effigie, Anamelech phaſiani aut coturnicis eſſe cultos. Unum Numen utroſque putamus

tamus nos, & ad Molechum jam retulimus. Et si totidem fuerint Numina, quot gentes, Nibchaz & Tarthac idem censeri etiam & unum debent. Totidem autem fuisse Numina vult diserte Josephus Ἀρχαιολογ. IX. cap. XIV. Ob quam rem vero Graeci interpretes & *Succoth Benoth*, & *Nergal*, & *Asima*, & *Nibchaz*, & *Tarthac* genere pronuntient foeminino, & τῇ cuilibet eorum adjiciant, nihil habeo omnino dicere, praeterquam quod εἰκόνα forsan merito subintelligas: vix est enim, ut quae de sexus communione diximus, locum hic possint habere.

CAP. X.

NISROCH, *Assyriorum Numen.* Μεσεράχ. Ἀσαράχ. RIMMON. Ῥάμαν.

NISROCH Deus memoratur II. Reg. cap. XIX. comm. ult. & Esaiae cap. XXXVII. Numen erat Assyriorum; templum ejus, ut videtur, in Ninive. In libro Regum vocant eum LXX. Seniores Μεσεράχ, in Isaia Ἀσαράχ. De eo praeterquam quae in his locis leguntur, me nec quidquam scire nec hactenus legisse fateor; uti nec de RIMMON, cujus item nomen & templum tantummodo scimus apud Syros fuisse, ex II. Reg. cap. V. רמון *Rimmon* lingua sancta *malum Punicum* significat; & Venerem denotari putat N. Serarius, quod poma Veneri dicata, ejusque simulacra non sine illo fructu saepissime sacrentur; quasi *Pomona* aut *Pomum* cognominaretur. Ego velim *Rimmon* magis a רום dictum, quod *excelsus* sonat, atque hoc modo idem foret quod *Eliown* Phoenicum Numen, quod in Prolegomenis meminimus. Unde ex Philone habet Stephanus περὶ πόλεων in Λαοδίκεια, Ῥάμαν τὸ ὕψος denotat: & Hesychio Ῥαμὰ est ὑψηλὴ, & Ῥαμᾶς, ὁ ὕψιστος Θεός.

CAP. XI.

THAMMUZ. Θαμμοὺς. Θαμμούζ· *quid de eo Rabbini. Propheta Thammuz. Tekupha Thammuz. Adonis dictus. Adonis,* Κῖρις *&* Κύρις *vocatus. Venus & Adonis Syris ante alios culti. Abobas Persaeorum. Judaeos a vicinis sive Assyriis sive Phoeniciis accepisse: ritus plangentium & reperientium Adonim apud Alexandrinos & Byblienses. Adonis a Venere & Proserpina alternis vicibus in deliciis habitus. Osiris, Adonis, Thammuz, idem.* Εὑρέσεως *festum AEgyptiis. Vagus AEgyptiorum annus.* Ζήτησις *festum. Cur Thammuz Adonis nuncupatus, conjectura. Solem cogitabant ii, queis haec sacra primum in usu. Manilius explicatus. Thammuz, nomen AEgyptium. Thaumus, Mars. Thamud. Thamuz rex. An Pharaoh, qui sub exitu regnavit, Thammuz dictus. In occulto Pantheo colebant omnigena Numina Israelitae, qui Troglodytae Philastrio dicti.*

AD portam templi aquilonarem, mulieres considentes, solennibus lamentis, Thammuz plangebant: Ezech. VIII. comm. 14. *Et introduxit me ad ostium portae domus Domini, quae est ad Aquilonem, & ecce sedebant ibi mulieres plangentes Thammuz.* Scribitur תמוז, & a LXX. interpretibus Θαμμοὺς, aliis Θαμμούζ. Codices aliquot Arabici pro *Thammuz*, habent, nescio quo pacto, *Judam*, ut notat Ribera. Certe in Arabica bibliothecae Arundellianae versione ليdespite الصنم *Liamuz idolum* legimus, proculdubio pro التاموز *Althamuz*, quod ibi depravavit librarii negligentia. Variae de Thammuz sunt opiniones. Putarunt nonnulli imaginem fuisse, in cujus oculos plumbum imponeretur, & quae admoto igne & plumbo liquefacto, flere videretur: refert D. Kimchi. Caeterum, ex vetustissimis Orientalium monimentis, narrat Rabbi Moses AEgyptius, in Mose Nebochim, prophetam idolorum fuisse, qui dictus est Thammuz: fallit Latinus codex, qui *Tamut* habet. *Thammuz*, ait ille Moses, *cum praedicaret cuidam regi, ut serviret septem stellis & signis duodecim, praecepit rex eum interfici gravi morte. Nocte vero mortis ipsius convenerunt omnes imagines ab extremis terrae in palatio Babylonis* (seu templo) *ad imaginem auream* [magnam] *quae scil. erat imago solis; & pendebat inter coelum & terram, & prostravit se in medio palatii, & omnes imagines circumquaque, & narravit eis quicquid contigerat Thammuz. Imagines vero flebant & lamentabantur per totam noctem. Mane autem facto evolaverunt omnes imagines ad palatia sua usque ad extremum terrae.* Ab hac, sive historiam sive fabulam dicas, origine, planctum τοῦ Thammuz petit ille, subjungitque, *Et consuetum est quotannis in principio diei mensis Thammuz lamentari & flere super* Thammuz. *Nunc ergo appone cor tuum, & vide cujus intellectus erant homines in tempore illo. Haec autem narratio de Thammuz est antiqua minus in gente Zabiorum.* Mensis autem Thammuz est qui Latinis *Junius*, ratione discrepantis Juliani & Judaici anni habita. Et solis in Cancrum introitus astronomis Judaeorum *Tekupha Thammuz*, id est, *revolutio*, seu *periodus Thammuz* appellatur. Latinorum plerique D. Hieronymum secuti, Adonim in eo Ezechielis loco intelligunt, quasi Adonidis luctus, poetis celebratissimus, iis in more fuisset. Certe D. Hieronymus in Commentariorum III. ad Ezechielem, Adonim interfectum ab apro, e fabulis notat, idque mense Junio; atque inde Adonim Thammuz nominatum: revixisse autem, & anniversariam ei celebratam solennitatem esse, *in qua*, ait ille, *plangitur a mulieribus quasi mortuus, & postea revivíscens canitur*

nitur atque laudatur: & autor Chronici Alexandrini; Θαμμοῦζ, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἄδωνις, ubi de Ezechielis prophetia loquitur. Assyriis & Phoeniciis Numen habitum Adonim nemo ignorat: vide quae de eo, & Venere Aphacitide, supra notavimus. Ipsum nomen item est a Syrorum dialecto. *Adonis* enim *Dominus*, uti *Adon*, denotat. Hesychius, Ἄδωνις, δεσπότης ὑπὸ Φοινίκων· unde Laconibus Κίρις & Κύρις Adonis dictus, id est, Κύριος, eodem teste. Et Ptolemaeus de Orientalibus qui Trigono subsunt Aquilonari, *Venerem adorant & Martem Adonim seu aliter eum appellantes*, καὶ μυστήριά τινα μετὰ θρήνων ἀποδιδόντες αὐτοῖς, id est, *Et mysteria eorum cum planctu celebrant. Martis* sive *Adonidis* incerta satis nomina ait, recte: nam Persaei hunc ipsum *Abobam* vocabant. Hesychius, Ἀβωβᾶς, ὁ Ἄδωνις ὑπὸ Περσαίων. Persaei autem, a Persa urbe ad Euphratem sita. Lamenta item Phoenissarum, dum quaerebant, & gaudia, postquam reperibant Adonim, luculentis servantur testimoniis. Non mirum igitur Judaeos a vicinis & traxisse, & nomen in *Thammuz* mutasse; maxime cum solennis etiam idem fuerit ritus in AEgypto, plurimique in Judaea, sub id tempus, AEgyptii, & Judaei AEgyptienses. Alexandrini enim eo ipso die, quo festum Planctus sive Ἀδωνιασμοῦ apud Byblienses in Phoenicia est celebratum, quotannis epistolam olla seu vase, junceo aut papyraceo inclusam, peractis rite ceremoniis, in mare mittebant, quae sponte Byblum ferebatur, & repertum Adonim nunciabat. Hoc quam primum acceperint Byblienses, quae expectabant, mulieres, gemitus & lamenta ob amissum Adonim & jam denuo repertum in sacra commutabant gaudia, miraque laetitia quod reliquum erat festi, Deum excipientes, peragebant. Idem Procopius in Esaiam, ad cap. XVIII. Κεραμὸν λαβόντες Alexandrini ἐνέβαλλον ἐπιστολὴν πρὸς τὰς ἐν Βύβλῳ γυναῖκας, ὡς εὑρηθέντος Ἀδώνιδος· ἔπειτα σφραγίσαντες ἐνέβαλλον τῇ θαλάττῃ τελετάς τινας ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενοι, καὶ, ὡς οἱ πέμποντες ἔλεγον, αὐτομάτως εἰς Βύβλον ἀπεκομίζετο, καὶ πέρας θρήνου τῷ ἐκεῖ γυναιξὶν ἀπειργάζετο. Eisdem fere verbis rem explicat D. Cyrillus lib. II. tom. II. in Esaiam. Vas illud seu ollam *caput papyraceum* vocat Lucianus, libro de Dea Syria, βυβλίνην κεφαλὴν, eamque diebus septem ex AEgypto Byblum, ait, mari ac vento divinitus praeparatis, transvehi solitam. Adonim autem ab apro occisum adamavit Proserpina, uti superstitem Venus, quae cum inferos enixe deprecaretur, ut vivus restitueretur amasius, ac ejus amplexibus ipsa denuo bearetur, invidente Proserpina, tandem est transactum, ut alternis vicibus utraque Dea juvenis amore frueretur: an tamen ut ii volunt, qui sex menses Proserpinae, totidem Veneri, an ut alii, qui utrique totum tribuunt annum, non satis constat. Has habet opiniones scholiastes ad Theocriti Eidyll. III. & ad Adoniazusas, ubi poeta:

----- Ἄδωνιν ἀπ' ἀενάω Ἀχέροντος
Μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακαίποδες ἄγαγον Ὧραι.

Adonim scribit ab inferis reducem, mense duodecimo: & in Orphei, qui dicitur, hymnis ad Adonim:

Σβεννύμενε λάμπων τε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥραις.

Quod Scaliger vertit, *Occase & redivive statis vertentibus annis:* vide Bionem Idyll. α. Ovid. Metamorph. X. Atqui & mors ejus, quam ἀφανισμὸν appellabant, & reditus, quem εὕρεσιν, uno eodemque mense AEgyptiis celebrabantur, & semel quotannis; mense nempe Athyr, qui post annum Nabonassareum, ab Augusto fixum, in Novembrem Julianum incidit. Eundem enim Osiridem & Adonim intelligunt omnes. Mortem autem Osiridis & reditum item eo tempore celebrata scriptum reliquit Plutarchus: & vetus Romanorum Calendarium in Novembri *Heuresin* festum habet, repertum Adonim sive Osiridem denotans, & ab AEgyptiorum moribus propagatum. Athyr AEgyptiorum fixus, procul, ut vides, abest ab Ebraeorum mense Thammuz, id est, Iunio, in quo, luctus & εὕρεσις (ita certe videtur) τοῦ Thammuz. Nec tamen impingat hic annorum quis imperitus, quasi ob festorum apud has gentes distantiam, tamque diversa tempora, planctus AEgyptiorum, dum Osiridem inveniebant, lamentaque Judaeorum nil omnino commune haberent: alia res est. In anno enim vago AEgyptiorum nullum erat festum, nullus mensis, ut docti sciunt, qui non unumquemque non mensem solum Julianum, verum & diem totius anni pertransibat in magna illa CIↃ. CD. LX. annorum periodo: de qua re jam diximus. Postquam autem figeretur ab Augusto annus, festa sua unusquisque mensium retinuit, ea serie, ea anni tempestate, qua tunc erant peragenda: fixo anno, figebantur menses, & festa. Judaeorum autem annus non ita vagus mensem Thammuz ab aestivo solstitio nunquam disterminabat. Eadem igitur sacra, &, ob eundem, planctus ille utrisque videntur fuisse; & AEgyptiis, mense Athyr vago, ad morem patrium, Judaeis mense fixo Thammuz: vide Plutarchum de Iside, & Lucianum libello quem jam laudavimus. Ab AEgyptiorum autem more de literis junco inclusis & per mare Byblum transmissis, interpretatur Procopius illud Jesaiae cap. XVIII. comm. 2. *Mittens per mare legatos, & in vasis junceis per superficiem aquarum.* Ἐπιστολὰς βυβλίνας habent illic Seniores septuaginta. Festum erat aliud AEgyptiis, quod ζήτησις Osiridis dicebatur, atque in mensem Paophi, qui nimirum Athyr antevertit, incidebat, circa aequinoctium autumnale. Ut haec omnia plangentibus Thammuz satis aptemus, priscorum monimenta non suppetunt: quae potuimus de hac re, scripsimus. Cur vero Adonim *Thammuz* vocarint non satis scio. Cum tamen *Adonis* pro Sole sumatur, qui tunc maxime suas exercere videtur aquilonaribus vires denuo reparatas, dum Cancrum mense Thammuz peragrat, a mense ad Numen, an a Numine ad mensem translatum nomen videatur? Neque aliud cogitarunt ii, qui primum has naenias instituerunt, quam Solis accessum & recessum, quem ut amissum

ſum nunc lugebant, & renatum laetis excipiebant auſpiciis. Ita rudiores olim & qui ſimpliciorem vitam degebant, priuſquam ab aſtronomis leges ſiderum didicerant. Manilius lib. I. hoc idem vult :

Nam rudis ante illos nullo diſcrimine vita
In ſpeciem converſa, operum ratione carebat,
Et ſtupefacta novo pendebat lumine mundi.
Tum velut amiſſis moerens, tum laeta renatis
Sideribus, varioſque dies, incertaque noctis
Tempora, nec ſimiles umbras, jam ſole regreſſo,
Jam propiore, ſuis poterat diſcernere cauſis.

Vide, ſi placet, Firmicum de Myſteriis cap. II. Utrum Thamud propheta ſaepiuſcule in Alcorano memoratus, Tzaledi frater (תמוד exaratur, & Θαμοὺδ Euthymio Zygabeno) an item Thamus AEgypti rex, tempore Theut, ad hunc noſtrum ſpectent neſcio : hujus meminit Plato in Phoedro. Idque etiam nominis haud AEgyptiis inuſitatum fuiſſe oſtendit Thammus ille in hiſtoria Panis demortui apud Plutarchum in περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. Macedonibus forſan ex Orientalibus hiſce ſacris Thaumus pro Marte innoteſcebat : hoc nomine enim Martem eos vocaſſe ſcribit Heſychius. Temere affirmat Philaſtrius *Thamuz* (ita enim lego, non *Thamur*, quod depravatus nimium in quamplurimis aliis codex ejus in lucem editus habet) *filium fuiſſe regis Gentilium, cujus Judaeae mulieres ſimulacrum cum fletibus adorabant, impietatemque Gentilium colentes, ei offerre ſacrificia non deſinebant.* Adjicit autem, quaſi ex AEgypto nomen peteret, *Thamuz enim Pharao ille dicebatur rex AEgyptiorum, qui ſub beato Moſe AEgyptiis praeſidebat illo tempore.* Atqui nonnullis *Chencheres* appellatur, qui ſub exitu, in AEgypto Pharao regnabat, undecimus nempe decimae octavae dynaſtiae Dioſpolitarum. *Acherres* aliis, ejuſdem dynaſtiae duodecimus. Aliis *Petiſonius* (qui Peteſſontius nominatur in excerptis illis barbare verſis ex Euſebii Chronico & inter Scaligerani editis) *Tuthmoſis* denique, ſive *Themoſis* etiam, nuncupatur. Vide, ſi placet, Manethonem apud Joſephum, Euſebium, Theophilum Antiochenum, Ptolemaeum Mendeſium apud Tatianum, & Cedrenum. Verum a Themoſi (uti vocatur in Joſepho adverſus Appionem) id, quod de Pharao Thammuz adfert, Philaſtrius hauſit : haud ita diſtant vocabula. Sed Themoſin aliquot ſeculis Moſe priorem fuiſſe volunt chronologi accuratius putantes. Eodem, quo memoratur Thammuz, Ezechielis capite, ſingularis etiam cultus mentio fit, quae aegre, ni fallor, alibi reperitur : id eſt, Troglodytarum, uti eos appellat Philaſtrius, ita illi dictos quod ſive in ſubterraneo ſpecu ſeu occulto antro omnigenas Numinum effigies, velut in Pantheo, adorabant. Verba ſacra ſunt, *Duxit igitur me ad oſtium Atrii, & vidi, & ecce erat foramen unum in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis, fode, quaeſo, parietem. Et perforavi parietem, & ecce oſtium unum. Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes peſſimas, quas ipſi hic faciunt. Ingreſſus igitur ſum, & vidi, & ecce, omnis ſimilitudo reptilium & animalium abominabilium, atque univerſa idola domus Iſrael ſculpta in pariete circumcirca. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael, & Jaazaniahu filius Saphan ſtabat in medio eorum, qui ſtabant coram idolis, & unuſquiſque habuit thuribulum ſuum in manu ſua, & vapor nebulae de incenſo aſcendebat.* Picta autem animalia illa in templi parietibus eſſe intelligit B. Hieronymus ; *Non ſolum*, inquit, *idolum zeli* (quod paulo ante Ezechieli memoratur, & militiae, ni fallor, coeli erat ſtatua a Manaſſe rege dicata in II. Reg. cap. XXIII. comm. 5.) *ſtabat in introitu portae aquilonis, ſed & omnes templi parietes diverſis idolorum imaginibus pingebantur, ut nulla eſſet beſtia, quam non parietis pictura monſtraret.*

CAP. XII.

NEBO. *Mons cognominis : in Aſſyriorum reperitur nominibus. Pro eo habent* LXX. *Dagon.* Νεβὲς. Ναβὼ. *In Dibon cultus Nebo.* MERODACH. *Mardocempad.*

NUMEN erat etiam *Nebo* ſeu *Nabo*. Eſaiae cap. XLVI. *Cecidit Bel, ſuccubuit Nebo. Nebo* autem in Jeremiae cap. XLVIII. comm. 1. eſt Moabitidis regionis urbs, & Deuter. XXXII. comm. 49. montis Abarim cacumen. Ab urbe an a monte cognomine dictus *Nebo ?* Ad deſignatum Eſaiae locum D. Hieronymus : *Nabo & ipſum idolum eſt, quod interpretatur prophetia & divinatio, quam poſt Evangelii veritatem in toto orbe conticuiſſe ſignificat.* Veſtigia hujus Numinis item habes in *Nabuchadnezar, Nabuzardan*, Babyloniorum *Nabonito, Nabonaſſaro* (quem meminit Ptolemaeus in Mathematica Conſtructione) *Nabonabo*, & hujuſmodi aliis. Supra enim admonuimus Deorum nomina principum nominibus uti bona omina ſaepiſſime adjecta. Quam ob rem pro *ſuccubuit Nebo* in Eſaia LXX. habeant συνετρίβη Δαγὼν, mihi non conſtat. Sed poſt ea, quae attulimus D. Hieronymi verba, ſequitur, *Sive juxta* LXX. Δαγὼν, *qui tamen in Ebraico non habetur. Et eſt idolum Aſcalonis, Gazae, & reliquarum urbium Philiſtim.* Aſſyrium autem fuiſſe Numen, ea quae citavimus nomina oſtendunt. Symmachus Νεβὲς, Aquila & Theodotio Ναβὼ eum vocabant. Verum & Nebo alibi in veneratione habitus, quam in cognomine monte ſeu urbe eſſe videtur. In Dibon, inquam, Moabitarum item urbe, de qua Numer. XXI. comm. 30. & Jeſaiae XV. comm. 2. ubi *Fanum in Dibon* memoratur & planctus על-נבו *Aghal-Nebo*, id eſt, *propter Nebo.* Atque inde eſt quod Heſychius habet, Δεβὼν, τόπος ἔνθα ἵδρυται ἱερὸν Μοαβιτῶν, id eſt, *Debon, locus ubi fanum Moabitarum ſacratur.* LXX. autem Seniores in Eſaiae loco jam dicto, ἀπολεῖται γὰρ ἐπὶ Νεβὼν, οὗ ὁ βωμὸς ὑμῶν· id eſt, *Vaſtatur Nebon, ubi altare veſtrum :* an Δεβῶν legendum

gendum ibi? videtur sane: nam Nebo, in eodem commate, iis est Ναβὰ τῆ Μωαβίτιδος. Certe haud alium Nebo a Chamos & Belo Phegorio jure forsan putes. Vide quae ex D. Hieronymo citamus ad extremum capitis V. superioris Syntagmatis. Inter Babyloniorum item Deos censetur MERODACH Jeremiae cap. L. ubi LXX. habent Μαιωδάχ. Quid fuerit *Mero* aut *Merodach* nondum est compertum. Reperitur in Regum nominibus, in *Evilmerodach*, *Mardocempad*, *Mardocente*, & similibus. Mardocempad, apud Ptolemaeum in Mathematica Constructione, is est qui *Merodach Baledan* Jesaiae cap. XXXIX. 1. appellatur.

CAP. XIII.

SESACH. Σακέαι ἡμέραι. *Festum Saceum, uti Saturnalia. Lous mensis. Zogana unde. Athbasch Rabbinorum. Diana Persica. Sacaea & Saceia, a Sacis devictis, ut alii volunt.* Βαάγης *festum Assyriorum.*

SESACH Numen est apud Jeremiam cap. XXV. comm. 26. & LI. comm. 41. Ab eo (sic volunt viri doctissimi) *Sacea*, festum Babyloniorum, dicta, seu ἡμέρας Σακέας, uti apud Romanos *Saturnalia* a *Saturno*. Atque ut Saturnalibus, servis epulantibus famulabantur domini, ita & in diebus Saceis; qui quinque erant continui, quorum primus erat dies XVI. mensis Loi. De prisco autem hujus in anno loco satis incerta tradunt autores: videsis Josephum Scaligerum in I. de Emendatione Temporum, pag. 45. & Dionysium Petavium de Doctrina Temporum lib. I. cap. XXVI. De festo autem & mensis quo celebrabatur die, testimonium Berosi Chaldaei ab injuria temporis servavit Athenaeus Dipnosoph. XIV. Βήρωσος, inquit ille, ἐν τῷ πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ Λώῳ μηνὶ ἑκκαιδεκάτῃ φησὶ ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέαν προσαγορευομένην ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ Βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι Ζωγάνην· μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν· Hoc est, *Berosus in primo Babylonicorum refert*, XVI. *die mensis Loi festum Sacean dictum Babylone dies quinque celebrari. In his morem esse, dominos parere imperio servorum: praeesse autem familiae eorum unum vestem regiae similem indutum; hunc Zoganen nuncupari. Festum memorat etiam Ctesias in secundo Persicorum.* Classici mehercule autores Berosus & Ctesias de rebus Asiaticis. Servi autem nomen, qui festo praefuit, & *Zogana* hic dicitur, Chaldaicam petit originem. Nam סגן SEGAN, *praefectus* est in ea dialecto. De Sacaeis item locus insignis est apud Dionem Chrysostomum in Oratione IV. περὶ βασιλείας. Idolum, ut videtur, Babyloniorum erat Sesach aut Sach, atque inde est quod regem Sesach, & ipsam urbem, eodem nomine, meminerit propheta. *Quomodo*, inquit, *capta est Sesach?* Nam Bel, Merodach, Melcom, & qui sunt id genus alii, pro ipsa gente, seu populo, a quo in veneratione habiti sunt, capitibus tribus praecedentibus saepe accipiuntur: ita de Babyloniis Sesach capio. Et magnus ille Scaliger in notis ad Berosi fragmentum, festa illa quae commat. 39, & 57. capitis LI. memorantur, sacros, quos diximus dies putat denotare, non epulas Baltazaris (de queis Danielis historia) uti sentit vulgus chronologorum. Prophetiam enim illam ad Babylonem refert a Cyro captam, cum scilicet, ut testis est Herodotus, tota urbs choreis & oblectationibus occupata festum ageret. Optime sane convenit stragem & gentis captivitatem a S. Sancto sub ejus Numinis vocabulo designari, cui, dum flagellum illud Dei Opt. Max. erat merito expectandum, celebrarent sacra: vide Herodotum lib. α. Sed vereri possit quis merito, ut aliud omnino quid de Sesach satis innotescat, quam Numen duntaxat hoc nomine Babyloniis fuisse cultum. Saceos dies ei sacros constanter adserere non ita facile est. Judaei tantummodo ad modum quem *Athbasch* vocant, *Sesach* denotare volunt Babel. *Sesach* enim scribitur ששך, *Babel* בבל. A Tau regrediendo, ordinata elementorum serie, si pro ב bis sumas ש, & pro ל ,כ, ex *Babel*, *Sesach* fiet: sed vix risum hic forsan teneas. Atqui etiam *Athbasch* isthoc meminit & ad hanc rem amplectitur D. Hieronymus in comment. 5. ad Hieremiam. Dies vero Sacei mirum est quin idem fuerint cum festo illo Persarum *Sacaea* dicto, quod ob victoriam in Scythas, qui universi *Sacae* Persis appellabantur, Cyrus memoratur instituisse, & Anaitidi (hoc nomine vocabatur Diana Persica; quae & *Zaretis* nuncupata) Numini patrio sacrasse. Ipsum enim victoriae diem Anaitidi dicasse eum scribunt, & ubicunque Deae fanum esset, ibi & sancivisse, ut Sacaea celebrarentur, velut Bacchanalia interdiu noctuque ad morem Scythicum ordinata, compotantibus viris foeminisque, & lascivientibus: refert Strabo lib. XI. cui festum τὰ Σακαία & τῶ Σακαίων ἑορτὴ nominatur; atque idem fere habet Eustathius ad Periegeten, qui diem ipsum victoriae, unde festi initium, Σακείαν dictum ait a Cyro. Babylonios sane, postquam Orientis imperium obtinuerant Persae, cum Dea ipsa festum etiam, ad sacram autoris imperii item memoriam, in mores suos recepisse, & numerum dierum quinario (quemadmodum Caligula Caesar Saturnalia) terminasse, & scenicum servorum imperium, alia, ut fit, rituum cumulo adjecisse, non absonum est. Atque ex his Sacaeis forsan Berosi & Ctesiae Σακέας ἡμέρας potius intelligendas quis existimet; quae ad Sesach ita non possunt referri, quippe quod Cyro antiquius est nomen in Sacris Literis. Verum ex Assyriorum seu Babyloniorum antiquissimis ritibus originem Sacaeorum dierum & Cyro longe vetustiorem petendam esse, ipsis Beroso & Ctesia autoribus, mihi est persuasissimum: inde colligo, quod non modo Berosus libro primo, ubi scilicet de reconditissimis Babyloniorum monimentis egit, eos collocasset, sed etiam Ctesias diu ante quam ad Cyri imperium aut res Persicas devenerat, inter Babyloniacas & Assyriacas enumerasset: ex hujus enim quinto citatur quod habet supra Athenaeus. Caeterum nihil de Cyro ille, nihil de Sacis, de Persis

nihil in prioribus sex libris scripsit, sed tantummodo ea quae Persicum imperium praecesserunt. Id qui integram ejus historiam, quae temporis injuria periit, diligenter perlegit, testatur Photius in Myriobibl. Cod. LXXII. Sacarum etiam cladem sub Cyro libris succidaneis meminit, neque tamen de hoc festo occurrisse quid ibi observavit Photius; nec in eadem historia apud Herodotum quid ejusmodi reperitur. Liquido mihi hinc constare videtur Σακέας ἡμέρας & Σάκαια Cyro multis seculis, si fides hisce scriptoribus, vetustiora esse: nec sine ambigua de ea re sententia, Strabo quod habet, retulit. Non igitur tanti sunt quae habet ille aut exscriptor Eustathius, quin ad *Sesach*, id est, originem Assyriacam seu Babyloniam, atque multo vetustiorem, Σακέαι ἡμέραι referantur. Ab hac forsan Dea, *Sacas* nomen est Babylonicum apud Jamblichum Syrum, non Juliani παραβάτου praeceptorem illum, sed qui CC. circiter annos ante eum floruit. Ipse & Babylonios Σαχχέραν vocare ἐγγαστρίμυθον scribit, quemadmodum Graeci *Euryclea* nominant. An quod ab hoc Numine vaticinia fuerint, ideo *Sacchuran* vatem dixere? viderint doctiores. Habet quod adnotamus, Jamblichus in rebus Amatoriis de Rhodane & Sinonide apud Photium in Myriobiblo Cod. XCIV. Tanquam a Scythis tantummodo aut Sacis (qui Scythae etiam merito dicti sunt) originem habuerit festum Sacaea, id etiam Σκυθικὴν ἑορτὴν appellat Hesychius. Neque aliud fortasse erat festum illud Βαιάγις Assyriis dictum, quod a פג *Pag* deduci potest, id est, *laetari*. Mira enim summaque, & quae festum, ante alias animi relaxationes, denominaret, laetitia celebrabantur dies Sacaei. Βαιάγιν memorat, quem laudamus, Hesychius. Utrum cum diebus Saceis quid fuerit τοῦ Σεχὲς, nempe Babyloniorum Mercurio, commune, statuere nequeo: certe vocabulorum soni satis adfines sunt: & liberum esto cuique suum hic judicium. Hesychius; Σεχὲς, ὁ Ἑρμοῦ ἀστὴρ, Βαβυλώνιοι.

CAP. XIV.

Ciun, *Saturnus Arabibus. Raiphan. Rephan. Remphan. Adfini elementorum figura hallucinati saepe Graeci Bibliorum interpretes.* Ἀμαύρωσις. Τύφλωσις. *Chon. Hercules AEgyptius. Gigon.*

CIUN imago occurrit apud Amos v. comm. penult. *Portastis tabernacula Molech vestri* (seu *Milcom*) *& Ciun imaginem vestram, stellam Deorum vestrorum* (seu *Dei vestri*) *quas* (aut *quam*) *fecistis vobis.* Notat Aben Ezra Persis & Arabibus (lingua Ismaelitica) כיואן *Civvan* dictum eum quem Ebraei *Sabathi*, id est, Saturnum, appellant. Ebraice exaratur כיון, sed D. Stephanus Protomartyr *Ciun imaginem vestram*, &c. apud D. Lucam Act. VII. comm. 43. ita vertit, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεφὰν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς· quae eadem habent LXX. Seniores, praeterquam quod nonnullis exemplaribus Ῥαιφὰν substituitur, & προσκυνεῖν omittitur. Novi Instrumenti codices sunt etiam, queis Ῥεμφὰν legitur: & Origenes lib. V. locum illum citans habet Ῥομφᾶ. Et Remphan seu Romphan volunt aliqui, quasi a רעם פעם *Ragham Pagham* id vocabuli deduceretur, & tanquam *Jovem altitonantem* significaret. Pro Ῥεφὰν stant plerique codicum vulgatorum: atque ita legebant & Syrus & Arabs interpretes. Joannes Drusius audacter; *Esset*, ait ille, *Chevan* (sic legit כיון) *nisi manus aberrans maluisset scribere* Ῥεφὰν, ρ *pro* κ· *aut forte ipsi interpretes legerunt* ריון *pro* כיון. Sane interpretes Graecos saepius hallucinatos elementorum Ebraicorum sive adfini figura, sive mala scriptione, quaedam ita vertisse, ut ob eam solummodo rem ab Ebraica veritate aberrasse videantur, plurimis potest demonstrari. De elementis ו pro י, ד item pro ר, ab iis subinde perperam sumptis, & id genus aliis, monet D. Hieronymus ad Oseam saepius, & alibi. Sed piaculum esto tale quid de iis, qui, Spiritu Sancto dictante, ex Veteri Instrumento ad rem Christianam promovendam quid adduxere. Aquila & Symmachus retinuere vocem *Ciun*. Theodotio transtulit ἀμαύρωσιν, & Theophylactus ad Acta, τύφλωσιν, hic *caecitatem*, ille *obscuritatem*. In loco autem isto Amos prophetae obscuro me tam caecutire sentio, ut nihil omnino videam. Quod afferunt nonnulli de Hercule AEgyptiorum lingua *Chon* dicto, haud ita placet, ut in eo τὸν *Ciun* repertum esse opinemur. De Hercule illo ex Antiocho Syracusano Xenophanis filio Lilius Giraldus in X. & ad signatum Actorum locum Theodorus. Neque vero ita constat Herculem AEgyptium ea voce denotari. Qui primus tradidit, *Chon* forsan male a mutilato τοῦ Γιγῶν (quod nonnullis veterum Hercules AEgyptius est) Syracusis accepit. Hesychius; Γιγνῶν, οἱ δὲ Γιγῶν, Πάταικος, Ἐπιπάταικος, Τραπέζιος· οἱ δὲ, Αἰγύπτιον Ἡρακλέα· id est, *Gignon, nonnullis Gigon, Pataecus, Epipataecus, Trapezius: aliqui Herculem AEgyptium intelligunt.* Nobis quid *Gigon*, quid *Pataecus* hic fuerit, satis innotescere diffitemur: de hoc Hesychii loco vide Syntagmatis hujus extremum.

CAP. XV.

Acervus Mercurii. *Margemah.* Ἕρμαιοι λόφοι. Ἑρμαῖα. Mercurius Ἐνόδιος. Ἑρμακες. *Unde primitus apud Graecos acervi Mercurio sacri. Merkolis. Margemah quid, & unde dictum.*

IN Proverbiis Salomonis cap. XXVI. comm. 8. nimirum editione veteri, *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Ebraica veritas habet, במרגמה id est, *in Margemah*, ex qua voce *Mercurium* formarunt, uti vides, prisci; tametsi Graeci interpretes, Chaldaeus paraphrastes, recentiorumque plerique fundam ibi intelligant. De versione non hic disputandum. Gentium sacra ibi intelligit Beda, & ita explicat, *Qui insipienti*, id est, *haeretico, honorem docendi confert, non minus delinquit,*

delinquit, quam qui Deos ac delubra gentilium cultu venerantur inani. Videsis item Joannem Sarisburiensem libro V. de Nugis Curialium, cap. VII. Quid autem *acervus Mercurii* ibi denotet, breviter enarrandum. A sacro enim ritu erat id, ad quod interpres digitum intendit, & ab Orientali cultu. Erant apud priscos Ἑρμαῖοι λόφοι, sive *lapidum acervi Mercuriales*, seu Ἕρμαια, viis publicis & compitis ad itinera demonstranda congesti, quos transeuntes viatores crebro lapidum jactu in Mercurii honorem augebant. Mercurius enim, id est, Hermes, viarum praeses erat, & ὅδιος dictus, quem maxime superum fore iratum, si quis viam erranti comiter non monstraverit, canit Theocritus Idyll. κε'.

------- κεχολῶσθαι,
Εἴ κεν ὁδῷ ζαχρεῖον ἀνήνηταί τις ὁδίτῃ.

Dicuntur acervi illi Ἕρμακες Nicandro, & de eis Epigramma est Antholog. IV. cap. XII. intelligendum:

Ἱερὸν Ἑρμείῃ με παραστείχοντες ἔχευαν
Ἄνθρωποι λίθινον σωρὸν ----

Cultus eorum exprobratur Oraculis Sibyllinis, in prooemio:

Κἂν παρ' ὁδοῖσι λίθων συγχώματα, ταῦτα σέβεσθε.

Fabulam ad hanc rem habent Graecorum commentarii; cum in consessu, aiunt, Superum Mercurius esset Deorum calculum subiturus, accusatus nimirum a Junone ob patratam Argi caedem, in gratiam Jovis, Deorum turbam Mercurium quidem absolvisse, calculos sed omnes, pro singulari coelestis fori ritu, ad ejus pedes jactu coacervasse; quo scilicet facto execrandam sibi etiam caedem illam in Junonis gratiam manifesto narrarent. Hinc in Mercurii honorem mos ejusmodi hominibus usitatus. Ὅθεν (scribit Didymus ad Odyss. π.) καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς, διὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι τούτων καθηγεμόνα, καὶ τρόπον τῶν ἐκδικούντων, σωροὺς ποιεῖν λίθων, καὶ διάγοντας, προσβάλλειν λίθους, καὶ τούτους καλεῖν Ἑρμαίους λόφους. *Inde etiamnum,* inquit, *in usu est, homines in Mercurii honorem, eo quod viarum sit praeses, &, ad morem Deorum eum absolventium, lapidum acervos viis publicis congerere; hos autem praetereuntes crebro jactu augere, &* Ἑρμαίους λόφους, id est, *acervos Mercuriales, nuncupare.* Plura ad eam mentem apud Eustathium, Suidam, Hesychium, & magni Etymologici autorem. Voluit igitur sapientissimus ille hominum, eum qui stultum honestaverit, tandem facere, perinde ac si λόφον Ἑρμαῖον, seu *acervum Mercurii,* lapidis jactu augeret. Collata & stulto, & acervo quasi beneficia, huic lapidis accessione, illi honoris: neuter autem gratum rependit animum, non stultus magis quam lapidum acervus, neuter beneficium conferri satis agnoscit. Adagium vero est Ebraicum, זורק אבן למרקוליס, id est, *Spargit lapidem in Merkolis,* eodem sensu usurpatum, quo a Salomone *Margemah.* De Merkolis R. Nathan autor Baal Aruch, ex Gemara Capitis Rabbi Ismael, in libro ע"ז Talmudis, *Lapides fani Merkolis sic dispositi erant, ut unus hinc, alter illinc, tertius super utrumque collocaretur.* Alius a Joanne Drusio citatus Decuria VIII. Adag. Ebraic. VI. *Merkolis, binis lapidibus sibi mutuo adjacentibus, tertius lapis imponebatur:* quod habetur in Sepher Aemana cap. XX. sed de Merkoli plura occurrunt in Talmudis capite quod diximus. Habetur pag. 49. in editione Veneta: nam in Basileensi deest totus ille liber. Meminere etiam hujus & λιθοβολίας Rabbi Moses Ben Maimon in Misnah Torah lib. I. part. עכ"ום, id est, *de cultoribus stellarum,* cap. III. & Elias in Thisbi. *Margemah* autem a רגם *Ragam,* id est, *lapidibus obruit,* deduci volunt, qui ibi *Merkolis* intelligunt, & *lapidum jactum* interpretantur. Et Rabbi Nathan loco jam citato עבודתה, inquit, רגימת אבנים, *Cultus ejus est lapidum jactus,* seu *Ragemath,* cui *Margemah* cognatum esse volunt. Delirium Goropianum de etymo *Mercurii* & *Margemah* ex Teutonismo petendo quaeras in Hermathenis lib. VII. si nugis plusquam Becceselenicis delecteris.

C A P. XVI.

Numina Syra, quorum gentilia duntaxat nomina comperimus. Pattaeci Phoenicum. Navium proris picti, insignia tantum erant; puppibus, Dii Averrunci seu Tutelae. Navis quae Europam vexit, an Jovis fuerit Tutela. Inter insignia navium seu τὰ παράσημα *& tutelas accurate distinguitur. Philoxenus Glossarii autor notatur: unde Pattaeci dicti.* Ἐπιτράπεζος. *Epitrapezius Pataecus. Conjectura in Hesychium. Hercules Epitrapezius, seu Mensae Genius.*

QUAE veterum monimentis & sacris & profanis peculiari vocabulo & velut proprio indigitantur Numina Syra, hactenus animadvertimus. Ne diligentiae nostrae quis temere detrahat, etiam quae gentium, quibus colebantur, nomine tantummodo innotescunt, non omnino praeterimus. *Deus Hamath, Deus Arphad, Deus Hena, Iva,* alii, memorantur, II. Reg. cap. XVIII. comm. 34. Ita Rabsake, *Ubi est Deus Hamath, & Arphad? & ubi est Deus Sepharvaiim* (de eo supra diximus) *Hena, & Iva? si liberaverunt Samariam de manu mea.* Hamath autem & Arphad, Syriae urbes: constat apud Jeremiam cap. XLIX. 23. Eadem autem os illud impurum, apud Jesaiam cap. XXXVI. 19. Sed vero cap. XXXVII. 12. *Nunquid liberaverunt eos Dii gentium, quos perdiderunt patres mei, nempe Gozan, & Haran, Raseph, atque filios Eden, qui fuerunt in Bithlassar? Ubi est rex Hamath, & rex Arphad, atque rex civitatis Sepharvaiim, Hena, & Iva?* Hic reges dicuntur, qui in Regum libro *Dii,* quod referas licet

ad

ad ea, quae in capite de Molocho indicavimus. *Dii* autem *Seir*, id eſt, Numina Idumaea, occurrunt II. Paralip. cap. XXV. comm. 14. *Et factum eſt, poſtquam rediiſſet Amaziahu a caede Aedomaeorum, adduxit Deos Seir, ſtatuitque ſibi in Deos, & procubuit ante eos, atque ſuffitum exhibuit eis.* Neque importune hic damus Phoenicum *Pattaecos*; quod nomen etiam eſt, ſed ab alia cauſa, generale, & Diis omnibus Phoeniciis, forſan & Syris, commune. Pataecus Deus nunc erat Baal, nunc Aſtarte, ſive alius Syrorum, quem cubitali figura, aut Pygmaei ſtatura in navium & proris, & puppibus circumferebant. Παταίκους appellat Herodotus in Thalia, ubi de Vulcani ſtatua, quam deriſit Memphi Cambyſes; & prorae tantum meminit. *Pataecos*, inquit, οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρώρῃσι τῶν τριηρέων περιάγουσιν. Alii etiam in puppe collocant. Heſychius; Πάταικοι, θεοὶ Φοίνικες, οὓς ἱστᾶσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν· & Suidas; Πάτταικοι θεοί. οἱ Πάτταικοι Φοινικικοὶ (ita legerem) ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρυμένοι. Qui vero in prora pictus, navis inſigne; qui in puppe, tutor erat ſeu Deus averruncus, ſive Deus tutelae, uti veteres loquuntur. Ejus Dei *tutela* navis dicebatur. Hinc aliqui fabulam raptionis Europae ad praedones trahentes, navem, aiunt, Jovis tutelam, effigiem tauri habuiſſe, atque inde a Jove raptam veteres eſſe nugatos. Sic & de Ganymedis aquila ſtatuunt: videſis Sextum Pompeium in Europa, Lactantium de falſa Religione cap. XI. ut caeteros praeteream. Hic, ſi illi non male interpretantur, Belus ſub tauri effigie tutor erat navis & Pattaecus in puppe collocatus. Nam Belus Phoeniciorum eſt Jupiter. Sic Virgilius:

----- *aurato fulgebat Apolline puppis,*

quae Apollinis tutela erat: & Perſius Sat. VI.

----- *jacet ipſe in littore, & una*
Ingentes de puppe Dei. -----

Alia ejuſmodi apud veteres. Caeterum cum haud taurina figura apud Phoenicios coleretur Jupiter, ſed magis Aſtarte, quae *curvos*, ut ait ille, *imitata eſt lunae ignes*, male conjectant qui ea, Tutelae Deum, in Europae raptu, ita ſignatum volunt. Accedit, propria Numinum ſimulacra pro tutoribus olim navium (ut ſaepe jam ſanctorum effigies apud Chriſtianos) habita, animalium autem figuras in proris, & pro παρασήμοις ſeu inſignibus naves tantum denominantibus, eſſe adhibitas, ut de Aeneia nave, quae tenebat roſtro leones ἀντὶ τοῦ παρασήμου, teſtis eſt Maro lib. X. Nomen etiam ſemper accipiebant naves a ſignis illis ſive animalium, ſive heroum, ſeu rei cujuſpiam alius in proris pictae, aut caelatae, nunquam, ni fallor, a Numinibus, quorum in tutelis ipſae fuerint. Et rectius multum ii, qui inſigne navis quae Europam vexit taurum fuiſſe, uti & arietem ejus quae Phryxum, ſcribunt: ſic Euſebius in Chronicis. Sic *equos* dictas Gadarenſium naves, quorum prorae inſculptis equis inſignes, refertur apud Strabonem; cui ἐν ταῖς πρώραις ἐπίσημα, hujuſmodi inſignia nuncupantur: obvium eſt libro β. De hujuſmodi intelligas D. Lucam in Actis Apoſt. cap. XXVIII. comm. 11. ubi Syracuſas a Melita vectus eſt D. Paulus in navi Alexandrina, cui παράσημον *Dioſcuri*, hoc eſt, Caſtor & Pollux, ſive Gemini, ut Syrus & Arabs vertunt (ſed tamen alii etiam ſunt *Dioſcurorum* ſub nomine in veterum indigitamentis) ad quem locum bene Theophylactus: Ἔθος γὰρ, inquit, ἀεί πως ἐν τῷ Ἀλεξανδρείων μάλιστα ναυσὶ πρός γε τῇ πρώρᾳ δεξιά τε καὶ εἰς εὐώνυμα γραφὰς εἶναι τοιαύτας. Semper enim παράσημον in proris, ut in puppibus Tutela. Sunt magni viri qui & locum illum aliter, ſed male, intelligunt. Sed doctorum nonnulli, veteris Gloſſarii Latino Graeci autorem, qui Philoxenus putatur, ſecuti, diſcrimen hocce non capiunt. Ita Gloſſario legitur; *Tutela*, παράσημον τοῦ πλοίου. male omnino: ſed peroptime diſtinxit haec primus, quod ſciam, V. cl. Daniel Heinſius in notis ad XIV. Silii Italici, & poſt eum heros ille Joſ. Scaliger in Euſebianis, qui ad Feſtum tamen ſatis incogitanter παρασήμου & *Tutelae* diſcrimen non animadverterat. Recte vero ibi doctorum Phoenix ab Ebraea lingua *Pataecων* petit originem: vocabulum denotare ai caelaturas ſive ἐκτυπώσεις· certe τὸ פתוחים *Pittocim* idem in Sacris Literis ſignificat, quod u per Graecanicam Orientalium vocum depravationem in Παταίκους migraret, non erat difficile. Quod Dii iſti ſive picti ſive aliter ficti in pror puppive erant, ideo *Pattaeci* dicti. Πάταικος item & ἐπιπάταικος habentur apud Heſychium in Γιγνῶν· verba ejus jam addidimus capite d Ciun. Alibi item ille; Εὐφράδης, Πάταικος ἐπιτραπέζιος· quid hic Εὐφράδης, non intelligo ſed ex hoc loco hariolandum eſſe aeſtimo, apud eum in Γιγνῶν, τὸ ἐπιπάταικος a librariorum in curia irrepſiſſe, & Πάταικος ἐπιτραπέζιος Heſychium ibi etiam ſcripſiſſe. Pataecus autem Epitrapezius, Herculis, ni fallor, ſtatua erat, qua menſae apud veteres Genius & Tutela, ut alii quos diximus, Pataeci erant navium. Inde enim titulus ille in Papinii Sylvarum IV. *Vindici Hercules Epitrapezios:* de quo idem ipſe:

----- *caſtae genius tutelaque menſae*
Amphitryoniades.

Etymologici autem autor; Παταικὸς, κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ α, ἀπαταικὸς, Ὦρος. Non omnino capimus quid ſibi velit hic Ὦρος. Grammaticum celebrem eo nomine frequentius citatum in Etymologico agnoſcimus, atque ad hunc modum etiam poſt expoſitiones vocabulorum, velut autorem, adjectum. Sed nemo neſcit etiam Orum non vulgarem inter veterum, maxime AEgyptiorum, Numina locum obtinuiſſe. Si Grammaticum hic intelligas, quid ſibi voluerit ipſe Grammaticus, planiſſime intelligere nequis. Quid, cedo, Ἀπαταικὸς? quorſum ἡ ἀφαίρεσις τοῦ α? Qualiſnam omnino τοῦ Παταικὸς explicatio? prorſus nulla: ſed ſomnium ridiculum. Neque τὸ ἀπαταικὸς ipſo Παταικὸς (quod tamen vetuſti ſcriptoris apud Plutarchum in Solone nomen eſt) minus ignotum, aut a Graeciſmi analogia alienum minus. Propenſius igitur olim exiſtimabamus nos non tam Grammaticum quam ipſum cognomine Numen ad enarrandum τὸ Παταικὸς ibi allatum eſſe; ac ſi dixiſſet Etymologici autor, neſcio unde

e edoctus, Παταικὸν & Ἀπαταικὸν fuisse nomi-
a (quorum primum ex secundo per aphaeresin
t) Ori Numen designantia. Ita certe sensus erit
liquis, & orationis ejusmodi contextus, ut sal-
em aliquid ibi, rationi non undiquaque disso-
um, innui videatur: Orum scilicet ait, qua Deus
rat, inter Pataecos numeratum esse, immo ita
cceptum ac si ipse & Pataecus synonyma fuis-
ent: quod scriptum fortasse repererat ab aliquo,
ui Orum *Pataecum* dictum (quo nomine Dii
mnes in puppibus caelati) vocabuli vim mini-
ne assecutus alicubi legisset. Ita certe Καβείρυς
dem Etymologici autor esse scribit nomen ali-
uot Deorum, Cereris nempe, Proserpinae, &
lutonis, &, secundum alios, Jovis, & Bacchi,
um interim certissimum sit, nomen illud ab E-
raico seu Phoenicio כבר *Cabar* (quemadmo-
lum supra monitum est) formatum, *potentes* ge-
eratim *Deos* (uti sunt universi) seu δυνατὲς re-
era denotare; utcunque ab antiquorum nonnul-
is, qui ne id quidem suspicati sunt, aliis prae-
er autorem hunc, singulares duntaxat aliquot Dii
o nomine indigitentur. Atque ita, ni fallor,
venit in hoc τȣ̃ Παταικὸς exemplo. Utrumque
nim ab Orientali, Ebraea nimirum, origine e-
nanavit; utriusque par apud Graeculos plerum-
que ignorantia; & utrumque demum, ut fit, ma-
e ad singularia restrictum est. Atque ut illud si-
ve ad tres illos, sive illos binos Deos designan-
los (quoniam scilicet Κάβειροι erant & potentes)
atis indocte velut proprium usurpabatur, ita hoc,
n hoc loco, ad denotandum unum Orum, qui
tem Pataecus erat, seu puppibus caelari solitus,
ıti Dii, pro vario gentium ritu, caeteri. Ita כוכב
etiam, quod *stellam* generatim significat, pro Lu-
cifero antiquitus acceptum. Et compluria sunt
ejusmodi. Caeterum dubitanter haec de Etymo-
logici loco scribimus, uti etiam in prima editio-
ne scripsimus, sed sermone multo contractiori.
Me tamen, quia Orum Deum magis, quam Gram-
maticum eo loci haesitans intelligebam, pluribus
ante septennium insectatus est, Diatriba adversus
unum & alterum historiae nostrae Decimarum an-
te decennium Anglicano idiomate editae caput
conscripta, theologus Cantabrigiensis, Graece sa-
ne & Latine doctus, sed non nobis solum verum
& sibi ipsi multo quam par erat (quod nec me
solo judice dictum est) inter scribendum passim
iniquior; ne quid gravius dicam. *Non omnino
capimus* (sic se habent verba nostra primae edi-
tionis) *quid sibi velit hic autor. Neque enim
Orus magis Pataecus dicendus est, quam quivis
alius Deus. Et quod de aphaeresi τȣ̃ α habet,
nobis prorsus inauditum est, nec alibi compertum.
Neque ex iis sumus, quos pudet nescire quod ne-
scimus.* Satis modeste sane (absit invidia verbo)
scriptum! Sed exclamat ille, me hisce Gramma-
ticum in Divos retulisse; crassae insimulat in-
scientiae; &, ac si nescio quam ex mustaceo hic
laureolam nactus fuisset, de nobis apud verna-
culos sibi triumphare visus est: quam juste, cen-
seant judices aequanimi! Sed adjiciendi plura de
homine locus hic non est; uti nec plura aperien-
di de lite illa Decimarum acriter nimis, non
dico quam feliciter, a compluribus contra nos,
manum interea de tabula, non sine jussu princi-
pali, cui libentissime parebamus, secure retinen-
tes, disputata. Numerosus sane est libellorum,
quos ea occupat, cumulus. Sed diu est quod an-
nosa satis, & satis vexata, prudenter, puto, sopi-
ta est.

CAP. XVII.

AEneus serpens. Serpentes in sacris. Beli & Draconis historia apocrypha unde. Belus, Deus gulosus. Suem cultum Judaeis scribunt veteres: item asinum, & asini caput: unde eae sive nugae, sive calumniae: ex Gnosticorum forte disciplina. Cur coelum Judaeis Numen fuisse tradatur. Coelicolae in codice dicti. Rejecta quae nonnullis sunt alia Syrorum Numina.

SUNT autem, quae consulto hactenus omisimus. Neque enim locum dedimus aeneo serpenti a Judaeis adorato, quippe qui jussu Dei Opt. Max. conflatus est: neque restat quod ad rem de eo dici posset, praeter ea quae in Ezechiae historia scripta relinquuntur. Somnia quae de eo & columnis, nescio quas, incisis junxit Philastrius, uti pluria ejusdem figmenta, fastidit stomachus noster. Neque si Hesychii presbyteri Constantinopolitani libri IV. fictis ad Deum Opt. Max. Mosis de eo orationibus, Dei vicissim ad Mosem, turgescentes, ad manus nostras pervenissent, inde quid operae nostrae sperandum fuisse existimamus. Memoratur ille Hesychius in Photii Myriobiblo Cod. LI. Deum Maozzim, seu *robustum & potentem*, quod מעזים Danielis cap. XI. comm. 38. & Μαωζεὶν Senioribus dicitur, praetermisimus ut plane ignotum, aliter ac locus ille unicus Sacrae Historiae indicat. Sed vero & hic corollarium de Draconis & Beli historia apocrypha, & de Sue, Asino, & Coelo, quae velut Numina Ebraeis olim habita immerito exprobrantur, seorsim adjicimus, neque alium ut sortirentur locum voluimus, ne indubitata vetustatis monimentis aut fictas improborum, in gentem a Deo Opt. Max. electam, calumnias aut imperitorum sive male feriatorum nugas misceremus. Quod ad Draconem Babyloniorum in Apocryphis celebratum attinet, poema sacrum historiolam illam quis magis nuncupet, quam inter signatae veritatis testimonia numeret. Serpentes, seu dracones inter recondita gentium mysteria inprimis habita scio: & docent Clemens Alexandrinus, Julius Firmicus, Justinus Martyr, alii: & quanto honore AEgyptiis & Phoenicibus olim serpens fuerit habitus, qui Ἀγαθοδαίμων & Κνὴφ & *Ophioneus* dictus, videre est apud veteres, quos laudat Eusebius in προπαρασκευῆς α. cap. ult. Neque in Mesopotamia esse serpentes, qui indigenas non laedant, advenas autem vehementer infestent, tradidisse Aristotelem libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων ignoro. Unde satis esse potest verisimile, & incolas & accolas (hos, ut malum averruncarent; ut gratias rependerent, illos) serpentem adorasse, ejusmodi enim cultus nec veteribus infrequens neque novi orbis incolis. Veruntamen cum duo tan-

tantummodo inter vetera monimenta, sint commentaria, neque ita probatae fidei, quae Draconem illum Babyloniorum Numen afferant, ea vero etiam adinvicem, haud parum diffideant, non omnino potis sum animum inducere, ut isthinc numerum Deorum Syrorum augeam. Scriptor enim eorum, quae Apocrypha dicuntur Danielis, & Josephus consarcinator nuperus Ben Gorion dictus, sunt hujusce rei autores bini qui restant. Hic sub Dario, ille sub Cyro collocat. Hujus de Daniele parante Draconi deleterium verba Latine sunt ex Ebraeo versa: *Abiens vero Daniel a conspectu regis paravit instrumenta ferrea instar pectinum, quibus lina repurgantur, & conjunxit ea interius, tergum conjungens tergo, aculei autem eorum extra prominebant per circuitum limati & acuti, quibus undique adhibuit varias ciborum species, praesertim adipem, pinguedinem, & alias res pingues: lituram quoque sulfuris & picis apposuit ei, quibus fomentis absconditi sunt aculei ferrei & dentes illi serrati, habuitque formam demensi.* (Ebraice מנחה *Mincha*, quod est munus Deo oblatum.) *Cumque Daniel illud projecisset in rictum Draconis, suscepit ipsum Draco, & devoravit eum desiderio animae suae. At ubi descendit ad interiora ventris ejus, dissolvebatur adeps & pinguedo a ferreis aculeis, & ingrediebantur acumina serratorum dentium in viscera Draconis, atque perforabant ea; & illico coepit Draco sentire ingentem dolorem, corruensque mortuus est sequenti die.* Ita Ben Gorion lib. I. cap. X. Atqui in Apocryphis, pix solummodo, pinguedo, pili, & ex iis massae factae memorantur; quarum esu Draco disruptus. In iis item ob interfectum Numen, Daniel in leonum lacum conjectus est, de qua ne γρῦ quidem apud Gorionidem; qui nihilominus probabiliora adfert de tempore, quam Apocryphωn autor. Nam in leonum lacum Daniel detruditur sub Dario (testis est omni exceptione major ipse propheta capite VI.) & sub eodem, draconem interfectum vult ille Josephus. De Belo insuper uterque refert, quae non alibi apud veteres comperias. Caeterum, quae ingluvici ejus cottidiana erant sacra, sunt Apocryphωn autori, σεμιδάλεως ἀρτάβαι ιβ. καὶ πρόβατα μ. καὶ οἴνου μετρηταὶ ϛ. Josepho autem Gorionidi, Juvencus, X. arietes, C. pulli columbarum, & LXX. panes subcinericii, & X. amphorae (id est, כדי *Caddai*) vini. Tam male huic cum illo convenit; tam subsidia veterum utrisque desunt, ut fidem neutri habere simus ausi. Caeterum quisquis ille fuerit, qui adeo gulosum hunc Deum esse primo, enumeratis obsoniis, finxerit, id omnino non absque Sacrarum Literarum autoritate voluit: nam apud Jeremiam cap. LI. comm. 44. cultum Beli notatum legerat, *Visitabo quoque Bel in Babylone, & extraham de ore ejus id quod devoravit.* Neque autem Ebraicis, quae Danieli adscribuntur, codicibus, Beli, Susannae, aut Draconis commenta sunt reperta, sed ex Apocryphis cujusdam Habacuc Ben Jesu sunt desumpta. De ea re D. Hieronymus; *Eusebius & Apollinarius pari sententia responderunt* (nempe Porphyrio) *Susannae Belisque ac Draconis fabulas non contineri in Ebraico* (Porphyrius ille adversus θεοπνεύστων Danielis prophetiam scripserat) *sed partem esse prophetiae Habacuc filii Jesu de tribu Levi; sicu juxta LXX. interpretes in titulo ejusdem Bel fabulae ponitur;* Homo quidam erat sacerdos, nomine Daniel, filius Abda, conviva regis Babylonis: *cum Danielem & tres pueros de tribu Jud fuisse Sancta Scriptura testetur. Unde & no ante annos plurimos, cum verteremus Danielem has visiones obelo praenotavimus, significante eas in Ebraico non haberi. Et miror quosdam* μεμψιμοίρους *indignari mihi, quasi ego decurtave rim librum; cum & Origenes & Eusebius & Apollinarius, aliique ecclesiastici viri, & docto res Graeci has, ut dixi, visiones non haberi apu Ebraeos fateantur, nec se debere respondere Por phyrio pro his, quae nullam Scripturae Sancta autoritatem praebeant.* Hactenus pater ille. D Sue ab Ebraeis culto, Petronius in Catalectis:

Judaeus licet & porcinum Numen adoret.

De Asino seu aureo Asini capite & Zabido spur cissimas ad hanc rem fabulas habes, quas Appion objicit apud Fl. Josephum. Tacitus Histor. V *Effigiem, qua monstrante errorem sitimque repu lerant, penetrali sacravere.* Asinum intelligit Eandem ob causam animalis apotheosin tradit Plu tarchus Sympos. IV. cap. V. Suem velut sementi atque arationis magistram coli putat. Ἴσως, in quit, ἔχει λόγον ὡς τὸν ὄνον ἀναφήναντα πηγὴν αὐ τοῖς ὕδατος τιμῶσιν, οὕτω καὶ τὴν ὗν σπόρ καὶ ἀρότου διδάσκαλον γενομένην. Verum, an quo carne suilla abstinerent, ideo porcinum Nume eos veneratos esse, creduli nimis aestimarunt? D abstinentia sane tantum, non cultu, loquitur Ta citus, alioquin ut historicorum optimus, ita de Judaeorum ritibus nugator summus. Unde vero fabulae Asininae origo? Plusquam ridicula sun quae blaterat Appion apud Josephum. Nec minus impium est, quod de statua habent lapidea in templi Hierosolymitani adytis ab Antiocho Epiphane reperta, figura humana, barba promissa, & quae teneret manibus librum, asinoque insideret. Mosis esse putabat nefarius ille tyrannus. Historiam legas in Excerptis e Diodori Siculi libro XXXIX. Atqui in Gnosticorum libris de hac re nonnihil. In iis unus erat ἡ γέννα Μαρίας dictus, in quo mira de Zacharia perempto ob asininum Numen, inter sacrificandum, ab eo conspectum, & vulgo proditum, scelesti ostentabant. Et quem Sabaoth, inter nominum portenta, vocitabant, eorum nonnulli asini, alii porci figuram habere praedicabant. Φασὶ δὲ (scripsit Epiphanius) τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Hinc forsan porcini Numinis falso Judaeis tributi ratio. Si enim quod carnem porcinam non comederent, ideo porcum adorare dicerentur, quid obstabat quo minus etiam de camelo, cuniculo, corvo, struthione, & id genus aliis, saltem non tantum de Sue, similia olim ficta fuissent? De Judaeis autem id affirmasse nonnunquam profanos, quod haeretici somniabant Christiani, non est mirum: neque versatus quis in veterum monimentis nescius est, cum de Judaeis urbe pulsis verba fiunt, Christianos interdum intelligi. Qui enim, licet vario cultu, Deum Opt. Max. venerabantur, nec idolis faciebant, eos, sive Judaei, sive Christiani

ſtiani fuerint, cum ſcilicet Chriſtianorum nomen, primis naſcentis eccleſiae ſeculis, haud ita eſſet profanis ſeorſim cognitum, Judaeos omnino nuncupabant. Hujuſce rei locus eſt inſignis apud Arrianum in Epictetum lib. II. cap. IX. Sed commento illo aſinino Chriſtianos, etiam orthodoxos, onuſtos, ac *aſinarios* dictos, ſcimus. Atque in eorum opprobrium figuram pinxit olim ſpurciſſimus nebulo, quae auribus erat aſininis, altero pede ungulata, librum geſtans, & togata ; ejuſmodi adjecta inſcriptione, DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITIS : vide, ſi placet, Tertulliani Apologetic. cap. XVI. & adverſus Nationes libro I. cap. XI. praeter Minutium Felicem. COELUM porro a Judaeis cultum, ut Numen primarium, traditur. Petronii, quem laudamus, verſum, ſequitur :

Et Coeli ſummas advocet auriculas.

Et Juvenalis Satyr. XIV. de iis,

Nil praeter nubes & Coeli numen adorant.

Sic Strabo lib. XVI. ex Moſis doctrina, ſed falſo, docet. Conſtat autem apud Ebraeos τὸ שמים, id eſt, *coelum,* ſaepe pro Deo Opt. Max. accipi : & in Novo Teſtamento Οὐρανὸς, ad eorum morem, ita uſurpatur. D. Matthaeus cap. XXI. comm. 25. ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων· & D. Lucas, cap. XV. comm. 18. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανόν. Scimus militiae coeli aras in veteri Judaeorum ſuperſtitione dicatas : ſed vero ea huc non trahenda. Male intellectum Judaeorum idioma ſeu phraſin in cauſa fuiſſe putavi, cur ſummum iis Numen coelum eſſe impii calumniarentur ; tametſi Chriſtianorum imperatorum edictis ſub nomine *Coelicolarum* coerceri videantur. Qui enim *coelicolae* in Codicis titulo *De Judaeis & Coelicolis* vocantur, Judaeos fuiſſe quis autumet, edoctus eſt codicis Theodoſiani lib. XVI. tit. VIII. l. 19. unde lex duodecima Juſtiniani ſumpta : ſed vero Honorius & Theodoſius ibi ; *Coelicolarum nomen inauditum quodammodo novum crimen ſuperſtitionis vindicavit.* Certe ſi Judaei intelliguntur, nomen tunc temporis non erat Romae inauditum ; nec crimen novum. Judaei enim *Coelicolae* dicti, ſaltem re ipſa deſignati, etiam ſub Auguſto, uti ex Strabone liquet. An Gnoſticos igitur aut Saturnilianos, qui, innumeris coelis non ſine aenigmate fictis, ſupremum eorum, ipſum eſſe Deum Opt. Max. nugabantur, intellexere ? Atqui harum etiam neutra haereſis ſub Theodotio inaudita dicenda erat ; utraque diu antevertit. Caeterum liras ejuſmodi, liras, quales de *ſue, aſino, coelo* calumniae ſunt, in gentem a Deo primum electam, ab imperitis & profanis conflatas, non magis quis aeſtimet, quam eorum Sabbatum Saturno dicatum eſſe ; ipſos primum *Idaeos* ab Ida monte, aucto in barbarum cognomento, *Judaeos* vocitatos ; ſacerdotes eorum tibia tympaniſque concinere, haedera vinciri ſolitos ; vitem auream in templo eſſe ſacratam, idque, uti caetera, in Liberi patris ſeu Bacchi honorem fieri conſueſſe ; & hujuſmodi innumera alia, quae veteres ſomniaſſe videre eſt apud Tacitum, Plutarchum, Strabonem, Diodorum, Trogum. Nec ſibi conſtans Tacitus miram de eorum ſacris prodit incogitantiam ; *Aſini effigiem penetrali ſacraſſe eos, caeſo ariete, in contumeliam velut Hammonis,* futilem vulgi opinionem amplexus dicit. Dein vero paucis intercedentibus periodis, *nulla ſimulacra urbibus ſuis, nedum templis, eſſe,* ſcriptum reliquit. Libenter ea Chaldaeorum miſſa facimus Numina, quae ad Danielem quidam commentantes obtrudunt, lectoribus imponentes. *Rach,* inquam, quem pro Sole adferunt ; ut *Nego,* pro igne : & neſcio quae Hierophantarum nomina inauditis Diis peculiaria adjiciunt. Fatemur nos in veterum monimentis iſta non adhuc comperiſſe ; quae ibi deſtituunt indagantem, fruſtra eſt qui ſive pro certo, ſive pro veriſimili adducere quid in hujuſmodi indagine properet. Scimus aſtronomis Judaeis Veneris ſtellam נגה *Nogah* dici : & legimus apud Plinium lib. VI. cap. XXVI. ſed verbis depravatis, ubi de Orchenis agit Chaldaeorum ; *Ab iis Notitae, & Ortophantae, & Graeciochantae ;* quae etiam varie in vetuſtis exemplaribus exarantur. Hinc, opinor, anſa datur male conjectantibus nova illa Numina & Hierophantas fingendi. Geographi nil ibi praeter gentes deſignatas agnoſcunt, tametſi nec Ptolemaeus, nec Antoninus, neque Strabo, nec, quod ſciam, veterum quis alius ad λέξεις illas, ni fallor, vere μονήρεις, neque alibi occurrentes, ſatis explicandas, ſuppetias ferant. Nos ibi nihil omnino ſacrorum videmus, nec recentiorum autoritati tantum tribuimus, ut quorum in priſcis ſcriptoribus nulla extiterint veſtigia, ea, velut priſca, in noſtrorum claſſem temere recipiamus.

SOLI DEO, UNICO ET TRINO, HONOR ET GLORIA.

FINIS.

EUTYCHII

AEGYPTII,

PATRIARCHAE ORTHODOXORUM

ALEXANDRINI,

Scriptoris, ut in Oriente admodum vetusti ac illustris, ita in Occidente tum paucissimis visi, tum perraro auditi,

ECCLESIAE suae ORIGINES.

Ex ejusdem Arabico nunc primum typis edidit, ac versione, & commentario auxit

JOANNES SELDENUS.

------ *Non, si quid* TURBIDA ROMA
Elevet, accedas; examenve improba in ILLA
Castiges trutina---------PERS.

quempiam reperiri (modo rem aliquantulo fufius difcutere adgrediatur) a quo non etiam in primis ufurpatur locus ille Hieronymi percelebris de prifco ecclefiae Alexandrinae more, pro vario hominum tum ingenio tum partium ftudio perquam diverfimode intelligi folitus. Ifte, inquam, qui habetur in epiftola ejus 85. feu ad Evagrium. Ibi, fimulac ex Foedere Novo eofdem apoftolorum aevo effe presbyteros quos & epifcopos probare fatagens verba facra illuc fpectantia collegerat, ad infequentia dein tempora & fingulare ecclefiae jam dictae exemplum defcendens, haec fubjicit. *Quod autem poftea unus electus eft, qui caeteris praeponeretur, in fchifmatis remedium factum eft, ne unufquifque ad fe trahens Chrifti ecclefiam rumperet. Nam & Alexandriae a Marco evangelifta ufque ad Heraclam & Dionyfium epifcopos, presbyteri femper unum ex fe electum, in excelfiori gradu collocatum epifcopum nominabant. Quo modo fi exercitus imperatorem faciat; aut diaconi eligant de fe, quem induftrium noverint & archidiaconum vocent.* Totidem fyllabis, cum reliquis ferme ejufdem epiftolae, locus ille transfertur in Decretum Gratianeum, feu Corporis Juris Canonici partem primam, Dift. 93. cap. XXIV. legimus. Atque hic *praecipuum quaeftionis momentum ac difputationis totius facere* Hieronymum ait Dionyfius Petavius. Et mire torquet theologos, quotquot hierarchiam receptiorem velut ab apoftolis inftitutam neceffario retinendam contendunt, locus ille, adeoque ut etiam audentius afferere aufi fint nonnulli, haereticorum & fortaffe AErianorum dolo & manu epiftolam illam fuiffe corruptam. Vide Ludovicum Cellotium de Hierarchia lib. IV. cap. XVI. Neque vero apud veteres five patres five hiftoricos, qui proftant, ulla alibi, quantum fcio occurrit moris hujus Alexandrini aut vola aut veftigium; nifi id quod de presbyteris apud AEgyptum, ex Commentario illo qui Ambrofio tribuitur in Epiftolam ad Ephefios, uti & locum alterum, in Quaeftionibus ad utrumque Foedus quae Auguftini dicuntur, huc referendum duxeris. Quod & merito fane facias; qua de re plura in Commentarii numero 19. Jam vero cum de ordinis hieratici in ecclefia Alexandrina, id eft, de presbyterorum & epifcoporum, ipfiufque patriarchae, etiam & de ipfiffimo hoc quem memorat Hieronymus more, teftimonium multo luculentius explicatiufque habeatur apud fcriptorem fane vetuftum, Arabicum, AEgyptium, eumque ejufdem ecclefiae patriarcham orthodoxorum (nam alius erat ibi non raro Jacobitarum) necdum typis editum, & perpauciffimis, nifi fallor nimium, aut lectum aut vifum; operae pretium duximus nec ftudiofis atque ingenuis veritatis indagatoribus falfique larvarum oforibus ingratum, illudinde fideliter excerptum interpretari ac commentario illuftratum edere.

Patriarchae huic a natalibus nomen erat سعيد *Said* cum adjectione patronymica ابن بطريق *Ibn Batrik,* id eft, *Saidus filius Batrici* feu *Patricii,* aut *Batricides.* Cum autem patriarcha factus eft, maluit fibi nomen افتيشيوس quod & exaratur fubinde اوتيشيوس & اوتوشيوس pro eo quod e Graeco eft *Eutyches* aut *Eutychius.* Vocabulum illud e Graeco fic in Arabica elementa deformatum legi quidem olim, fed non fine errore, *Aphthifius;* uti &, juxta mecum, vir fummus Thomas Erpenius orientalium linguarum, maxime Arabicae, in occidente parens, dum vixit, colendiffimus. Id quod ex ejufdem annotatiuncula de autore hoc, codicum quibus utor alteri, fua manu, dum aliquamdiu confuetudine ejus Londini annis abhinc amplius viginti fruebar, adjecta liquet. Et lectionem ejufmodi fatis ferunt ipfa vocabuli elementa. Sed tandem vidi *Eutychis* & *Eutychii* nomina ab ipfo Saido eifdem literis defignari, unde & eundem *Eutychium* aut *Eutychen* dicendum minime dubitavi. Nec tam novum ita fumpfit fibi nomen Saidus, quam priftini interpretationem aut alia ex lingua fynonymum. Nam

سعيد

سعيد *Said* idem Arabice significat quod Graece *Eutychius* aut *Eutyches*, aut Latine *Fortunatus*.

Patria erat AEgyptus. Natalium locus (ut testatur ipse in Chalifatu Kahiri Billa) Fustatum; de quo vide, si placet, Geographiam Nubiensem in parte III. climatis 3. praeter Leunclavium in Pandectis Turcicis, cap. LXI. & CCXII. Tempus natalium ejus fuit annus octavus Mutemadis Billa Ibn Metwachal Chaliphae in Syria, Achmede Ibn Tolon Chaliphatum obtinente AEgypti; dies vero dominicus & 27 mensis Dilhuggiae, anni Hegirae 263. ut expressim in codicum quibus utor ejusdem altero, sive ab ipso Eutychio, sive a nescio quo alio traditur. De anno verba sunt وذلك في سنه ثلاثه وستين ومايتين قمريه ومن الهجره الي مولده مايتين واربعة وخمسون سنه *Atque hoc evenit anno* 263. *lunari. Et ab Hegira ad natales ejus anni sunt solares* 254. Dum vero numeratur ibi annus a Christi incarnatione, fit ille 868. qui plane idem est qui nobis in chronologia receptissima habetur 876. Nimirum Eutychius passim in chronologia sua Christi natales octennio facit recentiores quam in aera vulgari, uti & monuimus in commentario, numero 15. Adeoque ex ea ratione Hegiram ab anno Christi 614. auspicatur, quam unanimes tribuunt chronologi nostri anno vulgari Christi 622. Atque ex 622, & 254 annis solaribus conficitur annus ille 876. Dies autem 27 Dilhuggiae in anno Hegirae 263. respondet diei 8 Septembris in anno 876 Juliano. Accepi vero, & beneficium libentissime agnosco, ab viro literis optimis ac virtute ornatissimo Edwardo Pocockio, Oxoniis linguae Arabicae professore dignissimo, vitam MS. Eutychii nostri ab Ibn Abi Osaibea Mahumedano, inter vitas Arabum qui medicina (nam & medicus erat insignis Eutychius) claruere scriptam. In ea idem dies, mensis, ac feria eadem, natalibus ejus tribuitur. Annus vero interim ibi est ثلث وعشرين ومايتين للهجره 223 *Hegirae*. Sed librarii error est manifestus. Et pro عشرين *vigesimus*, plane ستين *sexagesimus* legendum. Autor ille alias dicitur Abu Elaighbas Achmed Ben Casem, quem eundem existimo esse cum Ben Casem Virorum illustrium vitarum autore aliquoties citato a Gabriele & Joanne Maronitis in tractatu de Rebus orientalibus Geographiae Nubiensi subnexo. Floruit hic sub annum Hegirae 610. seu annum Christi 1212. Anno nempe aetatis suae 37 mortuus est, anno Hegirae 616. qui Christi est 1220. Igitur natus est Eutychius Carolo Calvo Occidentis, Basilio Orientis imperatoribus, & Alfredo rege Angliae, patriarcha Alexandrino tunc Michaele. Dum autem temporis hunc qualemcunque calculum ex Arabismo afferimus, subit in mentem illud Landulphi Sagacis de summa atque inaudita numerandi inscitia, quam Arabibus, autore Graeculo aliquo, imputat. Ait nempe, libro XX. Ulid, seu Walid Chalifam Syriae *prohibuisse scribi Graece publicos logothesii codices, sed in Arabicis annotari sine computo*: *quoniam*, sic ille, *impossibile est illorum lingua monadem vel dualitatem aut trinitatem, aut octo & dimidium aut tria scribi, propter quod & usque hodie sunt notarii Christiani.* Ita in rebus Justiniani Rhinotmeti seu sub annum Christi 700. Landulphus. Sed mirari satis nequeo, undenam hoc commentum primo natum. Manifestius nihil est, quam non solum in Arabum lingua Walide hoc vetustiore, utpote etiam in Alcoranica, numerandi rationem pariter, ut linguis in aliis, exprimi, verum etiam ipsas, quibus utimur Europaei, figuras numerales, operationibus arithmeticis adeo accommodas, quas Barbaricas appellitamus, ab eis olim mutuo Europaeos accepisse, nec ita multo aliter a nobis etiamnum quam ab illis formatas. Et Guilielmus Malmesburiensis lib. II. de Gestis regum Angliae, cap. X. ubi Gereberti, postea Silvestri secundi papae (quem tamen ille Joannem XV. perperam facit)

facit) hiſtoriam intertexit, eum ait *primum a Saracenis Abacum rapientem, regulas dediſſe, quae a ſudantibus abaciſtis vix intelligantur.* Sed haec obiter.

Dignitas Eutychii noſtri cernitur tum in artis medicinae ſingulari qua claruit fama, tum in rebus & hiſtoricis & theologicis quibus admodum polluit, adeoque in faſtigio in quod evectus eſt patriarchali. Medicum quidem ipſe ſe in ſcriptis ſuis non ita raro appellat, adjecto nomini ſuo, quod, juxta orientalium morem, ſubinde inſerit, vocabulo المتطبب *Medicus.* Et Achmed Ben Caſem in vita ejus ; وكان طبيبا مشهورًا عارفا بعلم صناعة الطب وعملها متقدما في زمانه *Et medicus fuit inſignis, tum theoricae tum practicae ejuſdem partis gnarus, ac tempore ſuo praecellens* ; quemadmodum item erat frater ejus Iſi Ibn Batrik dictus. Scientiam ejus hiſtoricam ſcimus ex Annalibus ejus, de quibus mox. Theologum autem ſubinde in Annalibus illis agit acutum, dum in Arianos, Neſtorianos, id genus alios, tam obiter, ſed breviuſcule, diſputare vult, quam res eorum narrare. In dignitatem patriarchalem evectus eſt, poſt obitum Chriſtoduli patriarchae Alexandrini, annos natus ſolares circa quinquaginta octo. Nimirum anno Hegirae 321. ſeu primo Chalifatus Kahiri Billa, factus eſt patriarcha, d. 8 menſis Tzephari, ut expreſſim tum Ben Caſem tum Eutychius ipſe. Sed altero in exemplari Eutychii (nam binis uſi ſumus, ut ſtatim dicemus) manifeſta eſt in numeris hac de re depravatio. In calculo Juliano reſpondet annus Chriſti 933. ac dies Februarii octavus. Sedit annis lunaribus 7 praeter 6 menſes, quod teſtatur tam Georgius Elmacinus, aut adnotatio ei adjecta lib. III. cap. I. quam Vitae ejus autor jam ante dictus. Macarius erat tunc temporis Jacobitarum ſeu Eutychianorum ibi patriarcha, uti hic الملكية *Orthodoxorum.* Sic enim in urbe illa, ſeditionibus deditiſſima, diu etiam antea obtinuerat, ut tam haereticis ſuus quam orthodoxis ſuus eſſet ibi epiſcopus. Vide Nicephorum Hiſt. 15. cap. XVI. Et breviculus hiſtoriae Eutychianiſtarum, ſeu Geſta de nomine Acacii, cum pontificum Romanorum epiſtolis aliquot ab Jacobo Sirmondo dudum edita, pag. 16. *Mortuo principe Marciano, collectis turbis haereticorum, Timotheus & Petrus veniunt Alexandriam, & ordinatur ab haereticis Timotheus epiſcopus. Duo igitur apud Alexandriam epiſcopi eſſe coeperunt.* Orthodoxorum tunc erat Proterius. Tam vero Georgius Elmacinus quam Ben Caſem ait diſſidia viguiſſe non levia inter Eutychium & plebem ſuam. Diarrhoea tandem laborantem Alexandriae eum obiiſſe anno Hegirae 328. die lunae qui poſtremus erat menſis Ragebi. Initium anni illius erat 18 Octobris anni Chriſti 939. feria ſexta ſeu die Veneris. Ita in calculo Juliano, mortuus eſt die Maii duodecimo anni Chriſti 940. poſtquam annos 63. aut circiter vixiſſet. Chaliphatum Syriae tenente Arade Billa, Romano Orientis, Ottone Magno Occidentis imperatoribus, atque Athelſtano rege Angliae. Coaevos ita habuit Abi Hali Ben Mucla, qui primus elegantioris apud Arabas ſcribendi generis autor extitit, atq; Albatenium ſeu Albategnium, id eſt, Mahumedem Aractenſem, Aratenſem Copernico aliiſq; dictum & ſubinde Aracenſem, celeberrimum illum aſtronomum; de quo legitur in Tzemach David, הוא המציא. וחידש חשבון נכון ולוחות לחכמי התכונה אשר נהגו בם עד היום הזה לחשוב ממנו התקופה האמיתית, *Is invenit ſimul & inſtauravit calculum exactum & tabulas aſtronomis, quibus utuntur ipſi uſque in hunc diem in motu vero ſupputando.* Sic David ille part. II. anno chiliadis quintae 635. ſeu Chriſti 875. Alphonſinas, ut videtur, vult ex Albatenii libro de Scientiis ſtellarum (quem ex Arabico vertit olim Plato Tiburtinus) conſtructas. Etiam Thebit Ben Cora & אבו אלמשאר התוכן ואלקנדי *Abu Elmaſchaar aſtrologus & Alkindi* notantur ab Abraha Zacuthio in Sepher Juchaſin (fol. 146. b.) ut Chaliphis, ſub quibus vixit Eutychius, coaevi. Sed de Thebit non conſentiunt allii. Videſis Jac. Chriſtmannum in caput ſextum

tum Alfragani. At vero Euclidem a mendis purgaſſe Thebit ac commentariis illuſtraſſe anno Hegirae 282. ex orientalium libris docent Gabriel & Joannes Maronitae in Rebus Orientis Geographiae Nubienſi ſubnexis. Annus autem ille idem eſt cum Chriſti 895. quo tempore Eutychius trigeſimum aut circiter agebat annum. Sed peſſime eluxatum habetur Thebiti nomen apud Joſephum Blancanum, ubi in decimo tertio a Chriſto ſeculo ponitur. Ex loco illo Zacuthii Joſephus Scaliger in Dynaſtia Chalipharum, *Tunc florebant*, inquit, *Miſchaar aſtrologus & Elchandi.* Legendum non dubito אבו אלמעשר *Abu Elmaaſar*, atque intelligi eum quem vulgo *Albumaſar* & *Abumaſar* vocitamus. Sic enim Arabice ſcribitur ابي ſeu ابو معشر *Abu Maſiar.* Floruit ille Eutychio coaevus. Nempe mortuus eſt anno Hegirae 272. ſeu Chriſti 885. Eutychio juvene, ſeu annorum quaſi viginti. Quod docetur ab Ibn Chalican MS. illuſtrium virorum apud Arabas vitarum autore perquam eximio. Mihi inde deſcripſit haec etiam vir egregius Edwardus Pocockius ابو معشر جعفر محمد بن عمر البلخي المنجم المشهور له المولفات المفيدة في علم الفلك كالمدخل والزيج والالوف وله اصابة جيدة توفي سنه اثنين وسبعين ومايتين *Abu Maſiar Giafar, Mahumed Ben Omar, Balachius, aſtronomus celebris (cujus ſunt egregia de ſcientia ſiderali opera, ut introductorium, tabulae, & conſtructio ; ac fuere inventa ejus perutilia) obiit anno* 272. Hinc liquet cur in verſionibus vocetur *Abalachi*, uti & interdum *Japhar*. Japhar plane factum eſt a Giafar, & *Abalachi* a *Balachi* ſeu *Balachius*, quo nomine dictus eſt a natalium loco. *Bactrianus* vertitur a Jacobo Golio in Catalogo Lugduno-Batavo num. 41. Male autem a Blancano tribuitur Abumaſar ſeculo Chriſti decimo. Nec melius Joannes Picus Mirandulae comes, cum Arabibus ea voce dictum aſtrologum negans ait philoſophum tantum apud eos ſic nominari. Aſtrologum autem quem ex Arabico habemus, vocandum Aboaſar. Sic ille lib. I. in Aſtrologiam ; ſed hallucinatus. Verum quidem eſt, non Albumaſar dicendem aſtrologum (quemadmodum Picus ipſe paſſim) ſed Abumaſar ; non vero Aboaſar. Citatur aliquoties in Franciſci Buranae verſione Averrois commentarii in Priora Ariſtotelis Analytica alibique, Abumazar, qui plane Abunazar exarandus. Is eſt Abunazar Alpharabius dialecticus & philoſophus eximius ; cujus nomen in Averrois commentariis in Poſteriora & Avicennae Chymicis ſaepiſſime alibique ſic recte ſcribitur. Qui vero dicitur Scaligero Elkandi, Alkindum, Arabibus الكندي *Alkindi* ſeu Alchindum, eſſe non dubito. Philoſophus erat is celebris, uti & medicus & mathematicus. Locum habet inter novem judices, qui cum Haly de Judiciis aſtrorum plerumque conjunguntur. Quaedam ejuſdem de Gradibus medicaminum excuſa ſunt, quae haud parum vilipendens impugnat Averroes in Colliget. lib. V. cap. LVIII. Nuncupatur ſubinde Jacobus Alkindi. Sed in bibliothecae Lugduno Batavae Catalogo occurrit inter codices Arabicos MS. *Iſaac Kindaeus, quem vulgo Alkindum vocant, de metiendis diſtantiis. Idem de electione dierum.* Ex junioribus (inquit Joannes Picus tum in Apologia tum in libello de Hominis dignitate) *qui magiam*, illam vere naturalem, *olfecerint, tres reperio ; Alchindum Arabem, Rogerium Bachonem*, Anglum illum percelebrem, *& Guilielmum Pariſienſem.* Magiam puto Alchindi maxime cerni voluit in libello de Radiis, in quo de ſpecierum rerum omnimodarum, uti radiorum a ſole, emanatione, & de relatione partium univerſi quaſi magnetica agit. Hic puto nondum editus eſt. Coaetaneus item Eutychio erat Photius archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, atque, uti volunt aliqui, Theophilactus Bulgariae, & Vitellio Opticus. Libri ab Eutychio ſcripti ſunt quatuor,

tuor. كتاب في الطب *Liber de medicina*; كتاب في الجدال بين المخالف والنصراني *Liber disputationis inter haereticum & christianum*, كتاب نظم الجوهر *Ordinatio* aut *Ordinata dispositio gemmae*, seu *Ordinatio* aut *Ordinata dispositio* aut *Syntagma substantiae* (ut pariter fert vox الجوهر) seu *Syntagma compendiosum*; quasi *Medullam historicam* nuncupasset. Neque enim eodem vocabulo pro *gemma* ac *substantia* (scilicet الجوهر *Giauhar*) solum utuntur Arabes, verum etiam ideo utuntur, quia ut gemmae inter reliqua bona, ita substantiae inter caetera praedicamenta dignitas est eminentissima. Nam inde nominis haec communio, ut expressim Averroes in Epitome in libros Metaphysices, tractatu primo. Quartus liber Eutychio tributus, est *de rebus Siciliae postquam a Saracenis capta est*, qui in Catalogo bibliothecae Orientalis viri praestantissimi Thomae Erpenii, annexus esse dicitur Historiae ejus ecclesiasticae, id est, *Medullaae* quam diximus *Historicae*. Librorum, quos memoravimus, tres priores meminit Achmed Ben Casem ille. Etiam in illorum tertio seu Medulla Historica, secundum memorat ipse Eutychius. Tertius autem Annales complectitur a rerum conditu usque in sua tempora deductos; in quibus quamplurima ad historiam tum sacram tum profanam attinentia occurrunt notatu dignissima, quae nullibi omnino apud scriptores qui prostant, aliosve quos mihi videre contigit, sive Graecos sive Latinos sive Ebraicos sive Arabicos lecta. Conscripti sunt illi ad Isi Ibn Batrik fratrem suum. Citantur multoties a Georgio Elmacino in Historia Saracenica. Et recensentur proculdubio inter codices Arabicos Orientis res complexos, quibus olim Guilielmum archiepiscopum Tyrium instruxit Almaricus rex Hierosolymitanus, ut inde opus de Principibus Orientalibus conficeret. Nec ut vulgares, sed primarii. *Seith filius Patricii & vir venerabilis* vocatur huic Tyrio; nec alibi apud scriptores Europae veteres, quantum observavi, memoratur. Almarico rege, inquit Tyrius, in prologo ad Historiam *Arabica exemplaria ministrante, aliam historiam a tempore seductoris Mahumeti usque in hunc annum, qui est nobis ab Incarnatione Domini* MCLXXXIV. *per annos quingentos septuaginta decurrentem conscripsimus; autorem maxime secuti virum venerabilem Seith filium Patricii, Alexandrinum patriarcham.* Quod vero ait se maxime hunc secutum, plane intelligendum est de tempore duntaxat annum Christi 937. seu Hegirae 326. antevertente. Tunc enim suos claudit Annales Eutychius, circa biennium post mortuus. Atque ex Annalibus ejus hisce, quos ipsis ecclesiae Alexandrinae archivis plurima debere nullus dubito, testimonium quod dixi de loco illo Hieronymi traduximus: id est, integram de Marco evangelista & ecclesiae illius originibus moribusque vetustis interseritam periocham. Exemplaribus usus sum binis MSS. ex Oriente dudum allatis. Alterum antiquius est & trecentis quadraginta amplius abhinc annis exaratum, quod bibliothecae Cottonianae cimelium est. Alterum, quod tum recentius tum multo elegantius est, cum aliis aliquot Orientis scriptis in Anglia a Judaeo, ut opinor, nescio quo ante decennium amplius emptum, dono mihi dedit Georgius *Gage*, popularis meus, vir dum vixit, tum singulari morum suavitate tum optimis artibus ornatissimus. Prioris erat olim dominus, Michael patriarcha Antiochenus, qui & ecclesiae Antiochenae, ni fallor, illud donavit. Id enim significari didici eo, quod scriptum in calce reperio. Nempe nomen jam dicti patriarchae Antiocheni primo Arabice conscriptum, dein adjectum, codicem illum illius esse, quod solenni illo in sacrilegos carmine clauditur كل من يسرقه ام يختلسه يكون محروما من الله *& si quis eum clam surripuerit, Deo anathema sit.* Hisce subjicitur ipsa Michaeli

lis manu (ut par eſt credere) literis invicem in ſe, ad Graecorum, cum nomina ſcribunt, morem, inſilientibus, ✠ Μιχαὴλ ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης Ἀντιοχείας. Hunc autem eundem eſſe exiſtimo, qui ante annos amplius ſexaginta patriarchatu illo valde ſenex dejectus, non ſemel memoratur a Martino Cruſio in Gratulatione ad Solomonem Schweigerum de ejuſdem peregrinatione conſcripta, non in Turcograecia, ſed ſeorſim Argentorati 1582. excuſa. Hinc eſt quod in commentario vocari volumus codicem ſeu exemplar hoc, *Antiochenum*. Recentius autem exemplar exaratum eſt anno Hegirae 1028. id eſt, Chriſti 1618. Alepi, a ſcriba ibi celebri تلكجي *Talgi* dicto. Unde *Alepenſem* codicem eum nuncupavi. In bibliotheca Lugduno-Batava, quae codicibus eſt Arabicis MSS. refertiſſima, nullum ſcriptoris hujus reperitur exemplar, ſi fides catalogis ejuſdem. Idem dicendum, de bibliotheca Ambroſiana quae Mediolani eſt, & D. Laurentii, quae Madriti, & Oxonienſi publica, uti & Arundelliana; quae omnes tamen codices habent Arabicos MSS. maxime Oxonienſis, perplurimos. Sed vero in bibliotheca Cantabrigienſi publica, exemplar annalium ejus reperitur inter libros bibliothecae Orientalis Thomae Erpenii, quibus illa pridem donata eſt a Georgio duce Buckinghamiae, ejuſdem academiae Cancellario. Quaenam in privatorum muſaeolis lateant eorundem exemplaria alia, neſcio. Sed vero jam nunc dum haec prodita ſunt, perhumaniter communicat mecum annales hoſce integros nitidiſſime, atque eadem opinor manu qua codex meus, ſeu *Alepenſis*, etiam & hoc aliquot annis recentius exaratos Guilielmus *Corderoy*, civis Londinenſis, uti item alios aliquot libros notae ſingularis Arabicos, quibus in Oriente ſibi comparatis patriam ſuam nuperrime ditavit. Et de editionis cauſa, autore, & codicibus unde quae ſequuntur Origines hauſtae ſunt, hactenus.

Sed vero ſi Eutychio fidem hic parum habendam ideo forſan quis moroſius exiſtimaverit, quod aevi fuerit ipſe adeo rebus quas tradit recentioris (nam ſeculo, ut vides, floruit decimo) certe neceſſe eſt ut is, ſi parili in paribus utatur ratione, nec Joſepho, Livo, Halicarnaſſaeo, Plutarcho, Euſebio, Zonarae, origines & res geſtas Judaicas, Romanas, Graecas, Punicas, Chriſtianas tamdiu ſeculum ſuum antevertentes narrantibus nec id genus aliis credat, imo ut pro fide dignis habeat hiſtoriis (praeter Sacras Literas) duntaxat ipſa archivorum penetralia, conciliorum acta ipſa, Thucydides, Polybios, Saluſtios, Caeſares, Tacitos, Guicciardinos, Comminaeos. Mihi ſane Eutychius in hiſce eſt veluti Beda plane AEgyptius.



EUTYCHII,

PATRIARCHAE ORTHODOXORUM

ALEXANDRINI,

ECCLESIAE ſuae ORIGINES.

في تسع سنين من قلوديوس قيصر كان مرقص الانجيلي بمدينة الاسكندرية يدعوا الناس الي الايمان بالمسيح سيدنا ۞ فبينما مرقص يمشي في مدينة الاسكندرية اذ انقطع شسع نعله ۞ وجلس عند رجلٍ اسكاف يقال له حنانيا ليصلح نعله ۞ فاخذ حنانيا الاشفا ليثقب النعل فثقب به اصبع نفسه ۞ فسال منه دمًا كثيرًا ۞ واوجعه وجعًا شديدًا ۞ فتبرم بمرقص فقال له مرقص ان انت امنت بيسوع المسيح ابن الله فان اصبعك تبرا ۞ واخذ مرقص اصبع حنانيا ۞ وقال بسم يسوع المسيح تبرا اصبعك ۞ فبريت اصبعه للوقت ۞ فانقطع الدم

ANNUS agebatur *Claudii* [1] Caeſaris nonus, cum *Marcus* evangeliſta [2] in urbe verſatus eſt *Alexandriae*, ut inde propagaretur apud homines fides in Chriſto Domino noſtro. Dum autem per urbem incedit, diffringitur calcei ejus corrigia: quem ut reficeret, ad ſutorem [3] ſe contulit nomine *Hananiam*, qui ſubula [4] ad perforandum calceum ſumpta, digitum ſuum perforavit, adeo ut multum efflueret ſanguinis, nec ſine dolore ingenti. Submurmuranti igitur in *Marcum*, dixit ei ille, Si credideris in *Jeſum Chriſtum* filium Dei, digitus tuus ſanabitur. Prehenſo igitur digito [5] ejus dixit, In nomine *Jeſu Chriſti* ſanus ſit digitus tuus; qui eodem momento in ſanitatem reſtitutus eſt, ſanguine amplius non effluente. Et credidit ab eo tempore *Hananias*

الدم فامن حنانيا من ساعته بالمسيح وعمده
مرقص وصيره بطريركا على الاسكندرية ❀
وهو اول بطريرك صير علي الاسكندرية ❀
وان مرقص البشير صير مع حنانيا البطريرك
اثني عشر قسيس يكونوا مع البطريرك ❀
واذا عدم البطريرك يختاروا واحد من الاثنا
عشر قسيسا ❀ ويضع الاحد عشر قسيس
الباقون ايديهم على راسه ويباركونه ❀
ويصلحونه بطريركا ❀ ثم يختاروا رجلا
فاضلا فيصيروه قسيسا معهم بدل الذي
صير بطريركا ليكونوا اثني عشر ابدا ❀
فلم يزل رسم القسا بالاسكندرية يصلحوا
البطاركة من القسا الاثني عشر الي زمان
الاسكندر بطريرك الاسكندرية الذي
كان في جملة الثلثماية والثمانية عشر ❀
فانه منع من ان يصلحوا القسا البطريرك ❀
وامر ايضا اذا مات البطريرك ان يجتمعوا
الاساقفة ويصلحوا البطريرك ❀ وامر ايضا

اذا مات البطريرك ان يختاروا من اي بلد
كان رجلا فاضلا ❀ او من اولايك الاثني عشر
قسا او غيرهم ممن يرضا حاله فيصلحونه
بطريرك ❀ وانقطع الرسم القديم من اصلاح
القسا البطريرك ❀ وجري الامر للاساقفة في
اصلاح البطريرك ❀ واما سوالهم لم يسمي
بطريرك الاسكندرية بابا فمعني البابا
جد ❀ فان منذ حنانيا الذي اصلحه
مرقص البشير بطريرك الاسكندرية
الي وقت ديمتريوس بطريرك الاسكندرية
وهو الحادي عشر بطريركا كان
على الاسكندرية ❀ لم يكن في
عمل مصر اسقف ❀ ولم تكن البطاركة
الذين قبله اصلحوا اسقفا ❀
فلما صار ديمتريوس
بطريركا اصلح ثلثة اساقفة ❀ وهو اول
بطريرك بالاسكندرية عمل الاساقفة ❀ فلما
مات صير بعده هرقل بطريرك على
الاسكندرية

-*as* in Chriſtum, unde baptizavit eum *Marcus* & conſtituit eum patriarcham 6 *Alexandriae.* Scilicet is primus 7 erat *Alexandriae* 8 patriarcha conſtitutus. Conſtituit item *Marcus* evangeliſta duodecim 9 presbyteros cum *Hanania*; qui nempe manerent cum patriarcha, adeo ut cum vacaret patriarchatus, eligerent unum e duodecim presbyteris, cujus capiti reliqui undecim manus 10 imponerent eumque 11 benedicerent & patriarcham eum crearent 12, & dein virum aliquem inſignem 13 eligerent eumque presbyterum ſecum conſtituerent loco ejus qui ſic factus eſt patriarcha; ut ita ſemper extarent duodecim. Neque deſiit *Alexandriae* inſtitutum 14 hoc de presbyteris, ut ſcilicet patriarchas crearent ex presbyteris duodecim, uſque ad tempora 15 *Alexandri* patriarchae *Alexandrini* qui fuit ex 16 numero illo CCCXVIII. Is autem vetuit ne deinceps patriarcham 17 presbyteri crearent. Et decrevit 18 ut mortuo patriarcha convenirent epiſcopi qui patriarcham ordinarent. Decrevit item ut, vacante patriarchatu, eligerent 19 ſive ex quacunque regione ſive ex duodecim illis presbyteris ſive aliis, ut res ferebat, virum aliquem eximium, eumque patriarcham crearent. Atque ita evanuit 20 inſtitutum illud antiquius, quo creari ſolitus a presbyteris patriarcha; & ſucceſſit in locum ejus decretum de patriarcha ab epiſcopis creando. Is etiam petiit ab eis, ne patriarcha *Alexandrinus*, 21 *Papa* vocitaretur; quod ſignificat *avum.* Sed vero ab *Hanania* quem conſtituit *Marcus* evangeliſta patriarcham *Alexandriae*, uſque in tempora *Demetrii* patriarchae ibidem (is patriarcha fuit *Alexandrinus* undecimus) nullus erat, 22 in provinciis *AEgypti*, epiſcopus; nec patriarchae ante eum crearunt epiſcopos. Ille autem factus patriarcha tres conſtituit epiſcopos. Et primus fuit hic patriarcha *Alexandrinus*, qui epiſcopos fecit. Mortuo *Demetrio* ſuffectus eſt *Heraclas* patriarcha *Alexandrinus*,

الاسكندرية ❀ فاصلح عشرون اسقفا ❀ فواحد
من هولا الاساقفة اسمه اوسانيوس خالف في
الشريعة ❀ واتصل خبره بهرقل البطريرك
فجمع هرقل البطريرك جماعة من الاساقفة ❀
وصار الي مدينة اوسانيوس ❀ فكشف عن حاله
فنظر في امره وردّه الي الحق ❀ فسمعت العامة
الاساقفة وهم يسمّون البطريرك ابا ❀ فقالوا في
نفسهم اذا كنا نحن نسمّي الاسقف ابا ❀
والاسقف يسمّي البطريرك ابا ❀ فيجب علينا
نحن ان نسمّي البطريرك بابا ❀ اي جدا ❀ اذ
كان اب الابا ❀ فسمّي بطريرك الاسكندرية
من ايام هرقل بابا اي الجد ❀ فامّا حنانيا
بطريرك الاسكندرية الذي اصلحه مرقص
البشير علي كرسيها بطريركا اقام اثنين
وعشرون سنة ومات ❀ وخرج مرقص البشير
الي برقة يدعوا الناس الي الايمان بالمسيح ابن
الله ❀ ومات قلوديوس قيصر الملك فملك بعده

andrinus, qui epiſcopos conſtituit viginti. Ex his unus erat, *Ammonius* 23 dictus, religionis deſertor. De quo ſimulac ad *Heraclam* delata eſt fama, congregavit is ſynodum epiſcoporum, & in urbem *Ammonii* perrexit, ubi re ſatis cognita & perſpecta, eum ad veritatem reduxit. Cum vero homines audierant epiſcopos vocitare patriarcham *abba* ſeu patrem, inter ſe dixere, 24 Nos epiſcopum quemlibet *abba* ſeu patrem appellamus ; & appellant epiſcopi patriarcham *abba.* Unde ſane oportet ut vocemus nos patriarcham *papam,* id eſt, avum, cum ſit pater patrum. Ita a tempore *Heraclae,* patriarcha *Alexandrinus* dictus eſt, *papa,* id eſt, avus. Poſtquam autem *Hananias* patriarcha *Alexandrinus,* quem *Marcus* evangeliſta in ſede ſua conſtituit, annos ſederat XXII. mortuus eſt. Et profectus eſt *Marcus* evangeliſta in *Barcam,* 25 ut propagaretur apud homines fides in Chriſtum filium Dei. Obiit dein *Claudius* Caeſar, imperator, & imperavit *Romae* poſt eum, filius ejus *Nero* Caeſar annis XIII. qui primus fuit graviſ-

ابنه نارون قيصر برومية ثلثة عشر سنة ❀
وهو اوّل من اهاج علي النصاري الشرّ والبلا ❀
وكان رجلا شريرا جدا ردي السيرة ❀
وفي عصر نارون قيصر كتب بطرس
ريس الحواريون انجيل مرقص عن مرقص
في الرومية في مدينة رومية ❀ ونسبه الي
مرقص ❀ وفي عصر هذا الملك ايضا كتب
لوقا انجيله باليونانية الي رجل شريف من علما
الروم يقال له ثاوفيلا ❀ وكتب اليه ايضا
الابركسيس الذي هو اخبار التلاميذ ❀
وقد كان لوقا البشير صاحب بولص الرسول ❀
واقام معه زمانا ❀ وذلك ان بولص الرسول يقول
في بعض رسايله ان لوقا الطبيب يقرا
عليكم السلام ❀ واخذ نارون قيصر بطرس
وصلبه منكسا وقتله ❀ لان بطرس قال له ان
اردت ان تصلبني فاصلبني منكسا ليلا
اتشبّه بسيدي المسيح وانه صلب قايما ❀
وضرب

ſimorum in Chriſtianos malorum autor ; homo utpote, in conſilii & vitae inſtituendae ratione, improbiſſimus. Et 26 tempore *Neronis* Caeſaris, ſcripſit *Petrus,* 27 apoſtolorum princeps, evangelium *Marci,* cum *Marco,* lingua *Romana* 28, in urbe *Romae.* Sed attribuit 29 illud *Marco.* Etiam tempore hujus imperatoris ſcripſit *Lucas* 30 evangelium ſuum *Graece,* ad virum nobilem ex ſapientibus *Romanis,* cui nomen *Theophilus,* ad quem item ſcripſit Acta ſeu diſcipulorum hiſtoriam. Erat autem *Lucas* evangeliſta comes *Pauli* apoſtoli, quocum 31 per tempus aliquod manſit. Unde eſt quod *Paulus* apoſtolus in quadam epiſtola ſua dicit, *Lucas* 32 *medicus vos ſalutat.* Prehenſum vero *Petrum Nero* Caeſar cruci affigit, corpore ſcilicet inverſo, atque ita morte eum affecit. Nam & dixerat ei *Petrus,* Si vis ut ego cruci affigar, corpore me inverſo affige cruci, ne mors mihi inflicta ſimilis ſit ei quae infligebatur Domino meo Chriſto, qui cruci affixus eſt, corpore erecto. Sed gladio trucidavit

صاحب الانجيل بالاسكندريه وبرقه يدعوا الناس الي الايمان بالمسيح ابن الله سبع سنين ☼ وفي اول سنه من ملك نداارون قيصر قتل مرقص بالاسكندريه واحرق جسده بالنار ☼

اضرب عنق بولص بسيف وكان لبطرس بعد سيدنا المسيح حين قتل اثنين وعشرون سنة ☼ وصير بعد بطرس لينوس بطريرك على روميه اقام اثني عشر سنة ومات ☼ وهو اول بطريرك صار علي روميه ☼ وكان مرقص

:idavit *Paulum.* Occiſus autem eſt 33 *Petrus* ſub annum XXII. poſt Dominum noſtrum Chriſtum. Erat vero poſt *Petrum*, *Linus* patriarcha *Romae*, qua functus dignitate XII. annos obiit. Et hic primus 34 erat patriarcha *Romanus.* Atque erat *Marcus* Evangelii autor in *Alexandria* & *Barca* (ut ſcilicet propagaretur apud homines fides in Chriſtum filium Dei) annis 35 VII. Et anno imperii *Neronis* Caeſaris jam dicti primo, occiſus eſt 36 *Marcus Alexandriae*, & 37 corpus ejus igne eſt crematum.



IN

Eutychii AEgyptii,

PATRIARCHAE

ALEXANDRINI,

ECCLESIAE ſuae ORIGINES

COMMENTARIUS.

1.

ANNUS *agebatur Claudii Caeſaris nonus, cum Marcus evangeliſta.*] Non habetur ante hunc annum (id eſt, Chriſti vulgarem 49.) in Annalibus Eutychii, unde Origines hae ſumuntur; Marci evangeliſtae mentio. Sed ſexennio aut circiter apud Euſebium & chronologos, quos vulgus ſequimur, antevertit ejus per AEgyptum praedicatio prima; tertio ſcilicet Claudii tributa. Quae item nonnullis ſub Tiberio Caeſare collocatur, ut videre eſt tum in Ritualium Graecorum die 25 Aprilis, ſeu Marci feſto, ac Synaxariis, tum apud Nicephorum Calliſtum, lib. II. cap. XLIII. Etiam in Faſtis Siculis, ſub anno Tiberii 18, ἐχειροτονήθησαν ἐπίσκοποι, *creati ſunt epiſcopi*, Romae Petrus, Alexandriae Marcus, & Hieroſolymis Jacobus frater Domini. Certe & in Marci vita Arabica, a Petro Kirſtenio edita, fit a Petro apoſtolo ipſe patriarcha Alexandriae; quo de nomine, mox plura.

2.

Evangeliſta.] Pro الانجيلي *Evangeliſta*, legitur in codice Antiocheno صاحب الانجيل *autor Evangelii*, uti & poſtmodum Marcus in hac nuncupatur, quam e codice Alepenſi integram exſcripſimus, periocha. Item codex iſte hic habet الايمان بالسيد المسيح ابن الله *fides in Domino Chriſto filio Dei*, & في اسواق المدينة *per plateas urbis*. Nomen autem Marci in eo, nunc مرقص ut hic, nunc مرقس ſcribitur.

3.

Ad ſutorem ſe contulit.] De ſutore hoc Alexandrino, poſtea patriarcha, fuſior eſt hiſtoria in veteri Marci vita autoris incerti cum Abdia Babylonio plerumque editi, quem ſequitur Ordericus Vitalis in lib. II. Hiſtoriae Eccleſiaſticae, uti & Alfricus archiepiſcopus Cantuarienſis in Sanctorum vitis Angloſaxonice, annis abhinc amplius ſexcentis, congeſtis; quarum exemplar MS. autori coaevum extat in bibliotheca Cottoniana.

4.

Subula.] Codice Antiocheno; فاخذ حنانيا النعل واخذ الاشفا *& ſumpſit Hananias calceum & ſumpſit ſubulam*

Si

5.

Et prehenso digito ejus.] Sequitur in codice Antiocheno ; ثم قال هكذا بسم يسوع المسيح تبرا هذه الاصبع فانقطع الـــدم *Tum dixit ad hunc modum, In nomine Jesu Christi sanetur hic digitus, & sistebatur sanguis*, &c.

6.

Et constituit eum patriarcham Alexandriae.] Non igitur vult noster, Marcum ipsum fuisse in decessorum suorum numero, seu patriarcham aut episcopum Alexandriae ; adeoque nec Hananiam ejus fuisse successorem, sed ab eo creatum. Dici solet hic Anianus, &, in veteri Marci vita, Anizanus. Certe & in Nicephori patriarchae Constantinopolitani chronographia, in Thesauro temporum Scaligeriano edita, legitur pro ea Anianus. Sed codex Nicephori MS. optimae notae, in bibliotheca Londinensi publica, habet Ἀνανίας, uti & Sophronius ; quod plane quadrat cum Eutychii Hanania.

7.

Scilicet is primus erat patriarcha Alexandriae.] Ita ait noster alibi, Petrum Antiochiam fugisse, & creasse اركاديوس بطركًا على انطاكيه اقام سبعة وعشرون سنه وهذ اول بطريرك صيّر في مدينه انطاكيه *Arcadium* (sic in codice legitur utroque, pro eo qui vulgo Euodius dicitur) *patriarcham Antiochiae, qui sedit annos* 27. (codex Antiochenus habet 29.) *atque primus erat hic patriarcha creatus Antiochiae.* De Lino item patriarcha primo Romae, simile hic inferius legitur ; quod perquam consonum est eis, qui evangelistas & apostolos ecclesias singulares volunt quidem constituisse ; ipsos vero ecclesiae alicujus singularis finibus, ob praerogativae sacrae amplitudinem, neutiquam circumscriptos. Neque sane nostro ita discors est hac in re Eusebius, dum non semel facit Anianum, seu Hananiam hunc, praefectum seu episcopum ecclesiae Alexandrinae primum, nec Marco in episcoporum serie seu numero locum tribuit. Dicit quidem μετὰ Μάρκον *Post Marcum* (quod intelligi potest, postquam Marcus evangelium ibi praedicaverat, & ecclesiam fundarat ; qua de re loquitur lib. II. cap. XV.) primum fuisse episcopum ibi Anianum. Ita in Chronico, sub Nerone. Tantundem in Historiae ecclesiasticae lib. II. cap. XXIV. Sed alibi simpliciter ei vocatur hic Anianus, τῆς κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν παροικίας ὁ πρῶτος, *Alexandrinae paroeciae* seu *dioeceseos primus* ; ut lib. III. cap. XIII. et expressim, διαδέχεται δ᾽ αὐτὸν δεύτερος Ἀβίλιος, *qui successit secundus Abilius* ; uti & libri ejusdem cap. XXI. de Cerdone, qui tertius ab Aniano, τρίτος ἀπὸ, inquit, τὸ αὐτόθι μετὰ πρῶτον Ἀνίανον προέστη, *Hic tertius, post Anianum primum, ibi praeerat.* Eusebium hic sequitur Zonaras, cui absolute dicitur Abilius, δεύτερος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, *Secundus episcopus Alexandrinus.* Videsis eum in Domitiano & Nerva. Sed vero obvium est in episcoporum seu patriarcharum catalogis tam MSS. quam editis, ecclesiasticis annalibus, Romanae ecclesiae ritualibus, alibique, non solum Anianum successisse Marco, verum & Marcum sive patriarcham sive episcopum Alexandriae primum, idque a Petro, factum ; annis ei interdum binis (ut apud Nicephorum patriarcham, alios) interdum septem, etiam & novem & novemdecim tributis. Consulas Baronium tom. I. anno Christi, 45. num. 46.

8.

Patriarcha Alexandriae.] Non dubitavit igitur Eutychius, quin sub ipsos ecclesiae Christianae natales, patriarchae nomen & dignitas Christianis esset in usu. Certe & tres illas celeberrimas dignitates patriarchales, Romanam, Alexandrinam & Antiochenam, suos tunc habuisse patriarchas, eo scilicet nomine tunc creatos, asserit. Vide supra num. 6. & 7. Quin & locum ejus perinsignem de patriarchatibus tum his, tum binis illis alteris celeberrimis, Constantinopolitano & Hierosolymitano, adjicere non pigebit : quoniam horum utrumque vetustiorem multo facit, quam veterum aliquis, nisi catalogos quosdam excipias, qui patriarcham Hierosolymitanum etiam initiis Christianismi coaevum, forte duntaxat per prolepsin, admittant. Ubi de concilio oecumenico secundo, seu quod celebratum est Constantinopoli sub Theodosio seniore, anno Christi vulgari, 381, agit Eutychius, وربّوا inquit بطريرك رومية الاوّل ۞ وبطريرك القسطنطينيه الثّاني ۞ وبطريرك الاسكندريّة الثّالث وبطريرك انطاكيه للرّابع وصيّروا اسقف بيت المقدس بطريرك ۞ لانه انّما كان اسقف ۞ ولم يكن قبل ذلك على بيت المقدس بطريرك ورتّبوه خامس وانصرفوا *Atque ita rem ordinarunt, ut patriarcha Romanus primus esset, patriarcha Constantinopolitanus secundus, patriarcha Alexandrinus tertius, patriarcha Antiochenus quartus. Quin & fecerunt episcopum Hierosolymitanum patriarcham. Nam tempore retroacto episcopus fuerat Hierosolymitanus, sed non patriarcha. Hunc autem constituere quintum, & demum discesserunt.* Constantinopolitani patriarchatus initia ne quidem Christianismi ac imperii conjunctione recentiora in antecedentibus fecerat. Sed de Constantinopolitano aliisque, videsis Socratem, lib. V. cap. VIII. Theodoretum, lib. V. cap. IX. Sozomenum, lib. VII. cap. IX. Nicephorum Callistum, lib. XII. cap. XIII. & concilii Constantinopolitani primi Canones 2, & 3. Recentiores

tiores item, ut Joannem Morinum in Exercitationibus Ecclesiasticis, Carolum a S. Paulo episcopum Abrincensem in Geographia Sacra, pag. 217. praeter Centuriatores lib. IV. cap. IX. §. de Constantinopolitana Synodo, & Baronium, tom. 4. anno 381. num. 76. & anno 382. num. 19. Quod vero ad Hierosolymitanum attinet; receptum est a viris doctis plerisque contra atque asserit Eutychius, adeo vetusta non fuisse illius initia. Alii enim patriarchatum illum septuaginta postea annis, seu ex autoritate concilii generalis Chalcedonensis, quod habitum est sub Martiano Caesare anno Christi 451. coepisse volunt. Consulas ejusdem actionem 7. ubi Juvenali episcopo Hierosolymitano ejusque ecclesiae tres Palaestinas conceditur, ὑπὸ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν ἔχειν, *sub propria habere potestate*. Cum ante Caesareae, ut metropoli, Antiochiae, ut sedi patriarchali, subesset Hierosolyma. Adi si placet, Morinum lib. I. Exercitationem 7. Carolum a S. Paulo in Geographia Sacra pag. 310. Alii concilio Constantinopolitano, quod generale quintum est, patriarchatus hujus tribuunt initia, qua de re vide quae habet Baronius, ex libro Censuum in bibliotheca Vaticana tom. 7. anno 553. num. 245. Et Bellarminus, lib. I. de Romano pontifice cap. XXIV. *Tempore*, inquit, *Justiniani, id est, post annum Dom.* 500. *tum imperatoris opera, tum pontificum Romanorum permissione, coepere Constantinopolitanus & Hierosolymitanus episcopus in numero patriarcharum haberi, nullo amplius reclamante*. Sed vero neque desunt qui antiquiorem multo faciunt Hierosolymitanum patriarchatum, & tunc volunt coepisse ea in urbe dignitatem hanc, quando post Alexandrinum, Romanum & Antiochenum antistites, in Synodi Nicaenae primae canone sexto memoratos (qui ab origine patriarchae habiti sunt) canon septimus voluit ut AEliae, id est, Hierosolymae, episcopus honoraretur ac haberet item τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, *honoris consequentiam*. Qua de re vide Theodori Balsamonis ibidem Scholia. Adde quae notavit Severinus Binius ad epistolam tertiam Anacleti. Certe in Canonibus Arabicis Nicaenis initia habet patriarchatus Hierosolymitanus ipsa Synodo vetustiora. Latine in illis legitur Canone 10. *Quia & consuetudo honorandi episcopum Heliae* (AEliae) *nomine patriarchae*, &c. Sed Arabica MS. in bibliotheca Oxoniensi publica, ibi; وكما جرت العادة والامر الاول باكرام اسقف اورشليم باسم بطريرك *Quemadmodum & obtinuit consuetudo & vetus institutum, ut honoretur episcopus Hierosolymitanus nomine patriarchae*, &c. Sed in canonibus illis etiam episcopus Seleuciensis patriarcha est, atque ut legitur in Latinis canone 34. *sedes ejus in concilio debet esse sexta post episcopum Hierosolymitanum*, uti & in canone 36. adjicitur AEthiopum Catholicum (quem tantum non patriarcham esse volunt canones illi) *habere septimum locum post praelatum Seleuciae*. At vero in Arabico canone 39. (qui Latinorum 34. respondet) expressim habetur ويصير مجلسه في الرتبة السابعة *sit locus ejus septimus*, & in Arabico 42. qui respondet canoni Latine trigesimo nono المجلس الذي هو دون السابع اعني الثامن *sedes septima inferior, id est, octava*. Quatuor autem illi Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, Quatuor patriarchae principales dici solent. Jurisconsultis, ad Dist. XXII. cap. VII. *Alii vero*, inquiunt, *proprie dicuntur primates, ut Aquilegiensis, Gradensis, Toletanus, Cantuariensis, Bituricensis, & similes. Isti tamen quandoque vocantur improprie patriarchae*. Sic Durandus in Speculo lib. I. tit. de Dispensationibus. §. Sunt quoque, Cardinalis Jacobatius, lib. I. de Conciliis Art. I. §. 256. Consoni sunt Innocentius tertius in c. Antiqua 23. tit. de Privilegiis, Nicolaus Boerius de Autoritate Magni Concilii numero 50. Laelius Zecchius de Rep. Ecclesiastica, capite de Statu patriarcharum. Matthias Ugonius de Praestantia Patriarchali, Lancellottus Conradus in Templo Judicum, lib. II. cap. III. Michael Ferrus Manrique de Praecedentiis Ecclesiasticis Quaest. XXXIII. Tobias Paurmeister de Jurisdictione Imperii Romani lib. II. cap. VII. alii. Plura de his occurrunt apud Christophorum Rosiniacum lib. II. de re Sacerdotali cap. XXXIII. & XXXIV. Antonium Augustinum lib. II. Epit. Juris Pontificii Veteris, & Blasium Bagnum de praecipuis S. R. E. Dignitatibus tract. XII. De dignitatis autem & nominis hujus, in Christianismo, vetustate simul ac usu, habentur plurima notatu dignissima apud Petrum Berterium in Pithanis, Joannem Morinum in Exercitationibus, & viros doctos qui de Regionibus Suburbicariis (re cum primis perpendenda, quoties quis de arrogata pontifici Romano potestate disquisitionem init) pridem disputarunt. Occurrit quidem mentio patriarchae Alexandrini, sub Hadriani Augusti tempore (id est, sub annum Christi centesimum vigesimum) veluti nominis notissimi. Ipse scilicet Hadrianus in Epistola ad Servianum Consulem, quam ex Phlegontis liberti ejus libris in vitam Saturnini retulit Flavius Vopiscus, mores AEgyptiorum sui aevi describens, idque tam Christianorum quam Judaeorum, aliorumque ibi degentium, *Ipse ille*, inquit, *patriarcha, quum AEgyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum*. Quod ait, *cum AEgyptum venerit*; forte patriarchae sive ab exilio aut fuga, sive a peregrinatione, ut munus suum per amplissimas AEgypto conterminas regiones, quarum etiam praefectus sacer erat, obiret suscepta, reditum innuit. Certe & Judaeis sui fuere etiam per imperium Romanum primates & patriarchae; nunc *illustres* nunc *spectabiles* dicti in Jure Caesareo, ut videre est in lib. III. & XVII. C. tit. de Judaeis, & in Cod. Theodos. lib. XVI. tit. 7. §. 11, 14, 15, 17. quibus adjice Epiphanii haeresin Ebionitarum, seu 30. num. 4. atque ibi Dionysium Petavium, & Petrum Molinaeum in Vate lib. II. cap. III. & num. infra 9. Inde

satius

ſatius eſſe vult Berterius, horum patriarcham, non Chriſtianorum ibi intelligere; cum, propter muneris neceſſitatem in AEgypto, imo in ipſa etiam Alexandrina civitate, aſſiduum fuiſſe oportuerit patriarcham Chriſtianorum; & vulgo forſan ignotum eſſet eo tempore, quid Judaeus a Chriſtiano differat. Sic ille lib. II. Pithanon cap. I. Et Joſephus Scaliger lib. III. Canonum pag. 297. Hadriani illud, de patriarcha Judaeorum capi vult, non de antiſtite Alexandrino, *qui hoc nomen* (ut ille) *vix CC. annis poſt Hadrianum habuit*. Sed viri magni, Iſaacus Caſaubonus & Claudius Salmaſius ad Vopiſcum, Baronius (tom. II. anno Chriſti 112. num. 2.) alii, de patriarcha ſumunt Chriſtiano locum illum Hadriani. Haereo ſane. Sed quid hoc eſt, patriarcham Chriſtianum cogi adorare Chriſtum? De Judaico, etiam ob ea vocabula, forſan rectius intelligi videatur. Memorantur etiam patriarcharum ſedes in Epiſtolis Anacleto pontifici Romano (ſub annum Chriſti 110.) tributis. Vide Diſt. XCIX. cap. II. Id quod nonnulli arripiunt ut telum, quo earum autoritatem confodiant; quaſi patriarchae vocabulum in dignitatibus Chriſtianis recentioris fuiſſet Anacleto ortus. Ipſi de argumento viderint. Conſule Turrianum adverſus Magdeburgenſes lib. II. cap. II. Nomen eſt Judaeis, puto, & Chriſtianis ſingulare. Neque apud Paganos in dignitatibus ſuis compertum. Tametſi neſcio unde deceptus Baronius aſſerat apud Herodotum patriarchas dictos, AEgyptiis veteribus, eos qui in ſacris principem locum tenebant. Nil apud Herodotum ejuſmodi legitur. Quanquam, velut in Baronii verba juratus, Severinus Binius idem ipſum ſecure repetat in notis ad epiſtolam ſecundam Stephani papae primi. Quin & Iſ. Caſaubonus Gamalielum patriarcham, Marcello Empirico ſic dictum, de dignitate Pagana intelligit. Sed nomen ipſum ſatis refragari videtur. Nam & Gamalielum patriarcham Judaeis ſcimus ſub aevum Marcelli fuiſſe. Quod ſatis elicitur ex Epiphanii loco jam ante citato, & lib. XXII. codicis Theodoſ. lib. XVI. tit. 8. Saepenumero occurrunt in lingua prophetarum ראשי אבות *capita patrum*, ſeu *principes familiarum*, quorum vicem plerumque apud interpretes Graecos obtinent ἄρχοντες τῶν πατριῶν, *principes familiarum*, ſeu *cognationum*. Interdum etiam (ut in I. Paralip. VIII. 28.) vocabulum hoc unicum, πατριάρχαι habetur; unde & Judaeis in uſu erat, atque etiam in Actis Apoſtolorum & Epiſtola ad Ebraeos uſurpatur, & in Vulgata retinetur. Stante autem republica Ebraica, palam eſt ex eorum Pandectis, non magiſtratus aut juriſdictionis nomen hoc fuiſſe, ſed tantum dignitatis ac eminentiae quae, reverentiam conciliaret. Nec magis quidem juriſdictionis, quam Xyſtarchae nomen inter Xyſticos. Utcunque poſtmodum inter Judaeos ſe res aliter habuerit; quod ex utriuſque codicis titulo de Judaeis eſt eliciendum. Adi autem, ſi de recentioribus Judaeorum patriarchis quales diximus plura velis, Samuelem Petitum in Variarum Lectionum lib. II. cap. X. atque Obſervationum lib. III. cap. II. (hae jam nunc cum haec ſcribimus in lucem prodeunt) ubi tum catalogum eorum exhibet, tum Adriani epiſtolam ante memoratam de patriarcha intelligit Judaeorum. Sed illinc dubitari nequit, quin patriarchae vocabulum ſibi ſumpſerint Chriſtiani veteres. Etenim ſimplici epiſcopi nomine, ex vario Graecorum item & Latinorum uſu arreptum (quod ſcimus ex Ariſtophane ejuſque in Aves Scholiaſte, aliiſque ſcriptoribus Graecis, Cicerone ad Atticum, lib. VII. epiſt. X. & Arcadio in Pandectis, lib. VIII. tit. de Muneribus & Honoribus §. Hirenarchae; ubi *epiſcopi* dicuntur, ex veterum uſu, *qui praeſunt pani & caeteris venalibus rebus, quae civitatum populis ad quotidianum victum uſui ſunt*, ſeu aediles cereales) ſimplici inquam eo nomine, inſpectionem ſeu procurationem, quemadmodum & Ebraei חזן הכ׳ *inſpectoris* ſeu *ſpeculatoris*, aut *epiſcopi* ſynagogae nomine, contractionem ſeu anguſtiorem denotabant. Patriarchae autem voce, epiſcopi ſeu antiſtitis quamplurimas & diffuſiores eccleſias, earumque membra cognatione ſeu fraternitate Chriſtiana conjuncta, ut ſummi parentis, paſcentis, ac curantis, amplitudinem deſignabant & reverentiam ſummam. Syri & Arabes poſt Ebraeos intelligunt, quaſi *patrem ſummum*, aut ſimpliciter *patrem* interpreteris. Unde in Actis Apoſtolorum cap. II. 29. pro patriarcha, ſubſtituitur ריש אבהתא *pater patrum*, & راس الابا idem ſonans & cap. VII. VIII. & IX. אבהתן & ſ. ابهاتنا vel ابانا *Patres noſtri* pro patriarchis. Vocabulum autem, quo uſus eſt noſter, & occurrit non raro apud Georgium Elmacinum pro patriarcha, id eſt, البطريك e Graeco palam eſt in Arabicum tantum deformatum. Pro *primo patrum*, ſeu inter *patres primo* ſeu *principe* ſumitur; ac ſic verti ſolet, velut *primati* item ſynonymum. Neque hic poſteriores vocabuli ex ſe ſyllabae imperandi, velut jure aliquo magiſtratus, poteſtatem ullam, ſed dignitatem tantum & eminentiam ſignificant ſacram; quemadmodum ſimilis terminatio ferme inter veteres, in Bithynarcha, Syriarcha, Lyciarcha, Cappadocarcha, id genus aliis, *quorum nomen* (ut aiunt Honorius & Theodoſius) *votiva feſtivitatis ſolennia dedicavit*, ſeu ad ſacra ſpectavit edenda munera. Vide C. Theodoſ. lib. XV. tit. 9. de Expenſis Ludorum lib. II. Quo pertinent etiam οἱ Ἀσιάρχαι in Actis Apoſtolorum cap. XIX. 31. qui principes Aſiae in verſionibus, ſeu, ut in Gallica, *Aſiarques* nuncupantur. Ii enim ſacerdotes Aſiae, aut ſacris praefecti. Conſulas Dionyſium Gothofredum ad lib. VIII. D. tit. de Vacatione & Excuſatione munerum, & Guidum Pancirollum in Notitiam Imperii Orientalis cap. CV. Uti &, ſi placet, ea quae congeſſimus olim nos ad Smyrnenſem Donariorum, in Gymnaſii ornatum, recenſionem, pag, 163. 164.

9.

Duodecim presbyteros cum Hanania.] Codex Antiochenus, اثني عشر قسيس وامرهم اذا مات البطريك ان يختاروا واحدًا من هولاي الاثني عشر *Duodecim presbyteros, & praecepit eis*

eis, ut mortuo patriarcha eligerent unum ex ipsis duodecim presbyteris &c. Anonymus autor vitae Marci vetus, ejusque sequaces, ut Ordericus Vitalis, Alfricus, alii, eum aiunt ordinasse Anianum seu Hananiam ibi *episcopum & tres presbyteros, id est, Melium, Sabinum, & Cerdonem, & septem diaconos & alios undecim ad ecclesiasticum ministerium pertinentes.* Quod Arabice usurpatur hic pro presbytero est قسيس *Kashish*, quod *seniorem, presbyterum*, seu *senem* denotat, etiam ex origine Chaldaica seu Syra קשיש *Kashish*, unde & *Cascus* olim in Latium vetus, pro sene, derivatum. *Cascum Cascam duxisse non mirabile est*, dixit Manlius poeta priscus apud Varronem, lib. VI. de Lingua Latina; ubi plura de eo is habet vocabulo. Substituitur quidem eadem vox pro eo quod Graece & Latine est episcopus, tum in Syri tum in Arabis, qui Syrum imitatur, Novi Testamenti versione. Id videre est in Epistola ad Philippenses cap. I. 1. prima ad Timotheum cap. III. 2. & ad Titum cap. I. 7. tametsi habeant etiam alibi versiones illae verbum ipsum episcopi ex Graeco in idiomata illa detortum. Sed manifestum est, Eutychium hic presbyteros intelligere, quatenus ab episcopis fuerint discriminati; cum & tunc & per secula aliquot insequentia nullum velit fuisse per AEgyptum, praeter patriarcham Alexandrinum, episcopum. Quemadmodum autem patriarchae nomen supra ex Judaico vocabuli usu in Christianismum est derivatum, sic & inde petendum manifesto presbyterorum vox. Eos זקנים vocitarunt. In Foedere Vetere sexcenties occurrit illud, quod *seniores* ut plurimum, seu πρεσβυτέρους, non *senes* vertunt interpretes Graeci. Unde tum manavit in Christianismum nomen, tum in Judaismo recentiori, seu post urbis excidium retentum est. Nam in Arcadii & Honorii Augustorum ad Caesarium praefectum praetorio rescripto: *Definitum est, ut privilegia his, qui inlustrium patriarcharum ditioni subjecti sunt, archisynagogis, patriarchisque ac presbyteris, caeterisque, qui in ejus religionis sacramento versantur, nutu nostri nominis perseverent ea, quae venerandae Christianae legis primis clericis sanctimonia deferuntur.* In alio eorundem legitur; *Superstitionis indignae est, ut archisynagogi sive presbyteri Judaeorum, vel quos ipsi apostolos* (scilicet שליחים) *vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum a patriarcha certo tempore diriguntur a singulis synagogis exactam summam atque susceptam ad eundem reportent.* Quae habentur in codice Theodosiano, lib. XVI. tit. 8. l. 13. & 14.

10.

Cujus capiti reliqui undecim manus imponerent] Patriarcham ita a presbyteris electum & creatum vult, ut tum ex ipsis tum ab ipsis electus, a reliquis undecim χειροθεσίᾳ seu χειροτονίᾳ, id est, *impositione manuum*, cum adjecta benedictione, crearetur, seu, ut loqui amant, consecraretur. Impositionis manuum, velut ritus in creandis presbyteris ac ministris ecclesiasticis usitati, mentio est satis obvia in Actis & Epistolis Sacris. Animadvertendum autem est, quemadmodum nomina officiorum sacrorum, ut patriarcha, presbyter, apostolus, diaconus, primas & episcopus, in Christianismum ex Judaismi veteris usu [illegible] שמש, ראש & חזן, שליח, זקן, ראש אבות, jam dictis satis respondentium, manarunt (unde & sacerdotum, Ἀρχιερέων, Ἱερέων, Levitarum etiam nomina nostris aptarunt majores) ita & ritum sive presbyterorum, sive aliorum, ut patriarchae hic, creandorum hunc, qui prae aliis erat singularis, ab Ebraico fonte, uti alia non pauca, tum ex institutione tum ex imitatione manasse. Atqui non a more manuum victimis imponendarum, quod voluere olim viri perdocti aliqui; sed planissime a perquam solenni ac antiquissimo impositionis apud Ebraeos manuum, in [illegible] זקנים seu *presbyterorum* suorum creatione, more, eoque usitatissimo. Nimirum quisquis in potestatem judiciariam seu causarum rite cognoscendarum facultatem evehendus erat, is per manuum impositionem, verbis insuper de creatione conceptis, dignitatem eam regulariter adipiscebatur; adeo ut dein dignus seu idoneus haberetur, qui in synedria, sive vigintitriumviralia sive septuagintauniusvirale cooptari legitime posset, ibique judiciis praeesse. Neque enim impositio illa judicem creabat, sed ita idoneum reddebat, ut ad judicis munus obeundum rite posset, ubi locus erat, cooptari. Seculis quidem recentioribus (sub natales inquam Christi) accesserunt nomina Rabbi, Rabbenu, Morenu, alia, quibus creati variatim insigniti sunt. Sed ab ipsis reipublicae Ebraicae initiis, & nunquam non, זקנים seu *presbyteros* aut *seniores* dictos volunt. Unde & Talmudicis, id est, jurisconsultis Ebraeorum, passim סמיכה זקנים habetur pro *impositione manuum qua presbyteri fiunt*; seu pro ipso ordinationis actu. Facultas autem judiciaria ita collata duplex erat. Altera universalis, quae causas omnimodas complexa est; nec tempore aut loco intra terram sanctam circumscripta. Altera particularis, atque intra tum causarum aliqua genera & temporis etiam interdum angustias arctata; pro arbitrio scilicet eorum qui crearent seu ordinarent. Jus integrum ac formula ordinationis ejusmodi in quintuplici cernitur consideratione. Originis unde petitur; personarum, quibus facultas ordinandi; verborum conceptorum impositioni manuum adhiberi solitorum; numeri personarum quae ordinationi necessario adesse deberent; ac effectus quem ordinationem ejusmodi consequi volunt Ebraeorum jurisconsulti. Origo collocatur ab eis in aevo Mosaico; adeoque tum a septuaginta senioribus Mosi, Numinis jussu, nec sine manuum, quod tradunt illi, impositione, in Numerorum undecimo adscitis (unde Synedrii magni natales) derivari volunt, tum a celeberrimo illo exemplo Josuae, cui ex praecepto divino imposuit Moses manus, ut videre est Numer. XXXVII. 18. Atque inde ordinationis illum ritum perpetuo aiunt durasse. Personae, quibus facultas erat ordinandi, dupliciter considerandae. Aut seculis in vetustioribus seu quae Hillele principe Synedrii magni (qui post excidium templi secundi longaevus diu floruit) sunt anteriora; aut in eis quae inde sunt secuta. Ante Hillelem illum היה כל אחד ואחד ממנה ארת תלמידיו, *quilibet*

(ante

(ante creatus seu ordinatus) *ordinabat discipulos suos*. Hillelis autem illius tempore, veteris hujus moris etiam a Mosaico aevo perpetuo deducti novatio ejusmodi inolevit, ut non sine principis Synedrii, etiam demum ut nec sine Synedrii ipsius autoritate, quis posset legitime ordinari. Verba solennia impositioni manuum adhibenda, alia fuere ordinationis, quam diximus, universalis, alia particularis. Universalis haec vel hujusmodi: הרי את סמוך ויש לך רשות לדון אפילו דיני קנסות *Ecce creatus seu ordinatus jam sis, & facultas tibi sit judicandi etiam causas poenales*. Quali formula creatus judiciis omnimodis par erat. Nam de eis, quae poenalia non erant, veluti vindicationibus rei, condictionibus, & quae sunt reliqua petitoria, cognoscere licuit etiam non ordinatis, ex compromisso, quasi arbitris, in forum triumvirale cooptatis. Postquam autem rabbinatus & ejusmodi dignitatum nomina alia accessere, etiam ea subinde sunt ipsis ordinationis verbis adjecta. In particulari ordinatione, seu, ut vocant, לדברים יחידים *rebus singularibus aliquot* facta, causae, quibus facultas data circumscribebatur, ad hunc modum designari solebant. ויש לך רשות לדון ולא להורות באיסור והתר לדון באיסור והתר ולא לדון בדיני ממונות, *Et sit tibi facultas judicandi, sed ita, ut minime sit tibi facultas decernendi, quinam ritus illiciti, quinam liciti; aut sit tibi hujusmodi facultas decernendi, ita tamen ut causas pecuniarias non sit tibi facultas judicandi*. In Synedriis scilicet. Nam ex compromisso fiebant judices causarum pecuniariarum, seu non poenalium, legitimi, triumviri etiam non omnino ordinati. Aut רשות לזה ולזה אבל לא לדינו קנסות *facultas de jam dictis utrisque judicandi, sed non de poenalibus*. Aut לדון דיני קנסות אבל לא להתיר בכורות במומים, *Judicandi de poenalibus, sed non de primogenitorum vitiis decernendi*. Aut להתיר נדרים בלבד *decernendi de votis tantum solvendis*. Tempus in ordinatione particulari sic adjiciebatur, ויש לך רשות לדון או להורות עד שבא הנשיא לכאן או כל זמן שאין אתה עמנו במדינה, *Sit tibi facultas judicandi & decernendi usque dum venerit huc princeps, seu quamdiu non fueris ipse nobiscum in urbe*. Diximus autem regulariter per manuum impositionem, adeoque formulis, quales attulimus, adjunctis ipsi impositionis actui, dignitatem seu facultatem ejusmodi collatam. Sed exceptio admittenda. Nam etiam tradunt jurisconsulti Ebraeorum, sine impositionis actu, per epistolam, ab eo cui ordinandi facultas esset, missam (quoties locorum distantia praesentiam impediret) legitimam fieri ordinationem. Sed casus hic singularis est. Jus ordinandi commune & ab intima antiquitate receptum, est quale narravimus; ipsaque ordinatio eodem vocabulo nuncupata, quo manuum impositio simpliciter designata. Numerus personarum ordinationi omnino necessarius, erant minimum tres viri; id est bini praeter ipsum ordinantem. Unde in Pandectis Ebraeorum סמיכה זקנים בשלשה, *Ordinatio presbyterorum per impositionem manuum, tribus fieri debet praesentibus*. Ita scilicet, ut alii bini sive ante ordinati, sive minime ordinati, praeter ipsum ordinantem, qui semper ex ordinatis esse debuit, actui adessent. Sic oportet rem intelligere; non ut Petrus Galatinus & Guilielmus Postellus, qui triumvirorum quemlibet ex ordinatis esse debere perperam scripserunt. Hic in lib. IV. de Concordia orbis pag. 377, ille de Arcanis Catholicae Veritatis lib. IV. cap. VI. Quod ad effectum attinet, quem ordinationem hanc consequi voluere jurisconsulti simul & theologi Ebraeorum (nam ipsis iidem fuere ipsi theologi sui & jurisconsulti) is aut externus est, aut internus. Externus satis cernitur in eis, quae de facultate judiciaria sic collata jam diximus; qualis nimirum judices non fecit, aut jurisdictionem omnino aliquam ordinatis tribuit; sed idoneos eos tantum reddebat judiciis exercendis (quemadmodum qui in academiis doctoratu insigniuntur, aut apud anglos *servientis ad legem* titulo) adeo ut in Synedria rite cooptari possent. Internus ordinationis effectus habebatur eis ejusmodi, ut Spiritus Sanctus (nam tum Judaei, ut videre est passim in eorum commentariis, tum Mahumedani, quod scimus non solum ex Avicenna, sed ex ipso Alcorano, Spiritum Sanctum eodem nomine cum Christianis, sed diversa notione, agnoscunt) ut Spiritus, inquam, Sanctus super ordinatos quiesceret. De LXX. Senioribus Mosi ejusmodi ordinatione adscitis, & de eis qui seculis sequentibus rite ordinabantur, aiunt, ושרתה שכינה עליהן, *Et quievit super eos majestas divina*, quam & רוח הקודש *Spiritum Sanctum* vocitant. E sacro sermone habent, quae ad effectum hunc facere volunt. Vide Numer. XI. 26. & Deut. XXXIV. 9. Quae autem summatim contexuimus de hoc ritu fusius, habentur in titulo Talmudico *Sanhedrin* cap. I. & Gemara Hierosolymitana ibi, fol. 19. col. 1. Babylonia fol. 14 a; item apud Mosem Maimonidem, Halach. *Sanhedrin* cap. IV. Mosem Mikotzi Praecepto Affirmativo 97, Abraham Zacuthium in *Sepher Juchasin* fol. 60 a, Eliam in Thisbite verbo סמך & חבר. Adde Petrum Galatinum loco citato, & Postellum, Josephum Scaligerum in Elencho Trihaeresii cap X. Nicolaum Serrarium in Rabbino priori, Petrum Cunaeum de Republica Ebraeorum lib. I. cap. XII. Joannem Buxtorfium in Lexico Chaldaico, verbo סמך, Walonem Messalinum de Episcopis & Presbyteris cap. V. pag. 393. Hugonem Grotium in notis ad Evangelia pag. 329. Certe & de seculorum recentiorum, a veteris Judaismi fonte, usu, in creandis eis qui in Synedria cooptandi fuere apud Judaeos captivitatis, testimonium habetur in Benjamini Tudelensis Itinerario (editionis Ariae Montani pag. 68 & 69, Constantini l'Empereur pag. 73 & 74,) cui priusquam fidem des, consulas praestantissimi viri jam dicti Constantini Dissertationem de libro illo ad lectorem. Id interea certum est, tametsi non raro occurrat apud Talmudicos, Rabbi Hillelem principem Synedrii ante memoratum, fuisse סוף הנסמכים *ultimum ordinatorum* (quod denotat solum eum fuisse, ex eis qui undiquaque rite & ex more majorum ordinati sunt, postremum) nihilominus etiam seculis sequentibus ordinationis ritum qualemcunque, inque eo manuum impositionem, mansisse. Jam vero scimus etiam victimis immolandis apud Judaeos, aliisque actibus solennibus, tum apud ipsos tum in Christianismo, impositionem hanc adhiberi solitam; unde nimirum

rum praeter benedictionem seu invocationem divinam (quae impositioni ejusmodi aut expressim aut tacite, ut comes, adesse solet) ipsa res seu persona, de qua agitur, palam certiusque designatur. Nam & traditio, quae translatio est de manu, ut aiunt jurisconsulti, in manum, dominio rerum corporalium transferendo, in jure Caesareo adhibetur. Sed quemadmodum ex causa conjuncta seu titulo, dominium nascitur, non ex ipsa simplici traditione (nam sic etiam depositi seu commodati traditi dominium transiret) ita ex verborum conceptorum formula, in ordinatione jam ostensa, seu facultate concessa, ipsa fiebat ordinatio; persona per impositionem manuum signate indicata. Unde & per epistolam, ut dictum est, quae designationem suppleret manualem, ordinare licuit. Sic haereticis resipiscentibus, post exomologesin, pax dabatur, non sine manuum impositione, ut certo designarentur. Quod scimus ex Dionysio Alexandrino apud Eusebium lib. VII. cap. II. Ecclesiae Africanae Canone 57. & Synodi Nicaenae primae Canone 8. Cypriano Epistola 13. aliis. De ejus in actibus aliis sacris usu parili, vide si placet Hugonis Menardi Observationes in Gregorii Magni librum Sacramentorum. Similiter in manumissionibus per vindictam, seu libertate per vindictam imponenda, in jure Caesareo veteri, & in dignitatibus ac praefecturis per investituram conferendis (cui apprime respondet in Arabismo خلع عليه *induere aliquem dignitatis veste* seu *ipsa dignitate*) etiam in gradibus academicis aliquot tribuendis, personae habetur manualis designatio. Etiam & ritus olim erat alicubi in Christianismo, ut cum manumissiones ab ecclesiasticis fierent, ipsorum aliquot manus, manumittendi capiti, in ipso manumissionis actu, quae per syngrapham fiebat, imponerentur; ut videre est in exemplo ab Hieronymo Bignonio allato in notis ad Marculphi Formulas pag. 577. Atque ut personis, sic rebus, ad certam designationem, imponere manus solenne erat. Ita se res habuit olim, dum manum imponendo sive Evangeliis, sive cruci, sive reliquiis, sive harum capsulis, jurabant; ita hodieque. Iniquum igitur ex ante ostensis neutiquam fuerit existimare, manuum impositionem in presbyteris ordinandis apud Christianos, ex usu illo, quem indicavimus, Ebraico desumptam esse. Atque sicut *baptismus* Christianorum Ebraicum baptismum, quo tum parentes ipsorum, ut volunt ipsi, tum proselyti Judaismo initiabantur, haud parum imitabatur (qua de re consulas si placet lib. II. de Jure Naturali & Gentium juxta disciplinam Ebraeorum cap. II. & sequentia) unde nec novus visus est hic ritus cum fide Christiana imbutis adhibebatur; ut coenae Domini institutio admodum particeps erat celebrationis apud eos paschalis (qua de re vide Josephum Scaligerum lib. VI. de Emendatione Temporum, pag. 536.) ipsique paschatis nostri termini paschales, illorum temporis ratiocinio veteri, utcunque nobis aliter atque aliter intellecto, plane debentur; ita & ex eorum usu vetustissimo manavit ritus ordinationis presbyterorum. Quae, sicut ante erat concessio legitima facultatis de jure Ebraico, sive universaliter sive particulariter, modo quo ostensum est, judicandi ac decernendi (nec tamen nisi ordinatus in judicum aliquem consessum seu Synedrium more patrio insuper cooptaretur) ita nunc creatio erat presbyterorum, episcoporum, pastorum, per successiones ab apostolis derivata; eorum nempe qui Evangelium praedicarent, propagarent, publice exponerent & sacra praestarent aliis Christianismi ministeria. Certe libentius sententiae huic forsan accedet quis ingenuus, si penitius adverterit tum quod tam in receptis Ebraeorum quam Christianorum moribus, hac in re, de Spiritu Sancto habetur, tum quod de ternario minimum numero, qui ordinationi, ut supra docuimus, Ebraicae semper necessarius erat, in episcopis Christianorum ordinandis legitur. Cujus vetustissimum memoratur vestigium in ipso Jacobo, fratre Domini episcopo Hierosolymitano a Petro, Jacobo & Joanne ordinato; idque ex Clemente apud Eusebium & Nicephorum. Vide Gratian. Dist. LXIV. cap. I. & LXVI. cap. II. Freculphum Lexoviensem tom. II. lib. I. cap. XVII. & Damasum in epistola V. ac in edit. Milesiana IX. & Canon. XIII. Cod. Eccl. Africanae. Hinc Matthias Ugonius in tractatu de Praestantia Patriarchali: *Ex hujus*, inquit, (Jacobi) *consecratione, ecclesia traditionem accepit ac episcopis omnibus formam dedit, ut minus quam a tribus episcopis consecrationes eorum non celebrarentur. Unde episcopi non sunt, qui minus quam a tribus ordinati sunt episcopis.* Quibus tamen perquam adversa sunt, quae de episcopo Alexandrino a presbyteris, ut vides, creando, habet tum Eutychius noster, tum Hieronymus. Quin etiam a tribus ordinatur Paulus apostolus Gentium apud Hieronymum in ejus vita. Sed hac in re confundi solet non raro electio seu admissio cum ordinatione. Adeas concilii Nicaeni primi Canonem IV. & Balsamonem & Zonaram ibidem, praeter Theodoritum Histor. Ecclesiast. lib. V. cap. IX. & Synesium epist. LXVII. Si igitur Eutychio nostro fides, hallucinantur nimium, qui, dum ad locum Hieronymianum in praefatione superius allatum extricandum se torquent, asserere audent electionem presbyterorum Alexandrinorum *talem fuisse, qualis in Germania fieri ab ecclesiarum capitulis solet.* Ita ad Hieronymum Marianus Victorius episcopus Amerinus. Quasi episcopi aliunde accersiti creassent, ipsi vero presbyteri tantum elegissent. Neque infrequens est ejusmodi interpretatio Hieronymi apud theologos, nec non obvia. Sic etiam Vincentius Cabotius jurisconsultus lib. I. Variarum Disputationum cap. II. sic alii. Sed ut Eutychio interea, ita & ipsi etiam Hieronymo sunt, quotquot rem sic explicant, adversissimi. De impositionis autem manuum usu & discrimine in Orientali & Occidentali ecclesiis, ex vetustate recepto, consulas Petrum Arcudium de Utriusque Ecclesiae Concordia lib. VI. cap. IV. & sequentia, & Joannem Baptistam Catumsyritum in Prolegomenis, cap. CXXII. cum ibi sequentibus. Jam vero qui sic electi & in munus presbyterale χειροτονία, seu χειροθεσία, scilicet *manuum impositione* cooptati sunt, in ordinem, postea in Christianismo, coalescere dicebantur singularem, id est, ordinem

presbyterorum;

presbyterorum; quemadmodum & alii, in munera, apud Paganos, ſive ſacra ſive profana nomine communi eademque lege, pro morum varietate, ſive in urbe ſive in municipiis adſciti, ordinem faciebant. Hinc *ordinari* verbum inolevit in Occidente pro eo quod χειροτονεῖσθαι, ſeu *in ordinem illum manuum impoſitione cooptari*; unde & *ordinatio* pro ipſo actu. Et quia ſacra eis obeunda miniſteria, *ordo* ille dictus *ſacer*. Et Πρεσβυτέριον interdum ipſe ordo eſt, ut apud Ignatium in Epiſtola ad Trallianos. Notiſſima ſunt nomina illa veteris Romae (quod eſt hic advertendum) ordo ſenatorius, ordo equeſtris, plebeius. Certe & ſenatus nomen, & ſenatorum ordo, ἡ γερουσία, ac ejuſmodi voces aliae, Ebraeorum τῶ זקנים ſeu *Senum* aut *Seniorum* munus, velut ex origine, redolent. Ordines item fuere comitum. Et ordo decurionum paſſim occurrit. Ciceroni etiam memoratur ordo publicanorum, lib. X. epiſt. IX. ad Craſſipedem. Atque in marmoribus priſcis ordo Aquileienſium, Oretanorum, Britonum, Tarraconenſium, id genus quampluríma alia obiter viſuntur. Hinc *ordine moveri*, *ordine interdici*, *in ordinem redire*, *in ordinem allegi*, *ad ordines reduci* lingua juriſconſultorum, velut Ulpiani, Papirii, Papiniani in lib. III. §. 1. & lib. XIII. §. 1. D. tit. de Decurionibus, lib. XV. D. tit. Ad Municipalem, & in Novella Majoriani I. alibique ſaepius. Ipſaque ſane allectorum curia, corpus, collegium ſeu ſodalitium, ordo eſt. Et Ταξεῶται, quaſi ordinatos diceres, ſunt in ordinem curialem allecti in lib. LIII. C. tit. de Epiſcopis & clericis. Certe & qui ſic ex jure Romano ſeu municipiorum in ordines allecti, *Seniores* dictos eſſe, id eſt, plane πρεσβυτέρους recte adnotavit Chriſtophorus Juſtellus in Obſervationibus ad Codicem Canonum Eccleſiae Africanae, Can. 258. Sed & vide ibi Can. 91. & 274. & ad hunc etiam Juſtellum. Conſonus eſt hiſce uſus vocabuli antiquus apud Virgilium, ubi AEneas lib. VII.

--------- *delectos ordine ab omni*
Centum oratores auguſta ad moenia regis
Ire jubet. ---------

Ad quem locum Servius, *Ordine ab omni*, ait eſſe, *ex omni qualitate dignitatum, quod apud Romanos in legatione mittenda hodieque ſervatur.* Et tralatitius eſt nominis etiam nunc uſus ejuſmodi, dum Germaniae, Galliae, Angliae, Belgii ordines dicimus; uti & monachorum aliorumque caenobitarum atque equitum. Parili ex cauſa qui ſacris apud Paganos praeerant in ordines digeſti. *Ordo haruſpicum ſexaginta* legitur in veteri marmore, aut nunc aut pridem Beneventi;

L. CASSENI SOSPITIANI
EX ORDINE. HARUSPIC. LX.
VIX. ANN. XXX.
PARENTES
FILIO. OPTIMO

Etiam Lucius Fonteius Flavianus *magiſter publicus Haruſpicum ordini Haruſpicum* LX *dat dedicat* in ſaxo Romae nuper eruto, quod vide apud Jacobum Gutherium lib. I. de Veteri jure Pontificio cap. III. *Ordo* inſuper *ſacerdotum*, Paganis uſurpabatur, ut in hoc marmore

JUNIO POSTVMIANO V. C.
P. P. DEI SOLIS INVICTI
MITHRAE XV. VIRO S. F.
PONTIFICI DEI SOLIS
ORDO SACERDOTUM MA
GISTRO SVO CURANTE ET
DEDICANTE FLAVIO HERCV
LEO VIRO RELIGIOSISSIMO.

Et in alio:

ORDO SACERDOT. DEI
HERCVLIS INVICTI.

Hinc item *Ordo ſacer*, ſeu, Ἱερὰ τάξις etiam in Gentilium lingua, ut videre eſt in marmore illo veteri Romae reperto, atque ſub Antonino Pio ad hunc modum Graece a ſacro ordine Paeaniſtarum inſcripto, in honorem Embae prophetae & dicti ordinis ſacri patris ſeu antiſtitis.

Η ΙΕΡΑ ΤΑΞΙϹ ΤωΝ ΠΑΙΑΝΙϹΤωΝ
ΤωΝ ΕΝ ΡωΜΗ ΔΙΟϹ ΗΛΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΥ ϹΑΡΑΠΙΔΟϹ ΚΑΙ ΘΕωΝ̃
ϹΕΒΑϹΤωΝ ΕΤΕΙΜΗϹΑΝ ΕΜΒΗΝ
ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΠΑΤΕΡΑ ΤΗϹ ΠΡΟ
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗϹ ΤΑΞΕωϹ ΠΡΟ
ΤΟΜΗ ΜΑΡΜΑΡΙΝΗ Η ΑΝΑΤΕΘΕΙϹΑ
ΕΝ Τω ΟΙΚω ΤωΝ ΠΑΙΑ
ΝΙϹΤωΝ ΤΗ ΠΡ Α ΝωΝωΝ·
ΜΑΙωΝ Η ΕϹΤΙΝ ΚΑΤΑ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙϹ ΠΑΧωΝ ΙΑ
ΕΠΙ ΚΟΥΡΑΤΟΡΟϹ ΜΕΤΕΙΛΙΟΥ
ΑΜΠΛΙΑΤΟΥ ΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΥ
ϹΕΞΤω ΕΡΟΥΚΙω ΚΛΑΡω
Β. ΓΝΕω ΚΛΑΥΔΙω̃
ϹΕΒΗΡω ΚωϹ.

Id eſt, *Sacer ordo Paeaniſtarum, qui ſcilicet Romae ſunt, Jovis, Solis, magni Serapidis ac Deorum auguſtorum, honorarunt Emben prophetam, patrem ſupra ſcripti ordinis imagine marmorea, quae poſita eſt in aedibus Paeaniſtarum pridie nonarum Maii, quae eſt ſecundum Alexandrinos Pachon* XI. (male ſubſtituitur hic in Corporis tum Lipſiani, tum Gruteriani verſione, *Pachonia*; literis numeralibus I A voci *Pachon*

Pachon, quae mensem denotat AEgyptiacum, perinde ac si vocabuli pars essent, perperam adjectis) *sub curatore Metilio Ampliato seniore, Sexto Erucio Claro & Cneio Claudio Severo consulibus.* Anno scilicet Christi vulgari 145. Versio illa in Corpore jam dicto utroque presbyterum appellat hunc Ampliatum. Et Ammianus Marcellinus; *Christiani ritus presbyter (ut ipsi appellant) missus a Fritigerno cum aliis humilibus venit ad principis castra.* Sic ille lib. XXXI. Quasi alia fuisset eodem nomine dignitas apud Paganos. De inscriptione autem illa, vide si placet Josephum Scaligerum de Emendatione Temporum lib. V. cap. de primo Thoth Augustorum pag. 425. Jam vero perpende & vocabuli & notionis *ordinis*, & *ordinis sacri* sic ostensam originem, seu vim primariam, & demum consideres, qualia ac quam varia de charactere indelibili, sacramento, irregularitate, id genus aliis superstruxerit posteritas. Interea autem, an recipiendum nunc videtur, quod habent quidam de presbyterorum ordinis a sacerdotibus Aaronicis origine petenda? *Presbyterorum*, inquiunt, *ordo exordium sumpsit a filiis Aaron. Qui enim sacerdotes vocabantur in Veteri Testamento, hi sunt qui nunc appellantur presbyteri. Et qui nuncupabantur principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur.* Sic Isidorus Hispalensis episcopus lib. II. de Ecclesiasticis Officiis cap. VII. sic Ivo episcopus Carnotensis in Decreti parte VI. cap. XI. alii. Atqui presbyteris apud Ebraeos veteres cum sacerdotibus nihil omnino commune, nisi plane ex accidenti. Non cooptatione in ordinem, ut presbyteri, sed sanguinis seu natalium purorum vi, fruebatur dignitate sua apud illos quilibet sacerdos. Nec principes sacerdotum, aut sacerdotes illic ulli חזנים seu *episcopi* in synagogis fuere, aut archisynagogi; nisi tantum etiam ex accidenti. Non omnino jure sibi, qua sacerdotes fuere, ullatenus singulari. Quod ex Pandecte Talmudico palam est. Neque accessit ulla manuum impositio sacerdotibus, apud Ebraeos, creandis admittendisve. Nati quidem fuere, non facti sacerdotes. Sed ita tantum in munus sacerdotale nati, ut nisi ad idem obeundum (quaestione prius tum de natalium eorum puritate, tum corporis vitiis sacro sermone enumeratis solicitius habita) eos admitteret Synedrium magnum illud septuagintauniusvirale, plane a functione sacra ac altari arcerentur. Nempe ii penes quos erat civilis rerum administratio, hisce de rebus caeterisque in judicium deducendis tam sacris quam civilibus, omnino definiebant decernebantque. Quod vero jam diximus de sacerdotibus sive admmittendis sive arcendis, videre est in titulo Talmudico *Middoth* cap. V. & magistris Talmudicis obiter. Etiam & olim fusius adnotavimus idem nos in libro secundo de Successione in Pontificatum Ebraeorum cap. X. Et commentum frivolum pessime obtrudunt ii, qui de rebus hujusmodi cognovisse volunt forum, velut ecclesiasticum, nescio quod singulare, seu ex sacerdotibus tantum, seu sacro hominum aliquo genere conflatum; quale certo certius est nullum apud Ebraeos veteres, in ordinariis saltem, ullo omnino tempore fuisse. Quod pluribus loco suo demonstrare esset facillimum. Quemadmodum autem Judaeis aevi vetustioris sui fuere, tam extra quam intra Judaeam, presbyteri e cujus vocabuli apud eos usu presbyteri nomen in Christianismum fluxit, ut superius monitum est) ita & recentiores praesidem suum supremum & generalem eo nomine subinde vocitavere. Cujus insigne habetur exemplum in Jacobo presbytero communis olim Judaeorum in Anglia. Scilicet jure utebantur Judaei Anglienses hujusmodi, ut diplomate regio aliquis ex presbyteris suis praeeminentior eveheretur in dignitatem ac munus *presbyteratus omnium Judaeorum totius Angliae*, quod dum superstes esset, exerceret, ut habetur in Tabulis publicis regis nostri Joannis, scilicet parte I. Chartarum anni ejusdem 1. numero 171. *Sacerdotium* item *communitatis Judaeorum Angliae* ab Henrico tertio Eliae, episcopo dicto, conceditur, uti & ab Edwardo primo, Hagino filio *Denlacres*. Quae leguntur in *Pat.* XLI. *Henrici* III. *membrana* 4. *num.* 6. & *Pat.* IX. *Edwardi* I. *membrana* 20. atque in notis nostris ad Marmora Ebraica cum Arundellianis conjuncta. An vero presbyteratus hic eorum & sacerdotium idem ipsum esset, mihi nondum satis liquet. Certe si ita fuerit, presbyteri notionem in Christianismo tunc receptam, id est, aliam multo ab ea qua majores eorum usi fuerant, in eos qui sacris suis praeessent, translatam voluere.

11.

Eumque benedicerent.] An benedictionis, precum, seu Numinis invocandi formulam aliquam solennem, certam, ac conceptis, ex canone seu usu aliquo, verbis (quales hodie in Ritualibus) aut incertam, & pro benedicentis arbitrio, sub manuum impositionem, proferendam intellexerit, non liquet. Certe in Epitome rerum a S. Petro gestarum, Clementi tributa, formula habetur Zacchaei in praefecturam ecclesiae Caesariensis ordinandi, velut primis in seculis ordinationibus ejusmodi ex praescipto adhibenda. Sic se habet: Καὶ ταῦτα εἰπών, ἐπέθηκε τὰς χεῖρας τῷ Ζακχαίῳ, καὶ φησι· Δέσποτα, κύριε, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦ πνεύματός σου τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ, σὺ διαφύλαξον τοῦτον ποιμαίνειν τὸν λαόν σου, ὃν ἐξελέξω. *Haec cum dixisset* (Petrus scilicet) *Zacchaeo manus imposuit cum his verbis*, aut *hac usus formula*; *Domine, Domine, Pater Domini ac Dei ac Servatoris nostri Jesu Christi, Spiritus tui Sancti & venerandi opera, custodias hunc quem delegi, ut pastor sit populo tuo.* Atque occurrunt in Ritualibus sacris receptae ad hanc rem formulae, uti & apud Dionysium; quas & vide apud Stanislaum Socolovium lib. de Consecratione Episcopi, atque Arcudium & Catumsuritum locis paulo ante citatis. Sed de certis ejusmodi ac praestitutis formulis, in sacris quibuscunque obeundis, controversia grassatur non levis. Utrum scilicet ullatenus admittendae, aut necessariao adhibendae omnino aliquae. De his enim vel illis sive usurpandis sive rejiciendis (qua de re non loquimur) rationes habet pro persuasionis discrimine quisque sibi satis cogentes. Nec difficile est ea reperire, quae ad jam dictae rei disceptationem spectant in libris Christianorum. Dum

Dum autem agitur de certis formulis admittendis quaestio, confugiunt subinde, saltem confugere videntur, scriptores ad morem ecclesiae veteris Ebraeorum. Illinc alii praestitutarum & certarum formularum exempla peti quidem volunt; sed enixius quam, aut probant aut probare contendunt. Alii interim, iique in theologicis famam prae se ferentes ingentem, nullas ejusmodi precandi aut benedicendi statas formulas in eadem ecclesia reperiri aut fuisse, sed quae extant cunctas recentiorum verparum esse commenta, tradere non verentur. Atque sciolorum ignorantia, ut in aliis, sic in hisce, eo tum securior est tum ferocior, quo crassior & ipsis inextricabilior. Intempestivum igitur nunc non habeatur, nec mihi vortatur vitio, quasi pronius quam par est, ex occurrente sic benedicendi vocabulo, ansam arripuerim, si hac de re etiam hic paucis, velut forte primus, indicavero quae utrique altercantium parti usui fuerint eximio; in quantum nempe inter ratiocinandum & exempla e vetustate afferendum, ullam tribuit pars alterutra ecclesiae veteris Judaicae moribus auctoritatem. Quod ad quotidianas ecclesiae illius preces seu benedictiones, quas תפילות & ברכות nuncupant, earumque formulas certas atque solennes attinet; fuere illae aut sacerdotibus propriae, aut cuilibet Judaeo ita communes, ut unicuique pariter incubuerit easdem usurpandi officium. Prioris generis fuere benedictiones illae tres praestitutae in Numerorum cap. VI. 23. nomine notissimo τ̃ εὐλογίας Ἀαρῶν, *benedictionis Aaron* Syracidi cap. XXXVI. 17. designatae. *Loquere ad Aharon & filios ejus, dicens, Sic benedicetis filiis Israel, dicetisque ad eos:*

א. יברכך יהוה וישמרך.	1. *Benedicat tibi Dominus & custodiat te.*
ב. יאר יהוה פניו אלין ויחנך.	2. *Illuminet Dominus faciem suam super te, & misereatur tui.*
ג. ישא יהוה פניו אלי' וישם ל' שלום.	3. *Levet Dominus faciem suam super te, & ponat te in pace.*

Hac formula docent theologi, qui iidem & jurisconsulti, Ebraeorum, benedicere usos fuisse populo abiturienti sacerdotes, ex canone & praescripto hoc Mosaico, idque quotidie post sacra quibus intererant, saltem matutina; atque manibus elatis, digitisque expansis. Ita nimirum, ut quoties in synagogis aut proseuchis id fieret, extollerent manus usque ad humeros, ac publicus minister seu apostolus (quem שליח צבור appellitant) legendo praeiret, respondente singulis populo, Amen. Quando autem peractis sacrificiis in templo hoc factum (quod nunquam non faciendum post sacrificium juge matutinum) instar benedictionis unicae, praeeunte itidem lectore, proferebantur tres illae a sacerdotibus, respondente populo, ברוך ה' אלהים ישראל מן העולם ועד העולם, *Benedictus sit Dominus Deus Israel in secula seculorum.* Tunc autem, scilicet in templo, extulere sacerdotes manus supra capita, excepto quod pontifex maximus non supra phylacteria sua seu frontalia eas efferret. Alia ad hanc rem observatu satis digna, sed quibus locus hic non est idoneus, occurrunt in Misna & Gemara, tit. *Sota* cap. VII. Talmude Babylonio fol. 37. & 38. in *Sepher Colbo* tit. *Thephila*, *Hilcoth Gedaloth* tit. *Beracoth*, Mose Maimonide tractatu *Tephila Webarceth Cohenim* seu *de Precatione & Sacerdotum Benedictionibus*, cap. XIV. Mose Mikotzi Praecept. Affirmativo XX. & Obadia Bartenorio, ad dictam Misnam, praeter loca alia Talmudica in Annotationibus ad dictum Maimonidis caput indicata. Quod ad genus attinet posterius, seu praestitutas precum formulas cuilibet pariter (pro viribus semper intellige) adhibendas; eae aut necessario quotidianae fuere, aut pro re nata tantum variatim usurpandae. Speciem utramque paucis ostendemus. Quemadmodum juxta veterrimam apud eos interpretationem, diligenter cuique praestanda erat lectio seu invocatio solennis, eaque tam vesperi quam mane, periocharum aliquot in Deuteronomii cap. VI. & VII. (quam קרית שמע *lectio audi*, ex verbis illis repetitis *Audi Israel* vocitant) ad totam vitae piae rationem attinentium, ut liquet in Misna tit. *Beracoth* cap. I. & utriusque Talmudis Gemaris ibidem, & passim tum in magistrorum commentariis, tum in gentis Ritualibus, ita etiam tum Ezrae temporibus tum seculis captivitatis Babylonicae finem insequentibus, praescriptis certisque precandi formulis quotidianis ex instituto usa est ecclesia illa. Quod ut rite intelligatur, videndum est, primo, de precandi ritibus seu jure ante Ezrae tempora seu a Mose ad Ezram; secundo; quinam certas aliquas precandi formulas in ecclesia illa, ante Christum, seu dum viguit ex instituto divino Judaismus, instituerent; tertio; quotnam ac quales illae fuerint; quarto; quomodo, ex gentis moribus, adhibendae. Quod ad primum attinet; docent magistri, in praeceptis quidem divinis contineri, preces ab ipsorum quolibet Numini fundendas esse, sed nec formulam, nec numerum, nec tempora in praeceptis illis designari. Aiunt leges illas sacras Exodi XXIII. 25. & Deuter. XI. 13. *Servietis Domino Deo vestro*, & *ut servietis illi toto corde vestro & tota anima vestra*, precandi officium imperare. Sic enim loquuntur; איזו היא עבודה שבלב זו תפלה ואין מנין התפלה מן התירה ואין חיוב התפלה הואת מן התורה ואין לתפלה זמן קבוע מן התורה ולפיכך נשים ועבדים חייבין בתפלה לפי שהיא מצות עשה שלא הזמן גרמה אלא חיוב מצות זו כך הוא שיהא אדם מתחנן ומתפלל בכל יום ומגיד שבחו של הק"בה ואחר כך שואל צרכיו שהוא צריך להם בבקשה ובתחנה ואחר כך נותן שבח והודיה לה' על הטובה שהשפיע לו כל אחד לפי כחו: *Quinam est cultus ille qui in corde? Is precatio est. Sed vero neque numerus precum ex lege est, neque haec vel illa precandi formula est ex lege, nec a lege praestitutum est precandi tempus. Unde fit, ut etiam foeminae & servi lege precandi teneantur; cum scilicet praeceptum sit affirmativum, tempore non circumscriptum. Caeterum officium ex hac lege praestandum hujusmodi erat, ut quotidie unusquisque supplicaret & precaretur, & enarraret primo gloriam Domini Dei benedicti, & postmodum rogaret obsecrando & deprecando ea, quae sibi necessaria essent, & deinde gloriam*

gloriam ac laudem daret Domino ob bonitatem suam, qua erga eum usus est. Quilibet nempe pro viribus suis. Atque precationes aiunt esse in cultu divino על צד הכונה הראשונה *primae* seu *primariae intentionis.* Oblationes autem, & quae sunt id genus alia imperata על צד הכונה השנית *intentionis secundariae*; quod pluribus explicat egregie Rambam in *More Nebochim* part. III. cap. XXXII. Stabant item, non genu flectebant, precantes. Ubicunque autem locorum quis esset, precabatur versus templum, seu illam mundi plagam, qua templum ei situm. Magistri והכל מתפללין נכח המקדש בכל מקום שיהיה וכן היה הדבר תמיד ממשה רבינו ועד עזרא, *Et cuilibet precanti facies vertenda erat versus templum, ubicunque esset locorum. Atque sic obtinuit a Mose magistro nostro usque ad Ezram.* Quae postrema vocabula etiam pertinent ad reliqua jam de precibus dicta. Quatenus scilicet sanctuarium, ante Salomonis tempora, & templum postea velut in idem recidunt. Hierosolymis autem qui precabatur, faciem vertebat in montem templi; qui in monte templi, versus Sanctum sanctorum. Cum igitur nulla esset hactenus praestituta supplicandi formula quotidiana, sua pro arbitrio usus est quilibet, & interdum quotidie nova. Nam & de Achitophele, ex veterum traditione, aiunt, היה מתפלל שלש תפילות חדשות בכל יום, *Die unoquoque tribus novis precandi formulis*, seu *precationibus usus est.* Sic legitur in Gemara Hierosolymitana ad tit. *Beracoth*, cap. IV. fol. 8. col. 1. Et de jam dictis consulas, praeter commentarios Rabbinicos ad loca Scripturae citatos, Mosem Maimonidem in tractatu *Tephila Webarceth Cohenim* cap. I. & Mosem Mikotzi Praecept. Affirmativo XIX. & Gemaram jam dictam fol. 7. col. 1. Certae autem precandi formulae ac cuilibet, quotidie ex superinducta lege seu more recepto, usurpandae (quae secundo hic dispiciendae) institutae sunt ab Ezra ac בית דינו, id est, *Consistorio* seu *Synedrio ejus*, seu eis qui ad instaurandam conservandamque avitam rempublicam operas viri praecellentiores mutuas sub captivitatis Babylonicae finem tradiderant, Tunc enim Judaei non pauci, verisimile satis erit, si dixeris ex vulgo plerique, tum peculiares avorum mores, tum sanctam linguam ex gentium aliarum mixtura ita variatim habuere depravatam, ut sine praeceptore preces Numini suo sanctissimo offerre aut rite satis nequirent, aut dubitanter nimis adgrederentur. Ne igitur in posterum tam in re ipsa, quam in sermone balbutientes a pietate vera, seu divinitus imperata, temere deviarent, huic adhibere volebant remedium malo אנשי כנסת הגדולה *Viri magnae Synagogae* illi celeberrimi, seu Ezra & consistorii sui collegae numero centum viginti designari soliti. Adeoque certam precandi formulam instituere unicuique recipiendam, eamque tum quotidianam, tum iterandam, tertiandamque, ut dicetur. Rabbi Jeremias in Gemara Hierosolymitana ad tit. *Beracoth* cap. II. fol. 4. col. 4. מאה ועשרים זקנים ומהם שמונים וכמה נביאים התקינו את התפילה הזאת, *Centum & viginti presbyteri, e quibus octoginta prophetae fuere, aut instar prophetarum* (nam legendum puto, ut alibi, שמונים נביאים וכמה וגו') *hanc precandi formulam instituerunt.* Scilicet de precandi formula proxim ante ibi memorata, de qua statim plura dabimus verba facit. Tantundem habetur in Gemara Babylonia ad tit. *Megilla* cap. II. fol. 18. a. & vi de Gemaram Babyloniam ad tit. *Beracoth* cap V. fol. 33. a. In collegis autem consistorii illius seu synagogae magnae numerantur ab Ebraei Haggaeus, Zacharias, & Malachias prophetae, Zo robabel, Mordecai, alii viri illustres, de quibu vide si placet Nehemiam cap. VII. 7. & qua collegit Joannes Buxtorfius in Tiberiadis seu Com mentarii Masorethici cap. X. Quod ad tertian hic attinet considerationem; tradunt preces se benedictiones (nam utroque nomine hic promi cue utuntur) in formula superius laudata fuis octodecim. Unde saepius occurrit שמונה עשרה ברכות *Octodecim benedictiones*; ipso etiam nu mero simplici subinde, velut nemini non notissi mo, in Commentariis Talmudicis pro eisdem u surpato. Simul item dicuntur, תפילות על הסדר (ut in jam ante citata Gemara utraque) & ברכות על הסדר, id est, *preces* seu *benedictiones ordina tae*, seu *ordine compositae.* Ex octodecim ja dictis, tres aiunt priores continere שבח לה' *gl riam Domini*, uti & totidem posteriores. Inte medias vero שאלת כל הדברים שהן כמו אבות לכל חפצי איש ואיש ולצרכי הצבור כולן, *Petiti nem omnium rerum, quae genera primaria sun tum eorum quae hominibus singulis habenda votis, tum eorum quae populo universo ut nece saria desideranda.* Sic Maimonides. Et in G mara Hierosolymitana ad tit. *Beracoth* cap. l fol. 4. col. 4. traditur autores formulae jam m moratae sic ordinem instituisse ut שלש ברכות ראשונות ושלש ברכות אחרונות שבחו של מקום והאמצעיות צרכן של בריות, *Tres priores ben dictiones totidemque posteriores gloriam Domi spectarent, intermediae autem generi humano n cessaria.* Ratio insuper ex veteribus adjicitur a pud Maimonidem, כדי שיהו ערוכות בפי הכל וילמדו אותן ותהיה תפלת אילו העלגים תפילה שלימה כתפלת בעל הלשון הצחה ומפי ענין זה תקנו כל הברכות והתפלות הסדורות בפי כל ישראל כדי שיהא ענין כל ברכה ערוד בפי העלג, *Ut scilicet in c juslibet ore bene disponerentur, omnesque eas di cerent, & preces etiam indisertorum non m nus perfectae forent, quam preces viri utcunq linguae disertae. Atque hac causa instituerun ut cunctae benedictiones hae & preces ordine formula disponerentur in ore cujuslibet Israelita quoniam inde eveniret, ut etiam in balbutient ore etiam indiserto pariter disponerentur.* Ipsi simam sane, qua de loquuntur, formulam int gram fateor me hactenus non satis didicisse, s institutam fuisse, secundum id quod diximus, ur pronuntiant ore. Occurrit quidem harum fo mula in Gemara Hierosolymitana; sed libra puto incuria ita minuta, ut numerum indicatu seu octodenarium in ea reperiri nequeas. U cunque vero, qualis ibi habetur exscribimus, b neficia divinitus accepta tam agnoscentem, qua nova desiderantem.

חנינו דיעה. חננתנו דיעה. רצה תשובתינו. רציר
תשובתינו .סלח לנו. סלחת לנו. גאלינו גלתנו. רפא
חליינו. ריפת חליינו. ברך שנותינו. בירכת שנותינו
קבצינו. קבצתנו. שופטינו בצדק. שפטתנו בצדק
הכנע קמינו. הכנעת קמינו. צדקינו במשפט
צידקתנו. בנה ביתך ושמע עתירתינו ורצינו בתוכו

Id eſt:

Largire nobis ſcientiam. Largitus es tu ſcien-
'iam nobis. Grata tibi ſit poenitentia noſtra.
Grata fuit poenitentia noſtra tibi. Propitius
is nobis. Fuiſti nobis tu propitius. Redime
ıos. Redemiſti tu nos. Sana infirmitates no-
ſtras. Infirmitates noſtras ſanaſti tu. Benedic
ınnis noſtris. Benedixiſti tu annis noſtris. Con-
rega nos. Congregaſti tu nos. Judica nos cum
uſtitia. Judicaſti nos tu cum juſtitia. Humi-
iato hoſtes noſtros. Humiliaſti tu hoſtes no-
ſtros. Juſtifica nos in judicio. Juſtificaſti nos.
Aedifica templum tuum, & audi ſupplicationes
ıoſtras, & gratioſus ſis nobis in eo.

Quod agnitione ſic repetitur, unicam eſſe ſem-
per exiſtimo benedictionum illarum octodecim.
Sed videſis Maimonidem tract. *Thephila We-*
barceth Cohenim cap. II. §. 3. ubi alia ſunt for-
mulae quam tractamus capita. Receptiſſimum
autem eſt in doctrina Talmudica, ſolennia bene-
dictionum & precum initia ſeu Numinis com-
pellationem Ebraeis fuiſſe, ut hodieque eſt, ברוך
אתה יהוה אלהינו מלך העולם, *Benedictus ſis Do-*
mine Deus noſter, rex mundi. Quod forte hic
ſi largire nobis, &c. ex ipſa etiam inſtitutione
hunc praefigendum. Unumquemque vero pre-
candi actum, juxta ea quae ſtatim dicentur, prae-
tandum auſpicari ſolebant a verſiculo illo Pſalmi
LI. 15. ה' שפתי תפתח ופי יגיד תהילתך, *Domine*
aperi labia mea, & os meum oſtendet ſeu an-
nuntiabit laudem tuam. Claudebant dein ver-
ſiculo illo Pſalmi XIX. ult. *Sint accepta verba*
oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu
tuo, Domine fortitudo mea & Redemptor meus.
Vide Gemaram Hieroſolymitanam ad tit. *Bera-*
coth cap. IV. fol. 8. col. 1. & Maimonidem
tract. *Thephila Webarceth* cap. II. §. 9. Ex mo-
ribus autem gentis, ita a quolibet, poſt ſynago-
gae illius magnae hac de re decretum, adhiben-
da erat formula illa (quod quarto hic videndum)
et regulariter ſaepius quotidie, ſed diverſimode,
ſet effundenda, horis ſcilicet ſtatis, velut cano-
nicis. Nimirum ſtatuerunt, ut non ſolum tem-
poribus tum ſacrificii jugis matutini, tum ejus
quod pomeridianum erat, uteretur quilibet hac
quotidie precandi formula; verum etiam ut no-
cte tertiaret, & quoties קרבן מוסף ſeu *oblatio*
adjectitia ſeu quae morem communem ex lege
accederet, praeſtanda eſſet, eam interdiu inſuper
repeteret. Denominatis etiam a ſacrificiorum
nomine ipſis, pro temporum varietate, ſed ſem-
per eiſdem precibus. Ut matutinis, pomeridia-
nis, veſpertinis, ſeu nocturnis, adjectitiis. Qui-
bus acceſſit in jejunio feſti expiationum magno,
precum jam dictarum repetitio ſub occaſum ſo-
lis, תפלת נעילה, *Precatio obſerationis* vocitata;
quaſi adhibendam eam, cum portae coeli claude-
rentur, id eſt, ſol abiret, indicaret nomen. Pre-
cationes igitur ex Ezrae ac conſiſtorii ſui inſtitu-
to illo quotidianae fuere tres, matutinae, pome-
ridianae, & veſpertinae ſeu nocturnae. Sabba-
tis autem, feſtis imperatis, ac neomeniis, qua-
tuor. Nam in illis ex lege, adjectitia erant ſa-
crificia, adeoque adjectitia precatio. Memorato
demum jejunio quinque. Acceſſit enim illa pre-
catio obſerationis dicta. Atque preces hae etiam
in eccleſia illa Judaeorum veteri habitae תפלות
חובה, *Preces officii neceſſario praeſtandi.* Et de
eo qui cunctas juxta majorum inſtitutum adhi-
buiſſet יצא aiunt ידי חובתו *praeſtitit officium*
ſuum ſeu debitum; uti de eo qui aliquam omi-
ſiſſet, לא יצא *non praeſtitit.* Addunt vero de
precibus a publico in ſynagogis miniſtro recitatis
שליח ציבור מוציא את הרבים ידי חובתן כיצד בשעה
שהוא מתפלל והן שומען ועונין אמן אחר כל ברכה
וברכה דרי הן כמתפללין בד"א בשאינו יודע להתפלל
אבל היודע אינו יוצא ידי חובתו אלא בתפלת עצמו,
Publicus miniſter ſeu *univerſitatis* aut *populi a-*
poſtolus (ut apud nos parochus) *liberat plebem ab*
officio ſuo hic praeſtando, ſi dum precatur ille,
audiat illa & reſpondeat ſingulis benedictionibus
Amen. *Inde enim fit, ut pro precantibus habea-*
tur plebs. Quod tamen ad eum ſolum attinet,
qui precandi ſatis gnarus non eſt. Nam ſi gna-
rus fuerit, officium quod ſibi incumbit non prae-
ſtat, niſi & ipſe precetur. Sic Maimonides tra-
ctatu *Tephila Webarceth* cap. VIII. §. 9. quo-
cum conjungas Gemaram Babyloniam ad tit. *Roſh*
haſhena cap. IV. fol. 34. & 35. Exceptiones au-
tem aliquot de jam regulariter dictis habent,
quas adferre huc operae non eſt pretium. Quod
itidem dicendum de eo quod pronuntiant תפלות
אלו אין פוחתין מהן, *Precum harum,* ſeu *preca-*
tionum nullam omittere quis debet. Alias autem
ſive formulas ſive vices adjicere nefas non erat.
Et Rabbi Eliaezer היה מתפלל תפילה הדשה בכל
יום, *Nova precandi formula* (id eſt, alia atque
alia praeter formulam octodenariam) *quotidie* u-
ſus eſt, quod legitur in Gemara Hieroſolymitana
jam ante citata; quod habetur item de Rabbi
Abihu. Quoties autem novae accederent, inſtar
ſacrificiorum ſeu oblationum ultronearum ha-
bebantur, quemadmodum reliquae, ut dictum eſt,
inſtar imperatarum. His item nominibus dictae.
Quae tamen ſic volunt intelligi, ut neque tres
numeri octodenarii priores nec poſteriores pre-
ces, ullo modo ne adjiciendo quidem mutare li-
ceret, intermedias vero pro arbitrio & juxta a-
nimi vota ſingularia ampliare aut augere, nec in-
terim omnino ipſas, utpote integre ſemper reti-
nendas, aliter (exceptione interim minutula una
& altera admiſſa) immutare. Privatis nimirum
ſeu ſingulis ampliare aut augere liceret. Quo-
niam ipſis ultronea offerre licuit ſacrificia, qui-
bus reſpondere volebant preces ſeu precationes
illas ultroneas ſeu adjectitias. Nec tamen hoc
licuiſſe aiunt nonnulli coetui publico ſeu eccle-
ſiae, quam צבור appellitant, quia ſacrificia aiunt
ab eccleſia, imperata tantum, non ultronea fuiſſe
offerenda. Maimonides; אין הצבור מתפללין תפלת
נדבה לפי שאין הצבור מביאין קרבן נדבה, *Ab ec-*
cleſia ſeu *coetu publico precatio ultronea uſur-*
panda non erat; quoniam nec eccleſia ſeu *coetus*
publicus offerebat ex lege ſacrificium ultroneum.

Addit item ex doctorum illuſtrium aliquot ſententia, nec ſabbatis nec diebus feſtis cuiquam fas fuiſſe, precatione ultronea, ſed tantum imperata, uti. Ratio redditur, לפי שאין מקרבין בהן נדבה אלא חובה היום בלבד, *Quoniam in eis offerendum non erat ultroneum quid, ſed id duntaxat quod ex lege ad eorum ſingu'a attinuit.* Sed hac de re vide quae ex Abraha Ben David habentur in *Migdol Oz* & in *Ceſeph Miſna* ad Maimonidis tractatum, *Thephila Webarceth Cohenim* cap. I. §. 12. Octodecim jam dictis acceſſit, ſub excidii aevum, nonadecima a Rabban Gamaliele, & Synedrio magno, cui praefuit is, ut princeps, inſtituta precandi formula. Aliae item quamplurimae benedictionum & precationum formulae etiam quotidianae, ex eorum qui rebus praeerant inſtituto, tandem inolevere; adeo ut ſi ſeptem quae continentur in lectione illa *Audi Iſrael* (qua de, ante) & tum jam dictas tum alias, exemplo majorum, tandem ſuperinductas enumeres חיוב אדם לברך מאה ברכות בון היום והלילה, *Centum benedictiones* ſeu *precationes praeſtandae fuerint ab unoquoque intra tempus civilis cujuſlibet diei.* Vide Maimonidem, tractatu toties citato, cap. VII. §. 14. Nimirum actibus ex lege quotidianis acceſſere inſervientes benedictiones, cujus rei ratio oſtenditur in eis, quae de ſpecie hic ſecunda proxime ſubjunguntur. Et de quotidianis benedicendi ſeu precandi formulis neceſſario apud Ebraeos veteres, juxta eorum doctrinam, adhibendis, hactenus. Species altera eſt, pro re nata ac variatim uſurpandarum, nec quotidianarum, niſi ex accidenti, aut pro arbitrio aliud agentis. Lex habetur ſacra, Deuteron. VIII. 10. *Cum vero comederis, & ſatiatus fueris, benedices Domino Deo tuo in terra illa bona, quam dedit tibi.* Hinc aiunt, ex lege ſacra eſſe ברכת המזון, *Benedictionem cibi* aut *menſae*; quam interea ſic intelligunt, ut poſt cibum ſumptum ſeu a ſaturis tantum, ex legis verbis, quibus pertinacius ut plurimum ſunt addictiſſimi, benedicendum eſſet. Sed vero מדברי סופרים ex *verbis* ſeu *inſtitutis ſcribarum*, ſeu moribus ab eis qui rebus praeerant ſuperinductis, non ſolum benedictionem ſeu preces euchariſticas adhibebant olim, uti hodieque cibo ſaturi, ſed etiam tam ante quam poſt ſive cibum ſive potum aliquantulum ſumptum. Quin & eo uſque res demum proceſſit, ut velut ex peculiaris benedictionis menſae origine exemplo inducerentur ſimiliter quamplurimae aliae actibus, ex lege ſacra, praeſtandis inſervientes, ſeu praeeuntes. Aiunt ſcilicet, כשם שמברכין על ההנייה כך מברכין על כל מצוה ומצוה ואחר כך יעשה אותה, *Sicut benedicere debuit quiſque, quoties dapes aut potum ſumeret, ita benedicere debuit cuique ſigillatim praecepto* (affirmativo) *& poſtea id, quod praeceptum eſt, facere.* Et ab intima vetuſtate petunt benedictionum, ex more majorum uſitandarum, ſpecies tres. Prima eſt, qualem diximus menſae, ſeu ברכת הנייה, *Benedictio rerum quibus utimur, fruimur.* Secunda ברכת מצוה, *Benedictio praecepti,* de qua jam locuti ſumus. Tertia ברכת הודיה, *Benedictio laudationis* ſeu *glorificationis Dei*, etiamſi neutra priorum cauſa ſingularis adſit. Quacum conjungunt eam quae eſt בקשה ſeu *petitionis.* Certas aiunt fuiſſe harum formulas, eaſque ab Ezra in corpus redactas aut deſcriptas, ex autoritate conſiſtorii ejus ſeu ſynagogae magnae (qua de ante) ordine diſpoſitas eſſe, ac ſic confirmatas, ut nec cuiquam earum aliquam mutare, ſive adjiciendo ſive minuendo, liceret. Maimonides, נוסח כל הברכות עזרא ובית דינו תקנום ואין ראוי לשנותם ולא להוסיף על אחת מהם ולא לגרוע ממנה וכל המשנה ממטבע שטבעו חכמים בברכות אינו אלא טועה *Deſcripſit cunctas benedictiones Ezra, quas & conſiſtorium ejus ordinarunt obſervandas. Neque licet eas immutare, aut cuipiam earum adjiciendo, aut quampiam minuendo. Et quaelibet immutatio ejus, quod ſic conſignarunt ſapientes in benedictionibus, plane error eſt.* Nec carere debuit benedictio aliqua הזכרת השם ומלכות, *Memoria nominis Domini & regni*; ſeu praefatione illa ſolenni בא"י אמ"ה, *Benedictus ſis tu, Domine Deus, rex mundi.* Quemadmodum & Mahumedanorum precibus ſolennibus (quarum itidem praeſtitutas habent illi formulas, ut mox dicetur) Dei unitatis & Mahumedis, ut ejuſdem legati ſeu apoſtoli, mentio plerumque ſolet inſeri. De jam dictis & innumeris aliis ad formulas certas, jura, & ritus benedictionum ac precum in eccleſia veteri Judaeorum attinentibus, conſule titulum *Beracoth* in utroque Talmude eundemque in Maimonide, Alpheſio, aliis, praeter Moſem Mikotzi Praecepto Affirmativo XXVII. Hiſce adjungi poſſent formulae aliquot ſacrae in Pentateucho repertae illuſtriores; ut carmen illud horrendum in uxoris adulterii ſuſpectae examine (Numer. V. 5.) oratio item ſolennis ad exercitum procinctum perpetuo uſurpanda (Deuteron. XX. 3. &c.) item confeſſio de decimis anni tertii verbis praeſtitutis edicenda (Deuteron. XXVI. 19.) quarum apices obſervandos voluere ſemper juriſconſulti ac theologi eccleſiae illius. Adde etiam uſitatum ex vetuſtiſſimo more carmen Syriacum in azymis paſchalibus, הא לחמא דעניא די אכלו אבהתנו בארעא דמיצרים וגו', *Hic eſt panis ille aerumnoſus, quem comederunt patres noſtri in terra AEgypti,* &c. De quo videſis *Sepher Colbo* fol. 55. col. 2. & Joſephum Scaligerum lib. VI. de Emendat. Temporum, pag. 536. Et locum ſane hic ſingularem habet hymnus ille celeberrimus generali nomine הלל *laudatio* ſeu *hymnus* Ebraeis dictus, cujus ſolennis in neomeniis, & in feſtis dedicationis, tabernaculorum, paſchatis, ſeptimanarum uſus. Conficitur ex Pſalmis CXIII, CXIV, CXV, CXVI, CXVII, & CXVIII. De quo videſis Gemaram Babyloniam tit. *Peſachim* cap. X. fol. 117 a. praeter J. Buxtorfium in Lexico Chaldaico col. 613. Nec praetermittas II. Paralip. XXXV. 13. & I. Paralip. XVI. 7. Quae vero Judaei recentiores habent, paſſim proſtant in Ritualibus illis מנהגים *Officiis, Ritualibus,* ſeu *Uſibus Solennibus* dictis (Judaeorum in Hiſpania, Luſitania, Polonia, Germania, alibi degentium) & in libro *Maharil* & מחזור ſeu *precum & hymnorum Cyclo.* In his quidem vetuſta ſunt non pauca. Etiam & titulus in illorum pleriſque מאה ברכות *centum benedictionum* habetur. Sed quoniam non ſine interſperſis multimodis recentiorum inventis; ideo merito non ita per ſe, ab eis qui vetuſtatis arcana hic cordate venantur, pendi ſolent. Et videſis quae ſubjunguntur ex

ex eorum Ritualibus Genebrardi Chronico. Quae vero in Pandectis occurrunt Talmudicis, aut ex eis a magistris celeberrimis docentur, majoris multo, in disquisitione hujusmodi, sunt momenti. Verum est, fateor, etiam & Talmudicum corpus utrumque diu post Christum, etiam diu post excidium urbis, congestum. Sed ita congestum, ab eis qui morum majorum & tenacissimi fuere & scientissimi, etiam & intra tam pauca a Christi natalibus secula congestum, ut qui dubitet, an eis, quae de moribus ejusmodi ibi tradantur, fides fuerit habenda historica, nae aegre, puto, credet is observationibus, verbi gratia, astronomicis, Aristyllo, Hipparcho, Timochari, Menelao, aliis a Ptolemaeo in Magna Constructione tributis, aut ejusdem, ex doctrina Apotelesmatica Chaldaeorum atque AEgyptiorum seipso multo vetustiore, desumptas traditiones in Tetrabiblo non fictas esse; quoniam nempe tot annis, etiam seculis, recentior Ptolemaeus, atque autorum ipsorum commentarii periere. Eodem pariter jure quidem aut negabit, aut dubitabit is de testimoniis e Varrone, Ennio, Valerio Antiate, id genus aliis, a Livio, Plutarcho, caeteris inferioris aevi, allatis. Etiam & de nascentis ecclesiae rebus ab Eusebio, tot a Christo annis, sed veterum interea autorum libris, qui jam nullibi extant, instructo, conscriptis. Quod & aeque dicendum de Papiniani, Ulpiani, Callistrati, Modestini, Scaevolae, jurisperitorum aliorum reliquiis in Pandectis Justiniani, qui seculis aliquot illis recentior, tantum servatis. Et apposite, de re huic neutiquam dissimili (id est, de ritibus & carmine sacro in azymis comedendis) vir summus Josephus Scaliger, libro ante citato, pag. 537. *Hic fuit*, inquit, *vetus ritus celebrationis pascha temporibus Messiae* (ritum illum fusius ante e doctrina Talmudica tradiderat) *quod vetustissimi canones in Digestis Talmudicis manifesto probant. Nisi quis eos neget antiquos esse; quod idem ac si quis capita Papiniani, Pauli, Ulpiani & aliorum jurisconsultorum in Digestis Justiniani producta, neget esse eorum jurisconsultorum, quorum nomine citantur. Quod nemo sanus dixerit.* Sed vero, utrum ex memoratarum benedicendi ac precandi formularum certarum generis alicujus, apud veteres Ebraeos in usu, imitatione, ullas sibi Christiani veteres, adeoque Alexandrini presbyteri hic qualemcunque suam, adhibuerint, definire meum non est. Certe exemplo forte istius ecclesiae, suas usurpabant formulas, in sacris obeundis, certas Pagani; quarum specimen egregium in Catone de Re Rustica cap. CXLI. ubi de Solitaurilibus agit. Alia apud Macrobium & in priscis marmoribus. Et vide, si placet, Barnabae Brissonii Formularum lib. I. Guilielmum Stuckium in Sacrorum Sacrificiorumque Gentilium Descriptione, Jacobum Gutherium de Veteri Jure Pontificio lib. IV. cap. XIV. alios, qui obiter de ritibus Paganorum. Majorum autem sive providentia sive injuria periere veteres illi, Atteius Capito de Jure Sacrificiorum, Trebatii libri novem Religionum, Neratii de Supplicationibus liber, Varronis rerum Divinarum libri quatuor, alii ejusmodi, unde haec plenius multo edisci potuissent. Reliquiae sane occurrunt hac de re nonnullae apud Arrianum in Epicteto. De vatibus consulendis disputans (lib. II. cap. VII.) Νῦν δὲ, inquit, τρέμοντες τὸ ὀρνιθάριον κρατοῦμεν καὶ τὸν Θεὸν ἐπικαλούμενοι, δεόμεθα αὐτοῦ, Κύριε ἐλέησον, ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. *Nunc autem trementes augurium captamus, Deumque invocantes precamur, Kyrie eleeson* seu *Domine miserere & concedas ut evadam.* An e Christianismi usu illud *Kyrie eleeson* in Gentilismum receptum dubitat vir eximius Gerardus Joannes Vossius in lib. I. de Theologia Gentili cap. II. Floruit autem autor ille sub Hadriani Caesaris tempora. Habet item Arrianus lib. I. cap. XVI. hymnulorum aliquot formulas solennes fodienti, aranti, comedenti usurpari solitas. Ut μέγας ὁ Θεὸς ὅτι ἡμῖν παρέσχεν ὄργανα ταῦτα, δι' ὧν τὴν γῆν ἐργασόμεθα, *Magnus est Deus, qui nobis instrumenta praebuerit haec, quibus terram excolamus;* alias ejusmodi actibus caeteris. Et subjicit: ταῦτα ἐφ' ἑκάστου ἐφυμνεῖν ἔδει, καὶ τὸν μέγιστον καὶ θειότατον ὕμνον ἐφυμνεῖν, ὅτι τὴν δύναμιν ἔδωκε τὴν παρακολουθητικὴν τούτων καὶ ὁδῷ χρηστικήν. *Haec singulis in rebus cantanda erant, uti etiam hymnus maximus & divinissimus erat cantandus, quod facultatem dederit harum rerum intelligentem, & utendi ratione instructam.* Mahumedanis item sunt suae formulae precandi certae, sacris eorum fundatae institutionibus; quales tradit Aben Sina (is qui vulgo est Avicenna, philosophus & medicus celebris) in parte III. من الالهيّات *Theologiae* seu *Metaphysices*. De divino, qui precibus fit, cultu verba faciens

يكون اشرف هذه ويجب inquit ان
العبادات من وجه هو ما يعرض متولية
انه مخاطب الله ومناج ايّاه وصاير اليه
ومائل بين يديه وهذا هو الصلاة ويجب
ان يسنّ المصلّي من الاحوال التي يستعدّ
بها للصّلاة وما جرت العادة بمواخذة الانسان
نفسه به عند لقاء الملك الانساني من الطهارة
والتنظيف ان يسن الطّهارة والتنظيف
سننًا بالغة وان يسنّ عليه فيها ما جرت
العادة بمواخذته نفسه به عند لقايه الملوك
من الخشوع وغض البصر وقبض
الاطراف فترك الالتفات والاضطراب وكذلك
يسنّ له في كل وقت من اوقات العبادة
ادابًا ورسومًا محمودة فهذه الاحوال تنتفع بها
العامّة في رسوخ ذكر الله تعالي في
انفسهم

انفسهم فيدوم لهم التثبت بالسنن والشرايع
بسبب ذلك وان لم تكن مثل هذه المذكرات
تناسوا جميع ذلك مع انقراض قرن او قرنين

Quae ſane non ita male vertuntur in Metaphyſicae Avicennae tractatu X. cap. III. Nam non pauca Metaphyſices ejuſdem (neque enim omnia) in codicibus Latinis reperta, habentur ipſa in Arabicis ejuſdem ad calcem Canonis ejus de medicina Romae excuſi. Sic autem verſio illa; *Et oportet dici* (ſcilicet, palam eſt) *quod ex his omnibus obſequiis, id eſt, acceptabilius per quod agens paratur* (ita inſtituitur) *quaſi ſit loquens in Deo* (cum Deo) *& tendens in ipſum, & ad ipſum factus quaſi praeſens ei. Et haec eſt oratio. Unde oportet, ut doctor doceat oratorem diſpoſitiones* (modos ſeu formulas liturgicas) *quibus praeparatur ad orandum. Quemadmodum conſuevit homo praeparare ſe ad occurrendum regi humano in munditia & decore, & ut faciat aſſueſcere munditiae & decori firma conſuetudine* (verte potius, *& ut nitorem & decorem linguae aſſequatur*) *& inſtituat eum ad modum hominis praeparantis ſe in occurſum regum, cum humilitate, demiſſo vultu, compreſſis membris, ceſſans a revolutione & omni perturbatione. Similiter debet inſtituere doctrinas & diſpoſitiones* (modos ſeu formulas) *laudabiles ſerviendi Deo in unoquoque tempore. Hae enim diſpoſitiones proſunt vulgo ad imprimendum memoriam Dei in animalibus eorum* (lege *Dei excelſi in animabus eorum* ſeu *in ipſis*) *& ut devotio eorum circa leges & mores ſit firmior eis propter hoc. Si enim non eſſent eis hujuſmodi commemoratio, obliviſcerentur eorum omnium poſt diſceſſum unius generationis vel duarum.* Arabica ſunt in editionis opuſculorum Avicennae Romanae pag. 85. Deſcriptas autem penes me habeo ſingularum hebdomadis dierum preces Mahumedanis formatas, quibus titulus eſt ادعية الايام *Preces dierum.* Atque hiſce ſubjunguntur formulae precationum binae. Altera Abrahae patriarchae tributa; altera Domino noſtro Jeſu Chriſto, velut Dominica altera, ad hunc modum:

دعا عيسي ابن مريم
عليه السلام كان يقول اللهم اني اصبحت
لا استطيع دفع ما اكره ولا املك نفع ما
ارجوا واصبح الاجر بيد غيري واصبحت
مرتهنا بعملي فلا فقير افقر مني الي عفوك
يا كريم اللهم لا تشمت بي عدوي ولا
تعسي صديقي ولا تجعل مصيبتي في
ديني ولا تجعل الدنيا اكبر همي ولا مبلغ
علمي ولا تسلط علي من لا يرحمني برحمتك
يا ارحم الراحمين ☼

Id eſt, *Precatio Jeſu filii Mariae,*

Super quibus pax ſit. Dixit, Deus, non potis ſum depellere id quod averſor, nec adquiſivi bonum illud quod ſpero. Et mercedem in manu habent alii praeter me. Sed pignus eſt ſeu *manet in opere meo* (id eſt, ut puto, opera mea velut pignus manent; necdum accepi id, cujus nomine oppignerata ſunt). *Neque eſt quiſquam pauper me pauperior. Indulgentiam tuam; o venerande. Deus, ne opprobrio mihi ſinas eſſe inimicum meum, nec vilipendat me amicus meus. Neque ponas afflictionem meam in religione mea. Neque fac, ut mundus ſit maximum ſtudium meum, aut faſtigium ſcientiae meae. Neque praefice mihi eum, qui non miſerebitur mei. Pro miſericordia tua, O miſerantiſſime miſereſcentium.*

Neque mirum videatur, quod D. N. Jeſu Chriſti aut beatae virginis nomen adeo reverenter habeant Mahumedani. Ut cum de patriarchis Veteris Teſtamenti, aliiſve quos magni aeſtimant demortuis, ſic etiam cum de hiſce ſive ſimul ſive ſeorſim loquuntur, infrequens non eſt adjectio illa عليهم السلام *ſuper eos ſit pax;* (aut ſuper *eum* aut *eam*) quemadmodum nominibus mortuorum, quotquot ſine reverentia memorare nolunt Ebraei, ſubjicere plerumque ſolent, עליו ſeu עליהם השלום *ſuper eum* aut *ſuper eos ſit pax.* Et in Alcorano, ſummo cum honore mentio fit non rara D. N. Jeſu Chriſti. Repetitum legitur in Azoara II. velut ex perſona Numinis; اتينا عيسي ابن مريم البينات وايدناه بروح القدس *Dedimus* τῷ *Jeſu filio Mariae virtutes notiſſimas* (miracula faciendi interpretatur Mahumedes Ben Achmet egregius Alcorani paraphraſtes Mahumedanus) *& fortem eum reddidimus per Spiritum Sanctum.* Salutatio item angelica ad hunc modum ſe habet Azoara III. Arabice, ſed Latine quinta يا مريم ان الله يبشرك بكلمة منه اسمه المسيح عيسي ابن مريم وجيها في الدنيا والاخرة ومن المقربين ويكلم الناس في المهد وكهلا ومن الصالحين *O Maria, Deus bonum nuncium tibi mittit per Verbum ſuum, quod ex eo eſt. Nomen ejus Meſſias* ſeu *Chriſtus Jeſus filius Mariae, potens in praeſenti ſeculo & futuro, ſcientiſſimus, qui loquetur hominibus in cunabulis* (infantulis) *& ſenibus, vir optimus.* Ubi Mahumed Ben Achmet paraphraſtes expreſſim illud

und *Verbum suum quod ex eo est* interpretatur per ولد *Filium*, nempe Mariae tantum. Nec enim aliter vult secta illa. In praesenti autem seculo intelligi eum ait ille potentem fore بالنبوة *prophetia*, atque in futuro بالشفاعة والدرجات العلي *Intercessione & praeparatione coelesti.* Compluria ibi sequuntur, quibus maximi fit apud eos tum D. N. Jesus Christus tum Evangelium ejus, uti & Azoara V. Arabice, seu XII. & XIII. Latine, & Azoara LXXI. Latine, quae Arabice est LXI. alibique in farragine illa. Et videsis Joannem Cantacuzenum in Apologia IV. τῇ τῷ Μωαμέθ. Adde, si plura hac de re cupias, Guilielmum Schikardum in Prooemio ad Tarich Regum Persiae pag. 79. & sequentibus. Alia de formulis precum Mahumedicis habes in Petri Kirstenii Decade Sacra. Sed qualiscunque hic sententia seu mores fuerint, sive Paganorum sive Mahumedanorum (quorum in rebus Christianismi perpendendis, nedum decernendis, ratio haberi parum solet; neque hic habetur, aliter atque Judaismo concordes sunt) id certum interea est, reipublicae Ebraicae seu ecclesiae illius singularis, ac ab ipso Numine institutae, atque in partes differentium variatim trahi solitae, scita hac de re & formulas priscas se habuisse, juxta ea quae superius ostensa sunt. Quibus insuper adjicimus vetustum illud de Rabbi Eliaezere, Magno dicto, & Rabbi Jochanan Ben Zacai testimonium. Discendae legis gratia accessit ad Rabbi Jochanan, jurisconsultum & theologum Hierosolymis celeberrimum, Eliaezer ille, omnimodae disciplinae satis ignarus. Cui Rabbi Jochanan, An nondum, inquit, didicisti קרית שמע ולא תפלה ולא ברכת המזון, *Lectionem Audi* (qua de paulo ante) *nec precandi ritum*, seu *precationem, nec benedictionem mensae?* Fatente illo se haec plane nescire, reponit Jochanan עמיד ואלמדך שלשתן, *Siste, & docebo te tres illas*, scilicet formulas. Sic legitur in capite primo ejusdem Eliaezeris *Pirki* seu capitum. Pro temporum doctrinae varietate aliter atque aliter quidem a nonnullis collocantur hi in aetatum serie: sed ita interea, ut Christi ipsius tempori aut coaevus sit, aut vicinus uterque. Videsis *Sepher Juchasin* fol. 22. a. & 32. a. Et de Rabbi Jochanan, res manifesta est; eum scilicet, Christo in terris agente, floruisse. Et de antiquitate libri ejusdem *Pirki* dicti, videsis Joannem Morinum in Exercitatione prima in Samaritanorum Pentateuchum; sed nec sine eis, quae in illum hac de re conscripsit Samuel Petitus in Variarum Lectionum lib. II. cap. IV. Si autem libros Rabbinicos, aevi utcunque recentioris, prisca nihilominus disciplina refertos, hac de re consulere ipsos haud dedigneris, qui potis es lector, adde, si placet, supra citatis Levi Barcinonensem in *Sepher Chinok* seu *Introductorio* aut *Catechismo*, praecepto CCCCXXXI. & Rabbi Jacob Ben Rabbi Ascher in *Arba Turim*, tractatu *Orach Chajim*, cap. CXII. CXIII. & sequentia usque in CXXXII. ubi de octodecim, quas memoravimus, precandi formulis ab Ezra & consistorio suo centumvigintivirali praestitutis, capitibus in singulis fusius differitur. Autor uterque, maxime Rabbi Jacob, Judaeis est percelebris. Minorum gentium scriptores persuasionis illius libens praetereo. Sed etiam e veteribus, ipsisque Pandectis Talmudicis, plura in hanc rem exhibere, non est difficile.

12.

Et patriarcham eum crearent.] Verbum quod *creare* hic reddimus, est صلح; eodem sensu aliquoties in hac periocha repetitum. Et luce clarius est, tantundem illud Eutychio pariter significare, tam ubi de patriarcha, ut hoc loco, a presbyteris substituendo, quam ubi de eodem ab episcopis constituendo seu creando paulo inferius loquitur. Vox ipsa, seu potius vocis notio hic usurpata (nam & alias habet) Arabibus interpretatur *perfectum, omnibus numeris de ritu omnimodo absolutum, completum, undiquaque ornatum, investitum reddere*: adeoque respondit τῷ Graecorum καταρτίζειν, qua hoc *perficere* seu *absolutum* aut *completum reddere* sonat. Ubi Graecus habet, Psalmo X. 3. ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω, αὐτοὶ καθεῖλον, quod veteribus vertitur, *quoniam quae perfecisti destruxerunt*, redditur in Arabismo (nam ex versione Graeca, aut alia, cui Graeca fons erat, Psalmi, qui eduntur, Arabici versi sunt) *destruxerunt* اصلحت ما *quod perfecisti.* Et Psalmo LXXIX. 16. ex illo Graecorum τὸ κατάρτισαι αὐτὴν ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου & veterum Latinorum, *& perfice eam vineam, quam plantavit dextra tua*, Arabice legitur واصلح pro *& perfice*. Scio quidem Maronitas in editione Romana vocabulum hoc utrobique *aptare* vertere. Nam etiam idem significat *parare* seu *aptare* aut *aptum reddere*, uti & *instaurare*, quemadmodum item καταρτίζειν videsis Epist. ad Galatas cap. VI. 1. Sed tum ex veteri τῷ καταρτίζειν eis in locis notione, tum ex consono τῷ صلح apud nostrum alia in re hic usu, de significatione quam memoravimus dubitare nequimus. At vero etiam cum de dignitatibus ecclesiasticis creandis seu ordinandis loquuntur Arabes, pro eo quod est *ordinare* seu *creare* non raro adhibent etiam verbum صيّر (uti & Eutychius hic) quod *efficere*, καταστῆσαι, seu *constituere* sonat, sicut & صنع id est *facere*, ut videre est in Concilii Nicaeni Canonibus Arabicis.

13.

Virum aliquem insignem eligerent.] Sequitur in codice Antiocheno قسيسا فيصيروه معهم عوض من القسّ الذي اصلح بطريرك فيكونون اثنا عشر ابدا الدهر *In presbyterum,*

terum, quem sibi cooptarent loco ejus presbyteri, qui patriarcha suffectus fuerit, ita ut in perpetuum forent duodecim.

14.

Neque desiit Alexandriae institutum hoc de presbyteris.] Codex hic Antiochenus ; ولم يزل الرسم جارياً الي ايام الاسكندروس بطريرك الاسكندرية الذي كان في جملة الثلثماية وثمانية عشر فانه منع ان تصلح القس بطريرك وامر ايضا اذا مات البطريرك ان يختاروا من اي بلدٍ كان رجلاً فاضلاً او من اوليك الاثنا عشر او غيرهم ممن يرضا حاله ويصلحوه بطريركاً وانقطع الرسم القديم باصلاح القسوس الطريرك وجري الرسم للاساقفه في اصلاح البطريرك واما قولهم لم يسمي بطريرك الاسكندرية بابا *Et duravit institutum hoc usque in tempora ferme Alexandri patriarchae Alexandrini, q[ui] fuit ex numero illo 318. Sed is prohibuit, n[e] crearent presbyteri patriarcham ; atque institui[t] ut quando moreretur patriarcha, eligerent ex qu[a]cunque regione virum insignem, sive ex ipsis ill[is] duodecim sive ex aliis, ut res tulerit, & patr[i]archam eum crearent. Sed evanuit institutum illud vetustum, quo creabant patriarcham pres[]byteri, & secutum est institutum, quo episcop[i] crearent patriarcham. Monuit etiam eos, ne vo[]citaretur patriarcha Alexandriae papa,* &c. Co[]dicis utriusque sensus videtur manifestus ; eligen[]dum nunc fuisse a presbyteris patriarcham, siv[e] ex ipsis sive ex aliis ; creandum autem seu ordi[]nandum ab episcopis. Ita nimirum ex Alexan[]dri patriarchae instituto inolevisse, contra quam ante obtinuerat.

15.

Usque ad tempora Alexandri patriarchae Alexandrini.] Ut tum hujus tum aliorum, quorum postea fit mentio, tempora rite, juxta Eutychii mentem, intelligantur, patriarcharum Alexandrinorum laterculum ab Hanania primo usque in Alexandrum hunc, ob oculos ex eisdem, unde Origines hae desumuntur, codicibus, exhibemus. Anni cujuslibet ipsorum tum initiorum tum praefecturae durationis, juxta Caesarum annos, inde item adjectis ; sed & vulgaribus aerae Christianae, u[t] facilius lectori agnoscantur, simul intersertis.

Patriarcharum Alexandrinorum laterculus, usque in Alexandrum qui Nicaenae interfuit synodo primae.

		Christi	Sedit
I. Hananias *seu* Anianus *creatus.*	Claudii Caesaris anno 9	51	22
II. Abilius	Vespasiani 9	77	13
III. Cerdon	Domitiani 5	85	10
IV. Primus	15	95	12
V. Justus	Trajani 11	108	10
VI. Eumenes	Hadriani 2	118	12
VII. Marcianus, *seu* Marcus	14	132	10
VIII. Celadius *seu* Celadion	Antonini Pii 4	141	11
IX. Agrippas *seu* Agrippinus	15	152	12
X. Julianus	Antonini philosophi 5	165	10
XI. Demetrius	15	175	43
XII. Heraclas	Alexandri Severi 1	222	13
XIII. Dionysius	Maximini 2	236	17
XIV. Maximus *seu* Maximianus	Valeriani 1	255	18
XV. Theon *seu* Theonas	Aureliani 4	272	19
XVI. Petrus	Diocletiani 10	293	10
XVII. Achillas	20	303	menses 6
XVIII. Alexander	Constantini magni 5	310	16

Temporum

Temporum apices hic non excutimus. Et multiplex fane inter Eutychium noftrum & chronologos, quos terimus alios, in annorum ratione difcrimen. Etiam octennio integro, in putandis a natalibus Chrifti annis, a chronologia vulgari diffidet. Expreffim ubi de Hegirae Mahumedanae initio agit (quod fcilicet anno Chrifti vulgari 622 tribui paffim folet) inquit ومن المسيح سيدنا الى الهجرة ستماية واربعة عشر سنة *Et a Chrifto Domino noftro ufque ad Hegiram anni funt* 614. Secundum quos, etiam fuos in tempore digerendo deducit. Sed haec aut hujufmodi alia extricandi aut difcutiendi hic non eft locus. Certe de octennii ejufmodi difcrimine, confonus eft in anno Nicaeni Concilii primi defignando, Dorotheus Monembafiae metropolita, ut videre eft inferius numero proximo. De patriarcharum interea hac ferie, monere vifum eft; fecundum, qui Abilius vocatur, ac in MS. quo utimur catalogo non contemnendo fcribitur Αἰμίλιος *AEmylius*, & in codice MS. Nicephori Chronographiae, in bibliotheca Londinenfi publica, Αἰβίλιος, in codice Eutychii Alepenfi فيليطيوس *Philidium* dici, & in Antiocheno ميليتيوس *Meletium*. Praetermitti item librarii incuria in Antiocheno Cerdonem. In Alepenfi autem legi ad hunc modum, وفي خمسة عشر سنة من ملكه صير كرديوس بطريرك على الاسكندرية اقام عشر سنين ومات ۞ وفي خمسة عشر سنة من ملكه صير بريموس بطريرك على الاسكندرية اقام اثنا عشر سنة ومات *Et anno imperii ejus decimo quinto* (Domitiani) *erat Cerdius* feu *Cerdo patriarcha Alexandrinus, qui fedit annos X. Eoque mortuo anno ejufdem XV. erat primus patriarcha Alexandrinus, qui poftquam annos federat XII. mortuus eft.* Sed legendum plane in initio وفي خمسة سنة *Et anno imperii ejus quinto erat Cerdius*, &c. Nam & fic exigit annus XV. proximo tributus, poft finitum Cerdonis decennium. Qui Primus hic recte vocatur, eft Priamus in Nicephoro editionis Scaligerianae. Sed Codex quem diximus vetuftus ejufdem MS. in bibliotheca Londinenfi publica, habet ibi Πρίμος; & Eumeni tribuit annos VIII. Agrippino XII. Juliano V. Demetrio XLIII. Heraclae XVI. alias, in ferie noftra, editis confonus. Quod vero in Vita S. Eugeniae, autore incerto, legitur, Philippum praefectum Augustalem in epifcopatus Alexandrini dignitatem electum fub horum tempora, id eft, fub Severo Augufto, fedemque tenuiffe unum annum & menfes tres, id chronologis atque hiftoricis ecclefiae Chriftianae ac epifcoporum illius loci catalogis, adeo eft adverfum, ut plane fpurium fit habendum. Uti & monuit Baronius tom. II. anno Chrifti 204. Forfan ob Philippum illum fic perperam admiffum, factus eft Alexander vigefimus (numerato fcilicet Marco, ac pro primo habito) epifcopus Alexandriae, in Chronico illo Flavio Dextro tributo, fub anno Chrifti 311. Nam cum Marco Alexander eft decimusnonus, uti fine eo decimus octavus, ut in laterculo illo noftro. Prodiit autem ante annos ferme abhinc centum Londini, libellus Anglicanus *Imago Gubernationis* feu **The Image of Governance** dictus, quem, in epiftola ad proceres Anglicanos dedicatoria, e Graeco fermone transtuliffe fe ait Thomas Eliotus eques auratus, atque celebris tunc inter literatos nominis (de quo videfis Balaeum Cent. VIII. fcript. 77. & Pitfaeum aetate 16. fcript. 969.) atque exemplar Graecum commodato accepiffe a clariffimo quodam Neopolitano, cui nomen Pudericus. Autorem libelli afferit fuiffe Encolpium Alexandro Severo a commentariis. Et Encolpium quidem fcriptis mandaffe res aliquas Alexandri illius, fcimus ex Lampridio, qui vitam ejus contexens Encolpium femel & iterum adhibet autorem, quo & familiariffimo ufum fuiffe ait Alexandrum. Graecum exemplar puto nullibi jam extare. Sed capite libelli hujus XXV. veluti ex Encolpii Graecis, narratur, Alexandrum, hortatu Mammeae matris, Origenem (qui coaevus quidem erat) ex AEgypto accerfiviffe, ac literas ad epifcopum Alexandriae datas, quibus ei juffum eft, ne Origenis iter impediret; praefixo qui ad hunc modum fonat titulo, *Alexander imperator Auguftus*, &c. *Alexandro archiepifcopo Chriftianorum in magna civitate Alexandriae*, εὐπρἀττειν. Graecum enim hoc vocabulum in margine appofuit Eliotus, ut fciret lector, quid in Graecis refponderet verbis fuis Anglicanis **well to doe**. Differtationes dein etiam addit aliquot Alexandri & Origenis de rebus divinis. Sed nullus tunc temporis plane epifcopus Alexandriae, Alexander dictus eft, nec ullus ante Conftantinum. Neque aliud quam Graeculi alicujus recentioris commentum libellum illum fuiffe dubito, utcunque fane Lampridio fubinde fatis concordem. Quaefivit autem nuper vir doctiffimus, utrum Alexander quifquam epifcopus fuiffet Alexandriae inter eos, qui habentur apud Eufebium & Hieronymum in Chronico. Et dum nullum ejufmodi in eis legi credit (fed hallucinatus; nam expreffim fit Alexander ibi epifcopus decimus octavus apud Eufebium, numero 2337) locum Epiphanii de epifcopo Alexandrino punctione emendandum cenfet. Locus habetur in Haerefi LXX. quae Audianorum eft, num. IX. Controverfias narrat Epiphanius ortas effe plurimas de pafchate, tempore Polycarpi & Victoris, nec occidentalibus cum orientalibus ea de re conveniffe. Quod nemo nefcit. Adjicit ftatim, Ἐν ἄλλοις δὲ ὅσοις χρόνοις, ἐν τε χρόνοις Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Κρεσκεντίου. *Idem aliis in temporibus accidiffe, idque etiam temporibus Alexandri epifcopi Alexandriae & Crefcentii.* Ubi Dionyfius Petavius, *Quaenam*, inquit, *fub Alexandro Alexandriae epifcopo pafchales iftae turbae fuerint, nufquam a me lec-*

tum

tum vel auditum. Sed neque quis Creſcentius ille fuerit. Quaerant amplius eruditi. Vir igitur eximius ille, qui ſic uti diximus locum Epiphanii emendari voluit (in Eclogis nempe Chronologicis lib. III. cap. I.) ob Alexandri epiſcopi nomen ſibi non repertum, ſic interpungendum vult locum, ut eo nomine Alexander ibi Severus Caeſar ſit ſeorſim intelligendus; ad hunc modum; Ἐν τοῖς χρόνοις Ἀλεξάνδρου, ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Κρεσκεντίου; *Idque etiam temporibus Alexandri, epiſcopi Alexandriae, ac Creſcentii*, ſublato ſic epiſcopi ibi praenomine, quod lectio ei tribuit vulgata. Quam tamen retinendam nullus dubito. Nec alium Alexandrum ibi intelligi praeter ipſum Alexandrum, qui Alexandriae erat epiſcopus decimusoctavus. Id quidem verum eſt, ſi Eutychio noſtro fides danda, ſub tempora Alexandri Severi literas non paucas a Victore Romano, Demetrio Alexandrino, Cajano Hieroſolymitano, & Maximo Antiocheno antiſtitibus, hinc inde miſſas de paſchatis & jejunii, quod ei praevium eſt, ſolvendi tempore فطور Arabibus dicto, ſeu tempore, quo, ut eſt in lingua canonum veterum, ἀπονηστίζειν ſeu ἀπονηστίζεσθαι δεῖ *jejunio oportet abſtinere*, ſeu *illud non ultra producere*, ſeu *jejunium ſolvere*. Quod tamen (obiter id liceat monere) non raro per ipſum contrarium vertitur, ſeu *jejunare*, ut videre eſt in Dionyſii patriarchae Alexandrini Epiſtola Canonica ea de re a Gentiano Herveto verſa, uti etiam in verſione Canonis 90. Synodi in Trullo (ubi editio Balſamonis Pariſienſis peſſime habet ἀπονυστάζεσθαι pro ἀπονηστίζεσθαι) ac Balſamonis utrobique verſione. Nec melius aliterve viri illi magni nominis Severinus Binius in editione ſua concilii Trullenſis, aut Caranza, aut Longus a Coriolano in ejuſdem Summis, aut Antonius Auguſtinus, ubi memoratam Dionyſii epiſtolam recitat in Epitomes Juris Pontificii lib. XX. cap. III. aut Antonius Salmatias ſive in ejuſdem epiſtolae editione ſive in Zonarae ad eandem expoſitionis verſione. Diu autem eſt, quod bene vertebatur vocabulum illud, juxta jam dicta, tum a Carolo Bovio in Conſtit. Apoſtolic. lib. V. cap. XIII. tum ab interprete Canonis 89. (qui eſt ipſe quem nonageſimum diximus) Synodi in Trullo cum Zonarae in eundum commentario. Et vide, praeter Heſychium in verbo ἀπονηστίσασθαι, Joſephum Scaligerum lib. VI. de Emendatione Temporum pag. 681. Atqui (ut ad Epiphanii locum redeamus) manifeſtum ex eo eſt, tempora Victoris a temporibus Alexandri, quem memorat, adeoque epiſcopi Alexandriae, ita diſtingui, ut alia omnino fuerint habenda. Neque igitur epiſcopus ille Alexandriae Demetrius, Victori coaevus, innui ab eo potuit. Neque proculdubio alius praeter celeberrimum ipſum Alexandrum ſub Conſtantino ibi epiſcopum, cujus tempore nemo neſcit de paſchate turbas ortas eſſe inſignes. Inde enim natum eſt quicquid poſtea patres Nicaeni, quorum pars magna Alexander ille, ea de re cenſuere. Creſcentium autem hic memoratum, aequum ſatis eſt ut exiſtimemus, epiſcopum fuiſſe Africanum, cujus occurrit nomen inter epiſcopos alios Africanos ad quos Conſtantinus de eccleſia extruenda reſcripſit. Literae ejus cum epiſcopi illis ex bibliotheca Petri Pithoei editae habentur apud Baronium tom. III. anno 316. num. 62. Neque igitur nova interpunctione Epiphanius omnino corrigendus. At vero ex jam ante narratis (ut Origines Eutychianas tandem reſumamus) liquet, uſque in quarti a natalibus Chriſti ſeculi initium, juxta Eutychium, duraſſe inſtitutum illud eccleſiae Alexandrinae, ut nimirum e presbyteris Alexandrinis, tum eligeretur ab ipſis patriarcha, tum electus ab ipſis ordinaretur, crearetur, ſeu conſecraretur.

16.

Qui fuit ex numero illo 318.] Ex patribus ſcilicet ſynodi Nicaenae primae, quod Concilium Patrum 318. ſignantius dici ſolet. Sed vero non tam indicatum vult hic Eutychius, ex ejuſdem ſynodi numero fuiſſe Alexandrum hunc (quod ſatis ſcimus ex hiſtoriis eccleſiaſticis, & ipſis Synodi ſubſcriptionibus) quam ex numero illo trecentorum octodecim, quem nec partem ſane ſextam epiſcoporum, qui in ea juſſu Conſtantini convenerant, fuiſſe neſcio unde edoctus tradit ille. Etenim in rebus Conſtantini, diſputationem de Chriſti divinitate inter Alexandrum hunc & Arium haereſiarcham coram ipſo Conſtantino & comitatu ejus habitam enarrans, ad modum placuiſſe ait Conſtantino Alexandri ſententiam, atque ut prorſus damnandam Arii diſplicuiſſe. Indictam igitur, Alexandri hortatu fuiſſe a Conſtantino Synodum Nicaeae, atque illuc juſſu ejus accerſitos patriarchas & epiſcopos orbis Romani, ſcilicet qui numerum 2048 complerent. Verba ſunt, إجتمع في مدينة نيقية بعد سنة وشهرين الفين وثمانية واربعون سقفا وكانوا مختلفين الارا والاديان *Et congregati ſunt in urbe Nicaena poſt annum & binos menſes, bis mille & quadraginta octo epiſcopi, judicio & perſuaſione invicem diſſidentes.* Unanimes vero trecentos & octodecim de Chriſti divinitate pronuntiaſſe, a reliquis ſententiarum diſcrimine multiplici diſtractis fruſtra impugnatos. Neque ſolum nobis hoc tradidit Eutychius noſter, verum etiam tum Joſephus ſacerdos ſeu presbyter AEgyptius, in Praefatione Conciliorum Arabice e veterum Chriſtianorum, quae aut periere aut in occidentem nondum pervenere, monimentis ſive Graecis ſive Syriacis verſorum, in bibliotheca publica Oxonienſi, eandem ipſam fere narrat hiſtoriam, tum hiſtoricus Mahumedanus percelebris, Iſmael Ibn Ali, idem ipſum de numero hic aſſerit. Utriuſque verba, praeter alia non pauca, rogatus peramice deſcripſit mihi, e codicibus manuſcriptis ex oriente dudum Oxonium allatis, Edwardus Pocockius linguae Arabicae illic profeſſor, vir ſingulari tum eruditione tum humanitate ornatiſſimus. Scriptoris Chriſtiani ſeu Joſephi AEgyptii jam dicti, verba ſunt, واوا

مسلم

منهم الي مدينة نيقيه في مدة يسير
الفين وثلثماية واربعين اسقفا وذلك في
سنة ستة ثلثون وستماية من سنين الاسكند
وهي سنه ثلثماية وثلثة وسبعون من سنين
انتيرخس الانطاكي في تسعة ايام من
شهر حزيران وامر الملك بقراة الامانة الذي
كان كتبها اليه اسقف اورشليم علي جماع
الاساقفة وقبلوا منهم ثلثماية وثمانية عشر اسقفا
كانوا مثل ملايكة الله في الفضيلة والتقوى
وكنجوم السماء في النور والبها

[E]t convenerunt ex eis Nicaeae multitudo numerosa, usque scilicet ad bis mille & quadraginta octo episcopos.* *Atque evenit hoc anno 36 Alexandri, qui fuit annus aerae Antiochenae 373. die nono mensis Haziran* (qui mensis est Syrorum aestivus.) *Et jussit imperator, ut fides, quam descripserat ei episcopus Hierosolymitanus, legeretur synodo episcoporum. Et amplexati sunt eam ex eis 318. episcopi, qui fuere instar angelorum Dei, propter excellentiam & virtutem, atque velut sidera coeli propter lumen & splendorem.* Et pergens ait, horum fere universos fuisse ex eis, qui in persecutionibus anteactis, membris, velut oculis, manibus, pedibus, auribus, aliis mutilati essent. Cui consonum est quod Germanus patriarcha Byzantinus libro MS. Περὶ τῶν ἁγίων συνόδων, *de sanctis conciliis*, hoc de numero habet. Πολλοὶ δὲ τῶν ἐκεῖσε, inquit, συνδεδραμηκότων ἐπισκόπων ὁμολογηταὶ τῆς πίστεως ἐτύγχανον, ἐν τοῖς διωγμοῖς ἀκρωτηριασθέντες ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀνόμων βασιλέων, καὶ τῶν μὲν τὰ νεῦρα τῶν ποδῶν, τῶν δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἑτέρων ἄλλα μέρη τοῦ σώματος ἀποτετμημένα ἐτύγχανον διὰ τῆς εἰς Χριστὸν αὐτῶν πίστεως καὶ ὁμολογίας, &c. *[M]ulti episcoporum, qui illuc convenerunt, confessores fidei fuerant, mutilati scilicet in persecutionibus a principibus impiis ac tyrannis. Ac aliorum pedum nervi excisi, aliorum oculi, uti & aliorum alia corporis membra, nempe ob eorum in Christum fidem ac confessionem.* Quem locum, uti & alia ... dicti Germani mecum communicavit vir singulari eruditione ac humanitate eximius Patricius Junius. Adjicit autem anonymus ille in praefatione Conciliorum Arabicorum وكانوا

الباقون بعد هولاء الثلثماية والثمانية
عشر ممارسين مخالفين غير متفقين
ايضا في اهواهم وايمانهم *Reliqui vero praeter illos trecentos & octodecim variatim dissensere, nec quidem inter se concordes nec in fide sua.* Quod fusius narrat Eutychius, ut infra ostendimus. Scriptor demum ille Mahumedanus Ismael Ibn Ali, ad hunc modum,

ولعشرين سنة مضت من ملك قسطنطين
المذكور اجتمع الفان وثمان واربعون
اسقفا ثم اختار منهم ثلثماية وثمانية عشر
اسقفا فحرموا اريوس الاسكندري لكونه
يقول ان المسيح كان مخلوقا واتفقت الاساقفة
المذكورون لدى قسطنطين ووضعوا شرايع
النصرانية بعد ان لم تكن وكان رييس
هذه البطارقة بطريق الاسكندرية ❀

Exeunte anno vicesimo jam memorati Constantini Augusti, congregati sunt episcopi 2041. Tunc selegit ex eis 318. Et anathemate feriebant Arium Alexandrinum, eo quod Christum assereret esse creaturam. Et consensere episcopi jam memorati Constantino, & religionem Christianam publicarunt aliter atque se ante habuerat (memineris scriptorem esse Mahumedanum.) *Princeps autem patriarcharum seu episcoporum horum erat patriarcha Alexandrinus.* Sic Ismael ille. Dum vero pergit Eutychius, inita ait, de haeresi Ariana, disceptatione, alias atque alias patres qui convenerant sententias de natura Christi protulisse, veluti Marianos, Sabellianos, Samosatenses, Marcionitas, alios. Et dein orthodoxam, apostolicam, & a patribus 318. stabilitam sententiam fuisse narrat, Christum Deo consubstantialem fuisse. Locum ea de re integrum intueri non pigeat.

ومنهم كان يقول بتاله المسيح وهي مقالة
بولص الرسول ❀ ومقالة الثلثماية وثمانية عشر
اسقفا ❀ فلما سمع قسطنطين الملك مقالاتهم
عجب من هذا الاختلاف ❀ واخلا لهم دارا ❀
واقام لهم فيها الانزال وامرهم ان يتناظروا لينظر
مع من الدين الصحيح فيتبعه ❀ فاتفق منهم
هولاء الثلثماية وثمانية عشر اسقفا علي دين
واحد وراي واحد ❀ فتناظروا باقي الاسقفة
وناظروهم ❀ فافلجوا عليهم حججهم ❀ واظهروا
الدين المستقيم ❀ وكان ايضا باقي الاساقفة
مختلفين الارا والاديان ❀ ووضع الملك
الثلثماية والثمانية عشر اسقفا في مجلس
خاص

خاص وجلس في وسطهم ۞ واخذ خاتمه
وسيفه وقضيبه فدفعه اليهم وقال لهم قد
سلطتكم اليوم علي مملكتي لتصنعوا فيها ما
ينبغي لكم ان تصنعوا مما فيه قوام الدين
وصلاح المومنين ۞ فباركوا على الملك
فقلدوه سيفه ۞ وقالوا له اظهر دين النصرانية
وذب عنه ۞ ووضعوا له اربعين كتابا فيها
السنن والشرايع ۞ منها ما يصلح للملك ان
يعلمها ۞ ويعمل بها ۞ ومنها ما يصلح
للاساقفة ان يعملون بما فيـــهـــا

Fuere ex eis alii, quorum ſententia erat, Chriſtum Deo conſubſtantialem eſſe. Atque haec ſententia eſt tum Pauli apoſtoli, tum epiſcoporum (qui aderant) *trecentorum octodecim. Cum vero ſententias has audierat Conſtantinus, mirabatur tot earum diſcrimina, unde, aedibus, & cubiculis eis praeparatis, juſſit ut diſputationem inirent, qua re hinc illinc controverſa, veritatem fidei demum repertam amplexarentur. Conſenſere autem univerſi ex illis epiſcopi* 318. *in fidem unam ac ſententiam unam, & reliquos epiſcopos argumentis impugnantes, ſuam in eos ſententiam adſtruebant, & fidem firmiter retinendam manifeſtabant. Reliqui vero epiſcopi inter ſe variatim ſententia & fide diſſederunt. Poni fecit dein Conſtantinus epiſcopis trecentis octodecim ſedes ipſis ſingulares & confidens ipſe in eorum medio, ſumpto annulo, gladio, & ſceptro ſuo, ea tradidit illis, haec fatus: Praeficio vos hodie imperio meo, ut id efficiatis in eo, quod vobis ex officio veſtro eſt praeſtandum. Ut ſcilicet ea efficiatis, quae ad fidei firmitudinem & credentium ſalutem ſpectent. Benedixerunt ei epiſcopi, & cinxerunt eum gladio ſuo, dicentes ei, Manifeſta fiat & publica fides Chriſtiana, atque defenſio ejus. Et poſuere ei quadraginta ſcripta, quibus continebantur jura & canones. In quibus alia fuere, quibus docebatur imperator quomodo in rebus ibi memoratis agundis ſe gereret, alia quibus epiſcopis pariter praeſcriptum eſt, quid & quomodo ipſis faciendum.* Id quod eſt اربعين كتـــابـــا verti *quadraginta ſcripta*, quod *libros* ſeu *libellos* vertere liceret. Sed quid ſibi velit hic Eutychius, dum ſic tradit, tam inſcius ſum, ut generis potius (quo etiam canonum forte numerus, utcunque a recepto alius, potuiſſet indicari) quam ſpeciei nomine uti mallem. Neque ad libellos ab epiſcopis ſub initium ſynodi ad Conſtantinum allatos, atque igni mandatos, de quibus obiter in Hiſtoria Eccleſiaſtica, omnino poteſt intelligi. Nec de capitulis XL. a Latinis, totidemque a Graecis ibi tractatis, quorum mentio in Epiſtola Athanaſio tributa, ad Marcum papam pro exemplaribus concilii Nicaeni. Praeterire autem hic nequimus, in praefatione quae habetur in codice, quem diximus, conciliorum Arabico, tradi, acta atque diſputationes dicti concilii libros occupaſſe quadraginta, ac dicta ſeorſim & definitiones orthodoxorum libros quindecim, & canones ipſos tres libros. Sed vero controverſia antehac habita eſt aliqua, utrum epiſcoporum in concilio hoc Nicaeno numerus minor eſſet eo qui vulgo recipitur, ſeu trecenti octodecim. Et videſis de minori ſimul, & ſubinde incerto, Euſebium de Vita Conſtantini lib. III. cap. IX. Gelaſium Cyzicenum lib. II. cap. V. Socratem lib. I. cap. VI. Theodoretum Hiſt. I. cap. VII, & VIII. Hiſtor. Tripartit. lib. II. cap. I. & Nicephorum Calliſtum lib. VIII. cap. XVI. Adde Alphonſum Piſanum de Nicaeno concilio lib. I. Baronium tom. III. anno 325. num. 18. & Notas Severini Binii ad dictum concilium, quas ipſiſſimas exſcripſit in Summam ſuam conciliorum Franciſcus Longus a Coriolano pag. 206. Etiam expreſſim Conſtantinus ipſe apud Socratem de epiſcopis trecentis, & περὶ τριακοσίων καὶ πλειόνων, *amplius trecentis*, loquitur in epiſtola ad Alexandrinos. Certe & epiſcopos recepto numero defuiſſe octoginta ſex tradit ſcriptor vetus, qui Chalcedonenſis concilii tempore floruiſſe videtur, ſeu circa 120. a Nicaeno annis. Numerum autem integrum ſacerdotibus & monachis ſupplet. Is librum conſcripſit, cui titulus, Συναγωγὴ καὶ ἔκθεσις τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων, *Collectio atque expoſitio omnium ſanctarum ſynodorum*, nondum typis editum, ſed nuper a Chriſtiano Ravio, Germano, juvene literis maxime orientalibus admodum inſtructo, in Angliam, cum aliis raris ac pretii maximi codicibus manuſcriptis, ex oriente allatum. De Conſtantino autor ille; Ἐκέλευσε, inquit, κοινῷ γράμματι τοὺς ἐπισκόπους ἅπαντας ἐπὶ τὴν τῆς Βιθυνίας Νίκαιαν συνελθεῖν διὰ δημοσίων ἵππων καὶ ἀναλωμάτων. Καὶ συνῆλθον ἀρχιερεῖς μὲν σλβ, ἱερεῖς δὲ καὶ διάκονοι καὶ μονάζοντες πϛ, οἱ σύμπαντες τιη, θεοφόροι πατέρες. *Publico juſſit edicto omnes epiſcopos Nicaeae, quae Bithyniae urbs eſt, convenire, nec ſine vectura publica & commeatu. Et convenere pontifices ſeu epiſcopi* 232. *& ſacerdotes, & qui monaſticam degebant vitam* 86. *Omnes ſimul fuere* 318. *patres divini.* Atque hinc etiam Dorotheus metropolita Monembaſiae in Synopſi Miſcellanea Graecobarbare conſcripta pag. 238. de Conſtantino; Ἀμὴ ἔστειλεν ὁρισμοὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον νὰ μαζαχθοῦν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν καλογήρων εἰς τὸ Κάστρον τῆς Νικαίας. *Miſit igitur in omnes urbes & loca edicta ſua, ut convenirent epiſcopi & monachorum primarii in urbe Nicaea.* Etiam & diſtinctionem parilem numeri & qualitatis convenientium habet: Καὶ κατὰ τὸν ὁρισμόν, inquit, τοῦ βασιλέως ἐσυνάχθησαν ὅλοι τους εἰς τὴν Νίκαιαν. Καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς ἦσαν διακόσιοι τριαντάδυο· οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ διάκονοι καὶ καλόγηροι ἦσαν ὀγδοηκονταέξη· ὅλοι τριακόσιοι δεκαοκτώ. *Et ſecundum imperatoris edictum con enere univerſi Nicaeae. Epiſcopi autem fuere* 232. *Sacerdotes vero, diaconi & monachi* 86. *Cuncti ſimul* 318. Et ratio ſubjicitur mira de numero: Καὶ διὰ τί τόσοι μόνον ἐξελέχθησαν; ὅτι ἀπὸ τοῦ καιρὸν τῆς ἐν σαρκὶ οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ ἕως τοῦ καιρὸν

καιρὸν τῆς συνόδου ἐκείνης τιη χρόνοι ἦσαν. *Et cur tandem tot solummodo selecti sunt? Quoniam a tempore incarnationis Christi ad tempus hujus synodi anni fuere* 318. Atqui a chronologis summis, idque rectissime, collocatur hoc concilium seu initium ejus in anno a Christo nato 325. An octennio etiam tam Dorotheus, quam Eutychius noster (ut supra tetigimus) discrepat in putandis a natalibus Christi annis? Sed & mira est de hujus concilii anno discrepantia; quam vide notatam a Gilberto Genebrardo lib. III. anno Christi 334. & Joannem Lydium in Epistola Dedicatoria, narrationi historicae Conciliorum praefixa. Certe Eutychius annum ei tribuit Constantini decimumnonum, qui receptae chronologiae non ita discors est. De apicibus hic temporis hujus & tempore vero vide Josephum Scaligerum de Emendatione Temporum, lib. V. pag. 476. Dionysium Petavium de Doctrina Temporum, lib. XI. cap. XLI. & Baronium tom. III. anno 325. & Alphonsum Ciaconium in Silvestri Papae I. Vita, atque ipsum Canonum frontem. Certe & Beda noster, atque juxta eum Lambertus Schaffnaburgensis, anno Christi 318. collocant hanc Synodum, ut Dorotheus ille. Alii anno etiam 310 Christi, qui ipsum Constantinum revera antevertit; ut depravatus proculdubio, quantum ad numerum, titulus Disputationis Athanasii in Arium, quae ibi in synodo Nicaena dicitur habita ἐν ἔτει τῆς θείας ἐνσαρκώσεως τι, *in anno divinae incarnationis* 310. sub Constantino, Silvestro papa, & Alexandro antistite Alexandrino. Alii anno 314. ut Chronici incertus autor a Petro Stevartio editus. Alii trigesimo tertio supra trecentesimum a Christi natalibus annum, ut Psellus in carminum de Septem Synodis fronte. Neque ille sane solus. Quod sane facere videntur quotquot Julium papam in eo locum per procuratores habuisse volunt, qua de re plura inferius. Caeterum, utut se res haec habuerit, ratio istiusmodi Dorothei simpliciter sumpta futilis magis non est, quam illa quorundam altera, qua numeri militum 318. Abrahae hunc divinitus imitatorem fuisse vanissime est existimatum. Jamvero non solum episcopos, sed & minoris dignitatis ministros, veluti presbyteros, diaconos, alios, synodo tum interfuisse, tum ejusdem negotiis se palam variatimque immiscuisse manifestum est, tam ex Eusebio, quam ex Gelasio, aliisque. Vide Eusebium de Vita Constantini lib. III. cap. IX. & Gelasium in Actis Synodi lib. II. cap. XXXVI. Atqui testimonia sunt vetusta, de numero illo 318 episcoporum, eaque & expressissima & perquam magni habenda. Veluti apud Epiphanium in Haeresi LXIX. Justinianum in Novella CXXXI. c. I. Ruffinum lib. X. c. I. Qui quidem omnes synodo ipsa licet recentiores, vicini tamen. Adde excerpta chronologica in Thesauro Scaligeriano pag. 69. & recentiorum quamplurimos perquam obvios, idem attestantes. Quae etiam Eusebio ipsi tribuuntur, habent eundem numerum in Chronico, numero 2337. Sed nemo hic mihi S. Athanasio aequiparandus. Is scilicet, archidiaconus tunc Alexandrinae ecclesiae, cum Alexandro patriarcha suo, cui proxime successit, testis interfuit oculatus. Atque diserte is in Epistola ad Episcopos Africanos, ἡ οἰκουμενικὴ, inquit, γέγονεν ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ συνελθόντων ἐπισκόπων, *Universalis Nicaeae synodus celebrata fuit, convenientibus episcopis* 318. Quod itidem habetur in Epistola ei tributa ad Marcum papam pro exemplaribus concilii Nicaeni. Ea nomina ipse descripserat singula in libro, Synodico dicto, ut memorat Socrates Hist. I. cap. IX. Liber autem is diu est quod periit. Saltem in occidente nullibi reperitur. Sed de nominibus statim plura. Quin & alibi habet Athanasius, quod manifesto adversari videtur eis, quae narrat Eutychius noster aliique de tot hic dissidentium sententiis. In Oratione I. contra Arianos, Εἰ γὰρ, ait, ἐπίστευον ὀρθῶς, ἠρκοῦντο τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει παρὰ πάσης τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, *Si enim recte crederent, contenti essent fide in Nicaena urbe promulgata ab universa synodo oecumenica.* Sic enim verto, non ut vulgo, *fide in Nicaea ab universi orbis concilio promulgata.* Aliud esse videtur universam synodum, seu universos, nemine singulorum contradicente, consensisse aut promulgasse, aliud concilium universi orbis id fecisse. Id enim, ex recepta majoris partis autoritate, civiliter fieri potest, etiam reclamantibus singulorum compluribus. Quod & factum quidem in synodo illa, qualiscunque fuerit numerus, scimus ex eo, quod essent qui dissentirent Ariani, aliique etiam episcopi. Videsis Bartholomaeum Caranzam in Summa, & Alphonsum Pisanum sub finem lib. II. praeter vetustiores; ut Ruffinum lib. X. cap. V. Socratem lib. I. cap. V. Nicephorum lib. XVIII. cap. XVIII. & Acta Metrophanis & Alexandri apud Photium. Atque hactenus de numeri trecentis octodecim minoris, atque ipsius demum numeri testimoniis. Quod vero ad majorem attinet, numerum, Sozomenus quidem paulo auctum voluisse videtur lib. I. cap. XVI. ubi episcopos adfuisse scribit, ὑπὲρ ἀμφὶ τριακοσίους εἴκοσι, *circa trecentos viginti aut plures.* Et quicquid habuerit Eusebius in Historia, ejusque sequaces, de numero minori, expressim interea ait, loco paulo ante citato, fuisse in concilio hoc presbyteros, diaconos, aliosque ecclesiae ministros, quorum οὐδ᾽ ἦν ἀριθμὸς εἰς κατάληψιν, *numerus non poterat comprehendi,* uti & Cassiodorus in Hist. Tripartit. lib. II. cap. I. Sed vero an de episcopis, quatenus a presbyteris tunc utcunque discriminabantur, loquantur Eutychius reliquique ante hic citati, dum 2048. eos fuisse asserunt, manifestum mihi satis non est. Rem undiquaque extricare, nimis est difficile. Atqui interea haud cuiquam ideo displiceat numerus hic, qui portentosus proculdubio videbitur, quoniam tritis in Provincialibus & Notitiis quibus utimur episcopatuum adeo sit dispar. Vide si placet Auberti Miraei Notitiam Episcopatuum, & veteres quas exhibet Geographia sacra Caroli a S. Paulo. Ne partem quidem dimidiam numeri Eutychiani in orbe Christiano ibi reperies. Verum aberramus nimium non raro nec leviter, dum de veteris ecclesiae Christianae nondum in rempublicam aliquam seu imperium civile receptae, nec ad ejusdem formulam in praefecturis qualibuscunque dispositae rebus ac personis judicium temere ferimus, ex eis & eorum norma, quae post ejusmodi praefecturarum sacrarum dispositionem in usu.

Nam

Nam ante Conſtantini exitum ſeu tempora proximantia, praefecturae ſacrae non inſtar civilium, aut ad earum ſive amplitudinem ſive anguſtias, ut ſeculis recentioribus, conſtituebantur. Et tunc formula ea coepit & progreſſus ſuos dein habuit, juxta doctiſſima atque appoſitiſſima Petri Berterii Pithana, ac diſſertationes aliquas de Regionibus Suburbicariis nuperas, quae vetuſtatis eccleſiaſticae ſtudioſis quantivis ſunt ſemper habendi pretii. Abſque illis ſeu rationibus ac teſtimoniis priſcis, quibus utuntur, hallucinatio non raro irruit ſolennis, & judicium nimis praeceps. Seculis illis vetuſtioribus ſeu Conſtantino coaevis (quorum Notitiae ſeu Provincialia quibus utimur, non ſunt) contractiores proculdubio fuere multo, adeoque multo numeroſiores paroeciae, dioeceſes, ſeu eccleſiae, quas pro re nata atque ut res ea ferebat, ſive ex perſuaſione ſive ex compromiſſo (nam hactenus imperium proprie ſumptum in eccleſia Chriſtiana nullibi erat) curabant epiſcopi, limites ſortiti quos nunc plane neſcimus. Et Conſtantinus in Epiſtola ad Chreſtum Syracuſanorum epiſcopum (apud Euſebium lib. X. cap. V.) ait ſe alias in Arelatenſem ſynodum convocari mandaſſe πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους. Quod dum bene quidem vertitur, *Plurimos epiſcopos ex locis diverſis, & prope infinitis*, & breviuſcule iteratur ab eodem in Epiſtola ad Alexandrinos (ubi ait ſe convocaſſe in urbem Nicaenam τοὺς πλείστους τῶν ἐπισκόπων, *pleroſque epiſcoporum*, ut legitur apud Socratem lib. I. cap. VI.) non videtur ſane admittere epiſcoporum Chriſtianae eccleſiae tunc temporis numerum intra trecentorum octodecim, aut quadringentorum cancellos retineri, tametſi ſynodo illi nomina ſubſcripta longe ſint pauciora. Nam etiam ante hoc tempus in AEgypto & Africa ſolum, fuiſſe epiſcopos ἐγγὺς ρ, *prope centum*, legitur in Actis Metrophanis & Alexandri apud Photium, Codice CCL. Etiam conſentiunt ſcriptores, ex toto orbe Chriſtiano illuc accerſitos eſſe antiſtites ſacros. Quid quod ſcimus, monente Epiphanio, urbes multas plures epiſcopos, non, ut antiquitus Alexandriam, unicum ſemper habuiſſe. Sic ille Haereſi LXIX. 6. Etiam ut catholici epiſcopos ſuos, ita & haeretici in eiſdem urbibus ſeu dioeceſibus ſuos ſaepe habebant. Quod ex conciliis maxime Africanis ſcimus, & pluribus oſtendit Joannes Fileſacus in tract. de Epiſcoporum Autoritate cap. X. §. 5. Neque abſonum eſt, ut etiam tempore Nicaeni concilii morem illum obtinuiſſe credamus, cum Meletiani, Ariani, alii diverſae invicem perſuaſionis adeo ſcaterent. Quocirca ratio ſuperius dicta neminem deterrere debet, quo minus, ſi nil obeſſet aliud, fidem habeat hic numero Eutychiano. Etenim cum & alii id affeſrant, & Eutychius Alexandrinus ipſe patriarcha, & orthodoxus & haereſi Arianae hoſtis infenſiſſimus, necnon rerum veterum, maxime eccleſiae ſuae, indagator fuerit diligentiſſimus, abſonum ſane non eſt, credere eum de ſynodo Nicaena, cujus primaria etiam ferme ſola Alexandriae nata eſt cauſa, ſive ex eccleſiae ſuae archivis, ſive ex aliis orientis quae temporis injuria nobis invidit monimentis, tum cognoviſſe nonnulla quae Graeci, qui ad nos pervenerunt praetermiſere, tum vera de eis narraſſe. Atque acta ſynodi illius ipſa, unde haec dignoſci certius potuiſſent, ant ſecula abhinc multa, puto periere. Certe tantam in orbe terrarum tunc temporis epiſcoporum ſegetem mirari forſan deſinet, quiſquis crediderit quod de B. Patricio Hibernenſi Antoninus & Vincentius tradunt; eum ſcilicet ſolum eccleſias fundaſſe CCCLXV. totidemque epiſcopos ordinaſſe, praeter presbyterorum tria millia. Qua de re conſulas plura apud praeſtantiſſimum virum Jacobum Uſſerium archiepiſcopum Armachanum in Britannicarum Eccleſiarum Antiquitatibus pag. 950. Maximus autem numerus, quantum video, antiſtitum ac praelatorum (qualiacunque eis titulorum ſeu nominum diſcrimina adjicias) alibi in ſynodo aliqua repertus neutiquam 1570. ſuperat. Is autem numerus habetur in concilio generali ſecundo Lugdunenſi ſub Gregorio decimo; de quo, Ptolemaeus Lucenſis. *Anno Domini MCCLXXIV. concilium*, inquit, *celebratur Lugduni, ubi multitudo praelatorum fuit major, quam fuerat in aliquo concilio. Nam inter patriarchas, primates, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates & alios praelatos, fuerunt MDLXX.* Ex hiſce autem ſeptingentos tantum epiſcopos fuiſſe ait Eberhardus archidiaconus Ratiſponenſis.

Ut vero de numero, ſic & de nominibus epiſcoporum ac patrum Nicaenae ſynodo ſubſcriptis ſoliciti ſunt, qui origines ſcrutantur eccleſiaſticas. Epiphanii aevo extabant (ut ait ipſe Haereſi LXIX.) nomina epiſcoporum ſeu patrum illorum CCCXVIII. quae viderat aut in libro illo Athanaſii Synodico, quem ſupra a Socrate citavimus, aut in actis aliis ſynodi ejuſdem, ſive ab Alexandro patriarcha Byzantino, ſive ab aliis conſcriptis, quae nobis invidit aut temporis aut haereticorum injuria. Concilia edita habent quidem non pauca in ſubſcriptionibus patrum nomina (in quibus etiam chorepiſcopi complures ac presbyteri aliquot) ſed ſatis depravata, nec quae numerum trecentorum octodecim aut explent, aut propius omnino accedunt. Neque enim ducentos triginta attingunt, ſive in ſubſcriptionibus concilio ipſi olim adjectis, ſive in eis quas Alphonſus Piſanus ex Vaticano codice emendatas auctaſque exhibere ſe dicit. Certe numerus in ſubſcriptionibus editionis Crabbianae, quam ſatis ſequitur Piſaniana, Biniana, & Romana, CCXXIV. non excedit, utcunque literae quae adjiciuntur in Crabbiana numerales CCXXXII. primo intuenti falſo oſtendunt. Numerum ſcilicet, ipſum quem ſupra notavimus, ex vetuſto ſcriptore nondum typis edito, qui CCXXXII. epiſcopos interfuiſſe, uti & Dorotheus Monembaſienſis, expreſſim ſcribit, & reſiduos ſeu LXXXVI. dignitatis inferioris ſeu presbyteros & monachos facit. Subſcriptiones hujus concilii Graecas nullibi in editis habemus, niſi excipi velis pauculas apud Gelaſium Cyzicenum lib. II. cap. XXVII. Nam & Graecum, quod Romae prodiit, Latinas duntaxat, idque juxta Crabbianum habet. Et Petrus Crabbus ait ſe exemplaribus uſum vetuſtis quatuor, ſed tum depravatiſſimis, tum invicem mirum in modum diſſidentibus. Praefigitur plerumque ſubſcriptionibus quae reſtant, *Subſcripſerunt trecenti decem & octo epiſcopi, qui in eodem concilio convenerunt.* Fertur autem, inquit Alphonſus Piſanus, in manuſcripto codice

codice integrum subscribentium numerum haberi apud Sambucum Pannonium Viennae Austriae. Quo dum caremus, non ingratum curiosioribus forsan erit, subscriptiones Arabicas, ab eis quae vulgo leguntur plurimum, sive ordinem spectes sive nomina, discrepantes, sed numerum integrum ipsum trecentorum octodecim (qui tamen universi nec sunt episcopi) explentes, subtexere. Ex Josepho nimirum AEgyptio, qui bibliothecae Oxoniensis publicae codex est MS. cujus supra meminimus. Descripsit mihi vir, quem honoris causa etiam ante nominavi, eximius, Edwardus Pocockius. Occurrunt sane in illis quae captum nostrum superent non pauca. Nonnulla quidem quae nec bene legi possunt, utpote punctis diacriticis carentia. Modum ac ordinem subscriptiones istae prae se ferunt in codice illo ejusmodi, ut nomina personarum minio, locorum atramento exarentur. Agmen ducit Silvester episcopus Romanus. Neque adeo refragatur quod receptum est, nec a vero alienum (tametsi Silvestri praesentiam ejusmodi admittas) Silvestrum neutiquam ipsum interfuisse, sed Victorem & Vincentium presbyteros, ut procuratores illuc misisse. Nam dum hi nomine aderant procuratorio, & ipsum Silvestrum satis civiliter adfuisse atque in subscriptionibus ei locum esse debitum est forsan, nec immerito, existimatum. Nam itidem scriptor ille vetustus, quem ante citavimus, ut ejusdem cum synodo Chalcedonensi aevi, nondum typis editus, post verba superius descripta de patrum Nicaenorum numero: Ὧν οἱ μὲν, inquit, ἐπισημότεροι ἦσαν ἔτι, Σίλβεστρος καὶ Ἰούλιος οἱ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης πρόεδροι· αὐτῶν μὲν οὐδ' ἕτερος παραγεγονὼς Βίκτωρα δὲ καὶ Βικέντιον, ἑκάτερος ἀνθ' ἑαυτοῦ κατὰ τὸ οἰκεῖον τῆς ἀρχιερωσύνης χρόνον τῇ κοινῇ παρεῖναι συνελεύσει προβαλλόμενοι, ἄνδρας συνετοὺς καὶ ἱερεῖς. *Quorum illustriores fuere Silvester & Julius veteris Romae antistites. Cum vero eorum neuter adesset ipse, substituit uterque pro se & juxta pontificatus sui discrimen, Victorem & Vincentium, viros scientia praeclaros & sacerdotes,* qui publico illi conventui interessent. Unde etiam expressim Dorotheus Monembasiensis ait Silvestrum papam Romanum interfuisse. Caeterum qua ratione ad Julii papae tempora synodus haec attineat, non satis intelligo. Etenim in pontificatum, juxta recipiendam chronologiam, evectus Julius anno Christi vulgari 337. seu post excessum Constantini, id est, sub novennium a synodo finita. Verum & alii tantundem de Julio memorant. Sic Sozomenus lib. I. cap. XVI. & Hist. Tripartit. lib. II. cap. I. Atque Germanus patriarcha Byzantinus supra memoratus in libro MS. de Synodis, Παρῆν, inquit, ἐκεῖσε Ἰούλιος Ῥώμης, *Aderat ibi Julius Romae antistes* inter alios. Et in editionibus aliquot Hermanni Contracti Julius etiam est tempore illius concilii papa Romanus, licet in aliis Sylvestri solum nomen retineatur. Similiter de Julio loquuntur alii, veluti autor Annalium incertus a Petro Stuartio editus, & Hugo Floriacensis in Chronico. Quin vero in subscriptionibus, quas daturi sumus Arabicis, habentur etiam numeris XXXIX. & XL. ipsi Victor & Vincentius, ut trecentorum octodecim pars. Titulus ac formula subscriptionum illarum (quarum versionem, quoties potuimus, adjecimus; uti & numeros, qui non nominibus singulis, sed distinctionibus scripturae codicis MS. tantum respondent) hujusmodi est. Ubi nomina plane nescimus, asteriscos adjunximus.

هذه اسما الابا الاقدسين الثلثماية وثمانية
عشر الذين اجتمعوا بمدينه نيقيه في
مجلس قسطنطين الملك المومن الذي
اظهر الدين بن هلانه الطاهره الرهاوية
المنصر من الله تعالي حتي اقام الدين
الاول منهم سلبسترس الرومي والاسكندرس
الاسكندراني ☼

*Haec sunt nomina Patrum Sanctorum trecentorum octodecim, qui congregati sunt in urbe Nicaena, in praetorio Constantini imperatoris augusti & fidelis, qui professus est religionem Christianam (filius sanctae Helenae * Rheaviensis, a Deo O. M. adjutus) juxta quod statuere de religione illa primarii eorum, Silvester Romanus & Alexander Alexandrinus.*

سلبسترس الرومي	1 *Silvester Romanus.*
والاسكندرس الاسكندراني	2 *Et Alexander Alexandrinus.*
والاسكندرس القسطنطيني	3 *Et Alexander Constantinopolitanus.*
واكيطونيوس الانطاكي	4 *Et Achitonius Antiochenus.*

وماكاريوس اسقف بيت المقدس	5 *Et Macarius episcopus Hierosolymitanus.*
وسينوفوطوس من افصص	6 *Et Menuphotus(Menophantus) Ephesius.* Legendum igitur مينوفنطوس
وبفنوتيوس القبطي	7 *Et Paphnutius AEgyptius.*
واغابيوس السلقكي	8 *Et Agapius (Agapetus) Seleuciensis.*
وفيلبس البابكسوا	9 *Et Philippus * Babaxensis.*
اندراوس الساري	10 *Andraeas Sarianus.*
واغاثيس الاماني	11 *Et Agathias AEmonensis.*
ابياس الاسبينادي	12 *Abias Aspendius.*
ابرون الاكسوطا	13 *Abron Axiates.*
ديوسكورس الانباا	14 *Dioscurus Ambensis.*
لاسيس البارونيكوس	15 *Lasis Berenicius.*
بطرس الاركلياس	16 *Petrus Heracleensis.* Qui Phaedrius vulgo.
غاناتوس السبسطي	17 *Gennadius Sebastenus.*
صابيرن الفصارون	18 *Zepherinus Phiseranus.*
بطرس البنكر	19 *Petrus Panacrensis.*
بولص ومكسيمينوس الكبري	20 *Paulus & Maximinus Chabareni.*
الصوص البصنون	21 *AEsius Bithynus.*
طاميانوس الباسيس	22 *Damianus Besciensis.*
بطرس الاني	23 *Petrus Aniensis.*
انتيوخس الاكيطولاس	24 *Antiochus Capitoliadis.* Legendum igitur خ pro ح.
اتينودورس الطوريلاوس	25 *Athenodorus Dorileus.*
اوسيوبيوس الرفاني	26 *Osiobius Rhaphaneensis.*
فيلوكيانوس المسكي	27 *Faelicianus . . . . .*
باباريوس الشميساطي	28 *Piperius Samosatenus.*
مالاصص الخوري ابسكوبس	29 *Meletius Chorepiscopus.*
بولص من قيسارية الجديدة	30 *Paulus Neocaesariensis.*

حايولون الخوريے ابسكوبس	31 *Hajulon Chorepiscopus.*
ليكنيوس القباللص	32 *Licinius Cabalites.*
انثيوخس الديصانيوس	33 *Antiochus Dittaniensis.*
اللانيكوس الطرابلسي	34 *Hellanicus Tripolitanus,* qui in vulgatis habetur. Lege igitur و pro ر
ابابلوليوس الواسطي	35 *Ababelulius Vasatensis.*
فيلوزكالوس الابارفصن	36 *Philoscelus * Abarpitanus.*
فينودورس الابيراصن	37 *Phenodorus * Abiratenus.*
يوحنا الفارسي	38 *Joannes Persa.*
فيطن قس رومية	39 *Vito presbyter Romanus.* Hic alias dicitur Victor, seu بقطر Vincentii collega.
وفيكنتيوس قس من روميه ايضاً	40 *Et Vincentius presbyter etiam Roma missus.*
اوسيوس الكبر نوبيس	41 *Osius Cordubensis* proculdubio. Legendum igitur الكوردوبيس
بعاسيوس الارياكاطا	42 *Pegasius Ariacatanus.*
لوكينوس الفالون	43 *Lucinius Phalonita.*
كرياباانوس النكيانوبواص	44 . . . .
صاكي الماكاطونيوس	45 *Dacus Macedoniae.*
اوسيبيوس الطورطوطن	46 *Eusebius Turtutanus.*
ثرونيوس الطارس	47 *Thronius Tarassensis.*
كلاونيكوس الباصالياس	48 *Cleonicus Petaliensis.*
الاسكندرس الثصلونيكي	49 *Alexander Thessalonicensis.*
ثاوياس الادياس	50 *Thavias Edessenus.*
انطونيوس الابنون	51 *Antonius * Abnon.*
ماركللس الاساون	52 *Marcellus * Asuaon.*
نسطوس النبون	53 *Nestus * Nebon.*
ارتاماس السرديقي	54 *Arthemas Sardicensis.*
اندراوس الخوريے ابسكوبس	55 *Andraeas Chorepiscopus.*

الغنون الانتفانياس	56	*Elphaenon* * *Aniphanias.*
باراكسيوس الارونيص	57	*Paraxius Anissensis.*
نيكيطا البوطاطس	58	*Nicetas Budiates.*
موسي الكسطلاس	59	*Moses Castabalenus.*
الاص الاكيلوديوبولس	60	*AElius Claudiopolitanus.*
سيلويون المطروبولص	61	*Silvanus Metropolitanus.*
انطونيوس الانطاكي	62	*Antonius Antiochenus.*
افردسيوس المتصون	63	*Aphrodisius Matthanensis.*
افرسيوس الخوري ابسكوبس	64	*Euphrasius Chorepiscopus.*
الطاموس الخوري ابسكوبس	65	*Elidamas Chorepiscopus.*
روصدن الخوري ابسكوبس	66	*Rhodon Chorepiscopus.*
الردروس الاركواس	67	*Alirodorus* * *Argusensis.*
روتيموس الخوري ابسكوبس	68	*Rhothymus Chorepiscopus.*
فوذوايوس الصويبصرصدون	69	*Phytoaeus* * *Tybatartenus.*
ارال السبسطي	70	*Aurelius Sebastenus.*
سيلوانوس الافطوطو	71	*Silvanus Aphtitenus.*
ايايوارس التاجونيطن	72	*AEaeoras* * *Tagannitensis.*
بولص المكسيمينوبولس	73	*Paulus Maximinopolitanus.*
بطروفونس الاكسيبوبولاس	74	*Patrophanes* forte *Axiopolitanus.*
مارينوس الفاينكس	75	*Marinus* forte *Phoenicius.*
بغنس الدمشقي	76	*Phanes Damascenus.*
تادرس الصيداني	77	*Theodorus Sidonius.*
استافانوس الكوزيكا	78	*Stephanus Cyzicenus.*
افسطاسيوس البرناسول	79	*Eustathius* . . . . .
نسر السوادون	80	*Nestor Suodonensis.*
ثاوريس الواصوني	81	*Theoras Vadensis.*
بولص الاراصي	82	*Paulus Aradensis.*
كيرلس الواقاسيصروس	83	*Cyrillus* . . . .

اسونيوس

امونيوس الافروديكياس	84 *Ammonius Aphrodisiensis.*
ايوجناتيوس الابوللوبيا	85 *Eugennadius * Abulobiensis.*
ابطورس الكسراطق	86 *Leptoris Chasirates.*
افسابيوس الماليطوابولص	87 *Eusebius Miletopolitanus.* Miletius forte in vulgatis.
بولينوس الاصابون	88 *Paulinus * Atabon.*
ماكادونيوس الموسيكاون	89 *Macedonius Muzucensis.*
مانيكيوس الابيفانيوس	90 *Menichius Epiphaniensis.*
منخوس الغيغرن	91 *Mancus * Gegirensis.*
مارن المزماثون	92 *Maran * Mismathon.*
روكيسيوس البلكادي	93 *Rochisius * Belgidensis.*
ساورينس الرودسطاوس	94 *Severinus* . . . .
مندس البياطون	95 *Mendesius * Biatianus.*
اكرينس الفيلادلساس	96 *Acharinus* . . . .
جانادیوس الوسيسطس	97 *Gennadius * Vasistensis.*
سايرون الصوصوماون	98 *Saviro* seu *Severinus * Tutomaon.*
ضوريطس السااون	99 *Zurites* . . . . .
ثاوطولوس اللادقي	100 *Theodulus Laodicensis.*
زوسيماس الغاطاطن	101 *Zosimus * Getatensis.*
اسكراطس العلرطي	102 *Socrates * AElartensis.*
ادليفيوس مكرينوا	103 *Adelphius Macrianensis.*
ايبفانيوس وابوللیناریوس الرفباني	104 *Epiphanius & Apollinarius, * Rhaphabanenses.* Forte legendum الرّفاني *Raphaneenses,* ut nomine 26.
اسطاتيوس الاريوسيس	105 *Eustathius * Ariosensis.*
سركيوس البيرو	106 *Sergius Berensis.*
انفيلوس الرهاوي	107 *Enphilus Rheaviensis.*
كيكلليانوس القرطاجني	108 *Caecilianus Carthaginiensis.* Nam legendum كاكلليانـــوس Videsis Christophorum Justellum in notis ad

codicem ecclesiae Africanae pag. 12.

الاسكندرس التصالونيكي	109	*Alexander Thessalonicensis.*
طاكوس التوطاياوس	110	*Tagus Thytiensis.*
دكليوس الاسيربيون	111	*Decelius Serbinensis.*
نسطرس الاسكون	112	*Nestorius* * *Aschonius.*
فاراكس الاديباس	113	*Ferax Edebessius.*
اسطروپوس النغاسيباس	114	*Astropus* . . . .
مياولس السصروسا	115	* *Miaulus* . . . . .
فاسينوس البابونيسبس	116	* *Facinus Babaunisbas.*
اوسابيوس التاودكياس	117	*Eusebius* . . . . .
ايكسيوس المسص	118	*AEtius* * *Mesadensis.*
باراكسيس وارني وبولاوس وباسيانوس الخوريے ابسكوبس	119	*Paraxius Varanensis, & Paulus & Basianus Chorepiscopi.*
كيرالس اليقوصي	120	*Chaerilus Icosiensis.*
جالاسيوس الصالاصتيس	121	*Gelasius Salaminius.* Lege igitur الصالامنيس
اكيلاس الخوريے ابسكبوس	122	*Aquilas Chorepiscopus.*
تيموتاوس البيروسيس	123	*Timotheus Beresensis.*
دارينس الخلكيدوني	124	*Forte Marinus* (م pro د substituto) *Chalcedonensis.* Et vide numer 188.
كيرلس الكبروا	125	*Cyrillus Chabrensis.*
اقتيبوس الفامي	126	*Eutychius Pamiensis.*
غروغريوس الابولوسوا	127	*Gregorius Abulensis.*
ابينوس الخوريے ابسكوبس	128	*Abinus Chorepiscopus.*
منياس الخوريے ابسكوبس	129	*Maneas Chorepiscopus.*
طراكودينا طس البرونوا	130	*Tragodenatus Beronensis.*
اولاليوس الخوريے ابسكوبس	131	*Eulalius Chorepiscopus.*
ثاوفيلوس الزبلي	132	*Theophilus* * *Zebelensis.*

طاكيوس

طاكيوس الباسينوس	133	*Dacius Basianensis.*
ميغاسيوس السرديقي	134	*Megasius Sardicensis.*
خريصونس الذي تفسيره بالهيكل	135	* *Chritonus a templo denominatus.*
زوكسينوس الاسكندريه	136	*Zeuxinus Alexandrinus.*
اطامانطس الكينوبياريوس	137	*Adamantus* * *Cinobiarius.*
الطافاوس وغانوس الرومي	138	*Eldasius & Canus Romani.*
يوطامس البرصن	139	*Jotames Berytius.*
صوريانس البالاثاوس	140	*Syrianus Ballathensis.*
اليبيوس المانوس	141	*Alypius Manesiensis.*
فيلبس السيريانوس	142	*Philippus Syrienensis.*
اثناسيوس العارايرس	143	*Athanasius* . . . .
ابيالس الطاطون	144	*Abialus Tatuensis.*
يعقوب النسباك	145	*Jacobus* . . . . .
حارالنالوس النابلسي	146	*Caranus Nabalensis.*
تيطس البارثينوا	147	*Titus Baratthenus.*
كليروديانوس الباصاصاليوس	148	*Clerodianus* * *Basasaliensis.*
طيمن البانوبنوا	149	*Timon Banubensis.*
افلاسيوس الطايثاس	150	*Aphlasius* * *Taithensis.*
ثاوفيلس الغنثوبوليس	151	*Theophilus* * *Genetopolitanus.*
كاسيميوس البيرواسكيس	152	*Chasimius* * *Biroaschensis.*
اكوصابولاس الكسفوروا	153	*Achytabulas* * *Chaspurensis.*
سركيوس البلمسي	154	*Sergius* * *Palmisensis.*
كيريكس الابريمنيطس	155	*Cyriacus* * *Abarimnitensis.*
ثاودورس الطرسوسي	156	*Theodorus Tarsensis.*
الينبطن الاغوكونوا	157	* *Eliniptan AEgogonesius.*
دوروثاوس الثالوسبر	158	*Dorotheus* * *Talusbarensis.*
ابينارنوس الافتيشيس	159	*Avenarius Eutychianus.*
تيرانوس الاسنبوا	160	*Tiranus* * *Esinebensis.*

بلوسيانوس البكرل	161	* *Pelusianus Bacharenſis.*
بيرس الارضوبولاوص	162	*Pirus* * *Ariſtobulenſis.*
دوماتيانوس البيسن	163	*Domitianus Piſanus.*
اسيلن الحوصن	164	*Aſilon* * *Hydenſis.*
سرابين الاثينوا	165	*Serapion* * *Athenienſis.*
رومانوس الصيشنيوس	166	*Romanus Ticinenſis.*
اسابيوس القسطنطيني	167	*Euſebius Conſtantinopolitanus.*
الارنخينوس القسكلاني	168	*Arnechinus Aſcalonita.*
مكرينوس الباسابيوس	169	*Macrinus* . . . .
البطودورس الرابولوي	170	*Pythodorus* * *Rabulienſis.*
باباداوس الاكصون	171	*Papadeus* * *Achitonienſis.*
اسكيلينس العريي	172	*Eſquilinus AErienſis.*
بروكوبيوس السيباضن	173	*Procopius Sibidenſis.*
فلكيوس المنبجي	174	*Felicius* * *Membachius.*
ريتوتيوس السلفكي	175	*Zenothius* (forte Zenobius, adeo ut pro ز ر ſit ſubſtituendum) *Seleucienſis.*
صالاولوس الجرمانيكياس	176	*Salaolus Germanicianus.* Forte legendum صالاموئوس *Salomonus,* ut in editis.
ارشيبالاوس الصوسيس	177	*Arſibalaus Tocaſius.*
باصواليز وبغماطس وسالفكوس الحوري	178	* *Jaſoalir,* & *Pegmatus,* & *Seleucus Horenſes.*
اجاصوس خوريي ابسكوبس	179	*Agathus Chorepiſcopus.*
بطرس الخيطارن	180	*Petrus Cytheraeus.*
ثاوصوصص الغايولويا	181	*Theutotates* * *Caioluenſis.*
ساسيروس اسدومي	182	*Saſerus* * *Eſdomenſis.*
ابياس القنوبي	183	*Abias Canopenſis.*

اطوليوس

انطوليوس الاميسيض	184	*Anatolius Amesensis.*
بالاخوس التلحويس	185	*Balachus * Telhuisensis.*
مارلاوس البلسايس	186	*Merlaus Pelecensis.*
زينون البشوا	187	*Zeno Patarensis.*
كيرون والياكوا وماريوس الخلكيدو	188	*Chiron * Valiachius & Marius Chalcedonensis.*
اياغينوس النيقي	189	*Eugenius Nicaenus.*
اسابيوس النيكوميديه	190	*Eusebius Nicomediensis.*
موسي الكاسيابولون	191	*Moses* (forte) *Cathelaunensis.*
يعقوب العامي	192	*Jacobus* (forte) *Pamaeensis.*
بولص خوري ابسكوبس	193	*Paulus Chorepiscopus.*
بايسيسوس الاسكندراني	194	*Bauhicus Alexandrinus.*
اوسون الاجاينس	195	*Eudaemon * Achaeniensis.*
لايوس القيسراني	196	*Laius Caesariensis.*
ضوميس الطاياروا	197	*Tzomis * Taerensis.*
مركللس الانكارن	198	*Marcollus Ancyranus.*
افتيشيوس التابرون	199	*Eutychius* . . . .
ثيموثاوس الكياساون	200	*Timotheus* (an) *Chius?*
ميناس الكيكوسياس	201	*Menas * Chichosius.*
ابولاليوس السبسطي	202	*Apolalius Sebastenus.*
ثيموثاوس الكيلوسياس	203	*Timotheus * Chelosiensis.*
الكيبسطن الافكاريوس	204	* *Elchibasten Aphoariensis.*
كولونيوس وروكوزن القيسراني	205	*Colonius & Roxanes Caesariensis.*
بروكوبيوس الميلاسي	206	*Procopius Melesensis.*
انابصون البواسيوس	207	*Ambason * Boatius.*
بوليكربس البارويوليس	208	*Polycarpus * Baropolitanus.*
انتيضورون الارداون	209	* *Anthidoron Ardaeensis.*
رومانوس السلفكي	210	*Romanus Seleuciensis.*

بثركيوس المكسيميانوبوليس 211 *Batrachius Maximianopolitanus.*

انتيصورن واغثوجانوس 212 *Anthidoron & Agathogenus.*

فلافينوس الاكيرس 213 *Philippinus Ancyranus.*

انيخس الابوليابوبوليس 214 *Anichas Apollonopolitanus.* Adeoque pro و secundo legendum

اسيسيوس خوريے ابسكوبس 215 *Atychius Chorepiscopus.*

انطونيوس الباربلس 216 *Antonius Barbalesius.*

ابراميوس الماكاضوني 217 *Abramius Macedo.*

اكليوس الزبلون 218 *Aquilius Zabulonita.*

امفيلوس الطاينون 219 *Amphilus Taenita.*

اريسياوس الديوسبودوا 220 *Erisius* * *Diusbodensis.*

ايريكيلوس الايصون 221 *Heraclius AEtensis.*

لوبروكس من قيسارية الجديدة 222 *Lupercus Neocaesariensis.*

ارافيسيوس الكولونيوس 223 *Eraphysius Coloniensis.*

اميروسيوس المكروس 224 *Amerosius Macrensis.*

اصطراطوفيلس البينولوطن 225 *Ateratophilus* * *Binolutensis.*

اوسيناس الباسياس 226 *Eusianus* * *Basianensis.*

افتسيوس الماسياس 227 *Eutychius* * *Masiensis.*

ارساكيون الاكريس 228 *Arsacion Achrisiensis.*

اونيبيون الابطالون 229 *Eunibion Abtaliensis.*

اولاليوس السبطياس 230 *Eulalius* * *Sabbatiensis.*

انتيوخس الربباصون 231 *Antiochus* . . . .

ارثاسوس السوكاطن 232 *Arthasus* * *Succhatensis.*

بوليون الباراوس 233 *Pollio Beroensis.*

ماليفونوغس الكيرون 234 *Meliphonycus Chironensis.*

ثيموثاوس الاجالو 235 *Timotheus* * *Achalensis.*

ارانوفس الكاطابونون 236 *Eranopus* * *Chatabunensis.*

237 *Gre-*

غرغونيوس الخوري ابسكوبس	237	*Gregonius Chorepiscopus.*
اونيسيوس الطاراصص	238	*Eunisius * Taratensis.*
اونيسيانوس الحرمسيس	239	*Eunisianus * Hermensis.*
بصوليس البرسميس	240	*Baetulius Barsamensis.*
غاليانوس الخوري ابسكوبس	241	*AElianus Chorepiscopus.*
انيبيوس الاندريانوبولس	242	*Eunibius Adrianopolitanus.*
خرونيوس الطاراطوس	243	*Chronius Taratensis.*
غرغونيوس الانولوبياطس	244	*Gregonius * Anulobiatensis.*
انطونيوس من قيسارية الجديدة	245	*Antonius Neocaesariensis.*
ثاوفانس الابيفانيوس	246	*Theophanes Epiphaneensis.*
اولاليوس الفامي	247	*Eulalius Pameensis.*
يونان الكوريكون	248	*Jonas Cyriciensis.*
ارنون الباليوبولس	249	*Arnon Palaeopolitanus.*
اوتيسيوس الارمني	250	*Eutychius Armenus.*
اونيسيانوس البرغامون	251	*Eunisianus * Bergemensis.*
بولس البالس	252	*Paulus *Basensis.*
اوغريونس الذوصاون	253	*Evagrianus * Dotsanensis.*
بنيفاس الفابيرون	254	*Bonifacius Fabrensis.*
باسيوس الادلفياصيس	255	*Pasius * Adelphiates.*
طاراسكيوس الفامي	256	*Tarascius Pameensis.*
اورانيوس المادون	257	*Auranius . . . .*
اوسيوس السلفكي	258	*Osius Seleuciensis.*
السيبيسوس النابلسي	259	*Alcibitius Nablaeensis.*
بيلاموخس الادريانوبوليس	260	*Belamochus Adrianopolitanus.*
اولاليوس القوي	261	*Eulalius Cous.*
بولس الفامي	262	*Paulus Pameensis.*
فيلادلفوس البوبولس	263	*Philadelphus Populensis.*
بطرونيوس البيوبوليس	264	*Patronius Biopolitanus.*

صوه نميس الاطرو باريطس	265	Forte lgendum صونميس الاطرو باريطس Domnus Trapezuntius, qui in editis.
بطراطرفيلس الكسبوبوني	266	*Petratrapelus* * *Chasabobotsius.*
اونيسيوس الاماستريدس	267	*Onisius* * *Amestridensis.*
كيراياريوس الاسنصوا	268	*Chiraerius* * *Asnotenus.*
اريجينوس الغصناون	269	*Erigenes* * *Gatamensis.*
غرغاييوس الكينون	270	*Gregaeus* * *Chianensis.*
فيلادلبس البنطي	271	*Philadeles Bantensis.*
ابيانوس الغانغرون	272	*Abianus Gangrensis.*
الماتينون السارين	273	* *Mathaenon* . . . .
اكديميوس البانون	274	*Academius* . . . .
اكلامسن الماسيي	275	* *Echlamason Masthensis.*
رفكيسبوس السيس	276	*Raphchisius* . . . .
كيسانوس السلفكي	277	*Chisanus Seleuciensis.*
بروسكيانوس الخوري ابسكوبس	278	*Proxianus Chorepiscopus.*
سوايسوس الخوري ابسكوبس	279	. . .*isus Chorepiscopus.*
ساميرلاسن الابوبلينابوبولس	280	*Samirlesanus* * *Abupollinapolitanus.*
فلكس الصاباوا	281	*Foelix* * *Tabyensis.*
بيسيكون الاديانون	282	*Physcon Adia* . . . .
اوجانيوس الانكريباس	283	*Eugenius* * *Anchribensis.*
افروسيوس الرودسي	284	*Aphrosius Rhodesius.*
اليطودرس الكارابرس	285	*Heliodorus* (forte) *Char* . . .
استافانوس الباراطون	286	*Stephanus Baratensis.*
انيساوس الكورنين	287	*AEneas* (forte) *Chornensis.*
بابيانوس واثناسيوس الافكرنياس	288	*Fabianus & Athanasius* (forte) *Acharnenses.*
انطونيوس السلفكي	289	*Antonius Seleuciensis.*
خوروبوس الوارسيين	290	*Choroebus* * *Varasiensis.*

بوطاميوس

بوطاميوس الابر وابو	291 *Botanius Abro . . .*
ساكونوصويس الاكروبليس	292 *Saconotius Acropolitanus.*
ظورثاوس السيوبي	293 *Dorotheus * Siopensis.*
اوراسيوس السمسايي	294 *Aurasius * Semesensis.*
كللبكس الباراخويس	295 *Callaecus * Barachesius.*
اوديموس الباطارون	296 *Eudemus Patarenus.*
ثاودوريس الراصالون	297 *Theodorus Ratalensis.*
براكيطس الباراوس	298 *Prochytas Beroensis.*
كلاوبيلوس اليسويس	299 *Cleobulus . . . .*
ايسوسصن القيصراني	300 ** AEasymton Caesariensis.*
انطونيوس الكولاسارف	301 *Antonius * Chulasarphensis.*
مكرونيوس الكيلانون	302 *Macaronius Chil . . . .*
البيديوس البيانون	303 *Bidelus Bianensis.*
كيراكوس الباسو	304 *Cyriacus Basensis.*
نيكولاوس الميردن	305 *Nicolaus Meridensis.*
اغريغوريوس من ارمينيه الكبرى	306 *Gregorius ex Armenia majori.*
اونيسيانوس الادريانوبوليس	307 *Onesianus Adrianopolitanus.*

كملت اسما الابا القديسون الثلثمايه وثمانية عشر الذين اجتمعوا بمدينة نيقيه في زمن قسطنطين الملك والمجد للثالوث القدوس امين ☆

Absolvuntur nomina patrum sanctorum trecentorum octodecim, qui congregati sunt in urbe Nicaena, tempore Constantini imperatoris. Gloria sit Sanctae Trinitati, Amen.

Ita codex ille Oxoniensis, Josephi AEgyptii, ꞏi in AEgypto floruit ibique scripsit sub annum egirae 790. id est, Christi 1400; atque ex ꞏtis concilii, ut ait ipse, quae tunc extabant, liꞏt nullibi jam ea comperiamus occidentales, ꞏec uti alia transtulit. Sub initium vides, celeꞏatissimam illam Helenam Constantini magni ꞏatrem nuncupari الرهاويه pro quo substituiꞏus nos *Rheaviensis*, soni Arabici vestigia preꞏentes, sed interim loci unde sic dicatur plane ꞏimis ignari. De patria ejus & de natalibus filii, ꞏsputarunt olim viri doctissimi. Nec solum Britannam eam fuisse (quod & firmare contendit Baronius tom. III. anno 306. §. 16.) sed etiam Coeli regis filiam, volunt nostratium aliqui, maxime Colcestrenses (pagi Essexiani municipes primarii) qui item alumnam eam sibi fuisse jactitant. Alii aliter omnino. Et quae sparsim hac de re apud scriptores tum Graecos tum Latinos veteres recentioresque occurrunt, pleno demensa horreo nuper simul exhibuit vir & pietate & eruditione admiranda illustris, Jacobus Usserius Hiberniae primas, in Britannicarum Ecclesiarum Primordiis cap. VIII. Istis vero praeter hunc Josephi AEgyptii locum, obiter adjicere liceat etiam quod ha-

bet de Helenae patria Eutychius noſter, ubi de ea ſimul & Conſtantio Conſtantini patre verba facit. inquit, قسطس الي ناحية الجزيرة فخرج والرها ۞ فنزل في قرية من قري الرها يقال لها كفر فخار ۞ فنظر فيها الي امراة حسنة جميلة يقال لها هيلانه ۞ وكانت قد تنصرت علي يدي برسيقا اسقف الرها ۞ وتعلمت قرات الكتب ۞ فخطبها قسطس من ابيها فزوجه اياها وحبلت منه ۞ ورجع قسطس الي برنطيه ۞ فولدت هيلانه غلاما حسن الوجه وديعا عاقلا قليل الشر فحب الحكمة ۞ وهو قسطنطين ۞ فتربا بالرها وتعلم حكمة اليونانيين *Et Conſtantius* (*Conſtantem* cum aliis aliquot appellat eum Eutychius) *profectus eſt in regiones Meſopotamiae* (ſic ſane multoties vertitur الجزيرة quod tum inſulam tum terram interamnem ſignificat. Atque alibi ab Eutychio etiam pro Meſopotamia ſumitur) *& Rheam. Et diverſatus eſt in vico ex vicis Rheae, cui nomen Caphar phecar* (Codex Antiochenus habet hic كفر نفخار *Caphar niphecar.* Utrumque quidem interpretari poteſt *vicus figulinus*) *ubi conſpexit foeminam venuſtam & perpulcram nomine Helenam, quae & educata eſt a Barſica epiſcopo Rheae* (in Codice Antiocheno legitur ابن مبيا *Ibn Mabia* pro epiſcopi hujus nomine) *& edocta legere Scripturas. Hanc Conſtantius parentum conſenſu, ſibi deſponſatam & in uxorem ductam, gravidam fecit.* (Teſtimonium ſane non contemnendum in eos, qui Helenam Conſtantii concubinam, non legitimam uxorem, fuiſſe exiſtimarunt) *Dein vero Byzantium rediit. Et peperit Helena puerum vultu decorum, modeſtum, ingenioſum, minime malum, & philoſophiae ſtudioſum. Is Conſtantinus erat, qui Rheae educatus philoſophiam didicit Graecorum.* Et paulo poſt ait, Conſtantinum reſciviſſe inſidias Rheae ſibi ſtructas ac necem inde imminere, eo quod ab aſtrologis praedictum ibi eſſet, eum in dignitatem regiam fore evehendum, unde ſubjicit فهرب من الرها فذهب الي مدينة برنطية *Et fugit e Rhea & in urbem Byzantium ſe contulit.* Ubinam haec Rhea, ego me neſcire fateor. Rheam in Margiana, Mediae tractu, procul nimis in Oriente poſitam memorat Ptolemaeus, & Stephanus Rhacam. Certe nec defuere qui de regno Perſarum (quod Mediae vicinum) oriundam voluerint Helenam; ut videre eſt apud Gottefridum Viterbienſem. Sed dubitari interea nequit, quin Eutychii hic Rhea, quocunque locorum ſita, eadem ipſa fuerit, unde Joſepho AEgyptio Helena الرهاويه *Rheavienſis* dicta fuerit. Et advertas in numero hic 107. ſive epiſcopum ſive minoris in ſacris dignitatis alium, Enphilum ſcilicet, *Rheavienſis* item nomine cenſeri. Certe & Rheam hanc Eutychianam epiſcopatum fuiſſe palam liquet ex jam allatis. Atqui in epiſcopatuum Notitiis non reperitur nomen huic omnino aut conſonum, aut ſono ſatis cognatum, niſi aut Ῥαφίαν *Raphiam* Phoeniciaae urbem ſic dictam Ptolemaeo. Straboni, aliis, ex *Rhea*, aut *Rheavia*, aut hanc ex illa deformatam fuiſſe forſan quis exiſtimaverit. Raphiam autem illam ſeu Rafiam epiſcopatum fuiſſe veterem oſtendit epiſtola ſynodica Joannis antiſtitis Hieroſolymitani (cujus patriarchatui ſubfuit) ad Joannem Byzantium antiſtitem, cui ſubſcribit *Epiphanius epiſcopus Rafianus*, ut videre eſt in Actione V. concilii Conſtantinopolitani ſub Menna, tom. II. editionis Binianae part. I. pag. 736. Raphia illa urbs Phoeniciae erat maritima (quod ſcimus ex Fl. Joſepho lib. XIII. cap. XXI.) etiam & *Rapſias* depravate dicta in Notitia priſca quinque patriarchatuum, & *Rapa* in pleriſque Antonini exemplaribus. Jam vero, fortean ex corrupta aliqua ſive ſcriptione ſive lectione codicum aliquot Orientalium, quibus hoc de nomine actum eſt, *Drepanum* ſuum Conſtantini natalibus & Helenae domicilio finxit Nicephorus Calliſtus, & in tractum Bithyniae maritimum (quia Helenopolis etiam locus ille nuncupatus) temere nimis tranſtulit. Certe ut Eutychius *Rheae*, ſic ille in tractu illo ſeu Nicomedia vicina, Conſtantinum ait Graecas didiciſſe diſciplinas. Quin ſi Raphia hic admittenda eſſet pro natalium loco; ſane non ita ab eo quod eſt veriſimile aberrare forſan viderer, ſi Georgium Cedrenum ita emendandum vellem, ut ubi habet ille (pag. 221.) Conſtantinum natum περὶ τὴν τ̃ Δακίας πόλιν *apud urbem Daciae*, legeretur περὶ τὴν τῆς Ῥαφίας πόλιν *apud urbem Raphiae.* Certe Dacia ibi non pro Daciae provincia, ſi vulgatam lectionem retineas, ſed pro urbe ſic dicta ex verborum formula accipienda. At nullibi puto reperitur hujus nominis urbs. Neque omnino erat ſane, quod Cuſpinianus inde eum apud Dacos natum educatumque autumaret. Praeſtantiſſimus (quem jam ante diximus) vir in Britannicarum Eccleſiarum Primordiis, non male ſubſtituendum in Cedreno conjectat pro πόλιν *urbem*, Ναισὸν *Naeſum* ſeu *Naiſum*, adeoque legendum περὶ τὴν Ναισὸν Δακίας *apud Naeſum Daciae*, eo quod tum in Stephani Urbibus tum in Conſtantini Porphyrogenneti Thematibus *Naeſus* ſeu *Naiſus* dicatur πατρὶς *patria* Conſtantini; ſaltem modo admittatur etiam, apud Julium Firmicum MS. teſtem hic omni exceptione majorem, Naiſum (pro Tharſo, quod habent codices ejus vulgati) eſſe locum quo Conſtantinus hic genitus; qua de re diſſertationes legimus eruditas Guilielmi Camdeni & Juſti Lipſii. In Notitia veteri Hierocli ributa, quae ex Vaticano prodiit MS. locus ille Ναΐσσος *Naenſus*

fus fcribitur, & urbs ibi eft Daciae mediterraneae, quemadmodum etiam in Thematibus illis. Sed vero in catalogi fuperioris feu fynodi Nicaenae fubfcriptionum Arabicarum (ut ad eas demum redeamus) nomine quarto proculdubio legendum افستاثيوس *Euftathius*, non اكيطونيوس *Achitonius*, qua de re vide numerum hic 17. Quod vero in nomine 135 habetur, in Arabico quidem verbatim fic fonat, *cujus interpretatio eft in templo*. Sed fateor, quid fibi velint verba illa, me conjectura fatis affequi nequire. Jam vero tametfi tum in fronte fuperioris catalogi, tum in calce numerus 318. memoratur, ipfius nihilominus quam exhibuimus recenfionis maximus numerus eft 307. Caeterum fi ex paribus illis, in numeris 20, 104, 138, 188, 205, 212, & 288. collocatis, fingulos, id eft, feptem, & e trinis illis in numero 119. duos, totidemque, ex eis qui numerum occupant 178. fumas, ad amuffim conflabitur numerus integer trecentorun octodecim. Sed patrum, non vero epifcoporum; qua nomen illud dignitatem innuat diftinctam. Et Zonaras in Annalibus, eundem memorat patrum numerum, Ἐν οἷς, inquit, ἦσαν καὶ ἱερεῖς τινὲς καὶ διάκονοι, ἀλλὰ μέντοι καὶ μόναχοι, *in quibus erant & facerdotes & diaconi, atque etiam monachi*. Quae fatis funt diffona eis, qui epifcopos faciunt univerfos, ut Ruffinus, alii paffim. Etiam id fatis negant fubfcriptiones in editis. Nec quidem Alexander Conftantinopolitanus, qui numerum fupra occupat 3. tunc epifcopus erat, fed Metrophanis patriarchae Bizantii vices ibi egit; qua de re videfis etiam utriufque Acta apud Photium Cod. 256. & Nicetam Choniatem in Thefauro Orthodoxae Fidei lib. V. cap. VI. His adde quod habet Gelafius lib. II. cap. XXVII. & Dorotheus Monembafienfis in Hiftorica Synopfi pag. 238, & 239. praeter Baronium tom. III. anno 325. num. 19. & fequentibus. Quin & ex eodem loco interdum bini, interdum tres, plures etiam, adfuere. Quo puto fpectat illud, plures eodem tempore epifcopos, ejufdem loci nomine ac dignitate pariter fubinde, rationes ob varias, infignitos in feculis illis vetuftis; qua de re ante monitum eft. In Chronico item quod Flavio Lucio Dextro tribuitur, interfuit *pro Silveftro Hofius Cordubenfis*, qui numerum hic occupat 41. Certe in vulgatis agmen ducit ille. Qua de re confulas Jacobum Valdefium, de Dignitate Regum Hifpaniae cap. II. §. VIII. & fequentia, praeter Joannem Marianam de Rebus Hifpaniae lib. IV. cap. XVI. Notas Severini Binii ad Concilium Nicaenum pag. 291, & 263. & Francifci Bivarii Commentarium in Dextrum pag. 376. Et advertas illud in Gelafio Cyziceno lib. II. ubi Ofius non aliter conjungitur cum Vitone feu Victore & Vincentio presbyteris Romanis, quam ut Alexander Alexandrinus cum Athanafio archidiacono fuo. Si vero crediderìs Dextro illi, adfuere etiam epifcopi Hifpaniarum, praeter Hofium, *Hifpalenfis & Barcinonenfis, & Natalis Toletanus & alii plurimi ex Baetica & Tarraconenfi provinciis*. Sed plurima funt in eo chronico, quae Dextri feculum (nam is qui obtenditur, Hieronymo coaevus eft) non omnino fapiunt. Interea autem, fi quis patrum qui fynodo Arelatenfi fub haec tempora interfuerint, nomina adverterit, vix dubitabit, quin tum e Gallis tum ex Hifpaniis adeffent etiam Nicaeae, quorum in fubfcriptionibus Nicaenae nullibi mentio. Unde etiam veri eft perquam fimillimum, haud defuiffe patrum Nicaenorum coetui antiftitem unum, imo nec plures, e Britannia noftra. Etenim concilio Arelatenfi illi primo, anno Chrifti 314. feu decennio aut circiter ante fynodum Nicaenam, aut ut volunt aliqui, tempore fynodo huic multo proximiore, habito, adfuiffe liquet ex fcriptionibus non femel editis Reftitutum epifcopum, feu, ut tunc fe res habuit, archiepifcopum Londinenfem. Neque ea de re dubitatur. In editione Biniana & plerifque quae praecedunt concilii iftius, fubfcribit:

Ex provincia Britanniae, civitate Londinen. Reftitutus epifcopus.

Quod & paffim obfervant qui res Britanniae veteres tractant. Et videfis Guil. Camdeni Britanniam pag. 305. In editione autem nupera, quam Jacobo Sirmondo debemus, Conciliorum Galliae, exemplar ejufdem concilii ex codice veteri Corbeienfi exhibetur; ubi locis praeponuntur, contra quam in caeteris, epifcoporum nomina. Atque ibi, quantum ad Britanniam, fubfcriptiones ad hunc fe habent modum:

Eborius epifcopus de civitate Eboracenfi, provincia Britannia.
Reftitutus epifcopus de civitate Londinenfi, provincia fuprafcripta.
Adelfius epifcopus de civitate Colonia Londinenfium, exinde facerdos presbyter, Arminius diaconus.

Ita ex Britannia praeter Reftitutum Londinenfem, adfuere Arelatenfi Eborius Eboracenfis & Adelfius de civitate Colonia Londinenfium, ut hic vocatur, cum presbytero & diacono. Sed quidnam civitas Coloniae Londinenfium? Id plane in topographia Britannica nihil fignificat. Qualis debeatur codici Corbeienfi fides nefcio. Nec cujufnam fuerit vetuftatis hactenus audivi. Caeterum fi recipiendae fint ex eo fubfcriptiones hae, vix omnino dubitare queo (utcunque aliter alii conjectent) quin Adelfius hic fuerit epifcopus Coloniae Camalodoni feu Camaloduni. Nimirum celeberrima erat olim apud nos, dum Romanum hic viguit imperium, *Colonia Camaloduni*, quae, cum forfan non integre exararetur, (veluti *Col.* aut *Colon. Camalodun.* feu ut interdum *Camalodon.*) a librariis, quibus *London* & Londini nomen notiffimum erat, atque interim Coloniae Camaloduni plane ignorabile, tum ex cognatione foni tum ex infcitia lectionis in *Coloniam London.* feu *Londin.* mutata eft. Tacitus Annal. XII. de rebus agens Britannicis fub Claudio: *Colonia Camalodunum*, inquit, *valida veteranorum manu deducitur in agros captivos, fubfidium adverfus rebelles, & imbuendis fociis ad officia legum.* Loci item nomen erat *Colonia Camalodunum*, uti & loca fexcenta Coloniae vocabulo adjecto nomina funt fortita. Tacitus lib.

XIV.

XIV. *In Coloniam Camalodunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris*, &c. Unde & in nummis Claudii habetur ad hunc modum; COL. CAMOLODON.



Idem censetur quod Plinio (lib. II. cap. LXXV.) Camaldunum dicitur. Dioni etiam libro LX. locus sic dictus Cunobellini regis regia est, eaque non procul a Thamesi sita. Atque in saxo hoc veteri apud Onuphrium, unde Lipsius & Gruterus idem descripsere, memorantur cives Romani hujus loci, qui & ibi dicitur *Colonia Victricensis quae in Britannia Camoloduni.*

CN. MVNATIVS M.F. PAL
AVRELIVS BASSVS
PROC. AVG.

PRAEF. FABR. PRAEF. COH. III.
SAGITTARIOR. PRAEF. COH. II.
ASTVRVM CENSITOR CIVIVM
ROMANORVM COLONIAE VICTRICENSIS
QVAE EST IN BRITANNIA CAMALODVNI
CVRATOR VIAE NOMENTANAE
PATRONVS EIVSDEM MVNICIPI
FLAMEN PERPETVVS DVVMVIRALI
POTESTATE AEDILIS DEDICATOR. IIII.

Caeterum ubinam locorum in Britannia sedes haberet Colonia haec, olim inter doctos diligentioresque rerum ejusmodi indagatores neutiquam convenit. Vide, si placet, Ortelium in Thesauro. Res autem ita se habuit. Bina fuere, si libris editis fides, in Britannia nostra loca Camuloduni, aut vocis parumper, ut credi solet, ab eo deformatae, nomine olim nota. In Brigantibus alter, alter in Trinobantibus. In Brigantibus habet Ptolemaeus Καμουλόδουνον, & in Trinobantibus Καμουδόλανον. Manuscripti Antonini codices, uti & editi aliquot, pro eo quod est in Brigantibus habuere *Cambodunum*, ut monet Zurita, quod & retineri vult Camdenus. In itinere scilicet a Vallo ad Portum Rutupas. Sed pro altero in Trinobantibus, seu in itinere a Venta Icenorum Londinium, *Camulodunum*. Sed Camulodunum, in editione Zuritae, utrobique exaratur. Videsis Lipsium ad Taciti Annal. XII. nota 75. Hanc Coloniam Camoluduni in Brigantibus, seu agro Eboracensi fuisse volunt nonnulli, inde etiam suasi, quod apud Ptolemaeum proxime illud praecedit Λεγίων ϛ νικηφόρος, *Legio sexta victrix*, quasi victricis ibi titulus eum qui in saxo quod attulimus Coloniae Camuloduni tribuitur, seu Victricensis, explicuisset. Cum manifestum satis sit legionem illam sextam victricem ad Eboracum, cui subjicitur ibi attinere: quod & postea retentum in nummo Severi imperatoris, cujus pars aversa COL. EBORACVM LEG. VI. VICTRIX. vide Camdenum in Britannia pag. 564, & 572. Fuere autem qui etiam in occidentali Britanniae parte, Coloniam Camuloduni quaerendam voluere, & *Cestriam* fecerunt. Alii in Scotia ponunt. Sed in Trinobantibus, adeoque in agro Essexiano alii, ut Humfredus Lhuidus, Camdenus, horumque sequaces. De loco autem, etiam illo in agro, dissident. Colcestriam esse vult Lhuidus, alii. Atque ita hujus nomen Ptolemaei Camudolano, quod pro Camuloduno ita sumitur, in Bertiana, id est, optima Ptolemaei editione, juxta adjicitur. Sed tandem doctissimus ille patriae suae illustrator Guilielmus Camdenus persuasissimum habuit, non aliud fuisse Coloniam hanc ab oppido Maldon in agro illo: *Maxima* (ut inquit ille pag. 322.) *dictionis parte etiamnum integra & superstite. Nec hoc solummodo expressum nominis vestigium persuasit, verum etiam distantia a Mona apud Plinium, & ipse situs in antiqua tabula itineraria, probationem praestant vel apertissimam.* Sic ille, cui & assensum hic libentissime praebet Richardus Vitus (in Historiae Britannicae lib. IV. nota 31, & 36.) alias quidem in Camdeni sententias libentius etiam & plusquam par est saepius infensior. Ita Maldonensibus seu Camalodunensibus veteribus suus erat episcopus. In editionibus autem synodi Arelatensis anterioribus plerisque, veluti Suriana ac Crabbiana (quibus male concilio secundo Arelatensi praefiguntur, uti etiam in Isidoriana, nomina quae primam spectant) atque etiam Biniana, secuti sunt Restitutum episcopum Londinensem, *Ex provincia Bizacena civit. Tubernicen. Eburius episcopus, ex eadem provincia, civitate Culucitana Adelphius:* quasi uterque, saltem prior, ex Africa fuisset. Sed proxime praecedunt Galli; sequuntur Hispani; & dein subjiciuntur per se Africani. Adeo ut loca ibi corrupta esse vix dubitandum sit. Nec sane adeo difficile est, ut ab imperitioribus librariis, *Britannia* fieret *Bizacena*, & ex *Eboracensi*, *Tubernicensi*. Etiam & *Culucitanae* initium a *Colonia* videtur. Certe subscriptiones conciliorum depravatissimas passim habemus. Nec praetereundum, in Isidoriana collectione illa veteri, cui deest omnino Restitutus, reperiri *Ex Bitania Eburius episcopus: Ex civitate Culina Adelfius.* Ubi Culina & Bitania, Britanniae & Coloniae satis proximant. Quemadmodum autem inter patres Arelatenses, paulo ante Nicaenam synodum, antistites Britannici suos habuere, juxta jam dicta, locos, ita & in Sardicensi illa generali, uti vocatur, quae non ita multo post, nempe sub vicennium a Nicaena, celebrata est. Nam ubi de episcopis qui illuc convenerant loquitur Athanasius, qui & ipse intererat, non solum expressim ait adfuisse aliquos ἐξ ἐπαρχίας Βρεττανιῶν *e provincia Britanniarum* (tametsi in titulo epistolae synodi ipsius ad Alexandrinos inter provincias ibi enumeratas, Britanniae praetermittantur) verum etiam inter episcopos qui interfuere Ρεστιτοῦτος *Restitutus* occurrit sine loco, ut alii plurimi, adjecto; qui

ui forſan ipſe erat Londinenſis in ſynodo Are-atenſi memoratus. Videſis Athanaſium in Apo-ɔgia II. tom. I. pag. 720, 756, & 767. editio-is Pariſienſis 1627. Jam vero anne veri cuiquam idetur ſimile, conciliis in binis, altero ita Nicae-am paulo praecedenti, ut altero non ita diu poſt ıſequenti, interfuiſſe epiſcopos e Britannia, nec amen in ſynodo celeberrima illa Nicaena ita in-ermedia, eos locum habuiſſe ullum; utpote ad uam univerſi per orbem Chriſtianum epiſcopi dicto Caeſareo vocabantur? Sed vero obſervan-um interea, non ſolum plures multo in Arabica ac recenſione haberi, quam in vulgatis conciliis, :d & paucos ſane, ex eis qui in vulgatis, hic eperiri. Etiam deeſſe in Arabicis aliquot ortho-oxorum nomina, quos interfuiſſe teſtantur tam iſtorici quam ſubſcriptiones vulgatae. Adeoque, ve numerum, ſive nomina ſpectes, res eſt plane ı incerto. Etiam Graeculis aliquot (veluti Ni-ephoro Calliſto lib. II. cap. XXIII. & Dorotheo Ionembaſienſi loco ante citato) binos epiſcopos, :hryſanthum & Muſonium mortuos ſubſcripſiſſe :editur. Commentum ſatis ridiculum. De nu-ıero autem, atque eis qui diſſenſerunt, vide plu-ı apud Nicetam Choniatem in Theſauro Ortho-ɔxae Fidei lib. V. cap. V, VI, & VII. Locorum ıidem nomina, Arabice, ſed non raro ſine punc-s diacriticis in MS. Oxonienſi exarata, non pau-ı nobis, ut ante plane inaudita, ſic etiamnum nota manent. Neque eſt quiſquam literis hiſce ɔn prorſus alienus, qui neſciat etiam notiſſima ɔmina in idiotiſmos Orientales deformata, ob-ura nimis ſolere reddi. Etiam & nomina ipſa Egyptiaca, Africana, alia quae originis non ſunt atinae aut Graecae, quamplurimum a nomini-ıs Graecis ac Latinis in uſu, ſaepius diſſidere. erbi gratia Meletius ille inter haereticos ſeu hiſmaticos nominatiſſimus, qui aut erat aut ha-ebatur epiſcopus Lycenſis ſeu Lycopolitanus in hebaide AEgypti, dicitur Eutychio noſtro epiſ-opus Aſioti. وكان inquit ille, على مدينة

اسيوط من عمل مصر اسقف يقال لـــــه

ميلطيوس يرى راي اريوس ولعنه

اسكندرس البـــطـــريـــرك

it erat urbis Aſioti, quae provinciae eſt AE-gptiacae, epiſcopus, nomine Meletius, quem a-ıthemate feriebat Alexander patriarcha. An vocabulo illo AEgyptiaco *Aſiot*, factum eſt Οα-ῖ), *Oeaſitae* & *Avaſitae* apud Ptolemaeum, Pli-ium, Oroſium, AEthicum? Unde & Oaſis ma-a, quae Oaſitarum urbs eſt, appellatur epiſco-tus ibi, cujus antiſtes Patricius in concilio Chal-donenſi. Sed de nominibus plura viderint, quo-m otium geographiam curat. Accepi vero, am dum hic typos corrigo, nomina epiſcopo-m & ſubſcriptiones aliquot Graecas, veluti ea-m reliquias, quae fuere concilii toties memora-t. Peramice deſcripſit mihi ex codice MS. bi-iothecae, quae Oxoniis eſt publicae, vir doc-ı na ſingulari eximius Gerardus Langbainius Oxo-ıenſis. Tranſtulit olim in codicem illum Joan-ıs Sambucus ex autographo, rogatu Laurentii Schraderi Halberſtadenſis, cujus ipſe fuit codex. Verba, qualia ſunt, apponam.

Nomina reliqua patrum in ſynodo Nicaena ex charta Niliaca vetuſtiſſima Sambuci deſcripta.

. . . . ἐπαρχίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ἰουστῖνος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Τυανέων μητροπόλεως τῆς δευτέρας Καππαδοκίας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὀλύμπιος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Γαγγρηνῶν μητροπόλεως τῆς Παφλαγίων ἐπαρχίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Κυπριανὸς ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ημυ...... Διαπολίτων, μητροπόλεως τῆς Ὀναρίσων ἐπαρχίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Πολύδεκτος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπόλεως, τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Θεάτωρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σταυροπόλεων μητροπόλεως τῆς Ἡβρῶν ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Τιβέριος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς . . . . Λαοδικέων μητροπόλεως τῆς Φρύγων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Κοσμᾶς ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Συμβαδίων μητροπόλεως τῆς Σαλυζαρίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Κωνσταντῖνος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Βὴρ μετροπόλεως τῆς Λυκαίων μητροπόλεως, ὁρ. ὑπ.

Στέφανος ἐλέῳ Θεοῦ τῆς Ἀντιοχέων μητροπόλεως τῆς Παμφίλων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Θεόπεμπτος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἰουστινοπολίτων ἤτοι Μωκρασιανῶν μητροπόλεως δευτέρας τῆς Καππαδοκέων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ἰσίδωρος ἐλέῳ Θεοῦ τῆς Ῥυγίνων μητροπόλεως τῆς Φρυγῶν Παζακίων, ὁρ. ὑπ.

Θεόδωρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ταρσέων μητροπόλεως τῆς πρωτικέων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Στέφανος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἀανζαρβέων μητροπόλεως τῆς δευτέρας τῶν Κιλικίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Μακρόβιος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σελονέων μητροπόλεως τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Ἀθηναῖος ὁ λεγάτος τῆς ἁγίας συνόδου τοῦ ἀποστολικοῦ Θεσίου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ὁρ. ὑπ.

Γεώργιος χάριτι Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Βιζυήνων πόλεως τῆς Θρακῶν χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ζαχαρίας ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Λεοντοπολίτων τῆς Ἰσαύρων χώρας, ὁρ. ὑπ.

Θεόδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Πομπηιουπολίτων πόλεως τῆς Παφλαγόνων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Γρηγόριος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μιτυληνέων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, ὁρ. ὑπ.

Σέργιος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σελυμβρίων πόλεως τῆς Εὐρώπης νεάνων Θρακῶν χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ἀνδρέας ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μεθυμνέων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, ὁρ. ὑπ.

Θεογόνιος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Νεάνων πόλεως τῆς Βεθυνέων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ἀλέξανδρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος πόλεως Κυπράδων τῆς Ἰσαύρων χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ἐπιφάνιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Εὐχαΐτων πόλεως τῆς Ἑλελιώτων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Πέτρος χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπίσκοπος τῆς Μεσημβρίων φιλοχρίστου πόλεως, ὁρ. ὑπ.

Πέτρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σωζοπόλεων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

. . . . ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Πτοβίων, ὁρ. ὑπ.

. . . . . ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος πόλεως τῆς τῶν Κυπρίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Τύχων ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος πόλεως τοῦ . . . .

Caetera ab initio & in extremo tineae absumpsere. Joannes Sambucus consiliarius & historicus Caesareus ex originali misit ad L. Schradeum, anno 1583.

Originale ipsemet inspexi & contrectavi,

L. SCHRADER.

Fideliter exhibentur, ut in exemplari Schraderiano leguntur. Menda quae sunt nonnulla in locorum nominibus corrigere nemo non potis est, nisi qui nec correcta satis agnosceret. Certe quoniam, ut ante ex Alphonso Pisano monitum est, ferebatur, olim apud Sambucum, integrum subscribentium numerum habitum esse, atque subscriptiones hae Graecae ipsius Sambuci fuere & ad Schraderum ex autographo ita mutilato ab ipso sunt descriptae (unde par est ut credamus chartam hanc Niliacam ipsam fuisse, de qua fama apud Alphonsum Pisanum manet) ideo libenter eis hic locum dedimus; nec aliam sane ob causam. Ut scilicet non ignoretur, quaenam illae essent olim apud Sambucum. Nam revera concilii Nicaeni primi subscriptiones has Graecas (qualiscunque visa fuerit charta illius Niliacae vetustas) nemo puto credet fuisse, nisi qui hallucinatus non observaverit formulas illas ἐλέει Θεοῦ, & χάριτι Θεοῦ, *Dei misericordia*, & *Dei gratia*, praeter alia item in hisce manifesta, recentioris multo esse commatis, quam Constantini tempora admittunt.

17.

Is autem vetuit, ne patriarcham presbyteri crearent.] Ita duravit mos ille patriarchae sufficiendi seu creandi tum a presbyteris, tum ex ipsis solum, per annos 250. aut circiter. De presbyteris loquimur tantum ecclesiae Alexandrinae, qui velut ejusdem capitulum fuere atque numerum duodenarium a Marco institutum nunc sub Alexandro excessisse videntur. Nam sub eo fuere minimum septemdecim, si non plures. Nempe tot reperiuntur in presbyterorum Alexandrinorum subscriptionibus epistolae Alexandri, qua anathema in Arium prolatum testatur, apud Gelasium Cyzicenum lib. II. cap. III. Nisi numerum illum aut de universis in Alexandria, ecclesiis, aut de hisce simul atque illis patriarchae adseclis, seu velut adsessoribus adsiduis, non de adsessoribus ejusmodi solum capi velis. Certe totidem ferme habentur in subscriptionibus Epistolae ad Theognium ac alios episcopos e Tyro profectos, apud Athanasium, qui Alexandro proxime successit, in Apologia secunda ad Constantium. De ecclesiis ibi illo in seculo videsis Epiphanium Haeres. LXIX. 4. & Baronium tom. III. anno 315. num. 28.

18.

Et decrevit ut mortuo patriarcha convenirent episcopi, qui patriarcham ordinarent. Decrevit item ut, &c.] Decretum hujusmodi, etiam oecumenicum, habetur in Canone IV. synodi Nicaenae primae, cui interfuisse Alexandrum hunc, quem decrevisse seu imperasse scribit Eutychius, scimus omnes. Canon est: Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι, &c. *Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus, qui sunt in provincia (episcopis) constitui*, &c. Sed mirum adeo non est Eutychium canonem illum seu decretum Alexandro decessori suo tribuere, quem non interfuisse solum ait sed & praefuisse synodo illi. Verba ejus sunt:

وكان ريس المجمع والمقدم فيه الاسكندرس بطريرك الاسكندرية واسطات بطريرك انطاكيه ومقاريوس اسقف بيت المقدس ووجّه سلبسطرس بطريرك رومية من عنده قسيسين اسم احدهما بقطر والاخر فيكيتيوس فاتّفقوا على انفا اريوس واصحابه ولعنوهم ولكل من يقول بمقالتهم

Et Alexander princeps & praeses concilii, & Eustathius patriarcha Antiochenus, & Macarius episcopus Hierosolymitanus, &, quos misit ut legatos, Silvester patriarcha Romanus, Victor & Vincentius presbyteri, unanimes in hoc consensere, ut excommunicarent Arium & sequaces ejus, eosque & quotquot sententiae eorum adhaererent anathemate ferirent. Et forsan ab more illo seu instituto pristino ecclesiae Alexandrinae, & Alexandri hujus de ejusdem mutatione voto, maxime ortus est Canon ille. Certe & excerpta chronologica in Thesauro Temporum pag. 69. *Eodem anno congregata synodus in Nicaea trecentorum decem & octo episcoporum sub Alexandro archiepiscopo Alexandriae.* Et in historiis obviis, ejus in synodo illa partes perquam eximiae habentur. Nec praetereundum hic quod habet hac de re Josephus AEgyptius in praefatione concilii hujus Arabica, in bibliotheca Oxoniensi. Verba sunt: كان المروس في هذا المجمع الاكسندروس بطريرك مدينة الاسكندرية ووكلا سلبسطرس بابا رومية وبعده افستاثيوس بطريرك انطاكية ومكاريوس بطريرك بيت المقدس وحضر معهم

———يـ — رومـ معهم يوليوس بطريرك

t praeses erat in hoc concilio Alexander pa- iarcha urbis Alexandriae, & procuratores Sil- estri papae Romani, & post eum Eustathius atriarcha Antiochenus & Macarius patriar- ha Hierosolymitanus (ita per prolepsin hic dic- s) *& aderat cum eis insuper Julius patriar- ha Romanus.* De Julii praesentia, quam & a- i afferunt, ante monitum est. Nonne voluit c Julium adfuisse quidem; sed antequam papa at? Sed si ita est, Julius ex numero patrum 18. non fuit, quod nomina ab eodem Josepho actis, ut ipse ait, concilii desumpta & supe- us ostensa reddunt manifestum. Atque palam t, tum ex hoc loco tum ex subscriptionibus lgatis, eum qui Achitonius dicitur Antiochenus, subscriptionibus Arabicis, Eustathium dici de- isse; quem tunc patriarchatui illi praefuisse statur item historia ecclesiastica.

19.

Eligerent sive ex quacunque regione, sive ex odecim illis presbyteris sive aliis.] Etiam & oc consonum est canonibus IV. & VI. dictae sy- odi Nicaenae. Parilis item hac de re ratio ha- nda, ut ad numerum superiorem diximus. At- ie demum ex jam ante enarratis manifestius ulto quam hactenus puto intelligitur, tum lo- us ille Hieronymi percelebris in praefatione al- tus, tum alii illi bini, quorum alter Ambrosio, ter Augustino quidem tribuitur. Quam bene, cus hic non est discutiendi. Utut se res ea ha- erit, commentarios in quibus reperiuntur per- iam vetustos esse, nec dubitant viri docti. Et ci illi de seculis, quae tractamus, priscis (licet on in eis) eorumque in AEgypto moribus con- ripti sunt. In caput epistolae ad Ephesios quar- m autor ille (cui nomen Ambrosii indutum) de omiscua nominis & muneris episcoporum & esbyterorum ex ipsis primordiis communione, ens, *Denique,* inquit, *apud AEgyptum pres- teri consignant, si praesens non sit episcopus. d quia coeperunt sequentes presbyteri indigni veniri ad primatus tenendos; immutata est ra- o, prospiciente concilio, ut non ordo sed meri- m crearet episcopum, multorum sacerdotum ju- cio constitutum, ne indignus temere usurparet effet multis scandalum.* Quid hoc est? apud Egyptum presbyteri consignant! sive de ordi- tione sive de confirmatione accipias, seu de raque (quod non ita est absonum) cum Euty- ianis hisce apprime convenit, lucemque videtur on obscuram ab eis accipere. Legitima habe- tur olim presbyteris Alexandrinis, ex ejusdem clesiae instituto (quod & ex Hieronymi loco in aefatione exscripto satis item palam est) ordi- ndi seu creandi tum episcopum Alexandrinum, m presbyteros, saltem in ecclesia Alexandrina, cultas. Atqui episcopi seu patriarchae Alexan- iae ordinandi facultas eis sub Alexandro hoc empta, aut, juxta Nicaenos canones, negata . Nec dubitandum puto, quin aliorum etiam iscoporum ordinandorum facultas eis solis sem- r ibi aut denegata aut non exercita. Intererat triarchae, cum episcopis (simulac numerosi sa- tis essent) ordinationibus illis solum praeesse. Quod & ex jure ejusdem metropolitico singulari erat apud AEgyptios in usu post Alexandri tem- pora. Quin etiam ordinationes generis utriusque (tam presbyterorum dico quam episcoporum) a patriarcha, velut ad se suique nutum spectantes, sub haec tempora arrogatas ibi esse eliciunt viri docti ex historia Meletiana, quam vide apud The- odoritum lib. I. Hist. Eccles. cap. IX. & Sozo- menum lib. I. cap. XXIII. Et consulas Carolum a S. Paulo in Geographia Sacra pag. 272. Nec praetereas hic quae de Coluthi in AEgypto ordi- natione scribit Athanasius in Epistola Synodica Apologiae secundae inserta. Et memineris de Alexandrina ecclesia ipsa rem ab Eutychio narra- ri, non de tota AEgypto, nedum territorio pa- triarchali. Sed vero, nonne de ordinatione, quam Alexandriae in AEgypto, ex veteri instituto ex- ercuerant presbyteri, loquitur commentarii illius Ambrosio tributi autor, dum consignare eos ait, absente episcopo? Quod vero sequitur in eodem, plane id ipsum videtur quod expressius habet Eu- tychius. Abolitum scilicet morem illum, quo ex ipsis & ab ipsis presbyteris Alexandrinis, seu, juxta linguam inferioris aevi, capitulo ejusdem ecclesiae patriarcha eligendus erat, ac simul crean- dus (idque juxta synodi Nicaenae mentem) vete- remque hunc morem ac rationem immutatam esse, adeo ut jam non ordo ejusmodi presbytero- rum (quia coeperunt indigni inveniri ad prima- tus tenendos ipsi, unde nec eligere recte quibant nec eligi) sed meritum crearet episcopum multo- rum episcoporum judicio constitutum, & ex qua- cunque urbe, provincia, societate, modo meri- tum inesset, accersitum. Locus ille alter, Augu- stino tributus, habetur in Quaest. CI. in Testa- mentum Vetus & Novum. *In Alexandria, & per totam AEgyptum, si desit episcopus, conse- crat presbyter.* Expressissimum est, quantum ad Alexandriam, Eutychianae narrationis compen- dium. De Hieronymi loco vide item numerum sequentem.

20.

Atque ita evanuit institutum illud anti- quius.] Vult Eutychius institutum illud Marci evangelistae, de patriarcha Alexandrino a pres- byteris & ex ipsis tum eligendo tum ordinando, evanuisse sub Alexandro hoc ejusdem ecclesiae patriarcha, adeoque sub tempora Nicaenae syno- di jam dictae. Atqui Hieronymus in loco illo, de ecclesiae hujus more, decantatissimo (quem habes integrum in praefatione) *A Marco,* inquit, *usque ad Heraclam & Dionysium episcopos, pres- byteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant.* Alexan- driae scilicet, Hieronymo in Chronico suo He- raclas fit patriarcha anno Alexandri Mammeae F. nono; juxta Eutychii autem chronologiam, an- no ejusdem primo. Atque error est crassissimus glossae veteris in Dist. XCIII. cap. XXIV. *legi- mus,* ubi Heraclas & Dionysius Hieronymo di- cuntur fuisse contemporanei. Praetermissis tem- poris apicibus, ab Heraclae initiis usque in Ni- caenam synodum seu Alexandri mortem quae brevi secuta est, habentur anni centum aut circi-

ter

ter. Vide laterculum patriarcharum supra exhibitum. An igitur juxta Eutychium sub Alexandro, at juxta Hieronymum sub Heracla aut successore ejus proximo, adeoque circa centum aut nonaginta ante Alexandri tempora posteriora seu synodum, immutatus hic mos Alexandrinus? Ita sane est. Nec interea horum alterum alteri omnino dissonum, re rite perpensa, opinor. Alter de facto loquitur simul ac jure loci simplici, antequam ulla omnino usus aut facti mutatio ibi introduceretur. Alter de jure simplici & instituti mutatione. Itaque Hieronymus, ut in rem, quae prae manibus fuit, tam rotunde quam apposite adferret exemplum, asserit ante Heraclam & Dionysium, episcopum ibi seu patriarcham a presbyteris electum, ordinatum, idque perpetuo ab ecclesiae initiis. Caeterum nec Heraclam nec Dionysium in more illo comprehendi voluit, nedum eorum successores; quorum forsan nullum sine episcopis aliquot ordinatum esse, aequum est ut existimemus. Etenim advertendum est, Eutychium paulo infra diserte monere, ante Demetrii patriarchae undecimi tempora nullum fuisse per AEgyptum, praeter patriarcham, episcopum. Palam igitur est etiam juxta eum, patriarchas decem, nempe Abilium, Cerdonem, Primum, Justum, Eumenem (qui & Hymenaeus dicitur Eusebio in Chronico) Marcianum, Celadium, Agrippam, Julianum, etiam & ipsum Demetrium a presbyteris Alexandrinis, non ab episcopis, ordinatos. Neque enim erat in AEgypto, ut expressim Eutychius, tunc episcopus praeter patriarcham ullus; qua de re infra, numero 22. Atqui a Demetrio instituti sunt, inquit hic noster, tres, uti & ab Heracla ejus successore proximo viginti. Quando igitur Heraclas ordinatus est, fuere in AEgypto episcopi tres, & quando ordinatus est Dionysius, Heraclae successor proximus, fuere viginti tres. Securus ideo, ut videtur, Hieronymus de tempore Heraclam antevertente, seu de more Alexandrino antequam episcopi per AEgyptum aliqui alii constituerentur, pronuntiat de patriarcha seu episcopo Alexandriae a presbyteris atque ex seipsis, juxta ac noster adamussim, eligendo, ordinando. Nec ad citeriora descendere voluit tempora, quia vix forsan credi potuisset, ordinationem patriarchalem, postquam episcopi saltem Heracleani, tot numero, instituti sunt, sine episcopis factam esse; utcunque vetus institutum vim suam hactenus retineret, neque novum de patriarcha ordinando jus esset introductum. Non solum hoc suadet singularis episcoporum inter presbyteros illos dignitas, quae proculdubio, vacante patriarchatu, vicinis (nam de procul dissitis episcopis id forsan non recte dicitur; quia ex more ejusdem ecclesiae electio & ordinatio patriarchalis moram non patiebatur, quod scimus ex Epiphanio haeresi 69.) in causa erat, ut se Alexandriam sedulo conferrent, verum etiam, quae veri satis similis est, ambitio presbyterorum, quorum eligendi & ordinandi munus erat. Nam & horum aliqui forsan in episcopalem dignitatem evecti, nec tamen presbyteratu Alexandrino exuti, ordinabant, adeoque episcopi ex accidenti, ordinabant patriarcham cum caeteris; ita ut post episcopos ibi institutos, seu post Heraclam, id quod dixit Hieronymus sine controversia locum habere satis non quiret. Eutychius vero de jure simplici seu instituto illo veteri tantum loquitur: quod durasse ait usque ad Alexandri tempora: id est, neminem praeter presbyteros Alexandrinos de jure locum in electionibus aut ordinationibus patriarchalibus obtinuisse usque ad Alexandrum, a quo novatum ac mutatum institutum illud; ac si dixisset, tametsi ab episcoporum per AEgyptum incremento eveniret, ut interessent ex ipsis de facto aliqui electionibus atque ordinationibus hujusmodi, veluti Heraclae, Dionysii, Maximi, Theonae, Petri, Achillae, Alexandri patriarcharum, seu eorum nonnullorum, nihilominus ante mutationem instituti quae sub Alexandro accidit, jus ad illos attinuisse nullum. Etiam forte legitur in codice vetustiori جاريا الي ايـــام الاسكندرس *Usque in tempora ferme Alexandri* (ut observavimus supra, numero 13.) quoniam usus aliquis praecedens, qui contrarium ullatenus simularet, juris ipsius seu instituti veteris mutationem, ut fieri ac dici amat, induxisse etiam ante Alexandrum videretur. Quod vero ad tempus attinet, quo nullus ibi praeter patriarcham episcopus; certe & in scholasticis sunt, qui ex dispensativa necessitate, tametsi non ex dignitate officii (ut ipsi loquuntur) presbyteris episcopum seu archiepiscopum adeoque patriarcham consecrare licere volunt; unde ait Guillermus Antisiodorensis (in lib. IV. Sent. cap. de Sacramento in quo confertur gratia) *Si non essent in mundo nisi tantum tres simplices sacerdotes, oporteret quod aliquis eorum consecraret alium in episcopum & alium in archiepiscopum*, Consulas, si placet, quae habet Thomas ab Argentina in Sent. IV. Dist. XXV. Quaest. I. Art. I. de Pontifice Romano ab episcopo Hostiensi consecrando, & Antonium de Rosellis in Monarchiae parte IV. cap. XVIII.

21.

Ne patriarcha Alexandrinus papa vocitaretur.] Codex vetustior فاما قولهم لم يسمي *Sed vero dixit* seu *in mandatis dedit eis ne patriarcha*, &c. Paulo post hic habetur, tempore Heraclae patriarchae, nomen papae, pro eo quod est avus, tributum esse patriarchae Alexandrino, eo quod episcopi, qui ibi scilicet paulo ante sub Demetrio coeperant, patres dicti sunt, quo nomine patriarchae ibi ante vocati. Et scimus, ex superius obiter allatis de nomine patriarchae, hoc ipsum pro eo quod est simpliciter pater subinde sumptum. Quoniam igitur jam post Demetrii, qui Heraclae proximus decessor erat, tempora, episcopi locum tenebant, iique jam satis numerosi, intermedium, patres item dicti, ideo voluit populus AEgyptiacus, qui Christo nomen dederant, supremum seu patriarcham Avum nuncupari. Eutychius noster alibi; وفي ايامه كان يسمي بطريك الاسكندريه بابا اي الجد

Et

t tempore ejus vocabatur patriarcha Alexan-inus papa, id est, avus. De Heracla loquitur, i sua patriarcharum serie. Sic nempe in codi-e Alepensi. Sed eo in loco deest hoc in An-ocheno. Occurrit quidem in Athanasii episto-l de synodis Arimini & Seleuciae, epistola a resbyteris Alexandrinis inscripta Μακαρίῳ πά-πᾳ ἐπισκόπῳ ἡμῶν Ἀλεξάνδρῳ, *Beato papae, e-piscopo nostro Alexandro,* qui ipse est quem no-men hoc sibi successoribusve suis dari noluisse ibit hic Eutychius. Alibi etiam dictus est ille πάπας Ἀλέξανδρος, *Alexander papa*, ab eo-m Athanasio, qui ei successor fuit proximus, i & dictus est ipse Athanasius tum a Constan-o tum in epistolis Arsenii episcopi Hypselita-m, & Ischyrae, alibique, ut videre est in Atha-sii Apologia II. ad Constantium. Palam est iam episcopos alios non raro seculis in vetus-ribus, papae nomine dictos. Id scimus ex Cy-iano, Hieronymo, aliis inferioris multo aevi. iam Anselmus Cantuariensis archiepiscopus, cum llium ab Urbano XI. pontifice Romano ante nos amplius quingentos reciperet, ab eo voca-s est *Papa alterius orbis*, quod legitur apud Ger-sium Dorobernensem monachum in libro MS. lem sub titulo *Imaginationis, contra Robertum Abbatem S. Augustini,* annis abhinc amplius adringentis composuit. Sed vero, ut in aliis ctum est, ita nomen illud papae ex origine pa-ibus aliis seu episcopis commune, pontifici Ro-ano velut proprium media assignavit antiquitas, usque ad nos sequaces; non aliter atque impe-toris nomen, aeque ex origine aliis commune, lut proprium Caesaribus donatum. Et quic-id olim ex se simpliciter significaret Arabibus l seu بابا (quorum utrumque papa eis denota-r) habitum certe videtur nonnullis velut id io dignitas & majestas suprema, idque ex ipsa cabuli vi, in eo qui jam sic dictus, utcunque nuatur. Geographus Nubiensis parte II. Clima-s V. وفي مدينة رومة قصر الملك المسمى الباباة وليس فوق الباباة فوق العدل والملوك دونه *t in urbe Roma sunt aedes regis, papae vo-ati. Nec est supra papam superioritas in dig-itate, & reges sunt inferiores ipso.* Loquitur mirum ex eorum scitis, qui sive ignavia admit-nt, sive ambitione, sive assentatione aliterve lunt principum ac rerumpublicarum etiam suis territoriis imperia ecclesiasticis pontificis Ro-ani jussis esse inferiora. Turcae eum appelli-nt *Rumbeg* & *Rum schah*, *Romae* seu *Roma-rum* (quo nomine quinam apud Orientales ve-ant, pluribus ostenditur infra numero 28.) *do-inum, principem,* seu *regem*, ut in Onomastico onet Leunclavius. Sed vero rationem nomi-is papae videmus in his quae hic habet Euty-ius ita traditam, perinde ac si non patrem, ut lgo accipitur, sed avum designaret. Id quidem rtum est, πάππαν Graecis veteribus, patrem sig-ificasse, unde παππάζειν etiam habent pro eo uod est *patrem eo nomine alloqui*, aut πατέρα καλεῖν, ut ait Hesychius, cui item dicitur Pappas, πατρὸς ὑποκόρισμα, *patris diminutivum.* Quin-etiam Etymologici magni autor, *Pappias*, inquit, παρὰ τὸ πάππα ὃ σημαίνει τῇ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ, τὸ πατέρα, *Fit a papa, quod lingua Romanorum significat patrem.* De Pappia loquitur, qui in officiis Augustalibus Orientis apud Codinum. Videsis plura apud Joannem Meursium in Glossa-rio, verbis Παππίας, & πρωτοπαππᾶς. Etiam λιτὸς παπᾶς *simplex papa* pro lectore, qui dia-cono inferior est, usurpatur in Constitutione Isa-acii Comneni imperatoris in Theodori Balsamo-nis Commentario ad Photii Nomocanonis tit. I. de Fide cap. XXXIII. Caeterum ut filiorum no-mine nepotes, ita parentum, etiam & patrum vocabulo majores, qui patribus, qua genitores proximi ea voce indicantur, superiores sunt, sub-inde venire docemur a jurisconsultis, aliisque scriptoribus; quicquid in adversum frustra niti-tur Valla in Elegantiis. Etiam in linguam Ro-manam receptum videtur τὸ *pappus*, ab eadem origine pro avo. Ita enim apud Ausonium illud significare apertum est, in Protreptico ad Nepo-tem, seu Idyllio IV.

-------- pappos aviasque trementes,
Anteferunt patribus seri nova cura nepotes.

Ex Graeco igitur aut Latino, aut utroque sermo-ne nomen illud Alexandriae usurpatum (quicquid simpliciter ex seipso primitus significaret) quoties contra distinctum haberet patris vocem, pro avo, juxta Eutychium, sumebatur. Res vero coepit Heraclae patriarchae tempore, causa ab eo osten-sa. Certe & Dionysius, proximus Heraclae suc-cessor, hoc de eo nomen expressim usurpat in Epistola ad Philemonem apud Eusebium lib. VII. cap. VI. & Nicephorum lib. VI. cap. IX. Cano-nem istum, inquit, accepi παρὰ τοῦ μακαρίου πάπα ἡμῶν Ἡρακλᾶ, *A beato papa nostro Heracla.* Quicquid autem petierit Alexander, de hujus no-minis apud Alexandrinos AEgyptiosque abolitio-ne, certe tum Athanasius ejus successor proxi-mus aliique sic postea dicti etiam in AEgypto. Et Joannes patriarcha ibi, in lemmate epitaphii sui a Sophronio patriarcha Constantinopolitano conscripti vocatur Πάππας Ἀλεξανδρείας, *Papa Alexandriae*, in Anthologia Epigrammatum lib. III. cap. VI. Legitur autem apud Nicephorum Callistum, nomen hoc Cyrillum patriarcham A-lexandrinum accepisse a Caelestino pontifice Ro-mano (cum locum suum Cyrillum in synodo E-phesina tenere absens voluit) atque ad successo-res transmisisse. De nominis papae originibus aliis, praeter magis obvios, qui non sunt pauci, scriptores, consulas Baronium in Martyrologio Januarii X. & jurisconsultum celebrem Joannem Corasium Miscellaneorum lib. V. cap. XV.

22.

Nullus erat in provinciis AEgypti episcopus.] Alibi item in patriarcharum serie Eutychius, ubi de Demetrio; وهو اوّل بطريك اصطنع الاساقفة في عمل مصر *Et is primus e-rat*

rat patriarcha, qui episcopos instituit in provinciis AEgypti. Et notissimae sunt ex historiis ecclesiasticis ingentes tunc temporis inter Origenem & patriarcham hunc simultates (quas tamen nec omnino memorat noster) unde etiam graves inter Demetrium hunc & Alexandrum Hierosolymorum & Theoctistum Caesareae episcopos dissensiones tunc natae. Ut autem ille summus Origenis adversarius tres sibi, proculdubio velut auxiliarios, episcopos, ita successor ejus Heraclas primarius Origenis discipulus viginti sibi etiam instituit. Et crevit dein haud parum numerus. Nam centum aut circiter fuere in AEgypto episcopi ante concilii Nicaeni tempora, ut expressim acta Metrophanis & Alexandri testantur. Jam vero ex patriarchali illo jure veteri, quod sine episcopis per totius AEgypti provincias tamdiu, id est, per annos amplius centum, solum obtinuerat, atque ex sera ibi episcoporum, eaque haud parum ex patriarchae arbitrio, institutione, quam hic narrat Eutychius, eliciendae videntur jurium illorum singularium & praerogativarum, quibus ante alios in Christiano orbe primates ac patriarchas, Alexandrinus gavisus est, origines. Veluti juris, per universam saltem AEgyptum, metropolitici (quod scimus ex Epiphanio Haeresi LXIX. & Synesio Epist. LXVII. & LXXVI. aliunde) atque aliorum perinsignium, de quibus fusius Carolus a S. Paulo in Geographia Sacra pag. 271. & sequentibus. Caeteris enim in locis, episcopi aliter atque aliter diu ante Demetrium (qui primus in AEgypto fit ab Eutychio episcoporum autor, sub annum Christi 280) sparsim constituti, jura sibi ex usu diutino ac subinde invicem discrepantia nacti, ea etiam nec ampliora nec fere alia ex seculis pristinis retinuere, postquam ex synodi Nicaenae primae autoritate, atque ad civilis administrationis formulam, stabilita est gubernatio ecclesiastica. Atque uti hi sua ac qualia variatim & dissimiliter inoleverant; ita patriarcha Alexandrinus dein sua, semper sibi similia; quae fuere quidem, ut ex recentiori tum instituto tum usu, si episcopos spectes, pro arbitrio patriarchae tunc pridem institutos, ita ex origine veterrima, si ecclesiae illius spectes initia. Unde fiebat demum, ut is ipse etiam ibi retineret τὴν ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν, *rerum ecclesiasticarum administrationem* singularem & sibi peculiarem (quod legitur apud Epiphanium loco citato) alia item in aliis patriarchatibus non reperta. Sed vero occurrunt, quae episcoporum origini in AEgypto ab Eutychio traditae nimis refragari videantur. Nicephorus Callistus lib. II. cap. XLIII. scribit Marcum evangelistam etiam & episcopos in Cyrene & Pentapoli ordinasse, cui & consona sunt Graecorum Synaxaria. Vetus item Marci vita; *Pentapolim pergit*, &c. *& ordinans episcopos per regiones illas & clericos iterum Alexandriam venit.* Hanc sequitur Alfricus archiepiscopus Cantuariensis, in Sanctorum vitis. Hrabanus item Maurus in Martyrologio VII. Kal. Maii, de Marco; *Ordinaverat pro se Alexandriae episcopum Annianum, aliis quoque longe lateque ecclesiis episcopos, presbyteros & diaconos dederat.* Totidemque ferme verbis de eo usus est in Martyrologio Notkerus. Sed in hisce, tametsi scriptoribus fidem des (quod puto non ita pronius feceris) nihil habent quod in AEgypto extra Pentapolin episcopos eum constituisse evincat. Maximi autem in adversum forsan videatur momenti hic, quod habetur in Hadriani Caesaris Epistola ad Servianum Consulem de AEgyptiorum moribus: *AEgyptum,* inquit, *quam mihi laudabas, totam dedici levem, pendulam & ad omnia famae momenta volitantem. Illi qui Serapin colunt, Christiani sunt & devoti sunt Serapi, qui se Christi episcopos dicunt.* Sic apud Vopiscum in Vita Saturnini. Itaque in AEgypto fuere, qui Christi episcopos se dixere, tempore Hadriani Caesaris, qui plurimis annis Demetrio, cui episcoporum ibi ab Eutychio initia tribuuntur, antiquior est. Sane dubium non videtur, quin tum patriarchae ibi dicti Christi episcopi, tum, ex nominis communione prisca, ipsi presbyteri. Nec tam de episcopis quam de eis, qui se episcopos ibi dixere, loquitur Hadrianus. Neque autem hinc sequitur episcopum ibi fuisse tunc aliquem, praeter patriarcham, alium, qua episcopi nomen aut dignitas presbyteri nomine superius habitum aut ab eo diversum. Explicato in ante dictis loco illo Hieronymi in Epistola ad Evagrium (in quantum scilicet Eutychio nostro fides eadem de re loquenti fuerit habenda) advertendum restat, id quod statim ibi subjicit Hieronymus: *Quid enim facit, excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?* Quod ad Hieronymi seculum aliosve presbyteros non ad Alexandrinos, quamdiu viguit mos ille, quo presbyteri ipsi tum ordinando alios, sibi collegas adsciscebant, tum patriarcham creabant, attinere ex Eutychii mente palam est. Neque aliter ordinationis exceptio ibi locum habere potuit, uti a viris doctissimis est observatum. Vide Walonem Messalinum cap. II. pag. 117.

23.

Ammonius dictus, religionis desertor.] Arabicum اومانيوس quod *Ammonium* fecimus, pro Eumene etiam subinde usurpatur Eutychio. Codex Antiochenus hic habet اوماتيوس *Eumathius.* Sed proximo nominis hujus loco اومانيوس *Ammonius* etiam in hoc codice vocatur. Ammonium intellige celeberrimum illum sectae Platonicae philosophum, Plotini ac Origenis praeceptorem, ac Canonum Evangelicorum autorem. Episcopum autem hunc fuisse alibi opinor non legimus; nec fidei desertorem seu unquam apostatam, si quae de eo Porphyrius, scripsit excipias. Is enim Christiano nomini hostis infensissimus, ait Christianum quidem eum fuisse, & parentibus Christianis ortum. Sed quando, inquit, philosophiae praecepta imbiberat εὐθὺς πρὸς τὴν κατὰ νόμους (ut videre est apud Eusebium lib. VI. cap. XIII. Nicephorum lib. V. cap. XIII. Suidam, alios) πολιτείαν μετεβάλετο *continuo*, ut Ruffinus vertit, *ad legitimum vitae se contulit cursum*; seu ut interpres recentior, *a Christianismo ad vitae rationem, quae humanis legibus gubernatur, se transtulit.* Nam & ipse Eusebius palam intelligit

it Porphyrium, quasi dixisset Ammonium ἐπὶ τ ινικὸν τρόπον ἐκπεσεῖν, *ad morem Graecorum* eu *Paganorum relapsum esse.* Certe non ita issonus est Porphyrius nostro. Sed impugnat ac de re eum Eusebius, asseritque permansisse α τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας ἀκέραια καὶ ἀδιάπτωτα ἐ ιχεῖς ἐσχάτης τοῦ βίου τελευτῆς, *Divinae philosohiae sincera ac firma praecepta usque ad exremum vitae*, quod de Christianismo sumenum, ut expressim in Catalogo Hieronymi sumiur. Unde Ruffinus; *Ammonius fidem Christi, uod etiam inter philosophica studia integram llibatamque servaverit, quoad usque ultimum itae spiritum exhalaret. Testes sunt libri ejus,* εc. Vide Baronium tom. II. anno Christi 234. ι. 4. Et rationes unde perpetua asseritur ei conantia, perpende. Certe fieri quibat primo id uod scripsit Porphyrius (qui & facillime scire uod scripsit potuit) juxta ac etiam noster vult. it dein Ammonium Christianismi tenacissimum sque ad exitum mansisse, ut Eusebius ejusque equaces contendunt. Vide de Ammonio opiior hoc, Hieroclem περὶ προνοίας in Photii Myobyblo codice 251. & Dionysii Alexandrini ad um Euphranorem epistolae fragmentum apud Athanasium, tractatu de Sententia Dionysii contra Arianos.

24.

Inter se dixere.] Codex Antiochenus; فقال
بعضهم لبعض اذا كنا نحن نسمي الاسقف
ابًا والاسقف يسمّي البطريرك ابًا ايّ الجد
واما حنانيا بطريرك الاسكندريّة الذي
اصلحه مرقس البشير على هذا الكرسي
بطريرك اقام اثني وعشرين سنةً ومـــات
Et dixit alter ad alterum, Nos vocitamus episcopos abba seu patres, & episcopi vocant patriarcham abba, id est, avum (manifesta est librarii incuria, ua praetermittuntur, quae, ut in recentiori codi- unde haec descripsimus, interserenda fuere post *patriarcham abba*) *Postquam autem Hananias patriarcha Alexandrinus, quem in hac sede ordinavit Marcus evangelista sederat annos* 22. *mortuus est.*

25.

Et profectus est Marcus evangelista in Barcam.] Barca Pentapoleos, Libyae regionis, urbs t, aut olim fuit, Ptolemais item dicta. Vide aeter Geographos obvios, Nubiensem Geograiam part. III. clim. III. & vitam Marci evangetae a Petro Kirstenio Arabice editam pag. 34. i Barca Pentapoleos urbs numeratur, ut Marci triarchatus longe diffusissimi, a Petro, quod lt vitae illius autor, constituti pars. Etiam Zeyrus Barcae, in provincia Libyae, episcopus currit in nominibus Nicaenae synodo primae subjectis. A Barca Alexandriam in geographo Arabe, numerantur 550 milliaria. Sed latius hic videtur sumi Barca, & pro regionibus Africanis AEgypto ab occidente conterminis. Anna apud Virgilium ad Didonem Carthaginiensem, populos eam circumcingentes indicans:

Hinc deserta siti regio, lateque furentes
Barcaei ---------

Certe noster de Alexandria & Barca inferius loquitur, veluti nominibus quibus satis indicaretur regionum, quibus Marcus praedicavit, universitas. In Commentario Haly Aben Rodan in Ptolemaei Quadripartiti librum secundum: *AEgyptus inferior* (sic dicta Ptolemaeo) appellatur *terra de Barca usque ad Aquidina.* Quid Aquidina ibi significet ulterius disquirere, nisi Arabica Haly haberemus, ut ita de vera constaret lectione, frustraneum est. Et nomina locorum pleraque etiam in versione Ptolemaei, cui commentarius ille inservit, sunt depravatissima, nec aliter ferme quam si aut interpres, aut librarius, aut typographus sola verborum portenta substituere certasset.

26.

Et tempore Neronis Caesaris scripsit Petrus, apostolorum princeps, Evangelium Marci.] Vulgo autem sub Claudio, ejusque anno 3. aut 4. collocatur scriptio Evangelii Marci. Vide Baronium tom. I. anno Christi 45. §. 29. & 30. Certe & Arabica sunt testimonia, illud scriptum, anno 4. Claudii, seu duodecimo ab ascensu Domini. Sic subscribitur Evangelio huic Arabico editionis Erpenianae; cui consona est vita Marci Arabica apud P. Kirstenium, uti & volumen MS. quatuor Evangeliorum Coptice scriptum & Arabice declaratum, cujus meminit V. cl. Petrus Gassendius in Vita nobilissimi viri dudum defuncti, Nicolai Peireskii, lib. V. pag. 298. Vide Irenaeum lib. III. cap. I. Sed tam Petri quam Marci dici Evangelium hoc, novum non est. Non solum autem tempore Neronis, sed anno ejusdem primo, necesse est, ut vellet noster Evangelium hoc scriptum esse, quod palam est ex eis quae infra habet de exitu tum Petri tum Marci eodem in anno. Vide infra num. 36.

27.

Apostolorum princeps.] Pro apostolis usurpatur hic, uti saepius alibi apud Eutychium, nomen illud الحواريين *Elchawarin*, quod in Actis Apostolorum Arabice passim pro eis legitur. Solenne est Mahumedanis eadem eos voce denotare. Etiam & ipsi Mahumedi in Alcorano; ut videre est in Azoaris 3. 5. & 61. Arabice. Loca autem in Latina seu Retinensis versione respondentia, sunt Azoaris 5. 13. & 71. ubi substituitur *viri albis vestibus*, seu *albis induti*, apostolorum vocabulo praetermisso, quos ibi significari expressim docent theologi Mahumedani. Et sic Mahumedes Iben Achmed in perpetuis ad Alcoranum commentariolis; qui eos ita dictos vult

vult a حور quod *albedinem* interpretatur, seu ut volunt alii, a canitie cui ejusmodi color. Sed de nomine hoc consulas etiam si placet virum eximium Ludovicum de Dieu in Acta Apost. cap. I. 26. praeter Josephum Scaligerum lib. VII. de Emendatione Temporum, pag. 638.

28.

Lingua Romana in urbe Romae.] Latine scilicet. Unde & historicus Mahumedanus, Abu Walid Mahumed Ben Shecina MS. ut Matthaeum Ebraice (ita etiam credunt alii) & Lucam & Joannem باليونانية id est, *Graece*, sic Marcum ait scripsisse بالرومية *Lingua Romana* seu *Latina*. Sic Eutychium verto; tametsi vocabulum رومية quod ex Latinorum sono pro *Romana* Arabibus adhibetur, etiam pro Graeca non raro usurpetur lingua; quemadmodum الروم *Rom* tum pro *Romania*, quo nomine venit non solum Graecia & Europaea & Asiatica, tum pro omni eo quod imperium orientale vocitatur. Certe eadem notione Ῥωμανία *Romania* non raro occurrit apud Graecos recentiores; ut in Chosrois epistola de Cruce aurea apud Evagrium lib. VI. cap. XX. Theophilactam Simocattam lib. V. cap. XIII. Theorianum in Legatione ad Armenios, alibi. Ostenderat Theoriano Catholicus Armeniorum, Joannis decessoris sui opus contra Monophysitas sciptum, sed lingua Armenica. Theorianus igitur, *Obsecro*, inquit, *eximiam sanctitatem tuam, ut hic liber describatur ac mihi tradatur*, ἵνα ἐξελληνισθεῖσαν ἐν Ῥωμανίᾳ ἔχοιμεν αὐτὴν, *ut Graecum factum habere eum in Romania possimus*; ubi in margine recte adnotavit Leunclavius (quem & sequitur Joannes Meursius in Glossario, & Jacobus Pontanus in dictum Simocattae locum, & ad Cantacuzeni Historiae lib. I. cap. I.) *sic adpellabant imperium orientale*. Ejusmodi vocabuli usus est non infrequens tum in historia Hierosolymitana, tum apud Landulphum Sagacem, qui ex Theophanis Graeco (qui nondum editus) sua plerumque sed barbare satis transtulit. Et saepe etiam, ut *Romania* apud eum pro Orientalis imperii regionibus, maxime Asiaticis, adeoque pro veteri Graecia illa ac conterminis aliquot terris, usurpatur, ita incolae ipsi *Romani* dicti; quemadmodum & Graecis editis, ut Procopio, Zonarae, Cedreno, aliis Ῥωμαῖοι; quos interpretes nonnulli, discriminis causa, *Romaeos* potius vocant, quam *Romanos*. Sic Raphael Volaterranus in versione Persicorum Procopii: *Monendum* (in epistola ad editionem inquit) *censui, quod a Romanis Romaeos diduxi, quo Graeci vocabulo Romanos Latinosque ante Constantinum vocabant. Postea vero in antiqua nominis & imperii possessione perseverantes, Romaeos* (scilicet Ῥωμαίους, qua ipsa voce Graeci Romanos etiam veteres appellitant) *se item dici contenderunt*. Nata autem est haec appellatio ex *Novae Romae* nomine (quod nemo nescit) Constantinopoli inditae, unde demum & quot quot imperio, quod illic sedes habebat, subdi essent, Ῥωμαῖοι seu *Romaei* item dicti. Quo iter fiebat, ut Romani ipsi veteres, ne non satis no mine ab Orientalibus distinguerentur, Graece sub inde in Basilicis Ῥωμανοὶ *Romani* (retento ipsi Latino vocabulo) appellarentur, uti & videre est in glossis veteribus verborum juris. Consonu est hisce Simon Portius in Lexico Graecobarbaro ubi pro eo quod est Ἕλλην, Γραικὸς, Ἑλληνιστὶ, Ἑλληνικῶς & Ἑλληνικὸς Graecis veteribus, usurpa docet a recentioribus Graecis (quos Ῥωμαϊκα sc Romane loqui aiunt ipsi) Ῥωμαῖος, Ῥωμηὸς, Ῥωμαῖκα & Ῥωμαῖκος. Simili ferme modo, ant secula aliquot, occidentales, veluti tam Gall Britanni, Hispani, Germani, aliique, quam Ital (ut, quod nemo nescit, ecclesia occidentalis *La tina*) *Latini* tum a seipsis tum a scriptoribus o rientalibus dicti, quemadmodum etiam ab h *Franci*. Adeo ut, sicut orientales *Romaeorum* nomen a veteris Romae nomine in novam, qua sedes imperii erat, traducto, uti ostensum est, for titi sunt, ita occidentales a Latio seu Latinis (qu cum Romanis in occidente confundi illa vox so let) quorum imperio, aut civili aut ecclesiastic variatim parere se tunc sinebant omnes, dicerer tur Latini; etiam apud seipsos. Quid enim aliu significat illud Rogerii Baconis nostratis, suo i aevo doctissimi (qui ante annos 350. aut circi ter scripsit; id est sub Edwardo rege nostro pr mo) in Specula Mathematica? *Manifestum*, in quit, *quod multae praeclarae radices sapientia dependent ex potestate linguarum, per quas ej introitus in sapientiam Latinorum*. Et de Ma thesis studio paulo post: *Harum scientiarum por ta & clavis est mathematica, quam sancti principio mundi invenerunt, ut ostendam, & qua semper fuit in usu omnium sanctorum & sapien tum, prae omnibus aliis scientiis. Cujus negli gentia jam per triginta vel quadraginta anno destruxit totum studium Latinorum*. Et poste ibidem, de sociali logices & musicae & poetica fine agens: *Et haec omnia*, ait, *sunt secundum sententiam Alpharabii in libro de Scientiis; & patet similiter per Aristotelem & Averroem in libris suis* (de Poetica scilicet) *licet Latini horum usum non habeant*. Et Willielmus, natione Anglus, dicitur *primus Latinorum Tyriensium archiepiscopus post liberationem urbis*, apud alterum illum ejusdem nominis in Historiae lib. XIV. cap. XI. Sic *Latinorum* vocabulo plane Christianos occidentales universos innuerunt. Atque hos hac voce contra distingui voluere & hi & alii scriptores tum a Graecis tum ab Arabibus, quorum studia in Hispania australiori atque in Africa septentrionaliori & tunc temporis erant, & diu ante fuerant florentissima, eaque summo habita in pretio. Nam & scientiae liberales riteque institutae, diu ante vocari solebant a nostris *studia Arabum* & *Arabica studia*, veluti denominata a gente ac locis ubi tunc solum serio colebantur. Id etiam liquet ex praefatione Adelardi monachi Bathoniensis, Athelardi item dicti, in Quaestiones suas naturales, quas ex Arabum scholis redux in Angliam conscripsit. Hac de re item consulas Guilielmum Malmesburiensem de Gestis Regum lib. II. cap. X. Floruit ante quingentos

gentos Athelardus ille abhinc annos (Henrico primo in Anglia regnante) & primus Euclidis Elementa Geometrica Latine vertit, sed ex Arabico (quorum exemplar MS. penes me habeo) uti & alia mathematica. Nam seculis in illis, ut & diu post, non ex Graeco fonte, sed ex Arabicis versionibus, Latine, sed barbare nimis redditis, Platonis ac Aristotelis pleraque, Ptolemaeum item, Hippocratem, Galenum, Euclidem, id genus alios habebant academici occidentales. Et Avicennas tandem, Averroes, Alfarabios versos, nec vero Themistios, Philoponos, Alexandros, Simplicios omnino legebant; quos nec habuere, uti nec alios ferme autores Graecos, antequam, post captam a Mahumede secundo Constantinopolim anno Christi 1453, Graeci aliquot scientiores eorum exemplaria, in Italiam, Galliam ac Germaniam profugi, secum asportabant. Latine autem versi erant libri illi Arabici, in academicorum gratiam, sub Lothario Saxone & Frederico AEnobarbo circa annum 1140. Quo tempore Alcoranus in Hispania, primo item Latine redditus est; a Roberto nempe Retenensi Anglo & Hermanno Dalmata, qua de re videsis Petrum Cluniacensem in Bibliotheca Cluniac. pag. 1010. & Balaeum Cent. II. Script. LXXX. Inter eos vero qui codices ante dictos Graecos Arabice transtulerant, adeoque primi in academias tulere Arabicas, primas tenuit Chanin Ibn Isaac, Ebraeus, ac medicus; si fides historico MS. Mahumedano Abu Walid Mahumed Ben Schecina. Verba ejus sunt:

وتوفي حنين ابن اسحق العباري الطبيب

وهو الذي نقل كتب الحكمة اليونانيّ

الي العربيّة وعرّب كتاب اقليدس المجسطي

Et mortuus est Chanin Ibn Isaac Ebraeus, medicus; is scilicet qui transtulit sapientiam seu *philosophiam Graecam in linguam Arabicam, & Euclidem* (quem transtulisse aiunt Maronitae Abu Zeid Ben Honain) *etiam explicavit, & Almagestum*, seu Ptolemaei libros Magnae Constructionis. De anno Hegirae loquitur 256; qui anno salutis respondet 870, Chalipha in AEgypto Achmede Ben Tolon. Et Chanin hunc memorat, ut Galeni operum aliquot interpretem, etiam Eutychius noster ubi de Hippocrate verba facit. Forte ejusdem innuit versiones Abraham Zacuthius in *Sepher Juchasin* fol. 146. b. licet sub Chalihatum Mamonis, qui e vivis exiit anno Christi 832. collocet. Tunc ait הועתקו ספרים רבים מלשון יוני אל לשון הער׳, *translati sunt libri multi ex sermone Graeco in Arabicum.* Qua de re vide item Claudium Salmasium in praefatione ad Cebetis Tabulam. Conscripsit autem Bibliothecam Arabicam Ibn Nadir, quae continet catalogum librorum philosophicorum, mathematicorum & medicorum, qui primis CCCC annis Hegirae (id est ante sexcentos aut circiter annos elapsos) ab Arabibus compositi fuerunt vel versi; cujus pars septima habetur MS. in bibliotheca Lugduno-Batava. Sed hoc obiter. Nomen item *Latinorum* ab orientalibus seu Byzantinae historiae autoribus, occidentalibus tributum ex eorum scriptis passim liquet, maxime apud Annam Comnenam, cui in Alexiados octavo Διάλεκτος Λατινική *Dialectus* seu *lingua Latina* pro qualicunque sive Gallica, sive Italica, sive Anglica, aliave ab occidentalibus usurpata sumitur. In callem tandem redeo. Quod ad ꝧ روم seu *Romaniae* aut *Romanorum* nominis usum apud Arabas attinet; Eutychius noster de divisione imperii inter Maximianum & Maxentium, inquit,

مكسيميانوس الذي يسما وملك

غولاريوس المشرق والشام والروم ✲

وملك مكسنتيوس مدينة رومية ونحوها

Et imperavit Maximianus, dictus item Galerius, in Oriente, & Syria, & Romania, seu *Rom* (id est, Graecia Asiatica seu imperii orientalis regionibus) *& imperavit Maxentius in urbe Roma, & regionibus ad illam spectantibus.* Alibi item ait Eutychius noster Basilium fuisse episcopum Caesareae, in regione Cappadocum, التي بارض الروم *quae est in terra Romaniae*, seu *Romana.* Ejusmodi occurrunt penes eum simili sensu non pauca. Inde est quod in libello Aristotelis falso dicto, de Causis proprietatum elementorum, ex Arabico, ut palam est, verso, *terra Romanorum* aperte usurpetur pro tractu maritimo quae AEgypto praejacet. Et, cum subinde in Latina versione ex Arabica Aristotelis Metaphysices, interferatur *in Graeco album*, & *in Graeco ablatio*, pro eo quod est, exemplar Graecum, unde Arabica sumpta, ibi mutilum fuisse; in lib.V. cap. II. eadem notione legitur *ablatio in Romano.* Frequens satis est similis nominis usus apud Georgium Elmacinum, Nubiensis Geographiae autorem, scriptores alios Arabum. Qua de re diu etiam est quod monuit doctissimus Leunclavius in Pandectis Turcicis & Onomastico ad historiam Musulmanam. Etiam nuncupari memini ab Achmed Ben Magad, in Compendio suo Astronomico simul & Nautico MS. Alexandrum magnum الاسكندر ذو القرنين الرومي *Alexandrum Bicornem, Romanum.* Scriptor est is Mahumedanus seculi superioris; qui & rationem reddit nominis ꝧ *D'ulkernajin* seu *Bicornis* (qua voce Alexander tam in Alcorano quam in aliis scriptis Arabicis insigniri solet) لانه inquit,

ملك الدنيا من قرن المشرق الي قرن المغرب

Orbis totius rex erat a cornu, seu *plaga orientali, usque in cornu* seu *plagam occidentalem.* Sed ea de re vide Josephum Scaligerum de Emendatione Temporum lib. II. pag. 92. & lib.V. pag. 400. Jacobum Christmannum in Alfraganum, & Athanasium Kircherum in Prodromo Copto cap. III. pag. 80. Quin vero & pro Christianorum terris الروم seu *Romania*, & pro Christianis *Romani* subinde Arabibus adhibetur. Unde

de Geographus Nubiensis habet افرنج الروم Franci Romani pro Romanis seu Christianis plagae occidentalis sive Europaeae, ut legitur parte V. Climatis tertii. Dum haec cogito, libentius quidem vellem id quod Marci Evangelio Arabico in editione subjicitur Erpeniana aliter intelligere, atque vir doctissimus & mihi plurimum colendus vertit. Verba sunt de Marco: وكان كتبها بالرومي الفرنجي بمدينة روميه

Nonne sic vertenda? *Et scripsit illud lingua Romana, quae Francorum est,* seu *occidentalis,* id est, *Latina, in urbe Roma.* De ditione Romana occidentali capit ille vir eximius. Et videsis Kirstenium pag. 36. Certe reliquorum cuilibet Evangeliorum subjungitur in Arabica editione illa, qua lingua conscripserint. Atque ut باليوناني *Graece* denotat in eis quae Lucae & Joanni subjiciuntur, sic opinor بالرومي *Romane* hic significat. Sed ita ut adjecto illo الفرنجي certius redderetur, linguam Latinam seu occidentalium Romanorum, sic Arabibus dictorum, ibi innui, seu linguam qua usi sunt Ῥωμαῖοι, ἤγουν τῶν Φράγκων γένος, *Romani qui sunt Francorum genus,* id est, occidentales; quo nomine juxta recentiorum Graecorum morem nuncupantur Romani veteres, quorum sub imperio passus est Christus, quod & videre est in Dictis & Interpretationibus parabolarum Sacrae Scripturae Athanasio falso tributis, Quaest. LXXVI. ut sic ab Orientalibus distinguerentur. Latine autem scripsisse Marcum, testimonia quidem sunt obvia, uti & Evangelium tam Petri quam ejus esse dictum. Vide Joannem Cantacuzenum in Apologia IV. κατὰ τοῦ Μωαμέθ, & Baronium tom. I. anno Christi 45. num. 31. & seq. & Alphonsum Ciaconium in Petro, anno Christi 56. Et pro Graeca lingua noster, pauculis ut vides verbis interjectis, اليونانيه seu *Ionicae* vocem, uti solent item Orientales alii, usurpat. Sed & ea de re vide infra numerum 30. Scilicet Iones, ab Javan, יונים Ebraeis, יוניא Syris & اليونانيين Arabibus dicti, pro Graecis universis usurpari plerumque solent, unde & *Ionice* pro eo quod est Graece; tametsi Ebraei etiam seu Talmudici interdum pro eodem utantur voce אליניסתין *Ellenisthin,* quod plane ex Ἑλληνιστὶ fit; atque idem est quod *Hellenistice.* In Gemara Hierosolymitana ad tit. *Sota* cap. IV. fol. 21. ubi agitur de linguis quibus in sacris uti fas esset, ad hunc modum habetur; ר' לוי בר חיתה אזל לקיסרין שמע קלון קריין שמע אלוניסתין בעא מעכבתון שמע רבי יוסי ואיפקד אמר כך אומר אני מי שאינו יודע לקרות אשורית לא יקרינה כל עיקר אלא יוצא בכל לשון שהוא יודע. Sic in utraque, tam Cracoviensi quam Veneta Talmudis Hierosolymitani editione. Sed depravate, ut non pauca alia in utraque. Inter vertendum autem, emendatius leges. Sic sonat. *Rabbi Levi Ben Chaitha* (in loco hoc citato a Baal Aruch, dicitur בן חזותא *Ben Chazutha) cum advenit Caesaream, atque audivit eos* (nam non קלון sed לון, est, *eos* ibi legendum) *legentes lectionem Audi* (scilicet notissimam illam in Deuter. cap. VI.) *Hellenistice, impedire eos voluit. Sed Rabbi Jose commotus, Ego vero, inquit, dico, an qui non potest legere Assyriace seu Ebraice, is non omnino legat eam? Certe satis officium suum praestat quacunque legerit lingua, cujus ipse fuerit gnarus.* Nimirum erant formulae sacrae, quibus ex Ebraeorum scitis uti licuit etiam lingua qualicunque utenti nota, veluti adjuratio uxoris suspectae, preces, benedictio mensae, testium & depositarii juramenta, praeter lectionem hanc atque aliquot alias. Et fuere quae lingua sancta nunquam non ex more majorum peragendae; de quibus fusius eodem in capite. In Baal Aruch, ex Talmud Hierosolymitano, quo autor ille usus est, vocabulum illud, pro *Hellenistice,* legitur אלנסתין, atque adjicit ille ופירושו לשון יון *interpretationem ejus esse linguam Ionicam* seu *Graecam,* cui concors est adnotatio Cracoviensis Talmudis illius editionis. Et videsis Joannem Buxtorfium in Lexico Chaldaico, verbo אלן. Sed vero dubitari nequit, lectionem illam *Audi* in Gemara hac sic memoratam, ac Hellenisticam dictam, ipsam fuisse Graecam Deuteronomii versionem, quae in usu Hellenistis, id est (cum de rebus Judaicis verba fiunt) יהודיא אילין דידעין הוו יואנאירת, *Judaei illis qui Graece scirent,* ut diserte a Syro redduntur Ἑλληνισταὶ *Hellenistae* simpliciter dicti (in Actis Apostolorum cap. IX. 29.) atque eo nomine simplici a Gentibus ibi in Graeco palam discriminati.

29.

Sed attribuit illud Marco.] Codici Antiocheno verba illa desunt.

30.

Scripsit Lucas Evangelium suum Graece ad virum nobilem ex sapientibus Romanis, cui nomen Theophilus.] Antiochenus hic codex وكتب لوقا الانجيل بالرومية لرجل شريف من عظماء الروم *Et scripsit Lucas Evangelium lingua Romana ad virum nobilem ex magnatibus Romaniae.* De nomine Romani & Romaniae vide supra num. 28. Lucam autem Graece scripsisse, est receptissimum. De Theophilo ad quem scripsit, vide Baronium tom. I. ann. 58. num. 32.

31.

Quocum per tempus aliquod mansit.] Non legitur in codice Antiocheno.

32. *Locus*

32.

Lucas medicus vos salutat.] In epistola nempe ad Colossenses cap. IV. 14. Hinc advertendum, Eutychium nostrum versionem Novi Foederis Arabicam aliam habuisse ab ea, quam editam atque ex AEgypto allatam legimus. Editus enim codex habet يعريكم السّلام لوقا الطبيب *Salutem vobis dicit Lucas medicus.* Verba ita variant, ipsissimo retento sensu, ut etiam inde versionum diversitas esset elicienda. Sed alia sunt apud Eutychium, quae rem reddunt manifestissimam. En tibi Evangelii Joannis initium, quod affert ille, in disputatione quam inserit adversus Nestorianos, his verbis, كما قال الانجيل في البدي لم تزل الكلمة والكلمة لم تزل عند الله ❁ والاه لم تزل الكلمة ❁ كلّ بها كوّن وبسواها لم يكن ولا واحد ممّا كان *Ut dicit Evangelium, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Universum per ipsum factum est, & sine ipso haud quidquam factum est eorum quae facta sunt.* Quae ab edita versione Arabica ita sunt diversa, ut aliam secutum fuisse Eutychium sit certissimum. Exemplaria, quibus utimur, utraque idem habent, excepto quod in Antiocheno pro وبسواها legitur وبغيرها & pro والاه *والهًا. Et in utrisque deest, ut hic, comma secundum. Loca item alia ex Actis Apostolorum aliisque Novi Foederis libris citat a versione edita haud parum verbis discrepantia. Forte igitur usus est noster versione Joannis episcopi Hispalensis, qui sub annum Christi 730. divinos libros lingua Arabica donabat, quod memorat Joannes Mariana de Rebus Hispaniae lib. VII. cap. III.

33.

Occisus autem est Petrus sub annum XXII. *post Dominum.*] Sub initia igitur Neronis, id est, tredecim circa annos ante chronologiam receptiorem, Petri martyrium collocat noster.

34.

Atque hic primus erat patriarcha Romanus.] Petrum episcopum Romae fuisse, non magis atque Marcum Alexandriae, agnoscit noster. Sed ut a Marco Hananiam, sic a Petro Linum patriarchas esse, hunc Romae, illum Alexandriae, constitutos.

35.

Atque erat Marcus, &c. in Alexandria & Barca annis VII.] Annis scilicet, a Claudii anno nono, quem videre est in periochae hujus initio, putatis.

36.

Et anno imperii Neronis Caesaris jam dicti primo, occisus est Marcus Alexandriae.] Item Wernerus Rolewink in Fasciculo Temporum; *Beatissimus Christi evangelista Marcus martyrio coronatur anno Neronis primo, ut dicit Philo contemporaneus ejus apud Alexandriam AEgypti.* Certe de Marco & ecclesiae Alexandrinae initiis scripsisse Philonem illum Judaeum, testatur Hieronymus. Quem librum, qui quantum scimus secula ante multa periit, an vidit Wernerus? Certe undenam hoc hauserit ille, quod adeo receptae (ut mox dicimus) chronologiae dissonum est, nondum didici. Et vita ejus Arabica a Petro Kirstenio edita eum Alexandriae fune tractum & martyrio coronatum ibi ait, anno 14. Claudii Caesaris, qui Neronis primo est proximus. Etiam & mensis diem adjicit. Verba sunt وتوفي اخر يوم من برموده من السّنة الرابعة عشر من ملك اقلوديوس قيصر *Et mortuus est die ultimo mensis Bermuda* seu *Parmuda, anno* 14. *Claudii Caesaris*; id est, plane in fixo AEgyptiorum seu Coptitarum, qui tunc in usu, anno 7. kal. Maii seu 25. die Aprilis Juliani, quo die tum Graecis tum Latinis festum Marci celebratur. Nam Barmuda seu Parmuda est mensis AEgyptiacus, ex veterum AEgyptiorum Pharmuthi natus, qui sic Aprili respondet Juliano. Mire torserunt Petrum Kirstenium illa de obitus ejus die verba, quae adeo neutiquam intellexisse se ingenue fatetur, ut id quod est hic dies ultimus seu اخر يوم perperam sumeret tantum pro *die altero* postquam fune tractus est Marcus, & significationem τῶ برموده *Bermuda* aut *Parmuda*, mensis scilicet notissimi, inter cineres apud Avicennam suum (cui ut aliis رماد *ramad* millies pro cinere; unde deductum voluit) infeliciter quaereret. Martyrium ejus huic mensi tribuit tum Simeon Metaphrastes (qui Pharmutium vocat) tum vetus autor Anonymus Marci vitae. Sed vero Anonymus hic corrigendus est, ubi dies passionis ejusdem pridianus ponitur *in festivitate nostra paschali, id est, dominico die, seu vicesimo die mensis Pharmuthi, quod est octavo kalendarum Maiarum; quo tempore eorum Serapiaca agebatur celebritas.* Legendum *vicesimo nono die*, qui VIII. kalendis Maiis seu 24. Aprilis Juliani in anno AEgyptiaco convenit. Serapiaca autem in kalendario Constantiniano dicto (quod mutilum nuper in AEgidii Bucherii commentariis in Victoris Canonem, mensibus scilicet Martio, Aprili, Maio, & Junio truncatum, triennio ante integrum in Dionysii Petavii Uranologia editum est) septimo Idus Maii seu 25. Aprilis tribuuntur. Quid enim aliud significat nomen *Serapis* ibi jam dicto diei affixum? Sed passus est Marcus apud Anonymum illum, imperante Caio, & juxta Dorotheum

rotheum, Trajano imperante. Noſter anno paſſionem ejus collocat primo Neronis, qui ſeptennii, juxta receptiorem chronologiam, prochroniſmus eſt. Nam octavo Neronis anno obitus ejus tribui ſolet. Sed ad Arabica paulo ante citata: *Miror itaque*, inquit Petrus Kirſtenius, *unde Nicephorus* lib. II. cap. XLIII. *ſcripſerit Marcum octavo anno Neronis obiiſſe.* Palam eſt id hauſiſſe Nicephorum ex Hieronymo, qui ſic ſcribit in vita Marci, uti & Sophronio atque horum non paucis ſequacibus, atque tritiſſimis eccleſiae martyrologiis. Quin & vide Euſebium lib. II. cap. XXIII. Etiam & rituales eccleſiae Romanae libri, id ipſum quod tradunt de hoc obitus ejus anno Hieronymus & Sophronius, habent in ſolennibus lectionibus quibus celebratur Marci feſtum.

37.

Et corpus ejus igne eſt crematum.] Mortuum ibi & ſepultum aiunt Hieronymus & Sophronius, quemadmodum & Vita ejus vetus, autore Anonymo, atque hujus ſequax Alfricus archiepiſcopus Cantuarienſis. Et chlamyde coccinea circumdatum corpus ejus Alexandriae repertum ait codex antiquus Vaticanus, & Venetias olim tranſlatum; qua de re videſis Antonium Boſium in Roma Subterranea lib. I. cap. XX. & Baronium, praeter tom. I. anno Chriſti 64. tom. IX. ann. 820. num. 28. & Martyrologia in Januarii die 31. ibique ad Romanum, Baronium, & Petrum Damianum, in hiſtorico ſermone de Marco. Caeterum ſatis conſonus eſt noſtro Dorotheus epiſcopus Tyrienſis, qui Alexandriae, ait, Marcum tractum a loco dicto Bucoli uſque in locum dictum Angelorum, & ibi igne crematum eſſe ab idololatris, *μηνὶ φαρμουθίλεως καὶ ἐκεῖ ἐτάφη ἐν τοῖς Βουκόλου.* Sed quid *μηνὶ φαρμουθίλεως*? Legendum exiſtimo *μηνὸς φαρμουθὶ λʹ ὃς καὶ* aut *λʹ καὶ ἐκεῖ ἐτάφη*, &c. *Menſis Pharmuthi die* 30. *qui &* aut *& ibi ſepultus eſt*, ſeu ibi cineres ejus conditi, *ſcilicet in loco dicto Bucoli.* Ratio lectionis ex adnotatis ſuperius numero 36. petenda.

F I N I S.



UXOR

UXOR EBRAICA,

SEU DE

NUPTIIS & DIVORTIIS

EX

JURE CIVILI,

Id eſt,

Divino & Talmudico, Veterum Ebraeorum.

LIBRI TRES.

Stupenda & Chriſtianis quaſi inaudita Karaeorum ſeu Judaeorum Scripturariorum de Inceſtu dogmata interſeruntur. Accedunt non pauca de contrahendis ſolvendiſque matrimoniis Paganorum, Mahumedanorum, atque Chriſtianorum, idque ex Jure tum Caeſareo aliarumque Gentium complurium, tum pontificio, tam Orientis quam Occidentis, qua ſive ex Ebraeorum moribus defluxerint, ſive eis cognata videantur.

- - - - - - - - - Et meruit formoſa videri.
Ingenium probitas, artemque modeſtia vincit.

Hieroymus, Epiſtola 138. Marcellae.

HAEC nos de intimo Hebraeorum fonte libavimus, non opinionum rivulos perſequentes, neque errorum, quibus totus mundus repletus eſt, varietate perterriti, ſed cupientes & ſcire & docere quae vera ſunt.



UXOR

UXOR EBRAICA,

SEU DE

NUPTIIS & DIVORTIIS

EX

JURE CIVILI,

VETERUM EBRAEORUM.

Liber Primus.

CAP. I.

Operis deſignatio. Et de perſonis quarum conjugia ſive conſanguinitatis ſive affinitatis nomine pro vetitis ex Lege Sacra apud Talmudicos habentur.

RES apud Ebraeos uxoria ſeu connubialis (uti & aliae nonnullae momenti graviſſimi) jure in eorum commentariis ſubnituntur triplici. Naturali, gentium, & civili. Naturale hic aliud non appellamus, quam quod ab ipſo naturae auctore ſeu Numine ſanctiſſimo in ipſis rerum primordiis cordi humano inditum praeſcriptumque eſt, adeoque poſteritati univerſae regulariter perpetuo erat ſemperque eſt obſervandum ac immutabile. Gentium jus hic vocamus tum quod gentibus reliquis ſive omnimodis, id eſt, univerſo generi humano, ſive aliquibus tantum ſimul cum Ebraeis poſtmodum eſt a Numine imperatum, tum quod ſive ex pacto ſive ex more invicem uſuque ipſis ac gentibus conterminis, vicinioribus, aliiſ que quibuſcum commercium qualecunque habe rent, intervenit; unde jus gentium in imperativun & interveniens etiam alibi [a] tribuimus. Quo & ita partim divinum eſſe, partim humanum ne mini non palam liquet. Civile demum jus hi eſt, quod eccleſiae ſeu reipublicae Judaicae erat ſaltem habitum eſt, peculiare, non aliter atqu Romanum ſeu Caeſareum olim Romanis (qua tenus ſcilicet a naturali & gentium diſcrimina tur) ſeu Atticum Athenienſibus, hodieve Angli canum Anglis, Gallicum Gallis, Hiſpanis Hi panicum, civile recte nuncupatur. Quod quiden apud Ebraeos partim in Lege Sacra, partim i moribus avitis ſanctionibuſque ab eis qui rebu praeerant ſuperinductis, continetur.

Jam vero quicquid ad rem uxoriam ſeu con nubialem ex jure ſive naturali illo (quod & No achidarum juris nomine venit, atque in matri novercae, & in proxima poſt rerum conditu aetate, ſororis uterinae, ac uxoris alienae ſeu g nerali adulterii interdictione, liberrimaque matr monii ex arbitrio ſolvendi poteſtate maxime ve


[a] Libris de Jure Nat. & Gentium juxta Diſciplinam Ebraeorum.

fatu

-atur) five gentium alterutro attinet (veluti conugia nomine gentis exterae, profelytifmi, fervitutis, captivitatis five interdicta five permiffa) id iniverfum fufe tradidimus in libro quinto de Jure Naturali & Gentium juxta Difciplinam Ebraeorum. Quantum autem ex jure ipfis, quale diximus, civili hanc ad rem fpectat, nec jam dicto libro alibive ex re nata a nobis eft oftenfum, id feorfim hic damus. Rem totam fatis habebimus explicatam, fi caufas fingulares quibus ex hoc jure five vetita, five imperata, five permiffa fuerint conjugia, formulas contrahendi folennes circumftantiafque, nuptiarum ritus, mutua conjugum officia, ac demum divortiorum materiem (qua fcilicet ex jure hoc civili cuncta haec pendent) rite difpiciamus.

Vetita funt ex hoc jure connubia, primo ob confanguinitatem aut affinitatem; fecundo ob natalium defectum, ut mamzerum; tertio ob defectum corporis, ut exfectorum ac eunuchorum; quarto ob dignitatem facerdotalem; quinto ob certum uxorum numerum praeftitutum; fexto ob dignitatem regiam; feptimo ob divortio ejectae feu repudiatae pollutionem; octavo ob foeminei fexus haereditatem feu diverfitatem tribuum. Imperata vero ex hoc jure funt conjugia, five ob prolem priftino marito ac demortuo fufcitandam, five in ereptae virginitatis compenfationem. Atque ex hifce etiam eorumque interpretatione ac fuperinductis circa ea inftitutis vetantur aliquot alia, de quibus fuo loco. Et demum ex horum explicatione nemini non erit manifeftum, quaenam fint conjugia hic generis tertii, feu permiffa. Quoniam vero quae in conjugiis vetitis, feu genere hic primo, locum occupant fecundum & tertium, fatis ex re nata a nobis libro jam ante citato oftenfa funt, uti & quae octavum habent locum, in libello [a] de Succeffionibus in Bona Defuncti; ideo praetermiffis quae ad tria haec pertinent capita, quinque reliqua duntaxat hic exequemur.

Quod ad fpeciem conjugiorum vetitorum primam, feu eorum quae fanguinis aut affinitatis nomine interdicuntur, attinet; alia funt Talmudicorum placita, alia Karaeorum. Talmudicis ex difertis legis Mofaicae verbis atque eo quod ipfis ita neceffario confequitur, ut non admitti nulla cum ratione queat, pro vetitis, partim fanguinis, partim affinitatis feu propinquitatis nomine, foeminae habentur tantum octodecim [b] (in quibus etiam mater, noverca & foror ex jure ipfis naturali feu Noachidarum antea pariter vetitae) ut in fchemate fequenti; de quo etiam confulas, fi placet, libri quinti noftri de Jure Naturali & Gentium caput decimum.



Scilicet turpitudinem harum revelatio in lege facra adeoque concubitus & matrimonium Rubeni hic Mariae conjugi (quem ut contingunt five fanguine five affinitate fic nominantur hic foeminae cunctae) ut tot inceftus genera interdicuntur. Ita tamen ut quindecim tantum difertis Legis Sacrae verbis, tres reliquas ex neceffario confequenti aiant vetitas. Quindecim illae ma-

[a] Cap. 18. [b] Mifna tit. Cerithoth, cap. 1. Maimonides halach. Shagigoth, cap. 1. Mofes Mikotzi Praecept. Affirm. 213.

jusculis in schemate exhibentur literis. Reliquae tres, nimirum prosocrus utraque ac filia minoribus; ideo tantum adjectis interea charactere diverso, avorum, patrui, patris, soceri, fratris, filii ac privigni nominibus, ut relationum connexio facilius intuenti appareat. Locis in notissimis Legis Sacrae [a] occurrunt haec incestus interdicta. Quali autem ratione utantur Talmudici, dum reliquas illas tres, seu prosocrum utramque ac filiam, ex Lege Sacra satis vetitas asserunt, quidnam item ex avita disciplina sentiant de eo, quod est utrum interdicta illa incestus sacra, quatenus in Pentateucho habentur, ad genus indiscriminatim humanum universum, an tantum ad Ebraeos, id est, an ad jus gentium hic imperativum, an ad Ebraeorum civile spectent, uti & alia non pauca inprimis huc attinentia, fusius etiam explicavimus libro superius citato de Jure Naturali & Gentium. Itaque ea hic iterato congerere & intempestivum foret & supervacaneum.

CAP. II.

De Foeminis Secundariis, seu quarum conjugia ex majorum instituto, extra Legis Sacrae verba ac vim, juxta Talmudicos, vetita sunt sive sanguinis sive affinitatis nomine. Et de consanguinearum & affinium ratione in sponsalibus dubiis.

PRaeter affinium & consanguinearum conjugia ex Lege Sacra, ut capite ostenditur superiore, prohibita, sunt foeminae aliae (quas שניות seu *secundarias* vocitant) ex scribarum scitis & majorum instituto tum affinitatis tum consanguinitatis ratione vetitae, idque לעשות גדר לעריות, *Ut fiat sepes* seu *munimentum quo conserventur incestus interdicta*, seu להרחקה על אזהרה שבתורה, *Ut longius arceatur quisque* seu *procul intercludatur a violatione ipsius Legis Sacrae*. Vocantur secundariae ideo quod sunt שניות לעריות *secundariae* seu *proximae foeminis primariis nomine incestus in Sacro Sermone diserte vetitis*. Numero sunt hae viginti; ita tamen ut eorum nonnullae sint בלי הפסק ut loquuntur, seu *sine termino*, adeoque universas quae ejusdem aut similis naturae fuerint in linea recta sive ascendente sive descendente pariter complectantur. E libris Talmudicis [b] earum recensio ad hunc modum se habet.

I. *Avia materna* seu *matris mater*. Neque in ea terminatur interdictum. Sed universae quae recta ab ea ascendunt, & matrum matres sunt, aeque pro vetitis habentur.

II. *Mater avi materni* solum.

III. *Avia paterna*, seu *patris mater*. Nec solum illa sed universae quae recta ab ea ascendentes matrum itidem matres sunt; veluti aviae mater, hujusque mater, & quae sursum sequuntur.

IV. *Avi paterni mater* solum.

V. Quae fuit *uxor avi paterni*; uti & cunc-torum ascendentium avorum paternorum uxores adeo ut Jacobi patriarchae uxor (exemplum si afferunt) Ebraeorum nemini esset permittenda.

VI. Quae fuit *uxor avi materni*, tantum.

VII. Quae fuit *uxor ejus, qui patri frater est uterinus*, id est, patrui ita conjuncti, tantum. Scilicet patruum, cujus uxor diserte in Lege Sacra vetatur, intelligunt [c] qui patri est frater germanus. Neque enim affinitatem hujusmodi paternam jure communi ex sexu tantum foemineo nasci volunt.

VIII. Quae fuit *uxor ejus, qui matri frater est*, sive ex patre seu germanus sive ex matre seu uterinus. Adjicitur in Mose Cotzense אין לו הפסק, id est, *neque in patre* seu *fratre ejusmodi germano finitio est* seu *terminus*; aliis hic idem de matre seu fratre uterino substituentibus. Adeo ut, pro varietate sententiae, velint eam, quae uxor fuerat ejus qui aviae, proaviae maternae, & quae sursum ascendunt ejusmodi caeteri erat sic conjunctus, duci jure nequire.

IX. *Filii nurus*, uti & cunctorum nepotum ex eo & nepotibus continenter descendentium adeo ut Jacobo cujuslibet Ebraei uxor שנייה seu *secundaria esset*.

X. *Nurus filiae*, tantum.

XI. *Proneptis ex nepte ex filio*, tantum.

XII. *Proneptis ex nepote ex filio*, tantum. Sed & hic sententiarum discrimen est; nonnullis etiam caeteras quae descendunt pariter adjicientibus.

XIII. *Proneptis ex nepte ex filia*, tantum.

XIV. *Proneptis ex nepote ex filia*, tantum.

XV. *Neptis privigni ex filio*, tantum.

XVI. *Neptis privignae ex filia*, tantum.

Sunt vero qui & hic velint, uti etiam in numero XIX. universas descendentes conditione pari censendas.

XVII. *Avia materna soceri*, tantum.

XVIII. *Avia paterna socrus*, tantum.

XIX. *Avia materna socrus*, tantum.

XX. *Avia paterna soceri*, tantum.

Scilicet intra gradus omnes alios, praeter eos qui disertis Legis Sacrae verbis atque scribarum seu majorum quae diximus scitis ita sunt prohibiti, nuptias apud Ebraeos, juxta Talmudicos, contrahere licuit. Tradunt autem illi Salomonem regem, & qui rebus cum eo praeerant disciplinam hanc de secundariis instituisse. גזר inquiunt [d] de Salomone על שניות לעיות, *Decrevit id quod recipitur de eis quae secundariae sunt foeminis incestus nomine vetitis*. Neque factum hoc volunt sine autoritate בת קול, *filiae vocis*, id est, oraculi coelestis. Adjiciunt, si dissensus esset de sponsalibus, adeo ut affirmaret Simeon se Mariam spopondisse, negaret vero Maria, interdictas esse [e] Simeoni nuptias cum aliqua earum, quae ratione sive consanguinitatis sive affinitatis Mariae, si ea uxor ejus revera fuisset, interdicerentur. Eandem etiam rationem, sed inversam, si affirmante illa, negasset ille, ubi nimirum de re non satis constaret. Et repudii

[a] Levit. xviij. a versu 6. ad 18. & xx. vers. 14, 17, 19, 20, 21. Deut. xxij. 30. xxvij. 20, 22, 23. [b] Misna & Gemara Hierosolym. ad tit. Jabimoth, cap. 2. fol. 3. col. 4. hal. 4. Babylon. ibi fol. 21. Maimonid. halach. Ishoth, cap. 1. Moses Mikotzi Praec. Negat. 110. Pesiktha Zotertha, col. 1. fol. 24. [c] Maimonid. halach. Isuri Bia, cap. 2. [d] Abrah. Zacuth in Sepher Juchasin fol. 2. b. & ibi citata. [e] Maimonides Hal. Ishoth, cap. 9.

libellus,

ibellus, dubii causa; hic necessarius erat, ut li-
era fierent puellae vota. Jus parile alias obti-
uit, de quo plura inferius.

CAP. III.

De Karaeorum seu Scripturariorum Judaeorum disciplina, in conjugiorum, sive sanguinis sive affinitatis causa, interdictione ex Lege Sacra decernenda. Quinam propinquorum nomine eis vetiant. Vetustiorum ex hisce sententia de personali conjugum unitate.

HIC quidem Talmudici, ut ante ostensum est; ipsis Legis Sacrae de incestu seu vetito ob ropinquitatem matrimonio vocabulis pressius ahaerentes, nec quid praeterea quod non paım & necessario ita consequitur, ut sit tantum on expressum, in ea contineri hic admittentes, d demum ejusdem interdicta, adjecta de secunariis prohibitione, ut dictum est, ampliantes. Multo autem aliter secta altera Judaeorum, seu Karaei, qui יפרשו את התורה כפשוטה בלי יתורה ומעוטה כל אחד כפי שכלו לא חוצה ל, *Legem explicant juxta sensum literalem ac simplicem, nec augentes nec minuentes. Quisque scilicet pro intellectu suo, neque extra eum* interpretationem petentes, quod ait Rabbi Jehuda Ben Eliaezar, Poki item dictus, in praefatione ad librum suum שער יהודה nuncupatum seu *portam Jehudaae*, Constantinopoli ante sexaginta abhinc annos excusum, qui totus est בענין העריות seu *de materie incestus* juxta doctrinam Karaeorum, quorum pars Jehuda hic insignis. Ac recensens quidem ille illustriores aliquot sectae suae scriptores priscos, veluti R. Japhet, Levi ejusdem filium, Joseph Karkesanium, Sahel Sacerdotem, David Principem, Selomo Ben Jerocham, Benjamin Ben Mose, quamplurimos ejusdem generis alios extitisse ait, qui Arabice plerumque conscripsere ipsi, quae Rabbinice ab aliis versa. Quin & in AEgypto multos eorum libros se vidisse ait, ibique a primariis singularis cujusdam illius sectae societatis didicisse, ex una apud eos synagoga prope trecenta illiusmodi scriptorum volumina a praedatoribus olim esse direpta. Jam vero post verba superius allata rythmice pergit Jehuda ille Eliaezarides וישענו על דרכים שלשה כתוב והקשה וסבל הירושה וכל היוצא מכח מאמ פרושה ועם כל זה נפלה חלוקה ביניהם בדר העריות חלופיהם כת אחת חכמינו הראשונים בע הרכוב מתבנים ותהי דעתם קיימת נכתבר ונחתמת קרוב לשש מאות שנה עד שבאה הכתה האחרונה הם חכמינו האחרונים אש בטלו דעות הראשונים ויבחרו דרך אחרת באו אחר מסודרו, *Et subnituntur* (Karaei) *viis seu fundamentis tribus. Scriptura ipsa, argumentatione, & haereditaria interpretationum transmissione, adeoque omni eo quod exsurgit e potestate explicandi. Sed in cunctis hisce evenit inter eos controversia* seu *sententiarum discrimen circa materiem incestus. Secta etiam nostrorum* (Karaeorum) *altera est eorum, qui vetustiores* seu *antiqui sunt, magistri scilicet conjunctionis* seu *conjuncti* aut *insiti dici soliti, quorum sententia firmiter obtinuit sexcentos ferme per annos; usque dum nempe orta fuerit secta recentior, qui sunt sapientes nostri posteriores, qui rejecere priorum sententiam, aliamque viam* (seu fundamenta) *elegere alioque modo ordinatam.* Adeoque non solum a Talmudicis hic mirum in modum Karaei sed nec fere minus inter se idque diversimode discrepant, ut in sequentibus liquebit. Praeter Scripturam autem atque argumentationem, haereditaria interpretationum (licet non traditionum, qua traditionum) transmissione, id est, avitis explicationibus, quas סבל הירושה nuncupant, utuntur; ita tamen ut quicquid in genere hoc tertio reperiatur, quod posteri subtilius argumentando corrigendum aliterve definiendum censuerint, id pariter velint ita rite correctum atque inter ipsos, pro sectarum suarum varietate, similiter novandum. Horum universi Talmudicos graviter reprehendunt, quod argumentationi hic locum non tribuant ampliorem, maxime cum eam aliquantenus admittant in filiae & socruum, ut supra liquet, interdictione ex ipsa Sacra Lege, cujus tamen in verbis expressim eae non habentur. Neque dispari aiunt Karaei ratione secundarias illorum (quas scitis scribarum, non Lege Sacra veritas illi volunt) etiam ex ipsa Lege Sacra interdicendas. Argumentandi vero genus hic duplex maxime in usu. Alterum quod גזרה שוה seu *a pari* vocatur, alterum quod קל וחומר seu *a fortiori*. Utrumque adhibuere Karaei omnes, tum prisci tum recentiores. Sed modo dispari. Prisci illi ita tum Scriptura tum argumentationibus hic usi sunt, ut quemadmodum ex Scriptura argumentando hanc vel illam, expressim non interdictam, pariter nihilominus vetitam conclusere, ita etiam ex argumentis inde secundario sumptis alias non impari jure prohibitas voluerint. Posteriores vero argumentis ex Scriptura sumptis pariter innitentes, secundariis inde quae sumi possent argumentis omnino volunt abstinendum; scilicet אשר דרכם על הכתוב ועל ההקש לא הקש על הקש, *Quibus ratio ejusmodi est, ut Scriptura & argumentatione inde proxima subnitantur, non argumentatione ab argumentatione deducta.* In posterioribus primum hic locum & vetustissimum obtinet Rabbenu Joseph הרואה *videns* seu *propheta*, quem secutus est Rabbi Jehosuah discipulus ejus, ita tamen ut magistri sui disciplinae hac in re non undiquaque acquieverit, ut infra videbimus. Conscripsit ille librum בעריות seu de *Incestu* Arabice; unde Rabbinice eadem de re tractatum contexuit seu plerumque potius transtulit Rabbenu Aharon in opere quod עץ חיים *lignum vitae* inscripsit, uti & Rabbenu Eliah בשייצי *Byzantinus* in ספר זקני *libro presbyterorum.* Atque ex hisce traduxit quae eadem de re fuse in commentario suo jam dicto docet Rabbi Jehuda ille Ben Eliaezar; qui nec vetustiorem aliquem de incestus materia inter suos ait se reperisse. Quo tempore autem vixerit sive Josephus ille propheta, sive Jehuda ejusdem discipulus sive Rabbenu ille Aharon, nondum mihi habetur compertum; uti nec unde sexcenti illi anni, qui apud Eliaezaridem jam dictum occurrunt,

runt, ſint putandi. Hujus vero aetas inde ſatis cognoſcitur, quod Porta ejus ſuperius memorata ante ſexaginta abhinc annos Conſtantinopoli typis mandata eſt a Rabbi Iſaac ejuſdem filio.

Lex Sacra de inceſtu ad hunc modum loquitur [a] איש איש אל כל שאר בשרו לא תקרבו לגלות ערוה אני יהוה, *Nullus ad propinquum carnis ſuae accedat ad revelandum turpitudinem ejus*, &c. Scilicet τὸ ערוה ſic in Vulgata nec male vertitur, uti & Graecis ἀσχημοσύνη, quod idem ſonat. *Nuditas* item (quae primaria eſt vocis ſignificatio) *verenda, pudibunda*, pro eodem hic ſubſtituitur; unde עריות Rabbinis tum pro omnimodo inceſtus genere tum pro foeminis hoc nomine hic interdictis uſurpari ſolet, uti & ערוה pro earum qualibet, ut matre, ſorore, amita, matertera, nuru. Judaei hic Hiſpanienſes: *Varon Varon a todo caronal de ſu carne no llegued es pur deſcubrir diſcobertura*. Atque paſſim ערוה vertunt *diſcobertura*. Mauritanienſes Judaei pro eo سوأة ſubſtituunt, & Germanienſes שאנד Schandt, id eſt, deformitatem ac rem pudendam. Sequitur in lege, *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuae non revelabis*, &c. *Turpitudinem uxoris patris tui non revelabis*, & reliqua ante in ſchemate capitis primi deſignata. Interdictum autem illud generale *Nullus ad propinquum*, &c. ſic pro ipſa lege hic capiunt Karaei omnes, ut quae ſequuntur, pro exemplis tantum ſeu explicationibus ſingularibus ſumant, non pro omnimodis ibi interdictis, aut pro ipſo legis de inceſtu corpore, quod in verſiculo ante citato plene contineri volunt, adeoque שם שאר להיותו יסוד ר״ל עקר לכל האסורים *Vocabulum* שאר ſeu *propinquum* (in lege illa) *eſſe fundamentum* ſeu *radicem omnium quae vetantur*; quod de recentioribus Karaeis ſignantius ab Eliaezaride dictum vetuſtiores item amplexos eſſe palam eſt. Unde & tantum abeſt, ut cum Talmudicis, juxta ſchema jam oſtenſum, conſentiant illi, ut tum eorum vetuſtiores tum recentiores (ipſi inter ſe etiam, ut ſtatim oſtendetur, non leviter diffidentes) quamplurimas alias perſonas velint ex ipſis legis verbis atque argumentatione inde adhibita pariter vetitas. Vetuſtiores eorumque ſequaces praeter argumenta alia, quibus in deſignanda hic interdictione, quemadmodum & recentiores, utuntur (quae mox cum perſonis juxta utroſque vetitis dabimus) aiunt virum & uxorem eſſe perſonam ſeu corpus unicum, adeoque ex generali illo propinqui turpitudinis revelandae interdicto יאסרו לאיש שארי אשתו כשאריו, *Interdici aiunt marito propinquas uxoris pariter atque ſuas*. Quin & hoc quod de marito & uxore in unicam perſonam conflatis habent, eouſque extendunt hi, ut tametſi divortio ejecta fuerit uxor, aliique nupta, nihilominus ex eo quod ante divortium unica fuiſſet cum marito priori perſona, jam vero cum poſteriori unica itidem eſſet, priori marito interdicantur ſimiliter propinquae omnes mariti ſecundi. Scilicet ob priſtinam prioris unitatem perſonalem, & ſimilem jam cum ea unitatem mariti ſecundi. Verba ſunt, poſt jam ante citata, כן אם נשאת האשה והיא לבעל אחר נהיה גם הוא והיא נפש אחד ויאסרו שאר הבעל האחרון לראשון כשאריו *Et ſic ſi nupſerit foemina haec* (uxor jam dicta divortio ejecta) *marito alteri, ipſi itidem in unam perſonam coaleſcunt, unde interdicebant marito priori propinquis poſterioris, non aliter, atque propinquis ſuis*. Adjicitur עמדו עד ארבעה גופים *& ſiſtunt ad quartas perſonas*; id eſt, ſi foemina haec divortio iterum ejecta tertio, dein ſimiliter quarto nupſerit, tam quarti ac tertii quam ſecundi propinquis primus interdicitur. Ulterius ex hac ratione non progrediuntur, quatenus ad maritum harum quatuor primum res attinet, quaſi poſt quartas nuptias finitas, perſonalis cum primo marito unitatis effectus omnimodus evanuerit. Cum vero in interdictis haberent tum שארים tum שארי שארים, id eſt, perſonas propinquas *& propinquarum illarum propinquas* (ut fuſius videbimus capite proxime inſequenti) ac vertendum eſt nomine *propinquarum* ſimpliciter ſic dictarum apud eos venire perſonas tantum ſex ſeu patrem, matrem, fratrem, ſororem, filium ac filiam, adeoque marito primo interdici tam uxoris ac maritorum qui ſuccedunt (juxta jam dicta) quam ſui novercam, matrem, fratriam, ſororem, nurum & filiam. Nimirum quoties prohibere dicitur maſculus, ſeu turpitudinis maſculi revelatio, ea quae uxor ejus fuerat intelligitur, ut mox plenius oſtenditur. Perſonalem autem illam conjugum unitatem, unde dogma hoc de propinquis utriuſque pariter & modo jam dictis vetitis natum, in Sacro Sermone ſaepius indicari aiunt; veluti in illo, *Et* [b] *haerebit cum uxore ſua, eruntque in carnem unam*: & ubi turpitudo uxoris patris vocatur ipſius patris [c], ut ejuſdem perſonae, turpitudo, & in verſu ſequente quo filia uxoris patris nuncupatur & filia ipſius patris & ſoror ejuſdem filiae, quod inquiunt fieri non oportet, niſi pater & uxor ejus pro גוף אחד ſeu *perſona unica* ſumatur [d]; & in illo, ubi fratris patris ſeu patrui (quem דוד vocant) uxor ſeu filia amita, appellatur דודה, quaſi *patrua* ejus, quod ob perſonalem patrui & amitae unitatem dictum aſſerunt; & demum in illo, [e] *Non revelabis turpitudinem uxoris fratris tui, turpitudo fratris tui eſt*: quaſi inde frater ejuſque uxor pro unica perſona ibi ſumerentur, eo quod hujus turpitudo etiam illius eſſe, veluti perſonae unicae, dicitur. Ad hunc modum Karaei vetuſtiores de unitate ejuſmodi perſonali; unde puto nomen apud recentiores ſortiti ſunt בעלי הרכוב יוּשׁ״, *Magiſtri inſiti* ſeu *unione conjuncti*; quoniam conjugum perſonam alteram in alterius ſic inſeri ſeu utramque in unicam conflari voluerint. Unde & מרכבים *inſerentes* aut *unione conjungentes* ſaepius dicuntur. Horum autem ſententia in reliquis huc ſpectantibus ſtatim cernitur in eis, quae recentiorum dogmata tum in perſonali hujuſmodi unitate rejicienda, tum in aliis, quae vetuſtiorum itidem fuere, ſive retinendis ſive corrigendis ſtatim exhibentur.

[a] Levit. xviij. 6. [b] Geneſ. ij. 24. [c] Levitic. xviij. 8. [d] Ibid. 14. [e] Ibid. 16.

CA

CAP. IV.

)isciplinae de Incestu apud Karaeos novatio, autore Rabbenu Joseph & fundamenta seu regulae ejusdem ea de re quinque, quibus etiam vetustiorum Karaeorum de Incestu scita (verbis aliquot in regulis illis aliter ab ipsis intellectis) cernuntur.

RATIO superiore in capite de unitate conjugum personali (unde quamplurimarum :rsonarum conjugia vetita nemo non videt, quae on Talmudici solum sed mortalium reliqui peruittunt puto universi) Karaeis recentioribus ita splicuit, ut eam omnino velut frivolam, ac Scripurae nimis dissonam nec admittendam plane recerint. Generalem autem illam שארים u propinquorum carnis in Lege Sacra [a] interctionem etiam seorsim hi sumunt, pro eo quod סוג כולל לפרקים שאחריו שהם ערות פלוני ועׇרות פלו, *Genus generalissimum* seu *fontem urticularibus quae sequuntur*, seu *turpitudinis hujus vel illius* particulariter ibi vetitis; leo ut quae parili ratione subniti ipsis videantur, :o vetitis non minus haberi velint. Sumptis ilicet argumentis sive a pari sive ab eo quod t a fortiori ab ipsa Lege Sacra proxime deduc-, sed non ab interveniente aut medio aliquo gumento, ut ante monitum est. Rabbenu autm ille Joseph, qui primus erat hic novatorum u qui unitatem illam conjugum personalem prius rejecit, totam incestus ex Sacra Lege interctionem in עקרים *fundamentis*, *regulis* seu *incipiis* quinque hisce consistere docuit, mo- infra indicato intelligendis. Neque alia puto int, quam quae vetustioribus etiam receptissima ierant ipsa, aliter tamen ob dogma illud de unite personali passim intellecta.

I.
אסור האיש על שאר, *Interdicir homini propinuis suis*, qui sunt
- 1 Pater,
- 2 Mater,
- 3 Frater,
- 4 Soror,
- 5 Filius,
- 6 Filia.

:ilicet hi sex tantum nomine simplici שארים u *propinquorum* venire volunt [b].

II.
אסור האיש לשא שאר, *Interdicir homini propinquis propinquoum suorum*, qui int
- 1 Avus paternus,
- 2 Avia paterna,
- 3 Avia materna,
- 4 Avus maternus,
- 5 Patruus,
- 6 Amita,
- 7 Avunculus,
- 8 Matertera,
- 9 Nepos ex fratre,
- 10 Neptis ex fratre,
- 11 Nepos ex sorore,
- 12 Neptis ex sorore,
- 13 Nepos ex filio,
- 14 Neptis ex filio,
- 15 Nepos ex filia,
- 16 Neptis ex filia.

III.
אסור האיש לשני שארים, *Interdicitur homini propinquis binis*, qui sunt
- 1 Foemina & pater ejus,
- 2 Foemina & mater ejus,
- 3 Foemina & frater ejus,
- 4 Foemina & soror ejus,
- 5 Foemina & filius ejus,
- 6 Foemina & filia ejus.

Adeoque non dubitant Karaei, quin uxoris soror, tam ea demortua quam superstite, in vetitis habenda. Quod non admittunt Talmudici [c].

IV.
אסור האיש לגוף ושאר שארו, *Interdicitur homini persona & propinqua propinquae ejusdem personae*, veluti
- 1 Foemina & avia ejus materna,
- 2 Foemina & avia ejus paterna,
- 3 Foemina & patruo ejus,
- 4 Foemina & avunculo ejus,
- 5 Foemina & nepote ex fratre ejus,
- 6 Foemina & nepte ex fratre ejus,
- 7 Foemina & nepte ex sorore ejus,
- 8 Foemina & filio ex sorore ejus,
- 9 Foemina & nepote ex filio ejus,
- 10 Foemina & nepte ex filio ejus,
- 11 Foemina & nepote ex filia ejus,
- 12 Foemina & nepte ex filia ejus.

והשאר seu *& reliquis*, id est, quae supersunt ex eis, quae in regula secunda propinquorum sunt propinquae. Sequimur enim hic vestigia Eliaezaridis, quem hic vertimus.

V.
אסור שני שארים על שני שארים, *Interdicuntur propinqui bini binis propinquis*, veluti
- 1 Homo & pater ejus, foemina & filia ejus.
- 2 Homo & pater ejus, foemina & filio ejus.
- 3 Homo & pater ejus, foemina & fratre ejus.
- 4 Homo & pater ejus, foemina & sorore ejus.
- 5 Homo & frater ejus, foemina & fratre ejus.
- 6 Homo & frater ejus, foemina & filia ejus.
- 7 Homo & frater ejus, foemina & filio ejus.

והשאר seu *reliqui*, id est, caetera personarum paria paribus, quae juxta regulam primam ipsis respondent, interdicuntur. Ad hunc modum prin-

[a] Levitic. xviij. 6. & vide caput superius.

[b] Uti expressis etiam sacrae legis verbis, Levitic. xxj. 2, & 3.

[c] Vide lib. ǀſt. 5. de Jure Nat. cap. 10. & ibi citata.

cipia illa, regulae, ſeu fundamenta quinque Rabbenu Joſeph exhibentur, quibus ſubjungitur ab Eliaezaride (ut ſcilicet Joſephi illius mentem explicet) ובהפגש אי זה פרט מכל אלה העקרים זכר בנקבה יעמוד האסור ובהפגש זכר בזכר יצעד האסור לאשתו, *Et quoties in horum aliquo foemina interdicitur maſculus, interdictum in ea terminatur. Quoties autem maſculus maſculo interdicitur, transfert ſe interdictum ad ejuſdem uxorem*, ſeu *pro uxore ejus interdicta ſumitur*. Statim autem ſubjicitur אולם בהפגש נקבה על נקבה לא חייב שיצעד האסור לבעליהן, *Attamen quoties interdictum occurrit, quaſi foeminae foemina interdiceretur* (ratione vocabuli hominis, quod utrumque ſexum continet) *id ad maritos earum inde non extendendum*. Ratio redditur שאסור אשה על אשה הקש מאסור זכר על זכר שהוקש מהכתוב וזה הקש על הקש ואנחנו מתנהגים על כתוב והקש היוצא מהכתוב לא על הקש שיוקש ממוקש כי זאת הדעת היא דעת המרכבים וכבר אלה שני החכמים בטלוה לזאת הסבה, *Quoniam interdicta illa quibus foeminae hic foeminis* (ſi quis ita cum vetuſtioribus illis rem accipiendam velit) *interdicantur, naſcerentur ex interdictis, quibus maſculi prohibentur maſculis* (in lege ſcilicet ſacra, ut ubi patris, patrui, fratris turpitudo revelari prohibetur; quod ad uxores eorum attinet) *adeoque eſſent ex argumentis e Scriptura ſumptis* (nec in Scriptura ipſa reperta) *unde fieret, ut argumentum illud de maritis eſſet ſecundarium* ſeu *ex argumento praevio e Scriptura ſumpto. Nobis autem jam in more eſt receptum, Scriptura ipſa & argumento inde proxime deducto niti, non argumento alio ex eodem argumento ſequente. Quae nempe diſciplina eſt veterum illorum, qui conjugum inſitionem* (qualem ante diximus) *docuere. Et pridem ſapientes illi bini* (Rabbenu Joſeph & Rabbenu Joſuah) *illud argumentandi genus ob hanc cauſam adhibendam noluere.* Nimirum in regulis quinque ſeu fundamentis illis Rabbenu Joſeph, pro *homini interdicitur* in noſtris, uſurpatur, ut vides, אסור האיש & pro *homine* in reliquis האיש, quod quidem ibi ab ipſis ſumptum pro ſexu tantum virili, quaſi interdicta inceſtus ſacra, quorum in praefatione [a] איש איש adhibetur, ex ipſorum verbis ſexum ſequiorem non contineret. Quoniam vero ex Karaeis alii, id eſt, vetuſtiores illi, τῷ איש איש ibi ſexum voluere utrumque pariter denotari, quod admitti noluit Rabbenu Joſeph magis atque unionem mariti & uxoris (qualem ſupra diximus) perſonalem, ideo hic monetur, tametſi, quoties in regulis illis interdicitur maſculus maſculo, in uxorem ejus quo interdicitur tranſeat interdicti vis, nihilominus etiamſi in eiſdem regulis ex notione illa τῷ איש ſeu *hominis* (qua ſexus uterque contineri poſſit) videatur foeminas foeminis pariter interdici, non inde ſequi ad maritos ſpectare interdictum. Nam maſculus maſculo, ſenſu jam dicto, prohibetur in expreſſis Scripturae verbis; unde ſi quis argumentando ſimiliter foeminas foeminis interdici concludere velit, is tamen non inde probare rite poſſet, harum maritos ſic interdici. Nam argumentum hoc ſecundarium eſſet, quale omnin ut ſupra dicitur, rejiciendum ex ſententia tu Rabbenu Joſeph tum Rabbenu Jehoſuah, id e binorum diſciplinae hic de inceſtu apud Karae novatorum illuſtrium. Atque ita non mini quid novatores hi, quantum ad hanc rem, volu rint, quam quid vetuſtioribus fuerit receptu ſit ſatis manifeſtum. Perſonas autem quae r gulis ſeu fundamentis jam oſtenſis continentu interdici oſtendunt ad hunc modum. Illaru ſex quae prima ſub regula nomine propinquoru veniunt, tres priores ſeu pater & mater & ſor expreſſim vetantur in [b] Lege Sacra. Quarta ſe frater ex eo quod legitur [c] *Turpitudinem fratr tui non revelabis*. Quinta ex [d] illo, *Nurus tua turpitudinem non revelabis*. Et demum ſext ſeu filia מקל וחומר ſeu ex argumento a fortior Prohibetur ſcilicet expreſſim in lege [e] neptis ſiv ex filio ſive ex filia, unde ſequi non dubitant et am filiam, utcunque non expreſſam, multo ma gis prohibitam. Atque de his aiunt novator hi, id quod ad reliquas pariter regulas juxta ſup rius dicta attinet; אסור על הנקובות בן בעצמן על הזכרים יצעד על נשיהם שאשת האב ואשת אח ואשת הבן אסורות משום תלותן באנשיהן שהם שאריו ואסורם ישוב לנשיהם; *Ita inte dictum foeminarum in ipſis terminatur. Maſcu lorum autem, tranſit in uxores eorum, ſcilice uxor patris, uxor fratris, & uxor filii ſic inte dicuntur, quoniam pendent e maritis ſuis, qu* (in regula hac prima) *propinquorum ſuorum no mine veniunt, quorum interdicta recidunt in eo rum uxores*. Quae in regula continentur ſecun da ſeu quae propinquis ſunt propinquae, inter dici volunt ex eo, quod in Lege Sacra habetur [f] *Turpitudinem ſororis patris tui* ſeu amitae *no revelabis*, nec *turpitudinem ſororis matris tua* ſeu materterae, ſubdita utrique interdicto ration hac ſeu cauſa שאר אביך היא *propinqua eſt patris tui*, & שאר אמך היא *propinqua matris tuae eſt*; atque ex illo *Turpitudinem filiae filii tui, aut filiae filiae tuae non revelabis*, &c. Cauſam ſcilicet illam pariter ſpectare volunt ad perſonas univerſas, quae ſunt propinquis (prima in regula nominatis) propinquae; quales ſunt ſedecim illae quae regulae ſubjunguntur. Huc etiam illud trahunt, quo interdicitur [g] cuique propinquis quibuſdam propinquarum uxoris ſuae, veluti nepte uxoris ſive ex filio ſive ex filia. A fortiori igitur perſonis quae ſunt ipſae propinquarum propinquae. Quod de propinquis binis dicitur in regula tertia, habetur ex illo [h] *Turpitudinem foeminae* ſeu *uxoris & filiae ſuae non revelabis*, &c. cui ſubjicitur שארה הנה זמה הוא *propinquae ſunt; ſcelus eſt*. Unde concludunt propinquis binis, id eſt, perſonarum quae ſunt invicem propinquae (ut in regula prima) revelatione turpitudinum abſtinendum. Sic enim plane ſe res habet; tametſi typorum incuria in Eliaezaridis [i] enumeratione praetermittatur nunc *foemina & frater ejus*, nunc etiam *foemina & filius ejus*. Etiam illud huc afferunt, quod de propinquis propinquarum uxoris ad regulam ſecundam dicitur. A fortiori, inquiunt, interdicitur binis invicem propinquis.

[a] Levitic. xviij. 6. [b] Levitic. xviij. 7. & 9. [c] Ibid. 16. [d] Ibid. 15. [e] Ibid. 10. [f] Levitic. xviij. 12. & 13. [g] Levitic. xviij. 17. [h] Ibidem. [i] Cap. 2. fol. 12 a. & vide cap. 4. fol. 15 a.

Perſona

Persona item & propinqua propinquae ejusdem personae (quod in quarta occurrit regula) interdici volunt partim ex illo [a] de uxore & nepte ejus sive ex filio sive ex filia interdictis. Ibi enim prohiberi personam in uxorem duci & propinquam ejusdem propinquae, id est, sive filii sive filiae ejusdem filiam; parilique dum argumentantur ex Scriptura, modo, foeminam & filiam sororis suae, foeminam & filiam fratris sui, & quae sunt id genus personas reliquas. Partim autem regulam hanc sumunt ex illo [b] *Non revelabis turpitudinem fratris patris tui.* Nimirum ibi איש עם אח אביו שהם גוף ושאר שארו אסורים לאשה אחת, *Ruben & frater patris ejus* seu *patruus ejus, qui sunt persona & propinquus propinqui ejusdem personae interdicuntur foemina eadem.* Quintum demum fundamentum seu regulam probant ex eo quod dicitur, [c] *Turpitudinem filiae uxoris patris tui non revelabis,* quo interdicitur foemina & filia ejus patri & ejusdem filio, id est, עקר ופרח על עקר ופרח, *Radix & ramus ramo & radici,* qui sunt propinqui bini. Inde autem binis prohibentur propinquis, quia sunt bini pariter ipsi propinqui, adeoque reliqui sic conjuncti, seu הכנפים *collaterales* propinqui similiter prohibentur. Nam quoad propinquitatem seu propinqui nomen, ut se habet mater ad filiam, sic soror ad sororem, &c. Aiunt scilicet & hic מה אשה ובתה מה אשה דבנה אשה ואחותה אשה ואביה אשה דאחיה האסור על הנקובית בן בעצמן ועל הזכרים יצער על נשיהם, *Eadem est ratio foeminae* seu *uxoris & filiae ejus* quae *ejusdem & filii ejus, ejusdem & sororis ejus, ejusdem & patris ejus, ejusdem & fratris ejus. Et terminatur interdictum foeminarum in seipsis, masculorum vero transfertur in eorum uxores,* juxta superius dicta. At vero lex illa sacra sic legitur ערות בת אשת אביך מולדת אביך אחותך הוא לא תגלה ערותו quod verbo tenus sonat, saltem sonare potest, *Turpitudinem filiae uxoris patris tui genitae ex patre tuo, quae soror tua est, turpitudinem ejus non revelabis,* quasi soror germana hic solum interdiceretur, ut & commate nono. Atque ita Chaldaei vertunt, Vulgatae autor, Arabs Romae pridem editus, aliique; uti & Judaei Germanienses. Atque Hispanienses ad hunc modum, *Descobertura de hiia de muger de tu padre engendrada de tu padre tu hermana ella: no descubras su descobertura,* quae sunt Talmudicorum hic disciplinae consona. Sed interea verborum ordo fert, ut sic etiam transferre liceat, *Turpitudinem filiae uxoris patris tui (quae autem ex patre tuo nata est, soror tua est) non revelabis* (quasi in parenthesi tantum illud de germana ante interdicta accederet) cui nec dissonae sunt versiones Arabicae illae Saadiae ac Erpeniana, nec Persica Tawasii. Neque enim relativum habent, quod filiam uxoris & natam ex patre expressim copulent. Et Graeci interpretes: Ἀσχημοσύνην θυγατρὸς γυναικὸς πατρός σου οὐκ ἀποκαλύψεις, ὁμοπατρία ἀδελφή σου ἐστὶν, οὐκ ἀποκαλύψεις τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς, *Turpitudinem filiae uxoris patris tui non revelabis: ex eodem patre soror tua est, nec revelabis turpitudinem ejus.* Ubi terminatur interdictum filiae uxoris patris, antequam verba fiunt de sorore germana. Quod satis est Karaeis hic consonum, qui novercae filiam etiam ex marito priore genitam pro interdicta habent; qua de re vide plura in capitibus proxime sequente & sexto. Quae autem sic in fundamentis seu regulis quinque Rabbenu Joseph continentur, eadem, quantum video, ipsa amplexi sunt Karaei vetustiores, ita tamen ut tam personalem qualem diximus conjugum unitatem admitti ac maritos interdici pariter ex צעידה seu *translatione* ubi foemina interdicitur velint, quam uxorem, ubi interdictio est nomine masculi. Quae omnino noluit Rabbenu ille Joseph.

CAP. V.

Fundamentum seu regula de Incestu sexta a Rabbenu Jehosua Karaeo τῶ Rabbenu Joseph discipulo introducta. Karaeorum plerique τῶ Rabbenu Joseph sequaces. Nec praeter binos celebriorum quisquam R. Jehosuae sententiam est amplexus. Mutilus Eliae Ben Moseh codex de Incestu percurritur.

EX ante dictis liquet, tum qualisnam Karaeorum veterum sententia fuerit de Incestu, seu de vetitis ratione sive sanguinis sive affinitatis conjugiis, tum quaenam fuerit ejusdem sententiae novatio a Rabbenu Joseph introducta; qua scilicet amputata sunt illa vetustiorum dogmata de personali conjugum unione & interdictorum a sexu foemineo seu uxore ad masculum seu maritum translatione (qualis habetur a masculo ad foemineum seu a marito ad uxorem) & de argumentorum secundariorum usu. Discipulus autem ille τῶ Rabbenu Joseph, seu Rabbenu Jehosuah (de quo supra) magistri vestigiis haud usquequaque inhaesit, sed tum sextum fundamentum seu regulam quinque illis, quas jam ante exhibuimus, adjecit, tum interdictorum a sexu foeminco ad masculum seu maritos translationem, quam צעידה vocitant, a magistro rejectam, restitui voluit. Hujus fundamentum seu regula adjecta, quae sextum sic locum occupavit, hujusmodi est, אסור שני שארים על גוף ושאר שארו, *Interdicuntur propinqui bini persona & propinquo propinqui ejusdem personae,* linea scilicet in recta, non in collaterali, seu quod aiunt בעקרים ובפרחים לא בכנפים quod idem sonat. Veluti interdici voluit Rubeni & ejusdem ex filio nepoti (qui nempe propinquus est propinqui seu filii ejus) matrem & filiam (quae sunt invicem propinquae) uti & matrem & filium, id est, matrem & nurum seu filii matris uxorem. Translato scilicet interdicto in uxorem a filio. Rationem hujus regulae petit ille ex lege illa sacra [d] qua *turpitudinis* אחי אביך *fratris patris tui* revelatio vetatur; qua de re plura statim. Ad collaterales autem regulam hanc ait non omnino extendendam, [e] quoniam liquet ex ipsis Scripturae verbis Zelophcadi filias

[a] Levitic. xviij. 17. [b] Ibid. xviij. 14. [c] Ibid. xviij. 11. [d] Ibid. xviij. 14. [e] Numer. xxxvj. 11.

nuptas

nuptas esse etiam patruorum suorum filiis, adeoque licitum esse conjugium, ubi quis filiam acceperit patrui seu consobrinam, aut pater & filius matrem duxerit & matris ex sorore neptem. Hic enim persona reperitur & propinquus propinqui ejus (veluti patruus & nepos) atque etiam binae propinquae veluti consobrinae mater atque ipsa consobrina. Sed quia in linea collaterali, non recta, persona & propinquus propinqui habetur, regula hac sexta contineri hujusmodi conjugia noluit Rabbenu Jehosuah. Translationem autem interdicti a foemineo sexu ad masculum seu maritum, juxta superius dicta, ideo restituendam voluit ac reducendam Rabbenu hic, quoniam, ut voluit ille, quemadmodum & vetustiores hujus sectae, כמו שהזכרים מחויבים בצווי הכתוב כן הנקובות מחויבות בצווי הכתוב כי הנה כתוב באש ישרפו אותו ואתהן ואם אין הנשים תחת חצווי איך יענישן הכתוב, *Eodem modo quo masculi sunt praecepto obligati, obligantur item foeminae in Scriptura. Nam & ibi* [a] *legitur Comburant igne eum & eas* (eum scilicet qui matrem & filiam duxerit; pariterque eas) *& nisi foeminae interdicto continerentur, qua ratione poena hic eis subeunda?* Magistrum autem hic, id est, Rabbenu Joseph, & discipulum ejus seu Rabbenu Jehosuam ita sequuti sunt Karaeorum plerique, ut vix repertus fuerit inter celebriores qui horum alterius sententiam non amplecteretur. Ita tamen ut ex eis paucissimi essent discipuli seu ꝯ Rabbenu Jehosuah sequaces, nec quidem ultra duos, ut refert Eliaezarides noster. Ii sunt Rabbenu Aharon autor libri עץ חיים seu *Ligni vitae* dicti & אליהו בשייצי, *Eliah Bisitzi* seu Byzantinus (qui ipse est Eliah Ben Moseh, de quo plura habes in Dissertatione nostra de anno Judaeorum civili) quorum uterque amplexi sunt sententiam Rabbenu Jehosuah במספר העקרים ובצעידה הנקובה *Tum in fundamentorum seu regularum* (superius ostensarum) *numero, tum in translatione interdicti a sexu foemineo ad masculum* seu *maritum.* Libro autem acephalo jam dicti Eliae, quem in Dissertatione illa citavimus, titulus est (ut ex Eliaezaride hoc discimus) זקני seu *presbyteri*, quoniam presbyterorum seu qui ordinatione solenni seu manuum impositione in presbyteratum, id est, jurisconsulti simul & theologi dignitatem evecti sunt, scientiam & disciplinam continet. In exemplari ejusdem quo utimur MS. quod mutilum nimis est, habetur quidem titulus *Seder* העריות seu *tractatus de Incestu;* sed & ipse mutilus. In praefatione, sequacem se fore profitetur Rabbenu Jehosuah ac disciplinae ab illo traditae in ספר ישר *libro de Rectitudine* seu *justo*, quo hanc rem complexus est. Capite dein primo, quod est בביאור פסוק איש איש אל כל שאר בשרו וגו׳, *De explicatione versus illius* [b], *Homo homo non* seu *Nemo hominum accedat ad propinquam carnis suae*, &c. ait interdicto non solum contineri Israelitas sed גם הגר *exterum* seu quoscunque alios (sic enim accipio ibi גר ־ה, non pro proselyto solum sive justitiae sive domicilii) adeoque in eo jus esse humano generi [c] praescriptum, & pariter, ut expressim ille ex Rabbi Jehosuah, sexui utrique, contra quam Rabbi Joseph שאמר שהאזהרה היא בזכרים בלבד, *Cujus sententia est, illud ex ipsa praecepti vi ad masculos duntaxat attinere.* Capite secundo, disputans de vocabulis Legis Sacrae, quae ad materiem incestus spectant, tandem concludit שאסור בעריות הוא מעלת השאר ושמו מאמר איש איש אל כל שאר בשרו סוג גבוה והפסוקים הנמשכים אחריו פרטיו והקישו מהם על דרך טעם עלת השאר ואסרו הגופים אשר לא נכתבו בכתוב, *Interdictum de incestu pendere ex nomine illo propinqui; dictum illud, Nemo hominum ad propinquum carnis suae accedat, genus esse supremum, & quae sequuntur esse ejusdem species, unde argumentando ex ratione non dissimilis propinquitatis interdicere Karaeos suos personas in ipso Sacro Sermone non memoratas.* Tertio capite interdicti species & quae inde argumentando a Karaeis eliciuntur, tractat, & non solum matrem ac novercam, sed & a patre utcunque constupratam aut compressam pariter ait interdictam. וקצת מן החכמים הוציאו אסור המזונה והאנוסה והמפותה מן מאמר ולא יגלה כנף אביו שאלה הנשים נכנסות תחת מלת כנף in-quit, *Et quidam ex sapientibus interdici volunt stupro vi aut illecebris* (a patre) *compressam, ex eo quod dicitur* [d] *Non revelabis alam* aut *oram patris sui; scilicet ejusmodi foeminas nomine alae* seu *orae satis contineri.* Aliis dein, juxta superiore in capite ostensa, ordine suo quem in sacro habent sermone explicatis, ubi ad illud [e] deventum est *Turpitudinem filiae uxoris tuae*, &c. (de quo recole quae dicuntur capite hic proxime superiori ait versum illum בספרי כתיבת ידי *in codicibus Sacris manuscriptis* ad hunc modum legi ערות בת אשת אביך לא תגלה מולדת אביך אחותך היא לא תגלה ערותה, *Turpitudinem filiae uxoris patris tui non revelabis. Ex patre genita soror tua est, nec revelabis turpitudinem ejus.* Quod certe omnino est Graecis interpretibus consonum. Sed lectionem illam in codice aliquo manuscripto nondum vidi ego. Nec sane codex Samaritanus ab editis hic discrepat. Vocabula autem illa מולדת אביך *genita ex patre* & אחותך *soror tua* in versu hoc sumere Karaeorum plerosque ait Eliah hic pro eo quod est, velut *genita ex patre est*, velut *soror est; ideo nec revelabis turpitudinem ejus.* Addit item Rabbi Salomonem הנשיא seu *principem* dictum in Epistola ad R. Aharonem conscripta expressim affirmasse כי זה הפסוק חסר מלת והיה ראוי להיות הפסוק ככה ערות בת אשת אביך לא תגלה מולדת אביך וגו׳ versum hunc mutilum esse, atque ad hunc modum legendum, *Turpitudinem filiae uxoris patris tui non revelabis; genita ex patre*, &c. Ex hoc autem versu vides in jam ante ostensis, quintum sumi fundamentum seu regulam de propinquorum binorum binis propinquis interdictione, ut patris ac filii, foemina ac filia ejus; ואין הפרש בין שיקח האב את האם תחלה ובין שיקח הבן את הבת תחלה inquit Eliah hic, *Nec discrimen est, sive pater primo matrem, sive filius primo filiam accipiat.* Quemadmodum autem *genitam ex patre* & *sororem* in versu jam dicto sumi volunt, pro ea quae velut genita est seu instar sororis seu genitae, seu soro

[a] Levit. xx. 14. [b] Ibid. xviij. 6. [c] Vide lib. nost. 5. de Jure Nat. & Gent. cap. 11. [d] Deut. xxij. 30. [e] Levit. xviij. 11.

r


-is nomine item vulgo cognita, sic in commate 14. ubi legitur ערות אחי אביך לא תגלה וגו' *Turpitudinem fratris patris tui non revelabis*, &c. tum fratris nomen, tum amitae & pro ipsis revera ex ratione sanguinis fratribus ac sororibus ac amitis & pro aliis vulgo ita sumptis seu quasi fratribus, sororibus, aut amitis intelligendum. Unde fratrum aiunt (uti & sororum) species esse quinque:

1. Ex patre seu germanum.
2. Ex matre seu uterinum.
3. Ex utroque parente.

Quos revera fratres seu אחים אמתים vocitant מפני שבהם עלת שאר, *Quoniam nempe in eis est ratio propinquitatis* seu *consanguinitatis.*

4. Novercae filium.
5. Soceri filium.

Quorum uterque vocitatur אח שאול *quasi frater* seu *frater metaphoricus*, & אח מעבר seu *adjectitius*, utpote in quibus nulla consanguinitatis ratio. Jam vero observant commatibus binis proxime in Levitico praecedentibus, expressam fieri τῆς שאר *propinquae* seu *consanguineae* mentionem, ubi nimirum amita & matertera interdicuntur, adeoque ibi veras tantum sorores innui: hic vero vocem illam non haberi, unde aiunt ex disciplina Rabbenu Jehosua, שבכל מקום שלא יזכור הכתוב עלת שאר ראוי לקחת אותו על אמתי ועל המעבר, *Quoties in hisce non memoratur vocabulum* שאר, seu *propinquus* aut *propinqua* seu *consanguinea*, seu *propinquitatis causa*, *locum capiendum esse tum de eis qui revera sanguine conjunguntur, tum de reliquis qui vulgari notione sic dici solent*, seu de quasi fratribus aut sororibus. Unde elicuit Rabbenu Jehosuah fundamentum illud sextum seu de propinquis binis personae & propinquo propinqui ejusdem personae interdictis, ut in hoc Schemate,



Detur Keturae fuisse ex priori marito filium & filiam, & dein eam Abrahae nuptam, cui ex Sara Isaac filius, & ex filio nepos Jacob. Aiunt qui fundamentum illud amplectuntur, Isaac Jacobi patrem, & Peloni filium Keturae esse שני אחים מעבריםּ *binos quasi fratres* eosque nomine fratris contineri in lege ante laudata; adeoque interdictum Jacobo Peloni filium Keturae, id est, uxorem ejus interdici, uti & consequenter filiam, quae quasi soror patri. Atque hinc eis nascitur ipsum fundamentum, quod cernitur in eo quod Abrahae ac Jacobo, id est, avo & ex filio nepoti, seu personae & propinquo ejusdem propinqui interdicantur binae propinquae, id est, Keturah seu mater & filius (nempe filii uxor, in quod transfertur, juxta jam dicta, prohibitio) & mater & filia; qua de re etiam a nobis paulo ante affeuntur quae itidem hic habet, praeter alia τῷ Rabbenu Jehosuah consona, Eliah Ben Moseh. Capite demum quarto agit ille, בחילוק דעות חכמים בענין העריות, *De sententiarum discrimine quod inter sapientes habetur circa incestus genera.* Atque eos ait distribui לשני תודות גדולות *In binas sectas celeberrimas.* Alteram esse בעלי הקבלה *Traditionales*, שאמרו שאין הקש בעריות אמנם דרכו על הכתוב לבד, *Quorum sententia est argumentationis* seu *deductionis rationalis usum non admittendum in materie incestus, sed sola Scriptura* seu *Verbis Sacris simpliciter nitendum.* Si enim argumentationi locus, quorsum post amitam vetitam, vetatur etiam matertera, quae (si hic argumentari licuerit) ex parili vetaretur, sine verbis expressis, ratione? Alia id genus traditionalium habet, praeter secundariarum eorum enumerationem capite secundo ante a nobis exhibitam. Nec plura hac de re codex ejus MS. quo utimur, qui hic mutilus est.

CAP. VI.

Summaria & emendatior Karaeorum, in materie incestus, disciplinae explicatio, juxta Rabbi Jehudam Ben Eliaezar Karaeum celebrem.

PRaeter jam ante memoratos, Rabbenu scilicet Aharon, autorem libri עץ חיים *Ligni Vitae* dicti, & Eliam Byzantium, inter Karaeorum celebriores neminem repertum esse, qui τῷ Rabbenu Josuah sequax fuerit, ex Rabbi Jehuda Ben Eliaezar ante ostendimus; plerisque Rabbenu Josephi sententiam, qua vetustiorum non pauca amputata sunt, amplexantibus. Eliaezarides autem ille simulac & traditionalium & Karaeorum tum vetustiorum tum recentiorum dogmata compendiose enarravit, אנכי, inquit, [a] הבא אחריהם אהלך בעקבותיהם של החכם רבנו יוסף הרואה והחכם רבנו אהרן בעל המבחר במספר העקרים ובבטול צעירת הנקובות, *Ego qui post illos venio, in ipsis τῶ sapientis Rabbenu Joseph prophetae & sapientis Rabbenu Aharon autoris libri qui dicitur Electorum* (ut scilicet sic discriminetur Aharon hic ab altero illo Aharone autore libri *Ligni Vitae* dicti, qui cum Eliah Byzantio sequax est τῷ Rabbenu Jehosuah) *in recensione fundamentorum* seu *regularum, & in translatione interdictorum a foeminis ad maritos suos abolenda* seu *rejicienda.* Adeoque plane R. Jehosuae placita singularia admittenda non vult, nec regulam illam seu fundamentum sextum; de quo capite proxime superiori. Sed vero & suam introducit tum a veterum tum a binorum illorum, quos alias sequitur, sententiam discrepantem, quam verbis proxime subjunctis sic compendiosius tradit דאף

[a] Fol. 13 a.

אסבור להוסף הבטול בצעידת. אסור זכר על זכר כאשר נכר מדרך הפשט שאינו כן, *Et decrevi adjicere refutationem translationis interdicti, quoties masculus interdicitur masculo, secundum id quod vulgo accipitur, quoniam ita revera se res non habet.* Ea de re pluribus agit, quae universa in hoc unum recidunt; quoties ערוה seu *turpitudo*, seu *nuditas* masculi veluti patris, patrui (ut in Lege Sacra) aliorumve (ut in eis quorum turpitudines argumentando pariter interdictas velint Karaei, juxta ea quae capite superius quarto ostenduntur) interdictum occurrit, *modi translationis* seu דרך הצעידה usum non esse nec interdictum ipsum, qua grammatice sonat, ad masculos sic attinere, ut inde in foeminas seu uxores proprie dici debeat transferri; sed ipsam *turpitudinem* seu ערוה interdictam esse ipsam foeminam seu turpitudinem ejus, quae itidem dicitur turpitudo mariti qui foeminae turpitudinisque ejus pariter erat possessor & dominus. Adeo ut, quantum ad rem ipsam cum Rabbenu Josephi sequacibus concors sit ipse Eliaezarides, in hoc unico tantum discrepans, quod notionem illam τῆς צעידה seu *translationis* interdicti a masculis ad foeminas, quasi interdictum ipsum minus ex se terminaretur, ubi turpitudo masculi quam ubi foeminae vetatur, prorsus rejiciat, & turpitudinem ipsam seu ערוה masculi pro ipsa masculi uxore etiam primario sumendam velit, id est, pro turpitudine quam revelando suam fecit masculus. Certe & hisce perquam consonum est Graecae versionis exemplar vetustissimum, in bibliotheca ad S. Jacobi regia, ubi comm. 16. cap. XVIII. Levitici post revelationem turpitudinis fratriae prohibitam, subjungitur pro ערות אחיך הוא *Turpitudo fratris tui est*, γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐστιν *uxor* seu *foemina fratris tui est*, quasi ipso nomine ערוה seu *turpitudinis* seu *nuditatis* (quam ἀσχημοσύνην vocant alias Graeci ibi) fratris, foemina seu uxor ejus expressim significaretur. Hinc explodendam vult Eliaezarides disciplinam τῶν בעלי הצעידה *magistrorum translationis* (ut ipse eos vocat) primariaque vocabuli toties dicti significatione interdicta aeque pariterque terminari, quando turpitudines masculorum atque quando foeminarum prohibentur. Et quatuor capitibus integris, seu septimo octavo nono ac undecimo hac de re fusius disputat. Decimo capite agit de dubiis & sententiis variis ad regulam seu fundamentum quintum (ut capite superius quarto habetur) spectantibus; quod scilicet ortum est ex interpretatione interdicti filiae uxoris paternae [a], de quo non semel in capitibus proxime antecedentibus dictum est. Ait vero Eliaezarides hic noster [b] Israelitas universos in varias distrahi sententias, dum interdictum illud eunt explicatum; maxime autem in sex, quas sic recenset. Primam ait esse דעת אחינו חכמי בעלי הקבלה ז"ל, *Sententiam fratrum nostrorum sapientum qui sunt traditionales seu Talmudici, foelicis memoriae*, sororem nempe ibi memoratam esse ex utroque parente conjunctam, quod probari volunt ex eo quod dicitur *genita ex patre*, &c. Secunda tribuitur vetustioribus Karaeis; sororem ibi non aliam intelligi praeter eam quae peperit אשה שתכשר להיות אשה לאביך והיא אשת בריתו, *Foemina quae legitima esset patri uxor, eique juxta foedus suum*, seu *legem sacram, conjuncta*, adeoque non ancilla, aut extera necdum proselyta facta. Quod firmari vult R. Jehosuah ille ex eo quod dicitur [c] de servo Ebraeo, cui herus ancillam in uxorem dederit, anno septimo libertate donando, *uxor* seu *foemina & liberi* (ex ea nati) *erunt domini*. Scilicet non patris, nec inter eos qui a patre geniti, sed qui a matre tantum editi sunt, numerandi, quoniam ex ancilla suscepti. Item ex eo quod legitur [d] de exterminandis foeminis exteris seu in foedere sacro non contentis una cum earum liberis. Unde non vult ille *genitam a patre* proprie dici, quae ex ancilla seu extera genita. Sententiae tertiae autor est Rabbenu ענן *Enan* הנשיא dictus seu *princeps*, quae ita se habuit, *Filiam uxoris patris tui genitam ex patre* denotare בת אתתא דאביו דאביו דמן גברא אחרנא כד הוי לה לאתתא ולד מן אביו, *filiam uxoris patris ejus*, seu patris in interdicto memorati *genitam ex viro alio, quando scilicet proles ex eadem est itidem a patre suscepta*, nec aliam. Quarta sententia est genitam hic a patre significare הבת אשר גדלה אביך בעת לקיחתו אמה, *filiam quam educat pater tempore quo matrem ejusdem acceperit* & deinceps. Exemplum affertur ex eo quod dicitur de Michala filia Saulis. Davidem nempe *cepisse quinque filios Michalae quam peperit Adrieli*. At vero Michalae nulla [f] omnino revera prole fuisse dicitur. Filii nihilominus hi quinque ei tribuuntur, qui naturales quidem filii fuere Merabae sororis Michalae ac uxoris [g] Adrielis. Sed quoniam Michala רבתה וגדלה בני אחותה מרב *Educavit & nutrivit nepotes hosce ex sorore Meraba*, ideo volunt qui hanc amplectuntur sententiam dictos eos Michalae filios. Huc affertur & illud Rahelis Jacobo; *Habeo* [h] *famulam Billam, ingredere ad illam, ut pariat super genua mea & habeam ex illa filios*, uti & locus alter de Josepho [i]; *Filii quoque Machir F. Manasseh nati sunt in genibus Joseph.* Quae dici volunt לשון רבוי וגדול seu *ratione educationis ac nutritionis*. Perinde ac si alterius proles ab altero educata, educantis proprie satis vocaretur, adeoque etiam in Lege hac Sacra. Quinta Sententia de filia uxoris patris ab alio viro suscepta legem vult omnino capiendam, ac vocabula illa *genitam ex patre* & *sororem* metaphorice inserta esse, quin & personalem conjugum seu patris & novercae unitatem sic innui, qua de supra, prolem scilicet alterius etiam alteri veluti non diversae personae tributam. Haec apud vetustiores Karaeos viguit. Sexta demum est Rabbenu Jehosuae toties laudati, quae, dempto quod habuere quintae autores de unione conjugum personali ac metaphora, eidem plane est consona. Vult enim ille filiam uxoris patris ab alio viro susceptam hic quidem tantum innui. Adjici autem vocabula illa *genitam ex patre* & *sororem* non alio sensu quam להודיעך שכל הקרב בה כקריבתו באחותו האמתית, *Ut inde discas, quicunque ad eam accedat non minus peccare*

[a] Levit. xviij. 11. [b] Vide item eum cap. 12. fol. 62 b, & seq. [c] Exod. xxi. 4. [d] Ezra x. 3. [e] 2 Sam. xxi. 8. [f] 2 Sam. vi. 23. [g] 1 Sam. xviij. 19. [h] Genes. xxx. 3. [i] Ibid. l. 23.

quam

...nam qui accedat ad sororem revera germanam. Quo trahitur & illud, ubi patrui uxor, qui דוד dicitur, vocatur etiam דודתך *amita tua*; scilicet perinde ac si ipsa amita esset, coitus ejus evitandus. Hisce sententiis sex cum rationibus uniuscujusque fusius recensitis, subjungit dein Rabbi Jehuda Ben Eliaezar, ואל זאת הדעת נמשכו כל הכמינו האחרונים הבאים אחרי, *Atque hanc sententiam* (seu sextam, id est, Rabbenu Jehosuae) *amplexi sunt universi sapientes nostri qui eo posteriores fuere.* Ipse vero earum quamlibet seorsim impugnat, veluti non satis ab autoribus suis probatam. Et nemo non videt apicibus satis dubiis eos niti. Concludit vero ille שאין הכרע ודאי לאחד מן הדעות, *Non esse satis ponderis in sententiarum allatarum aliqua.* Quoniam vero quicquid habetur in regula illa seu fundamento quinto capitis superius quarti ex hujus interdicti sensu pendet, ideo & ipse non ita a sectae suae dubiis discrepare vult, quin quoties quisquam uxorem duxerit aliter atque permissum est juxta disciplinam ejusdem regulae, velit adhiberi גט מספק seu *divortii libellum dubii causa* (de quali libello plura inferius) ne scilicet forte violaretur Lex illa Sacra, quam adeo admittit obscuram & difficilem, ut juxta regulam illam conjugia simpliciter illicita inde pronuntiari nolit. Differit dein Eliaezarides, juxta suorum quorum sequax est sententiam (excepta interdicti translatione a masculo in uxorem quae ita recepta est; quam omnino improbat ille, ut est ostensum) capite duodecimo de singulis incestus interdictis & eorum praetiuncula illa, de qua supra. Et decimotertio capite [a] ad hunc modum doctrinam hac de re ...am exhibet, id est, הגופים האסורים *personas* ...riusque sexus (nam ad utrumque Legem Sacram ...riter vult attinere) *interdictas*, quas in quinque עקרים seu *regulis* illis aut *fundamentis* sic ...lt contineri.

I. אסור האיש על שארו, *Interdicitur viro propinquis suis*, scilicet matre ejus, sorore & filia.

אסורה האשה, *Interdicitur foeminae* patre ejus, fratre, filio, qui ejusdem propinquorum similiter nomine veniunt.

II. אסור האיש לשארי שארו, *Interdicitur viro propinquis propinquorum ejus*, ut avia paterna, avia materna, amita, matertera, nepti ex filio, nepti ex filia, nepti ex fratre, nepti ex sorore, quae sunt propinquorum propinquae.

אסורה האשה, *Interdicitur foeminae* similiter avo paterno, avo materno, patruo, avunculo, nepote ex filio, nepote ex filia, nepote ex fratre, nepote ex sorore.

III. אסור האיש לשני שארים, *Interdicitur viro binis propinquis*, ut Maria & matre ejus, Maria & sorore ejus, Maria & filia ejus.

Interdicitur item foeminae Joanne & patre ejus, Joanne & fratre ejus, Joanne & filio ejus.

IV. אסור האיש לגוף ושאר שארו, *Interdicitur viro persona & propinqua propinqui ejusdem personae*, ut Maria & avia ejus, & paterna, & materna, Maria & amita ejus, & matertera, & nepte ejus ex fratre, & nepte ex sorore, & nepte ex filio, & nepte ex filia.

V. אסור שני שארים לשני שארים בעקרים ובפרחים ובכנפים יפול ספק וצריך גט כספק, *Interdicitur binis propinquis, propinqui binis tam a latere quam in radicibus & ramis: quae res quoniam adeo est in dubio, libellus divortii dubii causa adhibendus est,* quoties conjugium contra initur. Sic Joanni ac patri ejus, uti & Joanni ac fratri ejus, & Joanni ac filio ejus interdicitur Maria & ejusdem matre, Maria & sorore ejus, uti & Maria & filia ejus. Item Joanni & matri ejus, Joanni & sorori ejus, Joanni & filiae ejus interdicitur Maria & patre ejus, Maria & fratre ejus, Maria ac filio ejus. Quoties autem propinqui ascendentes, ut pater ac mater, aut descendentes ut filius ac filia memorantur, intelligendum est (sic ille [b]) de ascendentibus in eadem linea reliquis, uti & descendentibus עד סוף כל הדורות, *usque in finem omnium seculorum.* Quod satis est, item consonum Karaeorum aliorum disciplinae.

Atque ad hunc modum compendio ostendit Eliaezarides noster sectae suae circa incestus materiem disciplinam receptissimam, nec interim sine singulari sua in nonnullis censura & animadversione. Cum autem interdictorum de incestu violatio ex ipsa lege, poena excisionis illa, qualiscunque demum sit, coelitus expectanda, fuerit plectenda, & proles ex coitu sic interdicto suscepta pro mamzere seu spurio, cui ingrediendi in ecclesiam Domini (id est, Israelitidem [c] puri sanguinis ducendi) jus non erat, sumeretur, palam sane sequitur, adeo discrepantes hasce quas hactenus exhibuimus Talmudicorum & Karaeorum de coitu incestuoso sententias (scilicet mirum in modum & multifariam invicem discrepant) his maxime illos necessario reddere tum impietatis nomine gravissimae tum natalium impuritatis invisissimos. Quicquid enim hic admittit vetitum Talmudicus, pariter admittit Karaeus. Sed Karaei tum inter se discrepant, tum immane quantum cuncti a Talmudicis, ut ex ostensis liquet. Quae proximis in capitibus sequuntur reliqua, Talmudica sunt omnia. Neque enim ad rem quam tractamus alia in scriptis quae hactenus ad nos pervenere Karaeorum reperimus. Si quis autem aliarum gentium sive vetera sive recentiora de incestis ratione propinquitatis nuptiis instituta receptasque sententias (quae proculdubio Legi Sacrae ejusque interpretamentis diversimode acceptis originem suam inprimis debent) inspicere velit, praeter notissimos in Jure Caesareo titulos commentariosque alios satis obvios, consulat si placet caput XI. libri nostri quinti de Jure Naturali; quam ad rem etiam notatu digna sunt quae ex astrologorum scitis de incestu tradit Julius Firmicus [d]. Observandum autem est tum Philonem [e] tum Flavium Josephum [f], Judaeos pariter ipsos, Talmudicis ferme hic concordes esse, nec omnino Karaeorum de incestu dogmata amplexari.

[a] Fol. 74.
[b] Fol. 59. a. & 73. b.
[c] Vide lib. nost. 2. de Success. in Pont. cap. 2
[d] Matheseos lib. 3. cap. 7. & ...li 4. cap. 1.
[e] Lib. de Specialibus legibus.
[f] Orig. Judaic. lib. 3. cap. 10.

CAP.

CAP. VII.


Vetita pontifici & sacerdotibus conjugia. Qualisnam virgo pontifici ducenda. Proles e nuptiis licitis, illicitis, irritis, susceptae conditio seu status. Inquisitio solennis de puellae matribus aviisque, ubi sacerdos aliusve genere Judaico uxorem erat ducturus.

SEquitur juxta institutum, ut de conjugiis ob dignitatem sacerdotalem vetitis dispiciamus. Dignitas ea aut sacerdotum minorum seu vulgarium fuit, aut pontificia. Sacerdotibus minoribus conjugia ל זונה *Zona* (quod *scortum* vulgo vertitur) profanae, ac repudiatae interdicta sunt ex Lege Sacra[a]. Atque ex instituto majorum etiam a leviro renuntiatae. Pontifici maximo praeter has, etiam & vidua qualiscunque & vitiata. Quod intelligendum est de pontifice dum dignitate gaudet pontificia. Nam si antequam in eam succedebat aut evectus est, viduam seu vitiatam duxisset, aut cum ea sponsalia inivisset, retinenda erat. Misna[b], אירס את האלמנה ונתמנה להיות כהן גדול יכנוס ומעשה ביהושע בן גמלא שקידש את מרתא בת ביתוס ומינהו המלך להיות כ״ג וכנסה, *Desponsat sibi sacerdos viduam, qui postea constituitur pontifex. Eam in domum deducere fas est. Quaemadmodum etiam evenit in Josua Ben Gamla, qui desponsarat Martham filiam Bethosii, & dein a rege factus est pontifex maximus. Scilicet eam domum ducebat.* Josua Ben Gamla hic est Jesus filius Gamalielis ab Agrippa rege in pontificatum evectus, apud Josephum[c]. Et quoniam vidua pontifici interdicta est, ideo nec lege de fratria fratri sine liberis demortuo superstite ducenda tenebatur, ut diserte legitur in Misna[d]. Neque vero cujuscunque generis virgo ei permissa, sed duntaxat ea quae ל קטנה seu *minoris* aetatem egressa, scilicet annos duodecim[e] praeter diem unicum, nondum plenam pubertatem seu annos XII. & sex menses attigerat (id est, nondum erat בוגרת, quo nomine *puellam plenae pubertatis* denotant) sed intra ל נערה seu *juvenculae* seu sex quae excrescebant, ut diximus, mensium aetatem constiterat. Maimonides[f] ad veterum[g] mentem; מצות עשה כהן גדול שישא נערה בתולה ומשתבגור תאסר עליו שנאמר והוא אשה בבתוליה יקח אשה לא קטנה בבתוליה ולא בוגרת הא כיצד יצאת מכלל קטנות ולכלל בגרות לא באה זו נערה, *Ex affirmatione praeceptum est pontifici maximo, ut juvenculam ducat in virginitate sua. Quae vero plenam attigerit pubertatem, ei permissa non est, quoniam dicitur*[h] *& is foeminam accipiat in virginitate sua. Foeminam & non minorem. In virginitate sua* (seu aetate tenera) *non in plena pubertate. Scilicet ejusmodi esse debuit, quae e minoribus aetate egressa plenam nondum attigerat pubertatem, quae scilicet juvencula nominatur.* Nimirum virginitatem in plena pubertate perfectam esse aiunt, sed in prioribus sex mensibus, qui a minoris aetate finita incipiunt, ita veluti crescere[i], ut interea puella diceretur esse בבתוליה *in virginitate sua.* De caeteris quae ad genus sacerdotale hic attinent, satis alibi[k] diximus. Sunt vero viri doctissimi qui nec sacerdotibus reliquis alias praeter virgines rite duci potuisse velint, maxime suasi ex eo quod apud Ezekielem[l] ea de re occurrit. Sacerdotibus scilicet accipiendas *virgines de semine domus Israel.* Unde Hugo Grotius ad illud Levitici[m] de virgine pontifici ducenda, *Haec*, inquit, *plerique de pontifice maximo intelligunt; at de quovis sacerdote intelligenda docet nos Ezekie XLIV. 22. Quare connectenda haec cum initic capitis, ut quae de pontifice maximo dici coepere commate 10. sumantur παρενθετικῶς, redeatque unde digressa erat oratio.* Sed tum Rabbini il lud Ezekielis quantum ad virgines attinet de pon tificibus solum maximis capiunt, tum Josephu ac Philo Talmudicis hic consoni virginum con jugia sacerdotibus τοῖς μέσοις seu minoribus impe rari negant. Et recte sane adnotat Grotius, hin ut ab origine accepisse Athenienses illud, reg sacrorum apud ipsos virginem tantum ducendan quod scimus ex Demosthene[n]. Nuptias auter quae Israelitis reliquis Levitisque vetitae sunt, pa riter & sacerdotibus fuisse vetitas, manifestum es Summa erat, sacerdotes, Levitas, Israelitas inv cem nuptias rite contrahere, quemadmodum et am Israelitas, proselytos (integros, justos, se perfectos semper intellige) libertinos ac profanc Sacerdotibus autem nec proselytas[o], nec libert nas, nec profanas conjungendas, nedum man zeras, quibus etiam Israelitis est interdictum, pra ter ancillas Gentilesque reliquas, ut in libris c Jure Gentium ostendimus. Filiabus autem s cerdotalis generis idem erat in conjugiis jus quc Israelitidibus caeteris. Excipiunt vero magistri s cerdotem castratum seu eunuchum. Eum nim rite potuisse sive proselytam, sive libe tinam, non aliter ac Israelitas caeteros castrat seu eunuchos ducere. Et rationem adjiciunt לפי שאינו בקדושתו *eo quod is non erat sanctitate sua*, seu *sanctitate sua carebat.* Na ab altari arcendum eum fuisse certissimum est, c corporis defectum. Et, si generationi esset impar, posteros seu genus sacerdotale ex nupt ejusmodi inquinare eum nequivisse nemo n videt. Jam vero si sacerdos proselytam, lib tinam, profanam, mamzeram aliamve generi cerdotali interdictam, vel pontifex maximus duam duxisset; aut profana fuisset proles ejus mamzera, aut alio nomine ita sacerdotali co jugio arcenda, ut neque licite neque sine po rorum inquinamento sacerdoti, cui posterit spes, conjungi potuisset. Si etiam Israelita Levita e Mamzera, Nethinaea, aut ancilla fi suscepisset, hae sacerdotibus conjunctae genus

[a] Levitic. xxj. 7. [b] Tit. Jabimoth, cap. 6. Talm. Babylon. fol. 61[a]. & Sepher Siphra, fol. 47. col. 4. [c] Lib. 20. ca
[d] Tit. Sanhedrin cap. 2. [e] De aetatibus his vide lib. de Successionibus in bona cap. 9. [f] Halach. Isuri Bia cap
[g] Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth cap. 6. fol. 59, & 60. [h] Levit. xxj. 13. [i] Obadias Bartenorius ad Misnam tit. Jabi
cap. 6. §. 4. [k] De Success. in Pontificat. lib. 2. cap. 2, & 3. [l] Cap. xliv. 22. [m] Cap. xxj. 13. [n] Or
Naeeram. & vide Sam. Petit. ad legg. Attic. pag. 94. [o] Misna tit. Kidoschim cap. 4. [p] Maimonides halach. Isuri Bia ca
Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth cap. 8. fol. 76[b].

quina

quinassent sacerdotale & profanum reddidissent. Et observandum est hic, quod regulariter in Misna [a] traditur de prole nuptiarum Israeliticarum, qua hac sive licitae sive illicitae sive irritae omnino fuerint כל מקום שיש קידושין ואין עבירה הולד הולך אחר הזכר ואיזה זו זו כהנת לוית וישראלית שנשאו לכהן לוי וישראל וכל מקום שיש קידושין ויש עבירה הולד הולך אחר הפגום ואיזה זו זו אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתן וכל מי שאין לה עליו קידושין אבל יש לה על אחרים קידושין הוולד ממזר ואיזה זה זה הבא על אחת מכל העריות שבתורה וכל מי שאין לה לא עליו ולא על אחרים קידושין הולד כמותה ואיזה זה ולד שפחה ונכריה *Quandocunque nuptiae fiunt sine peccato, proles sequitur patrem* (quod de Israelitis ipsis, non proselytis aut libertinis intelligendum; scilicet proselyti ac libertini proles ex Israelitide suscepta matris conditionem induebat, ut alibi [b] ostendimus) *ut videre est, ubi foemina genere sive sacerdotali sive Levitico sive Israelitico nubit sacerdoti, Levitae, Israelitae. Quandocunque vero cum peccato* seu *illicite ineuntur conjugia, proles sequitur partem deteriorem, quemadmodum ubi nupta est vidua pontifici maximo seu repudiata aut a leviro renuntiata sacerdoti vulgari* seu *minori* (scilicet ex matris conditione, profana fit proles) *seu ubi Mamzera aut Nethinaea Israelitae fuerit nupta, aut Israelitis sive Mamzeri sive Nethinaeo; quandocunque autem plane irritum est inter parentes conjugium, quibuscum tamen alios* (cives Israeliticos) *nuptiis conjungi fas est, proles est Mamzer, quemadmodum ubi conjunguntur qui nomine turpitudinis* seu *incestus ex ipsa Lege Sacra non debuerant. Ubicunque vero foemina ejusmodi fuerit, ut nec cum ipso quocum concubuerit, nec cum alio* (cive Israelitico) *conjugium aliquod iniri, quod non plane irritum esset, potuerit, ibi proles sequitur matrem, veluti si ancilla fuerit seu extranea,* id est, *pagana.* Ex hisce palam est, atque ex eis quae alibi [c] de sacerdotum natalibus enarravimus, sacerdoti uxorem ducturo intimis fuisse prospiciendum, ne foeminam acciperet quae profanaret aut deteriorem redderet prolem ejus, maxime masculam. E familiis autem his praeter congeneres seu sacerdotales, Leviticas, aut Israeliticas, id est, praeter origine Judaicas, uxorem sibi sumere his fas non erat. Neque ex hisce profanam aut Mamzeram; nedum extraneam necdum proselytam factam, aut ex gentibus ancillam. Ut autem Israelitis caeteris, ita & sacerdotibus inprimis fuere ex more laterculi seu tabulae genealogicae; quibus parentum stemmata custodiebantur; idque maxime ut ex hisce stirpem suam ab illicitarum nuptiarum inquinamentis puram demonstrarent. Tabulae hujusmodi etiam diserte in Sacris Literis [d] & apud Josephum [e] memorantur. Ubi igitur ex hujusmodi tabulis aliisve testimoniis omni exceptione majoribus de legitimis puellae Israeliticae nec inquinatis natalibus satis liquebat, fidenter sacerdos, uti alius quicunque Israelita uxorem ducturus, rem peragebat. Et tabulis hujusmodi ac testimoniis, nisi fama, praesumptio, aut controversia de parentibus aliqua in contrarium interveniret, fides habebatur. Unde & aiunt, [f] כל המשפחות בחזקת כשרות הן עומדות, *De familiis quas rectas* seu *legitimas fuisse praesumebatur* aut *satis olim probatum est* (illustrioribus scilicet) *controversia non movenda.* At vero ubi suspicio de obscuriori aliqua suborta erat (ejusmodi vocant משפחה שקורא עליה ערור *familiam de qua oritur dubium*) Mamzeram aut ancillam, verbi gratia, fuisse inter parentes Israelitidis vel Levitidis ducendae, aut Mamzeram, ancillam, profanam, libertinam, aliamve sacerdoti non ducendam, inter parentes puellae quae sacerdoti in uxorem seligeretur, diligenter, antequam matrimonium contrahi volebant, sursum inquirebant de materno in puellae prosapia genere, ita tamen ut aliquantulo diversa esset inquirendi ratio, ubi puella erat ex genere sacerdotali, ab ea quae fiebat ubi ex genere erat sive Israelitico sive Levitico. Sic enim se nominibus distinguere solent, ut tametsi sanguine fuerint universi pariter Israelitae, nihilominus sacerdotes, Levitae ac Israelitae quasi tria faciant genera; Israelitis sic pro eo quod laicos vocitamus solummodo sumptis. Priori in specie, sursum inquirebant de octo in genealogia matribus; quatuor e puellae materno genere; totidem e paterno. Ubi autem e genere esset puella sive Israelitico sive Levitico, de quinta utrinque matre seu de atavia etiam inquirendum erat. Rem schemate exhibemus. Elizabetha hic puella est, quam, de familia ejus ac parentibus suspicione seu controversia exorta, ducturus est Josephus.



[a] Tit. Kidoschim cap. 3. in Talmud. Babylon. fol. 66. b. videsis etiam Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 8. & Misnam tit. Jabimoth c. 6. [b] Lib. 5. de Jure Naturali cap. 14. &c. [c] De Successione in Pontificat. lib. 2. cap. 2. [d] Ezra ii. 62. Nehem. vij. 5. & 64. [e] Contra Apionem lib. 1. alibique. [f] Gemar. Babylon. ad tit. Kidoschim cap. 4. fol. 76 b. Vide Maimonid. halach. I. i Bia cap. 19.

Verisimilius nempe habebatur in genere sive Israelitico sive Levitico quam in sacerdotali natalium maculam hic evitandam iri compertum. Ideo etiam de atavia seu matre quinta utrinque in eo inquirebatur. Si igitur in sacerdotali genere matres hae utrinque quatuor (ubi res in dubio erat) seu in Israelitico aut Levitico utrinque quinque reperiebantur fuisse, quales posteros non ita vitiabant, quin filia patris hujus legitima fieret uxor, sequebatur matrimonium; aliter (adhibitis quas statim damus, exceptionibus) ut quod profanaret genus sacerdotale seu Israelitico generi esset illegitimum, respuendum. Et in Sacris Literis [a] legitur, *Quaesierunt scripta seu libros genealogicos. Sed non sunt inventi. Ideo rejecti sunt a sacerdotio.* Proculdubio igitur & filiae eorum a sacerdotalibus nuptiis. Nam ibi suspicione seu in contrarium praesumptione aliqua orta, inquisitione res finiri nequibat ob tabularum genealogicarum majorumque seriei defectum. Cur autem de matribus duntaxat aviisque, id est, uxoribus, non de patribus avisque seu maritis, solennis ea fiebat inquisitio? Rationem reddunt [b] מפני שהאנשים כל עת שיריבו זה עם זה יחרף את חבירו בפסול שיש בייחוסו ואילו היה שם פסול היה נשמע אבל הנשים אין מחרפות בייחוסין *Eo quod viri quandocunque inter eos, ut fit, aliqua contentio exoritur, invicem exprobrare solent natalium maculas. Quare, ubi macula ejusmodi in eis erat, obscura esse nequibat* (unde nec famam nec suspicionem ibi, sine manifestissimis probationibus, quae patrem aut avum sine inquisitione ulteriori natalibus inquinatum ostenderent, locum habere volebant) *At foeminae natales suos invicem exprobrare non solent.* Illinc fieri eos saepius in obscuro fuisse, adeoque suspicioni ac famae obnoxios. Scilicet de patribus avisque palam satis constare semper praesumebatur. At vero in hujusmodi inquisitionibus saepius ob insigniorem patris avorumque dignitatem aut ministerium publicum, cujus rite capaces sine puris natalibus esse nequibant, inquirere de matribus superioribus aviisque desitum est. Ex hujusmodi nimirum dignitate aut ministerio, de eis quae sursum aliter erant inquirenda, res satis habebatur ex praesumptione certa. Verbi gratia, si in schemate superius allato, avus Elizabethae paternus ex genere sacerdotali, ad altare sacro usus fuisset ministerio, idque inter inquirendum liqueret non ultra de matre ejus seu Elisabethae proavia (nedum de abavia) inquirebatur. דכיון דבנה שמש על גבי המזבח בידוע שמיוחס היה, *Nam quoniam* (ut ait Rabbi Obadias Bartenorius [c]) *filius ejus ad altare ministrabat, palam est eam puris natalibus habitam.* Simili modo de avo Levita, de quo compertum est inter inquirendum de matribus, שהיה משורר על הדוכן, *Eum in locis Levitico ministerio propriis cantasse.* Nam si in matribus ascendentibus Mamzera aut ancilla fuisset, is plane non fuisset admissus. Eadem ratio ejus qui in synedrium magnum LXXI. virorum, aut minus aliquod XXIII. virorum fuisset cooptatus. Nam sanguine Israelitico eoque purissimo oportuit quemque fuisse in synedria ejusmodi cooptatum. Verba Misnae [d] sunt, אין בודקין לא מן המזבח ולמעלה ולא מן הדוכן ולמעלה ולא מן הסנהדרין, *Inquirendum non erat ab altari & sursum, nec a locis Leviticis, nec a synedriis.* Sed in Misna Talmudis Hierosolymitani praetermittitur illud de synedriis. Quin & minores dignitates hic enumerant, perinde ac si neminem ad eas obeundas rite potuisse admitti vellent, praeter eum cujus natales satis puri. Adeo ut sursum in matres inquirere esset inde supersedendum. Depravate etiam nimis in Talmude Hierosolymitano [e], tam Cracoviensis quam Venetae editionis, hac de re legitur, הנושא אשה כוהנת צריך לבדוק אחריה ארבע אימהות שהן שמונה אמה ואם אמה ואם אבי אביה ואמה ולויה וישראלית מוספין עוד אחת, *Ubi quis ducturus est puellam genere sacerdotali, oportet eum inquirere de quatuor ejus matribus utrinque, ita ut fiant octo; matre ejus, & matre matris ejus* (seu avia materna) *de matre patris patris ejus* (seu avi paterni matre) *de matre ejus, quibus adjicienda est insuper utrinque ascendendo unica alia, ubi puella fuerit ex genere sive Levitico sive Israelitico.* Matrum enumeratio quae se pessime sic ibi habet ad hunc modum ex Talmude Babylonio restituenda, אמה ואם אמה ואם אבי אמה ואמה ואם אביה ואמה ואם אבי אביה ואמה, *De matre ejus, & hujus matre* (seu avia materna) *avi materni matre & ejus matre* (seu proavia & abavia) *de patris matre & hujus matre, de avi paterni matre ejusque matre* (seu proavia & abavia.) Nec sane in egregiis illis tum Mosis Maimonidis [f] tum Obadiae Bartenorii, aliorumque magistrorum commentariis [g] sine mendis fit haec enumeratio. Inquirendae autem rationem hanc memorat Josephus, uti & alibi fusius [h] ostendimus.

[a] Ezra ij. 62. Nehemia vij. 64. [b] Maimonid. halach. Isuri Bia cap. 19. [c] Ad tit. Kidoschim cap. 4. §. 5. [d] Tit. Kidoschim cap. 4. in Talm. Babylon. fol. 76. a. [e] Tit. eod. cap. 4. §. 4. [f] Halach Isuri Bia cap. 19. [g] Ad Misnam tit. Kidoschim cap. 4. [h] De Success. in Pontificat. lib. 2. cap. 3.

CAP.

CAP. VIII.

De uxorum numero. Pontifici neutiquam unica plures, nec regi ultra octodecim ducendas. De sacerdotalium nuptiarum iterationis interdicto Levitico apud Tertullianum.

PRaestitutus uxorum numerus, adeo ut plures non essent ducendae (illuc enim instituti ratio deduxit) aut ex ipso jure Ebraeis civili habebatur, aut e majorum monitis seu consilio. Nam ex lege Noachidarum seu hominum communi, uxorum numerum minime alicui finiri volebant. Juris sacri a Numine illis dati interpretamenta reperiuntur apud Talmudicos, quibus nec pontifici maximo, nec regi uxores quot vellent seu pro libitu erant ducendae. Quod ad pontificem attinet; ex eo quod in praecepto de ejus uxore dicatur [a] אשה יקח *foeminam* (seu *uxorem*) *accipiat*, nempe singulariter, designari volunt unicam ei duntaxat ducendam. In Gemara Babylonia [b], הכא נמי כתיב אשה אחת ולא שתים, *Scriptum quidem est hic, uxor seu foemina una*, seu *singulariter, & non binae.* Unde etiam Maimonides [c] de pontifice, ואינו נושא שתי נשים לעולם כאחת שנ' אשה אחת ולא שתים, *Non omnino ei ducendae erant uxores binae simul; nam dicitur* (in lege de eo lata) *uxor* seu *foemina singulariter, & non binae* seu *plures.* Forte & hoc voluit Flavius Josephus, ubi μόνην γὰρ αὐτῷ, inquit [d], δέδωκε γαμεῖν παρθένον καὶ ταύτην φυλάττειν, *solam* seu *unicam ei concessit virginem ducere* atque *eam servare.* Id verti solet *solum virginem ducere concessit*; seu ut perperam Ruffinus [e], *huic soli dedit ducere virginem.* At vero legitur in Paralipomenis de Jehoiada pontifice, *Et fecit Joas* (*rex*) *id quod rectum erat in oculis Domini, cunctis diebus Jehoiadae pontificis* וישא לו יהוידע נשים שתים ויולד בנים ובנות, quod sonat *& duxit sibi* (seu ei) *Jehoiada uxores binas, & genuit filios filiasque.* Hellenistae ibi καὶ ἔλαβεν Ἰωδαὲ δύο γυναῖκας, *Et accepit Jodae binas uxores*, adjecto in exemplaribus nonnullis αὐτῷ, quod sane tam *ei* quam *sibi* potest denotare. Vulgata, *Accepit autem ei Joiada duas uxores.* Adeo ut ex diversa interpretatione pronominis לו quod tam *sibi* quam *ei* sonat, tam binas ibi uxores a pontifice regi desponsatas locus innuat, quam ab ipso sibi pontifice. Quin & Josephus uxores illas regis fuisse non pontificis diserte asserit [f], sed δόντος τοῦ ἀρχιερέως *conjugium conciliante pontifice.* Talmudici vero, licet unicam esse debuisse statuant pontificis uxorem, verba nihilominus illa sacra de pontificis non de regis nuptiis capiunt, atque ad hunc modum interpretantur [g] אפשר שיהוידע נשא זו אחר מיתת זו או גרושיה או שהיתה לו קודם שנתמנה להיות כהן גדול ולדעת הר'א ז'ל בכל ערב יום הכיפורים היה מגרש אחת מהן, *Intelligi potest Jehoiadam pontificem alteram earum, altera demortua, duxisse, aut divortio separata; aut alteram fuisse ei in uxorem tantum, antequam in pontificatum est evectus. Et, juxta sententiam Rabbi Abraham piae memoriae, pridie festi expiationum libello repudii semper earum alteram ejecit.* Certe ex eis quae magistri hi docuerant pronuntiavit Nicolaus Mongeorgius [h], *Seniores populi Israel praehabito maturo consilio ac deliberatione decrevisse magnum sacerdotem unica uxore fore contentum.* Etiam ex hac magistrorum de unica pontificis uxore sententia male accepta credibile est manasse illud Tertulliano singulare de sacerdotalium nuptiarum iterationis interdicto sacro: *Ecce*, inquit [i], *in veteri lege animadverto castratam licentiam saepius nubendi. Cautum est in Levitico: Sacerdotes mei non plus nubent.* Seu, ut in editione Rigaltiana, *nubunt.* Alibi item [k], *Prohibet lex, sacerdotes denuo nubere.* Atqui in Levitico alibive in Pentateucho, quacunque lingua lecto, ne vestigium extat interdicti ejusmodi, nisi ex eo quod ad pontificis duntaxat uxorem singulari numero memoratam & male acceptam attinet, perperam eliciatur. Nec solum sacerdotibus caeteris, verum etiam ipsi pontifici summo connubia iterare fas fuisse tam certum est, ut nihil certius. Scripsit autem Tertullianus librum utrumque quo jam dicta profert, ut Montanista ac adversus Orthodoxos, secundarum nuptiarum osor acerrimus. Numerus autem uxorum peramplus regi habebatur undiquaque legitimus, sed interim, uti volunt, certo praefinitus. Lex Sacra [l] de rege est, לא ירבה לו נשים, *Uxores sibi non multiplicet*; οὐ πληθυνεῖ ut Graeci ibi. Ratio item adjicitur ולא יסור לבבו, *ne avertatur cor ejus.* Vulgata ibi, *Non habebit uxores plurimas quae alliciant cor ejus.* Interdictum hic plane habetur de non multiplicandis regi uxoribus, sed de numero certo quem excedere non debuit rex, lex non loquitur. Is autem certus fit in receptis magistorum sententiis, atque uxoribus octodecim circumscribitur. In Misna [m] legitur לא ירבה לו נשים אלא שמונה עשרה ר' יהודה אומר מרבה הוא לו ובלבד שלא יהו מסירות את לבו ר' שמעון אומר אפילו אחת המסירה את לבו הרי זה לא ישאנה אם כן למה נאמר לא ירבה לו נשים דאפילו כאביגיל, *Non multiplicet sibi uxores ultra octodecim. Atqui licuisse ei eas multiplicare voluit Rabbi Jehuda, modo cor ejus non averterent. Quin ex sententia Rabbi Simeonis etiam unica quae cor ejus averterit ei ducenda non est. Si ita sit, cur dicitur, Non multiplicet sibi uxores? Certe multiplicandae non sunt, etiamsi fuerint velut Abigales.* Firmant, more suo, hunc numerum (nam quod habet hic, sive Rabbi Jehuda sive Rabbi Simeon, neque minuit neque auget numerum apud caeteros qui vetustissima hac de re traditione nituntur) ex ipsius Dei O. M. explicatione seu indultu de Davidis uxoribus. Illi fuere in Hebrone uxores sex [n]: Achinoama, Abigal, Ma-

[a] Levit. xxj. 13. [b] Ad tit. Jabimoth cap. 6. fol. 59. a. [c] Halach Isuri Bia cap. 17. & videsis Pet. Cunaeum de Rep. Hebraeorum lib. 2. cap. 3. [d] Lib. 3. cap. 10. [e] Lib. 2. cap. 24. 2. [f] Lib. 9. cap. 7. [g] In Magid. Misna ad hach. Isuri bia Maimonidis cap. 17. fol. 342. b. [h] In Codice de Mosaico & vetere jure enucleando pag. 161. [i] In Exhortat. ad Castitatem cap. 7. [k] De Monogamia cap. 7. [l] Deut. xvij. 17. [m] Tit. Sanhedrin cap. 2. Talm. Babylon. fol. 21. a. [n] 2 Samuel iij. 2. &c. 1 Paralip. iij. 1. &c.

hacha,

hacha, Chaggitha, Abhitala, & AEgla, quae eadem ipſa habetur nonnullis cum Michala, de qua ſupra. Nam quod Ithreamum AEglae filium fuiſſe, Michalam vero non habuiſſe prolem [a] uſque ad diem mortis ſuae legitur, id ita interpretantur illi [b], ut ipſo die mortis habuerit (Ithreamum ſcilicet) partuque obierit. Alii diverſas fuiſſe volunt. Adjicitur autem, Hieroſolymis Davidem uxores & concubinas ſibi junxiſſe plures; quod de octodecim capiunt e Nathanis prophetae verbis poſtea regi factis. *Et ait Nathan* [c] *ad David, Tu es vir ille; ſic dicit Dominus Deus Iſrael, Ego unxi te in regem ſuper Iſrael, & ego eripui te de manu Saul. Ego dedi tibi domum domini tui, atque uxores* ſeu [d] *foeminas domini tui* (AEglam & Rizpam intelligunt alii, alii aliter [e]) *in ſinum tuum, dedi inſuper tibi domum Iſrael & Jehuda. Et ſi parum eſt hoc* ואוסיפה לך כהנה וכהנה quod *adjiciam tibi multo majora* vertitur in Vulgata, προσθήσω κατὰ ταῦτα *adjiciam ſecundum haec* ſeu καθὼς ταῦτα *ſicut haec* Graecis interpretibus, & כאילין וכאילין *ſicut iſta & ſicut iſta* Chaldaeo; ſeu ut Judaeis Hiſpanienſibus *como eſtas y como eſtas.* Sed magiſtri intelligunt [f] perinde ac ſi fuiſſet dictum, *Adjiciam tot quot fuere & tot quot fuere;* ſeu *totidem & totidem.* Uxores nempe ſeu foeminas domini tui praeter alias ad numerum ſenarium tibi olim dedi, quod ſi parum videatur, adjeci etiam bis totidem unde octodecim conflantur. Gemara Babylonia [g] כהנה שית וכהנה שית דהוו להו תמני סרי, *Totidem ſex ſunt, & totidem ſex ſunt, ut ſcilicet octodecim indicarentur.* Fuere, ut fit, qui majorem ex loco illo numerum extrahere conabantur. Sed praefinitus quem diximus numerus receptiſſimus eſt. Inde paraphraſtes ille, Jonathanis nomine circumlatus, ipſam Legem Sacram ita reddit [h] לא יסגון ליה נשין על תמנסרי, *Non multiplicet ſibi uxores ultra octodecim.* Legem autem ac numerum hunc tam de concubinis capiunt quam de uxoribus. Nimirum rite ſumi a rege ſibi foeminas octodecim ſive uxores ſive concubinas. Ita ut genus utrumque octodecim non excedat. Gemara Babylonia [i] ad locum illum Samuelis [k] *Et accepit David concubinas & uxores,* adjicit illud factum eſſe למלויי שמונה עשר *ut impleretur numerus octodecim.* Hinc eſt quod habet Moſes Maimonides [l] לא ירבה לו נשים מפי השמועה למדו שהוא לוחק עד י"ח נשים בין הנשים בין הפלגשים הכל י"ח, *Ex eo quod legitur,* Non multiplicet ſibi uxores, *docetur tamen licuiſſe regi accipere ſibi octodecim ſive uxores ſive concubinas, ita tamen ut ſimul octodecim non excederent.* Sed earum quamcunque divortio ſeparare ejuſque loco aliam ducere rite eum potuiſſe ait idem ipſe. Et Moſes Cotzenſis [m], רבו' אמרו על פי הקבלה בפ' כהן גדול שמותר לישא עד שמנה עשר נשים בין נשים בין פלגשים, *Rabbini noſtri aiunt ex cabala* ſeu *majorum traditione in capite de pontifice ſummo* (qui locus eſt ſupra e Miſna & Gemara Babylonia citatus) *licuiſſe regi ducere uxores uſque ad octodecim, ſive ſcilicet revera uxores eſſent ſive concubinae.* Certe Rehoboamo regi octodecim fuere [n] uxores, ipſiſſimus quem volunt magiſtri numerus. Sed praeterea, ſexaginta concubinae, ut ſacrae teſtantur literae. Triginta tantum concubinas ei ait fuiſſe Joſephus, contra fidem originis Ebraicae ac Graecae Latinaeque verſionis, quibus cunctis ſexaginta habentur. Sed de uxoribus appoſite ille. Εἶχε, inquit, [o] τὰς μὲν νόμῳ συνοικούσας αὐτῷ γυναῖκας ὀκτωκαίδεκα, *habuit lege ſibi conjunctas* (ut vertit Ruffinus) *ſeu legitimas uxores octodecim,* qui Talmudicorum numerus eſt. Atqui legitur in Eutychii Annalibus de Ibzane Judice;

وكان له ثلثين ولد ذكر ثلثين بنتا وثلثين زوجة

Et erant ei triginta filii & triginta filiae & triginta uxores; quod ex male acceptis ſeu perperam memoratis verbis ſacris [p] natum eſt, quibus uxores illas filiis ſuis eum accepiſſe, non ſibi, palam eſt. De concubinis, qua ſive regem ſive ſubditos ſpectabant, conſulas, ſi de eis plura velis, quae alibi [q] de earum atque uxorum diſcrimine afferimus. Et de praeſtituto uxorum numero e magiſtrorum ipſius Legis Sacrae interpretamentis hactenus.

CAP. IX.

Polygamia; & monita & conſilia de uxorum numero quaternario non excedendo. Is numerus in Mahumedanorum legibus etiam praefinitus. Temporale de binis ſimul non ducendis interdictum. Alia ad Polygamiam Ebraeorum attinentia.

QUemadmodum ex ipſius Legis Sacrae interpretamentis pontifici ac regi numerum praeſtituunt uxorum, ita e majorum conſilio & monitis, interdum etiam non ſine poena excommunicationis atque anathematis, unicuique reipublicae Iſraeliticae civi. Verum quidem eſt eos regulariter maximi facere obſervationem praecepti de multiplicando humano genere in Geneſi dati, uti etiam alibi [r] oſtendimus. Quin & aiunt Talmudici [ſ] כל אדם חייב לישא אשה כדי לפרות ולרבות וכל ישראל שאינו עוסק בפריה ורביה כאלו שופך דמים וממעט דמות וגורם לשכינה שתסתלק מישראל, *Nemo eſt hominum qui non obligatur ad uxorem ducendam, ut creſcat & multiplicetur genus humanum. Etiam & quicunque Iſraelita* (modo vir revera fuerit) *li-*

[a] 2 Sam. vi. 23. [b] R. Chaſda in Gem. Babylon, ad tit. Sanhedrin cap. 2. fol. 21 a. ſed & videſis R. D. Kimchium ad 2 Sam. vi. 23, & ad cap. xij. & 8. de utraque. [c] 2 Sam. xii. 7. [d] Vide infra cap. 10. [e] Vide Gemar. Hieroſolymit. ad tit. Sanhedrin cap. 2. fol. 20. col. 2. hal. 3. [f] Gloſſ. ad Deut. xvii. 17. & hoc citat. Bartenorius ad Miſnam, alii. [g] Ad tit. Sanhedrin cap. 2. fol. 21 a. [h] Deut. xvii. 17. [i] Ad tit. Sanhedrin fol. 21 a. [k] Lib. 2. cap. 5. 13. & vide cap. 15, 16. [l] Halach. Melakim cap. 3. [m] Praecept. Negat. 222. & videſis V. Cl. Guil. Schikart. de Jure Ebraeorum regio cap. 3. theorem. 9. [n] 2 Paralip. xj. 21. [o] Lib. 8. cap. 3. [p] Judic. xij. 9. [q] De Succeſſ. in bona cap. 3. & de Jure Naturali lib. 5. cap. 7. [r] Lib. 5. de Jure Naturali cap. 3. [ſ] In Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 1. Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth cap. 6. fol. 64 a.

beris

beris operam non det (fed exceptio habetur de eunuchis a fe factis propter regnum coelorum; de quibus nos alibi [a]) *eſt velut homicida. Quin & ſimilitudinem* (qua creatus eſt homo) *minuit, atque in cauſa eſt, ut majeſtas divina* ſeu *Spiritus Sanctus ab Iſraele recedat.* Etiam & illud habent de univerſis, praeter regem & pontificem, receptum; נושא אדם כמה נשים על אשתו והוא דאית ליה למיזיינינהי, *Ducere cuique licet quotcunque pro libitu uxores, modo habeat unde alantur,* ſeu ut alii [c] והוא דאיפשר ליה למיקם בסיפוקיהו, *Modo habeat quae eis ſufficiant.* Unde Maimonides [d] נושא אדם כמה נשים אפילו מאה בין בבת אחת בין בזו אחר זו ואין אישתו יכולה לעכב והוא שיהיה יכול ליתן שאר כסות ועונה כראוי לכל אחת ואחת, *Licet homini ducere quot voluerit uxores; etiam centum, idque ſive ſimul, ſive alteram poſt alteram. Neque impedire poteſt eum uxor ejus* (quam ante habuerit) *modo ſcilicet ei ſuppetat, quo ſingulis victum, veſtitum ac debitum conjugale praeſtet.* Nihilominus non defuere qui ex ipſa lege etiam binas uxores Iſraelitam ſimul retinere fas non putarent. Rabbi Ami [e], כל הנושא אשה על אשתו יוציא ויתן כתובה, *Quiſquis uxori uxorem ſuperinduxerit, oportet eum priorem divortio ejicere cum dote.* [f] Alii etiam ex illa de binis ſororibus lege idem probare volebant. Sed velut haereticos hoſce explodebant magiſtri, nec numerum e lege praefiniri volebant. Ne tamen deeſſet certus hic aliquis finis, quo praeſcripto quamplurimis, quae numeroſam uxorum catervam ſequerentur, incommodis domeſticis viri degerent immunes, ideo ita monebant ſapientes, quaternarium uxorum numerum a nemine (praeter regem) excedendum, ut qui contra faceret imprudens nimium atque majorum conſilio monitiſque inobſequens haberetur. Numeri ratio habetur e tempeſtiva ſeu menſtrua debiti conjugalis praeſtatione, quam infra [g] oſtendimus. Quin & hoc velut majorum praeceptum memorat Maimonides; ſic enim ille [h], צוו חכמים שלא ישא אדם יתר על ארבע נשים אע״פ שיש לו ממו הרבו, *Praeceperunt ſapientes, ut nemo duceret plures quam quatuor uxores, tametſi eſſet opulentiſſimus.* Scilicet tametſi ita opulentia abundaret, ut victum cuilibet & veſtitum, quotcunque haberet, commodiſſime poſſet praeſtare; ne tamen debitum conjugale rite non ſolveretur aut minueretur (juxta ea quae infra dicentur) numerum tunc nolebant excedi. Quod vero hic ille velut praeceptum memorat, ab aliis nuncupatur tantum עצה טוב: *conſilium* [i] ſeu *monitum bonum.* Certe in pluralitate illa uxorum, quae apud Orientales atque Africanos [k] Chriſtianiſmum nondum amplexos tot ſeculis obtinuit, etiam & numerus hic quaternarius reperitur. Mahumedes in Alcorano [l],

فانكحوا ما طاب لكم من النسا مثنى

وثلاث ورباع فان خفتم الا تعدلوا فواحدة

او ما ملكت ايمانكم ذلك ادنى ان لا تعولوا

Accipiatis ſeu ducatis pro libitu uxores ſive binas ſive trinas ſive quaternas. Quod ſi timueritis, ne poſſitis aequo jure agere, etiam & unicam, aut ex eis in quas veſtrarum dextrarum poteſtas eſt (ex ancillis.) *Hoc inſtitutum mihi eſt, ut non inique agatis.* Ancillarum permittit concubinatum ſeu potius contubernium, utpote quibuſcum ex jure Mahumedico civili juſtae nuptiae iniri nequeunt, uti ibi paraphraſtes optimus Mahumedes Ben Achmed; qui etiam locum illum capit & docet intelligendum eſſe de uxorum ſimul habendarum numero quaternario praefinito; ولا تزدوا علي ذلك *neque hunc excedatis.* Id autem quod vertimus, *ne poſſitis aequo agere jure,* explicat ille, فيهن بالنفقة والقسم *cum illis in iis quae ſingulis ſunt diſtribuenda.* Paulo poſt etiam inſtitutum hoc expreſſim ait eſſe de نكاح الاربعة فقط او الواحدة او السرية *accipiendis quatuor tantum* (id eſt aut intra hunc numerum) *aut unica aut concubina.* Retinenſis ibi, *Niſi timueritis eas nullatenus pacificare poſſe. Tunc enim vel unam, vel quod ſua manus caſtigare quiverit, ducat.* Nec melius Guilielmus Poſtellus [m], *Et niſi timueritis, ne pacifice una regere poteritis, quot poterit edomare potentia veſtra.* Sed peſſime Arivabenius Italus; *E finalmento quanti vi baſti l'animo manutenere e contentare e tenere in pace.* Ille autem more ſuo, quod e ſermone Retinenſis Latino perperam transferebatur, pejus reddidit. Neque ſolum hi ſed & alii, iique viri doctiſſimi, praeter mentem legiſlatoris illius per tanta orbis terrarum ſpatia dominantis, locum illum vertunt. Sed in lingua Alcoranica [n] phraſis illa *quas dextrae veſtrae gubernant* (aut id quod idem ſonat) non raro pro ancillis ſumitur. Quin Poſtellus ibi, *Haec eſt,* inquit, *ſententia legiſlatoris, quam etſi interpretes moderantur ad quaternarium numerum* [o], *tamen eſt arbitraria, & ita eſt in uſu apud magnates.* At vero Mahumedi ipſi uxores, ut aiunt alii, fuere undecim [p], ut alii quatuordecim [q]; quod mirum non eſt, cum non ſolum quotcunque vellet ipſe, ſed & qualeſcunque, etiam conſanguineas, ſibi inter privilegia ſeu jura ſibi ſingularia haberet (ſi ipſi fides) indultas [r]. Undenam vero duodecim uxores ex jure Mahumedico permitti didicerit Sep-

[a] Lib. 5. de Jure Naturali cap. 16. [b] Rabba in Gem. Babylon. tit. Jabimoth cap. 6. fol. 65 [a]. [c] Alpheſius ...rt. 2. fol. 425 [a]. [d] Hal. Iſhoth cap. 14. [e] Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth cap. 6. fol. 65 [a]. [f] Videſis J. Dru...m ad Difficil. loca Levit. cap. 61. & Peſiktha Zotertha fol. 24. col. 1. [g] Lib. 3. cap. 6. [h] Hal. Iſhoth cap. 14. ...n Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 1. §. 9. & vide Gem. Bab. ad tit. Jabimoth cap. 4. fol. 44 [a]. [k] Ptolemaeus in Tetrabi... lib. 2. alii. [l] Azoar. 4. in Latin. 8. [m] De Orbis Concordia lib. 2. cap. 12. pag. 178. ſed & vide eum ibid. cap. 10. & ...deſis Guil. Schickart. de Jure Ebraeorum regio cap. 3. theor. 9. [n] Maxime Azoara 33. Arab. 43. Lat. quam vide. [o] Vide... Petrum Alfonſum adverſ. Judaeos tit. 5. in Biblioth. Patrum tom. 12. part. 1. pag. 380. & Bellon. Obſervat. lib. 3. cap. 10, & 17. ... Lib. Aſſamail apud Ph. Guadagnolum in Apolog. pro Chriſt. Religione tract. 2. cap. 7. §. 1. & cap. 10. §. 3. [q] Anonym. de ...is vita Alcorano ſubjuncta, cap. de pudicitia ejus, videſis Guil. Poſtell. de Orbis Concordia lib. 2. cap. 10, & 12. [r] Azoar. Arab. ... verba habes apud Phil. Guadagnolum in Apolog. tract. 2. cap. 5. §. 3. & Guil. Poſtell. de Orbis Concordia lib. 2. pag. 217.

temcastrensis, nondum mihi est compertum. Neque verius est id quod alii [a] habent de numeri libertate non cohibita, ex alio Alcorani loco male intellecto. Latina citant; *Mulieres vobis subjectas penitus pro modo vestro, ubicunque volueritis, parate.* Inde numerum indefinitum eliciunt. Atqui Arabica sunt [b] نساوكم حرث اكم فاتوا حرثكم اني شيتم *Uxores vestrae sunt aratura vobis*, seu *ut ager colendus, cui pro libitu inseratis*; seu ut reddit e Richardo Monacho Demetrius Cydonius αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἄρουραι ὑμῶν· ἀρωτριάσατε ἐν αὐταῖς ὡς ἂν βούλεσθε, quod idem sonat. Euthymius Zygabenus vertit, ναετὸς ὑμῶν· εἰσέλθετε εἰς τοὺς ναετοὺς ὑμῶν, ὅθεν βούλεσθε, *habitaculum vestrum. Intrate in vestrum habitaculum undicunque vultis.* Certe & in Mahumedanorum commentariis حرث hic explicatur per محل زرعكم الولد *habitaculum seminis vestri* seu *prolis.* Sed ad uxorum numerum res non omnino attinet. Quod vero diximus de quaternario apud Ebraeos uxorum numero, erat id quod generatim & regulariter in monitis & consiliis majorum obtinebat. Nam accessit interdum exceptio, ubi pro re nata atque ex circumstantiis loco & tempori peculiaribus, ii qui ex ipsis rebus suis praeerant, aliter se rem habere volebant: nempe, numerum illum minui. Aiunt enim etiam & unicam duntaxat ex praecepto quodam temporali τῷ Rabbenu Gamalieli tributo, quod nec ubique obtinuit, ducendam fuisse; idque non violandum sine poena excommunicationis & anathematis. Etiam & ubi ex more loci plures Ebraeis conjuges jungi non soleant, ibi nec plures a quopiam rite duci. Rabbi Joseph Karo [c] במקום שנהגו שלא לישא אלא אשה אחת אינו רשאי לישא אשה אחרת על אשתו ר״ג החרים על הנושא על אשתו אבל בובמה לא החרים וכן בארוסה ולא פשטה תקנתו בכל ארצות ולא החרים אלא עד סוף האלף החמישי, *Ubicunque loci mos obtinuerit, ut uxor ducatur tantum unica, non licet aliam uxori superinducere. Rabban Gamaliel etiam anathemate interdixit, ne quis uxori aliam superinduceret, nisi tantum ex lege de ducenda fratria fratri sine liberis demortuo superstite. Quod idem obtinere voluit etiam in sponsalibus. Sed constitutio ejus passim vim non habuit. Nec ultra finem chiliadis quintae interdictum hoc obtinere voluit.* Id est, ultra finem annorum mundi chiliadis quintae, juxta Ebraeorum calculum. Ea autem finem habuit anno Christi 1240. Et pro vario locorum [d], seculorum, hominum commodo vis ejusdem interdicti aut recepta mansit, aut rejecta est. Quin adjicitur citatis e Josepho Karo verbis, טוב לעשות תקנה בחרמות ונידויים על מי שישא אשה על אשתו, *Bonum est, ut anathemate atque excommunicatione vetaretur, ne quis uxori alteram superinduceret.* Etiam & illud habent [e], neutiquam in diversis provinciis seu regionibus longius invicem dissitis quempiam singulas habere uxores debere שמא יזדווגו הבנים זה לזה ונמצא אח נושא אחותו ואדם גדול ששמו ידוע וזרעו מפורסם אחריו מותר, *Ne scilicet inde eveniat, ut liberi earum matrimonio* (inscii) *conjungantur, adeo etiam ut frater sororem ducat. Caeterum viro illustri cujus nomen notissimum & posteri clari hoc licitum est.* Nam ibi id quod alias de liberis verentur, locum non habet. Quae omnia ex consilio, monitis, aut praescripto eorum, qui pro tempore & loco praefuerint, non e Legis Sacrae interpretatione manarunt; qua nullum praestitui uxorum numerum, est sententia receptissima. Ita tamen ut ubi ex ejusmodi temporali praescripto plures uxores simul ducere non liceret, cogendus esset maritus qui plures duxerat, omnes praeter unicam divortio ejicere. Neque uxorum pluralitati vetustiorum seculorum omnino obstat, quod legitur in historia Ruthae autoribus gravissimis ita interdum explicata, perinde ac si vindex ibi, seu is cui jus proximum haereditatis ex lege [f] redimendae competeret, & juri suo cessisset & Ruthae nuptias (sine quibus, ne deficeret prorsus Machlonis mariti ejus demortui nomen, nolebat forum in quo res ibi agitur redemptionem fieri, idque proculdubio, ex jure, quod tunc obtinebat, aliquo singulari) ideo respuisset, quoniam jam antea uxorem haberet. Cessionis formula in sermone sacro [g] ita tantum se habet, *Non possum uti jure propinquitatis seu redimendi, ne minuam seu corrumpam haereditatem meiipsius.* Sed ibi paraphrastes Chaldaeus, לית אנא יכיל למפוק לי על דאית לי אתתא לות לי רשו למיסב אוחרניתא עלהא דילמא תהי למצו בבתי ואהא מחבל ית אחסנתי פרוק לך את ארום דלית לך אתתא ארום לית אנא יכיל למפרוק, *Ego non possum mihi redimere, quoniam jam ante mihi uxor est. Neque licet mihi aliam ei superinducere, ne inde rixa in domo mea oriatur, ac ne laedam possessionem meam. Redime igitur tu, quoniam tu neutiquam uxorem habes, & ego redimere nequeo.* Et in Midrash Ruth [h], fingitur Boazus dixisse vindici seu redemptori, *Si non redimes, indica mihi, ut sciam, nec dicas,* יש לי אשה ויש לי בנים הריני כונסה לתוך ביתי ע״מ שלא אזקק לה כיון ששמע הגואל כן אמר ודאי דהיא אולת רות, *Esse tibi jam uxorem aut prolem, teque eam in familiam tuam libenter recepturum, ea tamen conditione, ut matrimonio tibi non conjungatur. Quod cum audiret redemptor, palam respondit, Abeat igitur Rutha,* id est, ut explicat ibi R. Isachar Ben Nephthali רות הלכה לה ממני כי לא אוכל לגאול אותה עם נחלתה, *Abeat a me, discedat Rutha, quoniam nequeo ego ipsam simul cum haereditate ejus redimere.* Quin Flavius Josephus [i] redemptorem ait & haereditatem & Rutham Boazo renuntiasse, συγγενεῖ μὲν ὄντι καὶ αὐτῷ τῶν τελευτηκότων, εἴη δὲ καὶ γυναῖκα λέγων αὐτῷ καὶ παῖδας ἤδη, *Utpote ei qui etiam cognatus esset defunctorum, atque adjecisse, sibi liberos jam ante esse & uxorem.* Quae verba tamen postrema ac si ad Boa-

[a] Nicolaus de Cusa in Cribrat. Alcorani lib. 2. cap. 19. [b] Azoar 2. [c] In Shulcan Aruch, lib. Aben haaezer cap. 1. §. 10 & vide Arba Turim. cod. tit. cap. 1. [d] R. Moses Iserles in Addit. ad Shulcan Aruch loco citato. [e] Shulcan Aruch ibid. cap. 2 §. 11. [f] Levit. xxv. 25. [g] Ruth iv. 6. [h] Parascha 7. fol. 49. col. 1. [i] Archaeolog. l. 5. cap. 11. videsis lib nostr. de Success. in bona, c. 15.

zum

zum, non ad priorem redemptorem attinuissent, & λέγοντι pro λέγων legisset, vertit vetus interpres Ruffinus: *At ille inquit Booz & haereditatem & uxorem cessit, quum & ipse cognatus esset defuncti, qui & uxorem jam se habere dixisset & filios.* Certe si Ibzan, qui judex erat Israelis, non alius, a Boazo esset (ut quidem volunt Ebraeorum magistri [a] celebres) satis numerosa etiam, ei erat proles, nimirum triginta filii, filiaeque totidem. Caeterum redemptori anonymo vides hic uxorem jam ante ductam in causa haberi, cur alia non acciperetur. Sed vero recte intuenti, non jus aliquod unicam duntaxat ducendi aut plurium simul consortii interdictum aliquod respiciunt veterum verba quae attulimus, sed domestica tantum incommoda, veluti procaces inter lares rixas, difficiliorem liberorum jam susceptorum educationem, victusque, aucta familia, praestationem, haereditatis distractionem, id genus alia quae cordate in animo habuisse redemptorem, qui Ruthae nuptias hic respuit, aequum satis est ut credamus. Quin ad verba ejus illa, *Ne minuam aut corrumpam haereditatem meiipsius*, interpretatur Salomon Jarchius haereditatem meiipsius, quod est נחלתי, per זרעי *semen meum*, seu *posteritatem meam*. Nam semen, seu liberi etiam *Domini haereditas* [b] appellantur. Quasi dixisset, ait ille, ne labes inde posteritati meae contrahatur, ducta in uxorem Moabitide (qualis Rutha erat) quum gentis ejus [c] nuptiae nobis interdicantur. Sed vero etiam hoc sensu hallucinatum esse ait Jarchius, uti & vetustiores [d] multo alii, redemptorem, dum legem illam de Moabitide non ducenda, juris recepti imperitus intelligebat. Nam ex receptissima sententia, de sexu hic distinguunt. Ammonitas & Moabitas ab Israelitidum nuptiis lege ea arceri volunt, non Ammonitidas aut Moabitidas (de proselytis harum gentium loquimur) ab Israelitarum. Qua de re, plura nos alibi [e]. Duravit apud Ebraeos polygamiae sive usus sive jus, absque ullis, praeter ea quae memorantur sive interdictis sive temperamentis, a principibus Christianis adjectis, usque ad tempora Theodosii, Arcadii & Honorii A A A. quorum rescripto, ad Infantium orientis comitem dato, [f] sancitum est, ne deinceps (annus erat reparatae salutis humanae CCCXCIII.) quis *Judaeorum morem suum in conjunctionibus retineret, nec juxta legem suam nuptias sortiretur, nec in diversa sub uno tempore conjugia conveniret.* Unde illud in Synopsi Basilicon, [g] Κατὰ τοὺς κοινοὺς Ἰουδαῖοι γαμείτωσαν νόμους, *Juxta leges communes Judaei matrimonia contrahunto.* Certe vicennio circiter ante Valentinianus Augustus (si Socrati fides) legem tulerat, [h] ὥστε ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ δύο νομίμους ἔχειν γυναῖκας, *Ut cuilibet pro libitu fas esset duas habere uxores.* Ipse nempe Justinam Severae superinduxerat. Hoc ne contra legem facere videretur, eam ita novari voluit, tum Christianismi de nuptiis scita tum mores majorum [i] nimium impugnans. Ita scilicet Socrates qui sub annum post Valentinianum hunc septuagesimum scripsit. Quin & legem hanc de binis simul uxoribus προτίθησι, inquit, κατὰ πόλεις, *singulis in civitatibus promulgavit.* Socratem hic secuti sunt Cassiodorus in Historia Tripartita [k], Paulus Diaconus [l] (qui tamen Graeca male vertens ait eum *legem protulisse per civitatem dispositam*, quasi Romae eam solum obtinuisse voluisset) Nicephorus Callistus [m], recentiorum alii. Zonaras item aliique tantum binarum ejusdem simul uxorum non legis meminere. Sed vero ob egregiam rei insolentiam, & quoniam non omnino reperitur in autoribus aetatis illius reliquis (veluti Ammiano, Zozimo, Orosio, patribus item Christianis, qui de re matrimoniali toties disputant) in quibus si ita se res revera habuisset, vix credibile est eos silentio eam praetermisisse, ideo ut fabulam seu figmentum plane rejiciendum pluribus contendit Baronius [n], nec magis binas ejusdem simul uxores illas, quam ipsam ejusdem legem de pluribus simul uxoribus ducendis admittens. Hodie vero apud Europaeos Judaeos, veluti, qui Italia ac Germania degunt, infoecundae uxori alia, prolis gratia, idque, non sine pontificis Romani indulto interdum superinducitur, quod ex R. Leonis Mutinensis, Venetiis archisynagogi, de moribus Ebraeorum libello seu *Historia de gli riti Hebraici* didici: manu scripto scilicet illo; quem [o] alibi uti & virum praestantissimum qui mecum communicavit, memoro. Nam in codice Parisiis [p] dudum impresso, id quod de pontificis Romani indulto hic habetur, consulto ut videtur est dispunctum. Et quod de polygamia ibi in ejusdem archetypo olim legebatur, id est, in exemplari meo fideliter in Italia transscripto, ita [q] se habet: *Gl' è lecito pigliar piu d' una è quante moglie vonno, pure in Italia è Alemagna non usano pigliare piu d' una se non in caso che non habbia con la prima figlioli, che si conosca che lo faci per questo, e in Italia hanno usato chiederno licenza e pigliare dispensa del Papa.* Et sane ab exemplari meo haud paucis nec momenti levioris discrepat editio illa, cui & Ebraica quibus saepius utitur Leo passim desunt. Sed de vetitis ob uxorum numerum conjugiis diximus.

CAP. X.

Qualenam ob dignitatem regiam, tum regi tum viduae regiae, conjugium sit vetitum.

OB dignitatem regiam (quae proxima est causa hic vetiti conjugii) tum regis viduae seu reginae, sive regi superstiti, sive ab eo divortio ejectae, tum regi ipsi conjugia aliquot interdicebantur; ex majorum scilicet scitis. Regis vidua nemini, saltem subditorum, rite nubebat. Misna; [r] אין נושאין אלמנתו ר׳ יהודה

[a] Salom. Jarch. & David Kimchi ad Judic. 12. 9. [b] Psalm. cxxvij. 3. [c] Deut. xxiij. 3. [d] Midrash Ruth Parash. 7 fol. 49. col. 1. & 2. [e] Lib. 5. de Jure Natur. & Gent. cap. 14. [f] Lib. 7. C. de Judaeis & Caelicolis, ubi vide Dionys. Gothofredum. [g] Lib. 1. tit. περὶ Ἰουδαίων. [h] Socrates Hist. eccles. lib. 4. cap. 26. [i] Lib. 2. C. de Incestis & Inutilib. nuptiis. [k] Lib. 8. cap. 11. [l] Hist. 12. [m] Lib. 11. cap. 33. [n] Annal. tom. 4. anni 370. §. 125. [o] Lib. de Successionibus, in Bona cap. 14. [p] Anno 1637. in 8vo. [q] Historia de gli riti Hebraici part. 4. cap. 2. §. 2. [r] Tit. Sanhedrin cap. 2.

אומר נושא המלך אלמנתו של מלך. שכן מצינו בדוד שנשא אלמנתו של שאול שנ' ואתנה לך את בית אדוניך ואת נשי אדוניך בחיקך, *Nemini regis viduam ducere licet. At Rabbi Jehudae ſententia eſt, regem regis viduam ducere rite poſſe. Nam & Saulis viduam duxit David, quod ſcimus ex eo quod dicitur* [a], *Dedique tibi domum domini tui, & uxores* (ſeu *foeminas*) *domini tui, in ſinum tuum.* Sed de ſententia hac Rabbi Jehudae plura ſtatim. Gemara item Hieroſolymitana [b]; אין נושאין לא אלמנתו ולא גרושתו של מלך על שם ותהיינה צרורות עד יום מותן אלמנות חיות, *Nec viduam regis, nec eam quam divortio ejecerat rex, cuiquam ducere licet, unde etiam neceſſe eſt, ut ad ſupremum diem vitam ſine nuptiis hae tranſigant.* Atque ut nec equo regis, nec ſceptro, nec corona aliiſve rebus regiis, ſubdito uti licuit [c], ita nec ſervis ejus nec ancillis. Sed res ejuſmodi univerſae, praeter ſupellectilem in funere regio [d] ex more comburi ſolitam, ad regem qui ſucceſſit tantum attinebant. At vero de vidua regis, qua ſucceſſorem ſeu regem alium ſpectabat, diſſenſus eſt inter magiſtros. Sunt enim qui exceptionem faciunt, juxta illud quod Rabbi Jehuda ſuperius vult. Nempe regis viduam regi alteri rite nupſiſſe, tametſi non ſubdito cuiquam. Expreſſim ad Miſnam illam Rabbi Obadias Bartenorius; הלכה כרבי יהודה בהא, *Sententia hac in re Rabbi Jehudae recepta eſt,* cui etiam alii aliquot adſtipulantur. Sed vero receptius multo eſt, nec regis viduam, ob dignitatem, regi alteri rite fuiſſe ducendam. Maimonides [e], אשתו של מלך אינה נבעלת לאחר לעולם אפילו המלך אינו נושא אלמנתו או גרושתו של מלך אחר, *Ea quae uxor eſt regis, alteri nunquam eſt ducenda. Quin nec rex rite ducit viduam alterius regis ſeu divortio ab eo ejectam.* Alii tantundem. Et quod habet R. Jehuda ex Sacris Literis de Davide, ita interpretantur, ut non Saulis uxores ibi deſignentur, ſed, uti aiunt [f], נשים הראויות לו והמותרות לו, *foeminae* (ex aula) *quae nuptiis Davidis idoneae ac legitimae fuere.* Hinc erat ut lege illa [g] de fratria fratri ſine liberis demortuo ſuperſtite ducenda viduae regum haberentur ſolutae. Quin & reges ipſos, dignitatis cauſa, eadem ſolutos habebant. Miſna [h] המלך לא חולץ ולא חולצין לאשתו לא מייבם ולא מייבמין לאשתו ר' יהודה אומר אם רצה להלוץ או לייבם זכור לטוב אמרו לו אין שומעין לו, *Rex nec calceo extracto renuntiat uxori demortui ſine liberis fratris. Neque alii id faciunt uxori ejus. Ex lege illa nullam ducit. Neque ex lege illa conjunx ejus vidua nubit. Et tametſi voluit R. Jehuda regem nihilominus pro ſuo arbitratu poſſe ſive renuntiare ſive fratriam ducere, idque rite ſatis fieri, reſponſum eſt ei, id non permittendum.* Etenim regula erat, neminem ex illa lege in virum accipiendum, niſi cui renuntiare fas itidem fuiſſet, exceptione una & altera admiſſa; de qua capite duodecimo. Renuntiaſſe autem turpe nimis dicebatur regi, dignitatique ejus non tolerandum. Nam in renuntiationis ſolennibus (de quibus mox) ſputum & calcei detractio erat: quorum regiae dignitati neutrum ſatis habebant conſonum. Unde ad illud Rabbi Jehudae jam e Miſna citatum Gemara Hieroſolymitana [i] אם את אומר כן נמצאת פוגם כבד המלך, *Si ita vis, plane dignitatem regiam minuis.* Et Bartenorius [k], גנאי הוא לו שיחלוץ וירקה בפניו, *Turpe fuiſſet & rege indignum, ſi calceus ejus ita extraheretur, & foemina renuntianda coram eo ſputum ejiceret.* Adeo ut fratriae conjugium (ubi frater ſine liberis demoreretur) caeteris, niſi ſolennis intercederet renuntiatio, imperatum, regi, dignitatis cauſa, illegitimum haberetur. Certe quod Ebraei ita de regum viduis ſtatuere, id voluit etiam Mahumedes de ſuis. Sic enim loquitur [l], وما كان لكم ان تؤذوا رسول الله ولا ان تنكحوا ازواجه من بعده ابدا ان ذلك كان عند الله عظيما, *Vobis permiſſum non eſt injuria afficere apoſtolum Dei, nec ducere uxores ejus quas reliquerit omnino. Ne ita gravis nimis ſit veſtrum apud Deum contemptus.* Ad quod annotat Philippus Guadagnolus [m], *Unde uxores Mahometi poſt ejus mortem in viduitate tabeſcere coactae ſunt; fueruntque numero novem ipſi Mahumeto ſuperſtites.*

CAP. XI.

Conjugium iteratum uxoris divortio ejectae ſeu repudiatae, ob ſecundas ejus ſive nuptias ſive ſponſalia, unde pollutionem contrahi decernebant, marito priori vetitum. Meretricis item conjugium, apud Joſephum, interdicto Moſaico prohibitum.

DE divortio ejecta uxore Lex Sacra eſt. Si ſecundus qui eam duxerit vir [n], *Coeperit eam odio habere, & ſcripſerit ipſe ei libellum repudii, tradenſque in manum ejus dimittat eam de domo ſua; aut ſi vir ille poſterior mortuus fuerit, qui illam duxit uxorem, non poterit maritus ejus prior, qui illam a ſe dimiſit, reverti & recipere eam ſibi in uxorem* (אחרי אשר הוטמאה μετὰ τὸ μιανθῆναι αὐτήν ut Graeci ibi) *poſtquam illa polluta eſt: nam abominatio eſt in conſpectu Domini;* ſeu ut Vulgata, *quia polluta & abominabilis facta eſt coram Domino.* De loco hoc plura

[a] 2 Sam. xii. 8. [b] Ad tit. Sanhedrin cap. 2. col. 1. hal. 3. [c] Maimonides hal. Melacim, cap. 2. [d] Videſis Guil. Schikart. de Jure Regio, cap. 6. theor. 19. [e] Halach. Melacim cap. 2. & vide R. Jom. Tob. in Comment. Bartenor. ad tit. Sanhedrin cap. 2. §. 2. & Gemaram Hieroſolymitanam ad tit. Sanhedrin cap. 2. fol. 20. col. 1. hal. 3. [f] Gemar. Babylon. ad tit Sanhedrin cap. 2. fol. 19 b. & gloſſ. ibid. Moſes Mikotzi Praecept. Affirmat. 116. videſis R. David Kimchi ad 2 Sam. iii. 2. [g] Deut. xxv. 9. [h] Tit. Sanhedrin, cap. 2. Moſes Maimonides hal. Melacim cap. 2. Moſes Mikotzi Praecept. Affirmat. 116. [i] Ad tit. Sanhedrin cap. 2. fol. 20. col. 1. hal. 3. [k] Ibid. [l] Azoar. 33. in Arabico. [m] In Apolog. Tract. 2. cap. 10. §. 3. [n] Deut. xxiv. 3.

in libris sequentibus. Sed vero ex hac lege divortio ejectam atque alteri nuptam priori marito non recipiendam esse videmus, tametsi secundae nuptiae fuerint sive morte sive divortio solutae. Rationem petunt magistri ex verbis illis, *postquam illa polluta est*, seu e pollutione contracta. Scilicet pollutam fuisse aiunt, planeque ex hac lege priori marito interdictam, si sponsalia secunda inierat, tametsi [a] nec cum novo sponso coivisset, nec in thalamum fuisset deducta. Nec discrimen hic faciunt inter nuptias secundas & secunda sponsalia, aut inter prioris mariti nuptias & sponsalia. Adeo ut uxoris divortio ejectae & sponsae repudiatae par omnino hic esset ratio. Quin ex ipsis duntaxat hic sponsaliis secundis tantam contrahi aiunt pollutionem, ut minime ita polluta haberetur ex stupro post divortium commisso. Nam constuprata rite satis priori marito redux nubebat. Joseph Karo [b] ad veterum mentem, המגרש את אשתו ואחר כך זינתה מותרת לחזור לבעלה אבל אם נתקדשה לאחר וגירשה או מת אסורה לחזור לראשו, *Si quis uxorem divortio ejecerit, quae postea constuprata fuerit, fas est ei rursus eam accipere. At vero si alteri fuerit nupta, cui aut divortio fuerit ejecta aut superstes, ad priorem maritum redire ei non licet.* Quae omnia de justa uxore seu sponsa capienda sunt, & non de minore, cujus sponsalia aut irrita, aut nondum perfecta, seu ejusmodi aliis, de quibus plura in sequentibus. Uxorem ita alteri post divortium desponsatam marito priori illicitam fuisse firmat Jeremias [c] propheta. Tantum autem abest Mahumedem, qui saepissime Ebraeorum simia est, hic eos imitari, ut cum divortia liberrime permittat, ejectamque semel iterumque utcunque aliis sponsalibus implicatam resumere, uxorem etiam velit tertium ejectam priori marito, si sola fuerit, rite copulari; ita tamen, [d] ut tertium ejecta non redeat, nisi alteri ante reditum nupserit, aut commista fuerit. Quod immane quantum hic ab Ebraeorum placitis discrepat. Atque ita intelligendus est anonymus, qui in Mahumedis Rebus, eum permisisse ait [e] qualibet etiam ex causa uxorem repudiare, *sed non nisi prius alteri viro jungatur, eam revocare.* Habet etiam Josephus [f] interdictum, velut Mosaicum, de meretrice seu prostibulo non in uxorem ducendo. Verba sunt inter leges apud eum nuptiales, Ἐπὶ μηδὲ ἡταιρημένης εἶναι γάμον, ἧς διʼ ὕβριν τοῦ σώματος τὰς ἐπὶ τοῦ γάμου θυσίας ὁ θεὸς οὐκ ἂν προσοῖτο. *Neque meretricis sint nuptiae* (Gelenius, *neque meretrici sit us nuptiarum*) *cujus propter injuriam suo corpori factam nuptiale sacrum Deus non admittit.* Ruffinus; *Sed neque fornicariae sequendae sunt nuptiae, pro quibus corporis injuriis nuptiales hostias non suscipit summa divinitas.* Sed unde nam ille hanc habuerit legem, aut τὰς ἐπὶ τοῦ γάμου θυσίας (si hostias nuptiis proprias verbis illis velit innui) nondum habeo compertum. Et de nuptiis vetitis haec hoc loco sufficiant. Aliae erunt id genus inter imperatas opportunius explicatae; de quibus proxime.

CAP. XII.

De conjugio fratriae leviro, ubi frater sine liberis demortuus est, imperato. Ea de re interpretamenta illustriora magistrorum.

IMPERATUM conjugium, ob prolem pristino marito suscitandam, visitur in Lege illa Sacra [g], qua temperatur interdictum de fratria ducenda, quod habetur inter leges [h] de incestu. *Si habitaverint fratres simul, & mortuus fuerit unus eorum absque prole, non nubet uxor defuncti foras viro extraneo. Sed levir ejus ingrediatur ad eam, & capiat eam in uxorem, & praestet officium leviri, & erit primogenitus quem pepererit, surget nomine fratris ejus defuncti, ut non deleatur nomen ejus de Israel.* Sed in imperato hoc, vetitum etiam, quod quidem aliter fieri nequit, contineri nemo non videt. De fratre qui superstitum est primogenitus (sed modo inferius explicato) intelligunt magistri, & de germano, seu eodem patre genito duntaxat, non de uterino, quod alibi [i] ostendimus, praeter alia ad hanc legem attinentia, quae iterare hic foret nimis intempestivum. Advertendum autem est, Talmudicorum sententiam illam [k] receptissimam, qua fratres uterinos ad hanc legem non spectare docent, planissime adversari eis, qui, in D. N. Jesu Christi genealogia, Jacob & Heli uterinos fuisse fratres asserentes, alterum alterius sine liberis demortui uxorem ex hac lege sumpsisse contendunt. Id quod etiam Julius Africanus [l] affirmat, se a Desposynis seu ipsis qui juxta carnem Christo cognati fuere, didicisse. Sed ea de re variae sunt Christianorum patrum sententiae [m], quae huc non spectant. Jam vero aiunt [n] magistri non ex lege ipsa fuisse, ut levir cum fratria more aliquo solenni iniret matrimonium, quoniam, nisi renuntiatio intervenirer, pro leviri uxore habebatur, velut מן השמים *Ex ipsius Numinis autoritate* & praescripto, seu divinitus, idque tam ubi sponsa esset demortui quam justa uxor. Attamen ex receptis moribus matrimonium cum fratria contrahebat regulariter levir coram duobus minimum testibus, idque dato nummulo. Et contractum hunc vocabulo solenni מאמר seu *collocutionem* vocabant. Neque ante hujusmodi contractum licitus habebatur cum ea, ex majorum institutis, concubitus. Quin & accessit sacra nuptiarum benedictio & instru-

[a] Gem. Babylon. ad tit. Jabimoth, cap. 1. fol. 11 b. Maimonid. hal. Girushin, cap. 11. & 10. Moses Mikotzi Praec. negat. 82. videsis b. 3. cap. 14. sub finem. [b] Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 10. §. 1. [c] Cap. iii. 1. [d] Azoar 2. & videsis Demetrium Cydonium c. 8. & Ph. Guadagnolum in Apolog. Tract. 2. cap. 7. §. 1. [e] Alcoran Lat. subnexus. [f] Lib. 4. cap. 8. Deut. xxv. 5. [h] Levit. xviij. 16. [i] De Success. in Bona cap. 14. [k] Gem. Babylon. tit. Baba Bathra fol. 111. a. Hach. Gedaloth, num. 31. Moses Mikotzi Praecep. Affirm. 51. [l] Apud Euseb. Hist. Eccles. lib. 1. cap. 7. adde Damascen. de Fide Orthodox. lib. 4. cap. 15. [m] Videsis Sixt. Senens. Biblioth. sanct. l. 7. haeres. 2. Baron. in Apparatu, Pet. Galat. de Arcanis Catholicae eritatis lib. 6. cap. 7. praeter Scriptores in D. Matthaei & Lucae initia, &c. & Christoph. Helvici Genealogiam Christi. [n] Maimonai. Jebom Vechalitza cap. 1. &c. Misna & Gem. tit. Jabimoth, Bartenor. Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 156. &c. Moses Mikotzi raec. Affirm. 51. Halach. Gedaloth. cap. 31. unde habentur hic congesta,

mentum dotale; ut infra loco suo [a] habetur. At vero si levir praetermissis his solennibus cum ea rem habuerat, non exigebatur quidem, ut contractus tunc adhiberetur aliqua formula; sed ob contumaciam in instituta majorum, verberibus plexus cogebatur ei dotem constituere. Integrum autem erat leviro sive fratriam ducere sive ei renuntiare. Neque enim aliter est ei imperatum. Verba quae sequuntur sacra sunt; *Et si vir ille noluerit capere uxorem fratris sui, ascendat affinis ejus* (fratria) *ad portam dicatque senioribus, Recusat levir meus suscitare fratri suo nomen in Israel, nec vult me habere. Et advocantes eum seniores civitatis suae loquentur cum eo, & si perseveraverit, dixeritque, Non placet mihi ut capiam*, &c. *Accedet illa ad eum in conspectu seniorum, & extrahet calceamentum ejus de pede ejus, spuensque coram eo* (ita τὸ בפניו intelligunt ibi; non in faciem ejus, ut vulgo accipitur) *respondeat dicens, Sic fiat viro qui non aedificat domum fratris sui, vocabiturque nomen ejus in Israel domus ejus cui exutus est calceus*, seu *discalceati*. Atque ita regulariter se res habuit. Sed exceptiones quamplurimae ex receptissimis legis interpretamentis manarunt, quas inter singularia non pauca ad legem illam spectantia exhibemus. Si prior maritus prolem reliquerat, tametsi mamzerem aut apostatam, lege hac non tenebatur vidua fraterve superstes. At tenebantur licet filius ei fuisset ex ancilla seu gentili susceptus. Nam proles ejusmodi pro suo non habebatur. Si fratria gravida relicta abortum fecerat, lege tenebatur. Sed partus in hac specie vivus matrem liberabat; ita tamen (sic voluere qui rebus praeerant) ut certo constaret tempus eum novimestre in utero perfecisse. Qua de re si esset incertum, tunc a spatio vitae res dijudicabatur. Superstes partus ejusmodi triginta diebus liberabat matrem. At mortuus sive in utero sive intra illud tempus, sive ex morbo aliquo casuve alio, pro abortu dubio habebatur, proleque dubia. Ideo hac in specie, id est, dubii causa, renuntiandum quidem voluere a leviro, nec eam in uxorem ab eo capiendam. Si ante partum gravidae fuisset renuntiatum, iteranda erat post partum renuntiatio. Quoniam חליצה המעוברת אינה חליצה, *Renuntiatio gravidae pro nulla* seu *irrita habebatur.* Scilicet renuntiatio legitima non erat nisi tempore intra quod fratria in uxorem rite poterat, si omnino, capi. Quod illicitum, dum gravida erat. Atque ut satis constaret, utrum gravida relicta esset, ex more usque ad diem nonagesimum seu tempus trimestre completum expectandum erat. Interea prioris mariti bonis, sed ita ut accederet etiam opificii sui, si quod erat, pretium, alenda fuit. Neque renuntiatio neque nuptiae ex hac lege interim admittebantur. Proselytorum fratres filiive ita hac lege tenebantur, si בקדושה seu *in sanctitate* parentum tam concepti quam nati essent. Aliter enim fratres invicem in jure Ebraico non habebantur; juxta ea quae de proselytorum regeneratione in libris de Jure Naturali observavimus. Viduarum ejusdem mariti plurium, si una a superstite fratre sive caperetur in uxorem sive renuntiaretur, caeterae lege hac liberae erant. Verba sacra sunt, *qui non aedificat domum fratris sui.* Ut unica domus aedificetur non plures jussit lex. Sic rationem reddunt. Hac vero in specie obtinuit, ut ubi inter eas aliae essent sacerdotalibus nuptiis idoneae, aliae minime, veluti proselytae, profanae, libertinae, his tantum renuntiare liceret (si nollet cunctis renuntiare) atque illas sibi capere. Ne scilicet illarum, ex renuntiatione dum alias sibi accipiebat, conditionem sic vitiaret, ut sacerdotali generi rite nequirent conjungi; juxta superius ostensa. Hoc nimirum ex institutis majorum accessit. Pluribus fratribus demortuis, sine prole, relictis uxoribus singulis, frater superstes arbitrio suo aut omnes sibi capiebat, aut renuntiabat omnibus, aut una & altera pro libitu sibi captis, caeteris renuntiabat. Defuncti fratris bona alienare [b] leviro vetitum. Si ante renuntiationem alius quis fratriam duxerat, remque cum ea habuerat, verberibus uterque plectebatur. Quin interdicto eis vitae consortio, levir ei solenni more renuntiabat; quo facto, aliis ei nubere (temperamento de leviri qui renuntiarat propinquis, de quo infra, semper adhibito) erat liberum. Si ducere fratriam renueret levir primogenitus, ante quam fiebat solennis renuntiatio, quam etiam in sequentibus ostendimus, caeteri qui fuere fratres ordine suo cuncti rogabantur (nam hoc modo ad cunctos lex attinebat) qui si itidem renuerent, ad primogenitum revertebatur quaestio, cui dictum מצוה עליך או חלוץ או יבום, *Ad te attinet praeceptum; aut igitur renuntia more solenni, aut ut affinis hic cape eam tibi in uxorem.* Nec cogebatur levir fratriam ducere; sed renuntiare cogebatur, ne aliter fratriae liberum non esset aliud inire conjugium. Ubi plures erant leviri, quorum primogenitus fratriam sibi ex hac lege petebat, integrum non erat fratriae alium sibi eligere, ob primogeniti hic praerogativam. At si primogenitus se fratriae professus fuisset, nec ducturum se eam, nec renuntiaturum, & ad fratrem secundum eam relegasset, integrum erat ei sive tertium, sive quartum, sive secundum pro suo arbitratu eligere. Nam in hisce praerogativa nulla. Et nisi omnes respueret, pristinarum nuptiarum dote non multabatur. Quae scilicet poena erat hic fratriae contra legem hanc quacunque in specie respuentis. Si autem primogenitus qui eam duxerat, prole ex ea non suscepta, moreretur, superstitum primogenitus, atque ita caeteri, quoties ea viro cui fratres superstites essent, esset superstes, ex hac lege ei aut mariti fiebant [c] aut renuntiabant. Caeterum frater alius ad has nuptias admittendus non erat, praeter eum qui tempore saltem fratris demortui obitus luce fruebatur. Firmant sententiam eam receptam verbis illis; *Si habitaverint fratres simul & mortuus fuerit unus*, &c. Ex eis qui habitaverint simul, nequit esse is qui post obitum fratris fuerit natus. Arcebatur igitur sub poena excisionis & nomine incestus frater ejusmodi a fratriae nuptiis, non aliter ac si liberos reliquisset demor-

[a] Lib. 2. cap. 2. & cap. 10. [b] Maimonides hal. Ishoth cap. 22. Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 168. §. 3. [c] Sepher Siphri fol. 52. col. 208. D. Matth. xxii. 24. D. Marc. xii. 19.

tuus.

tuus. Quamplurimas habent alias pro more suo de hac lege subtilitates, quas praeterimus. Sed de illustrioribus quae huc attinent exceptionibus, atque de receptis sententiis, quibus plurimarum personarum, qua hanc legem spectabant, nuptiae ex majorum institutis interdicebantur, monere erit forsan operae pretium. Quomodo ob dignitatem regiam, sive reges sive eorum viduae, uti & pontifices hac lege solverentur, jam supra est ostensum. Fratrum autem aliorum, erant alii quibus nec jus competebat ducendi hic fratriam nec renuntiandi sive שאין להם זיקה כלל, *quibus non erat ulla omnino in fratriam potestas*; velut eunuchus a natalibus & hermaphroditus. Etenim finis erat legis, ut proles susciperetur, cui rei hi a natalibus impares habiti. Ideo per hosce liberum erat fratriae alibi nubere. Atque in hisce sane leprosus [a] ac oris faetore aliisve pollutus rebus, ob quas uxori fas habebatur repudium exigere, ut infra docetur. Aliis fratriam quidem ducere permissum est, sed ei non renuntiare, veluti surdo, fatuo, minori. In hisce enim, judicium quo in renuntiatione utendum, desiderabatur. Sed in uxorem capiebant tantum hi coitu, atque eo solo nuptiae hic perficiebantur. Aliis renuntiandum erat, sed fratria non omnino ducenda, veluti castratis, senibus capularibus, sive quibus generandi, sed non a natalibus, deerat facultas. Etiam & genitalibus obstructis. Quod itidem dicendum de sacerdote gregario leviro, ubi fratria sive repudiata ante, sive ab aliquo ante renuntiata, aut profana, aut scortum esset. Tunc enim plane renuntiandum erat, quia nuptiae cum eis illicitae, ut alibi ostenditur. Quin & distinctionem hic de fratriis adhibent magistri [b] quadruplicem. Aliae ducendae erant, sed non solenni more renuntiandae; veluti fatua ac surda, quas tamen postea libello repudii (ut alias pro virorum arbitratu, etiam & hac lege ductas) ejicere licuit. Ob defectum autem rationis, qua in ipso renuntiationis actu etiam fratriae utendum erat, renuntiari hae nequibant. Aliae tam renuntiari rite quibant quam duci; quales omnes illae, ad quas singularis aliqua exceptio non attinet. Aliae erant nec renuntiandae nec ducendae, utpote quae ad legem hanc non attinere censebantur. Hujus generis fuere eunuchi a natalibus, hermaphroditi, fatui, minoris uxor, virago sterilis quam אילונית nuncupant, atque ea quae incestus nomine seu turpitudinis revelatione, sub excisionis poena, leviro alias interdicta est. Ad eunuchum scilicet & hermaphroditum nolunt pertinere illud legis, *ne deleatur nomen ejus*, cum veluti per se species sint ab humano genere alienae, quae nec ei nominis propagationem omnino conservandae. Viraginem etiam excipiunt, quia generationi impar. Qualisnam ea fuerit alibi [c] ex eorum commentariis descripsimus. Uxor fatui & minoris excipitur, quia lex de uxore loquitur quae omnimodo uxor aut sponsa sit. Sed horum nuptias et sponsalia ob rationis defectum adeo imperfecta habebant, ut uxor seu sponsa perfecta dici ea nequiret. Interdictas autem in Levitico incestus nomine (id est, ערוה) etiam in hac lege locum habere nolunt, quoniam verba sunt, *Et capiat eam in uxorem*; quod de ea intelligendum, quae aliter in uxorem capi potuisset, excepta duntaxat fratria de qua lex ipsa diserte lata. Aiunt scilicet de foemina incestus nomine interdicta אין לו בה לקיחין *matrimonialem contractum non omnino posse cum ea iniri*; non magis ac cum alterius uxore. Contractum planissime esse irritum. Et de fratria hic; ינמה מי שראויה לליקוחין וקידושין תופסין בה היא זקוקה ליבם, *Fratria quae duci rite queat ex hac lege ea est, quae nuptialis contractus est capax.* Ubi vero capax non erat nec potuit contractu nuptiali omnino conjungi, ibi nec renuntiationis usum fuisse voluere. Nam ubi nec vestigium juris, ibi nec renuntiationi locus idoneus. Et demum alias fuisse seu generis quarti aiunt, quae duci non debebant, sed tamen solenni formula erant renuntiandae; veluti fratria divortio dubio a fratre demortuo separata: ne scilicet contra legem de incestu committeretur. Nam si revera divortio esset ejecta, ad hanc legem non pertinuit, sed ad eam de incestu. Hujus generis erant item omnes, quarum nuptiae non incestus nomine seu sub poena excisionis [d] vetantur, sed tamen vetantur interdictis aliis sive negativis, ex eis quae vocant איסורי לאוין seu *negationis nota* expressim in Sacris Literis *insignita* (ut vidua pontifici [e], repudiata, profana, scortum sacerdoti gregario seu minori, mamzera [f] Israelitae, id genus aliae) sive איסורי בעשה, seu *negativis ex affirmationis nota natis* (ut proles foeminea AEgyptiorum [g] Idumaeorumque primae & secundae generationis) sive majorum scitis, ut secundariae, de quibus supra. Rationem afferunt מפני שיש בהם ליקוחין הואיל וקידושין תופסין בהם הרי הם זקוקות ליבם, *Quoniam hae quidem duci quibant; & cum capaces essent nuptiarum* (contractus scilicet nuptialis) *etiam leviro jungi.* Si verba nimirum praecepti de fratria ducenda tantum spectemus; quae strictius sumpta, quum affirmativa sint, negativa illa quae excisionis poenam non habent, satis temperasse videri volunt, adeoque eis abrogasse, ut nuptiae cum hisce ex hac lege saltem viderentur licitae; utcunque non essent plane irritae, sed divortio solvendae. Atque aiunt כל מקום שאתה מוצא עשה ולא תעשה יבא עשה וידחה את לא תעשה, *Ubicunque reperis praeceptum affirmativum & negativum* (scilicet simpliciter negativum) *affirmativum derogat negativo.* Quod regulariter dictum, ita tamen hac in specie temperatum est a majoribus, ut ne in negativum illud ex hujusmodi legis interpretatione temere committeretur, atque ut, quantum fieri potuit, similis sui semper nuptiarum ratio servaretur, foemina ratione ex negativorum illorum aliquo illicita & secundaria quaelibet, alias item ex ipsa Lege Sacra licita sed ex institutis majorum interdicta, etiamsi fratria esset, leviro non minus sane ac quae incestus nomine prohibita est, arceretur, nec tamen alibi (quod incestus nomine prohibitae fas erat) nuberet ante leviri renuntiationem. Etenim e

[a] Gem. Babylon. ad tit. Cethuboth cap. 7. fol. 77. a. Maimonid. halach. Ishoth cap. 25. [b] Maimonides halach. Jebom vechalitza, p. 6. [c] De Successionibus in Bona cap. 9. [d] Ut in Levitic. xviij. [e] Levitic. xxj. 7. 13. & 14. [f] Deut. xiij. 2. [g] Ibid. vers. 7. & 8.

nudis

nudis Legis Sacrae verbis tantum habebatur in fratriis, quae negativis illis duntaxat vetabantur leviro juris, ut niſi cederet primo levir, reae ipſae viderentur, ſi alibi nuberent. Et de renuntiatione (qui actus erat arbitrarius) ii qui rebus praeerant pro libitu potuiſſe ſtatuere, receptum eſt. Etiam & ſi fratria negativis illis illicita a leviro duceretur, cogebatur is a foro divortio eam ejicere. Quoniam ſcilicet matrimonium haud irritum, tametſi illicitum, habebatur. Adeo autem nihili erat jus leviri aut veſtigium juris in fratriis, quae inceſtus nomine ei interdicebantur, ut e priſtini ſeu alterius juris vi, ſine renuntiatione ab aliis licite duci poſſent. Quod idem ipſum obtinuit, ubi inceſtus nomine quaepiam interdicta eſſet fratri demortuo; ratione jam dicta. Nam ejus uxor revera non erat, unde nec fratri ſuperſtiti ex hac lege ducenda. Ubi vero in dubio eſſet, an fratria inceſtus nomine ſive marito mortuo ſive leviro eſſet vetita, renuntiatio, eo quod in dubio res erat poſita, ut fieret neceſſum erat. Manifeſta item adultera, quae ante mariti obitum divortio non eſt ejecta, neque renuntiabatur, neque ex hac lege a leviro ducebatur ob immunditiem ex adulterio [a] contractam. Scilicet ex receptis moribus habebatur velut inceſtus nomine prohibita, ſaltem non diſpari jure cenſenda; cujus ratio in ſequentibus, ubi de adultera,[b] ejuſmodi agitur, liquidius conſtabit.

CAP. XIII.

De fratriis eodem in conjugio copulatis cum foemina leviro, ſive inceſtus nomine ſive ex negativo ſimplici praecepto ſive ex majorum inſtitutis, interdicta. Et de fratriae, cui renuntiatum eſt ex Lege Sacra, propinquis, non minus ac ſecundariis, prohibitis.

EGregium igitur erat ex majorum inſtitutis diſcrimen inter fratriam inceſtus nomine leviro interdictam, & eam quae negativis, ſine exciſionis poena, praeceptis, quae ſuperiore capite memoravimus, interdicebatur. Quinetiam ut illa tam renuntiatione quam nuptiis hiſce plane immunis ex lege erat, ita &, ejuſce cauſa, erant immunes pariter caeterae viduae demortuo fratri cum ea junctae. Quoties ſcilicet plures uxores is reliquiſſet. Neque hae ſolum, ſed & ejus harumque cauſa, quaecunque poſtea cum illarum aliqua cuicunque leviri fratri ſine liberis demortuo eſſent nuptae. Uxores illas alias ſeu ſimul eidem marito antea junctas, reſpectu ejus de qua loquuntur צרותיה vocant [c] ſeu *cum ea copulatas*. Verbi gratia, Simeoni, cui fratres ſunt Ruben & Levi, uxores copulantur binae. Altera Maria Rubenis filia. Nam neptem ex fratre rite quis in uxorem ad eorum placita ducebat. Altera Jochabeda ex alia familia qualicunque. Moritur Simeon ſine prole. Hac in ſpecie, non ſolum Maria, utpote inceſtus nomine interdicta, ſed & Jochabeda quae ei copulata erat & צרת ערוה ſeu *copulata ei quae inceſtus nomine vetita eſt* vocatur, & quotquot eſſent viduae aliae in eodem cum Simeone conjugio copulatae, a nuptiis alias ex hac lege imperatis Rubeni pariter ſunt liberae. Nec magis permiſſum erat ejuſmodi in ſpecie Rubeni Jochabedam aut viduarum illarum aliam quam Mariam ſui filiam ducere. Rationem reddunt, quia legis [d] verba ſunt, *Qui non aedificet domum fratris ſui.* His innui volunt legem tunc vim obtinere tantum, quando poteſtas erat leviro integra in domum ſeu familiam defuncti totam ſeu in viduas ejus pariter cunctas, adeo ut pro libitu ex ea, jure leviratus, capere poſſet quamcunque vellet, etiam ſimul omnes, juxta jam oſtenſa. Quoniam igitur hic Maria inceſtus nomine Rubeni prohibita eſt, ideo & caeteras univerſas itidem aiunt e majorum interpretamentis ei itidem prohibitas. Unde evenit ut fas eſſet fratri proximo, ſcilicet Levi, ſive Mariam neptem ſuam ſive Jochabedam Mariae copulatam, ex eadem lege ducere. Utraque ſcilicet Rubeni interdicta. Jam vero, eligit ſibi Levi Jochabedam, atque alia etiam uxore ſuper inducta ſine prole moritur, adeo ut nunc de Rubene quaeſtio oriatur, an demortuo Levi fratri ſemen ex harum alterutra ſit ab eo ſuſcitandum. Non magis hic Legem Sacram ad eum attinuiſſe volunt, quam in ſpecie priore. Ratio eſt צרת ערוה פוטרת צרתה, *Quia copulata ei quae inceſtus nomine interdicitur* (veluti Jochabeda) *etiam & ſibi copulatam lege liberabat.* Quale itidem fiebat quotcunque fratres Rubenis (ſi plures habuiſſet) ſine liberis mortui Jochabedam aliis uxoribus copulatam reliquiſſent. Atque ſi, alterutra in ſpecie, Ruben earum aliquam duxerat, inceſtus reus habitus fuiſſet; utpote qui fratriam adverſus Legem de inceſtu Sacram duxiſſet, neque hac de fratria ducenda niti potuiſſet. Nam ubi defuit hujus ſingularis obrogationis vis, ut altera illa de inceſtu ſeu fratria ſimpliciter non ducenda locum haberet neceſſum erat. Atque hoc eſt, quod in ipſo limine tituli Talmudici *Jabimoth* legitur. חמש עשרה נשים פוטרות צרותיהן וצרות צרותיהן מן החליצה ומן הייבום עד סוף העולם *Quindecim ſunt foeminae quae perpetuo liberant non ſolum ſibi copulatas, ſed & copulatis copulatas tum a renuntiatione tum a nuptiis leviri.* Atque ibi enumerantur e Levitico. Regulariter autem haec dicuntur. Nam exceptiones non deſunt. Nimirum ſi inceſtus nomine leviro interdicta fuiſſet ſterilis virago, aut ſi defunctus ante mortem ejuſmodi quampiam divortio ejecerat, nedum ſi ante eum demortua fuerat, tunc copulatarum non alia quam aliarum quarumcunque viduarum ratio habebatur. Res manifeſta eſt de divortio & morte. Et de viragine ſterili aiunt, האילונית אינה בה יבום וחליצה הרי זה כמו שאינה ונפלה זיקתו על צרתה בלבד, *Virago ſterilis foemina ejuſmodi non eſt, ut ad eam attinere poſſit lex iſta de leviri ſive nuptiis ſive renuntiatione. Etenim velut nulla habetur. Adeoque jus illud totum, quod ad eam hic videri*

[a] Numer. v. 13. [b] Lib. 3. cap. 13. & 14. [c] Miſna & Gemarae tit. Jabimoth cap. 1. Maimonid. hal. Jebom vechalitza cap. 2. & 6. Bartenorius ad Miſnam, &c. Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 174. &c. [d] Deut. xxv. 9.

queat

ıucat ſpectare, in ſibi copulatam cadit. Caeteum de copulatis hujuſmodi jus locum habebat ıullum, ubi non inceſtus nomine ſed ex praeceporum quae diximus [a] negativorum ſine exciſionis ıoena adjecta, interpretamentis aut e majorum ıſtitutis tantum (ut ſecundaria) altera viduarum eviro interdicebatur. Cum hujuſmodi quapiam opulatarum eadem quae aliarum quarumcunque ratriarum, qua ſcilicet ſive renuntiatio ſive nupiae ex hac lege ad eas attinebant, ratio habita. Magiſtri ; שתי יבימות הבאות מבית אחד שהיתה אחת מהן שנייה על היבם או מחייבי לאוין או מחייב עשה הרי צרתה מותרת וחולצת או מתייבמר, *Ubi ratriae ſunt binae ex una domo, quarum altea leviro aut ſecundaria eſt, aut interdicta leiro ſivè praeceptis* (ſine exciſionis poena) *negaivis, ſive eis quae ex affirmatione ſunt negatia ; copulata ſeu altera rite ſive ducitur ſive enuntiatur.* Nempe hic rationem de poteſtate ntegra atque parili in totam familiam fratriarum quam adhibent ut diximus in lege de inceſtu atue hac de fratria ducenda conciliandis) obtinere ıolunt. Atque haec pendebant omnia ex eorum ui rebus praeerant arbitrio. Quemadmodum utem ſecundariae, ex inſtitutis majorum, ſunt nterdictae, ut ſub initium hujus libri monſtratum ſt, ita etiam huic legi de fratria ducenda acceſſeunt de ſecundariis aliis ſententiae receptiſſimae. cilicet ubi levir fratriam ex lege hac ſemel duxrat, huic ante copulatae qualeſcunque, id eſt, uxres caeterae fratris demortui, velut ſecundariae, i interdicebantur. Nec modo ipſi, ſed & caeeris defuncti fratribus. Scilicet ut uxores leviro mplices duci nequibant, utcunque jure leviratus lias permiſſae. Quin & ubi renuntiarat levir, on ſolum ipſa cui renuntiatum eſt, ſed etiam aeterae omnes eidem copulatae, tum ipſi qui reuntiarat tum leviris caeteris ſic interdictae ſunt. cilicet ita hac de fratria ducenda lege ſingulari, iunt legi de inceſtu fratriae latae eſſe obrogatum, t demortui ſine prole fratris viduae univerſae ıbi alio inceſtus nomine non vetarentur) ea lierae eſſent. A majoribus igitur cautum eſſe, ım ut fratriae caeterae (ubi una a leviro, lege mel impleta, ducta eſt) tum ut omnes, ubi reuntiatio unica fiebat, a ſimplicibus levirorum uptiis abſtinerent. Etiam & poſt renuntiatioem, fratriae cui renuntiabatur propinquae, veıti mater, ſoror, filia, non minus interdictae ſunt viro ipſi qui renuntiarat (ſed non fratribus caeris) ac ſi in uxorem eam cepiſſet. Simili moɔ & leviri propinqui, veluti pater, frater, filius atriae renuntiatae ſunt interdicti, perinde ac ſi ea ſi nupſerat. Nimirum ex ipſa Lege Sacra ſinılares (quoties impedimentum non interveniret) uptias ſine ſolennibus aut alia contractus formu- fieri hic ſtatuebant, quae renuntiatione, veluti vortio, ſolvebantur. Adeo ut diſſimilis renunatae ab ea quae uxoris erat divortio ſeparatae ıtio non haberetur. Acceſſit etiam foeminam ıae propinquae ejuſmodi renuntiatae copulata erat, on minus interdici leviro qui renuntiarat, atque ipſi fratriae copulatam. Ratio adjicitur, שמחלפה בצרת חלוצתו, *Quoniam pro copulata renuntiatae ſeu vice ejus habetur.* Magiſtrorum autem aliqui טעם וסודו, *Cauſam & myſterium* ſingularis hujus fratriae & leviri conjugii etiam ex metempſychoſis qualis Pythagorica eſt (nam eam uti & legem hanc [b] ipſam vetuſtioribus receptam fuiſſe volunt) neſcio qua opinione petendam [c] contendunt. Ad quos lectorem libentius ablego. Renuntiatio vero toties memorata peragi ſolebat formula jam proxime indicanda.

CAP. XIV.

Renuntiationis leviri ſeu calcei ei exuendi coram presbyteris ſolennia ac formula. Quid אנפיליא *ſeu* אמפיליא *Talmudicis, id eſt,* τὰ ἐμπίλια *Heſychio & Philoxeno ac impilia Ulpiano in Pandectis Florentinis & Plinio, adeoque & Graecis & Latinis. Obiter item de Odonibus & voce Imperia pro ſupellectilis parte in Pandectis eiſdem.*

SOLENNIA renuntiationis a leviro ac fratria peragenda erant coram triumviris [d] minimum ut judicibus, iiſque optimo jure Iſraelitis, ſeu natalibus puriſſimis, id eſt, ex Iſraelitico genere tam materno quam paterno natis, neque omnino aliis, ut ſcilicet plerumque recipitur. Nam nec defuere qui proſelytum in judicibus hiſce locum habere potuiſſe legitimum exiſtimarunt. Iſti *presbyteri* ſeu *ſeniores* Talmudicis ſunt, quorum in lege [e] hac de re mentio & de quibus plura capite proximo. Neceſſario adfuere item bini minimum alii ut teſtes. Comparebant tum levir tum fratria, ſed jejuna. Illa rem integram aperiebat. Quaeſtione tunc facta, an trimeſtre effluxiſſet tempus a morte mariti prioris, atque an levir germanus eſſet, monebant judices de lege ipſa aliiſque aliquot ſuperius narratis, item ut ſerio utrinque de aetate, ſi ita ſe res haberet diſpari reliquiſque, ſi quae intervenirent manifeſta, incommodis conſiderationem inirent. Et demum expreſſim rogabatur levir, utrum fratriam vellet ducere & ſemen fratri defuncto ſuſcitare. Eo renuente, fratria ſacra in Deuteronomio verba, *Recuſat levir meus,* &c. legebat (nam utrique, ſi ignari eſſent, nec caeci, docendi a judicibus fuere ea legis verba, quorum ſolennis in renuntiatione uſus, legere ; caeci verba ipſa auditu ediſcebant ; ad ſurdos autem & mutos lex non attinuit) dein calceum pedis ejus dextri ſolvens exuebat, atque in terram ita adverſa in eum facie expuebat, ut ſputum a triumviris facilius conſpici poſſet. Legens etiam dein ſtatim ſubjiciebat, *Sic fiat viro qui non aedificat domum fratris ſui ; vocabitur nomen ejus*

[a] Capite proxime ſuperiori. [b] Vide Abarbinel. in Piruſh Torah fol. 387. Adde Juſtum Lipſium in Phyſiologiae Stoicorum lib. 3. p. 12. Sixt. Senenſ. Biblioth. lib. 2. lit. T. ſub finem, ſed & conſulas Maimonidem in More Nebochim part. 3. cap. 49. [c] Vide Geſ. xxxviij. 8. [d] Miſna & Gemarae tit. Sanhedrin cap. 1. & tit. Jabimoth cap. 12. Halac. Gedaloth, fol. 66 b. Moſes Mikotzi Praept. Affirm. 52. Peſiktha Zotertha fol. 82. Levi Ben Gerſom. in Pentach. fol. 236. col. 3. Maimonid. hal. Jebom vechalitza cap. 4. Arba ırim lib. Aben haaezer cap. 169. Sepher Colbo fol. 91 a. unde haec quae ſequuntur. De hiſce item videſis lib. noſtr. de Succeſſ. in Bona p. 14. & 15. [e] Deut. xxv. 7.

in Israel, Is cui calceus extrahitur. Eam voce excipiebat & triumvirorum & coronae circumstantis acclamatio trina חלוץ הנעל חלוץ הנעל חלוץ הנעל, *Calceus exutus est, calceus exutus est, calceus exutus est.* Unde & domus ejus nuncupabatur בית חלוץ הנעל, *Domus ejus cui calceus est exutus.* Ea de re libellus forensis quem גט seu שטר חליצה, id est, *instrumentum* seu *libellum calcei exuendi*, appellitant, a triumviris fratriae conscribi solebat, ut inde constaret eam, ita renuntiatam, cuilibet alteri idoneam jam uxorem esse posse. Is ad hunc modum se habuit lingua (quae post captivitatem haud parum obtinuit) pene Babylonica.

זה נוסח או טופס גט חליצה

ביום פלוני כך וכך לירח פלוני שנת כך וכך לבראת עלמא למניינא דרגילנא למימני בה במקום פלוני אנחנא דייני דמקצתנא התימין לתתא במותב תלתא כחדא הוינא יתבין בבי דינא וסליקת לקדמנא פלנית ברת פלוני ארמלת פלוני וקרבת לקדמנא גברא חד דשמיה פלוני בר פלוני וכן אמרת לנא פלנית דא פלוני בר פלוני דנא אחוה דפלוני בעלי מאבוה הוה דהוינא נסיבא ליה ושכיב וחיי לרבנן ולכל ישראל שבק ובר וברת ירית ומחסין ומוקים שמא בישראל לא שבק והדין פלוני אחוהי חזי ליבומי יתי כען רבנן אמרו ליה אי צבי ליבומי יתי ייבם ואי לא יטלע לי רגליה דימינא קדמיכון ואשרי סייניה מעל רגליה וארוק באנפוהי ואשתמודענוהי לפלוני דנא דאחוהי דפלוני מיתנא מאבוהי הוא ואמרנא ליה אי צבית לייבומי יתה יבם ואי לא אטלע לה קדמנא רגלך דימינא ותשרי סינך מעל רגלך ותרוק באנפך ועני ואמר לנא לית אנא צבי ליבומי יתה מיד אקרינוה לפלונית דא מאן יבמי להקים לאחיו שם בישראל לא אבה יבמי ואף להאי פלוני אקרינא ליה לא חפצתי לקחתה ואטלע לה רגליה דימינא ושרית סיניה מעל רגליה ורקת באנפוהי רוקה דאיתחזי לנא מפומא על ארעא ותוב אקרינוה לפלונית דא ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו ונקרא שמו בישראל בית חלוץ הנעל ואנחנא דייני וכל דהוו יתבין קדמנא עינא בתריה חלוץ הנעל חלוץ הנעל הלוץ הנעל תלת זימנין ומדאיתעבד עובדא דא קדמנא שריניה לפלונית דא למהך להתנסבא לכל מאן דתצבי ואינש לא ימחה בידה מן יומא דנן ולעלם ובעת מיננא פלונית דא גיטא דחליצותא דא וכתבנא וחתמנא ויהבנא לה לזכו כדת משה וישראל :

פלוני בר פלוני עד

פלוני בר פלו׳ עד

Typus seu formula libelli de calceo exuto.

DIE *N. mensis N. anno N. a creatione mundi juxta consuetum nobis calculum, in loco N. Nos judices ex hac parte, ut confessus triumviralis fieret praefecti, in forma judicii consedimus. Venit coram nobis N. filia N. vidua N. & coram nobis adduxit quendam virum dictum N. filium N. & ad hunc modum nobis effata est illa N. ille N. filius N. frater germanus N. mariti mei dum ego ejus uxor fui. Maritus autem meus dormit, & vitam reliquit Rabbinis nostris & toti Israel. At filium filiamve sibi haeredem, aut qui nomen ejus propagaret suscitaretve in Israel, non reliquit. Ex lege vero attinet ad N. fratrem ejus jure leviratus me ducere in uxorem. Dicant igitur ei Rabbini nostri, si me velit ducere, ducat; sin vero, ut discalceetur mihi pes ejus dexter, solvam calceamentum ejus, & exspuam in conspectu ejus,* seu *versus faciem ejus. Et manifestum satis est N. hunc fratrem esse germanum N. qui demortuus est. Et diximus ei, Si vis jure affinitatis ducere eam, ducas; sin vero discalceet ea pedem tuum dextrum coram nobis, & solvat calceum a pede tuo & in conspectu tuo,* seu *versus faciem tuam exspuat. Ille vero respondens dixit, Nolo ego jure leviratus eam ducere. Et statim legit nobis illa N. Renuit levir meus suscitare fratri suo nomen in Israel, nec vult me ut levir habere. Ille etiam nobis legit, Non placet mihi eam accipere. Et discalceavit illa pedem ejus dextrum, soluto ejusdem calceo, & exspuit versus faciem ejus sputum (quod a nobis cernebatur) ex ore suo in terram. Et rursus legebat nobis illa N. Sic fiet viro qui non aedificet domum fratris sui & vocabitur nomen ejus in Israel, domus discalceati. Et nos judices & caeteri universi qui coram nobis jam constituti responderunt post eam, Exutus est calceus, exutus est calceus, exutus est calceus; tribus scilicet vicibus. Atque hoc ad hunc modum peracto, integra datur ei potestas nubendi ubicunque voluerit, nec quisquam ei vir interdictus est* (hoc nomine) *ab hoc tempore in perpetuum. Rogavit autem illa N. a nobis libellum hunc renuntiationis seu calcei exuti, quam scripsimus, obsignavimus eique dedimus, ut eo fruatur juxta institutum Mosis & Israel.*

N. filius N. Testis.
N. filius N. Testis.

Locus etiam testandi legitimus hic fuit foeminae, servo, minori (modo per aetatem sciens testaretur;) quod raro satis aliis in rebus admissum. Titulus formulae jam ostensae apud Maimonidem est, זה נוסח גט חליצה שנהגו בו העם, *Exemplar hoc est libelli de calceo exuto qui populo in usu.* Moses autem Cotzensis expressim ait hanc fuisse formulam שנהגו הקדמונים *qua usi sunt veteres*, quemadmodum & utrisque his vetustior, autor ה"ג *Halacoth gedaloth.* Vocatur item שטר חליצה *Shetar Chalitza*, id est, *contractus scriptus de calceo exuto.* Et Judaei Anglienses ex voce illa שטר *shetar, starrum* fecere unde sexcenties in tabulis Henrici tertii ac Edwardi primi regum publicis *N. Judaeus per starrum suum recognovit*, &c. Formula autem habetur haec vetustior & brevior in Gemara Hierosolymitana [a].

[a] Ad tit. Sanhedrin cap. 1. fol. 19. col. 1. & vide eandem Gem. ad tit. Moed Katon cap. 3. fol. 82. col. 1. hal. 3.

כְמוֹתב פלוני ופלוני חליצה פלונית בת פלוני בר פלוני בפנינו דקרבת לקדמנא ושרת סיניה מעלוי ריגליה דימינא ורקת קדמנא רוקא דמיתחזי לנא על ארעא ואמרת בכה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו:

In consessu N. & N. &c. exuit calceum illa N. illi N. filio N. coram nobis; scilicet coram nobis adduxit illa illum, & solvit calceum pedis ejus dextri & exspuit coram nobis sputum, quod a nobis cernebatur, in terram, & dixit, Sic fiet viro qui non aedificet domum fratris sui.

De calceo autem ipso hoc in ritu adhibendo, distinctiones habent subtiles, veluti in Misna [a], הליצה במנעל חליצה כשרה באנפיליא חליצתה פסולה בסנדל שיש לו עקב כשר ושאין לו עקב פסול מן הארכובה ולמטה חליצה כשירה מן הארכובה ולמעלה חליצה פסולה חליצה בסנדל שאין שלו או בסנדל של עץ או בשל שמאל בימין חליצה כשירה חליצה בגדול שהוא יכול להלוך בו או בקטן שהוא חופה את רוב רגלו חליצה כשירה, *Res rite peragebatur calceamento, non impilio. Rite etiam sandalio cui solea esset. Neutiquam si deesset solea, etiam si partes genu inferiores tegeret* (ut ocrea seu cothurnus genu tenus) *rite peragebatur res. Non item si supra genu extenderetur*, ut ocrea seu cothurnus in crura ascendens. *Sandalio alieno aut ligneo aut pedis sinistri in dextero rite satis peragebatur, uti etiam sandalio pede sive majori, modo incessui non esset impedimento, sive minori modo pedis majorem tegeret partem.* Et de solenni calceamentorum in contractibus sive solvendis sive ineundis dominioque acquirendo, transferendo, agnoscendo, usu apud Ebraeos obiter scriptores [b]. Nec contemnenda hic Indorum, Persarum, AEgyptiorum rationes in Onirocriticis de sandaliis, veluti sive uxores sive concubina saepius indicantibus. Qua de re videsis Achmetem [c]. Quod autem *impilium* hic vertimus, in origine Babylonia, unde citatam Misnam traduximus, est אנפיליא *inpilia* (veluti nomen singulare) quemadmodum expressim etiam plurale & *inpilium*, seu ut malunt aliqui, *inpile*, legitur in Pandectis Florentinis, pro eo quod est in libris editis nec inde satis correctis nunc *& pilea*, nunc *item pilea*, & in correctioribus aliquot *impilia*. In loco scilicet illo Ulpiani [d], non solum a grammaticis sed etiam jurisconsultis politioribus aliquot haud parum vexato. *Fasciae crurales* (ubi libri non pauci pessime habent *crinales*; aliquique [e] *crurules* legerunt) *pedulesque & impilia vestimenta sunt, quia partem corporis vestiunt.* Codex autem Hierosolymitanus tam in Misna hic sua quam Gemara, idque saepius, habet אמפילייא *impilia* uti item a R. Nathan in Aruch & Philippo Aquinate exaratur. Etiam plurale habetur אנפיליות *inpilioth* in Gemara Babylonia [f]. Adeo ut ex Latinorum *impilia*, voce plurali neutra (quemadmodum item Graecis τὰ ἐμπίλια) fecere Talmudici foemineam singularem, in linguam suam vocabulum hoc uti & hic *sandalium* alibique compluria alia recipientes. Sumitur illis pro calceolo seu socco sive laneo, sive lineo, sive cilicio; sed plerumque pro laneo aut lineo, qualis scilicet, tametsi pedem seu partem ejus majorem integat, careat nihilominus solea materiae robustioris firmiorisve, veluti suberis, ligni, seu corii crassioris itave compacti, ut plantae pedis aut saltem calcaneo sustentaculum praestet, cui ut crepidae innitatur. Nimirum rite peragebatur renuntiatio haec caliga, qualis a Julio Nigronio [g] doctissime asseritur, perone, cothurno, ultra genu non ascendente, crepida; non socco qualicunque. Salomon Luria in critico de Talmude opere *Sapientia Salomonis* dicto, Misnam sic interpretatur באנפיליא כו׳ בגד הס״ד *verbum illud* inpilia *denotat laneum vel lineum seu pannosum calceolum. Neque locus aliter intelligendus.* Alii autem magistrorum de corio pariter loquuntur, aliis idem ipsum cum Salomone illo docentibus, ac plerumque קלצונש *Chaussons* Gallice per impilia intelligentibus. Certe calceamenta linea singulari in usu fuisse sacris antistitibus in Phaenicia, adeoque in regionibus vicinis atque ut inde fieri amat ipsis quarum res tractamus, satis scimus ex Herodiani [h] Heliogabalo. Vox autem *impilia* tum apud Graecos tum Latinos unde a Talmudicis, qui ea saepius utuntur, desumpta est, perraro occurrit. Sed ex Hesychio [i], Philoxeni Lexico, Plinii [k] manuscriptis, atque hoc quem ante attulimus Ulpiani loco in Florentinis, ejusmodi quid & Graecis & Latinis significare palam est, tametsi a viris doctis iisque jurisperitissimis aevi proxime superioris perquam diversimode acciperetur. Neque enim inter Accursios, Bartolos, Baldos, Alexandros, Imolas, horumque similes ullibi audita est. Alii fasciolas fuisse mulierum quasdam crinales credidere (ut Franciscus Hotomanus [l]) *προσκεφάλαια* seu *pulvinos* alii (causa statim indicata) capitis integumenta alii, alii aliter [m]. Sed optime ii qui pro pedum integumentis sumunt ex lana aliave materie simili coacta, id est, soccis ejusmodi sive circumvolutis sive plantis solum suppositis. Eadem ipsa Theophrasto vocantur *ποδεῖα* ubi [n] de herba lanigera loquens ὑφαίνεται ἤ, inquit, ἐξ αὐτοῦ καὶ ποδεῖα καὶ ἄλλα ἱμάτια *texuntur* seu *fiunt ex ea impilia vestesque aliae*, unde illud suum habuit Plinius [o] ubi male legitur in impressis *mapalia*. Sed vero nec melior est Latina Theophrasti versio; *Texuntur ex ea & togae & alia vestimenta*; quasi ποδεῖα ibi *togae* fuissent; quae soccos seu calceolos laneos denotent, quemadmodum & *impilia*. Quod sane ex jam ostenso Talmudicorum usu haud parum confirmatur. Graeci etiam (quibus ἐμπιλεῖν est *condensare* seu coactilia facere, uti & πιλεῖν) eosdem ipsos πίλους vocitabant,

[a] Misna tit. Jabimoth cap. 12. Maimonid. hal. Jebom vechalitza cap. 4. &c. [b] Ad Deut. xxv. & Ruth. iv. 7. & videsis Benedictum Baldwinum in Calceo antiquo cap. 24. [c] Onirocritic. cap. 229. [d] L. 25. D. de Auro, Argento, &c. legatis §. 4. [e] Vide Hieron. Magium Miscellan. 3. cap. 3. Guid. Panciroll. in lib. Rer. Deperdit. cap. de Fibula & Henric. Salmuth ibidem. [f] Ad tit. de Sabbato cap. 16. fol. 120. a. & ad tit. Gittin cap. 3. fol. 25. a. [g] Dissertatione de Caliga. [h] Lib. 5. [i] In Νάκτα. [k] Lib. 19. cap. 2. ubi Mapalia in impressis. [l] In Comment. de Verbis Juris. [m] Praeter Lexicographos juris (maxime Brissonium) videsis Cujacium lib. 5. Observat. 5. & lib. 10. Observ. 13. & 17. Guidum Panciról. Thes. var. lect. lib. 2. cap. 99. Jo. Drus. Quaest. & Resp. lib. 3. Quaest. 64. Hadrian. Jun. in Nomenclat. Isaac Casaub. Exercit. 16. num. 84. Animadvers. in Athen. lib. 2. cap. 23. Claud. Salmas. ad Lamprid. pag. 221. Dionys. Petav. in Epiph. haeres. 59. Jo. Buxtorf. Lex. Chal. Talm. &c. pag. 144. [n] Histor. Plant. 7. cap. 13. [o] Lib. 19. cap. 2.

bant,

bant, qua voce eodem ſenſu uſus eſt Heſiodus [a], Heſychius, Cratinus [b], alii. Et vir ſummus Iſaacus Caſaubonus in Collectaneis de Re Veſtiaria MSS. πῖλοι, inquit. *Eſcarpins, impilia. Differunt materia noſtri eſcarpini a veterum impilibus. Uſu non differunt ullo modo.* Dein locum affert illum ex Luciano [c], ἡ ἐμβὰς ἔστω Σικυωνία πίλοις τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα, quod Gallice ſic explicat, *q. d. Ayez des belles pantoufles à la Sicyonene de beaux eſcarpins blancs.* Ubi Bilibaldus Pirkimerus Luciani interpres habet, *ſolea Sicyonia ligamentis albis decorata.* De crepida autem Attica ſimul cum hiſce muliebribus [d] & amatoriis pedum tegumentis, quibus ludendo ornari vult rhetorem ſuum, loquitur ibi Lucianus. Collectanea quae dixi mecum perhumaniter communicavit vir doctiſſimus pariter & optimus Mericus Caſaubonus tanto patre filius undiquaque digniſſimus. At vero proxime poſt ſuperius citata ex Ulpiano ſequitur, *Alia cauſa eſt odonum, quia uſum calceamentorum praeſtant.* Odones ibi pro udonibus, quales in Martialis Apophoretis [e], plerumque ſumuntur; licet nec defuerint in juriſconſultis qui *undonum* ibi legerint [f], & pro veſtibus undulatis ſatis inſcite acceperint. Sed vero veſtis nomine continentur faſciae crurales, faſciae pedules ac impilia, quia partem corporis veſtiunt. Alia autem adjicitur, cauſa eſt odonum, quia uſum calceamentorum praeſtant. Caeterum, cum & impilia ipſa calceolos ac pedum integumenta qualiacunque eſſe nunc ſit in confeſſo, adeoque veſtes eſſe, cur alia ſic odonum cauſa? Etiam quicquid ex lana, lino, ſerico, corio induitur [g] veſtis eſt. Quin & expreſſim in Lexico Philoxeni Ἐμπίλιον redditur *Udo.* Nec fere inter ſe omnino differre volunt viri doctiſſimi udones, impilia, & faſcias pedules. Conſulas ante alios ea de re Jacobum Cujacium [h], Guidum Pancirollum [i], & Claudium Salmaſium [k]. Certe ſi non ſolum lectio vera ſit, ſed etiam ut vulgo ſumenda, mens juriſconſulti videtur ſatis inextricabilis. Unde audacter ibi Dionyſius Gothofredus Florentinas ipſas vult emendari. *Legendum,* inquit, *videtur, Nec alia eſt cauſa odonum. Nam cur odones non ſint veſtimentorum numero, cum uſum calceamentorum praeſtent?* Sic ille. At vero manifeſtae lectiones Florentinae haud temere mutandae; ſed ſenſus earum enixius extundendi, aut ſubſiſtendum antequam ad emendationem veniatur, quod optime monent viri cordatiores, maxime Emundus Merillius [l] anteceſſor, qui tot earum adverſus ipſum Cujacium doctiſſime defendit. De autoritate autem Florentini codicis & ſcriptura ac uſu conſulas poſt Politianum, Taurellium, Antonium Auguſtinum Contium, & Albericum Gentilem in Diſputatione de libris Juris Civilis. Neque ego quidem tantam lectioni quam tractamus ineſſe difficultatem exiſtimo, nec ſenſum vocum illarum, *alia cauſa eſt odonum,* eſſe qualis vulgo admittitur. Scilicet quaſi veſtis nomen odonibus inde ibi negaretur, ſeu notione ſic diſcretiva ab antecedentibus. Sed ſumenda verba illa notione aliam ob cauſam conjunctiva ſeu qua affirmatur odones veſtis nomine venire etiam aliam ob cauſam; *quia* nempe *uſum praeſtant calceamentorum.* Neque enim neceſſario idem eſt *pedem* quae pars corporis eſt *veſtire* (quod de impilibus & faſciis pedulibus ibi dicitur) & *uſum calceamentorum praeſtare.* Nam & hoc faciunt obſtrigilla ac corrigiae, uti & in aliis veſtimentis ligulae, fibulae, taeniae, lemniſci, offendices, id genus reliqua, quae partem corporis non integunt. Et quod proxime ſequitur apud Ulpianum, firmat verba fieri ibi continenter de rebus veſtis nomine in jure contentis, non de eis quibus nomen illud negatum. *Cervicalia,* inquit, *quoque veſtis nomine continentur.* Omnia jam dicta continentur; ſed alia eſt odonum cauſa ſeu ratio cur pariter contineantur. Atque ita odones ab impilibus erant diverſi. Certe qui vocem odonis a Graecorum Ὀθόνιον pro *candido linteamine* petunt, adeoque pro eo ſumunt quod uſum calceamentorum quomodocunque praeſtaret, nec tamen calceus eſſet, non difficulter hic puto aſſenſum praebuerint, quorum numero ſunt viri magni aliqui ante citati. Donatio quae dicitur Conſtantini [m] Graece a Theodoro Balſamone reddita ut creditur (nam & ſunt viri doctiſſimi qui originem eſſe Graecam volunt) Καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φέρει ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια διὰ ὀθωνίων, &c. quod Agylaeus vertit, *Et quemadmodum ſenatus noſter calceamenta ſive ſandalia ex linteis candida geſtat,* ita etiam illi ſeu clerici Romani. Vetus autem formula ejuſdem Latina [n], *Et ſicut noſter ſenatus calceamentis utitur cum udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis,* ſic utantur & clerici, *&c.* Blaſtares [o] vero ὡς γὰρ καὶ τὰ ὑποδήματα τούτων ὀθωνίων εἰσὶ πεποιημένα λευκῶν, *atque ut eorum* (ſenatorum) *calceamenta ſic & clericorum fiant ex linteaminibus candidis.* Adeo Graecus uterque pro linteaminibus candidis, e quibus fierent ipſi calcei, ὀθώνια λευκὰ & udones capit. Sed vero linteamen hoc candidum, udonum ſeu odonum nomine hic ſignatum, & ornamento fuiſſe calceamentis ſenatoriis & uſum item eorum extra colligando, praeſtitiſſe volunt docti aliqui [p], nec calceum fuiſſe ipſum; aliis aliter ſentientibus. Ex actis autem quae vocantur Silveſtri Papae Vaticanis explicatio affertur τῶν οὐδόνων udonum ſeu odonum in donatione fictitia illa Conſtantini; ὀδδόνοις τε, τοῦτ' ἔστι λευκοτάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι, quod citat Joſephus Stephanus in libello [q] de Oſculatione pedum pontificis Romani, & vertit, *id eſt, udonibus ex candidiſſimo lineo ad pedes uti.* Et Benedictus Baldwinus [r] infelici ſatis memoriae lapſu verba illa Herodiani eſſe aſſerens, pro linteis calceamentis ſumit ibi τὸ οὐδόνοις vocabulum etiam Julio Polluci [ſ] a viro [t] ſummo pridem pro ἠδονῶν reſtitutum. Sed in donatione illa Latina

[a] In Ἐργ. καὶ ἡμερ. lib. 2. ἀμφὶ δὲ ποσσὶ, &c. & vide Etymolog. Magnum in πῖλος. [b] Apud J. Pollucem in Onomaſtic. 7. cap. περὶ πιλοποιοῦ. & lib. 10. cap. 11. [c] In Ῥητόρων Διδάσκαλῳ. [d] Cic. de Oratore lib. 1. & videſis Benedict. Baldwinum in Calceo antiquo cap. 19. [e] Lib. 14. Epig. 140. [f] Catellianus Cotta in Memoralibus verb. Undones; videſis Turneb. Adverſ. lib. 1. cap. 13. [g] D. D. ad L. 127. D. tit. de verb. ſignific. [h] Obſervat. 10. cap. 17. [i] Theſ. Var. Lect. lib. 2. cap. 99. [k] In Lampridium pag. 221. [l] Variarum ex Cujacio lib. 3. [m] In Photii Nomocanone tit. 8. cap. 1. [n] Apud Gratianum diſt. 96. cap. 14. & Alberic. Roſat. ad c. tit. de Praefecto urbis & tom. 1. Concil. edit. Surian. & Biniana. [o] In Comment. Anonymi ad Conſtantini Donat. typis Vogelmi 1610. in 4. Marquardi Freheri dicto. [p] Vide Panciroll. loco citato. [q] Cap. 18. [r] In Calceo Antiquo cap. 4. [ſ] Lib. 10. cap. 11. [t] Claud. Salmaſ. in Lamprid. pag. 221.

udones

ones pro lunata senatoriae dignitatis in calceis no- corrigiarum inflexione formata (de qua Plutar- us [a], Juvenalis, Martialis, Zonaras, alii obiter) nendi omnino videntur, nec pro calceamentis is. Quod sane exigit ipse verborum ordo. Nec ne aliter quod ex actis Silvestri affertur. Id ine sonat *candido linteamine circa calceos* aut *calceis uti.* Neque aliter quantum scio, res ellecta ad senatoriam unde petitur dignitatem terit attinere. Vox autem illa *impilia*, quae co raro occurrit, seu *impelia* (pro eodem) for- in, inquit Cujacius [b], scribenda est apud Pau- n, ubi enumerantur quae continentur supel- tile legata; scilicet *mensae* [c], *trapezophora*, *ficae, subsellia, scamna, lecti etiam inargen- ti, culcitae, toralia, imperia* (sic Florentinae) *sa aquaria*, &c. *Imperia* ait hic verti in Ba- cis προσκεφάλαια seu *pulvinos*, quod & *impi-* inde significare vult. Quin expressim ille, *peria sunt impilia.* Pancirollo [d] hoc displicet, oniam impiliorum nomine aliud praeter vestem nire non admittit. Adeoque nescio unde sua- putat *imperia* ibi denotare genus accubitalis. ndectae minus correctae, saltem non ex Floren- is, habent ibi *mappae villosae*, etiam aliquae [e] *panaliosa.* Nec deest qui impilia ait [f] esse ppas sine villis, & toralia cum villis ipsi Paulo. *peria* autem veram esse lectionem non dubitat ephus Scaliger [g], nec aliud ibi esse quam τὸ *paria.* Ejusmodi nempe veteribus admissa scri- ndi variatione, ut *e* vicem τοῦ *a* subinde habe- ; veluti in *praeperata, opiperata, opipera* pro *eparata, opipara, opiparata.* Et *imperia* sic *imparia* significare vult ille sive toralia sive a aliave in supellectile, quae paterfamilias sibi vat, praeter ea quae sunt usus quotidiani. Eti- ex Catone de Re Rustica [h] locum affert, ubi *paria* sic sumi vult, seu pro *supervacaneis.* Qua re non immerito dissentiunt qui pridem [i] Ca- nem accuratius edidere. Neque enim τοῦ *impar* smodi notionem hactenus compertam video, quidem apud Catonem, alibivi. Quin expres- si Alfenus & Tubero [k] supellectilis etiam defi- ione venire volunt *res ad usum communem pa- as* & *ad usum quotidianum*, quae non satis adrant cum Scaligeri hic sensu de imparibus. uod vero ait Cujacius in Basilicis substitui προ- σφάλαια seu *pulvinos* pro eo quod est *imperia* (u ut vult ille *impelia*) apud Paulum, non ita ile est admittendum. Graeca sunt in Synopsi [l], tinorum nempe paulo ante citatorum (nec Ba- corum corpus ipsum hactenus vidi) post vocem *sellia* (quae in Graecis Συβέλλια est, uti item optimo Synopsis codice MS. bibliothecae Arun- lianae) σκάμνα, κλῖναι, κἂν ὦσιν ἠργυρωμένοι, ρώματα, προσκεφάλαια, σκεύη ὑδρηρά, &c. *Scam- , lecti etiamsi fuerint inargentati, stromata,* (u culcitae) *pulvini, vasa aquaria*, &c. Nec is liquet utrum pro eo quod est in Florentinis *peria* hic, an pro *toralia* [m] substitutum sit προ- φάλαια. Certe videtur pro *toralia*, praeter- misso omnino aut non lecto vocabulo illo altero quod a nemine ibi satis intellectum comperio. Sed nimis haec extra callem, in quam redimus.

CAP. XV.

De presbyteris, senatu, Γερουσίᾳ, *seu pres- byterio quod leviri renuntiationis actui praeerat. Obiter de vario* Γερουσίας & *presbyterii in Ebraeorum rebus nomi- nis usu.*

SED vero hoc inprimis est in Lege Sacra ejusque interpretationibus Talmudicis, de renuntiationis leviri actu, advertendum. Textus est [n], *Si renuerit frater,* עלתה יבמתו השערה אל הזקנים ואמרה, *ascendat fratria ejus ad portam, ad presbyteros* seu *seniores, dicatque*, &c. ubi expressa seniorum seu presbyterorum penes quos res haec transigenda, mentio. Ii paulo post etiam זקני עירו *presbyteri civitatis ejus* (id est, leviri) & simpliciter item זקנים dicuntur. Graeci ibi, *Et ascendet mulier* ἐπὶ τὴν πύλην, ἐπὶ τὴν Γερου- σίαν, *ad portam, ad gerusiam* seu *senatum.* Et זקנים, quod *seniores* ibi sonat Ebraeis (quibus neque vox inde ulla est unica quae Γερουσίαν seu *senatum* denotat, quatenus corpus, collegium, cu- riam, seu homines plures in corpus uno spiritu civiliter, ut dixit Pomponius [o] de rebus aliis natu- raliter, contentum formatos significat) utroque in loco sequenti Γερουσία item Graecis redditur seu *senatus*; uti & saepius alibi ab ipsis in Pentateu- cho, & nunc pro synedrio magno [p] sumitur, seu senioribus aut presbyteris summi illius con- sistorii, nunc pro minoribus synedriis [q], nunc eti- am pro tribuum [r] conventu. Vulgata autem hic, *Perget mulier ad portam civitatis & interpellabit majores natu* qui & postea seniores dicti, voci- bus illis *seniores civitatis* (pro quibus habent Graeci ἡ Γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, *senatus ci- vitatis illius*) prorsus omissis. Paraphrastes Chal- daeus Onkelus (cui & concors hic alter ille, Uzi- elides dictus) *Et ascendet fratria,* לתרע בית דינא לקדם סביא ותימר, *ad portam domus judicii an- te seniores, & dicat*, &c. ut verbo tenus recte vertit Franciscus Cardinalis [f]. Sed Paulus Fagius ibi, *Ascendat affinis ejus ad portam consistorii, dicatque senioribus*, &c. Alibi [t] item Chaldaeis, *Porta domus judicii* sic usurpatur. Pro *seniori- bus* autem *civitatis suae*, habent Judaei Maurita- nienses, شيوخ بلده *seniores* seu *presbyteros provinciae* seu *regionis ejus.* Hispanienses, *veios de su villa.* In versione autem penes me Arabi- ca veteri MS. quae ex Graecis plerumque fit, يرفع امراة اخيه الي الباب الي المشيخة

[a] Problem. Rom. 76. [b] Observat. 10. cap. 13. [c] L. 3. D. tit. de Supellectile legata. [d] Thes. Var. lect. lib. 2. c. 92. [e] Vide Alciat. Praetermiss. 1. in Baucalium. [f] Jos. Laurentius in Amalthea Onomastica. [g] In Conjectaneis ad lib. 1. Varronis de Re Rustica. [h] Cap. 3. [i] Ausonius Popma ibidem. [k] L. 6. & 7. D. de Supellect. legata. [l] Basilic. lib. 44. tit. 13. [m] De Toralibus vide Isaac. Casaub. in Lampridium. [n] Deut. xxv. 7. [o] L. 30. Rerum. D. tit. de Usurpat. & Usucapionibus. [p] Deut. xxj. 2. &c. [q] Ibid. xix. 12. xxij. 15. & vide Jonathan. Levit. ix. 1. Deut. v. 23. xix. 12. xxj. 2. [r] Exod. iij. 16, 18. iv. 29. xij. 21. &c. [f] Interp. Chald. Antwerpiae 1535. [t] Deut. xxij. 15.

ascendat fratria ad portam, ad senatum seu *seniorum collegium.* Quemadmodum item habetur in versione Arabica Romae nuper cum Vulgata Pentateuchi edita. Et saepius pro *senioribus* seu *presbyteris* in Pentateucho usurpatur in versionibus illis, المشيخة id est, *senatus* seu *seniorum qualecunque corpus.* Saadias autem; *Ascendat* الى باب الحكم والى الشيوخ *ad portam judicii & ad seniores.* Josephus [a] hac de re, ἐπὶ τὴν γερουσίαν ἐλθοῦσα ἡ γυνὴ, &c. *Eat ad senatum* seu *gerusiam mulier,* &c. Igitur judices hic seu coram quibus transigenda erat leviri renuntiatio, *senatus* dictus est seu *gerusia,* ipsique singuli, civitatis seu loci seniores seu presbyteri. Numerus minimum tres erat praeter testes binos. Neque enim regulariter (quoties unicus non esset judex; quod in caussis levioribus subinde obtinuit) paucioribus quam tribus aut numero non impari judicium aliquod exercere permissum, ob dissensus paris utrinque numeri incommodum. Inde in Misna [b] legitur מצות חליצה בשלשה דיינין, *Id quod praecipitur de renuntiatione leviri, legitime peragitur a tribus judicibus.* Sed vero adjicitur, אפילו שלשתן הדיוטות, *Idque etiamsi fuerint omnes conditionis privatae, idiotae, in dignitatem nullam singularem ante evecti, nedum munere ullo alias conspicui.* Ita tamen ut optimo jure essent Israelitae, id est, nec proselyti [c], nec natalium inquinamentis polluti, nec parti alterutri sanguine propinqui, nec legendi inscii. Id enim, quantum ad peritiam, solum necessarium erat, ut scilicet essent יודעין להקרות כעין דיינים *legendi periti, velut judices,* ut in Gemara legitur utraque. Hierosolymitana autem, כתיב זקנים ואת אמר הדיוטות מצוה בזקנים מניין אפילו הדיוטות ת'ל חלוץ מנעל מכל מקום, *Scriptura ait ad presbyteros* seu *seniores; atqui hic dicitur etiam ad privatos* seu *conditionis undiquaque plebeiae homines. Cum praeceptum sit expressim de presbyteris, unde evenit etiam privatos* pro judicibus hic *admitti? Sensus est, quocunque modo calceum exuendum,* seu *renuntiationem faciendam.* Glossae [d] ibi interpretantur הדיוטות *privatos* שאינם מסנהדרין *qui non fuerint ex synedriis* & שאינם מסנהדרי עירן *qui non fuerint ex synedriis urbis eorum.* Maimonides [e] hos esse ait, אינן חכמים אלא שיודעין קריאת הלשון והחליצה מותרת בהן, *Non sapientes,* seu *titulo illo insignes, sed qui lectionis linguae sanctae satis essent periti. Et legitima coram illis erat renuntiatio.* Adeoque tametsi verba legis signantius fiant de *senioribus* seu *presbyteris* & *presbyteris urbis* (quo nomine aut synedros ibi constitutos, aut in singularem presbyterii seu presbyteratus dignitatem, juxta ea quae alibi de solenni presbyterorum creatione diximus [f], evectos solum contineri videatur; secundum etiam id quod alii [g] hic habent ...וה בבית דין שיהא בגובתה של עיר ושיהיה בזקנים, *Praecept... esse de domo judicii quae praeficitur urbi, ... quae ex presbyteris constituitur*) nihilominus ... Talmudicis hic intelliguntur non solum presb... teri seu seniores ita solennius creati, sive synec... alicujus collegae fuerint, sive nondum coopt..., verum etiam privati qualescunque judicio seu ... tui ejusmodi, ut dictum est, neutiquam impar... Nec minus hi quam illi *gerusiam* hic seu *se... tum,* id est, *seniorum* seu *presbyterorum co... gium* (licet non dignitatis parilis) faciebant. ... est plane presbyterium. Nam nemo non vi... Γερουσίαν non aliter esse σύστημα γερόντων seu ... *natum,* quam πρεσβυτέριον σύστημα πρεσβυτέρων ... *presbyterorum* qualemcunque *coetum* seu it... *senatum.* Et Hesychius expressim Γερουσίαν ... πρεσβυτέριον idem ipsum facit. Illud autem, ... vox *senatus* Latinis, obvium satis est Grae... Demostheni, Thucydidi, Aristoteli, aliis, pro q... dixere item Lacones γερωχία, ut videre est ap... Aristophanem [h]. Unde & interpretes Gra... idem sumpsere pro presbyteris vocabulum, & ... mel etiam adhibuit Lucas in Actis [i] Apostoloru... ut subinde pro eodem etiam tum Philo tum J... sephus. Vox autem πρεσβυτέριον apud Grae... interpretes nullibi, nedum apud scriptores Pa... nos, puto occurrit, praeterquam in Historia S... sannae [k] quae a Theodotione dicitur versa; ... existimemus in Deuteronomii [l] exemplari Gr... co, unde sacrum transtulit quem affert serm... nem Lucifer Calaritanus πρεσβυτερίοις *presby... riis* lectum fuisse, pro eo quod est πρεσβυτέροις ... libris quos terimus. Sic enim citat ille in lib... primo ad Constantium Augustum pro Athana... versum jam indicatum: *Et scripsit Moyses ve... ba legis hujus in libro, & dedit eum sacerdo... bus & Levitis qui tollunt arcam testamen... Domini, & presbyteriis Israel, & mandavit ... Moyses,* &c. Lucas autem tum in Evangelio ... tum in Actis [n] πρεσβυτερίου voce pro synedrio m... gno usus est. Adeoque Γερουσία & πρεσβυτέρ... nunc pro synedrio sive magno [o] sive minori al... quo sumebatur, nunc pro consessu triumviral... sive publice ex presbyteris qui erant סמוכים s... *manuum impositione* solenniter, veluti apud n... doctores juris, *creati* (quales item in synedri... singulis universi) constituto, sive ex privatis i... presbyterorum vicem rite ab eis quorum inter... rat, velut compromissariis judicibus, electis co... flato, nunc pro qualicunque eorum qui nec cre... ti singulari sive muneris sive dignitatis eminenti... utcunque temporaria praecellebant; ut in cau... quam jam tractavimus aliisque judiciis civilibu... Inde nunc γερουσία ac *presbyterium* totius Isra... nunc civitatis, nunc & Midianitarum [p] & Mo... bitarum, uti & *presbyteri Gilead* [q], *presbyte... Juda* [r], *presbyteri sacerdotum* [s], id est, *presby... teria.* Et plane tam gentibus fere reliquis qua... Judaeis nomen erat hoc usitatissimum, quale ... pud nos *Curia,* **Assembly**, *Cour,* **Court,** *Parl...*

[a] Origin. lib. 4. cap. 8. [b] Tit. Jabimoth cap. 12. [c] Gemarae ad citatam Misnam & Maimonides hal. Jebom vechalitza cap ... [d] Vide Alphes. part. 2. pag. 437 b. [e] In Pirush Misnaioth cap. 12. & hal. Jebom vechalitza cap. 4. [f] In Eutychian... [g] Sepher Siphri fol. 52. col. 4. & vide Pesiktha Zotertha fol. 82. col. 2. item Jo. Buxtorf. Syn. Judaic. cap. 30. & Leonem Modena Ne... historia de gli riti Hebraici part. 4. cap. 7. [h] In Lysistrata. [i] Cap. v. 21. [k] Commate 50. [l] Cap. xxxj. [m] Cap. xxij. 66. [n] Cap. xxij. 5. [o] Vide Hugonem Grotium Notis Evangelicis pag. 295. [p] Num. xxij. 4. [q] Judic. xj. 5. [r] 2 Sam. xix. 11. Ezech. viij. 1. [s] 2 Reg. xix. 2. Isaiae xxxvij. 2. Jerem. xix. 1.

men...

ment, Scissons, & quae sunt id genus alia aliter atque aliter pro vario adjectorum & circumstantiarum discrimine significantia. Quod vero a nonnullis iisque alioquin doctissimis obtruditur, presbyterium fuisse singulare quoddam forum apud Judaeos, quod de religione & rebus sacris solum cognosceret, quale apud nos dicitur ecclesiasticum, a doctrina Talmudica atque ab ipsa veritate est longe alienissimum. Pro diversitate jurisdictionum amplitudinis, idem ipsum ubique in ea republica seu ecclesia forum de rebus sacris ac religione judicabat, quod de profanis seu quae non sacrae. Id quod, Deo volente, non citra demonstrationem copiosius afferemus, ubi *historiam presbyterorum* simul & *presbyteriorum* quae ibi fuere, fusius exhibebimus. Sequitur autem ut de nuptiis in ereptae virginitatis compensationem videamus.

CAP. XVI.

De virginum vitiatarum nuptiis ex sacro praecepto sive ineundis sive mulcta redimendis ab eis qui vitiassent. De adjecto insuper ex instituto majorum genere mulctarum hic triplici. Atque obiter de Israelitidum innuptarum atque Israelitarum coitu stuprique poenis.

BINAE sunt Leges Sacrae, quibus, in ereptae virginitatis compensationem, seu quasi vitianti aut vitiatae nuptiae aut mulcta eo nomine solvenda imperatur. *Altera* de illecta; de vi stuprata altera. Prior est, [a] *Si quis persuaserit* ἀπατήσῃ, *seduxerit, illecebris fefellerit*; quod lingua sacra dicitur יפתה) *virginem nondum desponsatam* (de sponsa scilicet alia [b] est quae huc non pertinet lex) *concubueritque cum ea, dotando dotabit eam* (seu *dotem ei constituet*) *sibi in uxorem. Et si pater ejus renuens renuerit eam dare illi, ponderabit* seu *solvet* (*patri*, addunt Hellenistae) *pecuniam juxta dotem virginum* seu *quam consueverint accipere virgines.* Posterior [c], *Si invenerit vir puellam virginem*, seu *juvenculam virginem, quae non est desponsata, apprehendensque eam* (ותפשה, pro quo substituunt Hellenistae βιασάμενος αὐτὴν, seu *vi opprimens eam*) *concubuerit cum ea, & inventi fuerint, dabit vir ille qui concubuit cum ea patri puellae L. argenteos* (חמשים כסף) *& sit ei in uxorem, eo quod oppresserit eam. Nec poterit eam dimittere cunctis diebus suis.* Id quod in priori lege legitur, *dotando dotabit eam sibi in uxorem*, in sermone sacro sonat מהר ימהרנה לו לאשה quod id ipsum est. Atque ita vertunt Hellenistae, scilicet φερνῇ φερνιεῖ αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα. Vulgata item, *dotabit eam, & habebit eam in uxorem.* Chaldaeus paraphrastes Onkelus, קיימא קיימינה ליה לאינ quod vertit Paulus Fagius, *Desponsando desponsabit eam sibi in uxorem*, cui & consonus est Franciscus Cardinalis, uti & Arabica versio Romae pridem edita & MS. quae penes me est. Sed Targum tum Hierosolymitanum tum Uzielidi tributum, de ea tantum dotanda sibi in uxorem diserte loquuntur, uti & Rabbi Saadias Gaon in Arabica sua versione, cui etiam consonus est Arabs Erpenianus. Et Judaei Hispanienses *dotar la dotara à el pur muger.* Autor vetus Collationis legum Judaicarum & Romanarum (sive Licinius Ruffinus sive quis alius, qua de re consulas Marquardum Freherum [d]) ex Mose ad hunc modum hoc citat, *Si aliquis seduxerit virginem non desponsatam & stupraverit eam, ducat eam sibi in uxorem. Quod si renuerit, pater ejus*, &c. Versiones recentiores plerumque in hoc conveniunt, quod & dotandam & in uxorem ducendam puellam innuant. Et Anglica aevi superioris item versio, He shall endow her, and take her to his wife, quod idem sonat. Sed recentior, qua jam utimur, cautius, He shall surely endow her to be his wife, quasi diceres, ita dotabit ut uxor ejus esse possit legitima. Quae omnia ideo notamus, quoniam lege ista non de uxore ducenda praeceptum simplex contineri volunt magistri, sed duntaxat de mulcta nomine virginitatis ereptae solvenda, perinde ac si dictum fuisset, tantum nomine dotis pendat quantum eam idoneam ei, dotis scilicet ratione, redderet uxorem; &, si uterque velit, nuptiis jungantur. Ita tamen ut, si aut is ipse aut puella aut puellae pater renueret (nam horum cuique hac in specie illud integrum fuisse volunt) mulctam is, velut dotem virginalem, patri persolveret. Josephus [e] hic generatim, velut a Mose sancitum; ὁ φθείρας παρθένον μήπω κατεγγυημένην, αὐτὸς γαμείτω· ἢν δὲ τῷ πατρὶ τῆς κόρης μὴ δόξῃ συνοικίζειν αὐτῷ, πεντήκοντα σίκλους, τὴν τιμὴν τῆς ὕβρεως, καταβαλλέτω. *Qui virginem nondum desponsatam constupraverit, ipse ducat. Patre autem puellae nolente ei nuptum tradere, quinquaginta siclos, injuriae pretium, numeret.* Mulctam jam dictam seu dotem קנס appellitant magistri [f], & quinquaginta siclis argenteis, ut Josephus, aestimant, idque ex posteriori illa lege, quam de ea quae vi stuprata est, solum intelligunt, uti priorem de ea quae tantum illecebris. Et argenteos nummos seu pecuniam legibus jam dictis memoratam siclos semper denotasse ex vetustissima habent [g] receptissimaque traditione. Qui vi stupraverat אונס nominant, qui illecebris מפתה. Atque de hisce ita distinguunt, ut qui agro seu loco ab incolis longe dissito puellam vitiasset, praesumeretur [h] vi eam vitiasse. Qui vero in urbe oppidove, sibi illecebris eam conciliasse, eamque sponte succubuisse, nisi probaretur palam contrarium, veluti clamorem eum stricto gladio, fuste, minis repressisse. Si illectam, adsentiente patre, is qui vitiaverat duxisset, nulla sequebatur mulcta. Sed eam, ut mos erat virgines dotandi (qua de re libro proximo) dotabat. Ubi virginem quis vi compresserat, si aut puella ipsa, aut pater ejus in nuptias consen-

[a] Exod. xxij. 16. [b] Deut. xxij. 22, & 25. [c] Ibid. xxij. 28. [d] Parerg. 1. cap. 9. [e] Originum lib. 4. cap. 8.
[f] Misna & Gemarae tit. Cethuboth cap. 3. & 4. Maimon. hal. Naira Bethula cap. 1. & 2. Moses Mikotzi Praec. Affirm. 53. & 54. Shulcan Aruch lib. Aben haezer, cap. 177. &c. [g] Moses Mikotzi Praec. Affirm. 45. [h] Videsis Philonem lib. de Specialibus Legibus, pag. 6. & 7.

tire

tire nollet, ſolvenda nihilominus erat mulcta, nec tamen ducenda puella. Nam verba illa, *Et ſit ei in uxorem* (quod etiam pro praecepto affirmativo habent) ad nuptias obligaſſe nolunt, niſi pater ſimul & puella conſenſiſſent. Perinde ac ſi adjectum fuiſſet, tantum in eorum commodum & partem aliquam compenſationis, cui renuntiare alterutri integrum. Qui autem vi ſtupraverat, tum ut is eam duceret exigebat ſententia forenſis, ſi ipſa ſcilicet paterque id vellent, tum ut mulctam ſolveret, idque ſive caeca eſſet illa, ſive clauda, ſive leproſa. Sed minime ex ſententia ejuſmodi dotabatur, שלא תקנו חכמים כתובה לאשה אלא כדי שלא תהיה קלה בעיניו להוציאה וזה אינו יכול להוציא, *Quoniam ſapientes non inſtituerunt uxori dotem aliam ob cauſam, quam ne aliter deſpecta ea minus marito levius divortio ejiceretur.* (Quod axioma ut receptiſſimum ſexcenties apud Talmudicos occurrit.) *Jam vero in hac ſpecie uxor divortio nequibat ejici.* Etenim verba ſunt Legis Sacrae [a] de vi ſtuprata, *Non poterit eam dimittere cunctis diebus ſuis.* Sed expreſſim Philo de hujuſmodi puella, velut cui etiam ex ſententia forenſi dos eſſet aſſignanda. Quod vero de nuptiis hic dictum, intelligendum eſt de ea, cujus ſtupratori nuptiae non alias interdictae. Nam ſi ſecundaria erat, aut aliquo praecepto ſive expreſſe negativo, ſive negativo ex affirmationis nota (juxta ſuperius dicta) nedum inceſtus nomine ei interdicta, non erat ducenda. Verba illa *ſit ei in uxorem* interpretantur per לאשה הראויה לו, *in uxorem qualis ei ex lege alias idonea.* Igitur tametſi virginem vi compreſſerat pontifex maximus, ducenda ei non erat. Quoniam jam virgo non erat ipſa. Et ſolum virgo ei ex lege, ut oſtenſum eſt, ducenda. AEtas qua habebatur puella ejuſmodi בת קנס ſeu *puella cujus nomine mulcta* quam diximus *pendenda eſſet*, annos tantum occupabat eos omnes qui a trimatu ejus uſque ad duodecimum, praeter tempus ſemeſtre, annum effluebant. De minore trimatu aiunt, ביאתה אין ביאה, *concubitus ejus pro nullo habebatur.* De majore annis duodecim & ſex menſibus, בא עליה משבגרה אין קנס שנאמר נער הבתולה ולא הבוגרת, *Si coiverit quis cum puella poſtquam plenae fuerit pubertatis* [b], *nulla ſequitur hic mulcta; quia ſcriptum eſt* [c] (in lege poſteriori) *Juvencula virgo, non pubertatis plenae* ſeu *adulta.* Quin & nomine compreſſae quae intra dictam aetatem poſt nuptias divortio ejiciebatur, tametſi virgo maneret, mulcta non ſolvebatur; quam tamen ſolvi debuiſſe volunt, ſi poſt ſponſalia & ante nuptias fuiſſet repudiata. Id quod de vi compreſſa tantum dicitur. Nam ſine vi ſtupratae nomine, poſt qualecunque repudium, mulctam hic nullam tradunt deberi. Sed de puella plenae pubertatis vi ſtuprata, plura infra. Ob proſelytam juſtitiae, captivam poſtliminio redeuntem, aut libertinam ſtupratam quae proſelyta facta, redempta, manumiſſa erat intra trimatum, mulcta hic erat ſolvenda. Nomine proſelytae factae, redemptae, manumiſſae, poſt illam aetatem, non item. Scilicet praeſumi volebant, haſce poſt illam aetatulam a gentilibus, hoſtibus, ſervis vitiatas, dum in gentilibus, captivis, ancillis erant: pro virginibus itaque ex lege hac non habendas. Si coitus ejuſmodi eſſet, ut verberibus ex Sacrae Legis vi puniri mereretur, veluti cum ſorore aliave quae poena tantum exciſionis expreſſim interdicta, aut ſi mortem mereretur ex ſententia forenſi, veluti cum nepte ex filio ſeu id genus aliis, mulcta haec virginalis locum habuit nullum, non magis atque ipſae nuptiae. Quia poenis verberum ipſa Lege Sacra ejuſve interdicto ſubnixis, nedum mortis ſupplicio, mulctam inſuper jungi exiſtimabant iniquum. Mulcta haec eadem ipſa ſemper ex Lege Sacra erat, neque ob puellae dignitatem aucta, aut ob conditionem humiliorem minuta. Scilicet כל שיש לו קיצבה מן התורה שוה בכל אדם, *Quicquid praeſtitutos habet ex ipſa lege terminos aequaliter ſe habet ad univerſos.* Unde Rabbi Zira [d], יאמרו בעל בת מלכים חמשים בעל בת הדיוטות חמשים, *Dici ſolet, ejus qui cum filia regum coiverit, mulctam eſſe quinquaginta ſiclorum, perinde ut ejus qui cum filia privatorum.* Tum ex hac igitur cauſa, tum ne tam exili tantum pretio honor virgineus conſtare videretur, fiebat ut ex ſuperinducto Legi Sacrae majorum inſtituto pro ratione dignitatis ac conditionis tam ſtuprantis quam ſtupratae, aliae accederent poenae pecuniariae, ex ſententia forenſi, ubi ea de re aliter paciſci nequibant ii quorum intererat, aeſtimandae. Nam mulctam quam diximus velut in oblectationis pretium dari tantum volunt. Itaque eum qui illectam puellam ſeu ſine vi compreſſerat binis aliis mulctabant poenis; altera nomine *pudoris* ſeu *ignominiae*, quam בושת, id eſt, *ignominiam* appellant; altera, nomine *corporis vitiatae*, quam פגם nuncupant, *ſeu vitium* aut *maculam.* Praeter haſce, qui vi compreſſerat ei indicebatur poena tertia, pro dolore quo virginem in ipſo amplexu affeciſſet. Hanc צער, id eſt, *dolorem* ſeu *angorem* nominant. Adeo ut ab hoc tum mulcta ex ipſa Lege Sacra indicta, tum tres aliae hae penderentur; ab illo praeter mulctam ex Lege Sacra, aliae, ut dictum eſt, binae. Nam ubi conſenſus erat, ibi dolorem admitti nolebant. AEſtimabatur autem poena nomine ignominiae ſeu pudoris, tum a dignitate tum a tenuitate tam ſtuprantis quam ſtupratae. Ob vitiatum corpus poenae aeſtimatio erat juxta rationes eorum, qui ancillas foro empturi pretium ob ereptam antea virginitatem minuebant. Doloris denique virginei pretium, ſeu poena eo nomine indita, ex habitu corporis, aetate, caeteris quibus commode dignoſci poſſet, aeſtimabatur. Qui virginem illectam compreſſerat, binas adjectas mulctas ſolvebat, tametſi compreſſam duxiſſet, ſed non ex ipſa Lege Sacra mulctam, ſi duxerat, ut oſtenſum eſt. Qui autem vi virginem ſtupraverat, & tres haſce adjectas ſolvebat, & eam quae, ex Lege Sacra, debita. Quin & compreſſam eum ducere oportuit, niſi adverſaretur aut pater aut puella ipſa. Tametſi autem nomine virginis quae annum duodecimum praeter ſemeſtre tempus exceſſerat, mulcta ex ipſa Lege Sacra juxta magiſtrorum placita non indicebatur (ut ſupra eſt oſtenſum) attamen ex inſti-

[a] Deut. xxij. 29. [b] Videſis de hac aetate lib. de Succeſſionibus in Bona, cap. 9. [c] Deut. xxij. 28. [d] Gemar. Babylonia ad tit. Cethuboth cap. 3. fol. 40 a. & videſis R. Levi Barcinonenſ. in Chinoch Praec. Affirm. 57.

tut-

ito etiam majorum, ob virginem ejusmodi vi upratam tres illae adjectae mulctae debebantur.)uae si sponte stuprata fuisset, neque illa ex le- e mulcta, neque harum ulla locum habuit. Quin ec ex stupratoris confessione, sine testibus, exi- ebatur mulcta ex lege hic indicta. At quae pu- oris nomine & corporis vitiati adjecta est, eti- m ex sola ejus confessione exigebatur ; & ex iramento puellae etiam ea quae doloris nomine endenda. Mulctae hae omnes [a] ante plenam uellae pubertatem cedebant patri. Si deesset ater, ipsi puellae. Quod tamen ita intelligen- um, ut si, antequam ipsa querebatur, sive ple- ae fieret pubertatis, sive nuberet, sive moreretur ater, cederent ipsi mulctae illae omnes. Post que- elam autem institutam, etiamsi antequam evi- erat, plenae fieret pubertatis aut nuberet, ad atrem attinebant. Quin & ad demortui ejus hae- edes, veluti virginis fratres. Regula erat מעת שעמדה כדין זכה בהן הא, *Post actionem de eis b ea institutam earum jus patri cedit.* Caete- im de mulctis illis, satis superque. Monere au- m intempestivum non est, ad prostibula tantum u ejusmodi propudia, & ad eas quae pro libitu masiorum se eis crebrius permiserint, ex magis- orum mente, attinuisse leges illas [b] de meretri- ibus seu scortis inter Israelitas interdicendis (de uibus fusius nos [c] alibi) non ad virgines qua- s jam diximus obiter stupratas, neque ad stu- ratores. Et prostibulorum seu meretricius ejus- iodi coitus verberibus plectebatur, uti & alia- im foeminarum, qui expressim interdictus ex fo- nsi sententia capitaliter non esset puniendus. 'itiatarum autem ante memoratarum stupra- ores, mulctis jam enarratis puniebantur ; vitia- s ipsis impune (quantum ad sententiam aliquam orensem attinet) ferentibus. Quod vero ad le- em illam spectat, *Filia sacerdotis* כי תחל לזונת וג, [d] *si profanaverit se ut scortetur, illa patrem ium profanat, ideo igne comburetur* ; ad eam otat Salomon Jarchius, כשתתחלל על ידי זנות שהיתה בה זיקה בעל ונתה או מן הארוסין או נ הנשואין ורבות' נחלקו בדבר והכל מודים שלא דבר הכתוב בפנויה את אביה היא מחללה חללה ובזתה את כבודו שאומרים עליו ארור שזו יל ארור שזו גדל, *Si nempe profanetur ex scortati- ne, ubi fuerit viro conjuncta & scortatur, idque ve desponsata esset sive nupta. Sed ea de re issentiunt Rabbini nostri, cum interea fateantur re uno, non de sponsatam ea in lege non contineri. Verba autem illa,* Illa patrem suum profanat, *ad- ciuntur, quia profanat & ignominia afficit dig- itatem ejus. Inde enim dicetur vulgo, Maledic- us qui hanc genuit, maledictus qui eam educavit.*

Et Aben Ezra ibi בעולה או ארוסה *intelligendum est aut de nupta aut saltem desponsata.* Quae sunt etiam satis consona eis quae habet Josephus de sacerdotis [e] filia praereptae, post sponsalia & ante deductionem, virginitatis reae. Nam & de stupro post sponsalia plane intelligendus est, dum de aliis simul ibi loquitur puellis capite ex Lege Sacra, stupri causa, plectendis. Poena illa alter- nativa stupri in virgine, quale diximus, sine vi commissi, scilicet aut ducendi aut dotandi, ex Lege quam tractavimus priori Sacra, recepta est in jus pontificium [f], atque in foro contentioso perquam usitata, maxime in Hispania ac Italia ; qua de re consulas, si placet, Antonium Gomesi- um [g], Jacobum Menochium [h], Julium Clarum [i], Jo. Baptistam Larream [k], Antonium Monachum [l], alios ab ipsis citatos. Sed gravior ex jure Caesa- reo id genus stupri poena. Publicatio partis di- midiae bonorum stupratoribus ejusmodi, qui ex honestioribus [m], indicta ; coercitio corporis & re- legatio humilioribus ; etiam & supplicium ul- timum [n] extraordinarie, ut singulare jus [o] Vesta- lium hac de re praetermittamus. Raptoribus au- tem seu vi stuprantibus ex lege Julia de vi publi- ca poena capitalis debita ; uti & apud nos alibique puto in orbe Christiano passim nunc ex jure re- cepto, tametsi olim perquam diversimode puni- rentur. Nunc, ut in posteriori quam tractavi- mus Lege Sacra, mulctati [p], nunc membris qui- bus peccassent mutilati [q], aliterque ac aliter pro morum discrimine coerciti. Certe tam rapto- rem virginis quam sine vi stuprantem punivit Solon [r] (qui alia etiam ex Ebraeorum institutis traduxit) mulcta tantum pecuniaria. Hunc drach- mis viginti, illum centum. At sororem & filiam in stupro deprehensam fratri at patri vendere per- misit. Quod sane absurdum, inquit Plutarchus, videatur, cum adeo dispar sit servitutis & mulctae pecuniariae poena, πλὴν εἰ μὴ σπανίζοντος τότε τοῦ νομίσματος ἐν τῇ πόλει μεγάλας ἐποίει τὰς ἀργυρικὰς ζημίας τὸ δυσπόριστον, *nisi, quia id temporis non abundabant Athenae nummis, difficultas nan- ciscendi in causa esset, quod poenae ejusmodi pe- cuniariae velut satis graves praescriberentur.* Quale dicendum de Ebraeorum hic lege aliisque congeneribus. Postmodum autem raptoris poe- na Athenis erat drachmae mille. Etiam & rap- tam ducere is cogebatur, quod tum ex Syriano & Marcellino in Hermogenem liquet, tum e Plauto & Terentio [f]. Sed haec obiter. Et de conjugiis apud Ebraeos, ex jure sacro & juxta a- vitas eorum interpretationes sive vetitis sive impe- ratis, adeoque permissis, quae supra dicta sunt jux- ta institutum sufficiant.

[a] Misna tit. Cethuboth cap. 4. [b] Levit. xix. 29. Deut. xxiii. 17. [c] De Jure Naturali lib. 5. cap. 4. Videsis Maimonid. in aec. suis Negat. 355. [d] Levit. xxi. 9. [e] Lib. 4. cap. 8. [f] Extr. tit. de Adulteriis, cap. 1. & 2. [g] Super. 80. Tauri §. 7. [h] De Arbitrariis Judicum Quaest. lib. 2. cent. 3. cas. 288, &c. [i] Sentent. 5. §. stuprum. [k] Decis. Gra- tens. part. 2. decis. 98. §. 68. [l] Decis. Bonon. 41. [m] §. ex lege Julia Instit. tit. de Publicis Judiciis. [n] L. 1. §. 2. . tit. de Extraord. Criminibus, vide Alicat. Paradox. lib. 5. cap. 10. & Menochium loco citato. [o] Vide Jacob. Gutherium de Vet. Jure ontificio, lib. 2. cap. 2. [p] Edict. Theodorici Regis, cap. 59, &c. leg. Salicae tit. 14. leg. Frisionum tit. 9. leg. Aluredi Regis An- iae, cap. 25. & Canuti 49. [q] Vide Henricum de Bractona lib. 3. de Corona, cap. 28. & consulas Ludovicum a Peguera Decis. 7. Plutarch. in Solone. [f] Vide Samuel. Petit. leges Atticas, pag. 445.

Libri primi Finis.

UXOR EBRAICA,

SEU DE

NUPTIIS & DIVORTIIS

EX

JURE CIVILI

VETERUM EBRAEORUM.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Sponsalium ac nuptiarum nomina ac discrimen. Atque libri hujus institutum.

SEquitur ut de matrimonii contrahendi formulis, ritibus, id genus aliis proxime dispiciamus. Ut vero apud veteres Romanos triplex erat contrahendi matrimonii formula, confarreatio, coemptio, & usus: ita Ebraeis etiam ex legibus eorum civilibus formula erat triplex בכסף בשטר בביאה [a] *Argento* seu *nummulo dato*, *pactionis libello*, *atque coitu.* Contractus hisce formulis initos ליקוחין appellant, id est, *sumptiones*, ab uxore sumpta, sed & vocabulis usitatioribus קידושין atque אירוסין, quorum utrumque *sponsalia* denotant, ea sane notione, qua sponsalia jure Caesareo [b] sunt mentio & repromissio nuptiarum futurarum, non qua pontificio obligant interdum tantummodo ad futuri matrimonii pactionem, nondum consensu sati firmati. Quemadmodum autem jure Caesareo, ut etiam plerumque pontificio, sponsalia sunt ipsi matrimonii contractus seu stipulatio & in consue tudinem illam vitae repromissio; nuptiae vero qua a sponsalibus distinguuntur, solennes illi ri tus insequentes, quibus matrimonium perficitu celebraturque; ita & jurisconsultis Ebraeis sponsa lia contractum ejusmodi, modo dos etiam rit constitueretur (de qua infra) denotant. Nuptia autem ita a sponsalibus discriminatas נישואין nun cupant & כניסה לחופה seu *deductionem in do mum* aut *thalamum*, de qua mox plura. Ita sci licet post sponsalia fiebant nuptiae perfectae a absolutae. Sponsa ita deducta, neque ante, vo cabatur נשואה, id est, *nupta*, tametsi ex sponsa libus plane matrimonium esset satis contractun initumque. Sponsum appellant ארס & מקדש sponsam מאורסת & מקודשת. Post deductionem per septem epuli nuptialis dies (de quibus infra haec [c] כלה ille חתן ab omnibus, etiam & pos illos expletos semper a parentibus appellabantu Inde etiam ipsum conjugium חתון dicunt, & in

[a] Misna titulo Kidoschin cap. 1. & David de Pomis Lexic. pag. 43 & 72.

[b] Florentinus D. tit. de Sponsalibus, lib. 1.

[c] Elias in Thisb. vocibus חתן & רוך

terdun

crdum etiam שִׁדּוּךְ, & nuptias חתונה. Patres tem conjugum inde se mutuo מחותן & propinqui מְחוּתָנִין appellitant. Sunt & alia conjugata, is similia. Adeo autem ex ipsis sponsalibus fiet uxor, tametsi nuptiae nondum accederent, ut [a] מִשֶּׁנִּקְנֵית האשה ונעשית מקודשת אע״פ שלא נבעלה ולא נכנסה לבית בעלה הרי היא אשת איש והבא עליה חוץ מבעלה חייב מיתת בית דין ואם רצה לגרש צריכה גט, *Quamprimum puella acquisita est & sponsa facta; citra coitum* (ubi scilicet nummulo seu pactionis libello desponsata est) *citraque deductionem vere uxor esset, adeoque etiam ut quisquis praeter sponsum cum ea rem haberet, is ultimo supplicio* (ut adulter) *esset puniendus* [b]. *Nec sine libello repudii, post matrimonium seu sponsalia ejusmodi potuit ejici.* Quae verba sunt Maimonidis, cui adstipulantur veteres [c] recentioresque [d]. Sed de hisce & quae huc spectant explicatius fusiusque. Alia sunt ex ipsa sponsalium substantia, veluti conventio & testimonium praeter dotis constitutionem, & in formula contrahendi tertia ipse coitus; alia in sponsalium ritibus tantum numeranda, veluti invocationes sacrae seu benedictiones, convivia, id genus caetera. Alia itidem e nuptiarum substantia, ut ipsa eductio in thalamum; alia ex ejusce duntaxat ritibus, ut praeter benedictiones deductioni proprias, mora sponsae apud parentes & praestituta, sed pro aevi morumque discrimine variantia, deducendi tempora etiam & ritus minorum gentium aliqui. De singulis, suo ordine.

CAP. II.

De sponsalium sive pecunia seu nummulo ejusve valore, dato, sive libello, sive coitu initorum, formulis. Qualitas bonorum varia, qua, si nummuli arraeve loco darentur, irrita plane fierent sponsalia. Sponsalia dubia.

SPonsalia ex *pecunia* seu *nummulo* dato, quae קִדּוּשִׁין בכסף seu *sponsalia argento facta* appellant, ita fiebant, si nummulo aliove bonorum genere quae nummulum saltem valerent, velut arra, legitime dato, puellae consentienti dixerat is, qui adstantibus testibus spoponderat, הרי את מקודשת לי בזו [e] seu הרי את מאורסת לי בזה, quae pariter sonant, *Ecce tu mihi ex hoc sponsa es*, aut את לי לאינתו *Sis mihi in uxorem*, aut horum verborum quid simile. At si puella dixerat הרי אני מקודשת לך *Ecce ego tibi sponsa sum*, nummulum ei donans, aliisve quibuscunque conventionis matrimonialis verbis fuerat usa, res irrita erat. Quod itidem dicendum, ubi nummulum donante illa, ille verba protulerat. Ita tamen ut ubi praecedente sermone עַל עסקי קידושין, *de re matrimoniali*, viro nummulum dante, puella verba protulerat, firma velint fuisse sponsalia. Minime vero si non praecesserat ejusmodi sermo, nisi responso legitimo ille annuerat. Aiunt hanc formulam sacro legis sermone minime niti, sed a majoribus acceptam. Interea tamen passim, ubi de ea loquuntur, exemplum petunt e fundo quem pretio appenso emit ab Ephrone [f] Abraham; perinde ac si ut ille fundum, ita hic sponsus sponsam emeret. Obvium autem est [g] שיעור הכסף בִּפְרוּטָה ובשוה פרוטה, *AEstimatur argentum hic dandum nummulo dicto* prota, *aut ejusdem nummuli valore*, de quo satis nos [h] alibi. Scilicet nummorum genus erat minutissimum. Et tanti valoris minimum oportuit esse, quod sponsalium nomine hic donabatur. Locum autem nummuli hujus ejusve valoris obtinuit [i] seculis in recentioribus annulus (ex aliarum gentium imitatione) qua de re mox [k] plura. Sed vero non omnimoda bona in sponsalibus contrahendis nummuli locum legitime obtinebant. Nam si res, eo nomine data [l], aut esset דבר שהוא אסור בהנאה, *Id quod usibus apud eos humanis interdiceretur*, veluti fermentum tempore paschatis, caro in lacte, id genus caetera, idque sive ex lege sive ex scribarum scitis vetita, irrita plane habebantur sponsalia. Parile jus obtinuit, ubi sacerdos ex eduliis quae קדשים *sanctorum* nomine generi sacerdotali debebantur, parte sua desumpta, quampiam sibi desponsaret. אינה מקודשת מפני שלא הותרו אלא לאכילה בלבד, *Irrita erant*, inquiunt, *inde sponsalia, quia ea comedere, non aliter uti, ei licuit.* Idem scribunt de המקדש את האשה בגזל בגניבה ובחמס, *Eo qui desponsaret sibi uxorem dato eo, quod raptu, furto aut vi possidebat.* Scilicet, non suo. Quod tamen sic temperatur, ut si aut a pristinis dominis velut derelictae res ejusmodi haberentur, aut ab ipsa quae despondenda erat, essent ablatae, vim sortirentur sponsalia, modo posteriori hic specie aut praecederent inter sponsos verba contrahendi, aut expressim foemina, suo ita a sponso recepto, verbis sponsalitiis annueret. Aliter enim, ubi bonorum aliquod genus legitimum, nummuli minimi valoris aut eo majoris, dabatur non sine formula jam dicta verborum, foemina, accipiendo tantum, sponsa fiebat legitima. Alias habent hac de re subtilitates hujusmodi. *Libello* fiebant sponsalia, ubi arra seu pretio, sive dato sive neglecto, verba ejusmodi a sponso coram testibus idoneis inscriberentur, ipseque libellus sponsae ab eo traderetur, ita tamen ut nec sponsa insciente inscriptio fieret. Nam si insciente illa inscriberetur libellus, tametsi traderetur scienti, sponsalia irrita habebantur. Legis sermone hanc formulam niti volunt. Scilicet divortium, quo conjugia dissolvuntur, libello ex lege [m] fiebat. Ergo ut sponsalia quibus contrahuntur, libello itidem fierent, etiam sine arra seu pretio, aequum existimarunt. Inter formulas [n] libellorum seu syngrapharum a seculis vetustis in usu, hujusmodi habent sponsalitiam, cui clausulae item adjectae

[a] Maimonides halach. Ishoth cap. 1. [b] Vide Deut. xxij. 23, 24. [c] Misna tit. Sanhedrin, cap. 7. Gemar. Babylon. ibid. fol. 53 a. [d] Moses Mikotzi Praecept. Affirm. 48. alii. [e] Gemar. Babylon. ad tit Kidoschin cap. 1. fol. 5 b. Maimonid. tit. Ishoth cap. 3. Moses Mikotzi Praecept. Affirmat. 48. &c. [f] Genes. xxiij. 9. [g] Misna tit. Kidoschin cap. 1. Moses Mikotzi Praecept. Affirmat. 48. [h] De Jure Nat. & Gent. lib. 6. cap. 2. [i] Rituale Maharil, fol. 83 a. Machzor Germ. part. 1. fol. 336. col. 4. Thesuboth & Maimonid. lib. Nashim. Thesub. 18. [k] Cap. 14. [l] Misna & Gemar. Babylon. ad tit. Kidoschin cap. 2. fol. 526. & 56 b. Maimonides halach. Ishoth cap. 5. & halach. Memarim cap. 4. Moses Mikotzi Praecept. Affirm. 48. & Negat. [m] Deut. xxiv. 1. [n] Sepher לכל חפץ num. 3.

jectae

jectae de dote futura ejusque praestatione ac futuris nuptiis.

גוסח שטר אורוסין

בכך בשבת בכך ימים לירח פלוני שנת כך וכך לבריאת עולם למנין שאנו מונין וכו׳ איך פלו׳ בן פלו׳ אמר לה לפלונית בת פלוני הווי לי ארוסה כדת משה וישראל והבינא ליכי מוהר בתולייכי כסף זוזי מאתן דחזי ליכי מדאוריתא וצביאת פלונית ליה לארוסה וכן התנה לפלונית ארוסתו לכתוב לה כתובתה בימי נישואיה וכך אמר פלוני דכן אחריות שטר אירוסין זה קבלתי עלי ועל יורשי אחרי לפרוע שטר ארוסין זה ואפילו מן גלימא דעל כתפאי בחיים ובמות וקבל עליו פלו׳ זה אחריות וחומר שטר ארוסין זה כאחריות וחומר כל שטרי ארוסין די נהיגין בבנות ישראל וכו׳.

פלוני בר פל׳ עד
פלוני בר פל׳ עד
פלוני בר פל׳ עד

Formula contractus sponsalitii.

TALI *feria, tali die mensis N. anno tali a creatione mundi juxta supputationem qua nos utimur*, &c. *Quo tempore talis, filius talis, dixit tali puellae filiae talis, Sis mihi sponsa juxta institutum Mosis & Israelitarum, & dabo tibi dotem virginitatis tuae argentum scilicet 200 zuzorum, qui summa competens est tibi ex ipsa lege. Et assensum praebuit talis* (puella) *ut ejus jam esset sponsa. Ideoque sponsae huic suae promisit dotem scripto ei constituere diebus eorum nuptialibus. Insuperque dixit, In me suscipio atque in haeredes meos posterosque, praestare quod in hoc libello sponsalitio continetur, etiam ex pallio quod in humeris meis, idque sive vivam sive moriar. Quin & suscepit in se talis* (sponsus) *praestandi, quod in libello hoc sponsalitio continetur onus, juxta ea quae ex more attinent ad alios ejusmodi Israelitidum libellos sponsalitios*, &c.

N. Filius N. Testis.
N. Filius N. Testis.
N. Filius N. Testis.

Coitu sponsalia fiebant, peracto non sine binis minimum testibus, verbis sponsalitiis praeeuntibus atque ipso coitu arrae seu pretii locum occupante; ut הרי את מאורסת לי בבעילה זו, *Ecce sis mihi sponsa ex hoc coitu.* Formulam hanc ex ipso legis sermone haberi volunt כי יקח איש אשה ובעלה וגו׳, *Cum* [a] *acceperit vir uxorem* seu *foeminam, & coierit cum ea*, &c. Caeterum utcunque valerent hujusmodi ex coitu sponsalia, etiam a tenerrima [b] aetate, attamen eorum usus (ut clandestinarum nuptiarum fere Christianis) a majoribus interdictus est, idque sub poena verberum, quibus inobedientes dicto ab iis qui rebus praeerant coerceri solebant. Rationem reddunt [c], שלא יהיו בני ישראל פרוצין, *Ne honestas publica inde ab Israelitis nimium violaretur.* Unde fiebat etiam ut fratriam, quae, fratre sine liberis demortuo, leviro ex lege jungenda erat, idque si verba tantum legis inspicias ipso [d], sine solennibus, solo coitu (ut supra [e] ostensum est) sumi tamen rite nollent [f] sine aut pecunia ejusve valore dato, aut libello, modo jam dicto. Dos item & benedictio accessere, de quibus infra. Formula autem verborum juxta quam sive libello sive nummulo sponsalia fratriae fiebant, ad hunc modum plerumque se habuit, אנא פלוני בר פלוני קבילת ית פלונית יבמתי עלי לזון ולפרנסה כראוי *Ego N. filius N. accipio mihi N. fratriam meam mihi ex lege ducendam, ad alendam eam atque sustentandam ut decet.* Peculiari autem nomine vocabatur contractus hic מאמר seu *collocutio* potius quam קידושין seu *sponsalia*, idque ob jus praecedens, quod fratriae & leviro invicem competebat. Inprimis autem in contractu sponsalitio spectandum erat, ut ita sonarent verba, ut acquiri & possideri sponsam a sponso, non hunc ab ea denotarent. Exempli causa [g], הריני בעליך הריני ארוסי הריני אישך, *Ecce ego maritus tuus sim, ecce sponsus tuus, ecce vir tuus*, verba sunt e quibus nec dictis nec scriptis nata sponsalia. Atqui ex hisce הרי את אשתי הרי את ארוסתי הרי את קנויה לי הרי את שלי הרי את לקוחתי הרי את חרופתי הרי את ברשותי הרי את זקוקה לו *Ecce uxor mea sis, mea sponsa, a me possessa, aut mihi adquisita, mea, mihi sumpta, addicta mihi, in mea potestate, mihi ut conjugalibus utamur amplexibus copulata*, atque id genus aliis contractus fiebant validi ac manifesti, quos קידושין ודאי appellitant, id est, *sponsalia manifesta.* Quoties scilicet sive interroganti seu stipulanti sive enuntianti hisce modis viro assensum praebere puella. Hujusmodi vero הרי את מיוחדת לי הרי את מיועדת לי הרי את עזרתי הרי את נגדתי הרי את צלעתי הרי את סגורתי הרי את תחתי הרי את עצורתי הרי את תפושתי, *Ecce mihi unita sis mihi condicta*, seu *constituta, auxilium meum mihi alter ego, costa mea, custodienda mihi, sub me, mihi cohibenda, a me capta* seu *mihi captiva*, ubi sermo praecesserat matrimonialis, habebantur pro קידושין מספק seu *sponsalibus dubiis.* Quod si sermo matrimonialis non praecesserat, nihili sunt habita. Dubia autem sponsalia seu ex incerta contrahendi formula nata ejusmodi erant, ut ante deductionem (si sponsus deduceret & sponsa deduci vellet) manifesta & perfecta verbis solennibus fierent. Sin vero, repudii libello dubium illud vinculum [h] erat solvendum. Si dixerat aut scripserat vir, *Sponsa sis dimidia* aut *parti mei*, valebat contractus non minus ac si dixisset, *Sis tu mihi in uxorem, quemadmodum alia est mihi uxor.* Nam ubi uxores plures simul duci ac retineri quibant, earum nulla plus quam mariti partem habebant. At si dixerat חצייך מקודשת לי, *Pars* aut *dimidium tui mihi in sponsam*, aut הרי את מקודשת לי ולזה, *Sis mi*

[a] Ibidem. [b] Misna tit. Nidda cap. 5. Talm. Babylon. fol. 44 b. [c] Obadias Bartenorius ad tit. Kidoschin cap. 1. §. 1. Maimonides halach. Ishoth cap. 3. [d] Vide Gemar. Babyl. & Misn. tit. Nidda cap. 5. fol. 44. & 45. [e] Lib. 1. cap. 1? [f] Gemar. Babyl. tit. Jabimoth, cap. 5. fol. 52. a. [g] Gemar. Babylon. ad tit. Kidoschin cap. 1. fol. 5. & 6. Maimonid. halach. Ishoth cap. 3. [h] Maimonides halach. Ishoth cap. 4. & 7.

i atque huic sponsa, res irrita habebatur. Nam)emina cui non erat, ut viro, polygamiae jus, :a dividi nequibat, adeoque nec verbis ejusmodi onsentiens teneri.

CAP. III.

)e minorum sponsalibus, maxime puellarum ; sive in patria essent potestate, sive emanciparentur, sive alias potestatis suae. De internuntiis seu proxenetis. Sponsalium a puella minore initorum renuntiatio, ejusque formula. Testes.

CONtractus autem sponsalitii fiebant aut ex conventione sola sponsi & sponsae (ut ca-)ite superiore) ubi suae erant potestatis ; aut ex .ssensu sive patris sive tutoris, si annis minores ut nondum pubertatis plenae essent ; aut per nternuncium seu proxenetam. Puella usque ad nnum duodecimum diemque insuper unicum anni hic nec solares nec lunares ; sed civiles, & d intercalandi rationem putabantur) קטנה & תינוקת seu *minor* [a] nuncupabatur, nisi manifesta raeproperae pubertatis signa nomen juvenculae, uam נערה vocant, forte anticipassent. Per sex ui sequuntur menses נערה seu *juvencula* dicta st, pro גדולה seu *annis majore* habita. Dein בוגרת seu *pubertatis* erat *plenae*. Masculus an- is erat קטן seu *minor* usque dum praeter diem .nicum expleverat annum decimum tertium. Tunc גדול seu *major* atque איש seu *vir* habe- atur. Atque ante hanc aetatem contractus sponalitius masculi [b] irritus plane erat. Minores au- em puellae in potestate patria fuere non omni- o sua ; uti etiam juvencula ab ipsis natalibus sque ad plenam pubertatem, tametsi minor per :x postremos menses non esset. Potestatis pa- riae exemplum sumunt e legis sermone [c], *Fi- iam meam huic viro dedi in uxorem.* Et quic- uid bonorum filiae ante plenam pubertatem & erfectas nuptias advenerat, patri [d] cedebant. ldeo ut quicquid labore seu industria sua sibi ntra aetatem illam comparasset, uti etiam & ip- ā dos, si post sponsalia & ante nuptias plenam- ue pubertatem repudiaretur, aut vidua fieret, ad atrem solum attineret. Neque intra hanc aeta- :m sponsalia aliter sive nummulo sive libello .ebant, atque ex paterno duntaxat consensu con- entioneque. Nullo a natalibus usque ad plenam ubertatem tempore filiam sic despondere non po- uit pater. Formula erat hujusmodi ; הרי בתך פלונית מקודשת לי בכסף זו, *Ecce filia tua N. t sponsa mibi hoc nummulo*, aut *filiam tuam N. nibi hoc nummulo spondes ?* Cui pater קידושתיה לך, *Despondeo eam tibi* ; aut נתתיה לך, *Do eam ibi*, aut simile quid respondebat ; secundum ea uae etiam Graecis & Romanis veteribus hodie- ue in usu. Coitu autem non despondebat pa- :r filiam ante trimatum ejus, adjecto insuper die unico. Scilicet & hoc modo מדעת אביה, *ex assensu patris* sui filia desponderi potuit ; sed juxta capite proxime superiori dicta. Nam ab aetate illa coibilis, juxta eorum scita, ut ex ante dictis etiam liquet, habebatur puella. Exacta pubertate plena, desiit potestas patria, suaque incipiebat ; quod esse ברשות עצמה, id est, *in suiipsius potestate* appellant. Maimonides [e]; בגרה הבת אין לאביה בה רשות והרי היא כשאר כל הנשים שאינם מתקדשות אלא מדעתן, *Patri potestas non est in filiam plenae pubertatis. Etenim eadem hujusce est conditio, quae aliarum foeminarum, quae suo arbitratu tantum despondentur.* Dein igitur ipsa, sive virgo, sive vidua, sive repudiata rite contrahebat. Per internuntium seu proxenetam quem שליח seu *apostolum* nuncupant, sive vir sive pater ante finitam potestatem patriam, sive puella postquam erat suae, sponsalia inibat. Nec solum internuntii potestas, ubi nomen sive sponsi sive sponsae futurae ei designaretur, locum habuit. Etiam ut sponsum sponsamve ipse pro suo libitu seligeret, si praescripta erat ei potestas, legitima habebatur ; sed strictissime observanda. Instrumentum quo proxenetae potestas mandari solita est, nuncupant שטר הרשאת שידוכין [f] *instrumentum* seu *libellum potestatis conjugii contrahendi.* Formula proxenetae viri erat הרי את מקודשת לפלוני בכסף זה או בשטר זה, *Ecce tu sponsa sis N. hoc nummulo*, aut *hoc libello.* Ubi foeminae proxeneta aderat, futurus sponsus dicebat הרי פלונית ששלחה אותך מקודשת לי, *Ecce N. cujus tu internuntius es, sponsa mihi sit* ; aut *spondesne eam mihi ?* Huic respondebat procurator קידושתיה לך, *Despondeo eam tibi*, aut נתתיה לך, *Do eam tibi*, aut id genus aliud simile. Quemadmodum autem minime insciente puella, ubi suae erat potestatis, scribendus erat libellus sponsalitius, ita nec insciente sive patre sive proxeneta, ubi eorum alteruter partes puellae sustinebant. Atque eadem ipsa formularum ratio quae inter ipsum sponsum sponsamque suae potestatis habebatur, alias obtinebat, quoties aut pater aut proxeneta interveniret. Sponsalia autem cum puella minore sive suae, per emancipationem, potestatis facta, sive per patris mortem, ante annum aetatis sextum erant plane [g] irrita. Et tutorum vicem praestabant hic agnati cognative adsciti. Nam tametsi tutores nomine haereditatis & bonorum pupillis dabantur [h], & consessus juridici ordinarii etiam passim locum ejusmodi tutorum usurpabant, nihilominus in sponsalibus, tutorum ejusmodi autoritas quantum video non obtinuit. Si decimum puella compleverat annum, nuncupabatur מקודשת למאין *sponsa* quidem, sed *quae* postea, si placeret, *renuntiare sponsalibus* & renuere posset, uti etiam, licet inter sextum finitum & decimum completum desponsata fuisset, modo intra hoc temporis intervallum eam rei matrimonialis non inscientem fuisse satis ex ingenio constaret. Aliter enim etiam irrita plane ipsa ejus qualiacunque ante annum illum sponsalia. Hujusmodi sponsa antequam major fiebat, renuntiare potuit ;

[a] Maimonides hal. Ishoth cap. 2. & magistri passim. [b] Misna tit. Kidoschim cap. 2. [c] Deut. xxij. 16. [d] Maimonid. hal. Ishoth cap. cap. 3, 7, & 10. [e] Halach. Ishoth cap. 3. [f] Sepher לכל חפץ. [g] Idem tit. Ishoth cap. 4. [h] Maimonid. halach. Nechaloth cap. 10.

quo, non fine duobus minimum teftibus, facto, rejiciebatur etiam a fponfo fine repudii libello, eo quod fponfalia velut tantum in fufpenfo fuerant. Vocabatur hujufmodi puella poftea ממנאת feu *quae fponfo renuntiarat*. At vero fi ufque dum major effet, fponfi amplexus ei placerent, dein perfecta habebantur ipfa fponfalia minori ut dictum eft aetate contracta. Renuntiationem hujufmodi vocant מיאונין, quae in triumvirali minimum confeffu [a] peragenda erat. Formula ejufmodi renuntiationis, quam גט מיאון *libellum recufationis* feu *renuntiationis* appellitant, ad hunc fere modum in lingua plufquam femibabylonica [b] fe habuit.

נוסח גט מיאון

בכך בשבת כך וכך יום לחרש פלוני שנת כך וכך למנין פלוני מיאנה פלונית בת פלוני בפנינו ואמרה שאמי או אחי הטעוני והשיאוני או קידושני ואני קטנה לפלוני בר פלוני וחשתא גיליתי דעתי קדמיכון דלא צבינא ביה ולא קאימנא עימיה ובדקנא פלונית דא ואתברך לנא דעדין קטנה היא וכתבנא וחתמנא ויהיבנא לה לזכות ולראייה ברורה.

פלוני בר פלוני עד
פלוני בר פלוני עד

Formula libelli renuntiationis

(puellae fcilicet minorennis.)

Feria N. die N. menfis N. anno N. juxta computum N. recufavit feu renuntiavit coram nobis N. filia N. ad hunc modum verba faciens; Mater mea, aut frater meus errare me fecit, & decepit me, & defponfavit me hactenus minorem cuidam N. filio N. Nunc vero animi mei fententiam coram vobis aperio, illum mihi non placere, neque me cum illo manfuram. Et inquifitione a nobis facta manifeftum fiebat nobis, eam hactenus effe annis minorem. Et fcripfimus hoc, & fubfignavimus, & fecundum jus ejus & in luculentum rei teftimonium dedimus.

Teftis N. Filius N.
Teftis N. Filius N.

Adjicitur ex more majorum a nonnullis [c] ויהיבנא לה רשות למהיך ולהיתנסבא לכל גבר דתצבי ואינש לא ימתה בידה מן יומא דנן לעולם *Et damus ei poteftatem abeundi, ut nubat cuicunque viro voluerit, nec quifquam ei interdicatur ab hoc tempore in perpetuum.* Quae fere adjici folita libellis divortii, quorum formulam in fequentibus exhibemus. Puellae quae ita fponfalibus in minore aetate inchoatis renuntiaverat, ratio non alia habebatur, quam ejus quacum nulla omnino inita fponfalia, five facerdotum conjugia fpectes, five affinitatem; excepto tantum ubi fratria ejufmodi minor leviro ex lege eam ca pienti ita renuntiaverat, quod fcilicet fas habe batur. Nimirum ea in fpecie [d] patri leviri in terdicta eft puella ita renuntians. Quoniam e ipfa Lege Sacra velut nurus, ante renuntiationem habebatur. Haec ferme habent de minorun fponfalibus atque proxenetarum in hifce potefta te, qua ex jure fiebant ftricto. Caeterum ex ma jorum monitis feu confilio (quod etiam velu praeceptum prudenter amplectendum fuadent nec per proxenetam fieri debebant fponfalia, ni fi fponfus fponfaque fe invicem antea effent con tuiti, nec puella ante annum duodecimum a pa tre collocanda, aut a viro contractu fumenda Hoc fcilicet, ut puella minime collocaretur, dun fuae conditionis effet nimis ignara. Illud ver ne non tam nuptiarum folatium, quam uxori imparis taedium & difplicentia, adeoque repudi materies abfenti compararetur. Adeo autem e contractus fponfalitii fubftantia femper erant tef tes, iique idonei, ut fi unicus duntaxat adeffet nedum nullus, licet fponfus fponfaque inita pari ter faterentur ipfi fponfalia, irritus [e] plane habe retur.

CAP. IV.

De vi ac metu; & fingularibus aliquo fponfalium contrahendorum fpeciebus qua valida, qua irrita. De furdo muto, fatuo, viragine, hermaphrodito genitalibus obftructo. De fponfalibu initis cum inceftus nomine interdictis, fecundariis, cum aliis quae vetentur. De apoftatis Ebraeis.

Si fponfa coacta fuerat vi aut metu, irrita fuiffe fponfalia pronuntiant; non item, fi fponfus [f]. Quoniam neque de vi in eum illata, nec de ejus metu aeque praefumitur. Et repudiare pro arbitratu potuit. Si fponfus annuente fponfa, libellum fponfalitium, ut fupra dictum eft, infcriptum tradens etiam adftanti puellae alii dixerat, ואת נמי *Et tu etiam*, aut וכן גם את *Et fimiliter tu*, aut ejufmodi quid aliud, utraeque fponfae (modo etiam & hic nummulus ejufve pretium daretur) fiebant. Nifi autem nummulus nummulive pretium hic, juxta fuperius dicta adhibitum, acceptum fuiffet puellae, five fua manu, five ab alio in fui commodum, five in loco aliquo fuo in fui item commodum pofitum, idque ex manifefta animi ejus fententia, ubi fuae erat poteftatis, fponfalia valida inde non erant. Similis erat ratio, ubi in poteftate erat patria. Sponfalia rite fatis contrahebant furdi & muti (hi fcilicet fignis ac nutibus) atque ebrii, modo vino plane non effent fepulti; minime vero fatui. De Eunuchis [g] alibi diximus. Sterilis etiam virago, feu אילונית, fatis rite defpondebatur.

[a] Mifna tit. Sanhedrin cap. 1. [b] Maimonid. halach. Gerufhin cap. 11. Sepher לכל חפץ num. 30. & in Gemar. Hierofolymit. ad tit. Sanhedrin cap. 1. fol. 19. col. 1. & Babylon. ad tit. Jabimoth cap. 13. fol. 107. & 108. ipfa fere formula occurrit. Habetur item apud Sam. Petitum in Var. Lect. lib. 2. cap. 9. [c] R. Ifaac Bar Abba in Sepher Ittur apud autorem Magid Mifna in Rambam hal. Gerufhin fol. 269. b. [d] Mifna tit. Jabimoth cap. 13. & Maimonides halach Gerufhin cap. 11. [e] Gemar. Babylon. ad tit. Kidofchin cap. 3. fol. 65. [f] Maimonid. Ifhoth, cap. 4 & 5. [g] Lib. 5. de Jure Nat. & Gent. cap. 16.

tur.

tur. Atqui tum hermaphroditi, tum genitalibus obstructi, quem טומטום nuncupant, sponsalia sive masculi sexus nomine sive foeminei, dubia habebantur usque dum de praepollente sexu satis constaret. Contracta cum earum aliqua, quarum coitus incestus aut turpitudinis nomine (praeter foeminam mensibus laborantem) interdicitur [a], plane nulla erant. Ista tantum excepta אין קידושין תופסין לערוה, *Ubi coitus incestus esset* aut *turpitudo* (ita signanter dicta) *sponsalia locum habent nullum*, sed planissime irrita sunt. Atqui ubi ex secundariis aliqua, aut aliqua ex eis quae praeceptis negativis quidem, sed nec sub poena excisionis nec mortis, veluti vidua pontifici maximo, repudiata sacerdoti gregario, id genus aliis, interdicuntur, aut ex eis quae affirmationis nota, ut supra ostensum est, veluti vitiata pontifici maximo, vetantur, aut ex fratriae copulatis aliqua desponde-batur, sponsalia omnimodo valida habebantur; sed tamen libello repudii solvenda. Excipiunt hic viduae demortui sine liberis fratris cum extraneo ante leviri renuntiationem sponsalia, quae in sponsalibus dubiis censent. Cum Gentili sive libera sive ancilla Ebraei sponsalia plane irrita erant, juxta ea quae alibi [b] item ostendimus, uti & Gentilis aut servi cum Ebraea. Ebraei apostatae non minus ac alius cujuspiam Ebraei sponsalia valebant.

CAP. V.

De sponsalibus conditionaliter initis; & de singulari conditionum in contractibus, maxime sponsalitiis, jure ac natura.

UT contractus reliqui, veluti emtio, venditio, permutatio, & quae fuere stipulationes, etiam & ipsa repudia, ita & sponsalia tam conditionaliter quam pure concipiebantur. Conditio autem (quam תנאי nominant) aut praecedens est aut subsequens. Subsequenti hic conditione, juxta magistros, sponsalia aut repudia infirmari nequibant. Sed velut futurus conventioni modus adjici potuit, eo nomine solum censenda. Praecedens autem conditio (qua ipse contractus ita nitebatur, ut illa non impleta, hic plane irritus fieret) nulla sive sponsalibus sive repudio rite adjiciebatur, cui qualitatum harum quatuor [c] ulla deesset, admissis interim quae item mox dabimus aliquot exceptionibus. Prima est, reduplicatio, quam כפול appellitant. Secunda, ut affirmativa pars praecederet in ea negativam. Tertia, ut in ipsa verborum prolatione conditio praecederet rem cui adjecta est. Quarta demum, ut esset possibilis. Si harum ulla abesset, nihili erat adjecta conditio, & contractus ipse purus. Exempli causa; si dixerat quis puellae, *Si dederis mihi centum, sponsa mihi sis ex hoc denario*, quem accipit puella; pura erant sponsalia; nec conditioni locus, quoniam aberat reduplicatio haec; *Et si non dederis, sponsa mihi non sis.* Neque in sponsalibus solum contrahendis atque repudiis, sed in quibuscunque aliis contractibus necessariam fuisse ejusmodi reduplicationem volunt magistrorum nonnulli. Alii duntaxat in sponsalibus & repudiis necessariam esse contendunt. Et vetus est & insignis ea de re [d] controversia. Reduplicationis hujus exemplum habent ex illa Mosis formula [e], *Si transierint filii Gad & filii Ruben*, &c. si vero *non transierint*, &c. Et prioris sententiae magistri notant hanc nec ad sponsalia nec ad repudia attinuisse, ideoque etiam in caeteris, quae circa bona itidem versantur, exemplum esse sequendum. Si ad hunc modum quis contraxerat; *Sponsa mihi sis ex hoc denario* (quem accipit illa) *ita tamen ut si non mihi dederis centum, sponsa mihi non sis*, conditio nulla est, quia res ipsa, scilicet sponsalia, eam praecedit. *Si non mihi dederis centum, sponsa mihi non sis; at si dederis, mihi sponsa sis ex hoc denario:* non valet conditio לפי שהקדים לאו להן, *Eo quod negativa pars ejus praecedit affirmativam.* At sponsalia ipsa valida & pura. *Si ascendas in coelum, aut in abyssum descendas, sponsa mihi sis ex hoc denario; si non ascendas aut descendas, sponsa mihi non sis:* sponsalia itidem pura erant, quoniam impossibilis conditio. Si conditio esset possibilis, at ex interdicto legis illicita, veluti, *Si comederis adipem & sanguinem, carnem porcinam*, aut ejusmodi quid aliud, *ecce sponsa mihi sis ex hoc nummulo; sin vero*, &c. Valebat conditio, nec fiebant sponsalia nisi impleretur: eo quod non minus in puellae erat potestate non comedere, quam non desponderi. At ubi conditio erat non solum illicita, sed etiam extra puellae potestatem, inter impossibiles censebatur. Si vero licita esset, tametsi sine alterius assensu impleri nequiret, ex ea pendebant sponsalia. Ut, si fundum Rubenis emeret, aut si sponsalia inter Simeonem & Mariam faceret. Caeterum quandocunque subsequens conditio, quae sponsalitiae conventioni ut modus adjiciebatur, Sacrae Legis praescriptis adversaretur, ita tantum ea vim habuit, quatenus ad ea quae in bonis [f] familiaeve facultatibus erant, duntaxat spectabat. Si sponsalibus adjectus erat modus futurus seu conditio subsequens, sponsum nec ad alimenta, nec vestes, nec debitum conjugale teneri; ab alimentis & vestibus sponsae praestandi immunis erat, non a debito conjugali. Trium horum scilicet ex lege viro [g] impositorum (de quibus plura inferius [h]) prima duo ad ea quae in bonis sunt, attinent; non item tertium. Atque ita receptior est distinctio de regula illa כל המתנה על מה שכתוב בתורה תנאו בטל, *Si quis conditionem adjecerit, quae legis praescriptis adversetur, irrita est.* Nam exceptio adjicitur חוץ מדבר שבממון, *Nisi de re fuerit quae in bonis censenda.* In sponsalibus autem, quibus conditiones quales diximus praecedentes adjiciebantur, statim implenda erat conditio, adeoque statim, ea impleta, vim suam illa habebant. Quod si

[a] In Levit. xviii. [b] Lib. 5. de Jure Natur. & Gent. cap. 12, &c. [c] Maimonides halach. Ishoth, cap. 6. [d] De ea vide Rabbi Shem Tob, alios citatos ad Maimonid. halach. Ishoth, cap. 6. fol. 238. [e] Numer. xxxii. 29. [f] Gem. Bab. ad Kidoschin, cap. 1. fol. 19. b. & ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 84. b. & Maimonid. halach. Ishoth, cap. 12. [g] Exod. xxi. 10. [h] Lib. 3. cap. 4.

tempus

tempus adjectum eſſet conditioni, ab ipſa conditione impleta, modo intra diem praeſtitutum impleretur, ſponſalia firma erant, nec ante omnino ſponſalia; veluti, *Si hoc anno tibi dedero centum, ſponſa mihi eris ex hoc denario; ſin vero, ſponſa mihi non eris*, ac denarium dediſſet ille menſe Niſan, ſeu Aprili, ac poſtmodum menſe Elul ſeu Auguſto aut Septembri centum ſolviſſet, a ſolutionis tempore firma erant, nec ante, ſponſalia; adeo [a] ut ſi interim quis alia inierat cum ea ſponſalia, ejuſce tantum ſponſa facta fuiſſet. Quod ita intelligendum eſt, niſi adjiceretur, מעכשיו וגו׳, id eſt, *ab inſtanti hoc tempore*, ſeu *a modo ſponſa mihi eris ex hoc denario*. Nam vis ejus vocabuli retrotractiva erat ac ejuſmodi, ut ſponſa ea eſſet למפרע משעת הקידושין אף על פי שלא נעשה תנאי אלא לאחר זמן מרובה, *Toto tempore retroacto ab ipſo ſponſalium momento, tametſi conditio diu poſtea non impleretur*. Adeoque nec intervenientia ſponſalia ſecunda primis obſtabant. Atque eadem juris ratio in conditionibus obtinebat, ſive repudium haberetur ſive contractus aut ſtipulatio qualiſcunque. At vero ubi מעכשיו *ab hoc tempore*, ſeu *deinceps* adjiciebatur contractibus, qui in diem fiebant, nec reduplicatio erat neceſſaria, neque neceſſarium ut conditio ipſa in verborum prolatione contractus ſubſtantiam praecederet. Et niſi impleretur conditio, contractus a toto tempore retroacto nulla habebatur. Integrum vero erat ſponſis etiam ſine teſtibus, diluere conditionem, ante diem in quem fiebat, & omnino pro arbitratu ſuo poſt eam ſponſalibus adjectam, ita ut ſi ſequeretur [b] deductio ſeu coitus, deſineret eſſe plane conditio, & ſponſalia ipſa omnimodo rata in nuptias mutarentur. Conditio, *Si votis immunis eſſet ſponſa*, pro impleta habebatur, ſi quolibet trium votorum quae ſolenni foeminis in uſu erant, abſtinere ſcilicet a carne, abſtinere a vino, nec veſtium ornatu uti, tantum vacaret. *Si votis omnibus eſſet immunis*; nullum [c] voti genus excipiebatur. *Si a vitiis corporis eſſet pura*; de omnimodo corporis vitio, quo ſacerdotes a ſacris arcebantur, capiendum erat. Vitia ejuſmodi ſacerdotum enumeravimus libro ſecundo de Succeſſione in pontificatum. Sed & alia etiam erant quae ſponſalia hac conditione contracta ſolvebant; veluti foetor, lingua impedita, disjunctae ad palmi ſpatium mamillae, vulneris ex canis morſu cicatrix, calvities.

CAP. VI.

Si plures, quarum aliqua ita interdicta eſt, ut irrita plane eſſent cum ea ſponſalia, unico libello, ſeu unico dato nummulo quis ſibi ſimul ſpoponderat. De incerto perſonarum; ac de procuratore demortuo, de quo in dubio erat, utrum vivus ſponſalia contraxiſſet.

UBI plures, in quibus una aliquotve erant, quorum ſponſalia inceſtus nomine, ex ratione ſive conſanguinitatis ſive affinitatis, aut ratione ſervitutis, aut quod gentiles eſſent, interdicta ſunt, unico ſponſaliorum libello, verbi gratia, pluraliter & omnium ſimul nomine tradito deſpondebantur, irrita erant [d] omnino ſponſalia; veluti ſi ſpopondiſſet Ruben ſibi ita unico libello binas ſorores ſeu matrem & filiam, aut liberam & ancillam, Iſraelitidem & ethnicam. Caeterum ſi nummulo rite dato, facta fuiſſent verba, aut, dato libello, ſcriptura in hunc ſenſum הראויה מכם לביאה תהי מקודשת לי, *Quaecunque e vobis mecum licite poſſit coire*, ſeu *idonea ex lege mihi poſſit eſſe uxor, ſponſa mihi ſit*, omnes praeter interdictas ſponſae fiebant. Si cum binis ſororibus ita concepiſſet quis ſponſalia אחת מכם מקודשת לי בזה, *Altera ex vobis mihi ſponſa ſit ex hoc denario*, quem aut utraque accipit, aut utriuſque nomine altera; aut cum patre ſic (ubi in patria poteſtate puellae) אחת מבנותיך מקודשת לי בזה, *Altera ex filiabus tuis ſponſa mihi ſit ex hoc*, atque annuens accepiſſet pater; eouſque cum utraque inibantur ſponſalia dubia, ut ſine libello repudii neutrius ſatis dirimi poſſent. Ita tamen ut ſponſo jam nefas eſſet alterutram ducere: nam utraque libello repudianda. Etenim re integra, alterutram ſeorſim deſponſatam rite ſibi ſumere potuiſſet. Quoniam vero de quanam earum ſponſalia illa dubia intelligenda eſſent, non liquebat, ac dubium pariter ad utramque ſpectabat, idcirco, ne ſponſae ſororem is duceret, ab utraque erat abſtinendum. Et ne alienam uxorem duceret quicunque alius alterutram earum ſibi ſumens, utraque erat libello repudianda. Si procurator filiam, ipſe matrem ſibi ſpoponderat, nec ſatis conſtiterat, quiſnam eorum prior ſpoponderat, neutra itidem licita. Repudianda utraque, ratione jam dicta. Et in ſimilibus jus ſimile. Si puellae procurator ſponſalia cum quopiam ejuſce nomine contraxerat, dum ipſa ſibi alia inierat, adeo ut quaenam praecederent eſſet incertum [e], aut ſponſus uterque libello eam repudiabat, aut repudiante altero, alter eam ducebat. Quod tamen intelligendum eſt ברחוקין ſeu *ubi extraneus invicem eſſet ſponſus uterque*, non בקרובין ſeu ubi *conſanguinei* eſſent ejuſmodi, ut ex lege interdiceretur alteri alterius uxorem, tametſi ſolutam, ducere. Tunc enim ut uterque libello eam repudiaret exigebatur. Ne ſcilicet ex dubiis ejuſmodi ſponſalibus eveniret, ut is qui duceret in leges de inceſtu committeret. Procurator Simeonis, cui poteſtas cum Maria contrahendi ſponſalia, moritur, nec ſatis liquet utrum contraxerit necne; praeſumitur eum contraxiſſe. Ratio adjicitur [f], שהוקת שליח לעשות שליחותו, *Quoniam praeſumendum eſt, procuratorem mandata ei commiſſa fuiſſe exequutum*. Unde fiebat ut nullam earum quarum ſive conſanguinitas ſive affinitas Mariae, ex lege in cauſa eſſet, ut marito ejus jungi nequirent, Simeon poſtmodum ſibi rite ſpondere poſſet. Simeoni quinque ſint filii, Rubeni filiae totidem. Fit Simeon procurator omnium ſimul filiorum ſuorum, qui cum Rubene ita contrahit אחת מבנותיך מקודשת

[a] Maimon. hal. Iſhoth, cap. 6. [b] Maimonides halach. Iſhoth, cap. 8. ad finem. [c] Ibid. cap. 7. & Miſna & Gem. Babyl. tit. Cethuboth, fol. 72. b. & 75. b. Adde Maimonid. halach. Iſhoth, cap. 25. [d] Maimonid. hal. Iſhoth cap. 9. Miſn. & Gem. Babylon. ad tit. Kidoſchin cap. 1. fol. 50. b. &c. [e] Miſn. & Gemar. tit. Kidoſchin cap. 3. [f] Gemar. Babylon. ad tit. Gittin cap. 8. fol. 64. a.

לאחר

ולאחד מבני, *Una ex filiabus tuis ſponſa ſit uni x filiis meis.* Sponſalia cum ſingulis naſcuntur inc dubia. Nec cuipiam e filiis hiſce ullam ex lis ducere licebat. Sed a ſingulis ſingulae [a] re- udiandae. Filiabus igitur ſingulis quinque erant ı ſpecie hujuſmodi repudii libelli neceſſarii, id ſt, a quolibet filiorum unicus. Quoniam nem- e ad ſingulos aeque tam hujus filios quam illius lias ſpectabant ſponſalia ita dubia. Moritur ex liis unus ſine prole; tum ſingulis libellis repu- ii filiarum cuilibet a ſuperſtitum fratrum quoli- et renuntiandum erat, tum ab eorum aliquo re- untiatio alia ſingulis filiabus fieri debuit, nomi- e uxoris fratris ſine prole demortui.

CAP. VII.

De ſolenni ſponſalium benedictione.

EX more veteri a ſacra benedictione, ut alias res quas facturi eſſent, ita etiam ſponſalia ontrahenda plerumque auſpicabantur. Formula onſalibus propria ad hunc ferme modum erat [b] oncepta:

ברכת אירוסין

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדש במצוותיו וצונו על העריות ואסר לנו את הארוס והתיר לנו את הנשואות על ידי חופה וקידושין בר מקדש עמו ישראל על ידי חופה וקידושין.

Benedictio ſponſalium.

BEnedictus ſis domine Deus rex mundi; qui ſanctificavit nos praeceptis ſuis, & in- c tu nobis interdixit, atque ut a ſponſis abſtine- r ius voluit, ſed uxores tam thalamo quam ſ nſalibus conjunctas nobis permiſit. Benedic- t qui ſanctificavit populum ſuum Iſrael per t lamum & ſponſalia.

Poſtrema verba vertit Genebrardus [c] *Permit- te s ductas in matrimonium interventu thori ge- n lis & conſecrationum conjugalium.* Hac uti c ſuevit ſive ſponſus ipſe, ſive proxeneta, ſive q s alius adſtans nomine ſponſi, ante verba qui- b ſponſalia contracta. Accepto eam ferunt uti fe: alias benedictionum formulas Ezrae [d] ejuſ- q ſapientum collegio ſeu viris ſynagogae mag. n . Ubi, ejuſmodi benedictione praetermiſſa, q s contraxerat ſponſalia, adjiciendam eam olim e more non fuiſſe vult Moſes Maimonides. Sed m s receptior Ebraeorum Europaeorum (qui ta- m ı agnoſcunt morem jam dictum in oriente o inuiſſe) etiam ſponſalibus jam contractis bene- di ionem adjicere. Et formula haec in libris e um ritualibus hodiernis occurrit. Solitus be- nedicendi hic ritus ex majorum inſtituto fieri, adhibito vini, ſi adſit, alteriuſve potus qui in uſu poculo, cui etiam ſua, pro more, praeit bene- dictio. Sed ſi abſit ejuſmodi poculum, ſola ſpon- ſalia benedicuntur. Solennis poculi vini pleni benedictio eſt ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן, *Benedictus ſis Domine Deus noſter, rex mundi, qui creaſti fructum vitis.* U- traque benedictione peracta, guſtatum a benedi- cente poculum ſponſis traditur, aut a ſponſo ſponſae, ubi is tam benedicit quam praeguſtat. Se- culis etiam recentioribus, aut fieri volunt, aut ite- rari ſaltem ſive ſponſalia ipſa ſive teſtimonium eorum proxime ante nuptias ſeu deductionem, id- que in atriis ſynagogarum, ut videre eſt in Rituali- bus [e].

CAP. VIII.

De praeſtituto ſeu permiſſo puellis deſ- ponſatis ante deductionem morae tem- pore, ac caſtitate interea obſervanda.

SPonſalia peracta ſequebatur pactum dotale, deductio item atque ipſae nuptiae, de quibus mox. Sed praeſtituta erant ex more majorum tempora morae, qua ante ductionem uti [f] licuit. Minor in poteſtate patria deſponſata, niſi tam ipſa quam pater adſentiret, deduci nequibat a ſponſo ante duodecimum annum, ſeu antequam נערה ſeu *juvencula,* quod idem eſt, facta fuiſſet. Etiamſi poſtea rogaret ſponſus, ut libenter deduceretur, ea per menſes duodecim a die, quo rogavit is putan- dos, pro arbitratu ſuo deductioni ac nuptiis rite ſatis obſtare potuit, idque לפרנסאת עצמה ut in- terim ſe futurae vitae communioni *perornaret ap- taretque.* Si idem rogaſſet ſponſus, poſtquam e minore aetate ſponſa in pubertatem plenam ſeu in annorum duodecim (quod idem eſt) & ſex menſium aetatem exceſſiſſet, integrum ei erat non deduci per duodecim menſes ab ipſo plenae pu- bertatis die. Ubi ipſo plenae pubertatis exactae die, aut poſtea intra annum ab eodem die ſpon- ſalia inita erant, XII. menſes itidem a pubertatis die putandi. At vero ſi annus a pubertatis ple- nae die praeteriiſſet ante ſponſalia, & demum de- ductionem poſtularet ſponſus, triginta duntaxat dies, ab ipſo quo poſtulatum eſt, tempus erat morae legitimae, qua ſponſa pro ſuo uti potuit arbitrio. Quod itidem de ſponſis univerſis di- cendum, quae virgines non erant. Eadem ipſa ratio, juxta ſententiam receptiorem [g] obtinuit de ſponſo, ubi rogaret ſponſa deductionem. Quod ſi ultra tempora praeſtituta deductione ipſe abſti- neret, alimenta inde ab eo ſponſae erant prae- ſtanda, niſi ſcilicet, aut eorum alteruter tempore, quo ita fieri deberet deductio, morbo laboraret, aut deductionis dies in eorum aliquem, in quibus deducere fas non erat (de quibus infra) incideret. Etenim tunc legitimum deductionis tempus uſ- que ad integram valetudinem & dies deductioni

[a] Gemar. Babylon. ad tit. Kidoſchin cap. 2. fol. 52. a. hal ı. Iſhoth, cap. 3. & adjectum commentarium. [b] Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth cap. 1. fol. 7. b. ſed & vide Maimonid. [c] In ſubjunctis Chronologiae pag. 73. [d] Videſis Maimonid. halach. Ki- ris Shemai cap. 1. §. 7. [e] Maharil fol. 83 b. & Machzor Germ. fol. 336. partis primae. [f] Miſna tit. Cethuboth cap. 5. Ge ır. Babylon. ibid. fol. 57. a. Maimonid. halach. Iſhoth cap. 10. & vide Hugonem Grotium in Matth. 1. 18. [g] Videſis Magid M ı ad Maimonid. halach. Iſhoth cap. 10. fol. 245. a.

idoneos comperendinabatur. Quin tametsi ex sponsalibus ipsis matrimonium seu conjugium verum initum erat, nihilominus ante deductionem, sive durante legitimae morae tempore, minime omnino licitus habebatur sponsorum concubitus, ubi sive nummulo dato sive libello sponsalitio juxta superius dicta contraherent. Nam licet ex ipso legis sermone illicitus ejusmodi coitus non esset, attamen, ex institutis majorum, verberibus, qualia eis qui receptis moribus essent inobedientes debita, quae מכת מרדות appellant, puniebatur. Etiam si coitu contracta essent sponsalia juxta ante memorata, denuo ante deductionem non impune coibant. Sed interea adulterium sponsae non minus ultimo supplicio aliterve quam uxoris deductae, utpote alienae uxoris, erat puniendum. Deductio autem non ita hic intelligenda est, ut omnino necessum esset sponsam ex aedibus sive suis sive paternis in sponsi aliasve, adeoque in thalamum aliarum aedium, deduci. AEque fieri potuit deductio in ipsis, ubi sponsalia inibantur aedibus, ac in aedes sponsi aliasve. Qua de re mox fusius. Temporis autem duodecim mensium seu morae quod diximus exemplum observant nonnulli ad illud de Samsonis sponsalibus ac nuptiis: *Descendens autem* [a] *loquutus est ad foeminam, quae placuit oculis ejus. Et reversus post aliquot dies, ut illam acciperet, declinavit ut videret cadaver leonis,* &c. Videtur inquit Levi Gersomides שנתנו לה שנים עשר חדש לפרנס את עצמה, *Permisisse eos puellae* (quam proselytam fuisse volunt, non Gentilem, tametsi Palaestinam; ut alibi [b] ostensum est) *duodecim menses quibus se adornaret,* nuptiis scilicet aptaret. Ubi vero sponsa contumax deduci rite nolebat, eadem ipsa agendi formula sponso competiit, quae in usu ubi uxor contumax copiam sui marito denegaret; de qua, in sequentibus.

CAP. IX.

De pactis dotalibus. Virginis, vitiatae, viduae, repudiatae, renuntiatae a leviro, aliarum, dos taxata. Singulare virginum genere sacerdotali hic jus. Et de jure dotali ante deductionem.

MORAE tempore, seu ante deductionem, pacta etiam dotalia erant ineunda, & dos sponsae constituenda a sponso; ut fere ἀντιφέρνη seu donatio propter nuptias jure Caesareo adhiberi solita. Dotem hanc appellant כתובה, & Hierosolymitane פרן & פרנה quod ipsum est Graecum φέρνη. Si sponsa virgo erat, tametsi alteri antea desponsata fuisset (modo postmodum sive per repudium, sive per viri mortem, sive per leviri renuntiationem ante deductionem, sui fuisset facta juris) dos ei minor non erat constituenda [c] quinquaginta siclis seu ducentis zuzis, quod & vides in futurae dotis promissione, quae in formula syngraphae sponsalitiae superius habetur. De virginibus autem quae proselytae, libertinae, aut Israelitides captivae & redemptae seu postliminio reversae erant, jus hic pro more obtinuit, ut ita in virginibus censerentur, si ante aetatis annum tertium & diem unicum proselytae aut libertinae factae fuissent, aut redemptae seu reversae. Aliter ob coitus dum apud gentiles aut in servitute agebant praesumptionem, pro virginibus illae non habitae uti & alicubi ante est monitum. Vitiatae autem (eam semper excipias, quae sive illecebris sive vi compressa ex lege a comprimente dotanda erat qua de re jam [d] dictum est) ac viduae factae, repudiatae seu a leviro renuntiatae postquam deduct[a] fuisset (nam tunc de coitu praesumptum est, nisi ubi ob immunditiem sponsae, ut infra dicetur, si res aliter haberet) viginti quinque sicli seu centum zuzi e sponsi bonis pro dote adscribebantur, quam & מנה seu *Minam* vocant. Atque ut minus non adscriberetur, exegerunt majorum instituta. Zuzum (זוז scribunt) denario Romano argenteo ae qualem faciunt. Neque ita novum est vocabulum, utpote tum in Misna ac Gemara utraque occurrens, tum in Syriaca Novi Foederis versione pro eo quod drachma est substitutum. Valorem autem ejus ad receptam olim monetae aestimationem supputans Maimonides, adeoque, juxta veterem aeris ac argenti commixtionem, zuzo se denario ejusmodi cuilibet septem aeris partes (quarum in calculo dotis, qui ex argento conflandu[s] erat, ratio non habita est) & octavam argenti vul inesse; ita ut zuzis CC. sic commixtis inesse XXV. zuzorum argenti puri valor, id est, siclorum seu סלעים [h] quinquaginta. Nam zuzus it commixtus quartae sicli argentei parti aequalis erat uti etiam sumitur puto Chaldaeo prophetarum [i] paraphrasti. At si argenteus esset, totus binis aequiparabatur siclis. Ita fere rationes ineunt magistri qua tamen de re aliquantulum dissentiunt [k]. Se[d] ad receptum monetae genus siclis mensurandu[m] plerumque convolant. Et quinquaginta siclo[s] virginalem dotem, ex ipsa lege qua virgo illece bris compressa dotanda erat, fuisse juxta magistro liquet ex eis, quae superiori in libro afferuntur d ejusmodi virginis nuptiis. Sed vero ex majorum institutis praestitutam taxatamque esse utramqu jam memoratam in pactis dotalibus summam, r ceptior videtur inter magistros sententia (tamet non desint qui adversentur [l]) non ex ipsa leg in qua de dote duntaxat virginis, ut dictum e compressae cautum diserte reperimus. Atqui i terea ad illius exemplum L. siclos hic retineri e manifestum. Voluit quidem sacerdotale gen duplicandam hic esse ipsam dotem filiabus su virginibus. Et novatio illa a sapientibus seu s nedris, qui rebus hujusmodi decernendis praeerar

[a] Judic. xiv. 7. 8. [b] De Jure Naturali & Gentium lib. 5. cap. 15. [c] Misna tit. Cethuboth cap. 1. 4. & 5. Maimonid. ha lach. Ishoth, cap. 10. & 11. Talmud. Babylon. tit. indicato fol. 10 b. 51 a. & 54 b. & videsis Halacoth Gedaloth fol. 58 b. col. 3. seu num. [d] Lib. 1. cap. 19. [e] Misna tit. 6. Cethuboth cap. 1. & 5. item Gemara. Hierosolym. tit. Cethuboth, cap. 1. fol. 25. col. 2. Bal lon. Cethuboth, fol. 6 b. & 67. b. tit. Chagiga fol. 5. & vide Baal Aruch in זוז, & Philipp. Aquinatem in זוז. [f] Maimonid. hala Ishoth cap. 10. & halach. Erubin, cap. 1. §. 12. & vide infra lib. 3. cap. 5. [g] D. Matth. xvij. 24. D. Luc. xv. 8. [h] ... desis Mosem Mikotzi Praecept. Affirmat. 45. [i] 1 Samuel. ix. 8. [k] Videsis R. Mosem Iserles in Shulcan Aruch. lib A haeezer cap. 65. §. 6. [l] Videsis Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth cap. 5. fol. 65 b. & inprimis commentaria ad Ramban hala Ishoth fol. 243. & 244.

permi

ıermiſſa eſt, ut diſerte legitur in corpore Talmu-
lico [a]. Augeri igitur rite potuit, minui nequibat.
n id ſcilicet conventum eſt a בית דין של כהנים,
Domo judicii ſacerdotum (ut verba ſunt Miſ-
nae) quo plane familiarum ſacerdotalium ſeu gen-
is Aharonicae primorum coetus rebus ſuis proſ-
iciens innuitur ; non omnino forum aliquod ſa-
erdotale juridicum ſeu ſtatum ; quaſi ejuſmodi
liquod forum, velut nobis eccleſiaſticum, in re-
ublica ſeu eccleſia illa fuiſſet. Et expreſſim ibi
Gemara Babylonia ait אפילו משפחות המיוחסות
בישראל, *Familias etiam reliquas aliarum tri-
uum* tantundem filiabus ſuis legitime ſatis conſti-
uere potuiſſe. Sed de *domus judicii* apud Ebrae-
os voce, plura alibi. Adeo autem exigebatur jam
ictae dotis conſtitutio & valor, ut ſponſi qui non
otaverat aut minori dotaverat ſumma concubi-
us velut ſtuprum haberetur. Verba ſunt Miſ-
ae [b] ; כל הפוחת לבתולה ממאתים ולאלמנה ממנה
הרי זו בעילת זנות, *Si quis minus ducentis* (zu-
is) *virgini aut viduae minus mina dotis nomi-
e dederit, concubitus ejus ſtuprum eſt.* Scilicet
ondum juſtae uxoris concubitus eſt habitus [c].
Non ſolum autem ſyngrapha ſed & pacto non
ſcripto aut bonorum, hypothecae nomine, in vi-
em dotis, donatione, ita conſtitui potuit poſt
ponſalia dos, ut ducere & concumbere dein li-
eret. Sic tamen ut in ſcripta res redigeretur,
uamprimum tempus ſuppeteret. Integrum etiam
rat ſponſo, quantum vellet inſuper, ſive centum
ve ducentis zuzis pactis dotalibus [d], adjicere.
ed numerus ille taxatus a dotis hoc incremento,
uod pro ſponſi arbitratu fiebat, ita diſtinguebatur
t hoc תוספת כתובה ſeu *incrementum dotis*, ille
עיקר כתובה *dos principalis* ſeu *dos ipſa* nun-
ıparetur. Atque pro dote principali ſumitur
os paſſim ſimpliciter nominata ; quae & in li-
ello dotali ab incremento erat ſemper diſcri-
iinanda. Ubi ſponſam ante dotis conſtitutio-
em ſponſus deduxerat, aut ſyngrapha dotis de-
erdita erat, aut ſponſa ipſam remiſerat, ſi ſpon-
lia infirmari nollet, oportuit eum denuo ei do-
m conſtituere לפי שאסר לו לאדם לשהות
עם אשתו שעה אחת בלא כתובה, *Quoniam
licitum eſt* (regulariter) *hominem manere cum
xore ſua ullo temporis momento ſine dote.* Quam
eo majores cum nuptiis perpetuo conjungi vo-
ere, כדי שלא תהיה קלה בעיניו להוציאה, *Ne
liter deſpecta nimis marito levius divortio eji-
ıretur*, quod & ante [e] notatum eſt non ſine ex-
ptione hic rocolenda. Nam divortio ejectae
os comes erat, excepto ubi uxoris contumacia,
ota, impudicitia, aut ejuſmodi quid aliud in cau-
eſſet contrarii, ut infra oſtendetur, ubi etiam
ſententia fori regulae quam de dote jam me-
ıoravimus ſubinde derogatum iri liquebit. Ex-
ptio item habetur de ſponſa ſurda [f], quam ſine
otis conſtitutione deduci permittebant, ne ob
ıditus ejus defectum res nimium impediretur.
ed poſtmodum dos ei conſtituenda erat ſaltem
ıinor, ſeu centum zuzorum. Quemadmodum
iam, ubi ethnici vir & uxor proſelyti fierent.
Nam non iterabantur eis ſponſalia aut nuptiae,
ſed dos hujuſmodi ad proſelytam ita ante in gen-
tiliſmo nuptam, ſi eam retinere vellet maritus,
ex more recepto attinuit. Si poſt ſponſalia, dote
nondum conſtituta, nec ſponſa deducta, ſponſus
eam repudiaverat aut obierat, nulla ad eam dos
attinuit. At ſi poſt dotis conſtitutionem ſecuta
fuiſſet ante deductionem ſive mors ſponſi ſive re-
pudium, ipſa dos ſed non incrementum dotis
(quod ante deductionem neutiquam debitum) ſive
ſponſae cedebat, ſive patri ejus. Nam ſi juxta
etiam ſuperius [g] dicta ea in patria eſſet poteſtate,
ad patrem attinebat. Singulare autem dotis jus
quod fratriae a leviro ductae competebat, habes
capite proximo. Dotem dici etiam ſponſalia in-
terdum liquet in Vulgata [h], uti & in Jure Caeſa-
reo [i] arras & donata propter nuptias.

CAP. X.

Dotis conſtituendae formula, virgini, viduae, repudiatae, fratriae a leviro juxta legem ductae.

INter ſcriptam dotis conſtituendae formulam quae virgini in uſu, atque eam quae vitiatae, aut quacum concubuerat maritus prior, diſcrimen erat perquam exiguum, ſi eam qua levir fratriam ex lege ducens illam dotabat excipias. Virgini ad hunc fere modum lingua Babylonica concipi ſolebat dotalis ſyngrapha ; uti & hodie [k].

טופס הכתובה

ביום פלוני בכך לחדש פלוני כך וכך לפ"ק למנין
שאנו מונן וגו על נהר פלוני פלוני בן פלוני אמר
לפלונית בת פלוני בתולתא כהוא הווי לי
לאינתו כדת משה וישראל ואנא במימר דשמיא
אפלח ואוקיר ואסובר ואיזון ואפרנס ואכס יתכי
כהלכת גיבורין יהודאינ דמוקרין ומסוברין וזנין
ומפרנסין ומכסין ית נשיהון בקושטא ויהיבנא ליכי
מוהר בתוליך כסף זוזי מאתן דאינון מזוזי כספא
עשרי וחמשין דחזי ליכי מדאורייתא ומזוניכי וכיסותייכי
וסיפוקיכי ומיעל עליכי כאורח כל ארעא וצביאת
פלונית דא והות ליה לאינתו לפלוני דנא ורצה
והוסף לה תוספת על עיקר כתובתה עד משלם
כך וכך ודא נידוניא דהנעלת ליה כך וכך הכל
נתקבל חתן זה ובא לידו ונעשה ברשותו יזקף
הכל על עצמו כמלוה ורשו וכן אמר לנא פלוני
חתנא דנא אחריות כתובתה כולה עיקר כתובתה
ונידוניא ותוספת ושאר תנאי כתובה קבלתי עלי ועל
ירתי בתראי ועל כל שפר ארג ניכסין וקניינין דאית
לי תחות כל שמיא דקנאי ודעתיד אנא למיקנא
מנקרקעי ומטלטלי אגב מקרקעי כולהון יהון
אחראין וערבאין לכתוב דא כולה עיקר ונידוניא
ותוספת לאיתפרע מנהון בחיי ובתר מותי ואפילו
מגלימא דעל כתפאי וקנינן מפלו' דא מכל מאי
דכתיב ומפרש לעילא קניין שלם דלא כאסמכתא

[a] Miſn. & Gem. tit. Cethuboth, cap. 1. Babylon. fol. 12. a & vide Alpheſ. part. 2. fol. 472. a. & R. Jom Tob ad dict. Miſn. [b] Tit. ethuboth, cap. 5. §. 1. [c] Videas Remlam in Praecept. Negat. 355. [d] Miſna jam citata. [e] Lib. 1. cap. 19. Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth, cap. 14. fol. 113. a. Maimonid. halach. Iſhoth. cap. 11. [g] Cap. 3. [h] 1 Sam. xvi. 25. C. Theodoſ. l. 3. tit. 6. & vide Cod. Juſtin. tit. Si Rector provinciae, &c. L. unica. [k] Apud Maimonidem halach. Jebom vechaliza, . 4. & in Sepher לכל הפץ num. 4. Maharil in Minhag, fol. 84, b.

ודלא כתופתא דשטרי אלא בחוק ובחומר כל שטרי
כתובות הנוהגות בישראל וכהוגן וכתיקון רבות' ז"ל
וחתמנו על שטר כתובה זו כזמן הנזכר לעיל והכל
בריר שריר וקים :

Instrumentum dotale.

DIE *N. mensis N. anno juxta calculum nobis in usu*, &c. *ad fluvium N. N. filius N. dixit N. filiae N. virgini, Sponsa sis mihi in uxorem, juxta institutum Mosis & Israelitarum. Et ego, Deo volente, colam, honorabo, sustentabo, cibabo, alamque & vestiam te juxta morem maritorum Judaeorum, qui honorant, sustentant, cibant, alunt, vestiuntque uxores suas, ut decet. Do etiam tibi, ut virginitatis tuae dotem, argentum* CC *zuzorum, id est,* XXV *zuzos argenteos, qui tibi ex lege competunt; praestiturus etiam tibi alimenta tua, vestimenta tua, & quae tibi sufficiant, & concubitum tecum juxta morem universae terrae. Assensum item praebuit illa N. ut esset illi N. in uxorem. Voluit etiam & adjecit ille illi in principalis dotis incrementum summam N. Et bona quae attulit ipsa sponsa* (Nidunia vocant, quod idem est cum dote in jure Caesareo) *aestimantur summa N. totum autem sponso huic acceptum, in ejus possessionem transit, & illius fit potestatis, atque ut creditum ex ejusce fide pendet. Et sic nobis dixit sponsus ille N. In me recipio praestare, in me recipio praestationem totius ipsius dotis etiam & bonorum quae secum ipsa sponsa jam attulerit, aut postmodum sibi acquisierit, item & dotis incrementi conditionumque qualiumcunque ad dotem attinentium, nec in me solum, sed etiam in haeredes meos qui mihi successerint, & in omnem substantiam meam pretiosiorem, possessionesque meas qualescunque sub coelo, quae sive nunc mihi sunt, sive imposterum fuerint, idque sive res fuerint mobiles sive immobiles; quae universa pignori sint atque hypothecae doti jam dictae toti, ac rebus quas secum attulit, seu postmodum acquisierit sponsa & incremento dotis ut exinde haec praestentur, sive dum superstes fuero sive postquam sim mortuus. Quod & de pallio super humeris meis dictum volo. Quin & obligatio omnium rerum quae supra scribuntur memoranturque implenda, non qua probatio suppetat deficiatve seu pro libelli formulae vi, sed juxta vim & effectum omnium libellorum dotalium qui in usu apud Israelitas, & secundum id quod receperunt & ordinarunt Rabbini nostri piae memoriae. Et signavimus libellum seu syngrapham hanc dotalem tempore supra memorato. Resque tota sit manifesta rata ac firma.*

In exemplaribus autem aliquot praetermittitur illud מדאורייתא *ex lege*, ubi verba fiunt de summa dotis; quod ideo fit, quia sententia etiam magistrorum celebrium obtinet, non ex ipsa lege sed ex institutis majorum dotis manasse taxationem, qua de re capite monitum est superiore. Variabant jam dictam formulam sub initio, ubi viduae, repudiatae, aliive in virginibus non censitae dos constituebatur. Nempe pro לפלונית בתולתא *N. virgini*, substitutum לפלונית אלמנתא *N. viduae*, לפלונית הגרושה *N. repudiatae* לפלונית השבוייה *N. captivae* & quae sunt id genus alia, ut scilicet etiam dotali instrumento sacerdotes, quibus foeminarum hujusmodi nuptiae sunt interdictae, de earum qualitate monerentur. Clausula item qua dotis summa taxatur, ita mutanda erat:

ויהיבנא ליכי מוהרייכי כסת זוזי מאה דאינון מזוזי
כספא תריסר ופלגא דחזי ליכי וגו'.

Et dono tibi in dotem tuam argentum centum zuzorum, id est, duodecim zuzos argenteos & dimidium qui tibi competunt, &c.

Levir autem fratriam ex lege ducens, formula hujusmodi eam dotabat; sed regulariter ex fratris demortui bonis [a] seu dote ipsa qua maritus pristinus eam dotarat, adjecto etiam pro leviri libitu incremento.

נוסח כתובת יבמין.

ביום פלוני כך וכך לירח וגו' איך פלוני בן פלוני
אתא לקדמנא וכן אמר לנא אחי דמן אבא שכיב
חיי לרבנן ולכל ישראל שבק ובר וברת ומורת ומחסין
מוקים שמא בישראל לא שבק ושבק ההיא איתתא
ושמה פלונית בת פלוני וחזי לי מן אורייתא ליבומי
תה כדכתיב בספר אורייתא דמשה יבמה יבוא עליה
וצביאת פלונית דא ואתינמת לפלוני בר פלוני יבמה
לאוקימי שמא בישראל כדכתיב והיה הבכור אשר תלד
יקום על שם אחיו המת וגו' וכתב לה פלוני יבמה
פלונית יבמתיה כסף זוזי מאתן דחזו לה והוו כתיבין
בכתובתה דכתב לה בעלה קדמאה ואוסף מדיליה כך
וכך ודא נידוניא דהבעלת ליה וגו'

Formula dotis fratriae a leviro constitutae.

DIE *N. mensis N.* &c. *N. filius N. venit coram nobis, & ad hunc modum locutus est nobis: Frater meus germanus* (seu *ex sanguine paterno*) *dormivit, & vitam Rabbinis nostris & toti Israeli reliquit, at filium aut filiam, quae ei haeres esset & suscitaret nomen in Israel, minime reliquit. Sed reliquit uxorem hanc cui nomen est N. filia N. Et ad me ex lege attinet, ut ad levirum, eam ducere, secundum illud quod scriptum est in libro legis Mosis,* Levir ejus ingrediatur ad eam, *& assensum praebuit illa, ut jure leviratus jungeretur N. filio N. leviro suo ad suscitandum nomen in Israel juxta id quod scriptum est,* Et erit primogenitus quem pepererit, surget nomine fratris sui defuncti, *&c. Et adscribit dictus N. levir dictae N. fratriae suae argentum zuzorum ducentorum qui competunt ei utpote qui adscripti sunt ei in dotali instrumento a marito suo priori; & adjecit insuper ex suo usque ad valorem N. Et bona quae secum attulit ipsa sponsa*, &c.

[a] Videsis Maimonid. halach. Jebom vechalitza, cap. 2.

Quae

Quae sequuntur in formula virginali etiam hic lhibebantur. Singulare autem jus fratriae huusmodi fuisse necesse erat. Nam cum dos prisna ei, ita jam viduae, denuo a leviro esset conituenda, fieri nequibat quin, si priori marito irgo jungeretur, adeoque dotem acciperet virgialem, eam itidem sibi instauratam a leviro, taaetsi vidua, haberet. Quod si ita eveniret, ut otem haberet a marito pristino constitutam nulm, tunc a leviro eadem ipsa summa erat, qua ia quaecunque vidua, dotanda. Atque ita ex ire dotabant sponsas sponsi, non patres; qui taen pro opulentia sua, ex more ea quae filiarum estimentis nuptialibus ac ipsis deductionis solenibus sufficerent, impendere solebant. Inolevet etiam, ut quinquaginta zuzi [a] hujusmodi imensarum status esset modus, ubi nec rerum teuitas impedimento esset, nec ampliorem summam postularet dignitas. Sed haec res juxta pacta onventa variatim se habuit.

CAP XI.

De temporibus tum sponsalibus tum deductioni seu nuptiis ex more majorum praestitutis. De laetitia epulari quae deductionem sequebatur. De tempore item intra quod nec vidua, nec repudiata, nec libertina nova seu proselyta rite nubebat. Etiam de vidua gravida, & tempore lactandi.

DOte constituta, deducere sponsam sponso licuit; ita tamen ut tum temporis morae, jxta superius dicta, ratio haberetur, tum dierum dductioni ex more praestitutorum. Scilicet nec sonsalia, nec deductio omnibus horis rite fiebat, ui nec leviri renuntiatio. Profesto die quolit [b], rite contrahebantur sponsalia, etiam & ipso rno Ab mensis, quo jejunium ante alia insigne, c ingentes quas perpessi erant eodem die non snel calamitates, haberi solitum. Nullo scilic: tempore ejusmodi sponsalia ex more interdta sunt שמא יקדימינו אחר, *Ne praeveniret em qui spondere vellet alter*, ut ratio redditur ii Gemara Hierosolymitana. Quin tam noctu qam interdiu tunc rite contrahebantur. At vere nec sabbato neque alio die festo rite inibat qs sponsalia. Misna [c]; לא בשבת וביום טוב לא דנין ולא מקדשין ולא חולצין ולא מיב׳ן, *Sabbato e die festo nec judicia exercenda, nec sponsalia cotrahenda, nec fratriae renuntiandum, nec levo fratria jungenda.* Gemara Babylonia ibi rtonem subdit; ne scriptione profanaretur sive sbatum, sive dies alius festus. Verba sunt גזרה שמא יכו ב *ita sancitum est, ne scriptio tempibus illis adhiberetur.* Quod vero ad deductionem attinet; alia erant tempora quibus nec virgo rite deducebatur, nec vidua, vitiatave; alia quibus virgo solummodo; quibus denique vidua vitiatave, alia. Ita tamen, ut qui haec tempora, utpote a majoribus ob rationes mox indicatas non tam praestituta quam in monitis posita, non observarent, eorum deductio seu nuptiae neutiquam inde infirmarentur. Quod pariter dicendum de sponsalibus sive sabbato sive die festo initis. Neque virginem, neque viduam, neque vitiatam rite deduci volebant pridie sabbati [d] aut postridie, nedum ipso sabbato aut die alio festo. Quin nec intermediis sive paschatis sive scenopegiae diebus, quos חולו של מועד *profanam partem festi* nuncupant. Scilicet diebus [e] quinque qui inter pascha & sequentem septimum, & sex qui inter scenopegiam & octavum habentur. Illud de sabbato monuere majores מפני כבוד שבת *ob reverentium sabbati*, atque ne ex apparatu epulari, qui deductionem ex more praecederet, sive initio sabbati sive fini proximante, forte violaretur festum. Nam epulum a sponso sive coelibe ante sive viduo sive uxori etiamnum superstiti conjuncto lacte lauteque erat celebrandum per dies a deductione minimum septem, ubi virgo erat sponsa (exemplo vetustissimo sumpto tum ex Jacobi & Rahelis nuptiis, [f] tum ex Samsonis, de quibus nos alibi [g]:) per triduum minimum, ubi vidua seu vitiata ducebatur. Epulum illud ejusque celebrationem שמחה הנשואין seu *laetitiam nuptialem* appellitant. Adeoque hoc ex more exigi solitum, ut cui plures sponsae essent simul deducendae, is singulis uxoribus singulas epulas per totidem dies celebraret, idque laetissime, perquam pollucibiliter, & tum ab omni labore vacans, tum ab omnimodo solennis laetitiae genere alio, quod forte genio tunc placere posset. Rationem adjiciunt; שאין מערבין שמחה בשמחה *Quoniam non commiscenda est laetitia* (solennis ejusmodi & epularis) *cum laetitia.* Alia scilicet cum alia non commiscenda, nec binae confundendae. Epularis hujusmodi laetitiae manifesta sunt in Evangelio vestigia, ubi & architriclini [h] qui epulis praeerat mentio. Qua de re etiam Gaudentius [i] episcopus Brixianus; *Nuptiae apud Judaeos cum fierent, unus (quantum ex traditione comperimus) dabatur de sacerdotali ordine, qui morem disciplinae legitimae gubernaret, curamque pudoris ageret conjugalis, simul & conviviorum apparatum, ministros atque ordinem dispensaret; & hoc pro officio architriclinus, hoc est, triclinii praepositus, diceretur.* Sed undenam didicerit architriclinum necessario ex ordine fuisse sacerdotali, non habeo compertum. Floruit Gaudentius ille sub annum Christi 400. Intermediis vero paschatis & scenopegiae diebus, tametsi velut profesti, non sacri, haberentur, nihilominus deductio eandem ob causam rite non fiebat, quam [k] de alia cum alia laetitia solenni non commiscenda afferri monuimus. Misna [l] אין נושאין נשים במועד לא בתולות לא אלמנות ולא

[a] Misna tit. Cethuboth cap. 6. & vide Gemar. Hierosolymitan. ibid. fol. 30. col. 4. & Babylon. fol. 67. b. [b] Gemar. Hierosolym. ad t. Cethuboth, cap. 1. fol. 24 b. col. 4. Maimonid. hal. Ishoth, cap. 10. [c] Tit. Bitza cap. 5. & Maimonid. halach. Sabbath cap. 23. [d] sna tit. Moed Katon cap. 1. Gemar. Hierosolymit. tit. Cethuboth fol. 24. & 25. Babylon. fol. 2. vide Misna ibid. & Maimonid. halach. Ish h cap. 10. & halach. shabbath Jom Tob cap. 6. & 7. [e] Levit. xxiij. Num. xxix. Deut. xvj. [f] Pirke Rabbi Eliaezer cap 16. [g] De Jure Naturali & Gentium lib. 5. cap. 5. [h] D. Joan. ij. 9. [i] Tractat. 9. [k] Gemar. Hierosol. ad :. Moed Katon cap. 1. fol. 8 b. halach 7. [l] Tit. Moed Katon cap. 1.

מייבמין מפני ששמחה היא לו, *Deducendae non sunt uxores in diebus illis intermediis, nec virgines, nec viduae, nec fratriae, eo quod laetitia solennis etiam ab initio illius festi usque ad finem celebratur.* De solenni laetitia illa, qua per regulam jam dictam excludi volunt laetitiam aliam solennem, intelligunt verba legis [a], de diebus illis, quae vide si placet. Virginis autem deductioni feria quarta seu Mercurii ante alias sub templo secundo praestituta est, ratione ab assuetis foro sessionum diebus sumpta. Etenim ex Ezrae collegarumque ejus seu synedrii, dum rempublicam Israeliticam instaurabant, decreto, sessiones forenses, quae antea die profesto quolibet indiscriminatim haberi solebant, ita in urbibus oppidisque plerisque, si non omnibus, figebantur [b] in secundam feriam seu diem lunae, atque quintam seu Jovis, ut hisce quoties festi non essent, judicibus necessario esset considendum; caeteris vero pro re nata tantum sessio haberetur. Quoniam igitur ubi primis amplexibus de virginitate nuptae dubitabat maritus, pro suo arbitratu טענת בתולים seu *postulatio de praerepta virginitate* (de qua libro proximo fusius) in foro proximo fiebat, atque ibi ea quae objicerentur cognoscenda; ideo feriam quartam seu Mercurii diem deductioni virginis maxime idoneam censebant. Ut scilicet postridie, id est, quinta seu Jovis postulare ei esset integrum. Neque postulandi tempus ultra quintam seu proximae hebdomadis secundam feriam comperendinari, quatenus fieri potuit, volebant, ne interea [c] ante rem decisam odium inter conjuges utrinque, ut fieri amat, ubi suspicio orta est, nimis ingravesceret. Feriam autem primam seu diem solis, tametsi etiam postriduana feria sessionis itidem dies esset, haud pariter idoneam esse voluere, ne praecedenti epulari apparatu, ut dictum est, sabbatum violaretur. Quae nihilominus universa ita moribus receptisque sententiis temperata sunt, ut, ubicunque locorum forenses sessiones feriis jam dictis minime, ex jure aliquo singulari, sic figerentur, & ubi apparatus cunctus epularis ante sabbati initium absolveretur, adeo ut de ejus violatione non esset cur inde quis dubitaret, neque ex singulari sessionum forensium dierum ratione signorum virginitatis prolatio hoc quam illo die commodior esse posset, ibi quolibet die profesto virginem deducere rite satis liceret. Ita tamen ut laetitia solennis altera, ut monitum est, cum altera minime commisceretur. Quemadmodum autem virgini quarta feria seu dies Mercurii, ita viduae ac vitiatae deductioni quinta seu Jovis maxime idonea habita est. Rationem reddunt, ut sponsus assuetos sibi labores, a quibus abstinendum erat tribus diebus epularibus, feria prima seu in ipso hebdomadis insequentis initio commodius redintegraret. Verba sunt; כדי שיהיה שמח עמה חמשי וערב שבת ושבת ויוצא למלאכתו יום ראשון, *Ut laute laeteque cum ea sponsus epulum celebret feria quinta, pridie sabbati seu parasceve, ipsoque sabbato, & adsuetos revertatur ad labores feria prima.* Quod tamen, ut caetera hi[c] congesta, in consilio potius quam instituto situm erat. Atque ad hunc modum intelligendum e[st] illud Misnae [d]; [ב]תולה נשאת ליום הרביעה ואלמנה [ל]יום החמישי שפעמים בשבת ביתי דינין יושבין [ב]עירות ביום השני וביום החמישי שאם היה לו טענת בתולים היה משכים לבית דין, *Virgo deducitur feria quarta, & vidua quinta feria. Nam bis in hebdomade sessiones haventur forenses in urbibus oppidis[que] (scilicet, ut plurimum) feria secunda & feria quinta, adeo ut si quid habeat sponsus, quod in sponsae virginitatem objiciat, forum statim ei liceat adire.* Sed vero tempora tam sponsalium quam nuptiarum hic ita intelligenda sunt, ut (quemadmodum supra [e] monitum est de uxore demortui fratris [a] leviro ducta, alibique [f] de captiva) nec vidua ne[c] repudiata rite ducenda esset aut desponsanda, ante XC dies seu tempus trimestre [g], sive a marit[i] morte sive a libelli divortii scriptione elapsum [כ]די שיודע אם היא מעוברת או אינה מעוברת להבחין בין זרעו של ראשון לזרעו של אחרון, *Ade[o] ut inde satis certum fiat, an gravida fuerit nec[ne], atque an ex semine prioris posteriorisve mariti.* Nova item libertina ac proselyta nova to[t] etiam mensibus ab Israelitarum nuptiis arcebantur [h], ut scilicet distingueretur inter prolem conceptam בקדושה *in sanctitate*, & eam quae conciperetur לא בקדושה *extra sanctitatem*, seu antequam facta esset libertina seu proselyta. Qui & ob eandem rationem ubi proselyti uxor fiere[t] proselyta, a marito per tantum tempus separand[a] erat. Atqui nec ad minorem, quae sponsalib[us] inchoatis renuntiarat modo supra ostenso, nec a[d] virginem, quae sive illecebris sive vi compressa es[t] nec ad meretricem, decretum hoc majorum d[e] trimestri expectatione attinebat. Manifesto au[tem] tem e priori marito gravida, nec ante [i] puerperium rite nubebat aut despondebatur, neque po[st] puerperium ante biennium inde elapsum, nisi intra id tempus denasceretur proles, aut ipsa lac non praeberet. Nempe intervallum illud ablactationi praestitutum. Et ne proli lactenti novi mariti coitus fraudi esset, ita cautum est. Sponsali autem intra hoc tempus inita, plane irrita non erant. Sed deductio eousque illicita, ut a fo[ro] puniretur qui contra veniret.

CAP. XII.

Benedictio deductioni in thalamum atq[ue] ipsis nuptiis praevia.

ANTE deductionem in thalamum (qua ab[so]lutae ipsae nuptiae) adhibenda erat bene[dictio] solennis; quae ut prior illa sponsalibu[s] ita deductioni propria. Dicta haec [ב]רכת חתנים *Benedictio sponsorum*, seu ברכת נישואין, *Benedictio nuptiarum* seu *deductionis*, ut illa [ב]רכת קידושין seu אירוסין, id est, *Benedictio sponsalium* Rite adhibebatur tam in domo, ubi epularis il[...]

[a] Deut. cap. xvi. comm. 13, 14, 15. [b] Gemar. Babylon. ad tit. Baba Kama cap. 7. fol. 82. a. & ad tit. Cethuboth, cap. 1. f[ol.] 3. a. ad dictos locos commentarii; & Maimonid. hal. Ishoth. cap. 10. [c] Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 1. fol. 9. [d] Tit. Cethuboth cap. 1. §. 1. [e] Lib. 1. cap. 17. [f] Lib. 5. de Jure Nat. & Gent. cap. 13. [g] Misna t t. Jabimoth cap. 4. Gemar. Babylon. ibid. fol. 41. & seq. Maimonid. hal. Gerushin cap. 11. [h] Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth cap. fol. 35, & 36. & Maimonid. loc. citat. [i] Ibid. & Gem. Babylon. ad tit. Cethuboth. cap. 5. fol. 60. a.

qua

iam diximus laetitia seu convivium nuptiale celebrabatur, & ubi thalamus erat in quem sponsa ducenda, idque sive ea sponsae patrisve esset, ve sponsi, quam in alio quovis loco ex more ac rei praestituto. Nam recentioribus Judaeis cus benedictionis fere est atrium [a] synagogae. tque ita intelligendum est illud, toties Talmudicis [b] dictum מברכין ברכת חתנים בבית התנים וברכת אירוסין בבית האירו, *Benedictio sponsorum adhibenda est in domo sponsorum, & benedictio sponsalium in domo sponsalium.* Nimirum benedictio sponsalium adhibenda in loco ubi ponsalia contracta, quemadmodum haec altera, quae sponsorum est deductioni in thalamum praea, in loco sive in quem, sive unde deductio ebat; sive locus is idem esset cum priori, sive ius. Et quoties unica in domo sponsalia deuctio in thalamum sequebatur (quod pro eorum norum intererat arbitrio fieri solebat) utraque enedictio eadem in domo fiebat, quae ita tam omus sponsaliorum quam sponsorum rite, sed itione diversa, nuncupata. Formula benedictinis sponsorum seu deductionis praevia ad hunc iodum a [c] Talmudicis exhibetur.

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם שהכל בר
לכבודו ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם יוצ
האדם בא"י אמ"ה אשר יצר את האדם בצלמ
ובצלם דמות תבניתו והיתקין לו ממנו בנין עד
עד בא"י יוצר האדם שוש תשיש ותגל עקרה בקיבו
בניה לתוכה בשמחה בא"י משמח ציון בבניה שמ
תשמח ריעים האהובים כשמחך יצרך בגן עד
מקדם בא"י משמח התן וכלה בא"י אמ"ה אש
ברא ששון ושמחה התן וכלה גילה רינה דיצה הדוו
אהבה ואחוה שלום וריעות מהרה ה' אלהינו ישמ
בערי יהודה ובחוצות ירושלם קול ששון וקול שמחו
קול חתן וקול כלה קול מצהלות חתנים מחופתכ
ונערים ממשתה נגינתם בא"י משמח התן עם הכלה

BEnedictus sis Domine Deus noster, rex mundi, qui universa creavit in gloriam uam. Benedictus sis Domine Deus noster, rex mundi, creator hominis. Benedictus sis Domine Deus noster, qui creavit hominem ad similitudinem suam, & ad similitudinem imaginis archetypi sui, & praeparavit ei ex seipso structuram seu aedificium *usque in seculum* (quod de oemina dictum, ut volunt alii [d]; aliis [e] de ipsa יצרת הצורו seu *creatione formae* humanae lorum hunc capientibus) *Benedictus sis Domine Deus noster, creator hominis; gaudendo gaudebit, & exultabit sterilis colligendo liberos suos in sinum suum in laetitia. Benedictus sis Domine Deus noster, qui laetari facis Sion in liberis suis. Laetando laetari fac par hoc amatum juxta laetitiam a te donatam creaturae tuae in horto Eden ab antiquo. Benedictus sis Domine Deus noster, qui laetari facis sponsum & sponsam. Benedictus sis Domine Deus noster rex mundi, qui creavit gaudium & laetitiam sponso & sponsae, exultationem, cantum, hilaritatem, jubilationem, amorem, fraternitatem, pacem & amicitiam. Confestim Domine Deus noster, audiatur in urbibus Judaeae & in plateis Jerusalem vox gaudii [f], & laetitiae, vox sponsi & sponsae, vox affectus mutui sponsorum ex thalamo suo, & pueri e choro modulationis suae. Benedictus sis Domine Deus noster, qui laetari facis sponsum cum sponsa.*

Haec ipsa fere formula item in Ritualibus Judaeorum hodiernis habetur, nec sine praeeunte vini poculo ejusque benedictione, qualem in sponsalium benedictione supra memoravimus. Etiam in Ritualibus [g] adjicitur, ברוך אתה י'י משמח חתן וכלה ומצליח הודו לי'י כי טוב כי לעולם חסדו ירבו שמחות בישראל וינוסו אנחות, *Benedictus sis Domine, qui laetificas sponsum & sponsam, quique eos fortunas. Confitemini Domino quoniam bonus est, quoniam in seculum misericordia ejus durat. Multiplicentur gaudia in Israele, & fugiant suspiria.* Integras formulas tum hasce tum alias Ezrae [h] accepto ferunt. Quin ut [i] decem minimum iique majores aetate atque ingenui (quorum numerum complere sponso ipsi fas erat) adessent huic benedictioni ex more exigebatur. Ansa numeri, aut saltem, ut magistrorum mos est, ratio ejus postquam est receptus, sumitur ex historiola Ruthae, ubi hujus & Boazi nuptiis adsunt decem seniores. Horum autem qui maximus natu aut dignior, benedictionem praeibat. Quoties autem durante virginis convivio septem dierum nuptiali convivae alii mensae aderant, quam qui benedictionem audierant deductionis, toties iteranda erat post solennem mensae benedictionem etiam & haec deductionis integra. At quamdiu iidem tantum, qui benedictioni deductionis affuerant, convivae manebant, postrema ejusdem pars duntaxat mensae benedictionem in virginis convivio nuptiali quotidie sequebatur. Quod itidem dicendum de convivio nuptiali, ubi coelebs viduam duxerat. At ubi viduus viduam, post deductionis diem iteranda rite non erat. Benedictionis autem nuptialis exemplum habent, ut ante legem datam, in eo quod de Rebecca legitur [k], ita post, Ruthae [l] & Boazi nuptiis. Etiam inter formulas actusque primarios legis studioso, id est, jurisconsulto Ebraico, ediscendos, benedictionis quam exhibuimus formulam non omnino ignorandam fuisse aiunt [m] nonnulli. Utrum benedictionem jam ostensam nuptialem aliamve illam sponsalitiam (de qua supra) an utramque intellexerit Fl. Josephus, ubi τὰς ἐπὶ τοῖς γάμοις θυσίας seu *sacra nuptialia* memorat, viderint peritiores. Locum ejus ante [n] citavimus. Certe etiam [o] Philoni usurpatur γάμους θύειν pro eo quod est tantum *convivium nuptiale* solenne adeoque cum benedictione *celebrare*.

[a] Machzor Germ. part. 1. fol. 336. b. Maharil fol. 82. b. [b] Gem. Babyl. ad tit. Cethuboth, cap. 1. fol. 7. b. Maimonid. halach. Ishoth cap. 10. Shulcan Aruch lib. Aben haezer, cap. 61. [c] Ad tit. Cethuboth fol. 8. a. adde Maimonid. halach. Ishoth, cap. 10. & halach. Beracoth cap. 2. §. 9, 10, & 11. Shulcan Aruch l. Aben haaezer cap. 61. [d] Gloss. ad Gem. Bab. tit. Cethuboth fol. 8. a. [e] Rabbi Aben Tybbon in Ruach hachen seu Physica Ebraea cap. 3. Videsis Genebrardum in subjunctis Chronologiae suae pag. 73, & 74. [f] Videsis Jeremiae cap. vij. 34. xvj. 9. xxv. 10. xxxiij. 11. & Apocalyps. 18. 23. Baruch. 2. 23. [g] Breviar. Jud. Hispaniens. pag. 151. b. edit. Venetiis ann. 5306. [h] Maimonid. halach. Kiriath Shemai cap, 1 §. 7. [i] Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth cap. 1. fol. 7. b. Hierosolym. fol. 25. col. 1. adde Maimonid. halach. Beracoth cap. 2. §. 9. & halach. Ishoth cap. 10. & Bartenor. ad tit. Cethuboth cap. 1. §. 1. Ruth. iv. 2, & 11. [k] Genes. xxiv. 60. [l] Ruth. iv. 11. vide Gem. Hierosolymit. ad tit. Cethuboth cap. 1. fol. 25. col. 1. [m] R. Chananiah in Gemar. Babylon. ad tit. Cholin. cap. 1. fol. 9. a. [n] Lib. 1. cap. 11. [o] Lib. de Special. legibus de praec. 6, & 7.

CAP. XIII.

Deductio in thalamum: cujus tam in Novo quam Veteri Foedere vestigia non obscura. Inde nuptiae undiquaque perfectae.

SEquebatur dein deductio in thalamum, quam כניסה לחופה *introductionem in chuppam*, id est, *in thalamum nuptialem* appellitant. Neque perfectae habebantur nuptiae antequam ejusmodi fieret deductio. Diserte Maimonides [a] aliique [b] ad veterum mentem אין ברכת חתנים עושה הנישואין אלא כניסה לחופה, *Non benedictio sponsorum facit* seu *perficit nuptias, sed deductio in thalamum.* Inde scilicet sponsa omnimoda ratione perfecta uxor regulariter habebatur, quam אשתו לכל דבר & אשה גמורה vocitant. Scilicet, si vinculum, ut aiunt nostri, matrimonii spectas, in quantum plane personale erat, ex ipsis sponsalibus seu pactione conjugali firmum habebatur ac ratum. Sed si etiam dotis incrementum, successionem unde vir, etiam & concubitum aliave ejusmodi invicem conjugum commoda, jura, ac officia consideres, non eadem erat illis sponsalium ratio ac vis ante quae post deductionem. Exceptionem autem hic adjiciunt [c] משתכנס לחופה נקראה נשואה אע׳פ שלא נבעלה והוא שתהיה ראויה לבעילה אבל אם היתה נדה אע׳פ שנכנסה לחופה ונתיחד עמה לא גמרו הנשואין והרי היא כארוסה עדיין, *Quamprimum deducta est sponsa in thalamum, vocabatur nupta, tametsi concubitus non sequeretur; ita scilicet, si concubitui fuerit idonea. At vero si esset mensibus immunda, tametsi deducta fuerit, etiam & coitus sit secutus, nuptiae non perficiebantur, sed hactenus sponsae nomen duntaxat manebat.* At dissensus est hic magistrorum; aliis sponsae hujusmodi immundae eandem affirmantibus fuisse rationem generatim, quae aliarum quarumcunque nondum rite nuptarum; aliis, quoad dotis incrementum tantummodo eam pro sponsa, non uxore undiquaque perfecta, neutiquam quoad alia conjugum invicem commoda, jura seu officia, censeri contendentibus. Consentiunt autem universi ante redintegratam munditiem neque benedictionem aut deductionem fieri debuisse, neque nuptias esse rite absolutas. Quod si contra morem majorum benedictionem deductio forte antevertebat, adhibenda ea erat tempore aliquo opportuno insequenti. Non obscura habentur sponsalium & deductionis discriminis vestigia in lege illa militari; *Vir* [d] *ille qui desponsavit sibi uxorem, & nondum accepit eam, vadat & redeat ad domum suam, ne forte moriatur in bello, & vir alius accipiat eam.* Quin praeter ea quae superius e Foedere Veteri obiter occurrunt de benedictione conjugali (cujus formulam aliter atque aliter pro seculorum discrimine se habuisse ambigendum non est) aliisve ad matrimonium attinentibus, observandum est quod legitur de Tobia, Raguele, & Sara hujus filia, quam sibi in uxorem a Raguele, cui, utpote patri, sui potestatem ea permiserat dari, petit Tobias. *Et* [e] *apprehendens dexteram filiae suae* (Sarae) *Tobiae tradidit, dicens, Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjungat vos impleatque benedictionem suam in vobis. Et accepta charta fecerunt conscriptionem conjugii. Et post haec epulati sunt, benedicentes Deum.* Ita Vulgata. Graecus vero codex, *manu eam prehendens tradidit eam Tobiae in uxorem,* dixitque Ecce juxta legem Mosis κόμιζε αὐτὴν, καὶ ἄπαγε πρὸς τὸν πατέρα σου, καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, *deducito eam, & abducito ad patrem tuum, & benedixit eos.* Et statim sequitur; *Et vocavit Ednam* (Anna in Vulgata ea nominatur) *uxorem ejus* καὶ λαβὼν βιβλίον ἔγραψε συγγραφὴν καὶ ἐσφράγισε, &c. *sumens libellum scripsit syngrapham & obsignavit. Et coeperunt comedere. Et vocavit Raguel Ednam uxorem, & dixit ei, Soror* (ἑτοίμασον τὸ ἕτερον ταμεῖον) *praepara alterum thalamum, & introduc eam.* Coena item peracta, introductus est Tobias ad eam, quemadmodum tam in Graeca quam Vulgata habetur. Et sponsalia ita habes, eorundem etiam libellum, & intra easdem aedes deductionem, non sine praevia benedictione. Exemplar autem Ebraicum Screckenfuchsii hic habet, Tunc dixit Raguel, *Accipe eam, quoniam soror est tua, & tu es frater ejus* (scilicet consanguinei estis) *en trado eam tibi in uxorem juxta legem Mosis atque Israelis.* Sequitur etiam ibi benedictio; & dein ויאמר לאדנה אשתו להביא אליו גליון אחד ויכתב עליו את הכתובה ויחתם אותה בעדים, *Et dixit ad Ednam uxorem suam, ut afferret ad eum cartam unam; & conscripsit super eam pactum dotale, & obsignavit eam coram testibus.* Sed apertius haec exemplar Constantinopolitanum a Paulo Fagio etiam Latine versum. Tobiae puellam sibi in uxorem postulanti respondit Raguel הנה הנערה לפניך ותהיה לך לאשה כתורה וכהלכה ואל שדי ירחם עליכם ויחיה אתכם מיד קרא לנערה ותפשה בידה ואמר לנער ראה בני הרי זאת מקודשת לך כדת יהודה וישראל ולך אל אביך ומיד קרא עדים וקדש אותה בפניהם וכתבו וחתמו שטר כתובתה ומיד ברכו שבע ברכות והתחיל לאכול וקרא רעואל את אשתו ואמר לה תקני חדר הפנימי וגו׳, *Ecce puella coram te est, sit uxor tua, sicut lex jubet & moris est. Deus omnipotens vobis sit propitius, & vitam vobis conservet. Statim accersita puella apprehensaque manu ejus, dixit juveni; Ecce mi fili; tibi sponsa est* seu *desponsatur, ut mos est in Juda & in Israel. Et perge ad patrem tuum. Statim etiam, accersitis testibus, desponsavit eam in conspectu eorum. Et scripserunt & obsignarunt instrumentum dotale. Statim etiam, dictis septem benedictionibus, epulari coeperunt. Vocavit autem Raguel uxorem suam, & dixit ad eam, Parato conclave interius,* &c. Nimirum in conclave illud interius deducebatur sponsa, idque planissime ה׳ חופה *Chuppa* seu thalamus nuptialis, in quem sponsa deducenda ante nuptias, juxta

[a] Halach. Ishoth, cap. 10. [b] Shulcan Aruch lib. Aben haaezer, cap. 54. §. 2. vide Gem. Babylon. ad tit. Cethuboth. cap. 5. fol. 56. a.
[c] Maimon id. & autor Shulcan Aruch, loc. citat. & vide Magid Misna ad Maimon d. ibid. fol. 243. b. & Mos. Mikotzi Praecept. Affirm. 48
[d] Deut. xx. 5. [e] Tobit cap. 7, & 8.

jam

am dicta, perfectas atque undiquaque absolutas. n versione sua doctissimus Fagius hic tantum habet *statim dictis benedictionibus epulari coeperunt*, praetermisso, qui in Ebraico habetur, eaum numero septenario. Qui vetustis Judaeorum itibus est adprime consonus. Nam in benedictionibus sponsorum seu quae deductioni praeviae unt, eundem ipsi agnoscunt numerum, qua de e consulas Maimonidem [a], Joseph Caro [b], alios [c]. Sequuntur in historiola illa Tobiae etiam nuptialis laetitiae seu convivii dies, ni fallor, quatuordecim, qui quidem ex moribus receptis intra triduum coerceri solebant. Nam Sara bi vidua est. Sed ampliare nuptiale convivium nemini non licuit, non minuere, absque moris maorum violatione. Primo itaque nuptialis convivii die deductio fiebat in thalamum, unde absolutae undiquaque nuptiae. Sed triduum totum, ubi sponsa erat vidua, atque septiduum, ubi virgo erat, laetitia summa lautitiaque, pro sponsorum fortuna, etiam & singulari sponsorum dignitatis observantia a convivis erat celebrandum; retento interea in officiosis compellationibus, etiam sponsi & sponsi nomine, usque dum finiretur ejusmodi nuptialis celebratio. Rabbi Eliaezer [d], החתן דומה למלך
מה המלך אינו יוצא לשוק לבדו כך החתן אינו
יוצא לשוק לבדו מה המלך לובש בגדי כבוד כך
החתן לובש בגדי כבוד כל שבעת ימים המשתה
מה המלך הכל מקלסין אותו כך החתן מקלסי'
אותו כל שבעת ימי משתה מה המלך פניו מאירות
כאור החמה כך החתן פניו מאירות כאור החמה
שנאמר והוא כחתן יוצא מחופתו וגו', *Sponsus est regi comparandus. Quemadmodum rex foras non egreditur incomitatus, ita nec sponsus. Quemadmodum rex vestibus utitur splendidis, ita & sponsus etiam per septem convivii nuptialis dies. Quemadmodum rex ab universis celebratur, ita etiam per id tempus sponsus. Quemadmodum vultus regius lucidus est ut sol, ita & sponsi vultus, juxta id quod scriptum est* [e], *Et ipse tanquam sponsus egrediens* seu *procedens e thalamo suo*, &c. Quod de sole dictum; cui sponsi e thalamo suo tum splendidis vestibus tum nuptialibus comitum officiis, iisque laetissimis, durante nuptialis celebritatis tempore ornati progressus comparatur. Qua de consulas item virum summum Danielem Heinsium in Aristarcho Sacro [f]. Thalamus ejusmodi sponsi memoratur etiam alibi apud prophetas [g]; idque quatenus tempus nuptialis celebrationis spectat. יצא חתן מחדרו וכלה מחופתו, *Exeat* seu *exibit sponsus e cubiculo suo, & sponsa e thalamo suo.* Ubi sponsae tribuitur חופה *Chuppa*, quod vocabulum plerumque, fere semper, pro thalamo in quem solennis fiebat deductio, a magistris usurpatur, & חדר *Cheder* sponso, quod idem sane sonat. Verum quidem est *Chuppa*, a verbo חפף deductum, quod *obtegere* denotat, ex natura sui locum quo obteguntur seu occultantur sponsi significare, adeoque thalamum seu παςὸν (quod habent Hellenistae) in quem ad concubitum sponsorum deductio fiebat; *Cheder* autem *cubiculum* seu *conclave* denotare. Sed in idem plane ita recidunt. Alias scimus esse τ̃ *Chuppa* apud magistros notiones, qua ad rem attinet conjugalem, de quibus capite proximo. Sed primariam & quae tum in ipsis complendis nuptiis tum in earum celebratione, principem plane habet locum, jam exhibuimus. Etiam & hac solummodo notione occurrit in benedictione sponsalium, de qua satis supra [h]. Ad deductionem hujusmodi & solenne convivium spectat illud in Evangelio [i] de decem virginibus. *Dum irent emere, venit sponsus: & quae paratae erant intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua.* Omnibus scilicet convivis futuris sponsus & sponsa, quae jam deducebatur in nuptias, sollicite expectandi erant observandique. Id quod ibi *ad nuptias* est, seu, ut in Graeco εἰς τὲς γάμȣς, a Syro redditur לבית חלולא *in domum chori, laetitiae*, seu *nuptiarum*, cui etiam alibi saepius [k] οἱ γάμοι, seu *nuptiae* משתותא quod ipsum est Ebraeorum משתה seu *symposium nuptiale*, nuncupatur. Atque eam esse vocabuli significationem in historiola sacra de nuptiis in Cana Galilaeae, palam liquet. Citatum autem de virginibus decem locum de sponso simul & sponsa venientibus, quemadmodum in deductione, capiendum esse, ostendit Vulgati & Syri comma primum ejusdem capitis, quo pro eo quod est in Graeco εἰς ἀπάντησιν τ̃ νυμφίȣ, habent, *illi occursum* seu *obviam sponso & sponsae.* Nonne etiam sive de convivis sive de ministris, quorum officia nuptialia sponsis, durante illo sive tridui sive septidui tempore praestanda fuere, intelligendum illud, *numquid* [l] *possunt* οἱ υἱοὶ τ̃ νυμφῶνος πενθεῖν seu νηστεύειν, *filii thalami nuptialis lugere* seu *jejunare* (*filii sponsi* habet Vulgata & *filii nuptiarum*) *quamdiu cum illis est sponsus?* Atque adjicitur, *Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt.* Nec praetermittendum est, morem hunc laetitiae ac deductionis alibi item quam apud Ebraeos, pariterque in oriente vicino, obtinuisse, ex veteribus fieri manifestum. Legitur in historia Hasmonaica [m], *filios Jamri facturos magnas nuptias, duxisse sponsam e Madaba, filiam unius de magnis principibus Chanaan* (oppidum seu urbem Gabatha vocat Josephus ac sponsae patrem *illustrem inter Arabas*) *cum pompa magna.-------- Et ecce tumultus & apparatus multus, & sponsus processit, & amici ejus, & fratres ejus, obviam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis.* Expressim etiam memorat Josephus [n] sponsam ipsam deductam a sponso cum frequenti amicorum comitatu, οἷον εἰκὸς ἐν γάμοις, *ut fieri solet in nuptiis.*

[a] Halach. Beracoth cap. 2. §. 10. & halach. Ishoth, cap. 10. [b] Shulcan Aruch lib. Aben haaezer cap. 61. [c] Hymn. Nuptial. n Machzor Germ. part. 1. fol. 317. b. [d] In Pirke, cap. 16. [e] Psal. xix. 5. R. D. Kimchi. [f] Pag. 879. [g] Joel. cap. ij. 16. [h] Cap. vij. [i] Matth. xxv. 10. [k] Joann. cap. ij. 1. 3. Luc. xij. 36. xiv. 8. [l] Matth. ix. 15. Marc. ij. 19. Luc. v. 34. [m] 1 Maccab. ix. 37. [n] Lib. 13. cap. 1.

CAP. XIV.

De annulo apud Ebraeos ſponſalitio ſeu pronubo.

OStenſis, in ſuperioribus, iis quae illuſtriora ac praecipua fuere, in moribus Ebraeorum, ab ipſis ſponſalibus uſque ad nuptias undiquaque abſolutas perfectaſque, etiam de minorum gentium apud eos ritibus aliquot non contemnendis, qui ſcilicet nunc adhibiti nunc omiſſi, pro vario ſeculorum locorumque diſcrimine, paucis eſt monendum. Neque enim ejuſmodi ritus praetermitti ſolent a ſcriptoribus qui res hujuſmodi tractant. Viſuntur ii potiſſimum in annulo, coronis, frumento ſive ſerendo ſive ſpargendo, myrto ac palmarum ramis praeferendis, velamine quo obtecti ſponſi, & paranymphis. De his, ſuo ordine. Quod ad annulum attinet in Ebraeorum ſponſalibus; verum quidem eſt olim hodieque ſubinde apud eos adhiberi ſolitum, quod ex eorum ſcimus ritualibus. Subinde dico. Nam utcunque occurrat in ritualibus alibique de annulo in nuptiis Ebraicis qualecunque teſtimonium, expreſſim tamen aſſeritur a Leone Mutinenſi, archiſynagogo Veneto, annuli uſum ſatis eſſe ſuis rarum. Codex ejus [a] MS. quem habeo ait, *è alcuni uſono all' hora* (loquitur de gentis Ebraicae ritibus nuptialibus) *porgli un anello en dito è ſpoſarla, ma per lo più non lo fanno.* Sed qui typis eſt editus, adjectum habet, *ma in Italia è Tudeſchi per ordinario non lo fanno.* Tantum abeſt ut doctorum aliquot ſententiam, qua etiam ab aevo Moſaico frequens annuli ſponſalitii deducitur uſus, amplecti queam! Nituntur ii maxime loco illo Exodi [b] ubi inter donaria ſacra numerantur annuli. Adjiciunt apud prophetas [c] mulierum annulos item memorari. Sed manifeſtum eſt in cultu ſeu mundo tantum muliebri cenſendos eſſe annulos illos, non aliter atque armillas, diſcriminalia, vittas, id genus alia. Neque apud Ebraeos ipſos omnino pro ſponſalitiis ii ſumuntur. Ornamenta etiam erant annuli virilia, ut videre eſt in hiſtoriola ſacra de Juda & Thamar. Atque inde cum nonnullis [d] annuli uſum in ſponſalibus deducere, a ratione eſt nimis diſſonum. Neque ſane in Talmudico corpore, ſi bene memini, mentio ullibi habetur annuli ſponſalibus adhibiti. Res autem ita ſe habuit. Nummulum ſeu nummuli valorem, velut ſponſalitii contractus ſive arram ſive pretium ſponſae antiquitus dari ſolere, ſuperius [e] eſt oſtenſum; id quod ſexcenties in corpore occurrit Talmudico. Cum igitur animadverterant Ebraei aliqui hujuſmodi ſive arrae ſeu pretii ſponſalitii ſeu alium qualemcunque locum apud alias gentes annulum in nuptiis occupaſſe (qua de re mox plura) viſum etiam eis eſt eundem non raro adhibere, & מזל טוב quo *fortunam* precantur *bonam* [f] in eo inſcribere. Sed adhibuere non qua annulus eſt, ſed tantummodo qua pretii, quod diximus, ſeu nummuli locum occuparet. Id quod aperte liquet ex eorum ritualibus. Nam ibi [g], poſt praeviam nuptiis ſponſalium benedictionem, quam publice iterare ſolent, magiſter qui nuptiarum ſolennibus praeeſt; קורא לשני עדים והראה להם טבעת קידושין אי הוא שוה פרוטה ואמר הרב להן ואו זה הטבעת מסתמא הוא שוה פרוטה ואמרו הן, *Accerſitis binis teſtibus, ab eis inquirit, utrum annulus ſponſalitius, quem eis ipſe oſtendit, ſit aequalis cum nummulo valoris; iis affirmantibus*, rogat etiam utrum ſponſalia rite fuerint peracta; ſcilicet, utrum dixerit ſponſus הרי את מקודשת לי בטבעת זו כדת משה וישראל והיה תוחב לה הטבעת באצבע שאצל האגודל ואם אינה טהורה אינו מגיע בה אך מניח ליפול מעצמו לאצבעה, *Ecce mihi ſponſa ſis ex hoc annulo, ſecundum inſtitutum Moſis & Iſrael, & annulum indici ejus ſeu digito pollici proximo induerit; aut ſi immunda tunc temporis eſſet, non tam induerit quam illabi permiſerit.* Nimirum non in nuptiis ſed in ipſis ſponſalibus primus annuli uſus; de quo ideo quod nummuli ſeu pretii ſponſalitii locum occupabat (quod etiam ex ipſa ſponſalium ſubſtantia habent) ante nuptiarum ſolennia quaeſtio ita fieri hodieque ſolet. Non igitur in locum annuli ſucceſſit nummulus teruncius, aut aliud quid quo oblectaretur ſponſa in ipſo contractu ſponſalitio, quod volunt viri nonnulli docti, ſed planiſſime in nummuli locum annulus. Quod vero habent aliqui fidei ſatis prodigi, ſive de annulo argenteo in D. Annae caenobio ſanctimonialium Romae ſervato, velut eo quo Joachim & Anna copulati ſunt, ſive de onychino illo qui ex fide neſcio cujus gemmarii ex Hieroſolymis Romam ante ſeculum unum & alterum profecti, velut D. Mariae virginis deiparae, Peruſii reconditur, autoribus ſuis non libenter relinquimus. Qui vero de annulis illis plane fictitiis plura velit, conſulat inprimis Joannis Baptiſtae Lauri libellum *de Annulo Pronubo Deiparae virginis* [h], nec tamen ſine eis quae eadem de re doctiſſime ſcripſit vir ſummus Andraeas Rivetus [i] in Apologia pro ſanctiſſima virgine Maria. Hoc vero non praetereundum, etiam apud Ebraeos, ut alibi, pro fidei ſymbolo, quale ad connubia inprimis attinet, prae rebus aliis ſumi annulum. Expreſſim Philoni [k] annulus quo Joſephus patriarcha a Pharaone donatus eſt, ἐναργέστατον δεῖγμα πίστεως nuncupatur ſeu *manifeſtiſſimum fidei ſignum.*

[a] De gli riti Hebraici part. 4. cap. 3. [b] Exod. xxxv. 21. 22. [c] Iſaiae iij. 21. [d] Baron. tom. 1. ann. 57. alii. [e] Cap. 2. [f] Munſter ad Geneſ. xxx. [g] Maharil fol. 83 a. Machzor Germ. par. 1. fol. 336. b. Col. 2. Videſis Theſub. 18. ad Maimon. lib. Naſhim. [h] Romae 1622. & videſis Addit. ad Alphonſ. Ciaconii vit. Pontific. in Sixt. 4. pag. 1280. [i] Lib. 2. cap. 9. pag. 283. &c. [k] Lib. de Joſeph.

C A P.

CAP. XV.

De ſponſorum coronis, myrto ac palmarum ramis praeferendis, & frumento ſive ferendo ſive ſpargendo in ritibus Ebraeorum nuptialibus. De velaminibus item quibus obtecti ſponſi.

SPonſorum coronarum vetuſtiſſima eſt in Miſna mentio. Harum uſus in ipſa deductione :u nuptiis. Eis enim ornandi erant in nuptias lim ſponſi. Sponſi corona [a] erat ſive aurea, ſi- : argentea, ſive ex ſale toſto formata atque ſulaure depicta, ſive roſea, ſive myrtea, ſive oleaina. Sponſae erat corona aurea ſeu aurata, ſci- :cet forma עיר של זהב, *urbis aureae* ſeu turrita, ualis Deum matri vulgo tribuitur. Sed haec pro ario ſponſorum conditionis diſcrimine aliter at- ae aliter ſe habuiſſe neceſſum eſt. Coronae hae, ıb templi ſecundi excidium, interdictae ſunt. Iiſna [b], בפולמוס של אספסיינוס גזרו על עטרות חתנים ועל האירוס בפולמוס של טיטוס גזרו עטרות כלות, *Tempore quo Veſpaſianus armis* ·*ıs aggreſſus eſt, interdictae ſunt ſponſorum co- nae, uti etiam tympana* (uſus ſcilicet eorum in ıoris nuptialibus) *atque Tito nos invadente, terdictae ſunt etiam coronae ſponſarum.* No- . bant ſcilicet, exterorum armis hoſtilibus oppreſ- . ſplendidum illum majorum in nuptiis cele- :andis ritum diutius retineri. Quale de ritu ra- .orum myrti ac palmarum cum cantu ſponſis :aeferendorum eſt dicendum. Etenim legitur in ɔrum commentariis [c], mortuo Rab, decretum : iſſe שלא יביאו הדס וענפי דקלים בניגון לפני חתנים, *Myrtum & ramos palmarum ſponſis in* ;*mpa muſica non eſſe praeferendos.* Neque au- m coronarum apud Ebraeos nuptialium tantum ı Miſna ſeu Commentariis Talmudicis aliiſve riptis Rabbinicis mentio, ſed etiam in ipſo coice ſacro, ſi interpretibus magni nominis vetebus fides. Legitur in Iſaia, [d] *Gaudens gaudebo ı Domino, & exultabit anima mea in Deo ıeo, quoniam induit me veſtimentis ſalutis, & ıdumento juſtitiae circumdedit me* ; כחתן יכהן פאר וככלה תעדה כליה, quae in Vulgata vertunır, *Quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ɔonſam ornatam monilibus ſuis.* Neque adeo iſſert verſio ſeniorum ; *ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν*, &c. *Sicut ſponſo circumpoſuit mihi ıitram*, quae planae coronae ſpecies eſt. Verba ɔſa Ebraica ſonant *ut ſponſum ſacerdotali orna- it decore*, &c. aut *ut ſponſus*, &c. Aquila au- :m (inquit Hieronymus) *tranſtulit, ἱερατευμένῳ ςεφάνῳ, quod in lingua noſtra dicitur, ſacerdotii ortans coronam.* Subſtituit igitur ibi Aquila ὡς νυμφίον ἱερατευμένον ςεφάνῳ, *ut ſponſus ſacerdotii portans coronam*, id eſt, magnificam, ſplendidam. Et ſane tam Theodotioni ac Symmacho quam Aquilae ςέφανος ſeu *corona* ibi adhibitum eſt pro פאר quod *decus* ſeu *ornatum* generaliter denotans pro *mitra, cidari, tiara*, ſeu ſingulari capitis ornamento aliquoties alibi [e] ſumitur. Et Davidi de Pomis τὸ פאר explicatur per *coronam* & *coronulam*. Jonathan autem Chaldaeus Jeſaiiae paraphraſtes hic כחתנא דמצלח בגנוניה וככהנא רבא דמתקן בלבושוהי וככלתא דמתקשטא בתקונהא, *Ut ſponſum gaudentem in thalamo ſuo, & ut ſacerdotem magnum veſtimentis ſuis ornatum, & ut ſponſam ornatu ſuo decoram* ; perinde ac ſi legerat וכהן *& ſacerdotem*, non יכהן *ſacerdotali ornavit decore.* Verſio penes me Arabica MS. habet ibi مثل الختن الماجد *ſicut ſponſum glorioſum.* Et Judaei Hiſpanienſes ; *Como novio engrandeſcera fermoſura* ; adeoque coronam ſponſo non expreſſim ibi tribuunt. Sed Salomon Jarchius, כחתן, inquit, אשר ילבש לבושי פאר הכהן גדול, *Sicut ſponſum qui veſtitus eſt veſtibus pontificis maximi glorioſis* [f]. Utcunque vero locus fuerit vertendus, id interea eſt manifeſtum, veteres illos interpretes Graecos, quos & ſecutus eſt Vulgatus, non dubitaſſe quin in ſponſi apud Ebraeos ornamentis corona locum haberet proprium. Aliter enim nec res ipſa, quicquid de verbis ſit ſtatuendum, verſiones illorum ſatis tulerit. Atque ita interpretantur ſcriptores ad eum locum praeclari [g]. Sed & alibi occurrit quod doctis habetur de corona apud Ebraeos nuptiali teſtimonium perquam manifeſtum. Salomon in Canticis [h], *Egredimini & videte filiae Sion regem Salomonem*, בעטרה שעטרה לו אמו ביום חתנתו, *In corona qua coronavit illum mater ſua in die deſponſationis illius & in die laetitiae cordis illius.* Complures Scriptores [i] hic coronam nuptialem intelligunt. Alia etiam in eandem rem loca [k] e prophetis trahunt nonnulli. Atque hinc in Tertullianum diſputat Paulus Sherlogus, quaſi memoria lapſus temere affirmaſſet is [l] coronarum Ebraeis uſum fuiſſe nullum. Quod ad frumenti uſum in ritibus eorum attinet nuptialibus ; hodiernus, qui in eorum occurrit ritualibus, mos eſt, ut, ubi ſponſus ſponſae manum, ante nuptiarum benedictionem prehendit [m], זורקין כל העם על גבי ראשן חטין ואומרים פרו ורבו שלשה פעמים, *Spargant omnes qui circumſtant triticum ſuper eorum capita ter, dicentes, Creſcite & multiplicamini.* At in libris Talmudicis aliuſmodi frumenti uſus habetur. Nam ibi non ſemel mentio a Rab Papi fit temporis quo רמו שערי באסינתי, *projiciunt* [n] *hordeum in vas ſaligneum*, qua ſcilicet nuptias ſpectat. Atqui interpretes hic diſſentiunt. Alii tantum de apparatu ad potum in convivium nuptiale verba illa intelligunt. Alii vero ad hunc modum [o] explicant

[a] Gem. Hieroſolymit. ad tit. Sota cap. 9. fol. 24. col. 3. Babylon. fol. 49. b. Gloſſ. ad tit. Gittin cap. 1. fol. 7. a. Bartenorius, at tit. ɔta cap. 9. §. 14. [b] Tit. Sota cap. 9. adde Gemar. Bab. tit. Gittin cap. 1. fol. 7. a. & de coronis vide tit. Semicoth cap. 11. Sepher Juchaſin fol. 102. a. [d] Cap. lxj. 10. [e] Exod. xxxix. 17. Ezech. xliv. 18. [f] Videſis ibi David Kimchi. Vide Paul. Sherlogum in Cantic. Veſtigat. 27. §. 16. [h] Cap. iij. 11. [i] Pineda de Reb. Salomonis lib. 5. cap. 3. §. 5. Paul. ıerlogus in Cantic. Veſtigatione 27. §. 16. alii ibi citati praeter Pintum Ramirez lib. 1. in Cantica. & vide Aloyſ. Novarin. lib. 6. Elect. :crorum. cap. 44. [k] Thren, 5. 15. Ezechiel. xvj. 12. Cant. iv. 4. Zach. iij. 5. Et Chaldaeum ibi vide. [l] De Corona Militis ɪp. 9. [m] Maharil. fol. 82. b. Mackzor, Germ. part. 1. fol. 336. col. 1. [n] Gemara Babylon. ad tit. Cethuboth cap. 1. fol. . a. & ad tit. Aboda zara cap. 1. fol. 8. b. [o] Gloſſ. ad tit. Aboda zara ibid. & ibid. Thoſiptha, & vide J. Druſium Obſervat. lib. 3. cap. 23. & Gloſſ. ad tit. Cethuboth cap. 1. fol. 8. a. & Baal. Aruch in אסינתא.

גותנין

נותנין עפר בערבות וזורעין שם שעורין קודם ימי החופה ומביאין לפני החתן והכלה כשהן צמוחין ואומרין להם פרו ורבו כשעורין הללו שממהרין צאת מכל התבואה, *Ponebant terram in vaſis ſaligneis, ibique ſerebant hordeum ante dies deductionis in thalamum; afferebant autem, cum germinabat, coram ſponſo & ſponſa, dicentes illis, Creſcite & multiplicamini quemadmodum hordeum hoc, quod citius quam ullae aliae fruges provenit.* Velaminis autem duplex occurrit genus in nuptiis adhibitum. Alterum quo ſponſorum capita ut flameo obtecta, alterum quod in ipſa benedictione nuptiali eos velut tentoriolum portatile obumbrabat. Genus prius memoratur etiam in Miſna. Paulo poſt verba illa ſuperius de coronis interdictis allata, ſequitur [a] בפולמוס האחרון גזרו שלא תצא הכלה באפירין בתוך העיר ורבותינו התירו שתצא הכלה באפירין בתוך העיר, *Temporibus bellicis quae ſunt inſecuta decretum eſt, ne prodiret* (in deductionem) *ſponſa velamine obvoluta intra urbem. Sed Rabbini noſtri poſtmodum permiſere, ut etiam intra urbem velamine obvoluta prodiret.* Vocabulum quod hic uſurpatur pro velamine hoc, ſeu אפיריון, ſumitur etiam pro ipſo thalamo conjugali alibi [b]. Atque ita etiam τὸ חופה *Chuppa* quod primario in rebus nuptialibus eſt *thalamus*, in quem deductio facienda (ut ſupra eſt oſtenſum) uſurpatur pariter pro velamine hujuſmodi [c], uti etiam pro tentoriolo illo quo obumbrari ſoliti in ipſa benedictione ſponſi; quod genus velaminis hic eſt ſecundum, & in atrio ſynagogae [d] praeparari nunc ſolitum, ſed an veteribus Ebraeis in uſu, nondum eſt mihi ſatis compertum. Et ſic Elias Levita [e]. Sed inquit ille, ואנחנו קוראים הבגד שפורשין על ראש החתן והכלה בארבע בדים בשעת הקידושין חופה, *Nos etiam vocamus veſtem illam* ſeu *pannum, qui ſolet expandi ſuper caput ſponſi & ſponſae, ac tenetur quatuor vectibus tempore nuptiali* (nam ita τὸ קידושין ibi intelligendum) *Chuppam.* Thalamum vero ſponſalitium בית גנון & גנון etiam dixere Chaldaei. Velamina autem ſponſos ita משום צניעותא *verecundiae cauſa* [f] obtegere ſolita, ex ſindone aliave ejuſmodi materie confecta [g] ſunt, non ſine monilibus, lemniſcis, aliiſve id genus pro utentium libitu, hinc inde pendulis. Ipſum autem אפיריון quod in loco e Miſna citato ſponſae prodeunti tantum attribuitur, velamen hujuſmodi utriſque commune denotare manifeſto liquet ex utraque Gemara. Hieroſolymitana ibi, אילו הן חופות חתנים סדינים מצויירין וסהרוני זהב תלויין בהם, *Velamina ſponſorum ſindones ſunt acupictae, quibus appenduntur monilia aurea.* Et Babylonia, על חופת חתנים גזרו, *Decretum illud erat de ſponſorum velamine.* Et tam haec quam illa Gemara, pro utentium libitu, ait fieri ſolita hujuſmodi velamina. Sed plerumque volunt faſtigiata ſeu in conum [h] ſurſum deſinentia, quae etiam figura tentoriolo tribuitur. Atque eorum [i] uſus ſolennis in ritualibus hodiernis pro vario locorum more memoratur.

CAP. XVI.

De paranymphis Ebraeorum ſponſi amicis, in utroque Foedere dictis, & in Novo, filiis thalami nuptialis.

RESTAT ut de paranymphis videamus. Ii bini minimum fuere, שושבנים, id eſt, *ſocii, comites, amici* ſponſorum dicti. Sed vero pro morum diverſitate ſive adhibiti ſive praetermiſſi. Gemara Hieroſolymitana [k], אמר ר׳ יודה ביהודה בראשונה היו מעמידין אותן שני שושבנין אחד משל כלה ואחד משל חתן אף על פי כן לא היו מעמידין אותן אלא בשעת נישואין ובגליל לא היו עושן כן ביהודה בראשונה היו השושבנים מפשפשין במקום החתן והכלה ובגליל לא היו עושין כן ביהודה בראשונה היו השושבנין ישינין במקום חתן ובמקום כלה ובגליל לא היו עושין כן, *Obſervavit Rabbi Joda morem antiquitus in Judaea obtinuiſſe, ut conſtituerentur bini paranymphi, ſocii, ſeu amici; alter ſponſae, ſponſo alter. Quos tamen non conſtituebant niſi tempore nuptiarum,* ſeu *deductionis. Neque in Galilaea mos ille obtinuit. Antiquitus etiam in Judaea paranymphi locum ſponſi & ſponſae perſcrutabantur* (decubitus locum) *quod in Galilaea non ſolebat fieri. Quin in Judaea paranymphi pernoctabant in loco ſponſi & loco ſponſae* (juxta eos in thalamo) *quod nec in Galilaea fieri ſolebat.* Certe & horum mentio alibi in libris Talmudicis, etiam & ritualibus [l] quibus etiamnum utuntur. Quin & pro eis, qui officio ſingulari nuptiis adſunt, occurrit in paraphraſi [m] Uzielidi tributa; ſed apertius Gemara Babylonia [n] ex jam dicti Rabbi obſervatione, qui, pro more, hic Jehuda, ut ibi Joda, nominatur, ביהודה בראשונה היו מעמדין להם שני שושבנין אחד לו ואחד לה כדי למשמש את החתן ואת הכלה בשעת כניסתן לחופה ובגליל לא היו עושין כן ביהודה בראשונה היו שושבינין ישנין בבית שחתן וכלה ישנין בה וגליל לא היו עושין כן, *In Judaea mos obtinuit antiquitus; ut bini ſponſis attribuerentur ſeu conſtituerentur paranymphi, ſocii* ſeu *amici, ſponſo alter, alter ſponſae, qui nimirum tempore deductionis in thalamum eis officia praeſtarent; quod tamen in Galilaea non obſervari ſolitum. Quin in Judaea mos antiquitus obtinuit, ut paranymphi eadem in domo* (id eſt, conclavi) *pernoctarent, qua ſponſus & ſponſa, quod nec in Galilaea obſervatum.* Id vero quod dicitur hic למשמש, quod *ad officia ſponſis praeſtanda* vertimus, explicatur in Gloſſa per לפשפש ולמשמש במעשיהן באותו הלילה שלא יקלקלו זה את זה במעשיהם בתרמית שלא יראה דם בתולים ויאבד וזו לא תביא מפה שיש עליה טיפי דמים, *Ad ſcrutandum & officioſe obſervandum ea quae ſponſi illa nocte* (ſcilicet nocte deductionis) *fecerint.*

[a] Miſna tit. Sota, cap. 9. Talm. Bab. fol. 49. a. [b] Gemar. Bab. tit. Sota, cap. 1. fol. 12. a. videſis lib. noſt. 5. de Jure Nat. & Gent. cap. 5. Machzor Germ. part. 1. fol. 316. a. [c] Vide D. Kimchi ad Joel. 2. 16. Machzor Germ. part. 1. fol. 336. col. 4. [d] Videſis R. Nephthali Aſchenazi in Sepher אמרי שפר fol. 203. b. [e] In Thisb. verb. חפה & vide J. Buxtorf. in Synagog. Judaic. cap. 28. [f] Gemar. Bab. ad tit. Sota, cap. 9. fol. 49. b. & Bartenor. ad dict. cap §. 14. [g] Gemar. Hieroſolymit. ad tit. Sota, fol. 24. col. 3. Babylon. ibid. fol. 49. b. [h] Bartenor. ad tit. Sota, cap. 9. §. 14. alii. [i] Maharil, fol. 82. b. & Machzor Germ. part. 1. fol. 336. col. 4. & 337. col. 1. [k] Ad tit. Cethuboth, cap. 1. fol. 25. col. 1. [l] Machzor Germ. part. 1. fol. 3. 7. b. & fol. 337. col. 1. [m] Deuteron. xxxii. 50. [n] Ad tit. Cethuboth, cap. 1. fol. 12. a.

†

Ne

Ne scilicet alter alteri dolo inferat damnum. Ne sponsus, etiamsi agnoscat sanguinem virginitatis, illum celet aut tollat. Et ne sponsa inferat secum pannum seu *sindon in sanguine intinctam.* Scilicet in Gemara verba fiunt de sponsae virginitate, adeoque officium paranymphorum ibi ad eam rem primario spectat. In Judaea igitur paranymphorum usus erat tum in ipsa deductione, tum in cubili seu thalamo, idque tota deductionis nocte. Et tametsi passim crime, pudoris causa, in more sit positum, ut concubitus etiam conjugalis (quod ait D. Augustinus [a]) *remotum ab arbitris cubile conquirat, omnesque famulos atque ipsos etiam paranymphos & quoscunque ingredi quaelibet necessitudo permiserat, ante mittat foras, quam vel blandiri conjux conjugi incipiat*, in Judaea nihilominus, sed non in Galilaea, paranymphos viles non solum nuptiis, verum etiam ipsi thoro conjugali nocte prima officiose adfuisse, ne fraus alterutrinque de virginitate seu floris virginei testimonio (qua de re libro proximo plura) committeretur. De aliis etiam quae ad apparatum laetitiamque sponsorum attinebant, eos prospexisse ambigendum non est. Jam vero, nonne e τοῖς שושבנין hisce seu *paranymphis, amicisve* alter qui sponso, ut amicus fidelissimus, ita tempore nuptiarum officium praestaret, innuitur in similitudine illa sacra S. Joannis: *Ipsi*, inquit [b], *testimonium mihi perhibetis, quod dixerim, Non sum ego Christus, sed quod missus sum ante illum.* Et dein; ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου· αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται, *Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.* Vocis sponsi sponsaeque mentio tum in Sacris Literis [c] solennis, tum in ipsa quae deductioni erat praevia [d] benedictione. Vocem mutuos conjugum seu sponsorum affectus atque exhilarati animi invicem effata indicantem denotari dubium non videtur. Eamque audire atque observare, etiam inter primaria paranymphorum seu amicorum sponsi sponsaeque officia fuisse, indeque more nuptiali laetari. Nonne igitur hic ex more jam memorato, se dixit, ut paranymphum seu amicum sponsi, vocem sponsi insignemque ejus erga sponsam, quae ecclesia est, affectum observasse atque inde summa perfusum esse laetitia? Certe omnia ita quadrant moribus [e] Judaeae nuptialibus. Et scimus etiam τοῦ φίλου seu *amici* nomen, quemadmodum & comitis, a diffusiori vulgarique significatione delapsum, peculiarem non raro apud veteres dignitatem aut officium denotasse, quemadmodum in illo de Zabudo Ben Nathan [f]; רעה המלך *amicus erat regis* in Vulgata. Verba planissime fiunt de dignitate. Hellenistae habent ibi ἑταῖρος τοῦ βασιλέως *socius regis*, quod idem innuit. Et paraphrasis Chaldaea, שושבינא דמלכא *amicus* seu *socius regis*, ubi eodem pro amico utitur vocabulo, quod paranymphum etiam, ubi de re nuptiali verba fiunt, significat. Et apposite ibi eodem similiter est usus vocabulo David Kimchius שושבינא דמלכא שהיה עמו תמיד *amicus regis, qui ei perpetuo erat comes*, uti etiam erat sponso amicus quem diximus seu paranymphus, unde & Judaei Hispanienses habent ibi *companero del rey.* Quin & in Veteri Foedere pro eo quod est למרעהו Samsonis seu *socio ejus*, substituunt LXX. τῷ νυμφαγωγῷ αὐτοῦ cui scilicet data est uxor ejus. Et Chaldaeus ibi [g] habet דהוה שושביניה, *Qui erat socius ejus* seu *amicus nuptialis*, seu paranymphus. Eodem nomine apud veteres Ebraeos [h] dicuntur Michael & Gabriel paranymphi Adae. Et ubi sponsalia inter Deum & ecclesiam Israeliticam memorant (juxta illa quae & in Foedere Veteri ea de re saepius occurrunt) Mosem fuisse aiunt [i] השושבין *paranymphum* Deo & ecclesiae illius. Paranymphi ejusmodi seu *sponsi amici* appellantur etiam υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος [k] *filii thalami nuptialis*; qua de re optime vir praestantissimus Hugo Grotius [l]. Singulare habetur & apud nos nomen ejusmodi eorum quos Bride Knights, id est, *ministros sponsalitios* qui sponsam deducere solent, appellitamus. Etiam apud Graecos veteres sponsi amicorum nomen & usus. Julius Pollux [m]; καλεῖται δέ τις τῶν τοῦ νυμφίου φίλων καὶ θυρωρός, ὁ τὰς θύρας ἐφεστηκὼς καὶ εἴργων τὰς γυναῖκας βοηθεῖν τῇ νύμφῃ βοώσῃ. *Quidam etiam ex sponsi amicis janitor dicitur, qui januae adstans mulieres sponsam clamantem juvare prohibet.* Alibi [n] etiam *amici* usus singularis in Sacris Literis; ut quae de ejusdem notione, qua dignitatem seu officium singulare denotabat olim in Augustali comitatu, occurrunt praetereamus. Quae sunt alii usus hodierni ritus, pro locorum discrimine invicem satis diversi, e ritualibus eorum qui prostant libris, Joannis Buxtorfii Synagoga [o], Leone Mutinensi, Aolysio Novarino [p] petendi sunt.

[a] De Civitate Dei lib. 14. cap. 18. [b] Cap. 3. 28. [c] Jerem. vij. 34. xvj. 9. xxv. 10. xxxiij. 11. Apocalyps. 18. 23. Baruch 2. 23. [d] Vide supra cap. 12. [e] Videsis Daniel. Heinsium in Aristarch. Sacro, pag. 879. [f] 1 Reg. iv. 5. & vide Pinedam de Reb. Solomon. lib. 5. cap. 13. §. 18. [g] Judic. xiv. 20. ubi vide R. Salomon. [h] Bereschith Rabba parash. 8. [i] R. Salomon in Exod. xxxiv. [k] Matth. ix. 15. [l] In Notis Evangelicis, pag. 185. & vide Jo. Buxtorf. in Lexic. Chald. Talm. pag. 2535. [m] Onomastic. lib. 3. cap. 3. [n] 1 Paralip. xxvij. 33. &c. [o] Cap. 28. [p] Elect. Sacror. lib. 6. cap. 46.

CAP. XVII.

Sponſus virginis a deductione uſque ad concubitum a praeceptorum aliorum affirmativorum obſervatione immunis.

PRaetermittere autem hic viſum non eſt, quemadmodum annalis erat novo marito, ſecundum ea quae proximo libro [a] dicentur, a muneribus militaribus civilibuſque immunitas, ita etiam ſponſo virginis fuiſſe, ex eorum placitis, immunitatem ſingularem toto tempore quod deductionem & concubitum interveniret, niſi intra illud incideret exitus ſabbati; idque, ni fallor, ab omnibus praeceptis affirmativis alias diligenter obſervandis. Solennem habent lectionem ſacram bis quotidie, ſeu mane ac veſperi, a viris univerſis, qui conditione liberali, regulariter peragendum [b]; qui fuerint nempe officio hujuſmodi non impares. Eam ab origine ſeu majorum inſtituto deducunt vetuſtiſſimo קריאת שמע *Keriath Shemai* dictam, id eſt, *lectionem Audi*, deſumptam ex Deuteronomio [c] & Numeris [d] atque ita nuncupatam quia incipit a vocabulo *Audi*. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt*, &c. Et maximi faciunt officium hoc ſacrum, quia in eo ſingularis eſt Numinis unitatis & omnium ſimul praeceptorum ejus memoria. In ritualibus aliquoties integra occurrit. Jam vero de hac re ita ad veterum mentem Maimonides [e]; נשים ועבדים וקטנים פטורים מקרית שמע ומלמדין את הקטנים לקרות בעונתה ומברכין לפניה ולאחריה כדי לחנכן במצות מי שהיה לבו טרוד ונחפז לדבר מצוה פטור מכל המצות ומקרית שמע לפיכך חתן שנשא בתולה פטור מקרית שמע עד שיבא עליה לפי שאין דעתו פנויה שמא לא ימצא לה בתולים ואם שהא עד מוצאי שבת ולא בעל חייב לקרות ממוצאי שבת ואילך שהרי נתקררה דעתו ולב גס בה אף על פי שלא בעל אבל הנושא את הבועלה אף על פי שעוסק במצות חייב לקרות הואיל ואין לו דבר שמשבש דעתו וכן כל כיוצא בזה, *Foeminae, ſervi, atque minores aetate immunes ſunt a ſolenni illa lectione. Minores autem docere ſolent ſimulac auditores fuerint idonei, & lectionem & benedictiones tum ante tum poſt commata lectionis interponendas, ut ſcilicet praeceptorum obſervationi ita initientur. Cujus autem animus continenter occupatur & ſollicitus eſt de re aliqua praecepto ſubnixa, is ut ab aliis praeceptis ita etiam ab hac lectione immunis eſt; unde fit ut etiam ſponſus, qui virginem deduxerat, lectione hac non teneretur ante concubitum conjugalem; quoniam toto eo tempore praeſumebatur ipſum ſollicitum ſe habuiſſe de futuris ſponſae virginitatis ſignis. At vero ſi nec ante exitum ſabbati proxime inſequentem concubuiſſet, lectio ei erat deinceps adhibenda. Quoniam ſcilicet tametſi non interea concubuiſſet cum ea, dubitandum tamen non fuiſſet, quin ſollicitudine ejuſmodi jam vacans amore eam ſummo amplecteretur. Caeterum qui vitiatam ſeu devirginatam deduxerat, tametſi etiam praecepto legis occuparetur* (ſcilicet ſive propagandi generis humani ſive fratriae ducendae aliterve) *is lectione hac uti debuit. Quoniam nempe non habebat ejuſmodi quid, quod animum ejus conturbaret. Quod itidem de ſimilibus dicendum.* Tam ad alia, veluti praeceptum de phylacteriis, quam ad lectionem hanc immunitatem ſponſi intra tempus jam dictum, attinuiſſe ex verbis hiſce eſt eliciendum.

CAP. XVIII.

De contractu ſponſalitio ſeu nuptiali Gentilium (ſecundum mores juraque ſua) qui poſtea proſelyti fierent ſeu in Judaicam eccleſiam ſeu rempublicam tranſirent. Omnino legitimum firmumque hunc, nec iterandum, voluere Ebraei, quorum mores ſponſalitii ac nuptiales tum Paganorum tum Chriſtianorum moribus ejuſmodi perquam congeneres.

EX eis quae hactenus oſtenſa ſunt, ſatis liquet qualiſnam viri & foeminae conjunctio, ſecundum jura Ebraeorum ipſis ſimpliciter civilia, legitimum eſſet ratumque matrimonium; idque ſive ſubſtantiam contractus ſeu quod vinculum appellitamus, ejuſque neceſſarias juxta eos appendices ſpectes, ſive ritus ac circumſtantias ſolennes. Subſtantia illa ſeu etiam formalis cauſa, habetur in mutuo aut ſponſorum ipſorum, aut, pro caſus diſcrimine, eorum qui ut parentes aut tutores aut proxenetae perſonas illorum hac in re ſuſtinuere, conſenſu ſponſuque ut ſuperius oſtenditur facto; unde ſponſalia; & in dote atque deductione; unde nuptiae. Neque vero, quantum ad ſubſtantiam, a ſponſalibus nuptiae diſcrepabant aliter ferme atque contractus ſeu pactum aliquod inſtrumento, ſeu ſyngrapha ſolennius ſignatum ſeu rite inſinuatum, ab eodem contractu ante ſimplicius ac nudis contrahentium verbis inito. Ritus autem atque circumſtantias quae fuere, ſatis aperuimus. Atque ex foedere conjugali ſic legitime icto, ortam voluit Karaeorum ſecta unionem adeo plane perſonalem & veluti naturalem, ut quiſquis conjugum alteri, pariter & alteri etiam ſanguine conjunctus haberetur, juxta quae ſuperius [f] tradidimus. Aliud autem erat jus matrimoniale ad proſelytos juſtitiae ac libertinos, id eſt, eos qui ex Gentiliſmo in Judaiſmum rite tranſierant, attinens, quod quatenus Ebraeis ſimul & proſelytis ac libertinis hiſce ſive imperativum erat ſive interveniens, luculenter ſane oſtendimus in libris de Jure Naturali & Gentium [g]. Sed vero inde hic non abs re puto fuerit nonnulla breviter recolere unde Ebraeo-

[a] Cap. 3. [b] Miſna & Gemarae, tit. Beracoth cap. 1. [c] Cap. vj. 4, & xi, 13. [d] Cap. xv. 37. [e] Halach. Keriath Shemai cap. 4. §. 1. & vide comment. ibi & Gemar. Babylon. ad cap. 2. tit. Succa fol. 25. a. [f] Lib. 1. cap. 3. [g] Lib. 5. cap. 18.

rum

um seu ecclesiae illius reipublicaeve divinitus in-stitutae sententiae receptae de ipsa matrimonii ualitercunque a Paganis seu non Judaeis initi i natura ac essentia facilius innotescant. Qua-enus nempe vinculum seu obligationem connu-ialem inde natam tantum voluerint. Nam offi-ia conjugum mutua atque alia quae contractum uptialem variatim consequuntur, liber tertius hic xhibebit. Ex jure Noachidarum seu naturali, l est, Ebraeis ante legem Mosaicam aliisque pa-ter gentibus seu humano generi imperativo, quo des servari jubetur (id quod aperte satis contine-ır in eo, quod est non furari aut alienum non ıvadere) matrimonium ex mutuo viri ac foemi-ae in vitae communionem consensu ac concu-itu, velut traditione sequenti, legitimum fieri atuunt, ut alibi [a] ostendimus. Interdictas autem olunt matrem, novercam, sororem uterinam, orem alienam ; neque a rerum origine alias. ic de Gentilibus. Jam vero proselytum justitiae : libertinum simulac e Gentilismo in Judaismum ansierat, baptismo scilicet solenni, circumcisione : oblatione, plane aiunt fuisse regeneratum & כקטן שנולד ד׳, *velut* [b] *infantem recens na-m,* Judaeum factum, adeoque omnimodam uae pristina erat consanguinitatem nedum affi-itatem exuisse ; juxta id quod appositissime acitus [c] de ejusmodi proselytis ; *Nec quidquam ius imbuuntur, quam contemnere Deos, exu-e patriam, parentes, liberos, fratres vilia ha-re.* Qua etiam de re nos alibi [d] fusius. Se-ndum haec, proselyto nec mater jam erat, nec overca sororve. Adeo ut nec foemina quae-m hisce nominibus ei vetita. Quod sane nec gi ipsi Sacrae, propter regenerationis vim (id od meritissimo fateor, mireris) adversari om-no voluere. At vero si Gentilis matrem, no-rcam, sororemve uterinam connubio sibi soci-at & postmodum in Judaismum cum ea tran-siset seu proselyti fuissent utrique facti, ex jure ajoribus, eis, scilicet qui in republica illa re-bs praeerant Legi Sacrae superinducto obtinuit, ui nisi faceret ipse proselytus, uxorem ejusmodi ctra jus ipsis naturale sumptam semoveret con-sus aliquis, cui rebus in hujusmodi competiit jurisdictio forensis, veluti triumvirale seu vigin-tiumvirale presbyterorum aliquod collegium, n quid de synedrio magno hic dicam, cui po-tas ferme omnimoda. Caeterum אם היה נשוי לשאר עריות ונתגייר הוא ואשתו אין מפרישין אות, quae verba sunt, ad veterum mentem, Mosis Mai-monidis [e], *Si quampiam aliam duxerat Gentilis e foeminis illis quae incestus nomine in Levitico interdicuntur, & postmodum uterque facti fuerant proselyti, non separabant eos.* Scilicet matrimo-nium ejusmodi ex sententia aliqua forensi non dimebatur, quoniam pro vetita ex jure natu-ra, quo solo in Gentilismo seu ante teneri vo-lunt hic maritum, foeminam ejusmodi non ha-bant. Alibi item dum de vario dotis discri-mine verba fiunt [f], גר שנתגיירה אשתו עמו כתובתה קית, *Quando cum proselyto facto, prose-lyta etiam fit uxor ejus, remanet* seu *valet ei dos,* quod in Glossa explicatur per שכתב לה בגיותו, *Quae scilicet praestituta ei est* (donatione aliqua doti Ebraeorum respondente) *a viro dum Genti-lis erat* in ipsis sponsalibus seu nuptiis. Et ut dos hujusmodi jam fieret mina seu centum minimum zuzi, horumve valoris, juxta ea quae superius [g] de jure dotali ostenduntur, volunt jurisconsulti eorum celeberrimi [h]. Consequens igitur est ma-trimonia apud Gentiles inita, id est, Gentilium more contracta celebrataque, pro legitimis, eti-am postquam conjuges in Judaismum transierant, ab Ebraeis habita. Et tametsi regeneratio prose-lyti seu novi ejus ex proselytismo natales ejus-modi censebantur, ut velut denuo ac recens na-tus, quantum ad consanguineos ac affines spectat, existimaretur ; nihilominus quantum ad fidem connubialem ante datam atque obligationem in-de qualemcunque ortam, regeneratio ejusmodi seu novi natales non omnino obstitere, quo mi-nus pristinum maneret conjugium ; quod etiam deinceps juri Ebraico seu Judaismi moribus, pla-ne ex ipsa utriusque conjugum in Judaismum transitione, suberat. Adeo ut contractus nuptia-lis, qui, ut volunt illi, ante scilicet in Gentilismo, pro conjugum alterutrius libitu (id est, ut di-cunt Graeci, sive ἀποπομπῇ qua *vir uxorem dimi-sit*, sive ἀπολείψει qua *virum reliquit uxor*, qua de re plura libro proximo) solvi potuisset idque sine scriptis, jam solum libello divortii a viro dato nec aliter ante mortem quiret dirimi. Id est, non aliter atque sinerent leges Ebraicae in quarum potestatem ut se ipsos ita & contractum ipsum nuptialem transtulerat conjux uterque. Atque inde alia quae fuere jura prius conjugalia, in ea quae Ebraica fuere, ex ipso conjugum proselytis-mo, mutabantur. Et revera quidem gentium saltem illustriorum, veluti Graecorum & Romano-rum veterum, contractus sponsalitii nuptialesque adeo fuere Ebraeorum hac in re juri moribusque consoni, ut merito satis pro legitimis ratisque juxta ante dicta in ipsa ecclesia seu republica Ju-daica, sine iterato aliquo proselytorum conjugio, contractuve novo, haberentur. Quin sive id ex imitatione, sive ex casu, sive ex parili rationis usu aliterve evenit, observatu haud indignum est nec intempestivum nedum injucundum, tum apud Gentiles tum apud Christianos sponsalia nuptias-que contrahendi, seu ut foeminae in potestatem usumve viri, sic viri in amplexum foeminae con-jugalem recipiendi jura ac mores fuisse atque e-tiamnum esse veteri Ebraeorum usui plerumque perquam congeneres. Atque hoc sane penitius si-mul cum discrimine, quod, ut fieri amat, varia-tim satis ex gentium ac seculorum diversitate in-tervenisse manifestum est, riteque ejusdem causam sensumque compendio intueri, haud exiguum o-perae pretium opinor erit. Sic enim poterimus tum facilius inde dignoscere qualesnam in univer-sum de ipso contractu matrimoniali qualicunque ineundo sententiae essent apud veterum Ebraeo-rum theologos jurisconsultosque receptae, tum clarius ediscere, quid etiam nunc a subinde de re, sive verba sponsalitia seu nuptialia sive ritus actusve

[a] Lib. jam dicto cap. 4. [b] Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth cap. 11. fol. 11. 97. b. [c] Hist. 5. [d] De Jure Nat. & Gent. lib. 2. cap. 4. [e] Halach. Isuri Bia cap. 14. Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth cap. 11. fol. 98. a. Arba Turim lib. Jore Dea cap. 269. Mosem Mikotzi Praecept. Affirm. 22. [f] Misna. tit. Cethuboth cap. 9. fol. 90. a. in Talm. Babylon. [g] Cap. 9. [h] Maimonides halach. Ishoth cap. 11. & Magid Misna ibid.

aljos

alios intervenientes ſpectaveris, fuerit aut ſtatuendum aut admittendum. Ubi ſcilicet non eo fuerit deventum vecordiae, ut nec Paganorum nec Ebraeorum nec Chriſtianorum veterum aliarumve gentium aut ſeculorum omnino, ſed novitatis tantum ejuſque ſatis febriculoſae etiam & ſubinde fanaticae commentorum habeatur ratio. Synopſi igitur hic exhibebimus, quae huc ſic ſpectent tum ex ſeculorum, ante legem Moſaicam, moribus ſeu jure naturali eoque quod Paganis etiam poſtmodum eſt receptum, tum ex Chriſtianorum placitis uſuque. Neque enim ſingularium hominum opiniones pro more nimis diſcrepantes, ſed ipſum gentium, rerumpublicarum, civitatum eccleſiarum integrarum conſideramus hic uſum ac placita recepta, quorum ut in aliis ſic & in hiſce prae ſingularium, qualeſcunque fuerint, hominum ſententiis ratio ſemper habenda eſt permagna.

CAP. XIX.

De ſponſaliorum ex jure naturali atque inter Paganos formulis, qua Ebraeorum mori aut conſonae fuere aut non ita diſſonae ac ab eis admiſſae, juxta capite ſuperiori dicta. Et de arris ſponſalitiis & annulo, apud Paganos, pronubo.

Ex jure naturali primis parentibus dato ſeu humani generis communi, matrimonium fiebat legitimum ratumque conſenſu in vitae ſocietatem mutuo ſive ſponſorum ſive perſonas eorum, ut capite ſuperiori alibique dictum eſt, ſuſtinentium. Ac tum diſſenſu parili tum alterutrius renuntiatione, juxta ea quae de jure naturali tradunt Ebraei ipſi, diſſolvebatur. Fidei enim ſic ſponſu mutuo datae (quae qua data ex eodem jure erat ſervanda) modus accedebat ſemper aut expreſſus aut tacitus, unde diſſenſui ejuſmodi ſeu futurae pro libitu renuntiationi rite factae locus, ubi civile jus aliud non ſuperinduceretur (ſic illi) permittendus. Sed vero conſenſui hujuſmodi ſponſalitio concubitum, etiam ante matrimonium fieret, accedere ex eodem jure debuiſſe, quaſi dicas mutuam corporum traditionem ſeu poſſeſſionem, ut in alienationibus ſolenne eſt, voluere; qua de re ut de reliquis hic breviter monitis nos alibi [a] fuſius. Et concubitus hic aut idem plane eſt quod deductio in thalamum poſtea dictum ſeu ipſae nuptiae, aut harum locum omnino ſupplebat, id eſt, ſponſalia ſeu matrimonium legitime quidem ſatis initum ſolennius firmabat. Sponſaliorum ejuſmodi habemus formulas apud comicum [b] Latinum velut in paganiſmo tam Graecis Poeniſque quam Romanis aliiſque communes. Hanno Poenus filiam ſuam ſic ſpondet Agoraſtocli.

AG. Audin' tu patrue, ne dictum neges;
Tuam mihi majorem filiam deſpondeas.
POE. Pactam rem habeto. AG. Spondeſn
igitur? POE. Spondeo.
AG. Mi patrue ſalve. Nam nunc es plan
meus.
Nunc demum ego cum illa fabulabor libere.

Et Charmides ſenex in Trinummo [c] Lyſiteli a dolescenti.

Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio. LY
Niſi tu nevis.
CH. Imo haud nolo. LYS. Sponden' erg
tuam gnatam uxorem mihi?
CH. Spondeo & mille auri Philippum dot
LY. Dotem nihil moror.
CALLICLES, Si illa tibi placet, placend
dos quoque eſt, quam dat tibi.
CH. Poſtremo quod vis non duces, niſi illu
quod non vis feres.
CAL. Jus hic orat. LYS. Impetrabit te a
vocato atque arbitro.
Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi uxore
dari?
CH. Spondeo. CA. Et ego ſpondeo ide
hoc. LYS. O ſalvete affines mei.

Sumitur illud Calliclis poſtremo dictum p ſimili ſponſione filiae ſuae Lesbonico adoleſce tum ibi alteri. Neque enim ~~Lyſitelis~~ eſt, ut ci ri ſolet. Item in Aulularia [d] Megadorus.

Quid? nunc etiam mihi deſpondes filiam
EUCLIO, Illis legibus,
Cum illa dote quam tibi dixi. MEG. Spo
den' ergo? EUC. Spondeo.
Iſtuc dii bene vortant. MEG. Ita di faxin

Alia ſunt hiſce conſona apud Terentium, D philum alioſque comicos Graecos etiam hac i re ſecutum. Et Sulpitius Severus [e], *Qui ux rem,* inquit, *ducturus erat, ab eo unde ducend erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductu iri. Qui daturus eam itidem ſpondebat. Is co tractus ſtipulationum ſponſionumque dicebat ſponſalia. Tunc quae promiſſa erat ſponſa appe labatur; qui ſpoponderat ducturum ſponſus.* datis dextris, ut alia foedera ſolennia, inibant ſponſalia apud Perſas & Medos quod liquet Xenophonte [f]. Qualis autem hujuſmodi ſpo ſionis ante deductionem ſeu nuptias effectus jus apud Romanos veteres, ſtatim oſtendit Sul tius. *Sed ſi poſt eas ſtipulationes,* inquit, *ux non dabatur aut non ducebatur, qui ſtipulabat ex ſponſu agebat; Judices cognoſcebant. J dex quamobrem data acceptave non eſſet ux quaerebat. Si nihil juſtae cauſae videbatur, tem pecunia aeſtimabat. Quantique interfuer eam uxorem accipi aut dari eum qui ſpopon rat aut qui ſtipulatus erat, condemnabat.* Atq hoc jus ſponſaliorum obſervatum dicit ille ad tempus quo civitas univerſo Latio lege Julia d

[a] De Jure Nat. & Gent. lib. 5. cap. 4. & 7. & lib. 6. cap. 1.
[b] Plautus in Poenulo. act. 5.
[c] Act. 5.
[d] Act
[e] Libro de Dotibus apud Agellium, lib. 4. cap. 4.
[f] Cyropaed. 8.

:ſt. Quin & eadem ipſa in libro de nuptiis ſcripſit Neratius, ut teſtatur Agellius. Poſtmodum autem inolevit, ut ex ſponſalibus ante nuptias civilis obligatio nulla alia oriretur, quam quae renunciatione ſolvi quiret [a]. Summa hic eſt, ubi foeminae in aliorum poteſtate, ſponſalia ex illorum :onſenſu facta ; ubi in ſua, ex ipſarum ſponſu ; ta tamen ut per epiſtolam etiam ſeu internuntium [b] ſponſalia pariter legitime iniri potuiſſent. Atque hiſce de rebus videſis Ulpianos, Pomponios, d genus reliquos, qui Paganiſmi ſponſalia ac em matrimonialem tractant (neque enim hoc n loco de aliis loquimur) in Digeſtorum titulis le Sponſalibus & de Ritu nuptiarum; de quibus uantum etiam ad caetera quae hic tractamus, fu: Alexander ab Alexandro [c] & ad eum Andreas 'iraquellus alibique [d] Carolus Sigonius [e], Franiſcus Hotomanus [f], Julius Scaliger [g], Barnabas riſſonius [h], Antonius Gubertus [i], Theodorus ,wingerus [k], Joannes Roſſinus [l], Thomas Dempſerus, Aloyſius Novarinus [m]. Accedere, ut juſta ſſet ſponſa uxor, dos ſolebat, quae apud Graecos : Romanos e bonis erat aut ſponſae aut eorum, ui inter ſpondendum eam in viri commodum otabant. Apud alias autem aliquot gentes, ut ermanos [n] veteres & Cantabros [o], quemadmoım & Ebraeos, e bonis viri ſeu qua ipſe eam .tabat ; veluti contrados ſeu donatio propter ıptias. Atque ut apud Ebraeos ſic & Graecis Romanis priſcis indotata, non tam uxor quam ncubina, ſed interim legitima, utcunque inoae cauſa non ita honeſta, habebatur, qua de : etiam nos alibi [p]. Etiam apud Plautum [q] a esbonico ſororem petiit etiam indotatam Lyſiles, ut dotem ſcilicet in egeſtatis ejus ſublevaen ei relinqueret, cui ille :

Nolo ego mihi te tam proſpicere, qui meam egeſtatem leves,
Sed ut inops infamis ne ſim, ne mihi hanc famam differant :
Me germanam meam ſororem in concubinatum tibi
Sic ſine dote dediſſe, magis quam in matrimonium.
Quis me improbior perhibeatur eſſe ? Haec famiferatio
Te honeſtet, me autem collutulet. Si ſine dote duxeris,
Tibi ſit emolumentum honoris ; mihi, quod objectent, ſiet.

Id genus ſunt alia [r] in eadem comoedia, ubi legaronides & Callicles ſenes interloquuntur. l: autem teſtatione luculentiori carerent ſponſ ia aut clandeſtina in publicae honeſtatis detrimentum viderentur, praeter teſtes de contractu c teque adhibitos, acceſſere item ſaepius convivim ſolenne, tabellae legitimae, munera ſponſalitia atque arrhae ſive datae ſive miſſae, in quibus primarium obtinuit locum annulus pronubus. Arrharum mentio expreſſa in Paulo [ſ] habetur, quas tamen a Triboniano ex recentiori Graecorum more (nam in codice Juſtinianeo cum ſponſalibus in titulo [t] junguntur) adjectas autumat Fr. Hotomanus, quaſi apud veteres Romanos ſeu in Paganiſmo earum uſus fuiſſet nullus. Sed & manifeſtus eſt earum uſus in Maximino juniore Julii Capitolini ; ubi inter *inſignia ſponſaliorum* memorantur. Unde & *ſubarrare* [v] verbum pro eodem quod eſt arris ſponſalitiis datis deſponſare. Scilicet ut arrae aliae in argumentum emptionis ac venditionis dari atque accipi ſolitae, ſic & ſponſalitiae in manifeſtiorem certioremque ſponſionis mutuae confirmationem. Unde Heſychius, Μνήστωρ ὁ δοὺς τοῦ γάμου ἀρραβῶνα, *Procus qui deſponſare velit, adeoque dat arram nuptialem* ; in futuras nempe ex ſponſalibus nuptias. Et quod ſic datur μνῆστρον eidem dicitur. Atque de ipſo annulo pronubo, ut arra perquam ſingulari teſtimonia tum vetuſta ſunt, tum quae ſolennem ejuſdem uſum ipſis multo vetuſtiorem fuiſſe demonſtrant, unde erroris Hotomanum hic merito incuſat Scipio Gentilis [x]. Certe Paulus ipſe alibi annuli ſponſalitii meminit velut rei uſitatiſſimae, ſed a ſponſo quidem miſſi. *Sponſus*, inquit [y], *alienum annulum ſponſae muneri miſit, & poſt nuptias pro eo ſuum dedit. Quidam & Nerva putant fieri eum mulieris, quia tunc factam donationem confirmare videtur, non novam inchoare* ; *quam ſententiam veram eſſe accepi.* Plinius item de annulis, in univerſum verba faciens, *Qui ob legationem*, inquit [z], *acceperant aureos, in publico tantum utebantur, intra domos vero ferreis. Quo argumento etiam ſponſae annulus ferreus mittitur, iſque ſine gemma.* Et huic ſatis coaevus Juvenalis ([a]) :

Conventum tamen, & pactum, & ſponſalia noſtra
Tempeſtate paras, jamque a tonſore magiſtro
Pecteris, & digito pignus fortaſſe dediſti.

Quod plane de annulo pronubo ſeu ſponſalitio intelligendum. Julius Scaliger ([b]), *Ferreum*, inquit, *annulum ſine gemma ſponſae dabat vir. Gemma aberat, ut rei deſcriberet ſimplicitatem. Materia ad conſtantiam ſpectabat. Forma annuli ad perpetuam vinctionem.* Sane & huc inprimis ſpectat illud apud Achmetem ([c]) ex Indorum Perſarum, & AEgyptiorum priſcorum ſumptum, annulos in ſomniis non raro uxores adeoque nuptias ſignificare. Arra ſic ſponſae data nummulo, cujus in ſponſalibus Ebraeorum uſus, omnino reſpondet, uti & tabellae legitimae, quas & memorat idem Juvenalis, inſtrumento ſponſalitio quod שטר קידושין nuncupant. Ebraeis autem tandem etiam annuli fuiſſe ſubinde ([d]) in

[a] C. tit. de Sponſal. lib. 1. & tit. de Repud. lib. 2. Franciſc. Hotoman. Diſp. de Sponſalibus cap. 4. [b] Lib. 4. D. tit. de Sponſalibus. [c] enial. Dier. lib. 2. cap. 5. [d] Gloſſ. ad LL. Connubiales. [e] De Antiquo Jure Civ. Rom. lib. 1. cap. 9. [f] Diſp. J s Civilis de Sponſalibus, & de Ritu Nupt. [g] Poetic. lib. 3. cap. 100. [h] Lib. de Ritu Nupt. [i] Lib. de Sponſ. & Matrim. [k] Theat. vit. hum. Vol. 20. lib. 2. [l] Antiq. Rom. lib. 5. cap. 37. [m] In Electorum Sacrorum lib. 6 c. 39. & ſeq. [n] Tacit. de Morib. Germ. [o] Strabo lib. 3. [p] Lib. 5. de Jure Nat. & Gent. cap. 7. [q] In T ummo. [r] Et conſulas Demoſthenem Orat. in Naeeram & Iſaeum Orat. 2. [ſ] L. 38. D. de Ritu Nuptiarum. [t] nicabilium lib. 2. cap. 11. [v] Videſis Claud. Salmaſium in Jul. Capitolinum, pag. 254. [x] De Donat. inter virum & uxore lib. 4. cap. 12. [y] Lib. 36. D. tit. de Donat. inter virum & uxorem. [z] Hiſt. Nat. lib. 33. cap. 1. ([a]) Satyr. 6. ([b]) Poetices lib. 3. cap. 100. ([c]) Onirocritic. cap. 259. & 260. ([d]) Vide ſupra cap. 14.

ſponſalibus uſum liquet. Sed ita ſolum, ut nummuli ſeu pecuniae datae qua velut emeretur ſponſa ſeu pretio qualicunque ſponſo acquireretur, locum ſuppleret. Sic annulum adhibuere Pagani non aliter fere atque arras ſeu pretium in emptionibus aliis. Qui item digito geſtatus tum perpetuum erat ſponſionis teſtimonium tum aſſiduus velut fidei ſervandae monitor. Unde dubitandum non eſt, nummuli ſeu pretii ſeu arrae locum apud Ebraeos etiam illum tandem obtinuiſſe, utpote cujus acceptio geſtatioque contractui ſponſalitio futuraeque fidei ſervandae memoriae accommodiſſima.

CAP. XX.

De nuptiarum apud veteres Romanos genere triplici, coemptione, uſu, confarreatione. Coemptio & uſus mori Ebraico non ita diſſonus. Uxores alibi item emi ſolitae; etiam & mariti.

UT ſponſalia a Paganis inita Ebraeorum moribus, ut oſtenſum eſt, admodum conſona atque ab eis in proſelytis ſuis admiſſa fuere, ita & de nuptiis Paganorum fere omnino dicendum. In eis deductio apud ſcriptores tralatitia eſt, uti & auſpicum & paranymphorum uſus, hymni ſeu epithalamia (qualia & Ebraeis in uſu eſſe aſſeritur [a]) & ſolennitates epulares. Nec de hiſce aliiſve minoris notae hic plura. Quemadmodum autem Ebraei ita & Pagani, in nuptiarum celebritate ſponſalitios qui praeceſſerant actus, ut de eis manifeſtius etiam convivarum coetui conſtaret, aut ſolennius iterabant, aut quod iterationem ſuppleret ſupponeretve faciebant. Atque ut *benedictionis*, quae ſacrorum quidem ſpecies eſt, tum ſponſalitiae tum nuptialis Ebraeis, ut ante traditum eſt, in uſu; ita & Paganis *ſacra nuptialia* adhiberi ſolita. Quin & *tempora* quibus nuptialis celebritas interdicta ſaltem inauſpicata habita, eis fuere. Item & nuptiales *coronae*, quemadmodum Ebraeis. De Romanorum veterum nuptiis notiſſimum eſt illud; triplici modo eas olim fieri, uſu, confarreatione, coemptione. Servius Honoratus ad illud Virgilii [b]:

> *Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.*

Quod ait emat, *ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo ſe maritus & uxor invicem emebant, ſicut habemus in jure. Tribus enim modis apud veteres nuptiae fiebant: uſu; ſi verbi gratia mulier anno uno cum viro licet ſine legibus fuiſſet: farre, cum per pontificem maximum & dialem flaminem per fruges & molam ſalſam conjungebantur, unde confarreatio appellabatur, ex quibus nuptiis patrimi & matrimi naſcebantur: coemptione vero atque in manum conventione, cum illa in filiae locum, maritus in patris veniebat, ut ſi quis prior fuiſſet defunctus locum haereditatis juſtum alteri faceret.* Alii [c] veterum triplices ejuſmodi memorant Romanorum veterum nuptias. Quae hic ex uſu dicuntur, ſunt conſonae ſatis eis quae de Ebraico genere ſponſaliorum ex coitu ſuperius traduntur: ſcilicet ſolo coitu & ſtipulatione ſine tabulis ſponſalitia, ſecuta deductione, nuptiae etiam illis perficiebantur. Sed annuus hic uſus apud Romanos [d] neceſſarius. Nec ſimplex ſufficiebat in uſum matrimonialem ſeu coitum nubendi animo conſenſus, ut juſtae fierent [e] nuptiae. Sponſalia ac nuptiarum ſolennia, qualia dicta ſunt, adhibenda fuere. Et Ulpianus [f], *Juſtum matrimonium eſt, ſi inter eos qui nuptias contrahunt, connubium eſt*, id eſt, *uxoris jure ducendae facultas*, ut ipſe paulo poſt. At Gajus [g], *Legitimae ſunt nuptiae, ſi Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel conſenſu ducat uxorem.* Anne igitur ex ſolo conſenſu nuptiae legitimae veteribus Romanis? Certe refragatur triplex illa nuptiarum diſtinctio. Et verba illa *vel conſenſu* diſpungenda, uti & quamplurima alia apud Gajum typis editum, ſi fides codici meo MS. qui pulcher & pervetuſtus eſt. De confarreatione dicemus ſtatim, ubi de ſacris nuptialibus. De coemptione autem Boetius in Ciceronis [h] Topica ad verba ejus illa de argumento a forma generis. *Si ita Fabiae pecunia legata eſt a viro, ſi ei viro materfamilias eſſet; ſi ea in manum non convenerat, nihil debetur. Genus enim eſt uxor. Duae formae. Una matrumfamilias; hae ſunt quae in manum convenere. Altera earum quae tantummodo uxores habentur*; ad haec inquam Ciceronis verba, *Quae in manum* (inquit) *per coemptionem convenerant, hae matresfamilias vocabantur. Quae vero uſu vel farreatione minime. Coemptio vero certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo invicem interrogabant; vir ita, an mulier ſibi materfamilias eſſe vellet; illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet; ille reſpondebat, velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum; & vocabantur hae nuptiae per coemptionem. Et erat mulier materfamilias viro loco filiae; quam ſolennitatem in ſuis Inſtitutis Ulpianus exponit.* Sed hallucinatus Boetius dum uxorem in manum convenire non dici vult, extra coemptionem. Plane tam quae uſu erat uxor quam quae farre, in manum conveniebat. De farre liquet expreſſim apud Ulpianum in Fragmentis [i]. De uſu, apud Ciceronem alibi [k]. Non vero in manum convenit [l], ſed uxor tantum habebatur illa quae velut concubina nullo nuptiarum genere hactenus conjuncta, loco tamen uxoris eſt cenſita. Sed & ſunt viri perdocti quos hac in re fefellit Boetius. Fabiae igitur hic, ſi tantum uxor ſic haberetur, legatum non debebatur. Aliter ſi in manum convenerat, ſive farre ſive coemptione ſive uſu annuo. Hae enim legitimae in manum conventiones nuptiales. Et de matronis quae in matrimonium

[a] Videſis Pinedam de Rebus Salomonis lib. 5. cap. 4. [b] Georgic. 1. [c] Arnobius adverſ. Gentes lib. 4. Boetius in lib. 2. Topicorum Ciceronis. [d] Vide lib. 24. D. tit. de Ritu Nuptiarum. [e] Vide Jacob. Raevardum ad leg. 12. tab. cap. 2. [f] Fragment. tit. De his qui in poteſtate ſunt. [g] Inſtit. tit. 4. [h] Lib. 2. [i] Tit. de his qui in manu ſunt. [k] Orat. pro Flacco. [l] Vide Jacob. Raevardum Variorum 4. cap. 16.

cu

im viro conveniſſent, & de matribus familias uae in mariti manu mancipioque, id eſt, non in atrimonium tantum ſed in familiam quoque ariti & in ſui haeredis locum veniſſent, appoſi: hic Agellius [a] ubi in Helium Meliſſum grammaticum inſulſum hiſce de nominibus ſcribit. Coemptioni autem pretium interveniſſe indicat ipa vox, uti & ſponſalibus apud Ebraeos nummo juſve valore initis atque, in nuptiis, iteratis. Et appoſite hic Briſſonius [b], *Coemptionem imaginariis venditionibus peractam ut & adoptionem credibile eſt, in eaque facienda nummos aliquot licis cauſa interveniſſe. Id enim in aliis legitimis actibus obſervabatur, in quibus ſpecie tenus mancipationum ſolennia repraeſentanda erant.* Atque emptas pariter uxores in ipſis ſponſalibus nuptiiſque notat ex legibus veteribus Burgundionum & Saxonum; qui mos & in Chriſtianiſmo retentus, ut mox dicetur. Certe & Varro ubi [c] coemptionis ritus diligentiſſime percurrebat, *Nubentes*, ait, *veteri lege Romana aſſes tres ad maritum venientes ferre ſolitas; atque unum quem in manu tenerent, tanquam emendi cauſa marito dare, alium quem in pede haberent in foco larium familiarium ponere, tertium in ſacciperio cum condidiſſent, compito vicinali ſolere reſonare.* Legunt hic aliqui *rezonare*, alii *reſignare*. Sed male a nonnullis hoc ipſum de Romanis traditum Athenienſibus [d] tribuitur. Emebat igitur, aut quaſi, ſponſa ſponſum; quam ad rem etiam affert, ubi Varronis haec citat, Nonius Marcellus illud Virgilii ante memoratum, quo Tethys, nomine filiae, generum emere ſibi dicitur omnibus undis. Apud indos item pari boum ſponſas mercabantur [e]. Et de Germanis Tacitus [f], *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert. Interſunt parentes & propinqui ac munera probant; munera non ad delicias muliebres quaeſita, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves & frenatum equum & ſcutum cum framea gladioque. In haec munera uxor accipitur atque invicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, haec arcana ſacra, hos conjugales Deos arbitrantur.* Hic plane coemptio nuptialis. Et de phiala ſponſo ſponſaeve ex Graecorum aliorumque in Oriente populorum more dari ſolita, videſis quae notavit Iſaacus Caſaubonus [g] ad Athenaeum. Equum item armis inſtructum peractis nuptialibus ſacris dabat ſponſae ſponſus apud Theſſalos, quod tradit AElianus[h]. Summa eſt, dotem aut contradotem ſeu donationem propter nuptias, aut utramque, ut coemptionis [i] pretium, nuptiis apud Paganos, aut intervenire ſolitam aut praeiviſſe. Graecus item mos obvius eſt in Solonis legibus, Demoſthene [k], Euripide [l], aliis ubi de dotibus verba fiunt. Adde quod de uxoribus dote emendis habet Juſtinianus, ubi [m] Armeniorum mores circa foeminas reprehendit, & quae de dotibus a maritis allatis doctiſſime Claudius Salmaſius in libro de Modo Uſurarum.

CAP. XXI.

De confarreatione quae tota in ſacris nuptialibus conſiſtebat. Ac de ſacris nuptiali celebritati alias tum apud Graecos tum Latinos Paganos alioſque propriis, ut benedictio ſacra erat apud Ebraeos.

UT benedictionum ſacrarum formulae apud Ebraeos, ita etiam non eae ſolum Paganis obiter in uſu (ut in exemplo ſuperius ex Plauti Aulularia allato) verum etiam & ſacra nuptiis propria. Imo & tertium illud genus, confarreatio dicta, ex ipſis ſacris conſtabat. Id quod ſatis liquet ex Servii verbis jam ante citatis. Quibus & conſonus Boetius, *Confarreatio*, inquit, *ſolis pontificibus conveniebat*, id eſt, ut recte interpretatur Jacobus Raevardus [n], *per ſolos pontifices peragebatur*. Et Ulpianus [o], *Farre convenitur in manum certis verbis & teſtibus decem praeſentibus, & ſolenni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* Certe de decem teſtibus in matrimonio loquitur, ut de aevo ſuo Ambroſius [p]. Sed confarreationem tunc in deſuetudinem prorſus puto abiiſſe. Acceſſit autem aqua etiam & ignis. Atque ſacrificio huic nuptiali, ſeu ipſis per ſe nuptiis ſacris praeerant pontifex maximus & flamen dialis, cujus & flaminicae nuptiae [q] hoc ritu ut fierent olim neceſſe erat. Nec niſi e parentibus confarreatis nati flamines rite fiebant. Plinius [r], *In ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat*, cujus & expreſſius meminit Dionyſius Halicarnaſſenſis [ſ]. Romulone an Numae initia confarreationis tribuenda dubitant viri docti [t], qui interim coemptione vetuſtiorem volunt, & ſacrorum item ſimpliciter nomine a Tullio [u] dictam. In deſuetudinem autem quandam abierat hoc nuptiarum genus Tiberii aevo. Saltem rariſſimum fuerat. Unde ille apud Tacitum [x] de flamine diali in locum Servii Maluginenſis defuncti legendo, ſimul & roganda nova lege, diſſerens, *Patricios*, ait, *confarreatis parentibus genitos tres ſimul nominari, ex quis unus legeretur, vetuſto more; neque adeſſe ut olim eam copiam omiſſa confarreandi adſuetudine aut inter paucos retenta. Pluresque ejus rei cauſas afferebat; potiſſimam penes incuriam virorum foeminarumque. Accedere ipſius caeremoniae difficultates, quae conſulto vitarentur.* Coemptione igitur & uſu annuo tunc temporis & deinde apud Paganos Romani Imperii plerumque acquiſitae uxores.

[a] Lib. 18. cap. 6. [b] Lib. de Ritu Nupt. vide item Jacobum Gutherium de Vet. Jure Pontif. lib. 2. cap. 6. [c] De Vita Populi Romani lib. 2. Apud Nonium lib. de Doctorum indagine. [d] Theod. Zuinger. in Theat. Hum. Vitae vol. 20. lib. 2. [e] Strabo lib. 15. [f] Lib. de Morib. Germanorum. [g] Animadverſ. lib. 13. cap. 5. [h] De Animalibus lib. 14. cap. 34. [i] Vide Artemidor. Onirocritic. lib. 2. cap. 70. in fine. [k] Orat. 1. in Onetorem. [l] In Aulide Clytemneſtra. [m] Novel. 21. cap. 1. [n] Ad leg. 12. tab. cap. 21. [o] In Fragm. tit. De his qui in manu ſunt. [p] Ad Virgines Lapſas cap. 5. [q] Servius in AEneid. 4. [r] Hiſt. Nat. 18. cap. 3. [ſ] Lib. 2. [t] Jacobus Raevardus in leg. 12. tab. cap. 21. [u] Orat. pro Muraena. [x] Annal. 4.

Ita

Ita tamen ut coemptioni solennius adhiberentur etiam sacra quae ex auspiciis [a], auguriis, immolationibus, oblationibus constabant. Hinc sacra nuptialia [b], sanctimoniae nuptiarum, & nuptialia sacramenta [c] dicta quae sic firmabantur. Praeter sacra ipsis nuptiis faciundis propria existimant aliqui etiam a parentibus seorsim, & a maritis, nuptiarum causa adhiberi solita alia, quae tamen, quantum equidem video, sunt ipsa sacra nuptialia primariaque. Insigne est in hanc rem Euclionis apud Plautum [d] exemplum, qui postquam Megadoro filiam despondisset nuptiasque instituisset cum sacris nuptialibus celebrandas omniaque in macello cara nimis, impensarum utpote tenacissimus, comperisset:

Deinde, inquit, *egomet mecum cogitare inter vias*
Occepi, festo die si quid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.
Postquam hanc rationem cordi ventrique edidi,
Accessit animus ad meam sententiam.
Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem.
Nunc tusculum emi & hasce coronas floreas.
Haec imponentur in foco nostro lari
Ut fortunatas faciat gnatae nuptias.

Hinc colligas sacra fieri solere ampliora lautioraque in nuptiis; quae in tusculum & coronas floreas contraxit Euclio. Atque huc pariter spectat illud Varronis a Nonio [e] citatum, *Viris nuptiis sacrificabantur in cubiculo viduae*, scilicet sacrificabant, pro quo terminatio passiva usurpabatur. Legunt hic aliqui *viri nuptiis* [f] quod in idem, quantum ad rem quam tractamus, recidit. Sed & hinc sacrum thoro nuptiali prisci voluere praeesse Genium. Juvenalis [g]:

Antiquum & vetus est alienum, Posthume, lectum
Concutere, atque sacri Genium contemnere fulcri.

Scilicet Genio sternebatur lectus; quod scimus ex Catullo [h] & Festo. Et Dii γαμήλιοι seu conjugales, qui sacris nuptialibus invocati obiter memorantur, praeter Hymenaeum. Pronubae Junonis mentio tralatitia. Et Graecis Jupiter erat γαμήλιος, tametsi nuptialem Jovem Romanis negaverit fuisse Hieronymus. *Ridicule,* inquit [i], *Chrysippus ducendam uxorem sapienti praecipit, ne Jovem Gamelium & Genethlium violet. Isto enim modo apud Latinos ducenda uxor non erit, quia Jovem non habent nuptialem.* At Juno etiam *interduca* & *domiduca* & *unxia* dicta & *cinxia* & *socigena* & *juga* seu *jugalis* a deductione, unctione postium (unde & uxoris qua unxoris nomen volunt viri doctissimi) cinguli so lutione, societate ac conjunctione nuptiali quibu praeses, ut *cui vincla jugalia curae*, putabatur, dict est; quod e Martiano Capella, Festo, aliis scimu Etiam numina quinque nuptiis praefuisse adeoqu in eis concilianda ait Plutarchus [k], Jovem, Junc nemque, Venerem, Suadam & Dianam. Jupite autem & Juno ibi τέλειοι dicuntur, quod *adulti* nonnullis, ab aliis *perfecti* redditur. Vertendu plane *nuptiales*, cum ὁ γάμος seu nuptiae Grae cis etiam τέλος ac τελέιον nomine appellitarentu ut expressim Julius Pollux [l] aliique, & Jovi & Ju noni τελείοις sacrificasse veteres alicubi prodat D odorus Siculus, quoniam hos primos nuptiarum in ventores ducesque existimabant. Quin & ausp ciis conjugalibus praesides habebantur Pilumnu & Picumnus Dii, quibus & in aedibus lect sternebatur, ut testis est Varro [m], e quo etiam me morat Augustinus [n] nuptialium numinum tu bam, Jugatinum, Domiducum, Domitium, Ma turnam, Virginensem, Premam, Subigum. Ide insuper Varro [o]; *Nuptiarum initio antiqui r ges ac sublimes viri, in Hetruria, in conjunctio nuptiali, nova nupta & novus maritus primu porcum immolant. Prisci quoque Latini & et am Graeci in Italia idem factitasse videntu* Sic ille. Et proximo a nuptiis die hostiam e nomine immolandam liquet ex Macrobio [p]. Aiu item in sacris Junoni nuptialibus diligentissin observari solitum [q], ut bilis a visceribus hosti dimoveretur & juxta aram defoderetur loco abc to & operto, ut signarent sine bile matrimon esse oportere. Et apud Thessalos ut rem noti simam memorat AElianus [r] sacra nuptiis praev quae γαμοδαισία ei dicta. Nec sine thymiamat sacro nuptiae apud Mexicanos celebrari solita quod in eorum occurrit historia. Sacra item nu tialia apud Graecos προτέλεια dicta seu sacra nu tiis praevia, indeque conjuges προτελεῖς dictos, προτελείους ipsos atque ipsum conjugium Ἡρατ λείαν, qua a Junone pronuba factum, docet Po lux. Et Junoni, Veneri, Gratiis sacra a nuptur apud Graecos fieri solita produnt scriptores [s] γα μήλια dicta. Invidus item apud Libanium [t], *Qu de nuptialibus ritibus omisi? nonne taedas a cendi,* &c. οὐκ ἔθυσα κατὰ δύναμιν, *nonne pro virib sacra feci?* Et de sacris apud Romanos tum i confarreatione, quae plane ipsissima sacra nupti lia, tum in coemptione, satis liquet. Quae u annuo fiebant nuptiae sine sacris sibi propriis fu isse credendum non est. Nam ut haberentu (tametsi expressiora hac de re non occurrant te timonia) satis exigit, quicquid occurrit de nupti rum generatim, sacramento, sanctimoniave apu Paganos scriptores. Et Arnobius de nuptiis de rum juxta Paganismi ritus verba faciens, *Uxore* inquit [v], *Dii habent atque in conjugalia foeder veniunt conditionibus ante quaesitis. Usu, far*

[a] Servius ad AEneid. 3. & 4. Apuleius, lib. 4, &c. [b] Livius, lib. 30. [c] Martianus Capella, lib. 2. vide Jacobum Gutheriu lib. 4. de Vet. Jure Pontif. cap. 6. [d] In Aulularia, act. 2. [e] Tit. De contrariis Generibus Verb. [f] Jacob. Guther. Vet. Jure Pontif. l. 4. cap. 6. [g] Satyr. 6. [h] De Nuptiis Pelei & Thetidis. [i] Advers. Jovinian. lib. 1. [k] Ῥωμαικοῖς. [l] Onomastic. lib. 3. cap. 3. Eustath. ad Iliad ζ. pag. 325. & videsis Cael. Rhodigin. Antiq. lect. 28. cap. 13. & Jul. Scal Poetices, lib. 3. cap. 100. Andr. Tiraquell. ad Alex. ab Alexandro Genial. Dier. lib. 2. cap. 5. [m] Apud Nonium, lib. de Doctorum in gine. [n] De Civit. Dei lib. 6. cap. 9. [o] De Re Rustica, lib. 2. cap. 4. [p] Saturn. lib. 1. cap. 15. ad finem. [q] C Rhodigin. Antiq. lect. 28. cap. 21. Alex. ab Alex. Gen. Dier. 6. cap. 4. [r] De Animalibus, lib. 12. cap. 34. [s] Mag. Etymolog in verb. γαμήλια & videsis Joann. Meurs. Attic. lect. lib. 3. cap. 1. & in Graec. Feriat. lib. 2. & Synt. de Puerperio, cap. 1. & Petrum C tellanum in Eorotologio. [t] Declamat. 8. [v] Adversus Gentes, lib. 4.

& coemptione genialis lectuli sacramenta condu- unt. Sed & benedictio plane conjugalis habetur n illo Juvenalis [a] :

Signatae tabulae, dictum, faeliciter; ingens
Coena sedet; gremio jacuit nova nupta mariti.

Nec vero actus aliquis solennis Graecis fere sine raefatione illa, Ἀγαθῇ τύχῃ, at Latinis sine illa, *Quod faustum faelixque sit,* aut *Dii bene vortant.* Et tam solennibus ac quotidianis Ebraerum actibus fere omnimodis, quam nuptiis benedictiones propriae habentur in eorum ritualibus. t sane Paganis pariter ferme sacra fuere actibus ivilibus aliis non paucis peculiaria, ut in scriptobus de Re Rustica, Festo, aliis obiter est videre.

CAP. XXII.

De temporibus quibus nuptiae aut non permissae aut pro inauspicatis habitae apud Paganos, id est, deductioni ac reliquae celebritati nuptiali non idoneis, qualia etiam fuisse Ebraeis supra est ostensum.

RELigionem Paganis legitur fuisse nubere tam mensibus aliquot integris quam festis dies, & quibusdam cujuslibet mensis, aliisque aliquot solum mensium, ut pro inauspicatis habit. De Martio & Maio mensibus Porphyrio in Horatium [b]. Romulum ait Lemuria, id est, Re- parentalia, instituisse, *quae mense Maio per triduum celebrari solent, ante additum anno mensi Februarium; ob quam rem Maio mense religio est nubere, & item Martio, in quo nuptiis habito certamine a Minerva Mars victus est, & obtenta virginitate, Minerva Nerine est appellata.* Certe de Maio item habet Ovidius proverbium huc spectans; licet nuptias non tam per totum mensem ipse, quam per Lemuralium triduum (id est, IX, X, & XI. Maii) inauspicatas esse velle videatur.

Nec viduae taedis, inquit [c], *eadem, nec virginis apta*
Tempora: quae nupsit, non diuturna fuit.
Hac quoque de causa, si te proverbia tangunt,
Mense malum [d] *Maio nubere vulgus ait.*

Qua de re Plutarchus [e] expressim: Οὐ γαμοῦσιν ἐν τῷ Μαίῳ περιμένοντες τὸν Ἰούνιον, *Uxores non ducunt Maio, usque in Junium rem differentes.* Ubi rationes affert ex theologia Gentium varias. Quod ad Martium attinet, festum in eo per dies aliquot erat, quo durante nuptiae neutiquam copulantur. Ancilium scilicet, seu quamdiu e Martis templo a Saliis deprompta ea solennius cum carmine circumferebantur. Ovidius [f];

Nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo;
Differ: habent parvae commoda magna morae.
Arma movent pugnam: pugna est aliena maritis.
Condita cum fuerint, aptius omen erit.

Tempus autem integrum quo interdictae sic nuptiae, ancilium non conditorum nomine, satis est incertum. Et in calendariis aliter atque aliter adnotatur. Ovidio ipsi quinto nonas seu tertio Martii diei tribuitur. Veterioribus quae extant kalendariorum fragmentis non omnino adjicitur hoc festum. In Constantiniano autem ab Joanne Georgio Herwartio edito, septimo idus seu die nono Martii habetur ARMA ANCILIA MOVENT, & pride idus seu die decimoquarto MAMURALIA, quae forsan tempus quo ancilia condita. Nam & in carmine Saliari quod ad ea attinuit, Mamurii celebratio, quae festo forte finis. Nec per Martium integrum nuptias non contrahendas, ut Porphyrio, sed diebus tantum *quibus ancilia in templo Martii nondum condita* sunt seu reposita, ait Alexander [g] Neapolitanus. Sed ut Maium totum Lemuria, sic Martium ancilium hoc festum nuptiis neutiquam idoneum reddidisse credebant alii, ut Porphyrio. Scilicet nec adeo solennis armorum celebritatis nec Lemurum sacrificiorum tempora molliores conjugii ritus bene admittere, nec quidem ita vicinos, ut eodem haberentur mense. Feriatis autem seu festis diebus nubere etiam nefas habitum; virginibus scilicet non viduis. Nam feriis [h] vim cuipiam fieri piaculare erat. Hinc etiam cujuslibet mensis kalendis & idibus nuptiae vetitae ex jure veteri pontificio. Quia dies illi etiam feriati. Parile etiam nonarum jus, sed alia ex ratione: neque enim nonae feriatae. Sed quoniam item postriduani tum kalendis & idibus singulis tum nonis dies ex aequo atri habiti, ideo ne quae proximo post nuptias die solennis erat immolatio in atrum incideret (qui itidem nuptiis vetitus) nonae ipsae nuptiis alienae. Sic Macrobius ac Festus [i]; cui item quartus calendarum, nonarum, iduum singulorum ater, adeoque nuptiis aliisque actibus solennibus ex pontificum decreto interdictus. Videsis locum ejus hac de re corruptum a Josepho Scaligero suppletum. Diebus item quibus patere dicebatur mundus, delectum rei militaris habere, militem proficisci, navim solvere, *uxorem liberorum quaerendorum causa* (qua nota expressim uxores a concubinis distinguit Demosthenes [k]) ducere religiosum erat, ut expressim Varro [l]; quoniam scilicet tunc Deorum tristium atque inferum quasi janua patere credebatur, ut & Festus. Nec aliquid omnino tunc administrabatur, nisi quod ultima necessitas admonebat. Ter autem in anno patere mundum ait Capito Ateius [m] *Vis diebus, postridie volcanali & ante diem sextum id. Novembris.* Sed

[a] tyr. 2. & vide Libanium Declamat. 35. [b] Lib. 2. epist. 2. [c] Fastorum 5. [d] Legunt aliqui Malas. [e] Problem. .om. 86. [f] Fast. 3. [g] Gen. Dierum, lib. 2. cap. 5. [h] Macrob. Saturnal. 1. cap. 15. [i] Verb. Nonarum. [k] Or. in Neaeram. [l] Apud Macrobium, lib. 1. Sat. cap. 16. [m] Festus in Mundus.

quantum video duos tantum memorat dies, non tres, nisi Volcani festum eique postriduanum innui velis. Vulcanalia autem ad XI. kal. Maii spectant. His puto accessere dies omnimodi atri. Persas item mos fuit nuptias celebrare κτ̀ τὰς ἀρχὰς τ̃ ἐαρινῆς ἰσημερίας, *sub initium aequinoctii verni*, ut Strabo [a]. Sed non ait reliquo anni tempore non licuisse, ut recentiorum aliqui [b]. Veris initio illis erat, uti hodieque est, festum celeberrimum

نوروز *Neuruz* [c], id est, *Novus dies*, quem ut anni initium temporumque civilium epocham statuunt, epulisque & pompa prosequuntur. Graecis veteribus tempus brumale nuptiis maxime legitimum, ut expressim Aristoteles [d] aliique, unde & Gamelionis mensis Januario quasi respondentis nomen.

CAP. XXIII.

Coronarum nuptialium usus apud Paganos ut apud Ebraeos.

Coronarum nuptialium mentio occurrit apud veteres Paganos, quae item in ornamentis sponsorum, Ebraicis, ut supra ostendimus. Vetus apud Ciceronem [e] poeta:

Sed mihi cum retulit coronam ob collocandas nuptias,
Tibi ferebat, cum simulabat sese alteri dare:
Tum ad te ludibunda docte & delicate detulit.

Andromachae item corona nuptialis memorari videtur Carolo Paschalio [f] ab Homero [g], ubi de κρηδέμνῳ loquitur, quod ei dederat Venus ipso die quo duxerat eam Hector ex aedibus Eetionis. Sed κρήδεμνον non corona, sed muliebre capitis tegumentum est seu velamen, ad humeros [h] pendulum, quod Μαφόριον [i] appellitant Graeci recentiores; cucullus seu caputium. Quin & coronas Homero nullibi memorari observatum est. At vero στέφος γαμήλιον seu *corona nuptialis* occurrit in Bionis epitaphio Adonidis. Et Clitemnestra apud Euripidem Achilli de Iphigenia [k];

- - - - - - - - - ἀλλ' ὅμως
Σοὶ καταστέψασ' ἐγώ νιν ἦγον ὡς γαμουμένην.

Attamen ego coronans eam adduxi tanquam nuptura m. Lucanus [l] item de Martiae nuptiis:

Turritaque premens frontem matrona corona,
Tralata vetuit contingere limina planta.

Et apud Libanium [m] invidus, *Quid de nuptialibus ritibus omisi, nonne taedas accendi?* οὐ ἐστεφανωσάμην, &c. *nonne corollam gestavi?* Etiam apud Artemidorum [n] palmae & oleae coronae in somnis gestae mulierum liberarum nuptias indicant διὰ τὴν πλοκὴν *propter nexum.* Habetur item apud Adolphum Occonem [o] nummus Adriani Augusti, cujus parte altera CONJVGVM AVG. altera M. P. T. NOB. in corona quadam, quae nuptialis esse videtur. Nec conjectura deest [p] duplicem fuisse sponsae coronam ex illo Valerii Flacci [q] in nuptiis Medaeae & Jasonis:

--------*ipsa suam duplicem Cytherea coronam*
Donat.---------

Ad hanc rem plura etiam ex veteribus habes congesta a Carolo Paschalio, Ludovico de la Cerda, Pineda [s], Pinto Ramirez [t], Aloysio Novarino, aliis ab ipsis citatis; etiam ab ante memoratis maxime Paulo Sherlogo [x], cui fusius disputatur qualesnam fuerint coronae hae nuptiales. Alii enim ex floribus, alii ex auro, gemmis, aliis quae ornamento esse solent, constitisse eas contendunt. Certe pro arbitrio putandum & varia sponsorum conditione materiem eis adhibitam. Et Boeotorum coronas hujusmodi ex ἀσφαραγωνία (an asparago?) fuisse scribit Plutarchus [y]. Atque sisymbrio coronari solitos sponsos eliciunt aliqui ex illo Aristophanis in Avibus, ubi cum Epopis erat suos in hortis pascere alba sesama, myrtos, papavera, & sisymbria, respondet Euelpis:

Ὑμεῖς μὲν ἆρα ζῆτε νυμφίων βίον.

Vos igitur vivitis sponsorum vitam. Scholiastes quidem ibi sisymbria interpretatur per φύλλα οἷς ἐστεφανοῦντο οἱ νύμφιοι, *Folia quibus coronabantur sponsi.* Sed intelligitur [z] item locus ille quasi molliorem & delicatulam procorum, qui nuptias ambiunt vitam tantum designat. Et de sisymbrio qua coronarium erat, vide Paschalium ([a]).

[a] Lib. 15. [b] Alex. Neapolit. Gen. Dier. lib. 2. cap. 5. & vide Joseph. Scaliger. Emend. Temp. lib. 3. pag. 196. D. [c] ...
lig. ibid. & Athanas. Kircherus Linguae Copticae, cap. 3. pag. 330. [d] Politic. lib. 7. cap. 16. & videsis Sam. Petit. ad legg. Attic.
p. 436. [e] De Oratore lib. 3. [f] Iliad. χ. [g] De Coronis lib. 2. cap. 16. [h] Eustath. ib. p. 1280. & ad Ili...
[i] Vide Meursii Glossarium Graeco Barb. [k] In Aulide. [l] Pharsal. 2. [m] Declamat. 8. [n] Oneirocrit. 1.
cap. 79. [o] Imp. Rom. Numis. p. 223. [p] Turneb. Advers. 29. cap. 4. [q] Argonautic. 8. [r] In AEneid. 7.
[s] De Rebus Salomonis lib. 5. cap. 3. [t] In Cantic. lib. 1. num. 212. [u] Sacrorum Electorum lib. 6. cap. 49. [x] Sti-
gatione 27. in Cantic. Cantico. [y] In Praecept. Conjugalibus. [z] Erasm. Chiliad. 2. Cent. 6. adag. 69. ([a]) De Coro-
nis lib. 3. cap. 16.

CAP.

CAP. XXIV.

De ritibus ac moribus tum ſponſalitiis tum nuptialibus, qua ſive ex Judaiſmo ſive ex Paganiſmo in Chriſtianiſmum admiſſi fuerint; & primo de Graecorum ſeu orientalis eccleſiae uſu, item & Moſcovitarum. De annulis ſponſalitiis, coronis nuptialibus, poculo communi; atque obiter de editionibus Euchologii depravatiſſimis. AEthiopum ritus nuptiales.

NAſcente Chriſtianiſmo, qui velut Judaiſmus, unde natus eſt, erat reformatus, dubitandum non eſt, quin mores rituſque Ebraici circa ſponſalia & nuptias, uti & ſcimus circa reliqua, ſive religionem ſpectes ſive publicam rerum adminiſtrationem, retenti fuerint ac plane obtinuerint. Idque per annos triginta amplius poſt aſcenſionem Domini noſtri, qua de re etiam alibi [a] diximus. Quod ſane tum hic tum in aliis diſceptationibus momenti graviſſimi obſervatu eſt inprimis dignum, & quidem rite intellectum haud pauca extricaret, in quibus aut caecutimus, aut patienter nimis, ne gravius quid dicam, falli aut ſubdole nimis fallere ſolemus. Poſtquam autem tam a gentibus aliquot quam a Judaeis Chriſtianiſmus receptus eſt, & utrorumque mores, ut ipſi, invicem ſunt commiſti, partim mores rituſque Judaici partim Paganici, quotquot ſcilicet cultui Chriſtiano non omnino refragarentur, ut in aliis ſic in re matrimoniali variatim admiſſi. Jure Romano fere paſſim tum utebantur gentes, in quibus Chriſtiani reperti; ſaltem non alio quam quod Romanis victoribus placuit. Confarreationis, quod ſanctius fuerat Romanis ut dictum eſt nuptiarum genus, ſolennia priſca in deſuetudinem abierant etiam inter Paganos, & tandem evanuere. Coemptionis item ritus non ita obſervati, quin aliter atque aliter ſe habuerint. Chriſtiani autem veteres omnino confarreationem, qua ſaltem ex ipſis Paganorum ſacris conſtabat, rejecere; tametſi interea ejuſdem veſtigia aliquot ſacris Paganicis omnino carentia, etiam noſtra in ſecula, hic illic apud Chriſtianos reperiantur, qua de re plura in ſequentibus. Coemptionem eouſque admiſere hi, quo dotis donationiſque propter nuptias interventu ſimpliciori peragi poſſet. Aſterius epiſcopus Amaſeae (qui ſub annum [b] Chriſti 400 floruit; ſed de his ut paſſim a priſcis recentioribuſque atque inter Chriſtianos receptis loquitur) *Pacta*, inquit [c] in divortii libertatem ſcribens, *nuptialia ac ſponſiones quomodo reſcindes? Et quibus de pactis loqui me cenſes? An de his, quibus ſcripta jam dote & manu propria ſubſcripſiſti & ſigillum appoſuiſti tuum? Valida quidem illa ſunt ac firma ſatis. Verum ad vocem Adam me converto: Haec caro ex carnibus meis*, &c. Quin & palam ſatis eſt, Chriſtianos [d] ſponſalia ac nuptias Paganorum, qui poſtea Chriſto nomina dederant, pro ratis firmiſque habuiſſe, nec omnino iteraſſe. Fuere autem in ſeculis primitivis non pauci, qui nuptias plane damnarent. Ut Saturninus, Tatianus, unde etiam Encratitae; Marcionitae, Manichaei, Adamiani, Priſcillianiſtae, Saturniliani, Hieracitae, Apoſtolici ſic dicti, alii, quod videre eſt apud Epiphanium, Theodoritum, Auguſtinum, reliquos qui haereſes congeſſerunt. Sed vero Chriſtiani veteres, qui orthodoxi, tum initas a Paganis, antequam Chriſto ii nomina dederant, nuptias (ut de proſelytis fecere Ebraei, quod ante eſt oſtenſum) tum inter ſe contractas, ut hodieque, admiſere, ac fere tum ſponſalia fieri voluerunt tum nuptias celebrari more quali uſi Ebraei, qui nempe ſacris Paganicis ac ſuperſtitione omnino careret. De conſenſu mutuo, arris ſponſalitiis, contrahentium aetate, poteſtate patria, jure dotali, donatione propter nuptias (binis hiſce reſpondent in jure Ebraico dos a ſponſo uxori conſtituta, & bona quae נידוניא dicta afferuntur a ſponſa & in ſyngrapha dotali memorantur) & re integra matrimoniali apud eos perampla ſunt & obvia in Codice utroque ac Canonibus ſacris, praeter patres theologoſque ac juriſconſultos tum vetuſtos tum recentiores utriuſque imperii teſtimonia. Uſu autem habuiſſe uxorem ſimplici, nec tabulis dotalibus nec nuptiarum aliqua ſolennitate adhibita, nihil aliud cenſebatur quam concubinam, id eſt hic, juſtam ſatis, licet non rite conjunctam, thori conſortem habere, qua de re etiam nos plura alibi [e]. Quoniam autem e formulis vetuſtis moribuſque Chriſtianis plane receptis commodius intelligi, ut rebus in aliis ita in re nuptiali poteſt, quid in univerſum apud eos ſtatutum fuerit admiſſumve; ideo & illorum ritus praecipuos hic perluſtrabimus atque ita exhibebimus, ut qua conſoni qua diſſoni fuerint Ebraicis moribus ritibuſque (unde ſcilicet ſimul & e Paganicis eos ſubinde manaſſe certum eſt) ſatis dignoſcantur. Praecipuos hic dico, ſolennes contrahendi nubendique formulas, arrarum item ac pretii nuptialis, annulique, ac coronarum uſum, benedictiones & ſacra nuptialia, & demum tempora quibus celebritas nuptialis vetita. Solenniores ſponſalium ac nuptiarum in Chriſtianiſmo contrahendarum formulae, ſaltem integer earum ſenſus, in celebritate ſacra qua & ſponſalia publice iterari ſolita, maxime cernuntur. Habentur autem apud orientis Chriſtianos aliae, aliae apud occidentis. Orientis dico maxime Graecos, quibus orientalis eccleſiae nomen tribui ſolet. In Graecorum formulis [f] ſacris, binae habentur potiſſimum huc ſpectantes; altera ſponſalium ſacrorum ſine celebritate nuptiali, altera hujus celebritatis. Prior dicitur Ἀκολουθεία γινομένη ἐπὶ μνήστροις ἤγουν τοῦ ἀρραβῶνος, *Ordo ſacer qui adhibendus in ſponſalibus, ſeu arrarum ſponſalitiarum*, de quibus, quid ſtatuerint Graeci juriſconſulti elicitur maxi-

[a] Lib. de Anno Civili Judaeorum, cap. 21. [b] Vide Samuel. Petit. Obſervat. 3. cap. 7. [c] Homilia poſtrema, in Biblioth. Patr. tom. 4. pag. 707. [d] Vide Gratian. Cauſ. 28. Quaeſt. 1. DD. ad lib. 4. ſent. diſt. 39. & DD. ad 1 Corinth. vij. & Paganin. Gaudentium in Salebris Tertull. cap. 55. & in lib. de Vita Chriſtian. ante Conſtant. cap. 59. & in Addendis cap. 3. [e] De Jure Nat. & Gent. lib. 5. cap. 7. & 17. [f] Euchologium fol. 66.

me ex Basilicis [a], Harmenopulo, [b], Attaliata [c], Leone & Constantino Augg. in Ecloga [d] legum, Basilii Macedonis, Alexii Comneni, aliorum novellis [e] de nuptiis & sponsalibus, aliis in juris Graeco-Romani corpore praeter Zonaram & Balsamonem in synodum in Trullo [f], ubi de osculo item agitur cum arris conjungi solito, uti etiam apud Matthaeum Monachum in Quaestionibus & Causis [g] Matrimonialibus, alibique [h]. Posterior formula nuncupatur Ἀκολουθεία τοῦ στεφανώματος, *ordo sacer coronamenti*, quo nomine ob coronas, ut mox dicetur, in nuptiarum celebritate solennius adhibitas ipsas nuptias indicant. Priori autem, adstantibus qui sic conjungi volunt ante sacrarii fores atque annulis binis altero aureo, argenteo altero, in sacra mensa positis, hoc ad dextram, ad sinistram illo, ὁ ἱερεὺς σφραγίζει τὰς κεφαλὰς τῶν αὐτῶν νεονύμφων ἐκ γ΄ καὶ δίδωσιν αὐτοῖς κηροὺς ἁπτομένους, *Ter capita sponsorum signat* (scilicet cruce) *& dat eis cereos accensos* (de facibus nuptialibus in Gentilium ritibus mentio est perquam obvia) atque introducit eos in sacrarium. Ubi thymiamate in crucis formam adhibito, diaconus precari jubet chorum atque invocare primo coelestem benedictionem tum coetui praesenti tum omnimodis aliis tam clericis quam laicis. Ac dein ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τοῦδε καὶ τῆς δούλης τοῦ Θεοῦ τῆσδε τῶν νῦν μνηστευομένων ἀλλήλοις καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, *Pro servo hoc Dei ac Dei ancilla hac, qui nunc sponsalia invicem inituri sunt, ac pro salute eorum Dominum precemur.* Item ut prolem eis det, amorem, pacem, concordiam, firmam fidem, thorum intaminatum, omniaque prospera. Et dum pluribus haec distinctis versiculis fundit diaconus, chorus adclamat Κύριε ἐλέησον *Domine miserere.* Aliis aliquot peractis benedictionibus, sacerdos annulos affert, & primo aureum dat viro, ac dein argenteum foeminae. Viro autem dicit, Ἀρραβωνίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα τὴν δούλην τοῦ Θεοῦ τήνδε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. *N. servus Dei despondet hoc arrhabone N. ancillam Dei, in nomine patris & filii & spiritus sancti nunc & semper & in omnia secula seculorum, Amen.* Foeminae item, Ἀρραβωνίζεται ἡ δούλη τοῦ Θεοῦ ἡ δεῖνα τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ τόνδε εἰς τὸ ὄνομα, &c. *N. ancilla Dei despondet hoc arrhabone N. servum Dei nomine*, &c. Hisce utrique ter dictis, cruce signans eorum capita digitis dextris eorum imponit. Tum Deum precatur, ut sponsis benedicat: *Qui Abrahae servo affuisti, a Domino missa, ut desponderet Isaaco filio suo uxorem,* Καὶ διὰ μεσιτείας ὑδρεύσεως ἀρραβωνίσασθαι τὴν Ῥεβέκκαν ἀποκαλύψας, αὐτὸς εὐλόγησον τὸν ἀρραβῶνα τῶν δούλων σου τοῦδε καὶ τῆσδε· *Et per interventum haustus aquae Rebeccam* [i] *despondendam ostendisti, tu ipse benedicas sponsalibus servorum tuorum N. & N.* Adjectis dein precum clausulis aliquot generalioribus, ἐπίβλεψον, inquit, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε καὶ τὴν δούλην σου τήνδε. Καὶ στήριξον τὸν ἀρραβῶνα αὐτῶν ἐν πίστει καὶ ὁμονοίᾳ καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ. Σὺ γὰρ Κύριε ὑπέδειξας δίδοσθαι τὸν ἀρραβῶνα καὶ στηρίζεσθαι ἐν παντί· διὰ δακτυλιδίου ἐδόθη ἡ ἐξουσία τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ· διὰ δακτυλιδίου ἐδοξάσθη Δανιὴλ ἐν χώρᾳ Βαβυλῶνος· διὰ δακτυλιδίου ἐφανερώθη ἡ ἀλήθεια τῆς Θάμαρ· διὰ δακτυλιδίου ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων γέγονεν ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ θύσαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν φάγοντες εὐφρανθῶμεν· αὐτὴ ἡ δεξία σου Κύριε τὸν Μωϋσῆν ἐστρατοπέδευσεν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Διὰ γὰρ τοῦ λόγου σου τοῦ ἀληθινοῦ οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ ἡ γῆ ἐθεμελιώθη, καὶ ἡ δεξία τῶν δούλων σου εὐλογηθήσεται, τῷ λόγῳ σου τῷ κραταιῷ καὶ τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ. Αὐτὸς οὖν καὶ νῦν δέσποτα εὐλόγησον τὸ δακτυλοθέσιον τοῦτο εὐλογίαν οὐράνιον καὶ ἄγγελος Κυρίου προπορευέσθω ἔμπροσθεν αὐτῶν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. *Intuearis servum tuum N. & ancillam tuam N. Et firma fac sponsalia eorum in fide, concordia, & veritate & amore. Nam tu Domine docuisti arram dandam atque omnino firmam fieri. Per annulum donabatur potestas Josepho* [k] *in AEgypto. Per annulum gloriam nactus est Daniel* [l] *in regione Babylonis. Per annulum, detecta est veritas Thamaris* [m]. *Per annulum pater noster coelestis misericordia usus est erga filium suum. Date enim dixit* [n] *annulum in dextram ejus; & occidite vitulum saginatum & manducemus & epulemur. Ipsa dextra tua Domine castra Mosi metata est in mari rubro. Nam per verbum tuum veritatis coeli firmati sunt & terra est stabilita. Et dextra servorum tuorum benedicetur verbo tuo forti & brachio tuo celso. Tu igitur nunc Domine, benedicas hanc positionem annulorum benedictione coelesti & angelus Domini praeeat eis omnibus diebus vitae eorum.* Atque dein post doxologiam & manus extensae benedictionem sponsos dimittit. Ita scilicet, si eodem tempore coronari nolunt. Si vero βούλονται στεφανωθῆναι, *volunt coronari* intrant in sacrarium cum cereis accensis, praeeunte sacerdote cum thymiamate & Psalmum CXXVIII. recitante; & sequitur alter ille *ordo coronamenti*, in quo Psalmi, plebis doxologia, preces Συναπτὴ vocatae a diacono dictae, aliaeque a sacerdote, quibus a Numine petuntur quae felicitatem & vitam prosperam conjugum spectant. Et dein inquit sacerdos, Σύζευξον αὐτοὺς ἐν ὁμοφροσύνῃ. Στεφάνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν, χάρισαι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας εὐτεκνίας ἀπόλαυσιν, *Conjunge eos in unanimitate. Corona eos in carnem unam. Da eis fructum ventris, & ut prole fruantur foecundi.* Doxologia subjecta, μετὰ τὸ Ἀμὴν λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὰ στέφανα στέφει πρῶτον τὸν νύμφιον, λέγων· Στέφεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα τὴν δούλην τοῦ Θεοῦ τήνδε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, *Simulac Amen dicitur, sacerdos coronas sumens, coronat primo sponsum, dicens; Coronatur servus hic Dei N. ancilla Dei hac in nomine patris ac filii ac spiritus sancti.*

[a] Synopsi lib. 28. tit. 2. & Basilic. edit. ab Herveto 1557. Parisiis pag. 207. [b] Prochir. lib. 4. tit. 1. [c] Synopsi tit. 24. [d] Tit. 12. [e] Apud Balsamonem in Phot. Nomocan. tit. 13. in Jure Graeco Rom. lib. 2. &c. [f] Ad Canon. 98. [g] In Juris Graeco Rom. tom. 1. lib. 8. pag. 510. & 511. [h] Basilica apud Crusium in Turco Graecia lib. 4. pag. 331. & vide lib. 16 C. tit. de Donat. ante Nuptias & Theodos. lib. 3. tit. 5. lib. 5. & Tertull. de Velandis Virgin. cap. 11. in fine. [i] Genes. xxiv. 45. [k] Genes. xlj. 42. [l] Daniel. vj. 17. [m] Genes. xxxviij. 25. [n] Luc. xv. 22. Videsis Durandum in Rationali lib. iij cap. 14. & Demetrium Chomatenum lib. 5. Juris Graeco Rom. tom. 1. pag. 321.

ti.

i. Εἶτα σέφει καὶ τὴν νύμφην λέγων, Στέφεται ἡ δούλη τοῦ Θεοῦ ἡ δεῖνα τῷ δούλῳ τοῦ Θεοῦ τῷ δεῖνα εἰς τὸ ὄνομα, &c. *Dein coronat etiam sponsam dicens; Coronatur ancilla haec Dei N. servo hoc Dei N. in nomine*, &c. His peractis ter utitur hujusmodi benedictione, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν δόξῃ καὶ τιμῇ στεφάνωσον αὐτοὺς, *Domine Deus gloria & honore corona eos.* Legitur tunc quae de officio conjugali habentur in Epistola [a] ad Ephesios, item illud Evangelii de nuptiis in Cana Galilaeae. Et post preces aliquot alias προσφέρεται τὸ κοινὸν ποτήριον καὶ εὐλογεῖ αὐτὸ ὁ ἱερεὺς, *Affertur commune poculum, quod benedicit sacerdos* ad hunc modum, Καὶ τὸ ποτήριον τὸ κοινὸν τοῦτο παρεχόμενον τοῖς συναφθεῖσι πρὸς γάμου κοινωνίαν εὐλόγησον εὐλογίᾳ πνευματικῇ, *Etiam & poculum hoc commune exhibendum eis, qui in communionem matrimonii conjunguntur, spirituali benedicas benedictione.* Tunc illud ter illis porrigit; primo marito, dein uxori. Et prehendens eos sacerdos quasi in circulum circumagit psallens; dum coronas tenent a tergo paranymphi, quae capitibus sponsorum iterum a sacerdote non sine benedictione solenni aptantur. Dein post orationem unam & alteram vitae conjugali propriam, conjuges dimittuntur. Die autem octavo habetur λύσις στεφάνων, *solutio coronarum* solennis, cui & propria oratio ac benedictio. Adjicitur in Euchologio ordo de bigamis, qui haud admodum alius est, si rem spectes, ab eo quem narravimus. Coronae item digamis tribuuntur. Sed memoratur quidem hic canon ille Nicephori patriarchae [b] Constantinopolitani, ὁ δίγαμος οὐ στεφανοῦται, *Digamus non coronatur.* Floruit ille sub annum Christi 800. Hac autem de re consultus Nicetas metropolita Heracleensis, Ἡ μὲν ἀκρίβεια, inquit, τοὺς διγάμους οὐκ εἴωθε στεφανοῦν. Ἡ δὲ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας συνήθεια τὸ τοιοῦτο οὐ παρατηρεῖται, ἀλλὰ καὶ τοῖς διγάμοις τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ἐπιτιθέασι καὶ οὐδεὶς οὐδέποτε διὰ τοῦτο ἐνεκλήθη, *Ex jure communi*, seu *disciplinam juxta exactam, digamos coronare non solent. Sed magnae ecclesiae mos ita obtinuit, ut hoc non fuerit observatum, sed ut etiam bigamis coronae nuptiales imponerentur. Nec ullus unquam eam ob causam incusatus est.* Quibus in ipso responso [c] adjicitur, Ὥστε οὐδέ τις φοβηθήσεται τὸ ἐπίκλημα τοὺς τοιούτους στεφανώσας, *Ideoque calumniam non formidabit quisquam, si tales coronaverit.* Tetragamorum autem nuptiae apud Graecos pro nullis [d] plane habitae. Sed digami adeoque trigami ante triennium elapsum sacrorum mysteriorum participes [e] illis non sunt. Certe quantum ad coronationem attinet; habetur synodica sanctio Michaelis patriarchae Constantinopolitani hujusmodi; Ὁρίζομεν μὴ στεφανοῦσθαι πλὴν τὸν ἕνα σεμνὸν μόνον καὶ καθαρὸν καὶ ἀμίαντον γάμον, *Definimus neutiquam coronandas alias nuptias praeter unas, honorabiles, solas, & puras & non inquinatas.* Adeo ut nec alias quam virginum videatur hoc honore dignas censere. Occurrit in codice pervetusto & optimo MS. Juris Canonici orientis, quem apud V. cl. Patricium Junium nuper reliquit hic V. cl. Christianus Ravius in Bataviam discessurus. Certe & ad hunc sponsos coronandi in aliis orientis regionibus morem spectare videtur illud Achmetis [f], Ἐὰν ἴδῃ γύνη, *Si uxor sibi visa fuerit* (in somno) *amisisse* vel fregisse, στέφανον αὐτῆς χηρεύσει ταχέως, *coronam suam, brevi vidua fiet.* Ita scilicet ex Persarum & AEgyptiorum disciplina Onirocritica, etiam inter Christianos, illis in plagis, admissa; quod apud Achmetem alibi satis liquet. Et Photius patriarcha in epistola nondum edita respondet de poena canonica presbyteri, τοῦ στεφανώσαντος παρὰ γνώμην τῶν γονέων τὰ τούτων τέκνα, *Coronantis* (ea enim voce ipsas nuptias celebrare, uti & ipsas nuptias voce στεφανώματος innuit) *sine parentum consensu, eorum liberos.* Habetur etiam haec cum aliis Photii in codice quem jam diximus Raviano. Atque ex hisce liquet, apud Graecos seu in orientali Christianismo & annulorum in sponsalibus seu arrarum ac coronarum usum in nuptiis fuisse, quemadmodum & Ebraeis. Et de corona orientalium nuptiali ex Gregorio Nisseno, Basilio Seleuciensi, Palladii historia Lausiaca, alia notarunt pridem viri docti [g]. Quin vero Georgius Phranzes [h] seu Protovestarius, *Anno*, inquit, 6946. *Christi* 1438. *Januarii die* 26. *duxi ego Helenam filiam Alexii Palaeologi Examplaconis, qui Canicleo praeerat. Ejus conjugii paranymphus dominus meus Constantinus. Despota fuit qui pro consuetudine Graecorum serta nobis imposuit.* At coronas imponere apud eos paranymphos in Euchologio non comperio, sed ipsum sacerdotem, ut est ostensum. Et πάρεργα illud puto esse Epitomatoris Phranzis, cujus ore tantum is publice loquitur. Etiam expressim Theophylactus Simocatta, ubi [i] Mauritii & Constantinae Augustorum nuptias narrat, ait Joannem patriarcham Byzantii utrisque coronas indidisse & sacrorum mysteriorum participes eos fecisse, Ὡς σύνηθες τοῖς θρησκεύουσι τὴν παναγῆ ταύτην καὶ ἀκίβδηλον πίστιν, *Ut mos est sinceram hanc & sanctissimam fidem* (id est, conjugalem) *colentibus.* Zonaras item de Theophilo imperatore; Theodoram, inquit, [k] ὁμοῦ τῷ γαμηλίῳ στεφάνῳ καὶ τῷ βασιλικῷ ταινίοι διαδήματι, *Simul corona nuptiali & imperatoria cinxit.* Atque huc spectat illud apud Harmenopulum [l], Μηδεὶς μυστικῶς στεφανούσθω, ἀλλὰ παρόντων πλειόνων, *Nemo clam coronator, sed pluribus praesentibus*, id est, clandestinae non fiant nuptiae. Quod cum verbis ibi sequentibus, ut quamplurima alia apud celeberrimum illum orientis jurisconsultum, non satis distincta, haud ipsius autoris est, sed sine nominibus insertum ex Prochiro Constantini & Leonis, ut scimus ex horum codice MS. in bibliotheca publica Oxoniensi, unde haud pauca in Harmenopulo emendari possunt, nec

[a] Cap. v. 22. [b] Juris Graeco Rom. tom. 1. lib. 3. p. 196. [c] In Jure Graeco. Rom. tom. 1. lib. 5. p. 310. [d] Vide Theod. Balsamon. Respons. 41. in Juris Graeco. Rom. tom. 1. p. 383. & in Photii Nomocan. tit. 13. cap. 2. [e] Vide S. Basil. Epist. Canonic. 1. can. 4. & 2. can. 50. & 80. [f] Oneirocritic. cap. 127. [g] Paul. Sherlogus in Cantic. vestigat, 27. §. 16, &c. [h] Lib. 2. cap. 17. Adde Crus. Turcograeciae lib. 4. p. 239. [i] Hist. 1. cap. 10. [k] Tom. 3. pag. 15. [l] Prochir. lib. 4. tit. 4. vide item coronarum in Baptismate usum apud Severum Alexandr. de Ritibus p. 97. Mod. Baptis. apud AEthiopas fol. 20. b. & Joseph. Vicecom. Observat. Eccles. lib. 5. cap. 40.

aliunde rite intelligi. Conſtitutio autem ipſa eſt Baſilii Macedonis[a], qui imperavit ſub annum Chriſti 880. Neque alio ſpectavit Nicolaus Papa in reſponſo illo ad Bulgaros. *Noſtrates*, inquit[b], *tam mares quam foeminae non ligaturam auream vel argenteam aut ex quolibet metallo compoſitam, quando nuptialia foedera contrahunt in capitibus deferunt*, ut mos ſcilicet in oriente vobis viciniſque veſtris eſt. Hinc & Matthaeus Monachus in Quaeſtionibus & Cauſis Matrimonialibus, definiens matrimonium, ut juriſconſultorum vulgus, adjicit[c], Εἴτε δι' εὐλογίας, εἴτε διὰ στεφανώματος, εἴτε διὰ συμβολαίου, *Sive per benedictionem* (ut ante in ordine ſponſaliorum) ſive *per coronationem* (ut jam oſtenſum) *aut per pactum conventum inſtrumentaque*[d], ſine iſtis. Alia, inquit, ὡς μὴ γεγονότα λογίζονται, *pro non contractis habentur*. Et in Alexii Comneni conſtitutione celeberrima[e] de ſponſalibus & nuptiis mentio eſt τῶν στεφάνων ſeu *coronarum* nuptialium, velut earum quarum uſus tunc notiſſimi. Annulorum autem nuptialium uſum ex Paganiſmo[f] ad Graecos Chriſtianos uti & ad Ebraeos & occidentales, de quibus mox, manaſſe non eſt quod dubitemus. Sed vero quoniam & Moſchovitae congeneres ferme fieri ſolent Graecis, in re quam nuncupant eccleſiaſtica, ideo & de eorum hic monebimus ritibus nuptialibus haud parum ſane a Graecorum aliorumque alienis. Sponſalibus per amicos plerumque perfectis, in nuptialibus ritibus habetur, ut ſimulac a ſacerdote traditur juxta altare ſponſa in ſponſi manum, nec ſine annuli uſu, haec ad illius pedes ſe proſternat allidens caput ſuum ad ejus calceum, ſcilicet in ſubjectionis uxoriae & obedientiae ſignum, cum viciſſim ſponſus veſtimenti ſui laxioris veluti togae ſeu talaris laciniam in eam conjicit, ut protegendi ſuſtinendique uxorem officium ſuum denotet. Propinquis dein ſponſi, qui adſtant, ſponſae, uti & ſponſae ſponſo ſe incurvantibus, ſponſae pater ſacerdoti panem offert, quem ſtatim ei reddit ſacerdos & propinquis illis, patrem coram Deo & ſanctis atteſtando ut juxta pacta conventa dotem praeſtet, reliquos vero ſimul ut mutuum inde colant omnes invicem amorem. Ac panem tunc inter ſe frangentes tantundem ſe praeſtituros eo ritu innuunt. Alii ſequuntur minoris notae ritus non ita diſſimiles eis qui vulgo apud nos in uſu. Coronas autem adhiberi apud eos non ait autor meus, quem hic ſequor, nempe G. Fleſherius[g] qui ſeculo ſuperiori ad Moſcum ab Elizabetha Angliae regina legatus non indiligenter rempublicam illam deſcripſit. Sed tametſi de coronis nihil, hoc interim ait, tempore toto nuptiali ſponſum vocitari *Moloday Knez*, id eſt, *Ducem novitium*, ſponſamque *Moloday Kneza* ſeu *novitiam Ducissam*. Certe aliter multo enarrat uſum in nuptiis Rutenicum Paulus Oderbornus[h]. A conciliatione lepida & raptu praevio, aut ficto ſcilicet aut ex parentum compromiſſo patrato, rem auſpicatur. Et dum choreis & bacchanalibus occupantur, flaminem ait, raro non vino tantum non ſepultum, vocatum adeſſe qui poſt hymnum Davidicum cantatum, intortam ſponſi caeſariem manu comprehendens in han[c] ſententiam eundem affatur: *Dic mihi, o ſponſe o frater, o amice, nunquid tu huic tenerae vi[r] eſſe potes? nunquid eam fuſtibus aliquando mul[ctabis]? Nunquid aegrotam, ſcabioſam, & decre[pitam] derelinques?* Hic ſancte jurat ſponſus ſ[e] facturum viri boni officium. Ad ſponſam tun[c] ſermonem convertens eam interrogat: *An vir[o] ferendo ſufficiat? an rei familiaris curam agere, an coeco, curvo & decrepito marito fida veli[t] eſſe comes?* Quae illa affirmante, flamen (ſic O[der]bornus) *ſerto ligneo viridi utriuſque caput co[ronat]. In circumferentia coronarum deſcript[a] ſunt Rutenice haec verba*, CRESCITE ET MULTIPLICAMINI. *Ille dum haec agit* (ita pergit Paulus hic) *inflammantur ab omnibus cereae can[]delae & patera medone ſpumans ſacrifico tradi[]tur. Eam novis ſponſis uno propinat hauſtu. Si[]mili alacritate evacuant & ſacrificulo reddunt.* Choreis dein inſtauratis, celebritas tandem eva[] neſcit. Addit vero, foeminas etiam lupulum i[n] templo ſpargere & linum cum tali acclamatione *Dii noſtri tutelares faciant, ne novi conjuges ul[]unquam deſtituantur bono.* Ita etiam corona[e] Ruthenis ut Graecis nuptiales; alia etiam in nup[]tiis, Ebraeorum moribus aperte conſona. Ne[que] quod in Graecorum ritibus Ebraeorum non i[ta] diſſimilibus, occurrit de ποτηρίῳ τῷ κοινῷ *pocu[lo] communi* ſponſis ut ſupra eſt oſtenſum ter dato, de[] eſſe omnino apud Moſcos hinc videtur. Tamet[ſi] verum ſit, quid illo deſignetur ignoraſſe eorum hu[]jus ſeculi antiſtites. Nimirum quaerebat Hypati[us] Pocieii Moſcorum archiepiſcopus a Petro Arcudi[o] Corcyraeo, quid hac ceremonia Graeci velint. A[r]cudius autem[i], *Faſſus ſum me ignorare, niſi quo[d] ſuſpicabar iſtud ſacratiſſimae communionis loc[o] fieri. Cum enim a prandiis atque etiam dom[i] permulti matrimonia contrahant, loco videlice[t] ac tempore minus apto ad Euchariſtiam admini[]ſtrandam & percipiendam, aiebam inſtar com[]munionis hanc ceremoniam fortaſſis introductam eſſe.* Atque ut conjecturam firmet, conſuluiſ[]ſe ait Euchologium vetuſtiſſimum patriarchale ma[]nu ſcriptum, quod aſſervatur in monaſterio Cryp[]tae Ferratae (unde alia dicit corrigenda eſſe in ex[]cuſis, quae ſane depravate nimis eduntur) ubi le[]gitur de ſponſis, qui ſcilicet coronandi introdu[]cuntur, Καὶ ἐλθόντες πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀπολύουσι[ν] ἀλλήλων τὰς χεῖρας καὶ ἵστανται πρὸ τῶν ἁγίων θυ[]ρῶν. Ἀπόκειται δὲ ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ ποτήριο[ν] ἔχον προηγιασμένα, καὶ στεφανώματα δύο καὶ ποτήριο[ν] ὑέλου πλῆρες οἴνου, *Et poſtquam venerint ante ſanc[]tuarium manus non amplius tenent conſertas, ſe[d] ſtant pro ſacris foribus. Repoſitum eſt autem ſuper divinam menſam poculum habens praeſanctificata, & coronae duae, item poculum vitreum vini plenum.* Et paulo poſt, Καὶ κρατῶ[ν] τὸ ποτήριον λέγει, τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοι[ς] καὶ κοινωνεῖ αὐτούς. *Ac tenens poculum* (hoc eſt inquit Arcudius, calicem) *ſacerdos dicit, praeſanctificata ſancta ſanctis. Et eos participe[s] facit communionis.* Finita dein oratione & re[] exhibita ablutione (ſic in Euchologio illo) ἀποδ[]-

[a] Juris Graeco. Rom. tom. 1. lib. 2. p. 87. [b] Cauſ. 30. quaeſt. 5. c. 3. [c] In Juris Groeco. Rom. tom. 1. lib. 8. p. 493. [d] Videſis Leonem & Conſtantin. in Eclog. tit. 12. in Juris Graeco. Rom. tom. 2. p. 102. [e] Jus Graeco. Rom. lib. 1. p. 137. [f] Conſulas Jo. Baptiſt. Rubeum de Divinis Offic. lib. 1. cap. 21. [g] Cap. 24. & vide Sigiſmond. lib. in Rab. Moſcovitic. cap. de Matrimonio. [h] De Ruſſorum Religione. [i] De Concordia Eccleſiae Occid. & Orient. lib. 7. cap. 32.

δυτ

δῶσι τὸ ποτήριον τινὶ ἢ ὡς ἔνιοι κλᾷ, reſtituit poculum alicui, ſeu, ut volunt nonnulli, frangit. Ubi, inquit, per poculum, intelligit vitreum, non autem calicem, in quo erat communio praeſanctificata. Adeo ut trina ablutio etiam, idque ex vino in poculo hoc vitreo, inter ritus nuptiales ſit Chriſtianorum Graecorum. Utinam vero aut Petrus Arcudius ipſe aut quis alius Graecorum Euchologium illud aliquoties ab iſto citatum in lucem edidiſſet, aut editiones quibus utimur inde emendaſſet, quae ſane, cum & complures [a] ſint & ſubinde accuratioris emendationis promiſſa in fronte gerant, ſunt nihilominus omnes quotquot vidi uſque ad portentum depravatiſſimae. Nec correctius ſane editur *Σύνταγμα τῶν ἀναγκαίων*, inde deſumptum [b] (quod pro Euchologio ipſo a viris doctis interdum citatur) etiamſi, in editione puto noviſſima [c], correctorem ſe profiteatur Theophylactus Hieromonachus Zanphurnarus. Symbolis item ſibi peculiaribus, ſed quae, ut contractus mutui ſigna, vicem eorum quae Ebraeis aliiſque in uſu, ſatis ſupplent, in nuptiali celebratione utuntur AEthiopes [d] ſeu Abaſſeni. Lectulo ſcilicet ante eccleſiae oſtium collocato ſedent ſponſus ſponſaque, cum prodit ſacerdos clericis binis comitatus. Is ſiniſtra crucem, dextra thuribulum tenens, lectum ter ſuffumigat, dum clerici pſallunt. Dein capilli partem aliquantam ſponſi abſcindit, uti & ſponſae, ac utramque in vino mellito tingit, unde ſponſi capillum ſumptum in caput ponit ſponſae, uti & hujus in illius caput, loco ſcilicet unde abſciſſus eſt. Aqua tunc adhibita benedicta manus imponit ſacerdos utriuſque capiti monens, ut id ſervent quod praecepit Deus in Evangelio, nec poſthac invicem diſcedant, ſed, ut una caro, cohabitent. Euchariſtia denique habita domum deducitur ſponſa.

CAP. XXV.

De ritibus nuptialibus ac ſponſalitiis aliquot in Chriſtianiſmo occidentis, qua conſoni ſive Judaicis ſive Paganicis videantur. Maxime de annuli ac coronae uſu, confarreationis item, coemptioniſque in eis reliquiis.

QUOD ad ritus occidentalis eccleſiae matrimoniales priſci aevi recentioriſque attinet; ſummatim quidem deſignantur aliqui in illo Nicolai [e] papae primi (ſub annum Chriſti 860) ad Bulgaros reſponſo, *Apud noſtrates,* inquit, *poſt ſponſalia quae futurarum nuptiarum ſunt promiſſio, foedera quaeque conſenſu eorum qui haec contrahunt & horum in quorum poteſtate ſunt, celebrantur. Et poſtquam* Arris *ſponſam ſibi ſponſus per digitum fidei* Annulo *inſignitam deſponderit,* Dotemque *utrique placitam ſponſus ejus ſcripto pactum hoc continente coram invitatis ad utraque parte tradiderit, aut mox aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid facere praeſumant, ambo ad nuptialia foedera perducuntur, & primum in eccleſiam Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per ſacerdotis, manum, ſtatuuntur, ſicque demum* Benedictionem *&* Velamen *coeleſte ſuſcipiunt, ad exemplum videlicet, quos Dominus primos homines in paradiſo collocans benedixit eis dicens, Creſcite & multiplicamini,* &c. *Siquidem & Tobias antequam conjugem conveniſſet, oratione cum ea Dominum oraſſe deſcribitur. Veruntamen* Velamen *illud non ſuſcipit, qui ad ſecundas nuptias migrat. Poſt haec autem de eccleſiae egreſſi* Coronas *in capitibus geſtant, quae ſemper in eccleſia ipſa ſunt ſolitae reſervari. Et ita, feſtis nuptialibus celebratis, ad ducendam individuam vitam, Domino diſponente, de caetero diriguntur.* Adjicit, *Haec ſunt jura nuptiarum, haec ſunt praeter alia quae ad memoriam non occurrunt, pacta conjugiorum ſolennia,* de quibus mox plura. Annulum autem hic adhibitum vides ut hodieque, de quo Iſidorus [f], *Quod in primis nuptiis annulus a ſponſo ſponſae datur, fit nimirum vel propter mutuae dilectionis ſignum vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur. Unde & quarto annulus digito inſeritur ideo quia in eo vena quaedam, ut fertur, ſanguinis ad cor uſque perveniat.* De rationis allatae, quae & vulgo afferri ſolita, veritate non diſputamus. Ad artem attinet ea anatomicam, in qua puto non omnino admittitur. Sed ſcimus ab Appione autore vetuſto in libris AEgyptiacis [g] traditum eſſe in anatomica AEgyptiorum obſervatione, *Repertum eſſe nervum quendam tenuiſſimum ab eo uno digito* (quarto ſcilicet) *ad cor hominis pergere ac pervenire.* Unde & is rationem affert, cur tam Graeci quam Romani veteres annulos eo in digito geſtarent, talique decorarent honore, qui nimirum *continens & quaſi connexus eſſe cum principatu cordis videretur.* Videſis etiam quae ea de re habet Ateius Capito apud Macrobium [h]. Ut igitur annuli uſus ex Paganiſmo, ita & ſingulari in digito (qui & annularis inde nuncupatus) ejuſdem geſtatio, atque in eundem matrimonialis impoſitio. Ejus autem admiſſio velut indubitata etiam inter Chriſtianos vetuſtos ſatis cernitur in illo Tertulliani [i], dum Paganos inſectatur quod bonos majorum mores depravaſſent. *Circa foeminas quidem,* inquit, *etiam illa majorum inſtituta ceciderunt, quae modeſtiae, quae ſobrietati patrocinabantur; cum aurum nulla norat, praeter unico digito quem ſponſus oppigneraſſet pronubo annulo.* Quale item de annulo uxoris teſtimonium habetur apud Clementem Alexandrinum [k]. Unde aureum etiam Paganis annulum fuiſſe (ut nunc) pronubum liquet, quem ferreum ait Plinius, ut ante oſtenſum. Sed primo aureum & dein ferreum ad ſponſam mitti aut donari hinc vult ad Tertullianum Franciſcus Junius,

[a] Venetiis 1568, 1600, 1602, 1622. [b] Ibid. 1614. [c] Ibid. 1636. [d] Franciſco Alvarez; & Luys de Vretta, de la hiſtoria de la AEthiopia lib. 2. cap. 10. [e] Reſponſ. 3. & Cauſ. 30. quaeſt. 5. cap. 3. & Ivo Pannorm. lib. 6. tit. 1. & Decret. part. 8. cap. 6. [f] De Officiis lib. 2. cap. 19. & Cauſ. 30. q. 5. c. 7. & vide eum Origin. lib. 19. cap. 32. & Ivonem Decret. part. 8. cap. 8. [g] Apud. Agellium lib. 10. cap. 10. & vide Durandum in Rationi. Divinorum lib. 1. cap. 9. §. 10. & lib. 3. cap. 14. Baronium tom. 1. An. 57. num. 51. [h] Saturnal. 7. cap. 13. [i] Apologetico cap. 6. [k] Paedagog. lib. 3. cap. 11.

uti primo ferreum, dein aureum Pamelius. Ita tam in occidente quam in oriente Christiano, ex Paganismo, uti & in Judaismo, annuli pronubi admissio vetustissima. Etiam & usus ex Ambrosio probatur. Is enim Agnetis virginis vitam explicans & quae praefecto urbis, sub Constantini M. tempora, eam depereunti ac munera offerenti respondit, narrans, *Discede*, inquit [a] nomine Agnetis, *a me fomes peccati*, &c. *quia jam ab alio amatore praeventa sum, quae mihi satis meliora obtulit ornamenta & annulo fidei suae subarravit me longe te nobilior & genere & dignitate.* Scilicet annulus arrae nomine dari solebat, etiam apud Paganos, ut in aliis contractibus ita & in sponsalitiis, unde, ut notissimum contrahendi symbolum, etiam in contractus hac maxime solenni apud Christianos formula retinebatur. Neque fere actus aliquis civilis, ut manumissio, testamenti factio, alienatio, cessio, alia ejusmodi sine peculiaribus sibi symbolis fiebant olim hodieve fiunt, ut pueri sciunt. De annulo autem arrae nomine alias dato expressim Ulpianus [b], *Si institor cum oleum vendidisset, annulum arrae nomine acceperit, neque eum reddat, dominum institoria teneri.* Tantundem in hanc rem alibi [c] ipse. Alia sub Christianismi initia seu tempora primitiva de annuli pronubi usu inter Christianos occidentis sunt apud scriptores de nuptialibus ritibus obvia. Et in legibus Wisigothorum [d] vetustissimis, de nuptiis; ubi *annulus arrarum nomine datus fuerit vel acceptus, quamvis scripturae non intercurrant, nullatenus promissio violetur cum qua datus est annulus & definitio facta coram testibus.* Hisce addas quae habet Laurentius Pignorius in Epistolis [e]; ubi observat ex veteribus liturgiis formulam benedicendi in nuptiis tum annulum tum coronam, hujusmodi; *Benedic ✠ Domine annulum istum & coronam istam, ut sicut annulus circumdat digitum hominis & corona caput, ita gratia Spiritus Sancti circumdet sponsum & sponsam, ut videant filios & filias usque ad tertiam & quartam generationem*, &c. Atque sic tam coronae quam annulus in ritibus, ut orientis, ita & occidentis nuptialibus; quas alibi nondum observavi ex hujus ritualibus, quae mox dabimus. Acerrimam Tertulliani in coronarum militarium apud Christianos, adeoque & ipsarum nuptialium disputationem eamque libro integro, nemo nescit. Ne scilicet inde in Paganorum, quos imitarentur, forte impingerent superstitionum appendicem. Alia item in coronas ejusmodi floreas habentur apud Clementem Alexandrinum. Sed sponsos sponsasque coronandi [f] morem, ut in oriente ita & in occidente etiam seculis vetustissimis (uti & in locis aliquibus hodieque apud nos) obtinuisse satis liquet ex illo Sidonii Apollinaris [g], ubi in Panegyrico ad Anthemium:

---------- virtus te pronuba poscit
Atque Dioneam dat Martia laurea myrtum.

Coronam scilicet nuptialem ex myrto. Quo & trahitur illud Claudiani de Laudibus Serenae Augustae:

------------ magnisque coronis
Conjugium fit.----------

Et hac de re uti & de aliis Paganismi ritibus nuptialibus, recte Antonius Gubertus jurisconsultus [h]; *Cum pietate & industria Constantini idolorum cultus ubique gentium exolevisset, ritus nuptiarum indifferentes, qui magis ad ornatum & celebritatem earum, quam ad ullum impium cultum vel jam abactam idololatriam pertinebant, Christiani in usum revocarunt, atque ideo nubentium coronas.* Et sane Grisilda in Chauceri [i] nostri de ea fabula, nuptiali corona, velut ex more Italiae alibique recepta ornatur. Etiam de coronis nuptialibus singularique earum in occidente usu expressum satis habes testimonium in Nicolai Papae ad Bulgaros responso supra exhibito. Apud Gratianum autem & Ivonem periocha ibi de coronis omnino praetermittitur, quam ex ipso responso supplevimus. Quod vero ab Antonio Guberto sic dicitur, tam ad orientis quam occidentis mores attinet, & sane aperte etiam cernitur tam in confarreationis quam coemptionis, seu priscorum in Ebraismo Paganismoque rituum seu formularum, reliquiis vestigiisve quae in Christianismo non obscura habentur. Quanquam enim sacra quae fuere [k] in confarreatione Paganica, utpote Christianismo plane adversantia, sub ejusdem initia, etiam apud Paganos, evanuere, ut ante monitum est, nihilominus farris ipsius usus aliquis solennis in libis conficiendis, diffringendis, communicandis, locis saltem in nonnullis semper obtinuit. Certe frequentissimus apud Anglos est & antiquitus fuit liborum admodum grandium in nuptiis usus, quae Bride-cakes, id est, *liba sponsalitia* seu *nuptialia* appellitant. Eaque tum a sponsis ipsis confecta, tum ab propinquis amicisque solenniter muneri nuptiali data. Atque *in agro nostro Alexandrino*, inquit, Lancillottus Gallia [l], *perseverant adhuc quaedam antiquarum observationum vestigia, veluti in vico villae fori nuptiae per confarreationem, dum libo inter nubentes & affines atque cognatos partito fiunt.* Certe & in Graecorum ritibus, ut ante ostenditur, compotatio est in ecclesia nuptialis, quae confarreationis vicem videtur praestare. *Necnon*, adjicit Lancillottus ille, *circumspicitur interrogatio quae per sacerdotem fit viro & uxori una cum responsio-*

[a] Lib. 4. Ep. 34. & videsis Paul. Sherlog. in Cantic. Vestigat. 3. §. 21. &c. [b] L. 5. cuicunque D. tit. de Institoria Actione §. 15. [c] L. 11. §. 6. D. tit. de Actionibus empti & venditi. [d] Lib. 1. tit. 1. cap. 3. [e] Epist. 1. & Epist. 19. [f] Vide Paganin. Gaudent. de Vita Christ. ante Constant. cap. 59. [g] Carm. 2. [h] Lib. de Sponsalibus S. de Ritu Nupt. S. 34. [i] In fabula Clerici Oxoniensis. [k] Videsis Paganin. Gaudent. de Justiniani seculi moribus cap. 15. [l] In Consuet. Alexandr. prohibentem Maritum ultra certum modum uxori relinquere, seu de statutis S. uxori num. 10.

ne

ie hinc inde subsequente, exindeque amplexus & nanibus apprehensio, quae omnia solennitati quae olim per coemptionem fiebat satis arrident. Et āne coemptionis veteris reliquiae manifestissimae unt in arris sponsalitiis ac pecunia pro more in pso nubendi actu numerata. Qualis item in actu spondendi, subarrationis [a] usus. *Hujus moris,* inquit Brissonius [b], *vestigia a nobis in nostris nuptiis* (in Galliis) *usurpari quidam opinantur, tredecim nummorum numeratione.* Ipse vero potius illud manasse ex Barbararum coloniarum quae in Gallias ex Germania migrarunt existimat; quoniam in legibus [c] Burgundionum & Saxonum [d] veterum, uxores maritis a parentibus vel tutoribus emi solitas liquet, pretio quod nuptiale [e] signanter dictum. Inde & aliqui omnia matrimonia apud Gallos per coemptionem hodieque fieri tradidere, ut Connanus, quem tamen eo nomine falli ait Antonius Gubertus [f]. *Non enim,* inquit ille, *coemitur uxor numis illis imparibus, quos vir tradit antistiti. Sed postquam ultro citroque fidem conjugalem se pie & sancte servaturos vir & mulier sunt polliciti, sacerdos recipit a viro, vel tres vel quinque numos, impari tamen numero, pro more patriae, quos idem tradit mulieri, tanquam arrhabonem promissae fidei castimoniaeque corporis.* Et de taxatis sponsi donationibus seu arris apud Suecos Gothosque veteres, sed Christianos, vide Ragualdum Ingemundi in eorum legibus [g], ubi & plura de singulari apud eos connubii jure. Neque ullum sine dote, id est, sine dono aliquo saltem dotem supplente, voluere veteres conjugium fieri. *Juxta possibilitatem fiat dos,* inquit synodus Arelatensis. [h]. Sed evanuit tandem sententia illa; atque lex qua nitebatur primum [i] temperata postmodum rescissa est. Quin & quae huc spectant occurrent plura in formulis capite proximo allatis.

CAP. XXVI.

De formulis tum vetustis tum recentioribus, in occidente Christiano, sponsalia nuptiasque contrahendi, celebrandi, benedicendi; ut cum Judaicis & Paganicis atque eis quae orientis sunt, componantur. Et primo de eis quae in ritualibus Romanis. De aliis item aliquot.

HAbetur in ordine Romano veteri titulus *Ordo ad benedicendam sponsam,* cui statim subditur, *Postquam fuerit mulier viro desponsata & legaliter dotata, introeat cum marito ecclesiam, & prostratis eis, dicat,*

Propitiare Domine supplicationibus nostris & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, ut quod te auctore jungitur, te auxiliante servetur, Per &c.

Sequuntur aliae benedictiones sacrae, epistolae etiam Paulinae pars illa [k], *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi,* &c. Et Evangelii pars illa [l] de parabola, qua assimilatur regnum caelorum regi qui fecit nuptias filio suo. Dein

Secreta.

Suscipe Domine pro sacra connubii lege munus oblatum, & cujus largitor es operis, esto dispositor. Per &c.

In fractione.

Hanc igitur oblationem famulorum tuorum, quam tibi offerunt pro famula tua illa quam perducere dignatus es ad statum mensurae & ad diem nuptiarum, pro qua majestati tuae fundimus supplices preces, ut eam propitius cum viro suo copulare digneris, quaesumus Domine ut pla. &c.

Post communionem.

Gratiae tuae quaesumus Domine, famulo tuo & famulae tuae legaliter copulatis tribue largitatem, ut mandata tua te miserante sectantes, consolationem praesentis vitae percipiant & futurae, Per &c.

Quin & post benedictionem *per vittae* candidae permistim & purpureae *unum invicem vinculum* (nodum amatorium, a true-loves knot) copulabantur, inquit Isidorus [m], videlicet, *ne compagem conjugalis unitatis disrumpant.* Et qualia superiori in capite ostenduntur in sponsalibus nuptiisque occidentis (sed pro locorum discrimine aliter aliterque) adhibita sunt, tametsi in ordine illo veteri neutiquam memorentur. In rituali autem Romano, trina ante diebus singulis qui praecedunt festis facta denuntiatione ut de impedimento, si quod ab aliquo dignoscitur, liqueat, parochus veste sacra in ecclesia indutus *librum & vas aquae benedictae cum aspersorio deferens, coram tribus aut duobus testibus, virum & mulierem, quos parentum vel propinquorum praesentia cohonestari decet, de consensu in matrimonium interroget utrumque sigillatim in hunc modum, vulgari sermone :*

N. vis accipere N. hic praesentem in tuam legitimam uxorem juxta ritum sanctae matris ecclesiae. Respondeat sponsus, Volo. Mox sacerdos sponsam interroget. N. vis accipere N. hic praesentem in tuum legitimum maritum juxta ritum sanctae ecclesiae. Respondeat, Volo. Nec sufficit consensus unius, sed debet esse amborum, & expressus aliquo signo sensibili, sive fiat per se sive per procuratorem. Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, sacerdos jubeat eos invicem jungere dexteras, dicens, Ego conjungo vos in matrimonium in nomine patris ✠, & filii & spiritus sancti, Amen. Vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum. Postea eos aspergat aqua benedicta. Mox benedicat annulum.

[a] Caus. 27. Quaest. 2. cap. 14. & 15. &c. [b] De Ritu Nupt. [c] Tit. 14. & 34. [d] Tit. 6. 9, 17. [e] Leg. Burgund. tit. 12. & vide leg. Salic. tit. 46. [f] Lib. de Spons. cap. de Ritu Nupt. §. 81. [g] Lib. 3. cap. 7. [h] Cap. 30. [i] Quaest. 4. cap. 5. [i] Vide Novell. Justin. 74. cap. 4. &c. [k] 1 Corinth. vj. 15. [l] Matth. xxij. 2. [m] Lib. 2. de Eccles. Offic. cap. 19.

Benedictio annuli.

Verſ. *Adjutorium noſtrum in nomine Domini,* &c.

Oremus.

Benedic ✠ *Domine annulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus* ✠, *ut quae eum geſtaverit, fidelitatem integram ſuo ſponſo tenens, in pace & voluntate tua permaneat atque in mutua charitate ſemper vivat. Per Chriſtum Dominum noſtrum R. Amen.*

Deinde ſacerdos aſpergat annulum aqua benedicta in modum crucis, & ſponſus acceptum annulum de manu ſacerdotis imponit in digito annulari ſiniſtrae manus ſponſae, ſacerdote dicente ; In nomine patris ✠, *& filii & ſpiritus ſancti. Amen. Mox ſubjungat,* Verſ. *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.* Reſp. *A templo ſancto tuo,* &c.

Oremus.

Reſpice quaeſumus Domine ſuper hos famulos tuos ; & inſtitutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte, ut qui te autore junguntur, te auxiliante ſerventur. Per Chriſtum, &c. *Amen.*

His expletis, Si Benedicendae sint nuptiae, *parochus Miſſam pro ſponſo & ſponſa, ut in Miſſali Romano, celebret, ſervatis omnibus quae ibi praeſcribuntur.*

Caeterum ſi quae provinciae aliis, ultra praedictas, laudabilibus conſuetudinibus & caeremoniis in celebrando matrimonii ſacramento utuntur, eas ſancta Tridentina ſynodus [a] *optat retineri.*

Ita rituale Romanum, quod hodie [b] olimque in uſu. In miſſali autem habetur miſſa jam dicta, cujus initium eſt :

Deus Iſrael conjungat vos, & ipſe ſit vobiſcum, qui miſertus eſt duobus, unicis, & nunc Domine, fac eos plenius benedicere te. Et ſequitur Pſalmus CXXVIII. aliaque ex Epiſtolis [c] & Evangeliis [d] nuptiis propria praeter communionem, atque de invicem fide ſervanda commonitionem. *Poſtea eos aſpergat aqua benedicta & dicto, Placeat tibi ſancta trinitas, det* Benedictionem, *& legat, ut ſolitum eſt, Evangelium ſancti Joannis, In principio erat verbum,* &c. Quod autem occurrit hic, *ſi benedicendae ſint nuptiae,* ad nuptias utriuſque primas attinet & benedictionem ſacramentalem dictam. Secundis enim benedictio ejuſmodi negatur jure eccleſiae Romanae canonico [e], illoque vetuſto ; idque tametſi pars altera tantum antea conjugium iniviſſet nullum. Qua de re & in rituali Romano expreſſim monetur. Benedictio autem quae ſecundis nuptiis negatur, aliis eſt benedictio, quantum video, ſponſorum ipſorum omnimoda ; aliis ea tantum quae ſacramentalis eſt, de qua vide morem Anglicanum vetuſtum in capite proximo. Atque ſane ea de re affatim tum theologi [f] tum juriſconſulti [g] ; quibus tamen ſatis admittitur temperamentum hoc de foemina ante non benedicta. Scilicet *Limita,* inquit Carolus Antonius Theſaurus [h] juris canonici in academia Taurinenſi & Piſana dudum profeſſor, *quod hodie & generali conſuetudine ubique recepta, ſi foemina nondum fuerit benedicta, quia ipſa tunc ſit primo nubens, etiamſi maritus aliam habuerit uxorem, benedicendae erunt eorum nuptiae.* Alii tantundem. Quae autem ante ex rituali Romano afferuntur, obtinent paſſim nunc ubi Tridentina ſynodus & juſſa pontificia recipiuntur. Etiam ubi non ita illa apud pontificios recepta, nec tamen omnino rejecta, non adeo diſſimiles habentur nuptiarum ritus. De Galliis conſulas Laurentium Bochellum [i]. De ſeptentrionalium ritibus vide Olaum Magnum [k]. Caeterum in Archiepiſcopali Bononienſi a Gabriele Palaeotto cardinali atque archiepiſcopo Bononienſi edito [l] (ubi plane admittitur, *Separatim a benedictione ſponſorum matrimonium celebrari poſſe ;* & tunc, annulo tantum benedicto) *cingit parochus ſponſorum colla candido aliquo velo, ad inſtar ſtolae accommodato, & eos matrimonio jungit dicens ; N. placetne,* &c. &, conſenſu invicem ab ipſis indicato, parochus, *Ego N. parochus hujus eccleſiae vos N. & N. in matrimonio jungo, In nomine,* &c. Atque idem annulum aqua benedicta aſperſum, *ſponſo conſignat, qui eum accipiens ſtatim in dextrae manus annulari, hoc eſt quarto digito ſponſae illum ponat dicens, In nomine,* &c. Plerumque vero alibi obtinuit, ut ſiniſtrae imponeretur. Sed & advertas hic ritus dioeceſeos Leodienſis, in quibus quoniam ſunt nonnulla Anglicanae formulae vetuſtae (quam capite damus proximo) ſingulariter aut conſona aut perquam analoga, nec puto ab aliis circum vicinis ſaltem in Belgia pontificiis adeo diverſa ideo maxime eos adjicere viſum eſt. Sumuntur ex parochiali [m] Erneſti archiepiſcopi-electoris Colonienſis & epiſcopi Leodienſis quo paſtoribus praeſtanda, ſimul ex more priſtino congeſſit. Primo habetur ibi *modus celebrandi ſponſalia.* Scilicet de impedimentis, & de parentum ac propinquorum conſenſu primo interrogatis in eccleſia pastore viro & foemina, *junctis amborum dextris* paſtor dicit viro, *N. amice mi promittis coram Deo,* **Dat ghy ſult nemen voor u huiſvrouw N. in wiens handen ghy ſit leggende u handen ende eer dat die viertich daegen vorby gae iſt dat Godt ende die heilich kercke daer i consent geeft,** id eſt, *Te accepturum in uxorem tuam N. cujus in manu jam poſita eſt manu tua, idque ante quadraginta dies elapſos, ſi Deus & ſacra eccleſia conſenſum praebuerit ;* atque annuente viro, tantundem dicit foemina

[a] Synod. Trident. Seſſ. 24. [b] Et vide Andr. Piſcaram Caſtaldum in Praxi Caerem. lib. 2. §. 14. cap. 9. [c] Epheſ. [d] Matth. xix. [e] Bull. 14. Innoc. 4. in Bullarii tom. 1. p. 104. & Extr. tit. de ſecundis nuptiis. De ratione conſulas Menochiu de Arbitr. Judic. Quaeſt. lib. 2. caſ. 417. &c. [f] Vide Petr. Lombard. ſent. 4. diſt. 42. ſub finem Thomam Aq. ibidem, &c. [g] V de Covaruviam in Decret. 4. part. 2. cap. 8. §. 11. num. 2. &c. [h] De Poenis Eccleſ. part. 2. tit. Matrim. cap. 2. [i] D cret. Eccleſ. Gallic. lib. 3. tit. 8, &c. [k] Lib. 14. cap. 8, 9, & 10. [l] Bononiae 1590. part. 3. tit. de Sacram. Matrimo p. 159. [m] Leodii 1592. p. 185.

Di

Dat ghy eer viertich daegen nemen sult voor uwen man N. wiens handen, &c. id est, *Te intra quadraginta dies accepturam in virum tuum N. cujus manum*, &c. qua itidem annuente, *Et ego*, inquit pastor, *haec sponsalia & hanc vestram mutuam fidem & promissionem autoritate qua fungor, confirmo, In nomine patris ✠ & filii & spiritus sancti.* Dein de futuris nuptiis & vitae interim ratione habenda monet. In nuptiis autem seu matrimonio, ut ibi vocatur, illic celebrando, pastor in ecclesia (in quam aqua benedicta conspersi sponsi admittuntur) *sponsum ad sinistrum suum latus, sponsam ad dextram constituet; deinde annulum sibi dari a sponso petet, simul rubeas (si haberi possint) chirothecas, quibus insint tres nummuli argentei, loco arrhae sponso dandae. Annulum digito suo imponet sacerdos, & chirothecas manu servabit tantisper donec eas manui sponsae imponet.* Dein de instantibus nuptiis verba primo faciens, sponsum sponsamque de mutuo eorum uti & parentum atque propinquorum consensu interrogat, quo satis explorato, de matrimonii dignitate, usu, fine, multiplici benedictione eos alloquitur; *Et (ubi talis consuetudo recepta est) annulum benedicat in hunc modum. Adjutorium nostrum*, &c. -----*tu Domine dignare emittere bene ✠ dictionem tuam super hunc annulum, ut quae istum gestaverit sit armata virtute coelestis defensionis, ut proficiat illi ad vitam aeternam. Per Christum*, &c.

Conversus sacerdos ad sponsum & sponsam, accipiet dexteram sponsi & illi chirothecas rubeas (cui insint loco arrhae nummuli tres) imponat. Deinde manum dextram sponsae dextrae sponsi implicabit, & hic complicatas utriusque dextras stola collo dependente circumligabit, verba de mutua sponsorum promissione interim faciendo. *Tunc sponsus alta voce verba haec sacerdotem de verbo in verbum insequendo replicabit.*

Ick Jan off Henrick neme voor een vrouwe N. exprimendo nomen sponsae) die welcke hier tegenwoordich is, ende ick doen mijnen eet by 't gelove mijner zielen, op mijn deel des hemelrijck, ende by dat heilige Sacrament des doopsells, dat ick ontfangen hebbe, dat ick haer getrouw wesen sal uit geheel mijner herten, in mijn lichaem, in mijn goeden tegenwoordich ende toekomende. Ende ick sal se niet verlaeten; noch om een rijcker, noch armer, noch beter, noch erger, maer ick salse beschermen gelijck myselven, in alsulcken staet ende conditie als Godt believen sal ons te senden alle die daegen ons levens. Hierin soo bidde ick Godt ende alle die heiligen des hemels, dat sy my willen verborderen ende helpen. Amen.

Id est, *Ego Joannes seu Henricus accipio in uxorem N. quae hic praesens est, atque juro per animae meae fidem in parte mea regni coelorum, & per sacramentum illud sanctum baptismi quod suscepi, me fore ei fidelem toto corde meo, tum in corpore meo tum in bonis quae nunc possideo aut in posterum possidebo. Neque eam deseram sive pro ditiore, sive pauperiore, sive meliore sive pejore. Sed eam sicut meipsum conservabo in omnimodo statu ac conditione, qua Deus dignatus fuerit nos per totam vitam nostram. Atque Deum precor & caelorum sanctos, ut haec in re me promoveant adjuventque, Amen.*

Itidem dum utriusque tenet dextram sic, ut dictum est, complicatam & circumligatam, *ubi loci fert consuetudo*, professionem futurae societatis individuae aut *sub eadem verborum forma reciprocam sponso fidem sponsa reddit*. Ubi vero modestiae causa sponsa uno verbo consensum dare consuevit, sacerdote interogante, id fit.

Tum utriusque dexteram dissolvat sacerdos, relictis chirothecis in dextera sponsae, & annulum ex suo digito extrahens sponso tradat, tribus primis digitis manus dexterae accipiendum; & sponsi dexteram annulum tenentem sic dirigat, ut annulum in tres sponsae digitos imponat, dicendo post sacerdotem.

N. Johanna off Maria met desen rinck ick trouwe u, ick neme u voor mijn huisvrouwe, ende ick gebe in u mijn consent, in die name des vaders die ons geschaepen heeft, id est, *N. Johanna* seu *Maria, hoc annulo te despondeo, in uxorem meam te accipio, & tibi consensum meum praebeo in nomine patris qui nos creavit (dirigendo annulum per dextram sponsi in digitum sponsae pollici viciniorem & statim extrahendo)* in den name des Soons die ons verloost heeft, seu *nomine filii qui nos redemit (imponendo digito secundo a pollice & statim extrahendo)* in den name des heiligen Geests, die ons verlichten moet, *in nomine Spiritus Sancti qui nos illuminaverit (imponendo tertio a pollice digito & ibi annulum relinquendo, dextram sponsi sponsae dextrae complicet & conjungat, dicendo:*

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob vobiscum sit, vobiscum permaneat, multiplicet in vobis suam benedictionem, & ego vos conjungo in matrimonium in nomine Pa✠tris & Fi✠lii & Spiritus✠Sancti.

Deinde sponsum cum sponsa ad gradus altaris procumbere jubebit, & si nuptiae non fuerint solennes (id est, si missa ut in solennioribus non praecesserit) *& partes benedictionis capaces extiterint, illis benedicet hoc modo,*

Confirma hoc Deus, &c.
Kyrie eleison, &c. *Pater noster*, &c.
Salvum fac servum tuum, &c.

Tunc orationes binae quibus angeli Tobiae, Christi & ecclesiae nuptiarum foederis, Rachelis, Rebeccae mentio; ut in formula veteri Anglorum capite proximo ostensa.

Dein stolae e collo dependentis extremitates duas super caput sponsi & sponsae ponat & dicat:

Dominus vobiscum. R. & cum spiritu tuo. Initium Evangelii S. Johannis; & post laudes aliquot & preces, *faciendo super eos signum crucis, dicat:*

Bene✠dictio Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti, descendat super vos, & maneat semper.

Aspergat sponsum & sponsam aqua benedicta, & illum primo deinde hanc altare reverenter

verenter osculari faciat, & sic domum in pace remittat.

Benedictio autem paulo aliter fit quoties solennes (ut vocant) fuerint nuptiae, seu non sine missa praecedente.

Si autem sint bigami, vel saltem sponsa non fuerit virgo notorie, non curando de sponso, virgone sit an non, licet benedicendi non sint, tamen post nuptiarum celebrationem ad altare debent accedere, & in genua procumbere, & sacerdos hoc modo orare debet. Scilicet primo dicit Psalmum CXXVIII. & tunc preces aliquot solennes. *Tum aspergantur aqua benedicta, & vir osculetur medium altaris & postea mulier, & recedant.* Sic rituale illud Leodiense, cui satis est (si chirothecas rubeas aliaque aliquot minoris notae tollas) consona formula illa quae est ecclesiae Argentinensis in Agendis [a] ejusdem ab Joanne episcopo edita. Ad fores templi afferuntur sponsi, ubi de re matrimoniali habita oratiuncula, annulus aut arra alia benedicitur. Atque mutuo in matrimonium consensu dato *accipit sponsus annulum vel arrham de manu sacerdotis, & imponat in quartum digitum (scilicet annularem) manus sponsae dicens :*

N. mit disem ring, oder gottsheller, oder gotts pfening, vertraw und vermehle dich mir. Im namen Godt des Vatters, des Sons und des heiligen Geistes.

Id est, *N. cum hoc annulo, seu arra (sive obolo) sive denario te mihi despondeo & in matrimonium conjungo. In nomine Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti.*

Postea jungat sacerdos amborum dexteras & jubeat sponsum dicere.

N. Ich neme dich zu meinem ehelichen weib.

Id est, *N. ego accipio te in uxorem meam mihi copulatam.*

Deinde sponsam.

N. Ich nimme dich zu meinem ehelichen mann.

Id est, *N. ego accipio te in virum mihi matrimonio conjunctum.*

Deinde sacerdos partem stolae manibus illorum circumvolvat & dicat :

Ideo matrimonium per vos contractum confirmo, ratifico & benedico. In nomine Pa✠tris & Fi✠lii, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Tunc aqua lustrali inspersi sponsi in ecclesiam a sacerdote introducuntur & missa celebrata, procumbunt ad altare & benedicuntur, nisi bigami fuerint, ut in jam dictis. Ita ex Belgio & Germania etiam specimina attulimus bina, quibus opinor reliqua non ita dissona. Alia autem atque alia sunt verba sponsalitia ritusque pro regionum Christianarum varietate. Etiam & in *sacerdotali* [b] *ad consuetudinem Romanae ecclesiae aliarumque ecclesiarum ex apostolicae bibliothecae ac sanctorum patrum jurium sanctionibus & ecclesiasticorum doctorum scriptis ad optatum quorumcunque sacerdotum commodum, collecto atque summorum pontificum autoritate multoties approbato, summa nuper cura juxta Tridentini concilii sanctiones emendato & aucto,* diversa sunt non pauca in formula sponsalitia nuptialique ab eis quae in rituali Romano habentur. Ibi tam arrae quam annulus. Et non solum hic sed & illae benedictae. Velum unicum induitur sponsorum spatulis, ad altare procumbentium. Et post missam celebratam, *Sacerdos, ubi consuevit, benedicit panem & vinum dicens vers. Adjutorium nostrum,* &c. *Deinde in altari frangat panem, & det unam partem sponso & aliam sponsae. Et sic etiam de vino. Et postea aspergantur aqua benedicta.* Impositis tunc in eorum capita manibus, preces fundit ac benedictiones, ac principium Evangelii dicit S. Johannis, *Quo dicto aufert velum ab eis, & dicit Ambulate in pace.*

CAP. XXVII.

Formulae ritusque veteres recentioresque in Anglia (alibi item) & de dotandi in ipsis sponsalibus in Anglia jure vetusto singularia quaedam. De ecclesiarum item quae jugum pontificium exuerunt aliarum more. Etiam de Mahumedanorum.

Habetur in rituali Anglicano vetusto, *quod Manuale secundum usum Sarum* seu Sarisburiensem, nuncupatur, *Ordo ad faciendum sponsalia,* ubi, adstantibus viro & muliere *ante ostium ecclesiae coram Deo, sacerdote & populo, viro a dextris mulieris & muliere a sinistris viri,* post solennem de impedimentis quaestionem habitam (praeeunte semper trina per singula festa antecedentia de impedimentis denuntiatione) *interrogat sacerdos dotem mulieris, videlicet arras sponsales; & dicuntur arrae annuli, vel pecunia, vel aliae res dandae sponsae per sponsum, quae datio subarratio dicitur; praecipue tamen quando fit per annuli dationem: & tunc vulgariter desponsatio vocatur. Postea dicat sacerdos cunctis audientibus in lingua materna:*

N. vis habere hanc mulierem in sponsam, & eam diligere, honorare, & custodire sanam & infirmam, sicut sponsus debet sponsam, & omnes alias propter eam dimittere, & illi soli adhaerere quamdiu vita utriusque vestrum duraverit?

Respondeat vir, VOLO. *Item dicat sacerdos ad mulierem :*

N. vis habere hunc virum in sponsum, & ei obedire & servire, & eum diligere, honorare ac custodire sanum & infirmum, sicut sponsa debet sponsum, & omnes alios propter eum dimittere, & illi soli adhaerere quamdiu vita utriusque vestrum duraverit?

Respondeat mulier, VOLO.

Deinde detur foemina a patre suo vel ab amicis ejus; quae si puella sit, discoopertam habeat

[a] Coloniae 1590. pag. 156.

[b] Venetiis 1576.

at manum; si vidua, tectam quam vir reci-... at in Dei fide & sua servandam, sicut vovit ... ram sacerdote, & teneat eam per manum ... xteram in manu sua dextera, & sic vir det ... em mulieri per verba de praesenti, ita dicens ... cente sacerdote.

I N. take the N. to my wedded wife, to have ... d to hold fro this day forward, for better for ... ors, for richer for poverer, in syknesse and in ... lle tyl dethe us depart, if holy church it woll ... daine, and thereto I plight the my trouthe.

Id est (neque enim in rituali hoc Latine ver-... tur) *Ego N. accipio te N. in uxorem mihi nup-... m, habendam & tenendam a die hocce in fu-... rum, sive melior fueris sive pejor, sive ditior ... e pauperior, in aegritudine & in salute, us-... e dum mors nos disjunxerit; si sancta eccle-... hoc ordinaverit* (quod opinor significat, si ... ictio aliqua ecclesiastica non refragetur) *atque ... hanc rem do tibi fidem meam.*

Manum (sic rituale) *retrahendo deinde dicat ... lier docente sacerdote,*

I N. take the N. to my wedded hous-... bnder, to have and to hold fro this day for-... ard, for better for worse, for richer for poverer, ... i syknesse and in hele, to be benere and burum ... i bedde and at borde till dethe us depart, if ... ly church it woll ordaine, and thereto I ... ight the my trouthe.

Id est (neque vero haec Latine redduntur in ... uali) *Ego N. accipio te N. in maritum mihi ... nulio conjunctum habendum & tenendum a ... e hocce in futurum, sive melior fueris sive pe-... , sive ditior sive pauperior, in aegritudine & ... salute, atque ero officiosa ac obediens in thoro ... ad mensam usque dum mors nos disjunxerit, ... sancta ecclesia hoc ordinaverit, atque in hanc ... n do tibi fidem meam.*

Deinde ponat (sic rituale) *vir aurum, argen-... m & annulum super scutum vel librum. Et ... aerat sacerdos si annulus antea fuerit benedic-... vel non. Si dicatur quod non, tunc bene-... at sacerdos annulum hoc modo cum* DOMINUS ... BISCUM *& cum* OREMUS.

Oratio.

Creator & conservator humani generis, da-... gratiae spiritualis, largitor aeternae salu-... , tu Domine mitte benedictionem tuam super ... nc annulum, ut quae illum gestaverit sit ar-... ata virtute caelestis defensionis, & proficiat ... ad aeternam salutem. Per Christum &c.

Oremus.

Bene✠dic Domine hunc annulum, quem nos ... tuo sancto nomine benedicimus, ut quaecun-... e eum portaverit in tua pace consistat, & in ... a voluntate permaneat, & in tuo amore vi-... t & crescat & senescat & multiplicetur in ... gitudinem dierum. Per Dominum, &c.

Tunc aspergatur aqua benedicta super annu-... n. Si autem antea fuerit annulus ille bene-dictus, tunc statim postquam vir posuerit annulum super librum, accipiens sacerdos annulum tradat ipsum viro, quem vir accipiat manu sua dextera cum tribus principalioribus digitis; a manu sua sinistra tenens dexteram sponsae, docente sacerdote dicat:

With this ring I the wed, and this gold and sylver I the give, and with my body I the worshipe and with all my worldely chatel I the endowe.

Id est (neque enim hoc Latine in rituali illo vertitur) *annulo hocce te subarro, atque aurum & argentum hoc tibi dono, ac corpore meo te dignor & omnibus catallis meis hujus seculi te doto.* De *catallis* mox plura.

Et tunc (pergit rituale) *proferat sponsus annulum pollici sponsae dicens, In nomine Patris; deinde secundo digito dicens, & Filii; deinde tertio digito dicens, & Spiritus Sancti; deinde quarto digito dicens, Amen, ibique dimittat annulum, quia in medico est quaedam vena procedens ad cor. Et in sonoritate argenti designatur interna dilectio, quae semper inter eos debet esse recens.*

Deinde inclinatis eorum capitibus dicat sacerdos BENEDICTIONEM *super eos benedicti✠sitis a Domino, qui fecit mundum ex nihilo. Amen.*

Post Psalmi LXVIII. versus 28, 29, & 30. orationes aliquot alias & benedictiones, *intrent ecclesiam usque ad gradum altaris, & sacerdos eundo cum suis ministris dicat* Psalmum CXXVIII. & post doxologiam & quae eam solent comitari, prostratis sponso & sponsa ante gradum altaris, orationes aliquot & benedictiones congeneres adhibentur.

Finitis orationibus quae dicebantur super eos prostratos ad gradum altaris, & introductis illis in presbyterium, scilicet inter chorum & altare ex parte ecclesiae australi & statuta muliere a dextris viri, videlicet inter ipsum & altare, incipiatur officium (Missae scilicet) ------- *Et prosternat se sponsus & sponsa in oratione ad gradum altaris, extenso super eos pallio, quod teneant quatuor clerici per quatuor cornua, in superpelliciis, nisi alter eorum prius fuerit desponsatus & benedictus: quia tunc non habeatur pallium super eos, nec dicatur sacramentalis benedictio*; nimirum benedictio aliqua cujus verba mysterium sponsaliorum inter Christum & ecclesiam suam designent. Haec enim secundis nuptiis [a] negata, ut superius monitum est. *Quia caro benedicta trahit ad se* (sic rituale etiam hoc) *carnem non benedictam.* Caro scilicet primis in nuptiis benedicta. Verum in Anglia olim sub Edwardo tertio rege [b] quamplurimi sacerdotes etiam secundis nuptiis benedictionem adhibuerant sacramentalem, unde etiam Romam convolabant ut suspensionis, quae inde contracta, relaxationem a Joanne Papa XXII. impetrarent.

Post missam (inquit rituale) *benedicatur panis & vinum vel aliud quid potabile in vasculo, & gustent in nomine Domini sacerdote dicente, Dominus vobiscum, Oremus.*

[a] Vide Excerpt. Egberti arch. Eborac. cap. 89.

[b] Anno 1321.

Oratio.

Bene✠dic Domine panem istum & hunc potum & hoc vasculum, sicut benedixisti quinque panes in deserto & sex hydrias in Chanaan Galileae, ut sint sani & sobrii atque immaculati omnes gustantes ex eis; Salvator mundi, qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus.

Et sequuntur item benedictiones singulares cubiculi sponsalitii ac lecti ipsorumque in lecto sponsorum, nocte sequente peragendae. Tum coemptionis autem veteris tum confarreationis vestigia in hisce manifesta nemo non videt, ut in aliis superius allatis. Obtinuit vero haec formula nubendi in Anglia antequam sub Edwardo rege sexto sub annum Christi 1549. aliquantulum ut mox dicetur mutata est. Scilicet plerumque in Angliae australioribus seu Cis-trentanis, ubi ordo ille Sarisburiensis maxime in usu. Habebatur autem similiter in septentrionalioribus seu Trans-trentanis *Manuale secundum usum ecclesiae Eboracensis*, cujus quidem ordo in sponsalibus non ita diversus, sed diversus tamen. Rogat ibi sacerdos sponsum :

N. Wilt thou have this woman to thy wife and love her, and kepe her in sykness and in helthe and in all other degrese be to her as a husbande shulde be to his wife, and all other forsake for her, and hold the only to her to thy lives ende.

Id est, *N. visne habere foeminam hanc tibi in uxorem, & eam amare, & conservare in aegritudine & salute & in omnibus aliis gradibus ei esse, ut maritum esse oportet uxori suae, & omnes alias pro ea deserere, atque ei solum adhaerere, usque ad vitae finem.* Adsensum praebente viro, tunc foeminae :

N. Wilt thou have this man to thy husbande, and to be buxum to him, serve him and kepe him in sykness and in helthe, &c.

Scilicet *N. visne habere virum hunc in maritum tuum atque obediens ei esse, ei servire, eum conservare in aegritudine & salute*, &c. Ut in eis quae sponso dicta sunt. Annuente illa, idem facit sacerdos quod in ordine habetur Sarisburiensi, & dein fidem dat sponsus sponsae dexteram tenens, verbis hisce, praeeunte sacerdote :

Here I. take the N. to my wedded wife, to have and to hold at bedde and at borde, for fairer for fouler, for better for warse, in sekeness and in hele, tyl dethe us depart. And thereto I plyght the my trouthe.

Nimirum, *Ecce ego accipio te N. in uxorem meam matrimonio conjunctam, habendam & tenendam ad thorum & ad mensam, sive pulchrior fueris sive invenustior, sive melior sive pejor, in aegritudine & in salute, usque dum a morte separabimur. Atque inde fidem meam tibi do.*

Sponsa item, a sacerdote edocta, *Ecce ego te accipio in maritum meum matrimonio conjunctum, habendum & tenendum sive pulchrior*, &c. ipsissima nempe, quae usus erat sponsus verba. Benedicitur dein annulus & imponitur, ut in Sarisburiensi, digito quarto. Sed non liquet dexterae an sinistrae manus. Adjicitur autem in rubrica *Ibi dimittat annulum secundum decretum* 30 *Quaest.* 5. Scilicet juxta illud quod in Gratiano[a] habetur ex Nicolai Papae primi ad Bulgaros responso supra aliquoties memorato. Imposito annulo, non inter imponendum, dicit sponsus docente sacerdote :

With this ring I wedde the, and with this gold and silver I honoure the, and with this gyft I honoure the.

Statim sequitur, *Sacerdos interroget dotem mulieris. Si terra ei in dotem detur, procidat illa ad pedes viri, & dicat sacerdos* versus illos 28, 29, & 30. Psalmi LXVIII. quibus orationibus aliquot adjectis, *aspergantur & introducantur in ecclesiam*, ubi *ad gradum altaris prosternantur.* Missa dein celebratur, *illis genuflectentibus sub pallio super eos extento, quod teneant duo clerici in superpelliceis.* Benedictio accedit sed non sacramentalis, nisi nuptiae sint primae. Et post sacra alia solennia, *surgunt ab oratione sponsus & sponsa. Et accipiat sponsus pacem a sacerdote & ferat sponsae osculans eam & neminem alium nec ipse nec ipsa. Sed clericus statim a presbytero pacem* accipiat *& ferat aliis sicut solitum est.* Nocte sequenti item benedicitur thalamus, & aspergitur, & orationibus aliquot habitis, *secundum morem antiquum thurificantur thorus & thalamus.* Sic ordines illi Sarisburiensis & Eboracensis qui seculorum sunt vetustiorum. Tunc igitur ad ostium ecclesiae nec interius sponsalia, juxta ante dicta, iniri solita. At praeter aurum, argentum ac annulum atque generalem illam dotandi bonis mobilibus in Sarisburiensi rationem, accedere subinde solebat singularis ibi dotatio, qua sponsae assignabantur in dotem seu donationem propter nuptias praedia aliquot aut fundi, quos mortuo marito petere licuit viduae actione dotis, nomine fundi *ad ostium ecclesiae*[b] assignati, quod passim in commentariis juris nostri occurrit. Sed mos ille ibi sic dotandi diu abhinc exolevit. Certe dotatio ad ostium ecclesiae haec plane consona est periochae ordini Romano de benedictione sponsarum superius praefixae. Neque alibi quam *in facie ecclesiae & ad ostium ecclesiae* atque *ante desponsationem in initio contractus* (ut jurisconsulti nostri veteres aiunt) sic fundi dos legitima assignari[c] potuit. Et quantum video seculis vetustioribus plus quam pars fundi quem jure optimo possidebat sponsus seu pater ejus aliusve propinquus (nam & patris ibi assensus uti & aliorum propinquorum[d] dotem reddidit legitimam) tertia assignanda non[e] erat, quae scilicet dos est ex jure nostro viduae competens etiam sine dotatione aliqua expressa praceunte. Pars autem minor rite potuit assignari. Etiam & Scotorum

[a] Caus. 30. Quaest. 5. cap. 4. [b] Regist. Orig. fol. 170. b, &c. [c] 10. Hen. 3. tit. Dower 200, & 201. Bracton. lib. 2. cap. 39. tit. de Actione dotis, cap. 9. Britton. cap. 101, &c. [d] Bracton lib. 4. tit. de Actione dotis, cap. 10. [e] Glanvil. lib. 6. cap. 1. Bracton locis citatis. Hengham parva, cap. 2, &c. [f] Regiam Majestatem, lib. 2. cap. Dos autem, &c.

mor

nores vetuſti Anglicanis hic conſoni. Atqui do-alis ejuſmodi fundi in Sariſburienſi mentio nulla, ed tantum bonorum mobilium ac ejuſmodi ſo-um immobilium, quorum jus termino ſeu ſpatio aliquo annorum coercetur. Id quod innuitur ver-bis illis **with all my worldly chatel I thee endow**, *omnibus catallis meis hujus ſeculi* (ſeu *quae poſſi-deo ipſe*) *te doto.* Ita ſcilicet τὸ chatel intelli-gendum; tametſi interea haud ſim ignarus *capi-talia* [a] unde *catalla* & chatel, ſubinde olim ſumi pro bonis omnimodis, tam immobilibus adeoque praediis quocunque jure poſſeſſis quam mobilibus. Sed diu obtinuit & jam per multa ſecula vocabuli in jure noſtro ſenſus ſolus qualem diximus, unde diſtinctio obvia *catallorum realium & perſona-lium*, quorum haec bona mobilia, illa praedia non aliter quam ad certum annorum aliquem termi-num poſſeſſa ſignificant. At vero, anne ideo bo-na ejuſmodi omnia uxori revera in dotem cede-bant? nihil minus. Etiam in Canuti regis legi-bus [b] ante ſexcentos ferme annos latis ſi quis in-teſtato deceſſerat, *judicio domini* (fori nempe cui ratione feudi fundive aliter poſſeſſi aliterve legitime ſuberat) beo ſeo æhte geſcyft ſwiþe rihte. wife. ⁊ cildan. ⁊ neh magon. ælcum be þær mæþe ðe him to gebyrige, *Diſtribu-antur bona ejus uxori, liberis & cognatione prox-imis juſte ac pro rata.* Et in legibus Guilielmi primi [c], *Si home mort ſans deviſe, ſi departent les enfans l'erite entre ſe per uwel.* Ubi *l'erite* ſeu *haereditas* non tam de fundis, ut apud nos nunc vulgo, quam de bonis quae *catalla*, ut an-te, dicuntur, videtur ſumendum. Praeterea in *magna* quam ita dicimus *charta* ab Henrico ter-tio rege promulgata, verba habentur haec de be-neficiario regis defuncto; *Si* [d] *nihil nobis debeatur ab ipſo, omnia catalla cedant defuncto* (ita diſ-ponantur ut voluit ille) *ſalvis uxori ejus & pu-eris ſuis rationabilibus partibus ſuis.* Quibus in ea [e] quam ante conſignaverat Joannes rex Hen-rici jam dicti pater, uti & in exemplaribus ali-quot priſcis Henricianae, adjicitur, *Si aliquis li-ber homo inteſtatus deceſſit, catalla ſua per ma-nus propinquorum, parentum, & amicorum ſuo-rum, per viſum eccleſiae, diſtribuantur, ſalvis unicuique debitis quae defunctus ei debebat.* Ad uxorem igitur ex ejuſmodi dotatione nunquam at-tinuere bona cuncta. Atque ſatis conſona ſunt haec legibus [f] moribuſque recentioribus atque ip-ſis quibus etiamnum utimur. Admiſſumne igitur, etiam ut in ipſis ſacris dotationis ejuſmodi for-mula, data ſolenniter fide, ita prolata, in nihi-lum plane recideret ſeu in fumum evaneſceret? Neque omnino. Res ſcilicet ſe ita habuit. Ob-tinuit olim jus, ſaltem juris apud noſtros opinio olim celebris, ut mortuo marito, tam prole quam uxore ſuperſtite, tum tertia etiam *catallorum* (qualia diximus) parte tum fundi optimo jure poſſeſſi, ſeu in quem liberi ex ea ſuſcepti jure ſuccedere poſſent, dotaretur uxor; etiam & *ca-tallorum* parte dimidia, ubi nulla proles ſuperſtes. Expreſſiſſima ſunt juris hujus, velut olim recep-tiſſimi, veſtigia apud Ranulphum de Glanvilla [g], Henricum de Bractona [h], Fletae autorem [i]. Ei-norum poſteriorum qui annis abhinc amplius tre-centis quinquaginta floruere, verba ſunt: *Haere-ditas* (rerum ſcilicet mobilium) *dividatur in tres partes, quarum una pars relinquatur pueris ſi pueros habuerit defunctus, ſecunda uxori, ſi ſuper-ſtes fuerit, & de tertia parte habeat teſtator li-beram diſponendi facultatem. Si autem liberos non habeat, tunc medietas defuncto, & alia me-dietas uxori reſervetur.* Atque paulo poſt, *Et ea quae dicta ſunt locum habent & tenent, niſi ſit conſuetudo quae ſe habeat in contrarium, ſicut in civitatibus, burgis & villis*; aliquibus ſcilicet, ubi pars alia, ſed certa interim, ad uxorem attine-ret, etiam & ſubinde (ut in jure item Caeſareo [k]) totum. Atque ejuſmodi mos ſane non infrequens in regionibus hiſce ſeptentrionalibus [l]. Afferun-tur quidem Bractonii verba ab juriſconſultis noſtra-tibus celeberrimis [m], quaſi is contrarium plane ſta-tuiſſet, adeoque affirmaſſet bonorum mobilium partem omnino nullam ad liberos aut uxorem at-tinere, praeter id quod eis ſpecialiter relictum. Alii [n] etiam pro conſilio illud de diſtributione tri-plici ibi ſumunt, non pro praecepto ſeu certo ju-ris effato. Et verum quidem eſt ſequi apud Brac-tonium non ita multo poſt verba quae jam dictis refragantur; uti & totidem pariter apud Fletae autorem. Sed manifeſtum eſt apud utrumque afferri iſta, ut quae aliorum quorundam opinionem diverſam indicent, non omnino ipſorum auto-rum. Expreſſim interſeritur *ut quidam dicunt.* Unde ſane palam fit, tum pro jure Anglicano tunc certo exploratoque opinionem ſuam tradi-diſſe binos illos autores ſane ſui aevi illuſtres, tum eam tunc temporis juris aliquatenus controverſi fuiſſe; ita tamen ut receptior illa haberetur affir-mativa. Certe in provincia Eboracenſi [o] etiam-num a priſcis ſeculis obtinet jus ejuſmodi. Et de jure hic uxorio certum eſt aliter atque aliter poſt Bractonium juriſconſultos ſtatuiſſe. Aliis ejuſdem ſententiam amplexantibus, aliis nihil de parte certa citra ſingularem provinciae, in qua mortuus eſt vir, ſtatuentibus. Neque hac de re ita rara ſunt in annalibus juris noſtri teſtimo-nia. Quid quod proximo poſt Bractonium ſeculo *mulier* [p] *felonice interfecit maritum ſuum & fu-git, & omnia bona quae fuerunt in domo inven-ta vel extra ut in bladis creſcentia confiſcantur*; quaſi uxori ſuperſtiti bona ejuſmodi ceſſiſſent univerſa. Sed hoc mirum ſatis nec admitten-dum, niſi de more aliquo loci alicujus ſumatur ſingulari [q] quo in viri defuncti bona omnia ſuc-cederet uxor. Atqui nec ſub annum 1420. plane exoleverat opinio illa de tertia certave uxoris par-te ex jure apud nos communi, quod ſatis liquet apud Guilielmum Lindwodum [r] juris utriuſque doctorem tunc illuſtrem. Sed tandem plane eva-

[a] Videſis Henric. Spelman. in Gloſſ. verb. Capital. & Catalla. [b] Cap. 68. [c] Cap. 36. [d] Mag. Chart. cap. 18. [e] Apud Matth. Paris anno 1215. & in ipſo autographo in bibliotheca Cottoniana, alibique & vide Bracton lib. 2. cap. 26. §. 2. Fletam lib. 2. cap. 57. [f] 31 Edw. III. cap. 11. 21 Hen. VIII. cap. 5. [g] Lib. 7. cap. 5. & lib. 12. cap. 20. [h] Lib. 2. cap. 26. §. 2. [i] Lib. 2. cap. 57. & videſis Fitz Herbert. Nat. Brev. fol. 122. b. & 31 Hen. VIII. Brook. tit. Rationabili part. 6. [k] C. L. unic. tit. Unde vir & uxor. [l] Vide Olaum Magn. lib. 14. cap. 9. Regiam Majeſtatem lib. 2. &c. [m] Edwardus Coke in Inſtit. Juris lib. 2. fol. 33. [n] Jo. Cowellus Inſtit. Juris lib. 2. tit. 13, §. 2. [o] Hen. Swinborn. de Teſtamentis part. 3. §. 16. [p] 8 Edw. II. Itin. Canc. Fitz Herb. tit. Corone. 423. [q] Vide Guil. Lindwod. in tit. de Teſtamentis c. ſtatutum, ver. defunctos. [r] Loco citato.

nuit

nuit opinio illa de certa ex jure communi uxoris parte, ita tamen ut uxoris nomine pars aliqua haereditatis mobilis seu *catallorum* ei assignari soleret atque adhuc soleat a judice, cujus rerum ejusmodi cognitio est, idque pro locorum, morumque, ac prolis proximiorumque numeri atque aeris alieni a defuncto contracti discrimine vario. *Omnibus* igitur apud nos *catallis dotare* (cujus interim formulae vetustas nondum mihi explorata ; nec in libris ritualibus Anglicanis quos vidi antiquioribus ea uti nec ordo sponsaliorum aut matrimonii reperitur) non aliud videtur quam dotale ejusmodi jus uxori in omnibus non tam constituere quam declarare (nam ex eo quod simpliciter uxor erat, jus hujusmodi ei competebat) ut inde tum alimenta, si ea contra quam poscit foedus conjugale negaverit vir, durante matrimonio jure quiret exigere [a], atque insuper *dotis catallorum,* quae mortis tempore remanerent, nec aliter, nomine partem qualem diximus, sive tertiam sive aliam (*rationabilem* vocitant) sive, ut subinde pro more loci, universa superstes posset actione petere, & alimenta [b] per dies a morte viri quadraginta ex ejusdem bonis capere, quae pars juris est quam *quarentenam* vocitamus. Quin vero interdum certa nummorum summa ad ostium ecclesiae in dotem assignabatur, quam ab eo qui in bona mobilia viro successit, uxor superstes rite petebat. Prisca est formula in registro quod vocamus *Cancellariae* edito [c], *Praecipe A. quod reddat B. quae fuit uxor C. viginti marcas, quas idem C. quondam vir ipsius B. ei assignavit ad ostium ecclesiae quando eam desponsavit.* Et in vetusto penes me ante quadringentos annos scripto, *Rex ballivis Winton. salutem. Praecipimus vobis quod justicietis A. quod juste & sine dilatione reddat B. quae fuit uxor C. centum marcas quas praedictus C. ei assignavit in dotem ad ostium ecclesiae, quando eam desponsavit, unde nihil habet ut dicit,* &c. Atque ut dotata fundis ad ostium ecclesiae, majorem seu aliam superstes partem petere nequibat, ita nec ea quae certa pecuniae summa aliisve bonis mobilibus sic dotata, quale dotandi jus maxime in nobilioribus aliquot urbibus obtinuit. Sic Bractonius [d], & Fletae autor [e], praeter Gilbertum Thorntonium [f] qui *capitalis Angliae justitiarius* Bractonium in compendium redegit, de suo interdum etiam adjiciens anno Edwardi regis primi vicesimo, id est, Christi 1292. Codex puto est rarissimus. Sed manu scriptum etiam ipso Thorntonii aevo penes me habeo ; libro secundo nimis manco. At vero diu est quod & dotandi formula haec (quae puto infrequens fuit, nisi in pecunia data sponsae, cujus meminere ritualia jam ante citata, ejusdem aut reliquias haberi aut imitationem existimes) ac omnimodae aliae ad ostium ecclesiae in desuetudinem plane abiere, uti & ipse sponsaliorum ibi celebrandorum ritus, qui olim receptissimus ; unde Galfredus Chaucerus qui sub Edwardo tertio floruit, de uxore sua Bathoniensi :

Shee was a worthy woman all hir live,
Husbands at the church doze had she five ;

Id est, *foemina erat quamdiu vixit celebris, & ad ostium ecclesiae quinque maritos acceperat.* Praetereundum autem non est apud Anglo-Saxonas nostros sub annum Christi 940. seu tempore Edmundi regis [g], superstiti uxori sine liberi partem bonorum mariti dimidiam, cum liberi etiam, dum innupta manserit, omnia cessisse ; & vide infra caput proximum sub finem. Caeterum in novatione seu reformatione ordinis matrimonii inter alia celebrandi pristini prima, scilicet parlamentaria sub Edwardo rege sexto [h] vi & mulier primo in corpus seu medium ecclesia veniunt, nec ad ostium, ut ante, stant. Ibi presbyter quaestione de impedimentis ut ante rit habita, utrumque de consensu interrogat juxt quae in Sarisburiensi ; hujusmodi tantum in interrogatione utraque habito discrimine ; *Vis & in sponsam ut simul vivatis juxta Dei ordinationem in sancto matrimonii statu, & eam dili gere,* &c. Item in ipsis contractus nuptialis ve bis a viro adhibitis post illa in sicknesse and i hele sequitur hic to love and to cherish till deat us depart according to Gods holy ordinance an thereto, &c. *& ut amem & foveam usque du disjunxerit nos mors juxta sanctam Dei ordinationem. Atque in hanc rem,* &c. In eis au tem quibus sponsa utitur, post eadem verba t love cherish and to obey till death us depai according, &c. *ut amem, foveam & obediens si usquedum mors nos disjunxerit juxta,* &c. I junguntur, dum haec proferunt, dexterae, dan item sponsam sponso, aut patre aut alio propi quo amicove. Solutis autem tunc manibus, d sponsus sponsae annulum and other tokens t spousage, quae *arrae sponsales* in Sarisburien dictae, atque in librum ponit, unde annulum su mens presbyter tradit sponso, ut illum digit sponsae manus sinistrae (non, ut puto ante, dex terae) quarto induat. Quod facit, presbyter praeeunte ac respondente sponso ut in Sarisburiensi. Hoc tantum interest ; hic pro voce Chatt substituitur Goods, id est, *Bona.* Sequitur oratio, ut sponsos benedicat Deus, atque ut quemadmodum Isaac & Rebecca, post armillas & monilia aurea invicem in matrimonii arras data, fideliter simul vivebant, ita & hi pactum server suum, cujus annulus hic datus & acceptus est ar & pignus. Dein junctis iterum dextris ait presbyter, *Quos Deus conjunxit nemo separet ;* & coetui adstanti, *Cum N. & N. in sponsalia con senserint idque testati sint coram Deo & ho coetu, atque eam in rem fidem invicem dederin quod & declararunt per dationem acceptionem que auri & argenti & manuum conjunctionem pronuntio ego eos esse virum & uxorem conjunc tos. In nomine Patris,* &c. Sequuntur bene dictiones aliquot nec sine crucis signatura, cu Psalmis, ac Evangelii epistolarumque partibus nu

[a] Registr. Ms. Winchelsey Arch. Cant. fol. 174. sub annum 1300. &c. [b] Mag. Chart. cap. 7. Bract. lib. 2. cap. 40. & Fleta lib. cap. 23. [c] Regist. Orig. fol. 170 b. [d] Lib. 2. cap. 26. & 39. [e] Lib. 2. cap. 57. & lib. 5. cap. 2 [f] De Legibus & Consuetud. Angliae lib. 8. cap. 6. [g] Vide Henric. Spelman. in Conciliis Orbis Brit. pag. 425. & 426. & Archaeonomiam G. Lambardi Edit. Cantabrig. 1644. pag. 60. [h] Londini 1549. & vide Martin. Bucer. in Script. Anglicanis pag. 448. Stat. 2. & 3. Ed. 6. cap. 1.

ti

ti propriis. Etiam ut euchariftia eis adhibeatur c)reffim praecipitur.

'Haud autem praeterierat biennium aut circi- t a[a], cum autoritate itidem parlamentaria, ut a- l in Liturgia Anglicana, fic & in ordine ma- t nonii celebrandi jam dicto quaedam mutaren- t . Ubi enim prima annuli mentio, expunge- t atur *Arrae aliae fponfalitiae aurumque & ar- g itum.* Item claufula illa, **This gold and silver thee give**, in annuli impofitione, praetermit- t ır, caeteris retentis. In oratione autem qua l'aci & Rebeccae mentio, expungitur illud de a nillis & monilibus. Et quod fequitur in pro- r ntiatione presbyteri de auro & argento dato a :ceptoque, hic eft, *Per dationem acceptionem- q e annuli.* Reliqua non funt a novatione pri- m diverfa. Atque formula haec fic emendata t que ad nos obtinuit, dempto tempore Mariae r ginae, quod circa feptennium erat, quo ritua- l vetera adeoque Manuale illud autoritate item ṗ rlamentaria in ufum rediit, uti & liturgia illa I lwardi fexti in Elizabethae initiis [b] unde du- r vit. In ufum quidem academiae utriufque, Ox- c ii & Cantabrigiae, Latine tunc ea reddita eft, i que autoritate regia [c]. Sed in verfione illa, c icquid ad matrimonium attinet (utpote acade- r icis nullius ufus) praetermittitur. Ut autem i arris doteque jam dictis, manifefta funt co- e nptionis veteris veftigia, ita in libis domi nup- t libus, frumenti in fponfos fparfione, poculo f onfalitio (quae paffim ferme apud Anglos fue- r in ufu) non ita obfcurae funt confarreationis v teris reliquiae aliorumque, in moribus Judaeo- r m Paganorumque, ante memoratorum. Etiam e corona fponfae olim crebro ac paranymphi u hodieque, apud nos adhibiti. De fuo aevo l lydorus Virgilius [d], tempore fcilicet Henrici c tavi : *In Anglia fervatur, ut duo pueri, vel- t paranymphi, id eft, aufpices, qui olim pro n ptiis celebrandis aufpicia capiebant, nubentem a templum, ubi & marito facerdos benedicat, e inde domum duo viri deducant, & tertius, l o facis, vafculum aureum vel argenteum prae- f at. Spicea item corona (interdum florea) fpon- f redimita caput, praefertim ruri, ducitur, vel r anu gerit ipfam coronam; feu dum ingreditur d mum, boni ominis caufa fuper ejus caput jaci- t r triticum, quafi inde confecutura fit foecundi- t r.* Sic ille. Pontificiis autem facrificulis, qui c pitis periculo in Anglia latitant, uti & eis qui p r Scotiam & Hiberniam difcurrunt, ut Miffa- l parvum, ita etiam ordo, inter alia, matrimo- r celebrandi excufus eft [e], quo interrogationes e confenfu eaedem funt ipfae quae in rituali l omano, ac dein ipfa contractus nuptialis verba e que annuli impofitio qualis in Manuali Sarisbu- r nfi; praeterquam quod pro eo quod eft, *fi f ncta ecclefia illud ordinaverit*, legitur, *fi fanc- t ecclefia illud permiferit.* Exponuntur autem i margine illa **Bonaire and burome** per **meek & obedient**, id eft, *humilis & obfequens.* Cae- t :a funt ordini Romano & Manuali Sarisburienfi confona. Quod autem in hifce habetur, **with my body I thee worship**, a nobis verfum, *corpore meo te dignor*, ab aliis, *corpore meo te honoro* [f], nec male, redditur. Perperam vero Graece vertitur, σώματι τῷ ἐμῷ σέβομαί σε [g], *corpore meo te adoro* feu *veneror.* Tametfi enim verbum noftrum **to worship**, pro fubjecta materia fignificet *adorare* aut *colere*, uti & nomen **worship** *cultum*, quod de cultu divino paffim ufurpatur; nihilominus dum in civilibus, legitimis, feu officiofis actibus adhibentur haec, *dignari* aut *ut digno conferre* ac *dignationem* & *dignitatem* innuunt. In ec- clefiis autem Genevenfi, Hollandica, Scotica, a- liis aliquot reformatis, dos, annulus, poculum, panis, fymbola alia puto praetermittuntur omnia velut non neceffaria. Praeter parentum confen- fum, breviufcula de origine ac ftatu matrimonii commonitio, preces aliquot, contractus ipfe ver- bis conceptis utrinque in ecclefia, presbytero praeeunte, fponfalitius adhibetur, ac Novi Tefta- menti pars aliqua nuptiis accommoda, Pfalmuf- que CXXVIII. idve genus alius, pronuntiatioque presbyteri infuper publica, virum & mulierem ex hujufmodi contractu fieri, juxta ordinationem di- vinam, maritum & uxorem.

Etiam apud Mahumedanos (quorum ritus ex Ebraeorum, Paganorum, Chriftianorum fumpti) coemptionis fponfalitiae ufus. De Turcis Anto- nius Geufraeus [h], *Mulieres ipfis dotem non ad- ferunt, fed viri patri ac matri pecunias donant, ut filias ipfis elocent, magnaque feftivitate nup- tias celebrant.* Quod & Alcorano fatis eft con- fonum. Mahumedanorum autem Africanorum nuptiae fic a Joanne Leone Africano [i] defcribun- tur: *Circa matrimonium haec fere fervatur re- gula. Ubi pater filiam cuidam defpondet pro- co, mox in templum itur; fponfum & fponfam comitantur parentes & confanguinei, duo item accerfuntur notarii, qui praefentibus omnibus pacta dotemque confcribunt. Qui mediocris for- tunae funt, filiae triginta aureos in dotem enu- merant, cui ancillam quindecim aureis emptam adjungunt, praeterea & telam verficolorem feri- co intertextam cum aliis quibufdam panniculis ex ferico confectis, quos in capite pepli loco geftare folent. Deinde & par calceorum arti- ficiofe atque eleganter confutorum, duo item foc- corum paria elegantiffima, multas quoque cleno- dias argenteas, aut ex alia quavis materia fa- brefactas, ut funt pectines, fuffimenta, ventila- bra, aliaque iftiufmodi, quae mulieres maxime habent in pretio.* Taxata autem illa dos fae- pius augetur pro arbitrio parentis. Raro tamen in ea domus, vinea, aut ager. Sed veftes, lec- ti, id genus alia, quae a patre filiae, non a viro fponfae dantur. Deductio fequitur in domum, nec fine facibus, & fponfa matri fponfi traditur. *Quam primum vero fponfa cubiculum ingreditur, maritus pede fuo uxoris pedem tangit, ftatim- que ambo recluduntur.* Epulae dein nuptiales, aliaque pro fponforum conditione folennia varia.

Londini 1552. Stat. 5. & 6. Ed. 6. cap. 1. [b] Stat. 1. Elizab. cap. 1. [c] Rot. Pat. 2. Eliz. [d] De Invent. Rerum l 1. cap. 4. [e] Duaci 1626. [f] Apud Bucer. in Script. Anglicanis pag. 443. & in Latina Liturgiae verfione nupera. g ιτυργία Βρεταννική Londini 1638. [h] In Aula Turcica lib. 2. [i] De Script. Afric. lib. 3. cap. Qui in matrim. confecrandis, . De Morifchis Jacobus Bleda in Defenf. Fidei cap. 14. Indic. 87. Quamvis in facie ecclefiae matrimonium contrahant, non reputant verum matrimonium, donec expletis cunctis fectae ceremoniis, domum propriam, aut conductam, aut alias ambo fimul habitent.

CAP. XXVIII.

De benedictione nuptiali sacrorumque in matrimonio celebrando ministrorum sive jure sive usu, qua sive patrum testimoniis, sive sanctionibus pontificiis aut synodicis subnititur.

MAnifestum est ex ante ostensis sacra nuptialia ipsamque velut contractus consecrationem ac benedictiones nuptiis Christianorum passim adhiberi solitas, atque a sacrorum ministro, eoque saltem presbytero, publice peragi, nec sine eucharistiae saepius communione, ut in occidentis moribus. A qua in oriente arcentur, ut dictum est, digami per biennium. Quin & a nonnullis [a] sancitur nuptias non celebrandas omnino die, quo habetur coena Domini. Quamquam etiam dotis assignatio, arrarum usus, ritusque veteres, velut non necessarii, alii, aut saepius praetermissi, aut pro arbitrio admissi, aut ut alicubi aboliti sunt, nihilominus tum in occidente passim (idque non magis apud pontificios quam reformatos) benedictionis sacrae ac celebrationis nuptialis a ministro sacro peragendae usus obtinet ac per plurima obtinuit secula, tum in oriente, ubi sacra nuptialia nomine τῆς τελείας ἱερολογίας *benedictionis nuptialis* & ἱεροτελεστίας continentur. Neque enim recte vertunt viri docti *benedictionem perfectam* [b]. Cum τέλειος pro eo ipso quod *nuptialis* est Graecis etiam priscis in re matrimoniali sumatur, ut ante etiam monitum. At vero apud Ebraeos veteres tametsi benedictiones adhiberentur tum sponsalibus tum nuptiis, nihilominus sacerdotem Levitamve necessario adfuisse nullibi compertum est. Omnes pariter, pro eorum quorum intererat arbitrio, rite benedicebant. Nec praeter benedictionem ita habitam sacri quid ad sponsalia nuptiasve eorum attinuit. Apud Paganos vero ut sacrorum nuptialium usus creberrimus, ita & sacrorum antistitum in confarreatione, qua de re ante dictis non intempestivum hic adjicere id quod notatur [c] rex nummo Adriani, cujus inscriptio est CONJUGIUM AUG. Figuram scilicet esse imperatoris dextram jungentis imperatrici, intermedio sacrifico. Quinetiam legitur in excerptis e Damascii Vita [d] Isidori Philosophi de Alexandrinis; οὐκ ἦν γνήσιος ὁ γάμος, εἰ μὴ ὁ ἱερεὺς, ὁ τῆς Θεοῦ ἐν τοῖς γαμικοῖς συμβολαίοις ὑπεσημαίνατο χειρὶ τῇ ἑαυτοῦ, *Non erant* (apud illos) *legitimae nuptiae, nisi sacerdos Deae* (Isidis puto) *instrumenta nuptialia manu sua consignasset.* Sub initia vero Christianismi, quotquot Judaeos imitarentur, sacros ministros ut nuptiis necessarios non adhibuisse certum est. Verumtamen cum benedictiones, quae sacrorum genus est, adhiberi nuptiis solitae sint ab Judaeis, atque sacra itidem a Paganis, interdum etiam ipsi antistites sacri, ut in confarreatione, aliterque, visum tandem est tiam Christianis non sine sacrorum aliquo antis te, qui velut contractum sponsalitium confeci ret benediceretque, nuptias concelebrandas. Quo tamen nec passim pariter nec semper obtinu Obtenditur quidem velut ex Ignatii, apostolis tiam coaevi, Epistolis locus ad probandum, idq ex traditione apostolica, non sine sacerdotis pra sentia matrimonium contrahendum, scilicet nu tias celebrandas. Nam de sponsalibus simplicib dubium non est, quin rite quantum ad vinculu nuptiis ac deductioni praevium attinet, ea si sacerdote, modo cum testibus, contrahantur, ser perque contrahi potuerint. In epistola nem ejus quae dicitur ad Polycarpum legitur; Πρέπ δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμούσαις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπι σκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Κ ύριον καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν· *Decet vero ut ducentes uxores & nubentes cum episcopi arb trio* aut *ex ejus sententia conjungantur,* aut *u onem faciant, ut nuptiae juxta praeceptum D mini sint, non autem ad concupiscentiam.* S Ignatii epistolam illam genuinam esse, haud int doctos admittitur. Nec sane inde aliud rite e citur quam nuptias ita ineundas, ut juri divir cujus custodes & interpretes episcopi seu minis sacri habiti, non omnino adversarentur. Ita v ro testimonium hoc affert Baronius, [e] quasi pr baret *non sine sacerdotis praesentia matrimo um contrahi debere.* Et statim subjicit, *Hoc enim quod apostolus dicit, Cui vult nubat tantu in Domino. In Domino enim nubere nihil ali est, quam secundum leges & ritus ecclesiae ipsis apostolis traditos contrahere matrimoniu* Vetustissima autem sacrorum antistitum in Chr tianorum nuptiis ministerii usus qualiscunque me tio, de qua dubitari nequit, habetur illa Tertu liani ad uxorem [f] scribentis de Christianorum tu temporis (floruit ille sub annum Christi 20 matrimoniis. *Unde,* inquit, *sufficiamus ad ena randam felicitatem ejus matrimonii quod eccl sia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignat b nedictio, angeli renuntiant,* &c. Ubi oblati nem pro eucharistia sumit Baronius etiam & a gelos (sed dubitanter) pro ipsis sacerdotibus co tractum rite initum renuntiantibus. Idem alibi [g] *Penes nos occultae quoque conjunctiones, id e non prius apud ecclesiam professae, juxta ma chiam & fornicationem judicari periclitantu* Certe & coaevus ei Clemens Alexandrinus [h]; u in uxorum ex alienis capillis ornatum agit τ γὰρ, inquit, ὁ πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα; τίνα εὐλογήσει, οὐ τὴν γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην, ἀλλὰ τ ἀλλοτρίας τρίχας καὶ δι' αὐτῶν ἄλλην κεφαλήν. C *enim manum imponit presbyter? Cui autem b nedicet? Non mulieri quae est ornata, sed al enis capillis & per ipsos alii capiti.* Quod an a nuptialem benedictionem attineat, haud adeo c manifestum. Nec sane ex hisce necessario eligit ipsi contractui celebrando solenniusve contrahe do interfuisse aut ministrum sacrum aut sacr Neque enim Tertulliano ecclesia personas qu a laicis contra distingui solent, significat. Al

[a] Ordinat. Eccles. Genevens. 134. [b] Jure Graeco. Rom. lib. 3. pag. 235. & vide Harmenopulus, lib. 4. tit. 4. [c] Ap Occonem in Numism. pag. 223. [d] Apud Photium, cod. 242. [e] Tom. 1. Anno 57. num. 47. [f] Lib. 2. cap. postrem [g] De Pudicitia, cap. 4. [h] Paedag. lib. 3. cap. 1. De optima vita, sen. 11.

ɔi [a] enim, *Sed & ubi tres, ecclesia est; licet aici.* Etiam & ita non solum benedici sed & ɔfferri & tingi potuisse ab alio quam ministro acro existimasse videtur ille; qua de re in diariba doctissima nuper sine autoris nomine edita le administranda coena Domini, ubi pastores deunt, disputatur. Adeoque haud omnino evinci ɔoteſt, ex jam allatis e binis illis patribus vetustissimis, altero occidentis, orientis altero, contracui nuptiali aut necessario aut ex more ministrum acrum interfuisse, aut quid aliud ad ipsas nuptias ttinens praestitisse. Ac detur oblata ibi significare eucharistiam, eamque a ministro sacro celeɔratam; neque inde sequitur ministrum illum uptiarum autorem aut conciliatorem solennem uisse, sed tantum eucharistiam ac benedictionem uptiis palam celebratis sive praevias fuisse sive sequaces, ut sacra benedictionesque in Paganismo udaismoque, juxta ante narrata. Neque est sae quid in illo Tertulliani loco, quod in ipso ontractu nuptiali ministrum sacrum partes egisse omnino probet, utcunque a viris doctis [b] eam n rem soleat afferri. Nec magis illuc facit ocus ille alius scriptoris ejusdem, subinde item aferri solitus, ad probandam ministrorum sacrorum n ipso contractu nuptiali officii vetustatem. *Ut gitur* [c] *in Domino nubas secundum legem & postolum* (*si tamen vel hoc curas*) *qualis es d matrimonium postulans* (nempe in digamiam cribit, & a secundis nuptiis mulierem dehortaur) *quod eis a quibus postulas non licet habere; b episcopo monogamo, a presbyteris & diaconis jusdem sacramenti, a viduis quarum sectam in e recusasti? Et illi plane sic dabunt viros & xores quomodo buccellas! Ita enim est apud illos, Omni* [d] *petenti te dabis. Et conjungent os in ecclesia virgine unius Christi unica sponsa.* Dabant igitur episcopi, presbyteri, diaconi, iduae maritos; qui ab ipsis petebantur. Sed eque ad ipsum nuptialem contractum necessarimve ejusdem celebrationem a ministro sacro pergendam aut ad ipsam simplicem benedictionem olennem haec attinent. Ita enim pariter & ad iduas spectaret simile officium. Et recte Gabriel Albaspinus [e] Aurelianensis episcopus, verba illa xplicans, *Manifestum fit nihil aliud esse mulies petere maritum ab episcopo, aut a viduis, uam eis nubendi consilium & futuri conjugis ivendi consuetudinem & mores exponere, ut si onesti & a lege Christi minime alieni viderenur* (aut nuptiarum priorum nondum solutarum, ut incestus, aut cultus disparis ratione) *salva fide & religione nubere possent. Nam de nuptiali enedictione verba illa nequeunt explicari, cum e diaconissis, id est, viduis illic fit mentio, quius ne quidem in ecclesia loqui fas esset.* Et aulo post, *Petere igitur maritum a vidua, est um vidua communicare cui aut qua de causa uaepiam nubere vellet.* Et ad verba illa, *Illi lane sic dabunt uxores & viros, quomodo buccellas; dare,* inquit, *uxores & viros nihil aliud est quam nubendi potestatem facere.* At perperam nimis a Baronio [f] aliisque aliquot sumitur locus ille Tertullianeus, quasi mens esset, *Non coram uno tantum presbytero matrimonii adstipulatore haec olim tractarentur, sed coram episcopo, presbyteris, diaconis, intervenientibus viduis, majore celebritate.* Dubitari quidem nequit, quin etiam sub Christianismi inter Gentiles initiis, ex eo quod sacra non raro adhiberi solerent in nuptiis Paganismi (velut in confarreatione, aliasque ut ante est ostensum) evenisse, ut & sacra aliqua Christiana adeoque ministri sacri locum subinde haberent aliquem in ipsa celebritate Christianismi nuptiali. Ita etiam quia ad pontifices veteris Romae judicia quaedam de incestu, jure matrimonii, testamentis, monimentis sepulchralibus, aliis aliquot attinuere [g], in similia se demum ingessere postmodum, nec illibenter velut succedanei admissi, pontifices ac antistites Christiani. Sed morem illum in ritibus nuptialibus sic tunc generatim receptum, nullibi satis constat. Nec sane omnino actum aliquem antistitis sacri tunc adhiberi, praeter benedictionem aut eucharistiae celebrationem. Ipse contractus solummodo a contrahentibus, nec praeeunte aut interveniente antistite seu ministro sacro, fiebat. Subinde autem adesse is solebat, sacrorum gratia, cum reliquis quorum praesentia habita, ne clandestinum fieret matrimonium. Et emptiones, venditiones, adoptiones, manumissiones, donationes, id genus alia non raro, etiam ad altare olim, adstante ministranteque sacerdote fieri solita, passim legimus, benedictionesque solennes actibus civilibus seu legitimis non paucis fuisse proprias; unde tamen non omnino sequitur in ipsa actus substantia partes egisse aliquas ministrum ejusmodi. Afferri quidem solet epistola [h] Evaristi papae decretalis hac de re ad episcopos Africae. Mortuus est ille sub annum a Christo centesimum vigesimum, adeoque diu ante Tertullianum & Clementem. Etiam Ignatio & Joanni evangelistae satis coaevus vixit. Verba sunt; *Aliter legitimum* (*ut a patribus accepimus & a sanctis apostolis eorumque successoribus traditum invenimus*) *non fit conjugium nisi sponsa,* &c. *Et suo tempore sacerdotaliter* (*ut mos est*) *cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur & a paranymphis, ut consuetudo docet, custodita & consociata,* &c. Atque sic fieri ait legitima conjugia. *Aliter vero praesumpta, non conjugia sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra vel fornicationes potius quam legitima conjugia esse.* Citatur haec epistolae, ut Evaristi, pars non solum Gratiano & Ivoni [i] verum etiam in Capitulari [k] Caroli Magni & Ludovici pii, atque apud Hincmarum Rhemensem [l] qui sub annum 860 floruit & Luitprandum [m]; ita tamen ut verba illa parenthesi inclusa (*ut a patribus accepimus,* &c.) nec in Gratiano nec in Ivone, sed in Capitulari Hincmaro & Luitprando, quemadmodum & in epistolarum Evaristo tributarum editionibus, habeantur. Atqui

[a] Lib. de Exhort. ad Castitatem cap. 7. & lib. de fuga in Persecutione, cap. 13. [b] Anton. Gubert. de sponsal. §. 123. Francisc. Hotom. Quaest. illust. 25. Script. ad Tertul. Bellarm. de Sacramento Matr. contr. 7. cap. 33. &c. Paganin. Gaudent. de Vita Christi ante Constant. ap. 60. [c] De Monogamia cap. 11. [d] Matth. v. 40. [e] Observat. lib. 1. cap. 24 [f] Annal. tom. 1. nn. 57. num. 48. [g] Vide Jacob. Guther. de Vet. Jure Pontif. lib. 2, 3, &c. Fr. Hotoman. Quaest. Illust. 25. Cujac. Observat. 6. ap. 32. Alberic. Gentil. de Nuptiis lib. 1. cap. 1. [h] Epist. Evaristi 1. Caus. 30. Quaest. 5. [i] Pannormia lib. 6. cap. 6. c Decret. part. 8. cap. 4. [k] Lib. 7. cap. 363. [l] Opusc. de Divortio Hlotharii & Tetbergae resp. ad Int. 4. [m] In Vita Evaristi.

ex verbis illis, ſi epiſtolae ipſi fides, manifeſtum fieret ex traditione ſeu inſtitutione apoſtolica (quam & Evariſtus prae aliis ſcire potuiſſet, utpote ipſe patre Judaeo natus) benedictionem ſacram, eamque a ſacro miniſtro praeſtandam, nuptiis neceſſario in Chriſtianiſmo ſemper adhibendam. Sed epiſtolarum hujus generis pontificiarum, ſeu quas decretales aevi primitivi vocant, farrago apud eos qui ſarcinam ſibi libentius imponi nolunt, parum habet fidei, & jamdudum ſatis eſt exploſa. Atque ipſiſſimam Evariſti hac de re epiſtolam falſitatis ſatis arguit conſulum, Antiſtii Veteris ſcilicet & Fulvii Valentis, adjectio; qui ad annum ante Evariſti pontificatum quartum decimum aut circiter attinent, ut ex Faſtis liquet, & a viris doctis [a] eſt appoſite annotatum. Qui nempe finxerunt, ut fieri amat, temporis apicum nimis ignari etiam inde ſe ut itidem in aliis prodiderunt. Et de aliis pontificibus priſcis falſo adſcriptis epiſtolis, quas mox memorabimus, inprimis conſulas virum egregium Davidem Blondellum in Pſeudo Iſidoro. Attamen ex illis Evariſto ſic tributis, temere concluditur, *Evariſtum primum decreviſſe inceſtum haberi connubium, cui ſacerdos non adfuiſſet conſecraſſetque illud*, quae ſunt Polydori Virgilii [b] verba. Certe ſi illa parentheſi incluſa Evariſti genuina ſint, palam eſt non eum primum, ſed ipſos apoſtolos decreviſſe; nec interim aliud quid hic decreviſſe de ſacris praeter benedictionem cum precibus ac oblationibus, quae non ad contractum ſimpliciter, ſed ad perſonas quae jam contraxerint, ſpectant. Unde Alphonſus Ciaconius in Evariſto, inquit, *ut connubia publice & legitime fierent juſſit*; *& ne vir & uxor antea una dormirent, quam a ſacerdote benedicerentur.* Id ipſum vero quod ſic Evariſto tribuitur, alii [c] etiam a Sotere papa (ſub anno Chriſti 175) decretum ſcribunt. Platina; *Inſtituit ne legitima haberetur uxor, niſi cui ſacerdos ex inſtituto benedixiſſet*, &c. ubi Ciaconius, *Niſi cui ſacerdos ex inſtituto prius benedixiſſet.* Epiſtola item decretali Calliſti primi (floruit anno 220.) dicta [d], pro non legitime conjunctis habentur *abſque dotali titulo ac benedictione ſacerdotis copulati*, quaſi in ipſa copulatione ſeu contrahendi actu partes neceſſario fuiſſent ſacerdoti agendae, licet & aliter poſſit intelligi. Et de Sylveſtro (qui papa fuit ſub annum 320.) legitur [e], conſtituiſſe eum ut epiſcopus fieret, qui unius uxoris fuerat, *uxore a ſacerdote benedicta.* Etiam in Siricii [f] epiſtolis, *De conjugali violatione requiſiſti* (ſcribit ad Himerium Tarraconenſem epiſcopum ſub annum Chriſti 390.) *ſi deſponſatam alii puellam, alter in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat omnibus modis inhibemus; quia illa benedictio quam nupturae ſacerdos imponit, apud fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ulla tranſgreſſione violetur.* Etiam ante nuptias, ipſorum ſponſaliorum benedictio ſacerdotalis, velut tunc uſitatiſſima, hic memorantur, uti pariter in decretis Innocentii primi [g] ſub annum Chriſti 410. Ex Hormiſdae item decretis [h] affertur, *Nullus fidelis cujuſcunque conditionis ſit, occulte nuptias faciat, ſed benedictione accepta a ſacerdote publice nubat in Domino.* Floruit ille paulo ante Juſtinianum ſub annum 520. Apud ſcriptores autem tum ſeculorum illorum tum recentiorum obvia ſatis eſt benedictionis nuptialis ſeu ἱερολογίας τ̃ πλείας ſeu τ̃ γαμικ̃ς mentio. Sed & jam nunc prodiit Praedeſtinatorum haereſis refutatio, editore [i] Jacobo Sirmondo, ante annos, ut ait ille, 1200. conſcripta ab hactenus anonymo qui de concupiſcentia in eos verba faciens, *Unum* inquit [k], *vobis eligite e duobus. Aut bona eſt generatio hominis & bona eſt concupiſcentia: aut malae ſunt nuptiae & iniqua concupiſcentia. Emendate ergo eccleſiae regulam, damnate qui in toto orbe ſunt ſacerdotes, nuptiarum initia benedicentes, conſecrantes & in Dei myſteriis ſociantes.* Quod ſane luculentum eſt de priſco benedictionis nuptialis ſacrorumque ad nuptias ſpectantium in Chriſtianiſmo uſu teſtimonium. Nec tamen inde omnino evincitur ipſi contrahendi actui ſacrum neceſſario interfuiſſe miniſtrum. Etiam in ſynodo Carthaginienſi quarta [l] ſub annum Chriſti 398. canon habetur, *Sponſus & ſponſa cum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis vel a paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint eadem nocte pro reverentia ipſius benedictionis, in virginitate permaneant.* Quod etiam in Excerptiones Egberti archiepiſcopi Eboracenſis [m] ſub annum 740 refertur, & diu ante etiam a Theodoro Antiſtite Cantuarienſe, ſub annum ſcilicet 680. ſancitum eſt. In Canonibus [n] ejus habetur caput, *Quomodo benedicendi ſunt ſponſus & ſponſa.* Sanctio eſt; *Sponſus & ſponſa cum precibus & oblationibus & a ſacerdote benedicantur & legibus ſponſentur, ac doceantur & a paranymphis cuſtodiantur & publice ſolenniterque accipiantur. Biduo etiam aut triduo abſtineant, ut doceantur eis ut caſtitatem inter ſe cuſtodiant; certiſque temporibus nubant, ut filios non ſpurios ſed haereditarios Deo & ſeculo generent.* Hincmarus item archiepiſcopus Rhemenſis, ſub annum Chriſti 860, invectus in eos qui ex raptu fieri arbitrabantur conjugium & ex iniquo contubernio legitimum matrimonium, & divinam memorans primorum parentum ſeu conjugii primi benedictionem, *Ejus rei*, inquit, *imitatione etiam ſancta eccleſia antiquitus ſolenniter & venerabiliter cuſtodivit eos qui in illa, velut in paradiſo Dei conjugio copulandi eſſent divina benedictione & Miſſarum celebratione conjungens. Quae videlicet honeſta & religioſa conjunctio, Deo autore coepta, & ejus benedictione firmata, etiam inter gentes quae nullam legem acceperunt, nullam Dei habuerunt notitiam, legitimo ordine & naturali lege ſervata eſt.* Sic ille; ſeu potius epiſcopi omnes per Gallias & Germaniam, in epiſtola ad Caeſarem pro cultu & ſanctimonia domus Domini edita ad calcem opuſculorum [o] Pe-

[a] David Blondellus in Pſeudo Iſidoro pag. 151. & in Prolegom. cap. 7. & 8. & Iſaac Habertus de Conſenſu Hierarchiae & Monarchiae lib. 6. pag. 53. [b] De Invent. Rerum lib. 5. cap. 5. & vide Bellarm. de Sacrament. Matrim. cap. 8. ſub finem. [c] Platina, Jac. Revius, alii in Vita Soteris. Magdeburg. Cent. 2. cap. 7. Martin. Polon. Faſcic. Temp. in Evariſto & Sotere, &c. [d] Epiſt. Calliſti Papae 2. ad Galliarum Epiſcopos. [e] Damaſus in ejus vita. [f] Epiſt. 1. cap. 4. Cauſ. 27. q. 2. cap. 50. ubi vide Gratianum. [g] Cap. 13. [h] Decret. Hormiſdae cap. 6. Cauſ. 30. Quaeſt. 5. cap. 2. &c. [i] Pariſiis 1643. [k] Lib. 3. pag. 21c [l] Can. 13. Diſt. 23. cap. 33. Cauſ. 30. Quaeſt. 1. cap. 5. [m] Can. 88. apud Henric. Spelmanum. [n] MS. in biblioth. collegii S. Benedicti Cantabrigiae cap. 71. [o] Pariſiis in 8. 1624. Epiſt. 1. cap. 5.

tr

ri Bleſenſis. Atque ex canone jam dicto Car- haginienſe aliiſque ante memoratis, deducunt vi- i magni ſatis nominis interpretationem ejus uod eſt, *nubere in Domino*, id eſt, ut volunt il- i, nubere juxta ritus apoſtolicos etiam ab univer- ı eccleſia receptos, quos ſane quinque facere on verentur. Primum, ut contrahatur matri- nonium in praeſentia ſacerdotis. Secundum, ut er ſacerdotes in eccleſia proclametur. Tertium, t in confoederatione matrimonii ſacrificium Miſ- ıe offer. tur. Quartum, ut a paranymphis ad 'ccleſiam ducantur ſponſi. Quintum, ut eucha- ſtiam percipiant eorundemque manus interven- ı oſculi & velationis conjungantur. Sic Severi- 'us Binius ad dictum canonem ejuſque ſequax ranciſcus Longus a Coriolano, alii. Ex priſco ſu ante oſtenſo, canonibuſque jam dictis paſſim :ceptis, atque in miniſtrorum ſacrorum (ut fieri nat) rem ſummo cum indultu explicatis, tan- em per Chriſtianum inolevit orbem, nuptias non lum a miniſtro ſacro benedici ſolere, ſed & uſdem interventu contrahi, aut contractum an- : a ſponſis initum denuo ipſo praeeunte celebra- . Non quod ſolennia haec ſacra adeo neceſſa- a in foro interno, ut aiunt, matrimonio habe- ntur, ut citra haec irritum aut nullum aeſtima- :tur, aut non plane validum, quod libero con- ahentium conſenſu factum. Sed quoniam niſi lennia ejuſmodi adhiberentur aut matrimonia ı foro externo permitterentur clandeſtina, diffi- le nimis frequenter eſſet ea a ſtupris aut con- berniis illicitis in foro illo diſterminare. Et irum non adeo eſt, ſolennia illa ſacra & ſa- um adhiberi miniſtrum apud eos qui matrimo- um ipſum ſacramentum eſſe adeo contende- ıt. Sunt quidem in pontificiis qui dum de ſa- amento hoc ſuo diſputant, negant ſacramen- m eſſe niſi ſolennia illa ſacra ſacerque adſit mi- ſter; aliis omnino ſententiam contrariam aſ- rentibus ipſoſque conjuges eſſe qui ſacramen- m efficiunt, non miniſtrum ſacrum. Neque tum ejus verbave eſſe ex neceſſitate ſacramen- ſed tantum praecepti; materiamque ſimul & rmam & cauſam efficientem eſſe in ipſis qui ontrahant, qua contrahunt. Atque hac de re oiter fuſeque qui de ſponſalibus & matrimonio tegra confecere volumina, & qui de ſacramen- ſcripſere. Etiam in matrimonio contrahendo eccleſia Romana ſufficere volunt viri magni, m theologi tum juriſconſulti, parochum qui ſerdos ſeu presbyter nondum eſt; nec ipſam e- dem benedictionem adeo eſſe neceſſariam, ut citra eam ſponſi de praeſenti, ut loquuntur, ma- monium conſummant, peccatum, nec veniale idem (juxta pontificiorum diſtinctionem) com- ittant: nec ſynodum Tridentinam benedictio- m praecipere ſed hortari. Verum hac de re ſenſus eſt. Conſulas, praeter magis ex ope- n titulis obvios, Navarrum [a], Bonacinam [b], ptiſtam Fragoſium [c], alios ab his memoratos. eccleſiis etiam reformatis, ubi ſacramenti no- n exuit matrimonium, ne facilior clandeſtino (quod paſſim damnatur) praeberetur locus, ut mi- niſter ſacer contractui celebrando interſit parteſ- que ſuas benedicendi jungendique agat, mos re- tinetur.

CAP. XXIX.

De benedictionis ſacrae in re nuptiali jure uſuque, quatenus in legibus Cae- ſareis ſive orientis ſive occidentis, aliiſ- ve locum habuerit.

IN ſanctionibus imperatoriis ſeu jure Caeſa- reo, non ab antiſtitibus ſacris introducto, quod ſcilicet de re nuptiali habetur in Digeſtis & utroque Codice multiplex, ſacri miniſterii qua- le ante diximus, mentio ſane eſt nulla. In Di- geſtis quidem titulus eſt *De ritu nuptiarum*, quem e Paganiſmo illuc traduxit Tribonianus [d], ſacra Paganorum nuptialia horumque appendices, juſ- que ea de re pontificium primo innuentem. Sed ſacra illa qua ſacra prorſus abolita Chriſtianis. Imo Theodoſius & Valentinianus Auguſti vetue- re in Baſilicis, id eſt, aedibus ſacris, nuptias [e] celebrari. Sed id ſumi ſolet pro eo quod eſt convivia, tripudia, id genus nuptialis hilaritatis alia inibi haberi; non de ipſo contractu reliquo- que ibi ritu ſacro nuptiali, qualem ad aras deo- rum etiam in Paganiſmo, velut ex receptiſſimo more fieri ſolitum volunt Stephanus Forcatu- lus [f], Alexander Sardus [g], aliique nonnulli. Et interdum ſic factum, pro arbitratu ſcilicet con- trahentium eorumve quorum eſſent in poteſta- te, non diffitemur. Sed de jure ejuſmodi ſecu- lis antiquioribus ita recepto nullibi liquet. Sa- cra aliquot nunc contractum praeceſſiſſe, nunc ſecuta eſſe ex ante [h] oſtenſis conſtat. Ipſi con- tractui ut neceſſaria habita eſſe, nullibi. Et quod habetur in Theodori Prodromi ſcriptoris inter Graecos recentioris Amaranto, de ridiculis St- toclis ſenis plane capularis & Myrillae puellulae nuptiis; illum nempe ſimulac tabulae nuptiales confectae erant lectaeque, dixiſſe, τί δὲ μέλλομεν ἔτι καὶ οὐ πρὸς τὸν νεὼν ἄπιμεν; *Quid am- plius moramur neque templum recta pergimus?* ſtatimque ad Iſidis, velut ex receptiſſimo more, ſponſos amicoſque iviſſe; hoc inquam ex ritu inter Chriſtianos recentiores paſſim admiſſo, quo templa ſponſi adire ſolent, ibi natum, non ex more aliquo ejuſmodi apud Paganos veteres ſeu qui aevi erant illius, cui fabulam ſuam affingit Theodorus ille. Quod vero poſtmodum habet de corona Stratoclis nuptiali, ex more eſt tam Paganorum priſcorum quam Ebraeorum Chriſ- tianorumque, maxime orientalium certiſſimo, ut ſupra eſt oſtenſum. Juſtinianus quidem ſta- tuit, ſi nuptiarum tempus in pactum aliquod ſeu conditionem veniſſet, id de ipſa nuptiarum feſtivitate ſolum intelligendum [i], quod explicat ipſe de tempore ex quo vota nuptiarum re ipſa proceſſerint. Sunt qui benedictionem hic ſa-

[a] Conſil. lib. 4. de Claud. Deſp. Conſ. 9. & 10. [b] De Matrim. Quaeſt. 2. punct. 8. num. 19. [c] Regimine Reip. C iſt. part. 1. lib. 5. diſp. 12. num. 318. [d] Vide Paganin. Gaudent. de Juſtinianaei ſeculi Moribus cap. 15. [e] L. 22. B icam C. tit. de Operibus Publicis. [f] In Cupidine Juriſperito cap. 10. §. 6. [g] De Moribus Gent. lib. 1. cap. Virgines. [h] : vide Nic. Hotoman. Obſervat. ad Vet. Nup. rit. cap. 30. [i] L. 24. C. tit. de Nuptiis.

cram volunt [a] intelligi; alii rectius actum qualemcunque quo nuptiae celebratae. Nec ſane pro recepto undique jure obtinuiſſe videtur, ut benedictio ſacra, nedum alius miniſtri ſacri interventus, nuptiis eſſet neceſſaria, ante Leonem imperatorem ſeu annum Chriſti 900. aut circiter. Neque enim in Juſtinianeis ejuſmodi quid omnino reperitur, utcunque in contrari[...] Novella [b] ejus afferatur, qua τινὸς τῶν εὐκτηρίων οἴκων, *cujuſdam orationis domuum* & eccleſ[...] etiam mentio, uti & clericorum qui nuptiarum ibi teſtes eſſent. Neque enim de ſacerdotibus aut presbyteris, ſed de quibuſcunque clericis h[on]eſtioribus; nec de omnibus nuptiis ſed de [a]liquibus tantum ſic teſtimonio firmandis agit Novella illa. Nuptiis ſcilicet nec illuſtriorum nec tenuiorum, ſed hominum mediocrium, nec ſane horum univerſis. Imo manifeſto inde probatur nondum tunc apud Chriſtianos orbis Romani inoleviſſe, ut matrimonia benedictione ſacra ſacrove aliquo miniſterio ex jure recepto neceſſariove firmarentur. Sic enim ibi Juſtinianus de nuptiis omnimodis verba faciens; *In majoribus dignitatibus & quaecunque uſque ad noſtros ſunt ſenatores & magnificentiſſimos illuſtres, neque fieri haec* (id eſt, matrimonia ſine inſtrumentis dotalibus; nulla enim in ea periocha benedictionis ſacrae mentio) *omnino patimur*; *ſed ſit omnino dos & antenuptialis donatio & ea omnia quae honeſtiora decet nomina.* De minoribus vero dignitatibus; *Veniat ad quandam orationis domum &* γινωσκέσθω τῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐκδίκῳ, *& fateatur* ſeu *rem communicet ſanctiſſimae illius eccleſiae defenſori* (qui velut patronus ſeu advocatus eccleſiae, non omnino miniſter ibi ſacer) *ille autem adhibens tres aut quatuor* τῶν ἐκεῖσε εὐσεβεστάτων κληρικῶν *clericorum ibi religioſiorum* ſeu *honeſtiorum* (*reverendiſſimorum* vertitur) ἐκμαρτυρίαν συντάττω *atteſtationem conficiat declarantem, quod ſub illa indictione, illo menſe, illa die menſis, illo imperii noſtri anno, conſule illo, venerunt apud eum* (defenſorem ſcilicet eccleſiae, non ſacrum miniſtrum) *in illam orationis domum, ille & illa, & conjuncti ſunt alterutri. Et hujuſmodi atteſtationem ſiquidem accipere volunt aut ambo convenientes aut alteruter eorum, & hoc agant, & ſubſcribant ei & ſanctiſſimae eccleſiae defenſor & reliqui tres aut quantoſcunque voluerint*; *non tamen minus trium literis hoc ſignificantibus.* Utcunque, penes defenſorem, ſi ſponſi ſolennitatem ejuſmodi atteſtationis ibi negligant, manere vult Novella teſtimonii ſubſcriptiones, idque in eccleſiae archivis. Subjicit autem paulo poſt, ταῦτα δὲ φάμεν ἔνθα μὴ προικὸς ἢ πραγματείας δωρεᾶς γίνεται συμβόλαιον, *Haec autem dicimus ubi non dotis aut antenuptialis donationis fit documentum.* Scilicet etiam apud dignitates minores, ſi contractibus nuptialibus dotalia inſtrumenta (quibus teſtium ſatis ex ipſa re) acceſſerant, quemadmodum ſemper apud illuſtriores, nec oratorio aut eccleſia aut defenſore nedum clerico aliquo opus erat. Ratio enim legis habetur, ne clandeſtinae fierent nuptiae nec teſtium praeſentia firmatae. Ja[m] vero pergit imperator & de pauperioribus ſeu pl[e]be infima uti & de militibus caligatis, ſeu obſc[u]rioris generis, atque agricolis agens, eis omnin[o] permittit, καὶ ἀγράφως συνιέναι καὶ συνοικεῖν ἀλλήλοι[ς] *& ex non ſcripto* (ſeu ſine dotalibus inſtrumen[tis]) *convenire & matrimonia celebrare inter a[l]terutros*; ſine defenſoris eccleſiae, nedum mini[ſ]tri alicujus ſacri atteſtatione. Atque hinc, ne[c] aliter, proles legitima & legitimus tunc coitu[s]. Et ex aliis Juſtiniani Novellis [c] palam liquet i[n] uſu fuiſſe, ut ex juramento ſimpliciter dato co[n]tractus nuptialis, atque ex ſimplici γαμικῇ διαθέσ[ει] ſeu *NUPTIALI AFFECTU*, rat[us] ſatis firmuſque haberetur. Apud Julianum ite[m] anteceſſorem [d] idem Juſtinianus; *Illuſtres h[o]mines & qui ſupra eos ſunt ſine dotalibus in[ſ]trumentis matrimonia non contrahant. Quo[d] ſi ante dignitatem ſine ſcriptis uxorem duxerin[t] maneat & poſt dignitatem legitima copulatio, & liberi procreati legitimi ſint, exceptis tantum[modo] barbaris dignitate decoratis. His enim* (ſcilicet non Romanis) *ſub noſtra conditione con[ſ]titutis, propter ſimplicitatem eorum damus li[c]entiam, & NUDA AFFECTION[E] nuptias facere, ut ex hoc matrimonio nati leg[i]timi ſint.* Et quicquid in adverſum ſive pont[i]fices decreverant ſive patres ſcripſerant, id no[n]dum ita obtinuerat, ut vim in orbe Chriſtia[no] ſeu imperio Romano omnino ſortiretur. N[ec] ſane in Codice Theodoſiano, aut in Corpore Ju[ſ]tinianeo omnino, alibive habetur, quod rem alit[er] ſtatuendam evicerit. Neque aliud erat jus Ca[e]ſareum ante Leonem philoſophum ſub annu[m] Chriſti 900. orientis Auguſtum. In Conſtituti[o]nibus [e] ejus liquet parilem, quantum ad rem ja[m] prae manibus attinet, rationem habitam adopt[i]onis ac matrimonii. Ut ſacra utriſque ſubinc adhibita, ſic ſaepe ſine ſacris tam hoc quam il[lud] peracta. Nam ut in confarreatione nuptiali, i[ta] in adoptione ſolenniori partes egere ſuas ponti[fi]ces [f], augures, ſacri miniſtri alii. Praetermiſſ[a] omnino toties in utriſque ſacra diutius ferri no[]luit Leo. Inde ſanctionem edidit cui titulus [π]ερὶ τοῦ τὰ συνοικέσια ἄνευ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας μὴ ἐ[ρ]ρῶσθαι, *Ne matrimonia citra ſacram benedicti[]onem firma habeantur*; ubi inquit, καθάπερ ἐπὶ τέκνων εἰσποιήσεως ἱεραῖς ἐπικλήσεσι τὴν εἰσποίησι[ν] προβαίνειν διορισάμεθα, οὕτω καὶ τὰ συνοικέσια τ[ῇ] μαρτυρίᾳ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας ἐρρῶσθαι κελεύομε[ν] *Quemadmodum adhibitis ſacris deprecationibus a[d]doptionem perfici praecepimus* (priori ſcilicet con[]ſtitutione [g]) *ſic ſane etiam ſacrae benedictioni[s] teſtimonio matrimonia confirmari jubemus.* Nequ[e] aliter jure matrimonii ſive in ſocietate vitae ſiv[e] in prole quenquam gaviſurum. In hanc rem, ejuſ[]dem memorat conſtitutionem Harmenopulus [h], u[t] & aliam Alexii Comneni ducentis aut circiter an[]nis poſtea orientis Auguſti [i]. Sic item Joannes e[]piſcopus Citrienſis [k], alii. Atque Leonina hae[c] vim juris poſtmodum obtinuit, ut paucae aliqu[e] ejuſdem aliae, nec plures [l]. Atque unde i[]

[a] Gothofred. ibid. F. Hotoman. Illuſt. Quaeſt. 25. &c. [b] Novella 74. cap. 4. [c] Ibid. cap. 5. & Novell. 117. cap. [d] Novell. 108. cap. 381. & vide 382. quem vide item Novell. 67. cap. 243, &c. [e] Conſtit. 89. ubi vide Dionyſ. Gothofredum. [f] Vi[de] Agell. lib. 5. cap. 19. Jacob. Guther. de vet. Jure Pontif. lib. 2. cap. 5. [g] Conſtit. Leonis 24. [h] Prochir. lib. 4. tit. [i] Videſis Syllogen Conſtit. Imperatoriarum, Th. Balſamon. in Photii Nomocan. tit. 13. Jus Graeco. Rom. lib. 2. pag. 126, & 134. [k] J[us] Graeco. Rom. lib. 5. pag. 334. vide ibidem, ſol. 6. pag. 409. [l] Attaliata in Synopſi, tit. 95.

orient

oriente jus in matrimoniis celebrandis ſacerdotale, quatenus jus intuemur Caeſareum, ortum habuerit, & quamdiu ſine ſacris rata ſatis ibi haberentur conjugia, ex jam indicatis ſatis conſtat. Quod ad occidentem attinet; ex epiſtolae illius Evariſti papae verbis, ſaltem Evariſto tributis, in capitula Caroli & Ludovici Caeſarum relatis (ut paulo ſuperius eſt oſtenſum) ibique vim legis obtinentibus, videtur ſane non ſolum benedictionis ſacrae uſus, adeoque ipſa contrahendi formula in coetu ſacro, praeeunte ſacro miniſtro, inoleviſſe, ſed & matrimonium ipſum inde tantum pro legitimo habitum eſſe. Id evenit ſub annum Chriſti 820. Et paulo poſt exemplum occurrit illuſtre benedictionis nuptialis, velut in morem receptae, cum conjungebantur Ethelwolfus Anglorum rex & Juditha Caroli Calvi filia. Habes illud in Caroli ejuſdem capitulis ab Jacobo Sirmondo [a]. Alibi [b] autem iidem imperatores ut publicae fierent nuptiae ſtatuere, ubi nihil de benedictione ſacra. Etiam in legibus Wiſigothorum [c] hiſce antiquioribus expreſſa in connubiis mentio permiſſus comitis, dotis conſtitutionis, tabularumque dotalium, ut quae teſtimonii publici vicem obtinerent, ubi nihil omnino de benedictione ſacra aut ſacro miniſtro. Quod & de aliis legibus veterum dicendum, quae in re nuptiali ſub illud aevum adeo diverſae, ut Francus verbi gratia, qui Saxonicam jure Saxonico dixiſſet, eam non uxorem legitimam cenſeret, quia non ducta jure ſeu ritu Francico, renitente interim concilio Triburienſi [d]. Quod autem de benedictione ſacra ſic in imperium occidentale eſt receptum, in alia regna chriſtiana quae vicina fuere, aliter atque aliter poſtmodum diffuſum eſt. Certe apud Anglo-Saxonas noſtros ſub annum 940. habetur ſanctio Edmundi regis de ſponſalibus contrahendis, qua, poſtquam verba fiunt de pactis ac cautionibus connubialibus dotalibuſque, ac de ipſa ſponſae datione, to ƿife ⁊ to rihtlife *in uxorem & rectam vitam* (quae etiam ſponſaliorum formulae pars erat inſignis) legitur [e] Æt ðam giftan sceal mæsse preost beon. mid rihte se sceal mid godes bletsunge heora gesomnunge gederian on ealre gesund fulnesse, quod apud Joannem Bramtonum [f] Abbatem Jornallenſem vetuſtum hiſtoriae Anglicanae ſcriptorem ac celebrem, vertitur, *Huic dationi debet intereſſe presbyter, qui cum Dei benedictione debet eorum conſortium adjuvare in omnem ſanctitatem.* Henricus Spelmannus ſic reddit, *Nuptiali huic dationi miſſalis aderit ſacerdos: is de jure eorum conjunctionem Dei benedictione in omnem felicitatis plenitudinem promovebit.* Recole hic quae capite proxime ſuperiori habentur de ſolennibus dotandi in formula Anglicana verbis, ſcilicet, *univerſis bonis meis mobilibus.* Certe eadem Edmundi regis ſanctione uxori ſuperſtiti cum liberis pars bonorum altera, ſine liberis, dum vidua manſerit, univerſa cedunt. Et ſane juri illi dotali formula in nuptiis dotandi Anglicana, quam oſtendimus, perquam eſt accommoda; quae ſcilicet a priſcis ſeculis in noſtra duravit, etiam poſtquam haud parum jus illud immutatum. Apud nos autem pro recepto antiquitus [g] hodieque habitum eſt, ut non ſolum ipſe contractus nuptialis a miniſtro ſacro, id eſt, hic ſaltem presbytero, coram teſtibus idoneis ſeu in facie, quod aiunt, eccleſiae celebraretur, ſed etiam ut quaeſtiones pleraeque de matrimonii iure ac vinculo in foro quod appellitant eccleſiaſtico dirimerentur, atque in altero illo tribunalium genere quod regium nuncupamus, forte emergentes illuc terminandae explicandaeque amandarentur. Quod ſane moribus per Chriſtianiſmum paſſim receptis ſatis eſt conſonum. Qua de re plura ſub finem libri tertii, ubi de judice rerum matrimonialium agitur.

CAP. XXX.

De temporibus quibus celebritas nuptialis interdicta apud Chriſtianos, qualia apud Ebraeos Paganoſque.

IN ſynodo Laodicena [h] ſub annum Chriſti 320, ſeu ut alii, quadraginta poſt habita, atque in Codicem canonum eccleſiae [i] univerſalis antiquitus recepta, vetatur in quadrageſima γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν, *Nuptias aut natalitia celebrare.* Tantundem occurrit in Nicolai papae primi reſponſis [k] ad Bulgaros. Tribuitur autem concilio Ilerdenſi ſub annum Chriſti 524. celebrato canon, quo prohibentur nuptiae *a ſeptuageſima uſque in octavas paſchae, & tribus hebdomadibus ante feſtivitatem S. Joannis Baptiſtae, & ab adventu Domini uſque poſt epiphaniam.* Et adjicitur, *Quod ſi factum fuerit, ſeparentur.* Ita ſcilicet apud Gratianum [l], & Ivonem [m], & Burchardum [n], ex concilio illo legitur, tametſi in ejuſdem canonum ſerie non reperiatur. Etiam a Petro Lombardo [o] Sententiis ſuis theologicis inſeritur. Dominicis item diebus [p] prohibentur nuptiae, in ſynodo Aquiſgranenſi, ſub Ludovico primo imperatore, anno 836. habita. In ea autem quae Salegunſtadii convocata ſub Henrico ſecundo Auguſto [q], non ſolum eiſdem quae in Ilerdenſi memorantur temporibus (excepto quod non tres hebdomades, ſed dies tantum quatuordecim ante feſtum S. Joannis hic habeantur) verum etiam jejuniis celebrioribus feſtiſque non ita paucis eorumque vigiliis nuptiae interdictae. Sed in corpus aut compendium aliquod canonum vetus non video hunc omnino receptum. Conſuetudo autem Romanae eccleſiae olim fuit, ut a ſeptuageſima uſque in ſeptimum quidem poſt pentecoſten diem celebritas nuptialis non permitteretur, trium quas diximus hebdomadum ante feſtum S. Joan-

[a] Pariſ. 1623. pag. 498. [b] Capitul. lib. 6. cap. 131. & lib. 7. cap. 127. [c] Lib. 3. cap. 1, 4, &c. [d] C. 1. extr. tit. de Sponſal. ex Concilio Triburienſi. [e] Apud Henric. Spelman. in Conciliis orbis Brit. pag 426. & in G. Lambardi Archaeonomia pag. 60. [f] MS. in Bibliothec. Cottonian. fol. 50. b. [g] Bracton. lib. 5. tit. De exceptionibus cap. 19. &c. & nota ibi 3. 11. de ſolennitate tempore interdicti nuptiali. Adde Conſtit. Provinc. Cant. tit. De clandeſtina deſponſatione. [h] Can. 52. [i] Ibi Can. 156. Cauſ. 33. quaeſt. 4. cap. 8. &c. & vide Manuelis Solutiones in Juris Graec. Rom. lib. 3. pag. 240. [k] Cap. 48. Cauſ. 33. quaeſt. 4. cap. 8. vide Manuelis Solutiones in Juris Graec. Rom. lib. 3. pag. 240. [l] Cauſ. 33. q. 4. cap. 10. [m] Decret. part. 2. cap. 142. [n] Lib. 9. cap. 4. [o] Sent. 4. diſt. 32. [p] Can. 17. part. 2. [q] Can. 3. vide ibi can. 1. & 2.

nis ratione habita alia nulla; qua de re vide epiſtolam [a] Clementis tertii circa annum Chriſti 1180. Atqui Thomas Aquinas in Lombardum [b]; *In celebritate nuptiarum mentes contrahentium magis ad carnalia occupantur, & quaedam ſigna diſſolutae laetitiae ſolent oſtendi, ideo ſtatutum eſt ut tribus temporibus nuptiae non celebrentur, in quibus ſe debent homines ad ſpiritualia praeparare. Quorum primum eſt ab adventu uſque ad epiphaniam, propter communionem in nativitate. Secundum, a ſeptuageſima uſque ad octavam paſchae, propter communionem paſchalem. Tertium, a tribus diebus ante aſcentionem* (ſeu a dominica rogationum) *uſque ad octavam pentecoſtes. His enim temporibus tribus ſecundum antiquos canones, tenebantur communicare fideles; nec eſt ſimile de aliis ſacramentis quae ſunt omnino ſpiritualia.* Sic ille. Sed idem ipſum ferme quod patres Ilerdenſes, ſtatuit ſynodus Lingonenſis [c] ſub annum 1404. uti & Senonenſis, Carnotenſis, Pariſienſis, praeter Lingonenſem aliam. Sed omnes ante ſynodum Tridentinam oecumenicam dictam. Haec autem *antiquarum ſolennium nuptiarum prohibitionum* [d] nomine bina tantum temporis ſpatia retineri hic voluit; ab adventu uſque ad diem epiphaniae, & a feria quarta cinerum uſque ad octavam paſchae incluſive, & *in aliis temporibus nuptias ſolenniter celebrari permittit.* Quod itidem a ſynodo Meldunenſi [e] anno 1580. in Gallorum mores poſtea eſt receptum, & in ritualibus pontificiis obiter adnotari ſolitum. Matrimonium autem ipſum, ſine ſolennibus ſacris, deductione, conviviis nuptialibus, omni tempore rite contrahi poſſe interim permittitur [f], idque coram parocho & teſtibus. Hoc ipſum a conciliis Gallicanis, veluti Aquenſi, Rothomagenſi, Bituricenſi, Turonenſi, Burdigalenſi, pariter ſtatutum [g] circa annum Chriſti 1580. In Excerptionibus autem Egberti archiepiſcopi Eboracenſis [h], nocte dominica, quarta ac ſexta feria, atque quadrageſima nuptiae non ſine poena celebratae. Sed in vetuſtiſſimo concilio Anglo-Saxonico ſub annum 1010. AEnhamiae habito [i] tempora haec ſunt ab adventu uſque in octavam epiphaniae, & a ſeptuageſima ad diem poſt pentecoſtem decimumquintum. Rituales autem noſtri libri veteres [k]; *Sciendum eſt quod licet omni tempore poſſunt contrahi ſponſalia, & etiam matrimonium, quod fit privatim ſolo conſenſu, tamen traditio uxorum & nuptialis ſolennitas certis temporibus fieri prohibentur, videlicet ab adventu Domini uſque ad octavas epiphaniae, & a ſeptuageſima uſque ad octavas paſchae, & a dominica ante aſcentionem Domini uſque ad octavas pentecoſtes. In octava die tamen epiphaniae licite poſſunt nuptiae celebrari, quia non invenitur prohibitum, quamvis in octavis paſchae hoc facere non liceat. Similiter in dominica proxime poſt feſtum pentecoſtes licite celebrantur nuptiae, quia dies pentecoſtes octavum diem non habet.* Sic item expreſſim Guilielmus Linwodus [l], aliique juris pontificii periti, tametſi non deſit inter eos controverſia de ipſa dominica trinitatis ſeu ea quae pentecoſten proxime ſequitur, aliis hanc includentibus, excludentibus aliis. Qua de re DD. ad c. *Capellanus* Extr. tit. *de Feriis.* Verum aliter [m] atque aliter tempora hic obſervata, idque pro ſeculorum, locorum, opinionum diſcrimine ex jam dictis liquet. Et ſane in Manuali veteri apud noſtrates ſecundum uſum Eboracenſem negatur libertas matrimonii celebrandi in dominica trinitatis. Sed mos ille ex rituali Anglicano jam oſtenſus etiam poſt exutam pontificis Romani hic poteſtatem in noſtra tempora ita duravit, ut dierum ſpatiis jam dictis nemo impune nuptias celebrare poſſet, citra indultum epiſcopalem. Etiam in reformatis aliquibus eccleſiis, ubi plane evanuit canonum illorum vis, ſtatuitur ut diebus quibus celebratur coena dominica, ſolennitate nuptiali abſtineatur ut ſupra monetur. Temporibus autem jam dictis nuptias interdictas eſſe palam liquet (maxime ex ſcholaſticis qui in illud Petri Lombardi jam citatum ſcribunt) non ita diſſimiles ob cauſas ab eis quae ſupra afferuntur ex Ebraeis, pro non ita diſſimili aliis in temporibus nuptiarum apud ſ[…] interdictione. Sunt item in gradibus conſanguinitatis affinitatiſque, qua nuptiis impedimento ſint, definiendis, ratione publicae honeſtatis habenda, ſponſorum aetate legibus praeſtituenda, cultu diſpari, conditione ſervili, deductione, anno luctus, metu, vi, conditionibus in re matrimoniali, haud pauca apud legiſlatores ſcriptoreſque Chriſtianos obvia, quae quoties undiquaque mori Ebraico conſona non ſint, ſatis ſunt interim tum analoga tum cognata. Sed de hiſce hactenus.

[a] Extr. tit. de Feriis cap. 4. Capellanus. [b] Sent. 4. diſt. 32. quaeſt. unic. art. 4. [c] Apud. Laur. Bochellum in Decret. Eccleſ. Gallic. lib. 3. tit. 5. cap. 123. & ſeq. [d] Seſſ. 24. de Reform. Matrimonii cap. 10. [e] Recueil. gen. des affaires du Clergy du France tom. 3. pag. 539. [f] Deciſ. Interp. concil. Trident. 182. [g] Laur. Bochell. Decret. Eccleſ. Gallic. lib. 3. tit. 5. cap. 128. &c. [h] Apud Henric. Spelman. in concil. Orbis Brit. pag. 268. can. 106. [i] Ibidem pag. 518. [k] Manuale ſecundum uſum Sarum. fol. 37. [l] In conſtit. provinc. c. Quia ex tit. de clandeſtina deſponſatione verb. ſolennizationem, & C. quia quidam tit. de decimis verb. Nubentium ſolenniis, ubi legendum Ad octavam Epiphaniae excluſive. [m] Videſis item Alphonium a Vera Cruce in Spect. conjug. part. 1. art. 14.

Libri ſecundi Finis.

UXOR

UXOR EBRAICA,

SEU DE

NUPTIIS & DIVORTIIS

EX

IURE CIVILI

VETERUM EBRAEORUM.

Liber Tertius.

CAP. I.

De nova nupta praereptae virginitatis accusata. Formula actionis in eam; poenae, testes. Virginitatis signa, seu testimonia. Benedictio solennis ubi ea reperta.

RITE conjunctis, in libro superiore, marito & uxore Ebraicis, sponsaliorumque & nuptiarum solennibus tum ostensis, tum cum moribus Paganorum, Christianorum, Mahumedanorum plerumque collatis; sequitur ut de eis quae ex ipso jure conjugali oriebantur, videamus. Sunt ea, aut quae ad quaestionem post nuptias de *praerepta* ante deductionem seu primos amplexus conjugalis *virginitate* attinent, aut ad *immunitatem* novo *marito* indultam, aut ad *mutua* ex ipsa matrimoniali obligatione *conjugum officia juraque mutua,* aut ad *adulterium* ejusque *poenas, zelotypiam, pudicitiamque,* harumque examen, aut demum ad *divortia* eorumque causas usumque. Quaestio illa de *virginitate praerepta* Sacrae Legis nitebatur sermone, qui ita se habet [a] : *Si quis duxerit uxorem & ingressus fuerit ad eam & odio coeperit eam habere, & imposuerit ei opprobrium verborum, protuleritque contra eam nomen malum* seu *infamiam ac dixerit, Cum duxissem mulierem illam & ingressus essem ad eam, non inveni virginem,* ut Vulgata, seu *non inveni in ea signa virginitatis* (seu *virginitates* quod respondet Ebraeo בתולים, uti etiam Hellenistarum vocabulum hic παρθένια tantundem versiones fere caeterae orientales; Judaei Hispanienses *escoffedades*, id est, *doloris signa*) *sumant pater puellae & mater ejus & proferant signa virginitatis* (הנער) *puellae ad presbyteros* (Graeci τὴν γερουσίαν *senatum*) *civitatis qui sunt in porta, dicetque pater puellae ad presbyteros, Hanc filiam meam dedi viro illi in uxorem coepitque eam odio habere; & ecce ipse imponit ei opprobrium verborum, dicens, Non inveni in filia tua virginitates,* seu *virginitatis signa; haec vero sunt signa virginitatis filiae meae; & expan-*

[a] Deut. xxij. 13.

dent veſtimentum (τὸ ἱμάτιον, ut Graeci, quos ſequitur Vulgata) ſeu *ſindonem* (in Ebraeo השמלת, quod tum pro veſte tum pro *ſindone* ſeu *linteo* ſuper quod cubant prima nocte ſponſi ſumitur; Judaei Hiſpanienſes *la ſavana*) *coram presbyteris civitatis, accipientque presbyteri civitatis virum illum & caſtigabunt eum* (in Ebraeo יסרו אותו, quod idem ſonat, uti & Helleniſtarum παιδεύσουσιν αὐτὸν· ſed paraphraſes Chaldaeae habent ילקון, *verberabunt*, uti etiam legitur in Vulgata, quod & conſonum eſt magiſtrorum interpretationibus) *condemnabuntque eum centum argenteis* (ſiclis) *quos dabunt patri puellae, eo quod produxit nomen malum contra virginem* (codex hic Samaritanus בתולות *virgines*) *Iſrael, habebitque eam in uxorem, nec poterit dimittere eam cunctis diebus ſuis. Quod ſi verum eſt verbum illud, & non inventa ſint ſigna virginitatis in puella* (ſeu ut Vulgata, *non in puella inventa eſt virginitas*) *ducent puellam ad oſtium domus patris ſui obruentque eam viri civitatis illius lapidibus ut moriatur, quia fecit nefas in Iſrael fornicando in domo patris ſui, removebiſque malum de medio tui.* Legem hanc nec ad minorem annis duodecim ac die unico, quam קטנה nuncupant, nec ad majorem annis [a] praeter ſex menſes duodecim quam בוגרת appellitant, id eſt, *plenae pubertatis puellam* attinere volunt. Eo ſcilicet quod de הנער & נערה ſeu *puella* quae *juvencula* eſt atque inter illas aetates [b] conſtituta, verba expreſſim fiunt. Centum ſicli, ſi orba eſſet puella, non patris haeredibus ſed ipſi debebantur. Quod vero ad aetatem quam memoravimus attinet, ſi de virginitate praerepta quaeſtio a marito fieret poſt plenam uxoris pubertatem, compertumque eſſet eam in proximo ante pubertatem aetatis intervallo ab alio devirginatam fuiſſe, ad eam poena legis attinebat, eo ſcilicet quod tempore aetatis in lege deſignatae rea fuiſſet. Nec tamen in ejuſmodi ſpecie ſive verberibus ſive mulcta, ſi culpa careret uxor, puniebatur maritus, quia plenae pubertatis uxorem, non juvenculam ſeu נערה diffamarat. Neque ad puellam ſive vi ſive illecebris ab ipſo compreſſam, juxta ea quae libro [c] primo dicta ſunt, pertinuit haec lex, neque ad aliquam quae ex ipſa origine non eſſet Iſraelitis, aut cui dos quinquaginta ſiclorum ſeu zuzorum ducentorum, ſecundum id quod ſuperius [d] eſt oſtenſum, non erat ex more ante nuptias praeſtituenda. Nec demum ad virginem quae ante ſponſalia erat devirginata, legem volunt ſpectare. Adeo ut niſi inter ſponſalia & primos amplexus devirginaretur, querelae huic locus non admitteretur. Et ubi maritus poena legis immunis erat, etiam & uxorem hic repudiare ei erat integrum, alias non repudiandam; ut ex legis verbis liquet. Per presbyteros civitatis, γερουσίαν ſeu *ſenatum* (ſic enim tam Philoni [e] quam Graecis interpretibus nuncupantur) intelligunt [f] tantummodo tribunalia XXIII-virorum, penes quos erat judiciorum capitalium poenaliumque in urbe qualibet cognitio. Scilicet & hic judicium erat de uxore capitale. Id quod in ſacro ſermone dicitu הוצאת שם רע *prolatio nominis mali* ſeu *inf miae*, erat ipſa actio qua ea de re utebatur foro maritus. Formula ejus huiuſmodi erat.

נערה זו בעלתי ולא מצאתי לה בתולים שבקשתי על הדבר נודע לי שזינתה תחתי אחר ארסתיה ואלו הן עידים שזינתה בפניהם.

Cum juvencula hac, ſeu puella nondum plen pubertatis, ut maritus concubui & minime in reperi virginitates ſeu παρθένια, *& inquiſitio ea de re facta innotuit mihi eam ſtupri rea fuiſſe in me, poſtquam deſponſata eſt mihi, hi ſunt teſtes oculares quod ſtupri hujuſmo rea ſit.*

Puella pro tribunali audita, examinabantur t ſtes, qui ſi ſtuprum juxta mariti inſtitutam actio nem ſatis probarent, lapidatione ea puniebatur, non ex genere eſſet ſacerdotali. Tunc enim v vicomburii [g] poena erat, uti & recte diſtinguit Joſephus. Sin vero perjurii teſtes, aliis e cont a patre ſeu pro puella adductis, convincerentu abſoluta uxore, poena legis utraque marito infl gebatur, & teſtes perjuri lapidabantur. Eade nimirum poena (ut aliis plerumque in judiciis capitalibus) qua crimen, cujus illi teſtes perju fuiſſet luendum. Idem jus obtinuit ſi denuo pe jurii a teſtibus aliis a marito adductis convinc rentur illi adducti a patre ſeu pro uxore. Et nim tunc & hi, uxore rea peracta, morte itide plexi. Si vero actionis formulae maritus aut n inſeruiſſet ſe concubuiſſe, tametſi dixiſſet virg nem ſe eam non comperiſſe, aut hiſce dictis n adjeciſſet, poſt ſponſalia eam ream fuiſſe, aut d mum non adduxiſſet ipſe teſtes, tametſi ſpon adveniſſent, ipſe formula cecidiſſet; ſed inter legis poena liber. At vero teſtes etiam illa ſpecie ultimo plectendi ſupplicio. Vide quae paranymphorum officio huc ſpectante ſuperius diximus. Quod vero habetur in lege de ſind ne ſeu veſtimento expandendo quo parthen indicarentur, uti etiam & verba illa patris pu lae, *Haec ſunt virginitatis filiae meae, ſigna* r ceptiori [l] ſententia intelliguntur de teſtibus vi ginitatis, qui ex ſindone (ſignantius hic, velut quod ſubinde probationem ſuppleret manifeſtiſ mam compendioſamque, memorata) aliterve re explicarent in forum adductis non de ipſa ſind ne ibi revera nedum ſemper expanſa, nec qu dem de perpetua nymphae ſeu hymenis virgin admiſſione, de quo anatomici obiter. Certe M humedani Africani ejuſmodi quid primis in vi ginis amplexibus uſque ad ſanguinem ſemper vi lari non dubitant, ſi Joanni Leoni [m] fides. Po tis in thoro ſponſis, *apparatur*, inquit ille, *co vivium, & foemina quaedam pro foribus expe tat, donec devirginata ſponſa hic linteolum ſa guine tinctum illi porrigat, quod manu geſta hoſpitibus oſtendit, alta voce clamans virgine hactenus incorruptam fuiſſe. Hanc cum al quibuſdam foeminis, primo ſponſi deinde ſponſ quoque parentes excipiunt ſplendide. Quod fortaſſe non virginem fuiſſe reperiatur, mox m*

[a] Maimonid. hal. Naira Bethula cap. 3. & halach. Iſhoth cap. 11. vide Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth cap. 4. fol. 46. a. & Moſ. M
ptzi Praec. Affirm. 55. &c. [b] De hac diſtinctione videſis lib. noſtr. de Succeſſ. in bona defuncti, cap. 9. [c] Cap.
[d] Lib. 2 cap. 9. [e] De Legib. Special. quae ad adult. [f] Miſna tit. Sanhedrin cap. 1. [g] Levit. xxj.
[h] Lib. 4. cap. 9. [i] Miſna tit. Maccoth cap. 1. & tit. Sanhedrin cap. 10. ex lege Deuteron. xix. 18. [k] Lib. 2. cap.
[l] Maimonid halach. Na'ra Bethula, cap. 3. ſed & vide Paul. Fag. ad Chald. Paraphraſ. Deut. xxij. & Liranum. [m] Deſcript. Af
... 3 cap. Qui in Matrimoniis.

ximo omnium dedecore nuptiisque infectis, ad parentes relegatur. Quod ſane medicorum ex Arabibus ſummis ſententiae eſt maxime conſonum. Expreſſim Aben Sina (Avicenna vocitatus) membra ſequioris ſexus genitalia deſcribens, وقيل inquit [a],

اقتضاض الجارية البكر يكون في
رقبة الرحم اغشية تنسج من عروق
ومن رباطات رقيقة جدًّا تنبت من كلّ
عضوٍ حتى ينهكها الاقتضاض ويسيل
ما فيها من الدم

Et ante violationem puellae virginis ſunt in col-
'o matricis panniculi contexti ex venis & ligamentis valde ſubtilibus ortis ex omni parte, quos deſtruit violator, & fluit quod in eis eſt de ſanguine, quae ferme ipſiſſima ſunt quae hac de re in libro de Anatomia Vivorum Latine tantum edito ac Galeno falſo adſcripto leguntur. Arabum alii tantundem aſſerunt, aliique [b] aliquot. Sed ut nec apud Hippocratem aut Galenum quid ejuſmodi reperitur, ita nec recentiorum doctiſſimis admiſſum, ſed inter vulgi errores a medicis, juriſconſultis, theologis ſummis rejectum. Scilicet in cunctis aut ita haberi ut indubitatum virginitatis ſignum, aut haberi omnino. Qua de re conſulas ſi placet praeter eos qui ad Deuteronomium ſcribunt & anatomicos, Franciſcum Valeſium [c], Marcellum Donatum [d], Albericum Gentilem [e], Joubertum [f], Paulum Zacchiam in Quaeſtionibus Medicolegalibus [g], Carolum Annibalem Fabrotum [h], Severinum Pinaeum [i], & Joannem Beverocium [k], a quibus etiam complures qui huc faciunt autores alii indicantur. Certe Joſephus hic [l] de marito tantum ait, δίκην λάχων αὐτὸς κατηγορείτω χρώμενος εἰς ἀπόδειξιν οἷς ἂν ἔχοι τεκμηρίοις, *Actionem intendat ipſe & accuſet, eis quae habet ſignis* ſeu *indiciis uſus.* Neque ſane ille ut Philo, ubi [m] hac de re loquitur, quidquam de ſindone in teſtimonium afferenda habet. Vir ſummus Hugo Grotius, veſtimenta hic ſeu linteamina dicta aut ſindones vult τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν, *exemplaria* aut *ſigilla* (*pannos* reddit Andraeas Schottus) *ſordium muliebrium,* quae Alexandrinis φυλακεῖα nuncupata, quod ſcimus ex Damaſcii vita Iſidori Philoſophi apud Photium [n] & Suida. Et cum in Photianis illis ex Damaſcio excerptis, ſtatim ſequatur quod libro ſuperiore [o] notavimus de inſtrumentis nuptialibus fidis ſacerdotis manu conſignandis, verbis eadem de re citatis ſubjicit ille [p], *Apud Hebraeos non a ſacerdotibus haec ſervabantur, ſed a paranymphis qui ipſis* שושבנים ; quaſi mens loci eſſet de τοῖς ἐκμαγείοις ſeu *ſordium muliebrium* (in primo ut ait ille congreſſu) *ſignis* apud ſacerdotem conſervandis. Certe non video ego quomodo ad ἐκμαγεῖα omnino ſacerdotis officium ibi ſpectet. Viderint perſpicaciores. Certe apud Anglos veteres invaluerat opinio illa de hymene virgineo & ſanguineis quae diximus virginitatis ereptae teſtimoniis, quod palam eſt ex Henrico Bractonio, ubi de raptu virginum agens, *Quod crimen,* inquit [q], *ſi convincatur, ſequitur poena, ſcilicet amiſſio membrorum, ut ſit membrum pro membro, quia virgo dum corrumpitur membrum amittit.* Et de rapta raptorem perſequente, *Accedere debet,* ait, *ad villas vicinas & ibi injuriam ſibi illatam probis hominibus oſtendere, ſanguinem & veſtes ſuas ſanguine tinctas,* &c. Sed cautius Ranulphus Glanvillanus [r], *Debet oſtendere ſanguinem ſi quis fuerit effuſus & veſtium ſciſſiones,* &c. Cujacius [ſ] ; *An ſit virgo eſt in difficili ac pene impoſſibili, nec hujus rei uſquam legitur obſtetricibus delatum arbitrium.* Attamen de virginitate interdum, licet non ſemper, probanda ex matronarum inſpectione non ita diſſentiunt juriſconſulti [t] theologique [v] ; qua de re conſulas inprimis ſi placet, Zachariam Paſqualigum [x]. Sed ad Judaeos redimus. Si parentes qui de filia diffamata quererentur deeſſent, curatorem [y] dabant judices. Et de propinquis hic pariter loquitur Joſephus atque de parentibus. Sed vero quae ſive anguſtias jam dictas agendi aliquatenus laxant, ſive alias actionis formulas hac de re praeſtituunt, habes capite ſequenti. Joſephus [z] autem de viro qui falſo ſponſam hic accuſaverat ; Τοῦ δὲ τολμηρῶς, inquit, καὶ προπετῶς ἐπενεγκεῖν αἰτίαν καὶ διαβολὴν πρόσιμον ἐκλινέτω πλήγας τεσσαράκοντα μιᾶς λειπούσης, λαμβάνων καὶ πεντήκοντα σίκλους ἀποτινέτω τῷ πατρί, *Vir temeritatis & petulantiae, qua inſontem uxorem detulit, poenas luat quadraginta una minus plagis acceptis, & quinquaginta ſiclos puellae patri nomine mulctae perſolvat.* Haec ſunt verbera quorum in Lege Sacra mentio. De numero eorum ipſiſſimo qui hic apud Joſephum, tum magiſtri ([a]) tum quae in epiſtolis ([b]) Paulinis habentur, conſentiunt. Ubi vero reperta ſunt manifeſta virginitatis ſigna, non ſine benedictione ſolenni ea ſumma cum laetitia agnoſci ſolebant, ſi fides ritualibus ([c]) in quibus benedictio illa occurit.

ברוך אתה יי' אלהינו מלך העולם אשר צג אגוז
בגן עדן שושנת העמקים בל ימשול זר במעין חתום
על כן אילת אהבים זרע קדש שמרה בטהרה וחוק
לא הפרה ברוך אתה יי' הבוחר באברהם ובזרעיו אחריו,

Id eſt, *Benedictus ſis Domine Deus noſter rex mundi, qui ſtatuiſti nucem in horto Eden* ſeu *in paradiſo, liliumque convallium. Non dominabitur alienus in fonte ſignato. Propterea cerva amorum ſemen ſanctum ſervavit in munditia, & ſtatutum non violavit. Benedictus ſis Domine qui elegiſti Abraham & poſt eum ſemen ipſius.* Allegoriae e Canticis ([d]) ſumuntur & Proverbiis ([e]) Salomonis.

[a] Canonis lib. 3. Fen. 21. cap. 1. vide item Rhaſin. lib. 1. cap. 26. [b] Vide Soranum apud Oribaſium Collectan. lib. 24. cap. 32. Jo. Vier. de Praeſtigiis Daemonum, lib. 2. cap. 37. Roderic. a Caſtro, lib. 1. Univerſae Mul. Medicinae, cap. 3, &c. Adde Hincmarum Rhem. de Divortio Hloth. & Tetbergae reſp. ad Int. 12. [c] De Sacra Philoſoph. cap. 25. [d] De Medica Hiſt. mirabili lib. 4. cap. 15. [e] De Nuptiis, lib. 7. cap. 9. [f] De error. Vulgi lib. 5. cap. 4. [g] Lib. 3. tit. 2. Quaeſt. 1. [h] Exercitat. 3. [i] De Virginitatis Notis lib. 1. [k] Epiſtolic. Quaeſt. Balthaſari Lydio. [l] Orig. lib. 4. cap. 8. [m] Lib. de Spec. legib. de Adult. [n] Cod. 242. [o] Cap. 28. [p] Ad Deut. xxii. 17. [q] Lib. 3. de Corona, cap. 28. §. 1. [r] De legib. & Conſuet. Angl. lib. 14. cap. 6. [ſ] Obſervat. lib. 17. cap. 27. [t] Gloſ. ad Cauſ. 27. Quaeſt. 1. c. 4. Nec aliqua Bald. in c. 4. propoſuiſti. Extr. tit. de Probationibus. Pacianus, lib. 2. de Prob. cap. 2, &c. [v] Cyprian. Epiſt. 62. Sanchez de Matrimonio, lib. 7. diſp. 109. [x] Deciſ. Moral. 221, & 222. [y] Aben Ezra ad Deut. xxii. [z] Originum, lib. 4. cap. 8. ([a]) Videſis Miſn. tit. Maccoth. p. 3. & J. Buxtorf. in epiſt. ad Bibliothec. Rabbinicam. ([b]) D. Paul. ii. ad Corinth. cap. xi. verſ. 24. ([c]) Seder Tephiloth Judaeor. Hiſpanien. pag. 351. b. ([d]) Cant. cap. vi. 2, & 4. ([e]) Proverb. cap. v.

CAP.

CAP. II.

Postulatio de praerepta virginitate, qua in novam nuptam ita uti licuit marito, ut pro ejusce assertionis & uxoris sive negationis sive confessionis & probationum vi, aut rescindebatur dos virginea aut saltem ad vitiatae summam minuebatur.

UBI ex lege capitali in novam nuptam praereptae virginitatis nomine agere aut noluit aut nequibat maritus, integrum ei erat ex receptis moribus sua duntaxat assertione postulare eam sive praereptae virginitatis sive primo amplexu sibi non compertae; non vero criminaliter sed ideo duntaxat ut, veluti condictione indebiti, dotem ei virginis nomine constitutam, quae dupla, ut ostensum est, erat ei quae vitiatae debebatur, aut rescinderet aut pro varia causae qualitate minueret. Sed non ad aliam omnino virginem praeter eam cui dos virginalis, seu quinquaginta siclorum seu zuzorum ducentorum sub sponsalia debebantur, attinuit hic mos. Postulatio hujusmodi [a] phrasi solenni, טענת בתולים, vocatur quod *objectionem, incusationem,* seu *postulationem* de *signis* seu *testimoniis virginitatis* interpretatur. Argumenta hic virginitatis, puellarum citra plenam pubertatem, habebantur bina דמים ודוחק, *sanguis & angustia.* Horum si alterutrum abesset in amplexu primo, praereptae virginitatis erat argumentum. Post plenam pubertatem alii argumenta volebant ab angustia duntaxat sumi, alii tantum a sanguine quae est sententia receptior [b]. Si argumenta haec primo defuisse amplexu sua fide asseruisset maritus, ei, quantum ad hanc agendi formulam, credebatur, etiamsi negaret uxor, nisi aliunde contrarium probare potuisset. Nam suum erat hic virginitatem suam contra nudam mariti assertionem probationibus vindicare. Et praesumebatur falsum non objicere maritum; scilicet existimandum non fuisse, eum qui epulis nuptialibus ita sumptus pridie fecerat, sibi ignominiam aut sponsae (quam etiam pro libitu repudiare potuit) infamiam ita falso esse machinatum. Hac in specie, dote principali cadebat uxor, sed non incremento dotis, nisi ubi ipsa fateretur se ante sponsalia esse vitiatam, aut aliunde justa probatione tantundem constaret. At vero si retinere eam volebat maritus, dote illa priori ita deperdita, necesse erat ut aliam XXV. siclorum ei, velut vitiatae constitueret. Nam nullo temporis momento qua fieri potuit, sine dote, uxor erat retinenda, ut aliquoties supra est memoratum. Si postulata fateretur quidem praereptam fuisse sibi virginitatem, sed vi post sponsalia fuisse compressam, idque juramento firmaret, integra dos ei virginalis manebat. Nam dos ea tunc tempore sponsaliorum ei debita. At si fateretur praereptam ante sponsalia sive vi sive aliter, dotis dimidium primo constitutae rescindebatur. Nam ita XXV. tantum sicli sive centum zuzi debiti, non quinquaginta sicli. Caeterum non omnibus maritis jus hoc postulandi competiit. Etenim postulatio hujusmodi primis post deductionem amplexibus nitebatur. Et pro regionum diversitate, ante deductionem interdum sponsus solus ex more recepto sola cum sponsa horae spatio convenire aut eodem in conclavi simul permitti solebat, qui mos alibi non obtinuit. Scilicet diversitas hic morum Judaeae & Galilaeae. Gemara Hierosolymitana [c] ביהודה בראשונה היו מייחדין חתן אצל הכלה שעה כדי שיהא לבו גס בה ובגליל לא עושין כן, *Antiquitus in Judaea mos obtinuit, ut sponsus solus per horae spatium permitteretur cum sponsa, ut scilicet amor ejus in eam incenderetur.* Quod itidem habent Babylonii [d]; ביהודה בראשונה היו מייחדין את החתן ואת הכלה שעה אחת קודם כניסתן לחופה כדי שיהא לבו גס בה ובגליל לא היו עושין כן, *In Judaea antiquitus mos obtinuit, ut sponsus solus hora unica permitteretur cum sponsa ante deductionem in thalamum (quod in Galilaea fieri neutiquam solet) ut nempe amor ejus erga eam accenderetur.* Ubi igitur mos ejusmodi obtinuit, ut in Judaea, postulationi quam diximus locus erat nullus. Nam aut praesumebatur aut saltem in dubio positum, sponsum interea ipsum sponsam devirginasse. Misna etiam [e], האוכל אצל חמיו ביהודה שלא בעידים אינו יכול לטעון בתולים מפני שמתייחד עמה, *Qui apud socerum suum in Judaea sine testibus comederat* (sponsus, adeoque cum sponsa) *is nequibat postulare uxorem de virginitate praerepta, eo quod solus eam ipse solam convenerat.* Quin nec ubi non adhiberentur paranymphi, qui in thalamo nuptiali pernoctarent, secundum superius [f] ostensa, postulationi [g] huic locus. Ut vero probationes de sanguine, qui argumentorum hic alterum habebatur, rite adhiberentur, quaestio interdum fiebat an adversa puellae valetudo in causa esset quod non compertus sanguis, interdum an ex familia cujus sexui sequiori tam menstruus quam virgineus sanguis omnino deesse soleret, esset oriunda. Viderint hic medici. Familia ejusmodi nuncupatur Babyloniis משפחת דורקטי seu *familia* שאין להן דם נדה ולא דם בתולים, *cujus foemineo sexui nec menses nec sanguis virgineus*, ut explicatur in Gemara [h]. Alludentes etiam magistri, pro more, interpretantur per דור קטוע, id est, *generationem succisam* seu *deficientem propagationem*; unde & David de Pomis, medicus Ebraeus, explicat per משפחה שהיא כמעט עקרה, *familiam semisterilem*, & Talmudici alibi [i], גפן דורקטי habent pro *vite infoecunda*. Hierosolymitane pro eodem vocabulo substituitur טרוקטי aliquoties in Talmude [k] Hierosolymitano. Quin vero & tempora postulandi erant hic singularia. Integrum erat marito per XXX. dies post deductionem a conjugali amplexu abstinere. Si igitur per id.

[a] Misna & Gem. tit. Cethuboth, cap. 1. Babylon. fol. 9. b. Maimonid. halach. Ishoth. cap. 11. [b] Vide Maimonid. halach. Ishoth. cap. 11. & adjectas commentationes & Obad. Bartenor. ad Misnam tit. Cethuboth, cap. 1. [c] Ad tit. Cethuboth, cap. 1. fol. 25. col. 1. [d] Gem. Babylon. ad tit. Cethuboth, fol. 12. a. [e] Tit. Cethuboth, cap. 1. [f] Lib. 2. cap. ult. [g] Gemar. citatae. [h] Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 1. fol. 10. b. vide Buxtorf. Lexic. Chaldaic. col. 582. [i] Gem. Babylon. ad tit. Nidda, cap. 9. fol. 64. [k] Tit. Cethuboth. fol. 25. a.

tempus

…mpus satis constaret eam non ita in occulto, re…otis arbitris, cum sponso fuisse, ut inde praesu…endum esset cum ea rem eum interea habuisse, …que in trigesimum diem durabat tempus postu…idi. Sin vero ita clam convenissent, statim ab …usmodi [a] clandestino conventu, uti & statim a …imo post deductionem amplexu conjugali (quan…m per forensium sessionum dies commode fieri …tuit) aut de virginitate praerepta erat postulan…m, aut juri huic plane renuntiandum. Sed ve… hac de re dissensus aliquis reperitur, adeo ut …t qui velint in specie priori tempus durare, us…e dum constaret eos ita in occulto fuisse, nec …e trigesimo finiri.

CAP III.

…ovi mariti sponsive immunitas a deductionis tempore annua, seu vacatio ab omnimodo sive militari sive civili munere. Obiter de recens extructae domus seu vineae recens plantatae domini immunitate parili.

DE novi mariti sponsive immunitate seu vacatione occurrunt in Lege Sacra loci bini. …ter in sermone a tribunis ad milites habendo, … procinctu scilicet stantes; *Vir* [b] *quoque ille* …*i desponsavit sibi uxorem & nondum accepit* …*m, vadat & redeat in domum suam, ne forte* …*riatur in bello & alius accipiat eam.* Alter … ipsis legibus militaribus, *Cum* [c] *acceperit quis*…*am uxorem novam, non egrediatur ad mili*…*m* (ולא יעבר עליו לכל דבר נקי יהיה) *nec alia* … *quaecunque transibit super eum, sed immunis* …*t in domo sua anno uno, laetabiturque cum* …*ore sua quam accepit.* Loco etiam priori si…lis fere adjicitur immunitas tam illius qui do…m recens construxerat, nec eam dedicaverat, … est, ut dominus usus fuerat, quam ejus qui …neam plantaverat ולא חללו *& nondum eam* …*fanaverat, communem fecerat, fructum pol*…*cerat,* seu ut Helleniftae, οὐκ εὐφράνθη ἐξ αὐτοῦ, …*uctu illius se nondum oblectaverat.* Et de …onso qui deducturus erat sponsam, & de eo …i jam recens aut intra annum deduxerat, velut …nicam legem ex utroque loco natam faciunt. …uemadmodum etiam Josephus [d] qui tam τοὺς …μνηστευσαμένους *sponsos,* quam νεωστὶ γεγαμηκότας, …*i nuper uxores duxerant* ex lege immunes fuisse …, & recte vertit Ruffinus vetus ejusdem inter…es; pro quo in versione recentiori male sub…tuitur, *qui desponsata uxore nondum eam do*…*um duxerunt.* Quin, tam de eo [e] qui viduam …am qui virginem sibi duxerat spoponderatve …cturus sumitur; tametsi Philo [f] expressim de …παρθένον ἐγγυησαμένῳ seu *de eo qui virginem haberet desponsatam* legem capiat. Etiam levirum, …i fratria ex lege accipienda, contineri hic volunt. At vero non eum qui a seipso repudiatam denuo duxerat. Quia nempe illa non erat uxor nova; quae sunt verba legis. Neque intelligunt de eo qui sibi interdictam duxerat aut spoponderat, veluti ubi pontifex viduam aut sive is sive alius quicunque sacerdos repudiatam, profanam aut scortum duxerat, aut Israelita mamzeram, aliusve ejusmodi aliam, juxta ea quae de interdictis conjugiis libro primo ostenduntur. Qui vero legis beneficio gaudebant, integro a deductione anno non solum a militia (sed non sine temperamentis mox adjectis) immunes erant, verum etiam ab omnimodo munere civili quod publicum erat, veluti tributo, vigiliis. Illud legis, *nec alia res quaecunque transibit super eum,* &c. Hellenistis explicatur per οὐκ ἐπιβληθήσεται αὐτῷ οὐδὲν πρᾶγμα, ἀθῷος ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, &c. *Nulla injungetur ei res, immunis erit* seu *damni expers in domo sua,* &c. Ubi etiam habet Vulgata, *Nec ei quippiam necessitatis injungetur publice, sed vacabit absque culpa domui suae, ut anno uno laetetur cum uxore sua.* Qui formidolosi ac pusillanimes sive e delectu sive e turmis redibant (secundum illud in tribuni oratione; *Pusillanimis* [g] *& formidolosus vadat & redeat ad domum suam, ne dissolvat cor fratrum suorum sicut cor suum*) eorum erat, commeatum, aquam, id genus alia nihilominus exercitui subministrare, itinera sternere, stationes apparare. Caeterum etiam hisce universis sponsus anno suo primo erat immunis. Sed distinguendum est hic de belli genere. Aliud erat מלחמת מצוה seu *bellum ex praecepto divino gerendum,* aliud מלחמת הרשות *bellum ultroneum* seu *arbitrarium.* Utrumque genus alibi [h] fusius explicatur. Sponsi hanc immunitatem ad primum genus attinuisse nolunt, sed tantum ad secundum. Misna [i]; במה דברים אמורים במלחמת הרשות אבל במלחמת מצוה הכל יוצאין אפילו חתן מחדרו וכלה מחופתה *Quae verba* (de immunitate militiae) *intelligenda sunt de bello ultroneo. Caeterum in bellum quod ex praecepto* (divino) *gerendum erat, universis erat proficiscendum, etiam sponso e cubiculo suo & sponsae e suo thalamo.* Puellam sibi spoponderat miles in diem, veluti in anni exitum. Ante diem fieri nequibat deductio, unde nec immunis erat ex hac lege. Cedit dies [k], dum in castris agit. Exautorandus erat, ut ad sponsam deducendam rediret & nuptiarum primitiis anno deinceps integro frueretur. Annuum illud tempus ipso legis sermone nec ei qui vineam plantaverat, nec qui novas construxerat aedes indulgetur. Neque ubi id sponso tribuitur, ulla eorum fit mentio. Attamen utrique suus itidem erat ex receptissimo vetustissimoque legis de sponso latae interpretamento annus utendi fruendi; adeo ut quanto tempore & quo modo immunis erat apud novam nuptam maritus novus, tanto & eodem [l] undiquaque immunis ageret in novis aedibus dominus, & in vinea nova vinitor. Nec solum de recens extructis aedibus legem capiunt, sed de recens etiam acquisitis,

[a] Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth, cap. 13. fol. 111. b. Maimonid. halach. Ishoth. cap. 11.
[b] Deut. xx. 7.
[c] Ibid. …v. 5.
[d] Lib. 4. cap. 8.
[e] Misna tit. Sota cap. 8. Sepher Siphri col. 186. & 203. Maimonid. hal. Melakim, cap. 7. Mo… Mikotzi Praecept. Affirmat. 121.
[f] Lib. περὶ ἀνδρίας.
[g] Deut. xx. 8.
[h] Vide Guil. Sckichart. de Jure …gio, cap. 5. & in lib. nostrum 6. de Jure Naturali & Gent. cap. 12.
[i] Tit. Sota, cap. 8.
[k] Maimonid. halach. Mela…n, cap. 7.
[l] Misna tit. Sota, cap. 8.

veluti succeſſione, emptione, donatione. At vero de nullis quae non habitationi idoneae eoque nomine poſſeſſae. Quin & diſerte memoratur Joſepho [a] hic χρόνος ἀπολαύσεως οἰκιῶν ἐνιαύσιος *annuum tempus aedium fruendi*, veluti domino novo ex jure competens. Nulla autem in hiſce ratio habita aedium extra terram ſanctam extructarum, uti nec vineae extra plantatae. Nec vero ſolum vineam hic intelligi volunt, ſed qualemcunque locum arboribus frugiferis ſeu אילני מאכל uti vocant, id eſt, *arboribus cibi* nuper conſitum; modo quinque minimum conſererentur. Conſitori vero immunitatis ſuae annuae initium auſpicandum [b] erat a fine anni a conſitura tertii: nimirum annis tribus primis, fructus, ut immundi, interdicti [c]. Quarti fructus, Numini ſacri, aut ipſi Hieroſolymis comedebantur aut parte pretii quinta [d] adjecta redimebantur; adeo ut annus eos rite profanandi ſeu pollucendi quartus haberetur a conſitura. Sed haec obiter.

CAP. IV.

De mutuis conjugum officiis ac juribus; decem quibus maritus uxori, quatuor quibus ipſa marito obligabatur. Et quomodo jura illa ad uxores interdictas attinerent. Obiter de donationibus inter virum & uxorem.

Officia conjugum mutua atque mutua cura (praeter amorem honoremque conjugalem [e], mores uxoris pudicos, id genus alia) ejuſmodi erant, ut ſive virgo uxor tempore ſponſaliorum eſſet, ſive devirginata, ſive major, ſive minor, ſive proſelyta, ſive libertina, decem obligationum generibus [f] maritus uxori & quatuor ipſa viro teneretur. E decem hiſce tria ipſo Legis Sacrae ſermone nituntur; reliqua ſeptem ex majorum Sancitis orta ſunt. Tria illa occurrunt in lege lata de ancilla Ebraea domini filio deſponſata; *Si filio* [g] *deſponderit eam, juxta morem filiarum aget cum ea. Et ſi alteram duxerit ſibi*, שארה כסותה ועונתה לא יגרע, id eſt, *victum ejus* ſeu *alimoniam, operimenta* ſeu *veſtimenta ejus* (quibus adjungunt utenſilia ac domicilium, ut mox oſtenditur) *& conjugale debitum non minuet. Et ſi tria iſta non exhibuerit ei, egredietur illa gratis abſque pecunia.* Apud Helleniſtas vocantur, τὰ δέοντα, ὁ ἱματισμὸς καὶ ὁμιλία αὐτῆς, ſeu *neceſſaria, veſtimenta & congreſſus ejus maritalis.* Nam ὁμιλία ibi, uti apud Ariſtotelem, Lucianum, alios Graecorum, etiam uti apud Latinos *congreſſus*, ipſum ſignificat concubitum. In verſione ſubſtituitur ibi *converſatio ejus*. Vulgatus, *Providebit puellae nuptias, veſtimenta & pretium pudicitiae non negabit.* At neque quod *nuptiis* nec quod *pudicitiae pretio* reſpondeat, habetur [h] in origine. Auguſtinus Steuchus hic; *Alimentum ſuum & veſtimentum & tempus nubena non auferet.* Atque addit, *utque ita etiam exponit Rabbi Solomon.* Quod non male ſi *nubere* pro eodem ipſo quod eſt *concumbere* ib ſumat. Nam Rabbi Salomon expreſſim ונתה (quod ibi tertium, verbotenus *tempus ſuum praefinitum* interpretatur) vertit ſeu explicat [i] תשמיש *concubitum* ſeu *debitum*, quod vulgo vocatur *conjugale.* Aliis idem innuentibus [k] per ונת תשמיש המטה *tempus quo in lecto concumbitur.* Pro tertio hic (nam de binis prioribus conſentiun ſatis univerſi praeter Vulgatam) habet Saadia اوقاتها ſeu *tempora ſua praefinita.* Arabs Er penianus وقتها quod ejuſdem eſt ſingulare. Non dum vero editus penes me Arabs [l] مضاجعتها *concubitum ſuum*; cui conſonus eſt Arabs Romae pridem editus. Judaei Hiſpanienſes, *ſu ora* Juriſconſulti autem Ebraei de concubitu ſe quod conjugale debitum vocitamus, locum hun plerumque accipiunt, atque apertius explicant pe לבא עליה כדרך כל הארץ, *Ut* [m] *ingrediatur a uxorem maritus juxta hominum morem,* ſeu *mo rem univerſae telluris.* Paraphraſes etiam Chaldaeae ac Hieroſolymitanae adſtipulantur. Nullibi demum de pudicitiae hic pretio (quod in Vulgata) veſtigium habetur apud orientales. Adverte etiam quae de hiſce occurrunt in formul dotis conſtituendae ſuperius [n] oſtenſa. Peculiar jus hoc faciunt filiarum Iſraelis ſeu Iſraelitidun etiam dum conditionis erant ſervilis. Et expreſſim [o], ינר מזה לא היה במצות בני נח ולא בתקנות העמים, *Nihil horum reperitur inter praecepta Noachidarum,* ſeu *quae omnium hominum ſun communia, nec inter inſtituta Gentium.* Quod debitum conjugale dicitur ex hac lege quae velu ſedes habetur primariorum mariti erga uxorem officiorum, id ἡ ὀφειλομένη εὔνοια, ſeu *debita benevolentia* nuncupatur [p] Paulo apoſtolo. *Ut* ſcilicet, quod ait Eraſmus, *rem parum verecundam verecunde notaret.* Syrus ibi, *Vir uxori ſuae reddat* חובא דמתחתיב *amorem quem debet.* Arabs itidem الود الذي يجب لها *amorem quem debet ei.* Habent ibi codices aliquot Graeci τὴν ὀφειλομένην τιμὴν *debitum honorem*, alii ſolummodo τὴν ὀφειλὴν, *debitum*. Unde in Vulgata legitur *Uxori vir debitum reddat*, quemadmodum legiſſe tum Clementem Alexandrinum [q] tum Tertullianum [r] liquet. Reliqua ſeptem tribus jam dictis adjicienda ſunt I. *Ipſa dos principalis ſeu* עיקר כתובה (juxta ſuperius [ſ] memorata; nam & ſunt qui dotem ipſam in univerſum Lege Sacra ſubniti etiam velint)

[a] Lib. 4. cap. 8. [b] Gemar. Hieroſolymit. ad tit. Sota, fol. 22. col. 4. §. 5. & Jarch. ad Levitic. xix. [c] Levit. xix. 23 [d] Ibid. xxvij. 31. [e] Gemar. Babylon. ad tit. Kidoſchim, cap. 1. fol. 31. b. & Maimonid. halach. Iſhoth, cap. 15. ſub finem [f] Miſna tit. Cethuboth, cap. 4. & Maimonid. halach. Iſhoth, cap. 12. & Miſna & Gemar. tit. Cethuboth, cap. 6. Moſes Mikotzi Praecept Affirmat. 48. [g] Exod. xxj. 9. & 10. [h] Videſis Sixtinum Amama in Cenſura Vulgatae, in Exod. cap. 21. & Nicol. Lyram ibidem. [i] Ad Exod. xxj. 11. [k] Abarbinel in Piruſh, fol. 179. col. 1. [l] Vide Aben Ezra ad Exod. xxj. 11 & Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 4. fol. 47. b. gloſſ. ibid. Moſem Mikotzi Praecept. Negat. 81. & Affirmat. 48. praeter comment alios ad Miſnam tit. Cethuboth, cap. 4. & ad Exod. cap. xxj. [m] Maimonid. halach. citat. & Gem. Hieroſolym. ad tit. Cethuboth cap. 5. fol. 30. col. 2. hal. 9. [n] Lib. 2. cap. 10. [o] Abarbinel in Piruſh, fol. 179. col. 1. [p] Paul. ad Corinth Epiſt. 1. cap. vij. 3. [q] Stromat. 3. ſub finem. [r] Lib. de Pudicitia cap. 16. [ſ] Lib. 2. cap. 9. & 10.

:lint) II. לרפאתה אם חלתה, *Ut medicinae ımptus praeſtet vir ubi uxor aegrotaverit*, [I. לפדות אם נשבית, *Ut redimat eam ſi ıpta fuerit*, IV. לקברותה אם מתה, *Ut fune-'es ei praebeat ſumptus ſuperſtes.* V. להיות נזונת מנכסיו ויושבת בביתו אחר מותו כל ז אלמנותה עד שתטול כתובת, *Ut alatur ipſa ex uſce bonis & in aedibus ejus degat poſt mor-m ejus, quamdiu vidua fuerit nec dotem acce-'rit.* VI. להיות בנותיה ממנו נזונות מנכסיו אחרי מותו עד שתתארס, *Ut filiae ejus ab eo ſuſcep-:e ex illius bonis alantur uſque dum fuerint ıptae*, ſeu *deſponſatae*, VII. ולהיות בניה הזכרים ממנו יורשן כתובתה יותר על חלקם בירושה שעו אחיה, *Et demum ut liberi ejus maſculi ab eo ſcepti ſuccedant in dotem ejus, praeter partes :as cum fratribus inſuper capiunt haereditatis ternae.* Atque ſex haec doti principali adjecta citantur dotis conditiones ſeu appendices, ut alibi obiter diximus [a]. E quatuor illis quibus arito uxor ex majorum inſtitutis tenebatur, pri-um eſt, להיות מעשה ידיה שלו, *ut operae ma-um ejus*, quodlibetcunque opificium ejus, *in mmodum mariti ac poteſtatem cederet.* Secun-m להיות מציאתה שלו, *ut quicquid ei caſu ſt nuptias accederet, mariti fieret.* Et Maimoni-s expreſſim [b], כל המעות שביד האשה בחזקת בעלה אלא אם הבאה ראיה שהן מנדוניה, *Univerſa ıa quae habet uxor mariti ſunt, niſi ſi proba-nem ea attulerit, eſſe ex eis quae in matri-nium ipſa* (velut dotem in jure Caeſareo) *con-'erat*, aut ex donatis propter nuptias, ſeu dote jure Ebraico ejuſve incremento; quod adjici-dum eſt. Unde manifeſtum fit, nec donatio-m inter virum & uxorem apud Ebraeos ad-ſſam: ſcilicet poſt nuptias. Nam inter ſpon-n & ſponſam admitti idque neceſſario liquet ante oſtenſis de dotatione dotiſque incremen- Poſt nuptias autem donatio inter conjuges n admittitur, ne aut munerum expectatione dua minueretur affectus conjugalis, aut ex va-eorum diſcrimine, in perpetua conjugum vi-conſuetudine, male penderet. Quae juri Cae-o [c] moribuſque paſſim per Chriſtianiſmum re-tis ſatis ſunt conſona. Et ſponſum ſponſae : donare liquet ex formulis ad oſtium eccle-: dotandi libro ſuperiori oſtenſis, aliiſque alibi [d] urrentibus. At vero in commentariis juris [e] tri vetuſtis pro judicato habetur, donationem ponſo ſponſae poſt coitum ſed ante nuptias am plane irritam fuiſſe. Ratio redditur, eo d facta eſt, *poſt fidem datam & carnalem co-am, & ſic tanquam inter virum & uxorem.* quantum autem uxoris nomen revera induit nſa per verba, ut aiunt, de praeſenti, ante tias, diſputant juriſconſulti theologique obiter jura tractant conjugalia. Atque ad hanc rem ctant quae libro afferuntur ſecundo non pauca. itum aut ſponſalia ſequutum etiam nuptias pleſſe voluere juriſconſulti noſtrates, qui ita ut tum eſt ſententiam tulere. Certe & in Marculphi formulis, ex ipſis ſponſalibus ſine nuptiis affinitatem contrahi plane admittitur. Libelli ibi [f] dotis verba ſunt; *Donat ille* (pater) *honeſtae puellae nurui ſuae illi, ſponſae filii ſui illius, ante diem nuptiarum, donationiſque animo transfert*, &c. Sed haec obiter. Tertium eſt, שאוכל כל פירות נכסיה בחייה, *Ut qualiſcunque ſubſtantiae uxoris, dum ſuperſtes fuerit, uſusfructus in mariti cederet commodum.* Quod interim qua ratione intelligendum, oſtenditur capite nono. Quartum, ואם מתה בחייו יורשנה, *Atque ut ipſe ſuperſtes ei velut haeres ſuccederet.* Quo modo tam haec de ſucceſſione maritali quam illa de liberorum ſimul conſiſtant, explicatur in libello [g] de Succeſſionibus in Bona Defuncti. Tametſi autem conditiones hae libello dotali expreſſim non inſerebantur, generalem nihilominus earum mentionem in eo habes. Haec autem omnia ita tantum obtinuere, ut, ſi ipſis ſponſalibus adjectum eſſet pactum ſingulare [h], conjugum alterutrum horum aliquo non iri obligatum, vim ſortiretur ejuſmodi pactum, modo nec de debito conjugali, nec de dote principali, nec de ſucceſſione maritali fieret. Ratio tum de debito conjugali tum de dote habetur ex eis quae ſupra afferuntur: ne ſcilicet pactum aliquod ipſi Legi Sacrae hic adverſaretur. Nam & dotem ex Lege Sacra pependiſſe voluere aliqui. Haereditaria autem mariti ſucceſſio Lege ſimiliter Sacra, juxta magiſtrorum ſententiam, nititur; unde nec pacto mutanda. Vide quae de ſucceſſione ejuſmodi dicto de Succeſſionibus libello traduntur. Quin vero ad uxorem quae ex eis eſſet quae in lege ſunt expreſſa, etiamſi ſine exciſionis poena, negatione interdictae, nec dos ipſa [i] nec quid aliud e dictis commodis inde pendentibus, mortuo marito, attinebat. Hujuſmodi tamen uxor incremento dotis fruebatur. Scilicet hoc pro viri arbitratu adjectum; dos ipſa ſive ex ipſa lege, ut aliqui, ſive e majorum inſtitutis. Quod tamen intelligendum eſt de uxore, quam ſibi ita interdictam ignorabat maritus tempore dotationis. Nam ſi non ignorabat, ut nec ſine dote ejicienda erat divortio, ita ſi ante divortium moreretur maritus, etiam praeter dotem alimenta e bonis ejus ei, uti dotalis conditio, erat praeſtanda. Idem ſimiliter capiendum de uxore ex affirmationis vi duntaxat interdicta, ſive ignoraret maritus ſive minime. At ſecundaria, ſive de ejuſdem conditione tempore dotationis liqueret ſive neutiquam, ſine dote & omnimodo, praeter incrementum, dotali commodo ejicienda erat. Sed de jam dictis juribus ſeu officiis conjugalibus fere ſingulis ſtatim plura. Hoc interea monendum alia quaedam eſſe quae inter haec rite ſatis ſint cenſenda. Caeterum quia diſtributio ſupra tradita juriſconſultorum Ebraeorum eſt, & ad conjugia univerſa regulariter attinebat, ideo eam ſtricte retinuimus; quae ſunt reliqua ſubinde pro re nata occurrentia, prout locus commodius permiſerit, etiam interſerturi.

[a] Lib. de Succeſſ. in Bona cap. 2. [b] Praeter ante citata vide Maimonid. halach. Gazela Wabda cap. 17. ſub finem, & halach. ıa Welua cap. 2. ad finem, vide Hug. Grot. ad Deut. xxii. 3. [c] L. 1, 2, &c. 27. & 64. D. tit. de Donat. inter virum & uxorem. & ideſis DD. ibid. & Scip. Gentil. de Donationibus ejuſmodi lib. 4. cap. 1. & 16. & Alberic. Gent. de Nuptiis lib. 7. cap. 2. [d] Vide Notas Hieron. Bignonii ad Marculph. pag. 562. [e] 16 Hen. III. ſeu 1236. Fitzherb. tit. Feffements & faits 117. [f] Lib. 2. 15. Et vide Tho. Cormer. Cod. Hen. IV. lib. 1. cap. 4. num. 23. [g] Cap. 2. & 17. [h] Maimonid. loco citat. & ibid. c. 23. [i] Miſna tit. Cethuboth cap. 11. Gemar. ibid. Maimonid. halach. Iſhoth cap. 24.

CAP. V.

De alimentis uxori praestandis, ac vestimentis; domicilio, utensilibus. Et de mariti in eam potestate, qua sive domi eam retineret, sive in alias cum ea migraret sedes.

UBI ex affectu maritali, sive alimenta, sive vestes sive debitum conjugale minime, ut decuit, praestabantur, licuit uxori in foro adversus maritum eo nomine agere. Ex sententia ibi praestituebantur alimenta. Si tenuioris esset maritus fortunae, & alimenta in universum ex sententia ei essent ita subministranda, decernebatur uxori panis quotidianus, qui diebus singulis [a] profestis שתי סעודות *binis refectionibus*, seu prandio ac coenae sufficeret; sabbato autem, tribus; isque sive hordeaceus sive triticeus pro loci & temporis usu. Et pro more eorum qui e vulgo infimo erant in eodem loco seu regione integrae valetudinis ac homines frugi, quantitas ejusdem panis est definita. Adjiciebatur aliud edulii alicujus genus; velut legumina, olera, quae cum pane comederentur praeter fructus & oleum, quod tum cibo inserviret tum lumini. Etiam & vini aliquantulum ubi contra morem non erat foeminas vinum bibere. Quin sabbato caro sive piscium sive quadrupedum sive volucrum mundorum pro more loci, ei insuper debebatur. Qualibet item hebdomade מעה כסף לצורכה [b] *obolus argenteus ob necessaria sua* (monetae nostrae circa sesquidenarium) a marito ei solvendus erat; seu ut alii [c] לדברים קטנים, *ob rerum minutias*, ut nos dicimus **to buy pinnes.** Hoc non, ut oportuit, ei praestito, opificium ejus in ejusce cedebat compensationem, non, ut alias, in mariti commodum. Quod si adeo inops esset maritus, ut neque haec posset praestare, ex sententia forensi divortio eam ejicere cogebatur, uti & dotem pro bonorum qualicunque copia refundere. Alii autem qui beatiores erant, ut pro opulentia, qua pollebant, alimenta uxoribus praestarent, eodem modo decerni solebat. Verba Misnae, במה דברים אמורים בעני בישראל אבל במכובד הכל לפי כבודו, *Dicta sunt illa atque intelligenda, de Israelitis pauperioribus; sed dignior quisque* seu *beatior juxta dignitatem* seu *opulentiam suam.* Si peregre profecto marito, alimenta sibi praeberi a foro peteret uxor, ante trimestre a peregrinationis initio seu mariti discessu elapsum, sententiam secundum eam non ferebant. Praesumebatur enim neminem aedes suas rebus familiae victui per tantillum temporis necessariis vacuas relinquere. Illo autem transacto tempore, involantes ex sententia fori lictores in bona mariti ea in alimenta uxoris vendebant: saltem, si libellum dotalem apud acta uxor edidisset. Nam fuere qui existimarunt, nisi libellus ille ab ea ita ederetur, ut palam constaret eam non a marito profectur[...] accepisse dotem aut eam ei remisisse, locum hi[...] alimentorum petitioni fuisse nullum. Caeterun[...] & uxori ipsi licuit bona ita absentis mariti ob eandem causam vendere nec in foro agere; pu[...]tatis post rationibus pretii rei venditae atque ali[...]mentorum, sive redeunte marito, sive cum exi[...]geret ipsa post mortem ejus ab haeredibus doten[...] suam. Mariti item in custodiam traditi bona i[...] uxoris alimenta, vendi jubebat forum. Peregr[...] profecto marito, in alimenta sua mutuo ab ali[...] acceperat uxor. Si is praestito redux affirmar[...] sacramento, se cum proficisceretur, domi qua[...] alimentis uxoriis sufficerent reliquisse, mutuum erat e bonis uxoris tantum reddendum. Alite[...] ab ipso marito. Nec dissimile jus de vestit[...] Praestituebantur autem, ubi tenuioris fortun[...] mariti uxor ex sententia forensi erat vestienda, i[...] vestimenta ejus, veluti togam, tunicam, indu[...]um, quotannis [d] quinquaginta zuzi (qui, pro v[...]lore eorum metallico juxta superius [e] indica[...] hac in specie [f] aestimantur) adeo ut hyeme ta[...]tum compararentur nova, aestivo tempori ant[...] detritis satis inservientibus. Adjiciebatur ite[...] cingulum, capiti operculum, & calcei novi מועד למועד, *a festo in festum*, id est, ter quotan[...] sive in quodlibet festorum; paschatis, pentec[...]stes & scenopegiarum. Neque vestimenta solu[...] sed & mundus muliebris seu ornatus, qualis [...] more, ei reddendus erat. Hunc תכשיט app[...]lant. Ita tamen ut hic ei decernendus non [...]set, peregre profecto marito. Tunc enim לה בעל שתתקשט לו, *deerat ei maritus cui se ornar[...]* Quin domicilium seu conclave quadratum cu[...] latera minimum quatuor essent cubitorum, cu[...] latrina extra adjacente, atque utensilia domesti[...] veluti lectus, olla, scutula, poculum ex senten[...] forensi ei definiebantur. Ita scilicet generatim res habuit. Sed diversitatis morum & locor[...] singularis ratio semper erat habenda, uti eti[...] mariti opulentiae atque amplitudinis, juxta qua[...] haec omnia lautiora. Quin vero qui vestime[...]torum sumptibus erat impar, is cogebatur ux[...]rem divortio separare, dotemque ei pro opu[...] suarum viribus numerare; ut etiam de alimen[...] jam dictum est. Cogendus eodem modo e[...] quicunque voto negaret uxori sive alimenta si[...] vestimenta idonea, nec idem intra aut statim p[...] trigesimum diem laxari curaret. Per id tempu[...] curator e vicinis dabatur, qui uxori compara[...] quae voti ratione marito non licuit; postmodu[...] e mariti bonis compensanda. Idem fiebat, [...] profiteretur voto maritus se nolle eam paren[...] aut propinquos temporibus opportunis invise[...], adeo ut contra morem patrium, quo semel [...] mense id facere licuit, eam velut carcere do[...] clauderet, nec votum tempestive curaret laxa[...]. Quod itidem dicendum si ab omni solenni [...] luctu sive convivio eam voto arceret, nisi si i[...]probi eorum, qui simul adessent, mores satis [...]rant in causa. Scilicet contra quod ipse vove[...] facere, aut, dum maritus esset, permittere, eti[...] ei (voto nondum rite [h] liberato) plane illicitu[...]

[a] Misna tit. Cethuboth cap. 5. Gem. Babylon. fol. 64. b. Hierosol. fol. 30. hal. 13. & Maimonid. hal. Ishoth cap. 12. Moses Mik[...] Praecept. Affirm. 48. [b] Misna ibid. [c] Jarchius, Bartenorius, &c. [d] Misna tit. Cethuboth, cap. 5. [e] [...] 4. cap. 9. [f] Maimonid. halach. Ishoth cap. 13. [g] Misna tit. Cethuboth, cap. 7. Gem. Babylon. fol. 71. b. Maimonid. [...] citat. &c. [h] Vide caput proximum.

habeba[t]

ibebatur ex jure votorum, quod pariter in aliis iquot quae sequuntur inprimis observandum. quis alicujus trium illarum provinciarum, Ju-cae, Galilacae, aut Trans-Jordaninae regio-s, nempe Terrae Sanctae, incola uxorem sibi ixerat in terra aliena, veluti Babylonia, Ara-a, AEgypto, ea aut pro mariti arbitratu cum Terram Sanctam sequebatur [a], aut ejicienda di-rtio etiam sine dote. Si vero nollet maritus, a autem vellet inde in Terram Sanctam migrare, pudiatae dos cedebat. Tacita nimirum haec in-at omnium Ebraeorum nuptiis conditio. Quod ex alicujus trium illarum provinciarum esset ux-, licuit ei marito in earum aliquam aliam, ne-um in terras alienas demigraturo, sine dispendio repudiaretur dotis, obstare. Integrum vero erat arito domicilium in eadem provincia mutare que uxorem cogere (imminente si obstaret dotis aeter repudium dispendio) ut simul mutaret; empe sive ex urbe alia in aliam ejusdem provin-iae, sive e vico pagove alio in alium ejusdem ovinciae vicum pagumve (modo utriusque non dispar esset conditio) sed non ex urbe in vicum t pagum ולא מנוה היפה לנוה הרעה ולא מנוה הרעה לנוה היפה, *Neque e loco salubri in insa-lrem, neque ex insalubri in salubrem*, ne ex bitanea aeris mutatione corpori intemperies nas-retur.

CAP. VI.

e conjugali debito, praefinitis eidem va-riatim vicibus, & praxi forensi ubi id sive voto sive contumacia mariti aut comperendinaretur aut plane negaretur. Obiter de votis rite laxandis.

DEbitum conjugale regulariter volebant red-dendum a marito כפי כחו וכפי מלאכתו, *ro ratione virium suarum & assuetae cui ad-ctus est operae.* In Misna [b] legitur, המדיר את אשתו מתשמיש המטה בית שמאי אומרים שתי שבת ב בית הילל אומרים שבת אחת התלמידים יוצ לתלמוד תורה שלא ברשות שלשים יום והפועל שבת אחת העונה האמורה בתורה הטיילין בכל יו הפועלים שתים בשבת החמרים אחת בשבת הגמ אחת לשלשים יום הספנים אחת לששה חדש דברי ר' אליע, *Ubi maritus voto se obstringit uxoris concubitu*, seu *lecti*, ut vocant, *minis-io, per binas hebdomadas* uxori expectandum it, *juxta sententiam scholae Schammaeanae. tqui ex Hillelis scholae sententia per heb-madam unicam. Discipuli excipiuntur propter dium legis, utpote in quos non est uxoris hic estas per dies triginta. Operariis seu artifi-us hebdomas praefinitur unica. Quod vero ad ijugale debitum in lege memoratum attinet, venes [c] otiosi, strenui, ad illud singulis obli-ntur diebus, operarii binis in hebdomade vi-ius, asinarii* (villici ac rustici qui proventus ex agris villisque apportant) *semel in hebdomade, qui cum camelis mercaturam exercent* (qui e longinquo onustos mercibus camelos ducunt) *semel in diebus triginta*; *nautae* (qui aperti maris spatia metiebantur) *semel tempore quolibet semestri*; *quod ex sententia Rabbi Eliaezeris dictum.* Sic Misna. Res autem ipsa ex jurisconsultorum celebriorum sententia ad hunc modum se habuit. Voluit quidem schola Schammaeana maritum ejusmodi voto absque dispendio se posse per hebdomadas binas obstringere; nimirum cum neutiquam inde ex sententia forensi coactum iri uxori libellum divortii cum dote dare. Etenim id sequebatur ubicunque ex voto, plusquam fas esset, conjugale debitum uxori negaretur. Binarum hebdomadum rationem petebant Schammaeani e maternae immunditiei diebus totidem [d] post partum foemineum. Hillelis schola unicam hebdomadam excedi noluit, ratione petita tum ex immunditie materna post partum [e] masculum, tum e foeminae immunditie [f] menstrua; quarum utraque septem diebus praefinita. Atque hac in re, juxta receptiorem etiam in foro sententiam pronuntiavit schola Hillelis; adeo ut quicunque debitum conjugale voto nuncupato ultra dierum septem intervallum comperendinaret, ei [g] aut votum rite erat laxandum, aut uxor repudianda, dosque simul numeranda. Quod interea de voto, unde ut ante monitum est, concubitus marito illicitus fiebat, duntaxat intelligendum. Etenim non in mensem solum, sed in tempus etiam semestre comperendinationes debiti hujusmodi etiam ex receptis moribus fuere licitae, veluti mercatoribus ac nautis, ut liquet in verbis Misnae superius allatis. At vero tametsi semel tantum in mensibus sex ex maritali jure praestare hoc debitum obligabatur nauta, ab eo nihilominus praestando, cujus praestandi jus marito nunquam ultra dierum septem intervallum deesse aequum censebant, voto cum ultra idem tempus obstringi noluere. Sine voto, integrum erat marito, pro libitu, sive profecturo sive redeunti diem anticipare, quod non licuit per ejusmodi votum non rescissum, cui locum etiam hic non aliter ac dictum est permittebant, ne primarius ille conjugalis amoris nodus nimium inde laxaretur, quoties uxor maritum sive praesentem sive absentem ex professo amplexibus suis ultra tempus praestitutum renuntiasse resciret. Quod autem de voto rite laxando, id est, eo qui nuncuparat a voti praestatione obligationeque rite liberando, tum hoc capite tum in proxime antecedenti, habetur, ad hunc modum est intelligendum. Tametsi qui voverat, ita inde obstrictus erat ad id servandum quod voverat, ut plane verberibus puniendus esset, si votum violaret antequam ab eo rite liberaretur, attamen haud difficile erat, pro arbitrio ejus, liberari. Ita nihilominus, ut nec ipse nec unicus aliquis alius (extra causas filiae & uxoris, quarum hanc voto laxabat, ex Lege Sacra [h], maritus, illam pater) in dignitatem seu titulum τȢ חכם *sapientis* seu זקן *presbyteri*, quasi diceres doctoris aut licentiati, cum potestate ligandi & solvendi sive

[a] Misna tit. Cethuboth, cap. 13. Gem. Bab. ibid. fol. 100. Maimonid. hal. Ishoth. cap. 13. Sepher Cozri, part. 2. cap. 22. [b] Tit. Cethuboth, cap. 5. [c] De טיילין videsis Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 5. fol. 62. a. & Baal Aruch in טיול, &c. [d] Levit. xii. 5. [e] Ibid. comm. 2. [f] Levit. xv. 19. [g] Gemar. Bab. ad tit. Cethuboth, cap. 5. fol. 61. b. Maimonid. hal. Ishoth, cap. 14, &c. [h] Num. xxx. 4.

universali sive particulari non creatus. Sed vero si voti reus se temere seu imprudenter vovisse compererat adeoque poenitens liberari voluerat, triumviris qualibuscunque [a] (ex genere Israelitico) hanc in rem a se ipso adscitis licuit sententia sua eum liberare. Tantundem itidem facere licuit sapienti seu presbytero cuicunque unico, a quo liberationem is peteret. Sed quod ita temere & imprudenter voverat, sacrificio pro peccatis ex ignorantia, praestituto luebat; aliter etiam verberibus plectendus, si votum non praestaret, nisi inde juxta jam dicta liberaretur. Et quod aliqui habent de potestate summi pontificis [b] voto solvendi a doctrina Talmudica perquam est alienum. Idem obtinuit juris in liberationibus ab juramentis promissoriis atque excommunicationibus [c]. Caeterum ubi votum non intercedebat, tempora debitum reddendi conjugale, pro vario hominum genere in verbis jam e Misna citatis aperiuntur quidem, sed ita, ut tam correctione indigeant e Gemara quam explicatione. Quod ad discipulos attinet seu legis studiosos, id est, qui serio primas ejusce scientiae sive nacti essent sive ambirent; etiam per biennium aut triennium, si res postulaverat, nulla fuit in eos uxoris debiti exigendi potestas. Id quod facile praesides forenses sibi suique similibus indultum voluere. Attamen semel qualibet hebdomade ab eis illud praestandum esse, ubi absentia non obstabat, in monitis ac consilio habebant, non in praeceptis seu institutis; idque [d] מלילי שבת ללילי שבת אם יש בו כח *A sabbati nocte in noctem sabbati si vires ei sufficiant*, ut Talmudicorum verba sunt. Caeteris ex praecepto observanda erant tempora sibi praestituta, nisi veniam ab uxoribus impetrassent. Artificum autem seu operariorum alii operam suam exercebant seu locabant in urbe seu oppido quo habitabant, alii extra. Ab hisce semel in hebdomade, illis bis solvendum erat hoc debitum. Discrimen ab incommodo itineris domumque reditus natum est. De juvenibus otiosis strenuisque, artificio seu laboribus non impeditis, uti etiam de asinariis ac mercatoribus qui camelos ducebant & nautis, quod habet Misna jam ante citata, passim receptum est. Sed quod de vicibus unicam per hebdomadem pluribus dicitur, ubi maritus sive juvenis otiosus esset ac strenuus sive in domicilii sui urbe artifex operam exercens, id ita temperatum est, ut ii qui toties non praestarent, tametsi in praeceptum de conjugali debito committere aliquatenus dicerentur, nihilominus id sine dispendio dotis & coacto repudio facerent, modo semel in hebdomade praestarent. Adeo ut summa sit, qua forum hic respicitur, ut ad vices unica in hebdomade plures maritus obligaretur nullus. Ad illam vero omnes, ubi per immunditiem liceret, exceptis mercatoribus jam memoratis, nautis atque eis qui voto per hebdomadem unicam, modo quo ostensum est, se obstrinxerant. Et si in uxoris fraudem vota ejusmodi iterarentur, subveniebat querenti forum. Ejusmodi autem erat potestas uxoria, ut rite inhiberet maritum ne longinquius, non impetrata a ea venia discederet, quam ut tempestive redien debitum pro vice ei praefinita posset solvere uti etiam ne ab asinis ad camelos, aut ab hisc ad naviculariam transiret. Etenim hoc erat de bitum ex priori mariti conditione contractum minuere. Attamen hic etiam a serio graviqu legis studio, cui semper privilegia erant singulari maritum impedire nequibat uxor, nedum a vita aliquo genere unde nequaquam prioris debiti se queretur diminutio. Caeterum de unicae uxori marito haec omnia dicta sunt. Pluribus, pro ea rum numero statis vicibus debitum ita solvendum erat, ut marito minime omnino vices solvenc crescerent, sed cuilibet uxorum, pro caeterarum numero, minuerentur. Ita non minui voleban a marito debitum, quod unicum erat non magi aut aliter atque debitum minuitur unicum, ut pluribus creditoribus viritim distribuitur. Artife igitur cui [e] quatuor uxores is singulis hebdoma dibus debitum earum uni obligatur reddere; se ita ut sua reliquarum uxorum cuique esset in pe riodo illa hebdomas. Mercator ita singulis, sin gulis mensibus, nauta singulis, singulis sex mer sibus. Adeo ut ubi tot essent nautae uxores pe riodus debiti recipiendi singulis esset bienniun Si per aegritudinem solvendo non esset maritu praefigebantur sex menses (quod tempus est i jam dictis comperendinandi debitum unicae uxo ris longissimum) intra quos nisi convaluisset, a veniam ab ea impetrasset, soluta dote erat repu dianda. Si vero omnimodum conjugalem affec tum ita exuisset maritus, ut odio eam habe aperte profiteretur se ideo nolle debitum redder sed nihilominus eam nolle libenter repudiare, i ex sententia forensi multabatur, ut qualibet heb domade, usque dum repudiaret, dotis ejus incre mento tres denarios argenteos adjiceret. Viru hujusmodi nuncupant מורד על אשתו *contuma cem* seu *rebellem in uxorem suam*, uti uxore quae sui copiam negaret marito ורדת על בעלה *contumacem* seu *rebellem in maritum suum* מורדת מתשמיש *contumacem ob negatum conc bitum*; de qua statim plura. Ex hisce jam dict de solutione hac hebdomadatim, utplurimum, u ori unicae praestanda adeoque de solutione si gulis menstrua, ubi quatuor erant, ortum est m jorum consilium illud de uxoribus pluribus qua quatuor simul non retinendis, de quo libro pr mo fusius. Scilicet solutionis moram ultra me struam [f], quantum commode fieri potuit, no existimabant admittendam. Certe & in Solon legibus, quae haud parum mores saepe imitata sunt Judaicos, habetur [g], τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυ χάνειν πάντως τῇ ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα, *Marito d talis foeminae ter singulis mensibus cum ea pe noctandum.* Vices hic a Judaicis aliquantulu discrepant. Sed ut uxori cui debitum negatu actio eo nomine forensis apud Ebraeos compet bat, juxta ante ostensa, ita & apud Athenien actio quam κακώσεως δίκην nominabant. Q de re vide Samuelem Petitum ad leges [h] Attic

[a] Misna & Gemarae tit. Nidarim cap. 3. Maimonid. hal. Shebuaioth cap. 6. &c. [b] Videsis lib. 4. de Jure Nat. & Gent. cap. [c] Maimonid. halach. Talmud Tora, c. 6. &c. [d] Maimonid. halach. Daioth. cap. 5. & halach. Shabithath Aishur cap. 3. §. 10. halach. de Sabbato cap. 30. §. 14. [e] Maimonid. halach. Ishoth cap. 14. [f] Gem. Babylon. & Glossa Jarchii, ad tit. Jamoth cap. 4. fol. 44. a. [g] Plutarch. in Solone. [h] Lib. 6. tit. pag. 445.

CAP. VII.

Ixoris debitum conjugale marito praeſtandum. Praxis hac de re forenſis. De ſterili viroque generandi impotente.

UT a marito conjugale debitum uxori praeſtandum, ita & ipſi ab uxore, quemadmoium expreſſim etiam apoſtolus [a]. Uxorum auem hic contumacium (de quibus & capite ſuperiori) genus habebatur duplex. Aliae quae [b] perte profiterentur ſummum atque pertinax in naritum odium in cauſa eſſe contumaciae; aliae uae importuna ſexus procacitate irritatis primo naritis ob cauſas, ut fieri amat plerumque, quas ›btenderent leviculas atque ut eos cruciarent, oncubitum, ſine odio tamen, detrectarent. Primi generis uxorem cogebatur maritus, ſi in foum res deveniret, repudio ſtatim ejicere; ſed ım ſine dote, tum ablatis omnimodis quae ei onaverat munuſculis. Secundi generis (ubi eiam repudiare eam nolebat maritus, ſed in foro erſus eam agere) primo monebat forum de diſpendio dotis niſi pertinacia cederet, dein in ſyıagogis ac ſcholis publicis circumvicinis, ſinguis qui inſequerentur quatuor ſabbatis, ſi interim ıon retractaret, denuntiabatur ut contumax in naritum. Denuo autem de dotis diſpendio moıitam, ſi nec retractaret, omnimodo jure dotali xuebat eam forum. Ita Gemara Babylonia. Sed Miſna ibi פוחתין לה מכתובתה בשבע דנרין בשבת *Minuendi erant ei de dote qualibet hebdomade ſeptem denarii*, uſque dum ita in nihilum decreſceret. Et tunc erat repudianda. Nempe pro ocorum diverſitate moribuſque variantibus nunc ıoc nunc illud in uſu. Contumacia, qua afflicus maritus, non explendae libidinis cauſa, niteatur actionis formula. Par erat ratio, ubi eiem aliae uxores non contumaces. Idem etiam ıs hic perpetuo nautis ac mercatoribus quod oioſis domi deliteſcentibus artificibuſque. Non nagis in illos, quorum tamen debita in menſes liquot e more differebantur, quam in hos qui n ſingulas hebdomades obligabantur, contumacia ejuſmodi permiſſa. Si conjugum altero negane, affirmante altero, non liqueret utrum hic an lla contumax eſſet, ad arbitros [c], qui, ſi fieri poſſet, eos invicem conciliarent, ex ſententia forenſi iterque ablegabatur. Obſerva nunc illud D. Pauli [d]. *Uxor ſui corporis* ἐξουσιάζει *non habet poteſtatem, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uxor. Nolite alter alteri fraudare niſi forte ad tempus, ut vacetis jejunio & orationi.* Quin vero uxor quae nullam prolem [e] per decennium a nuptiis elapſum pepererat, ubi nec liberi aliunde marito erant ſuſcepti, nec foecunda, aut de cujus foecunditate praeſumendum erat, ſuperinducta, repudio etiam coacto cum dote erat ejicienda; nimirum ubi non ſatis conſtaret an haec ſterilis, an marito deeſſet vis generandi; quam ſi conſtaret illi fuiſſe, praeſumebatur de ejuſce ſterilitate; atque repudio etiam coacto ejiciebatur idque ſine dote; ſed non ſine incremento dotis. Si e contra deeſſe illi vim generandi liqueret, ejicienda erat tam incremento dotis quam dote ipſa numerata. Et fides in ejuſmodi ſpecie habebatur ipſi uxori affirmanti (ubi contrarium nondum probatum) parti qua vir erat vim generandi deeſſe. Sed non ante decennium elapſum. Nam ſi ante ea de re in foro ageret uxor, ad arbitros res ableganda erat, monita interim uxore de decennii expectatione. Divortio ita, hanc ob cauſam, ejecta, poſt ſecundas nuptias pro ſterili ejuſmodi ante ſecundum etiam decennium neutiquam habebatur. At ſi a ſecundo marito etiam hoc nomine poſt decennium ſecundum ejuſmodi eſſet ejecta & tertio nuberet, ſtatim ſine dote divortio erat ejicienda, niſi maritus tertius aliunde praecepto de genere humano multiplicando rite ſatisfeciſſet.

CAP. VIII.

De medicinae in uxorem aegrotantem ſumptibus, captae redemptione, de mortuae funere, & civili ejus prae marito ſaepius dignitate.

MEdicinae ſumptus uſque dum convaleſceret uxor a marito erant erogandi, curaque ejuſdem ſollicite praeſtanda; ita tamen, ut ſi grave nimis illud onus ei videretur, liceret, dote ei relicta, & ſumptus & curam ſimul [f] in ipſam transferre, aut repudiare. Licuit nempe ex jure ſtricto. Sed ut Maimonides, אין ראוי לעשות כן מפני דרך ארץ, *Non decet ita fieri, ne boni mores violentur.* Quod ad redimendam uxorem captivam attinet, ſacerdoti captiva e gentili hoſtico poſtliminio reverſa interdicta erat nomine ejus quacum praeſumebatur gentilem rem habuiſſe, id eſt, ut alibi oſtendimus, ſcorto ſeu זונה. Uxor igitur ſacerdotis capta, ab eo quidem erat & redimenda (quoniam antea fuit legitima) & reducenda ad lares; ſed cum dote repudianda. Etenim jam illegitima ſacerdoti. Iſraelita quilibet & Levita ad redemptionem ſimiliter obligabatur. Sed omnimodo juri priſtino reſtituebatur redempta. Pretium ad quod obligabantur, aeſtimandum erat ex caeterarum ſimul redimendarum pretio & loci temporiſque diſcrepantia. Eadem vero non fuit captivitatis primae & ſecundae ratio. Prima, repudiare maritus nequibat ante redemptionem. Etiam ſi decies pretium dotem ſuperarat nec repudiare licuit ante redemptionem, nec redemptionem detrectare. Interveniebat enim in hiſce fori autoritas. At captivitate ſecunda numerata uxori dote, unde, quatenus poſſet, ſeipſam redimeret, eam repudiare pro

[a] 1 Epiſt. ad Corinth. vij. 3. [b] Miſna & Gem. Babylon. tit. Cethuboth, cap. 5. fol. 63 a. Adde Gem. Hieroſolymit. eodem tit. fol. 30. col. 2. hal. 10. & Maimonid. Iſhoth, cap. 14. [c] Gemar. Hieroſolym. ad tit. Nidarim, cap. 11. fol. 42. col. 4. halach. 3. Adde Maimonid. Iſhoth, cap. 14. & Magid. Miſna ibid. & cap. 15. [d] 1 Ad Corinth. vij. 4. [e] Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth, cap. 6. fol. 61. b. Maimonid. loc. citat. & cap. 24. Maimonid. halach. Iſhoth, cap. 14. Moſes Mikotzi Praec. Negat. 81. [f] Miſna tit. Cethuboth, cap. 4. Gemar. Babylon. ibid. fol. 51 a.

libitu

libitu fas erat. Peregre profecto marito uxoris captivae, quae per procuratorem de maritali redemptione in foro ageret, bona ejus ex sententia fori in redemptionis pretium vendebantur. Caeterum regulariter jam dictis exceptio una & altera adjicienda. Si voverat maritus se ante menses exactos binos uxorem repudiaturum dotemque ei soluturum, captam intra hoc tempus redimere non obligabatur, si repudiare vellet. Nimirum a primo voti quo sic obstrictus est momento illud implere tenebatur. Etiam uxor captiva ex iis quae expressa negatione legis interdictae sunt, etiamsi absque excisionis poena, jure hoc redemptionis caruit. Dote ei data, redimebat seipsam. Cura funebris ita marito incubuit, ut etiam cuique sortis infimae uxori demortuae לא יפחות משני חלילים ומקוננת, *Binae minimum tibiae adhiberentur praeter praeficam*, quae verba sunt Rabbi Jehudae in Misna [a]. Ita tamen ut loci morum ratio semper [b] observaretur. Tibiarum autem seu tibicinum, id est, αὐλητῶν usum in funere habemus etiam in Foedere [c] Novo. Si beatior esset maritus, pro ejusce amplitudine opulentiaque praefiniebatur sumptus funebris. Ubi vero uxoris fortuna, familia, dignitas clarior, funus ejus non pro obscuriore mariti conditione ab eo celebrandum erat, sed pro ea qua claruit illa. Receptissimum habetur illud [d] de uxore עולה עמו ואינה יורדת עמו ואפילו לאחר מיתה, *Ascendit ea cum marito sed non descendit cum eo, ne mortua quidem.* Ita radiis, si qui fuere, mariti luminosioribus splendescebat ab ipsis nuptiis, ut pro ejus dignitate seu quod aiunt לכבודו tum haberetur ea viva, tum mortua esset sepelienda. Si aut minor esset mariti dignitas aut minueretur, uxor nihilominus suam perpetuo civiliter retinens pro ea, seu ut aiunt לכבודה & habebatur viva & sepeliebatur mortua. Peregre autem profecti mariti uxore demortua, ex sententia fori ubi aliter amici non curabant funus, bonis ejus divenditis, sumptus funebres erogabantur.

CAP. IX.

De uxoris bonis, dote, incremento dotis. Plurium viduarum dotes qua ratione praestandae.

QUOD ad dotem uxoris caeteraque bona attinet; praeter dotem seu donata propter nuptias atque incrementum dotis ejusmodi, ea quae uxor in matrimonium attulerat velut ornamenta, gemmae, alia qualiscunque generis, נידוניא nuncupabantur. Horum quoties maritus in se receperat evictionem ac periculum ex pacto dotali (ut in formula libelli dotalis superius ostensi) quicquid eis accescebat ejusdem etiam fiebat, & quod casu aliquo minuebatur, ab eo etiam erat praestandum. Tunc item vocabantur [e] נכסי צאן ברזל, *Bona quae sunt veluti pecus ferreum*, seu *ferrea*. Si non in se receperat, quicquid accrevit uxoris fiebat; ad quam etiam damni pariter ratio attinebat. Appellabant hujusmodi bona [f] נכסי מלוג *bona deplumationis* seu *depilationis*. Ratio nominis prioris e gregis ovium locatione orta est, ubi conductor qui locatori in compensationem [g], certam lanae ac lactis partem quotannis solvit, in se recepit omnimodum & periculum & evictionem, adeo ut locatori quicquid gregis casu aliquo minueretur, ita conductor praestaret ut הקרן קיים כברזל *sors ipsa seu grex veluti ferrum perpetuo ei remaneret.* Hinc עבדי צאן ברזל pro *servis* hoc modo *ad uxorem attinentibus* occurrit; quales tamen a foeminis solis possideri, honestatis causa, nolebant, ut alibi [h] monemus. מלג autem est *depilare* & *evellere*, adeoque translatione levi *fructus decerpere* gramina & sementem metere, id genus alia. Quoniam igitur hic ususfructus integer bonorum uxoris, mariti erat, nec sperare potuit illa quidquam commodi ex mariti receptione (ubi nulla erat) cui interim fructus omnimodi ac ruta caesa cedebant, adeoque bona velut ab eo depilabantur, ideo in morem receptum est nomen posterius [i] seu bona deplumationis seu depilationis. Inde Hagar ancilla Sarae in Beresith Rabba [k] dicitur שפחה מלוג seu *ancilla deplumationis. Usuaria* reddit, per metaphoram, doctissimus Buxtorfius. Jam vero quod ad dotem sigillatim spectat atque ejusce incrementum, cui idem cum dote plerumque jus erat; ante viri mortem aut divortium, ea non omnino exigenda. Neque ex optimis praediis, ubi praedia ejusce loco erant, ut interdum, assignanda [l], sed e notae deterioris. Neque post mortem viri rite exigebatur ante sacramentum a vidua praestitum, juxta quae alibi [m] ea de re diximus. Quin pretium vestimentorum quibus vidua tunc induta, e dotis aestimatione, voluere nonnulli [n] deducendum, minime vero pretium vestimentorum repudiatae, nisi coactum esset a foro repudium. Quin neque repudiatae de dote jurandum erat. Caeterum ad utriusque tam repudiatae quam viduae dotem praestandam obligabantur ab ipso nuptiarum tempore, hypothecae nomine, universa mariti praedia, quibuscunque sive donata sive vendita, etiam & bona mobilia ad haeredes transmissa. Vidua autem, nisi in demortui mariti aedibus maneret, post XXV. annos nec minore praescriptione, dotis petitione [o] cadebat. Uxorum plurium, ejus quae primo desponsata est praerogativa fuit dotis [p] exigendae. Etiam & fundus hypothecae nomine obligatus in prius desponsatae dotem praestandam semper cedebat; quin & evincendus ubi posterius desponsatae dotem petenti fuisset attributus. Quod de bonis mobilibus dicendum non est. Regula erat, שאין דין קרימה במטלטלין, *Praerogativa temporis bonis in mobilibus locum habet nullum.* Ubi igitur plures fuere viduae, quarum dotes inaequales, mariti vero substantia mo-

[a] Tit. Cethuboth, cap. 4. [b] Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 4. fol. 28. & 4. halach. 6. [c] D. Matth. ix. 23. [d] Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 4. fol. 48 a. & cap. 5. fol. 61 a. [e] Misna tit. Cethuboth, cap. 7. sub initium. [f] Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 7. fol. 78 b. [g] Baal Aruch. in צאן & Obad. Bartenor. ad Misn. tit. Cethuboth, cap. 7. [h] De Successionibus in Bona, cap. 20. [i] Vide Jo. Buxtorf. in Lexic. Talmud. col. 1206. [k] Parash. 45. [l] Misna tit. Gittin, cap. 5. & Maimonid. halach. Ishoth, cap. 16. [m] De Successionibus, cap. 2. [n] Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 4. fol. 54 a. & Maimonid. halach. Ishoth, cap. 16. & Magid. Misna. ibid. [o] Misna tit. Cethuboth, cap. 12. & Gem. Babylon. ibid. fol. 104 a. [p] Misn. ibid. cap. 10. Gemar. Babylon. ibid. fol. 90 b. Maimonid. halach. Ishoth, cap. 17.

bilis

i ; (e qua saltem ubi fundi non erant, dotium
a r praestandus erat) multo minor esset quam
r e compensari possent omnes, distributio (ita
c int aliqui) fiebat aequalis, ita ut juxta dotis
n imae valorem, suam reciperet quaelibet; si
irum minima dos toties nec plus in bonis e-
nodi inesset. Sin vero inesset minus, pro nu-
o nihilominus viduarum distribuenda erant
aliter bona. At si plus, nec tamen quan-
i singulis dotibus aequale, inesset, distributio-
aequali prius facta juxta minimae dotis valo-
e , adeo ut ei cui minima debita dos interea
erctur, id quod reliquum erat inter caeteras,
ito eodem fere modo distribuebatur. Verbi
ia: quatuor sint simul unici mariti viduae,
rum primae dos cum incremento quadrin-
tae minae, secundae trecentae, tertiae ducen-
quartae centum. Bona mariti quadringentas
excedant. Cuilibet harum centum praestan-
erant in dotem, juxta minimae nempe do-
a valorem. Sint mariti bona octingentae.
ribuantur primo singulis centum. Accepta
vidua quarta dote sua integra, restant viduae
& minae quadringentae. Jam dos minima,
im scilicet quae nondum solutae sunt, est du-
ae. Trecentae igitur primo minae harum
dringentarum, ita singulis distribuendae, ut
tertiae viduae sua etiam integra fiat dos du-
arum. Restant binae viduae & centum mi-
Hae inter hasce aequaliter distribuendae. Ita
nae ex octingentis dos erat 250, secundae tan-
dem, tertiae 200, & quartae 100. Adeo ut
oris dotis praestandae ratio semper haberetur
ima. Quemadmodum autem ad medicinae
m, redemptionem ac sumptus funebres obli-
itur maritus dum superstes erat, ita vidua e
is [a] ad mariti haeredes transmissis alimenta
capiebat, quamdiu vidua manebat nec in fo-
etebat dotem, nec ejusce actionem alteri ce-
t. Atque ut alimenta, ita vestis, supellex
lea ac domicilium ab haeredibus ei [b] praestan-
Idque juxta suam, non mariti, nisi minor
, dignitatem. Etiam hic ut in funere, de
superius dictum est, obtinuit illa regula;
*cendit uxor cum marito, sed cum eo non de-
dit.* Quae sunt alias ad hunc locum de suc-
ione e jure conjugali attinentia caetera, ali-
exhibuimus.

CAP. X.

familiari uxoris opera, quae sive ab ipsa sive ab ancillis ejusce vice praestanda. Et de prole lactanda sive ab uxore, sive a repudiata; atque de hac gravida.

ETiam de uxoris artificio seu manuum opera
videndum; quacum itidem censendus est
is qui ei incubuit labor familiaris, cujus no-
mine, si respueret, etiam foro in eam agere li-
cuit marito. Pro more loci ei operandum erat
rebus quae foeminis idoneae, sive texendo sive
acu pingendo sive nendo sive lanam sive linum,
idque, juxta superius dicta, in mariti [d] commo-
dum. Ubi autem ex more loci usitatae ac prae-
stitutae foeminis operae neutiquam satis dignosci
quibant, cogenda erat tantummodo lanam nere,
שהפשתן מזיק את הפה ואת השפתים והטויה היא
המלאכה המיוחדת לנשים, *Quoniam linum dam-
no est ori labrisque, & nendi facultas foeminis
est propria,* juxta illud (nam & id citant) *Et
omnes [e] mulieres quae sapienti erant corde ma-
nibus suis nebant.* Sed hoc pro amplitudine at-
que tenuitate mariti aliter atque aliter se habuit.
Si maritus voto uxorem ab omni ejusmodi opifi-
cio seu labore prohibuerat, coacto repudio (nisi
votum, juxta ea quae capite traduntur sexto, rite
laxaretur) cum dote erat separanda. Nimirum
ad ejusmodi otium in morum perniciem palam
obstringi (quod ex voto manente fiebat) uxorem
aliquam nolebant prudentes. Alia item erant
uxoria officia. Faciem mariti, manus, pedes la-
vabat, poculum ei implebat, lectum ejus sterne-
bat, aquae etiam, vasibus, id genus aliis appo-
nendis auferendisque sedula aderat ipsa, e jure
saltem adesse debuit, ut ministra. Neque in his-
ce ancillae aliusve ministerio locus erat, quan-
tacunque esset conjugum dignitas, nisi si indul-
gebat maritus, aut valetudo seu immunditics ob-
staret. Etenim neque lectum sternebat coram
marito uxor immunda nec poculum implebat,
nec omnino faciem, manus, pedesve lavabat, ne
forte eum tunc temporis ad congressum irritaret
illicitum. Alia erant ad quae uxores beatiores
ipsae non obligabantur; quae tamen, ut ministe-
ria uxoria ancillae aliaeve velut earum vice prae-
stabant, atque ab infimae sortis uxoribus ipsis ma-
riti pro libitu exigebant; veluti panem furno de-
coquere (quod etiam ex Ezrae [f] sancitis accipi-
tur) edulia caetera praeparare, vestes abluere, li-
beros lactare, frumentum molere, non asinum e-
quumve molarem agitando, sed in ipsa mola se-
dendo ac farinam curando. Is enim erat molen-
di modus, cui duntaxat obligabantur ejusmodi
molitrices, quales etiam dicuntur in Evangelio [g],
ἀλήθουσαι ἐν τῷ μυλῶνι, molentes in mola. Cae-
terum si unica in familia esset ancilla, aut per
paupertatem marito bene liceret sive sua sive
uxoris pecunia ancillam unicam emere, uxor
ipsa a molitura uti & panis coctura erat im-
munis. Quod si binae essent in familia ancil-
lae, aut quantum commode in binarum emptio-
nem esset impendendum, etiam eduliorum ap-
paratus & proles lactanda ad ancillas ex more
recepto rite ablegabatur. Si nempe vellet uxor
ipsa; non aliter. Si ipsa prolem lactaret, edulia
melioris succi ei ex jure erant augenda. Si ge-
mellos pepererat, lactandus ipsi duntaxat unicus
(quoties ad ancillam haec opera neutiquam able-
ganda) & a marito alteri nutrix conducenda. Re-
pudiata, ubi ancillae aliusve operae locus con-
stante matrimonio non fuisset, ita tantum ad

[a] Misna tit. Cethuboth, cap. 4. sub finem. Gemar. Babylon. fol. 52 b. [b] Misna tit. Cethuboth, cap. 12. & Gemar. Babylon. ibid.
ol. 03 a. Maimonid. halach. Ishoth, cap. 18. [c] De Successionibus in Bona, cap. 2. & 17. [d] Misna tit. Cethuboth, cap. 6.
Gemar. Hierosolymit. ibid. & Babylon. fol. 66 a. & ad cap. 5. fol. 99 a. Maimonid. halach. Ishoth, cap. 21. [e] Exod. xxxv. 25.
[f] Gemar Babylon. ad tit. Baba Kama, cap. 7. fol. 82. a. [g] Matth. cap. xxiv. 41.

prolem ex se paulo ante repudium natam lactandam obligabatur, si infanti aliquantulum ea agnosceretur. Etenim tunc מפני סכנת הולד *ad evitandum periculum* quod agnitae nutricis mutatione *proli* posset accidere, accepta a patre mercede a matre lactanda fuit usque in bimatum, nisi aliter esset inter parentes conventum. Transacta ea aetatula in patris lares revertebatur infans. Gravidae autem repudiatae, cui & usque in bimatum proles lactanda, integrum erat masculum usque ad sexennium, puellam apud se perpetuo retinere. Sed alimenta interim utrique proli a patre praestanda. Si nollet ipsa, transacto biennio, apud se retinere, pro libitu alterutrius sexus prolem ad patrem relegabat, atque eo demortuo לקהל seu *in curam publicam* ejiciebat. Consona aliquatenus sunt jam dictis de prole lactanda, ea quae occurrunt hac de re in Alcorano [a]

والوالدات يرضعن اولادهن حولين كاملين
لمن اراد ان يتم الرضاعة وعلى المولود له
رزقهن وكسوتهن بالمعروف لا تكلف
نفس الا وسعها لا تضار والدة بولدها ولا
مولود له بولده وعلي الوارث مثل ذلك فان
ارادا فصالا عن تراض منهما وتشاور فلا
جناح عليهما وان اردتم ان تسترضعوا
اولادكم فلا جناح عليكم اذا سلمتم ما
اتيتم بالمعروف

Matres lactanto prolem suam biennio integro; cui scilicet lac praebere ipsae volunt. Patri autem incumbit (de uxoribus repudiatis verba fiunt) *alimenta ac vestes* (scilicet علي الارضاع seu *lactationi necessaria*, ut ibi Mahumed Ben Achmed) *subministrare secundum status sui conditionem.* (Sic enim ibi interpretatur Achmedides ille τὸ بالمعروف nempe بقدر طاقته *juxta vires suas.*) *Non cogantur ultra facultatem suam. Nec mater ratione prolis suae, nec pater ratione suae qui & suus est haeres, iniquum quid hac in re ferat. Si vero puerum ablactare* (intra biennium) *visum fuerit, eaque de re consenserint, id facere eis non est vetitum. Etiam si vultis prolem vestram alibi* (ab aliis quam a matribus) *lactari, vobis permittitur. Sed & tum praestabitis eis quod pro status vestri conditione debetur.* De potestate mariti in uxorem operisque in ejusdem commodum ab ea praestandis sive ex aliarum gentium jure sive ex philosophorum aliorumve sententia, consulas si placet Antonium Montecatinum [b], Anton[...] Hotomanum [c], Scipionem Gentilem [d], pra[...] Andraeam Tiraquellum [e] reliquosque ex prof[...] rem matrimonialem integram tractantes.

CAP. XI.

Adulterii apud Ebraeos poenae capita[...] diversae. De periocha in Evange[...] Joannis de in adulterio deprehensa.

POST nuptias, jure dotali varias ob ca[...] excidebat uxor, interdum etiam omnin[...] jure conjugali, adeo ut deinceps marito hab[...] tur illicita ac pro interdicta; veluti ob adult[...] um, ejusdem etiam suspicionem, infamiam, verecundiam, fallacias, alia quaedam sive in M[...] saica sive in Judaica, ut infra dicetur, praescri[...] commissa. Ultimum etiam interdum sequeba[...] supplicium; ut in forensi suspectae per ama[...] potionem examine atque ob adulterium rit[...] foro probatum. Adulterii poenam mortem isse ex ipso legis sermone nemo nescit. At n[...] idem poenae genus cuilibet adulterae. Comr[...] tebatur scilicet aut in uxore quae filia sacerd[...] non erat, idque aut [f] nupta aut tantum [g] desp[...] sata; aut in filia sacerdotis [h] sive nupta sive sponsata. Adulterium tum in nupta prioris [...] neris virgine, tum in vidua desponsata, stran[...] latione puniebatur. Verba legis sunt, Morte [...] terficiatur tam adulter quam adultera. Mo[...] mentione simplici strangulationem passim int[...] ligunt: id est, quod toties apud Talmudicos [...] currit [i], זה האמורה בתורה סתם היא חנק Quemadmodum adjectum illud *Sit sanguis su[...] eos,* lapidationem denotat. Si desponsata e[...] virgo necdum nupta, lapidationis poena ex i[...] lege [k] utrique praescribitur. Ubi vero sacerd[...] erat filia, ipsa [l] ex sermone legis comburen[...] erat; adulter autem strangulandus [m], quia null[...] genus mortis singulare ei in lege praestitutu[...] Et de sacerdotis filia adultera recole hic quae [...] perius [n] obiter adducta, uti & quae capite pri[...] de sponsa praereptae virginitatis rea. De ad[...] tera igitur desponsata necdum nupta, juxta [...] braeorum placita, capiendum est illud quod l[...] betur in historiola illa sacra adulterae in Joan[...] Evangelio [o]: *Magister, hanc deprehendim[...] in ipso facinore adulterii. In lege aut[...] nostra Moses praecepit, ut hujusmodi foemin[...] lapidarentur.* Periocha illa de adultera h[...] etiam quicquid habetur a fine commatis [...] capitis septimi usque ad initium commatis [...] capitis octavi in exemplaribus compluribus Gr[...] cis olim non est compertum. Neque enim [...] eo quo usus est Nonnus Panopolita, aut in qu[...] scripsit Chrysostomus, Cyrillus, aut Theophyl[...] tus. Et expressim Euthymius; *In exactiori[...] exemplaribus aut non inveniuntur aut obelo c[...] fossa sunt, eo quod illegitima videantur & [...]*

[a] Azoar. 2.
[b] In lib. 1. Politic. Arist.
[c] Observat. de Vet. Rit. Nupt. cap. 22. &c.
[d] De Donat. inter [...] & Uxor. lib. 2. cap. 19.
[e] Gloss. 1. ad legg. Connub.
[f] Levit. xx. 10. Deut. xxij. 22.
[g] Deut. xxij. [...]
[h] Levitic. xxj. 9.
[i] Misna tit. Sanhedrin, cap. 10. Gemarae, ibid. &c.
[k] Item dicta in Misna, cap. 7.
[l] [...]
[m] Ibid. cap. 10. & de hisce videsis Maimonid. halach. Isuri Bia, cap. 1.
[n] Lib. 1. cap. [...] Tit. cap. 9.
[o] Cap. viij. 4.

di[...]

dita. Adeoque non ita univerſim a Graecis veteribus agnita eſt periocha illa ut a Latinis [a], quibus multo fuit receptior. Nec ſane in exemplari Syriaco multoties olim typis edito reperitur. Sed non ſolum in Vulgata atque in Graecis pleriſque, quibus per ſecula multa uſa eſt eccleſia Chriſtiana, habetur verum etiam in Arabicis tum Romanae tum Erpenianae e codicibus priſcis editionis uti & in AEthiopicis. Etiam in codice optimae notae Syriaco ex oriente dudum allato reperitur, ut adnotat vir doctiſſimus Ludovicus de Dieu, qui in notas ſuas eam inde exſcripſit. Sed bene interim monuit ille praefigi haec hiſtoriolae huic ibi. *Lectio quae eſt de illa muliere peccatrice,* ולא איתוהי בפשיטא, *ſed non eſt in vulgo receptis* ſeu *in eo quo vulgus utitur.* In bibliotheca etiam Arundelliana eſt exemplar Arabicum, perquam nitidum ac vetuſtum quatuor Evangeliorum, nec ſine vocalibus anno aerae martyrum 1043 atque hegirae 727 (ut ad finem notatur, id eſt, Chriſti 1326) in AEgypto ſcriptum in quo etiam legitur. Scilicet recentius eſt codice unde editio facta eſt Erpeniana annis quinquaginta quinque. Et capita ſeu ſectiones ab eis quae in editionibus Romana ac Erpeniana, perquam ſunt diverſae. Inter argumenta autem ad aſſerendum, genuinam fuiſſe, ex veterum Graecorum ſententia, hanc Joannis partem, afferri ſolia, bina praecipua ſunt. Alterum ex Athanaſio, Chryſoſtomo alterum. Athanaſium, aiunt, in Synopſi Sacrae Scripturae eam memorare, uti & Chryſoſtomum in Homiliis [b]. Sed palam eſt Athanaſium ita memorare dum ſingulas Joannis partes percurrit, ut manifeſtam interea dubitandi, ſaltem diſcriminandi, notam ſatis relinquat. Reliqua enim ſic ſuccincte enarrat, ut hoc dici, illud fieri expreſſim ſcribat. *Diſputat cum illis,* inquit, *Nicodemus. Illi compeſcunt eum* (de capite VII. Joannis loquitur) *Jeſus rurſus diſputat cum eis. Ipſi contra verba ejus ſubvertere conantur.* Ἐνταῦθα τὰ περὶ τῆς κατηγορηθείσης ἐπὶ μοιχείᾳ, quod ſonat *Hic habentur illa de adulterii accuſata. Iterum ad eos loquitur dicens, Eego vado,*&c. Ut in capitis VIII. com. 21. Palam eſt intervenire apud eum mentionem hanc hiſtoriolae hujus velut quae illic ſubinde aut juxta nonnullos locum haberet, non quaſi pari cum reliquis ex ejus ſententia jure. Perinde ac ſi quis in Danielis ac Eſtheris recenſione Apocrypha de Belo & dracone, & Suſanna, & Mardochaei ſomnio ſimul, ſed ratione & ſtilo diſpari ac modo quo uſus eſt hic Athanaſius, memoraret. Atque infirmius eſt multo quod ex Chryſoſtomo affertur. Scilicet apud interpretem ejus Fr. Aretinum, inter alia quae Phariſaei non diſcendi, ſed calumniandi anſam prehendendi cauſa interrogabant, dicitur & hoc fuiſſe *an lapidanda eſſet adultera.* Inde aſſeritur Chryſoſtomum hiſtoriolam hanc pro genuina in Evangelio agnoviſſe. Sed manifeſta eſt tum interpretis tum ejuſdem ſequacium hic hallucinatio. Neque enim ſolum non agnovit aut in Evangelio Joannis quod interpretatus eſt legit periocham hanc Chryſoſtomus [c], ſed nec in ejuſdem Graecis quid omnino habetur quod Aretini verſioni huic reſpondeat. Calumniandi anſam quaeſiviſſe ait, quando de tributo Caeſari dando rogabant, καὶ ὅτε περὶ ἀφέσεως γυναικὸς διελέγοντο, & in quaeſtione de foemina quae ſeptem habuerat maritos. Pro Graecis illic ſubſtituit interpres, *Cum rogabant an lapidanda eſſet adultera,* locum de dimiſſione hic adulterae perperam intelligens; cum nihil omnino de adultera, nihil de lapidatione in Graecis habeatur. Vertere debuit, *& quando diſputabant* [d] *de dimiſſione uxoris,* ſeu de repudio. Qua de re etiam monuit in notis ſuis doctiſſimus Boiſius. Atque ex hiſce Athanaſii & Chryſoſtomi locis perperam aſſerunt viri magni, Bellarminus, Maldonatus, alii, pericopam hanc veteribus Graecis receptam eſſe. Certe compluribus eorum eſſe receptam ego non dubito; ſed non omnino eas ob rationes, quae plane nihili ſunt. Exemplaribus, inquit Eraſmus, *Graecis pleriſque non habetur.* Mariana, *Antiquos codices Graecos non habuiſſe; non aliquot Latinos,* quaſi Graeci veteres haberent nulli. Maldonatus veteri codici Vaticano deeſſe ait. Sed Beza; *Ex vetuſtis noſtris codicibus ſeptemdecim unus duntaxat illam non habebat. In reliquis ſcripta quidem eſt, ſed ita ut mira ſit lectionis varietas.* Atque tam in reformatis quam in pontificiis ſunt quibus perquam ſuſpecta habetur. Ut Cajetano, Bezae, aliis. Sed vero mirum non eſt, in ſeculis primitivis exemplaria fuiſſe hodieque manere, quibus haec aliaeve ſubinde periochae ſacrae deeſſent, cum ſcilicet audacium nimis exſcriptorum complurium mos tum eſſet, aliter atque aliter pro multiplici judiciorum diſcrimine Evangelia variatim emendare, augere, minuere (quod monet Hieronymus [e]) maxime nimirum ut quemlibet evangeliſtam eadem ipſa, nec omnino diverſa, dicere facerent. Atqui interea dubitandum non eſt, quin ab intima etiam antiquitate Chriſtiana in codices optimos ut genuina etiam in oriente fuerit recepta. Quod ex Tatiani & Ammonii Alexandrinorum harmoniis & canonum inde conſtructorum uſu ſatis liquet. Floruit ſcilicet ille ſub annum 160. adeoque intra ſexageſimum aut circiter ab ipſius Joannis morte, atque in Harmoniam Evangeliorum hiſtoriolam hanc e codicibus queis uſus eſt ut Joannis reliqua expreſſim memorat [f]; quemadmodum itidem Ammonius [g] qui ſub annum 230 vixit. Dein vero, Evangeliorum ſecundum harmonias illas uſum in oriente inoleviſſe argumento eſt certiſſimo, quod Euſebius Caeſarienſis ille epiſcopus (qui ſub annum 320. floruit) canones illos decem ex harmoniis illis conſtruxerit, unde facile diſcerni poſſent quae in ſingulis evangeliſtarum, quae in tribus tantum, quae in duobus ſolum, & demum quae in unico aliquo haberentur. Atque in canonis decimi (in quo ea quae unicus aliquis habet) numeris ad Joannem ſpectantibus, octogeſimus ſextus pericopam hiſtoriolae hujus indicat. Et proculdubio in codice Euſebiano ipſo, cui canones illos is primus aptavit, lecta eſt ut ſatis juxta illius ſententiam recepta; quoniam palam in harmoniis juxta quas (ut ipſe in Epiſto-

[a] Vide Hieronym. lib. 2. adverſ. Pelagianos cap. 6. Auguſtin. tract. in Joann. 33. & de Adulterinis conjugiis lib. 2. cap. 6. Ambroſ. lib. 6. Epiſt. 52. [b] Hom. in Joann. 60. in Graec. 61. [c] Vide Homil. ejuſdem in Joann. 51. Graec. 52. [d] Marc. x. 2. [e] In Praefat. ad Damaſum. [f] Tatian. in Harm. Evang. cap. 120. [g] In Harm. cap. 12.

la ad Carpianum diſerte monet) ſunt conſtructi ab eo illi canones, adeo eſt expreſſim agnita. Et dubitari nequit quin Tatiani, Ammonii, Euſebii editiones ejuſmodi data ab ipſis opera ſingulari atque eo inſtituto, ut quid revera evangelicum eſſet certius conſtaret, adornatae, factae fuerint juxta codices optimos ac quos poſſent illi ſeculis illis primitivis nanciſci ſelectiſſimos, adeoque diſcrepantibus ſeu citra curam ejuſmodi editis ſcriptiſve longe praeferendos. Non aliter ferme atque Taurellii, Contii, Gothofredi, editiones Codicum Juris Caeſarei, ac Novi Teſtamenti Stephaniana, ex optimis vetuſtiſſimiſque codicibus accuratius expreſſae reliquis citra ejuſmodi curam prodeuntibus ſunt plane anteponendae. Evangelia hinc Graeca cum canonibus illis eorumque in paginarum oris numeris adnotatis, in oriente maximi habita & plerumque recepta ſunt; quod ſcimus etiam, tum ex verſionibus Arabica & AEthiopica quae illis inſigniuntur, uti & codex manuſcriptus, quem dixi, Arabicus. Latine autem inde ab Hieronymo edita ſunt pariter cum canonibus illis numeriſque ſic adjectis, ut in operibus ejus eſt videre ubi praeſtantiſſimum dictorum canonum ad genuinam Evangeliorum lectionem rite dignoſcendam uſum praedicat. Atque ut Euſebii conſtructio illa (quae in Eraſmi, Stephani, aliorum editionibus item cernitur) Graecis ſeu orientalibus, ita Hieronymi occidentalibus hac in re profuit, per quos Evangelia canonibus & numeris illis inſignita propagata ſunt. Habetur in bibliotheca regia, ad S. Jacobi, vetuſtiſſimus Evangeliorum ejuſmodi codex Latinus literis aureis, in charta bombycina coloris purpurei pulcherrime ſcriptus atque numeris canonum in paginarum oris ornatus, adeoque non ſine adulterae hiſtoriola quae item expreſſim in Victoris Capuani Harmonia [a] habetur. Conjectura eſt eundem eſſe quem Wilfridus & Eboracenſis & Hangulſtadenſis antiſtes ſcribi curavit ſub annum Chriſti 700. de quo in ejuſdem Epitaphio [b]:

------Necnon & quatuor auro
Scribi Evangelii praecepit in ordine libros.

Atque ita huic coaevus eſt alter in bibliotheca Cottoniana ab Eadfritho epiſcopo tunc Lindisfarnenſi nitidiſſime conſcriptus atque ab Aldredo presbytero Anglo-ſaxonice verſus, in quo canonibus decem praefixis numeriſque eorum paginarum oris adjectis atque Evangeliſta quolibet in capita ſignanter numerata pro lectionibus ſolennibus diſtributo (non ut ſeculis recentioribus [c], ſed ita ut Matthaei ſint 88. Marci 43. Lucae 94. & Joannis 42. & aliter atque aliter capita ſeculis illis ſunt diviſa, quod ex codicibus vetuſtiſſimis ſcimus) vigeſimum Joannis caput, quod nihil aliud eſt praeter ipſam adulterae hiſtoriolam, per ſe inter legenda in quadrageſima numeratur. Alia perquam antiqua apud nos Evangeliorum exemplaria nec ſine canonibus illis numeriſque atque hiſtoria hac vidi, quorum unicum Athelſtani regis erat. Et tametſi editiones Latinae, quae typis ſiunt, ſatis paucae canones illos numeroſque habent, nihilominus earum prima (quantum video) ſaltem perquam vetuſta ſummaque cum cura, pro ſeculi indole, formata, eis non caret. Ea nempe quam Lugduno debemus annoque Chriſti 1523. ab Joanne de Gradibus juris utriuſque profeſſore adornatam. Etiam in ritualibus eccleſiae Romanae [d] priſcis pericopae illius lectio aſſignatur ſabbato dominicam quadrageſimae tertiam inſequenti, uti in Evangeliis Anglo-ſaxonicis olim typis editis (quae alia ſunt a jam dictis, & recentiora) totum illud quod a commate 40. capitis ſeptimi ad comma 21. octavi die Jovis ſeptimanae quadrageſimae quintae. Atque ut pariter cum evangeliſtae reliquis receptam hiſtoriam hanc memorat Hincmarus [e] antiſte Rhemenſis (qui ſub annum 850. floruit) quem admodum ferme patres inſigniores occidentis Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius diu ant ſeu ſub annum 400. Nec ſolum in occidente ſc lennis fuit hujus in eccleſiis lectio (unde ge nuinam eſſe hiſtoriam illam ex occidentalis ec cleſiae judicio vetuſtiſſimo palam eſt; tametſi in terim in ritualibus Anglicanis ſeculorum recen tiorum lectionem ſolennem ſuppleſſe nullibi com periam) verum etiam in oriente. Nam die A prilis primo Mariae AEgyptiacae (quae ejurat libidinis uſu priſtino ſub Juſtini tempora [f] ſeu ar num Chriſti 520. vixit) velut adulterae huic cor generi ſacro quotannis legitur, ut ex ritualibus liquet orientis. Id verum eſt, in Evangeli in quae commentaria ſcripſit Theophylactus Bu gariae antiſtes (quorum exemplar MS. pervetuſtu penes me jam eſt) omnino deeſſe. Et vixit qu dem ille ſub annum 900. Sed illud inde ſolu evenit, quod Chryſoſtomi cujus codici ut dictu eſt, deerat, in omnibus ſequax fuerit Theophy lactus & velut ejus tantum, ut docti ſciun epitomator. Simile quidem dicendum de Evar gelio Joannis in Catena patrum Graecorum Corderio edito, cui etiam pericopa haec deeſ Habetur in bibliotheca Vaticana exemplar Perſ cum quatuor Evangeliorum anno Chriſti 160 Agrae quae primaria eſt imperatoris Mogorienſ urbs tranſcriptum e codice anno hegirae 79c ſeu Chriſti 1388. exarato, cujus lingua vetuſtior tempora ſaepius redolere dicitur. Ab Hieronym Xaverio illuc allatum eſt miſſumve. In hoc e tiam habetur quidem hiſtoriola illa adulterae ea que ipſiſſima quae in Graeco, ſed aliter colloca ta. Nempe in capite (juxta capitum quibus u timur diſtributionem) decimo, cum ad octavur in Graecis, Latinis, Syriacis, Arabicis, AEthic picis, reliquis attineat. Ita ſcilicet mihi obſe vavit vir undiquaque doctiſſimus Joannes Grae vius aſtronomiae in academia Oxonienſi profe ſor digniſſimus, ex notis ſcilicet ſuis quas ind ſumpſit. Sunt autem qui ex annalibus neſci

[a] Cap. 120. [b] Apud Bedam Hiſt. Anglorum lib. 5. cap. 20. [c] De varia capitulorum diſtinctione vide J. Croium Obſervat. ad N. T. & Balaeum Cent. 3. Script. 87. & Joſcelin. in Antiq. Eccleſ. Brit. Archiep. 44. [d] Breviar. Rom. in Sabb Sept. 3. quadrag. & vid. Sixt. Senenſ. Biblioth. ſanct. lib. 1. cap. 22. [e] De Divortio Hlotharii & Tetbergae reſp. ad Int. [f] Nicephor. lib. 17. cap. 5. Menaeum Graec. April. 1. Baronius in Martyrolog. April. 2. & Annal. tom. 7. ann. 525. num. 22. & 2 [g] Ευαγγελ. fol. 100 b. Venetiis 1599.

quib

ibus [a], *Hispanorum Hebraeorum collegerint mu-rem illam deprehensam in adulterio conjugem isse senio confecti Manasse Hierosolymitani, & ocatam esse Susannam; fuisse foeminam sanc-ssimam Claudiam & Divum Jacobum venien-m in Hispaniam secutam esse, ibique reman-se ac demum jam senem ad dominum mi-asse.* De poena adulterii ibi memorata Chris-que verbis vide prae aliis Hugonem Grotium in otis adjectis. Et de lapidatione, quae tum fo-nsis erat ex lege, tum popularis interdum ex npetu vulgi [b], velut Zelotarum (de quibus nos fius alibi [c]) videsis Josephum Kimchium in avidis filii commentariis ad Ezechielem [d] ibi-e Christianos scriptores. Certe hi uti & pa-es vetustissimi de poena hac velut adulteris per-tuo irroganda loqui solent, λιθολεύστους [e] seu *xis obruendos* eos vocantes universos, excepta ntaxat τῇ ἱερείᾳ, id est, juxta ante [f] dicta, at-c ut recte vertit Hervetus [g] Clementem A-xandrinum, *sacerdotis filia* [h] seu, ut Josephus, ἱερέων γεγενημένη *ex sacerdotibus nata*, non *ore sacerdotis*, ut infoeliciter nonnulli Clemen-Alexandrini versionem emendarunt.

CAP. XII.

hilonis Judaei Alexandrini, de mere-tricum qualiumcunque poena apud E-braeos capitali sententia, a Talmudi-ca schola alienissima, expenditur; uti & ejusdem de ultimo supplicio ubique gentium adulteris praestituto. De in adulterio deprehensis ac ejusdem poena in veteri jure Caesareo, alibique. Ea de re Leonis & Majoriani Augustorum novella constitutio emendatius ex codi-ce MS. editur. Leges hac de re Al-coranicae exhibentur.

AT interea mirum est, Philonem Judaeum ipsum, sed Alexandrinum, τὴν πόρνην seu *eretricem* qualemcunque, sive nuptam sive in-nuptam quaestum corporis exercentem, lapidibus e lege Mosaica obruendam docere; cum nulli-poena capitalis nedum lapidatio ejusmodi de-lio in ea praestituatur. Expressim quidem ve-tum illud, de quo libro diximus primo [i]: & verberibus luendum. Sed Philo diserte de me-rice ejusmodi qualicunque (nam de simplici e virginis sive viduae stupro aliter ipse expres-si; nec alia quam verberum poena puniri) ὡς [k] λυμη καὶ ζημία καὶ κοινὸν μίασμα καταλεύεσθω, *Ut pestis ac pernicies labesque publica saxis obrua-tur.* Unde etiam per prolepsin apud eum [l] Josephus patriarcha Potipharis uxori eum illicienti, alias ait apud gentes scorta adolescentibus lege permitti, nostratibus vero interdici; ἀλλὰ καὶ τῇ ἑταιρούσῃ ὥρισται δίκη θανάτου, *Quin & meretrici sententia mortis praescribitur.* Atqui tametsi ex more seu lege aliqua singulari comburenda erat hoc nomine Thamar [m] ante legem Mosaicam, nihilominus in hujus capitibus [n] ubi interdicitur scortum, nulla omnino poena expressim nedum capitalis adjicitur. Et Philo hic a Talmudica doctrina est plane alienissimus, qua scilicet quoties poenae genus non exprimitur, id quod vetatur verberibus [o] est puniendum. Sed vero ut capitali supplicio plectebantur apud Judaeos adulteri, sic juxta Philonem [p] etiam nullibi non capite plecti jure potuere; saltem deprehensi a deprehendentibus. Alieno, inquit apud eum Josephus patriarcha, insidiari matrimonio crimen est, ἐφ' ᾧ τις ἀνθρώπων οὐ φονᾷ, *quod mortalium quisnam non caede vindicat.* Quod explicans, περὶ γὰρ, inquit, τῶν ἄλλων εἰωθότες διαφέρεσθαι, μόνον τοῦθ' ὁμογνωμονοῦσιν· πανταχοῦ πάντες ἄξιον θανάτων μυρίων ἐνόμισαν, ἀκρίτους ἐκδιδόντες τοὺς ἁλόντας τοῖς πεφωρακόσι. *Nam de caeteris dissidere soliti hoc unum confitentur. Quod & passim universi mille mortibus dignum censent, deprehensos deprehendentibus injudicatos dedentes.* Obtinuit igitur Philonis aevo (floruit ille paulo post Christi ascensum) ac praeeunte, si ei fides habenda, ut in ipso adulterii actu deprehensi passim impune necari possent; idque ut videtur a quovis deprehendente, nec solum a marito aut propinquo. Certe Solonis [q] lex erat, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ, τι ἂν βούληται χρῆσθαι, *Si quis adulterum deprehenderit, de eo quod libuerit statuat.* Et de maritali jure velut hic receptissimo Cato [r] in Oratione de dote, *In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares*; cui consonae XII. tabulae [s], *Moechum in adulterio deprehensum impune necato.* Videsis autem hac de re Libanii Sophistae [t] declamationem. Atque aliae quae citra sunt mortem poenae pro deprehendentis arbitrio irrogatae; quod scimus ex scholiaste in Aristophanis Plutum, Juvenale [v], Martiale [x], aliis. Unde illud Syncerasti apud Plautum [y]. *MI. Quid agis? ST. Facio quod manifesto moechi haud ferme solent. MI. Quid id est? ST. Refero vasa salva.* Certe & apud Anglos jus ejusmodi moechum deprehensum mutilandi maritale olim viguisse videtur, saltem si maritus zelotypus omnimodo uxoris suae congressu praemonens interdixisset. Juris hujus vestigia sunt in tabulis publicis temporis Joannis regis seu quae ad annum millesimum circiter ducentesimum attinent. Literae ibi habentur regiae [z] ad vicecomitem seu praesidem provinciae Southantoniensis, quae ita sonant. *Tibi praecipimus quod diligenter in-*

[a] Julianus Presbyter apud Eusebium Nicremberg. de Orig. Sacrae Scrip. lib. 11. cap. 1. [b] Vide Exod. viij. 26. 1 Sam. xxx. 6. J in. x. 31. [c] De Jure Nat. lib. 4. cap. 4. [d] Cap. xvj. 38. & 40. & xxiij. 47. [e] Clem. Alexandrinus Strom. 2. a finem. [f] Lib. 1. cap. 16. [g] Edit. Paris. 1612. [h] Levitic. xxj. 9. [i] Cap. 16. [k] Lib. de spec. Legib. seu Praecept. 6. & 7. [l] Lib. de Viro Civili seu Joseph. [m] Genes. xxxviij. 24. [n] Deut. xxiij. 1. (& vide Levitic. xix. 29.) ubi consulas interpretes & Laur. Bochell. ad leges Politic. Vet. & N. T. tit. 35. [o] Juxta legem Deut. xxv. 1. & 2. [p] Lib. de Joseph. [q] Plutarch in Solone; Lysias in Apolog. pro Eratosthenis caede, & vide Petrum Fabrum Semestr. 3. cap. 21. & Sam. Petit. in leg. Attic. pag. 463. [r] Apud Agell. lib. 10. cap. 23. [s] Vide Oldendorp. in tit. 11. legg. XII. Tab. & Halicarnas. lib. 2. cap. 26. [t] Declam. 33. [v] Satyr. 10. [x] Lib. 3. Epig. 43. [y] Poenulo, act. 4. [z] Rot. Claus. 14. Johannis regis membr. 2. in Arce Londinensi.

quiri facias per legales homines de vicineto de Candeur, *ſi Robertus Pincerna habens ſuſpectum Willielmum* Wake *quod cum uxore ſua adulterium committeret, prohibuit ei ingreſſum domus ſuae, & ſi idem Willielmus poſt prohibitionem illam domum ipſius Roberti ingreſſus adulterium praedictum commiſerit, unde praefatus Robertus mentula eum privavit. Et ſi inquiſitio dixerit quod ita ſit, tunc eidem Roberto & ſuis qui cum eo erant ad hoc faciendum terram & catalla ſua illa occaſione in manum noſtram ſeiſita in pace eſſe facias, donec aliud inde tibi praeceperimus. Et veritatem illam inquiſitionis Galfrido filio Petri juſtitiario noſtro & baronibus de ſcaccario ſcire facias.* Nimirum ex Henrico de Bractona [a] liquet jus illo in ſeculo apud nos obtinuiſſe, ut, *Si quis alterius virilia abſcidiſſet* (citra ſcilicet aut jus jam dictum maritale, aut judicium forenſe, quo is a quo membrum aliquod alterius mutilatum fuiſſet, teſticulis aut oculis [b] ſaepius privabatur, uti & qui virginem vi ſtupraverat) *ſive hoc volens feciſſet ſive invitus, ſequeretur poena aliquando capitalis, aliquando perpetuum exilium cum omnium bonorum ademptione.* Cujus rei exemplum eſt illuſtre apud Matthaeum Pariſium [c], ubi refert, ſub Henricum regem tertium, Joannem Britonem ſeu *Le Bretun* ordinis equeſtris virum aliosque nobiles non paucos exules factos boniſque univerſis multatos, eo quod Godefridi de Millers equitis Norfolcienſis, qui pudicitiae filiae Joannis inſidiatus eſſet, membra genitalia abſcidiſſent. Et rex tunc *voce praeconia juſſit pro lege acclamari, ne praeſumat quis, niſi pro conjuge, adulterum membris mutilare genitalibus.* Quod ſcilicet juri ante recepto conſonum. Etiam expreſſum habetur in tabulis publicis [d] teſtimonium ſententiae in Joannem illum, *qui abjuravit* (ut ibi dicitur) *regnum propter feloniam quam perpetravit in Godefridum de Millers,* & bonis multatus eſt *ſecundum regni conſuetudinem.* Diu autem eſt quod jus ejuſmodi apud nos evanuit. Sed hoc obiter. Etiam de deprehenſis impune, id eſt, utriſque occiſis a patre ſive naturali ſive adoptivo idque ex lege Julia luculenta ſunt in jure [e] Caeſareo teſtimonia; quod juris marito illic negatur niſi in domo ſua deprehendantur & adulter perſona ſit infamis. Diſcriminis ratio eſt, quia ut patrem conſilium pro liberis capere praeſumitur, ſic maritum calore nimis ac impetu duci: ideoque par utrique non permiſſa licentia. Atque injudicatos ita impune necari adeo poſtea receptum eſt etiam inter Chriſtianos, ut generali nomine *legis mundanae* in jure pontificio [f] deſignetur. Et quae morem plane receptum redolent, occurrunt apud Hincmarum in [g] Reſponſione de divortio Boſonis & uxoris ſuae, & Nicolaum papam primum in epiſtola [h] ad Rodulfum archiepiſcopum Bituricenſem. Certe ab juriſconſultis admitti ſolet, ut plane licitus (ubi lex ſcilicet ſeu mos ſingularis non obſtat) in foro ſaltem contentioſo. An in foro conſcientiae, quaeſtio eſt celebris; negantibus quidem omnino viris conſultiſſimis [i] ac opinionem hic negativam communem eſſe aſſerentibus; etiam & caedem ejuſmodi peccatum eſſe mortale. *Haec tamen opinio* (inquit Julius Clarus) *mihi nunquam placuit. Impium eſt enim judicio meo dicere apud nos vigere legem, quae peccatum mortale committi permittat.* Sed & hac de re vide inprimis Fernandium Vaſquium [k] in Controverſiis, Petrum AErodium [l], Aloyſium Riccium [m], Baſilium Pontium [n], praeter conſcientiae caſuum diſputatores obvios; uti etiam quae de Zelotarum jure apud Ebraeos veteres alibi tradidimus nos [o]. Etiam in Partitas Hiſpanorum [p], legeſque Luſitanorum [q], recipitur hic jus vetus Caeſareum uti item in populorum aliquot aliorum mores. Imo & ex jure Juſtinianeo ſi ſuſpicetur vir quempiam uxoris ſuae pudicitiae inſidiari, & poſt tres conteſtationes ſeu denuntiationes, quibus omnimodus uxoris & inſidiantis congreſſus vetetur, *Invenerit eum convenientem ſuae uxori quidem in ſua domo aut ipſius uxoris aut adulteri, aut in popinis aut in ſuburbanis, permittitur* [r] *licentia marito propriis manibus talem perimere nullum periculum ex hoc formidanti.* Utut autem ſe res habuerit, jus illud deprehenſos occidendi, quale praedicat Philo, neque in Suſannae pro deprehenſa habitae hiſtoria, neque in adulterae in Evangelio Joannis cauſa, omnino admitti videtur. Quod vero ad illa Philonis attinet, quibus adulterium morte paſſim multandum, uti apud Ebraeos, aſſeri videtur; certe, dum vixit Philo, ne AEgyptiis quidem, inter quos ille, utpote Alexandrinus, poenae ejuſmodi uſus erat forenſis, uti nec Athenienſibus aut Romanis; ut de aliis taceam. De AEgyptiis diſerte Diodorus Siculus [ſ]; adulterium apud eos vi commiſſum genitalium abſciſſione, ſine vi mille plagis adultero, narium [t] detruncatione adulterae irrogandis punitum; licet ſeculis vetuſtiſſimis adulteras quaſdam a Seſoſtri rege vivicomburio plexas memoret idem [v] ſcriptor. Athenis autem ſi quis reus peractus, Ἐπὶ τῷ δικαστηρίῳ, ἄνευ ἐγχειριδίου χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βουληθῇ, *Judicum erat in eum pro arbitrio animadvertere, excepta poena gladii,* ut expreſſim legitur apud Demoſthenem [x], quo ſpectat illud Libanii Sophiſtae in De vita ſua, ubi veteribus ait in more fuiſſe moechis pudenda demetere. Utrum autem ex jure Caeſareo veteri poena adulterii forenſis eſſet vitae amiſſio, ſaepe diſputatum eſt: ſcilicet an lege Julia aliave hac vetuſtiori. Sed a viris doctiſſimis

[a] Lib. de Corona, cap. 23. §. 3. [b] Fleta lib. 1. cap. 40. & vide Bracton. lib. de Corona, cap. 28. [c] Anno 1248. ſeu 32. Hen. III. pag. 757. Edit. Londini 1640. [d] Rot. Clauſ. 33. Hen. III. membr. 13. [e] Paulus Sent. 2. cap. 26. l. 20. & 24. D. tit. ad legem Juliam de Adult. Collat. leg. Moſaic. & Rom. tit. de Adulteriis l. 4. C. tit. jam dicto. Baſilic. lib. 60. tit. 37. §. 26. Harmenopul. Prochir. 6. tit. 2. Attaliat. ſynopſ. tit. 70. & vide Jacobum Lectium ad AEmilium Macrum, de publicis Judiciis. & Damhouderium Prax. Criminal. cap. 91. §. 23. 24. & Petrum Cuballum tract. de omni gen. homicidii §. 23. &c [f] Cauſ. 33. quaeſt. 2. cap. 6. [g] Pag. 496. edit. Pariſ. 1615. [h] Ibid. pag. 717. [i] Poſt Gloſſ. ad Cauſ. 33. q. 2. c. inter haec vide Covaruviam in 4. Decret. part. 2. cap. 7. §. 7. & DD. ad L. Gracchus C. ad leg. Juliam de Adult. Jul. Clar. Sent. lib. 5. §. Homicidium num. 48. &c. [k] Lib. 4. cap. 8. [l] Rerum Judicatarum, lib. 8. tit. 1. [m] Collect. Deciſ. 497. [n] De ſacram. Matr. lib. 9. cap. 15. [o] Lib. 4. de Jure Nat. cap. 4. [p] Partit. 7. tit. 17. l. 14. & vide Gomeſ. ad l. 80. Tauri. [q] Vide Thom. Valaſcum tom. 1. Allegat. 85. & Ordinat. Luſitan. lib. 5. tit. 16. [r] Auth. Coll. 8. tit. 18. cap. 15. [ſ] Biblioth. lib. 1. cap. 78. [t] Vide Conſtantin. Harmenop. lib. 6. tit. 3. [v] Ibid. cap. 59. [x] Orat. in Neaeram. videſis Petrum Fabr. ſemeſtr. 2. cap. 21. & Samuel. Petit. in leges Atticas pag. 465.

doctiſſimis

ɔctissimis satis est demonstratum, ex jure recepto ɔenam ejusmodi non irrogandam fuisse antequam ɔ Augustis Christianismus exciperetur, sed releɪtionem aliamve citra mortem coercitionem. ua de re praeter titulos in juris Caesarei corɔre huc spectantes videsis Tiraquellum [a], Petrum ɪbrum [b], Alciatum [c], Cujacium [d], Guidum Panrollum [e], Brissonium [f], Menochium [g], Lipsiɪn [h], Carolum Fabrotum [i], Paganinum Gauentium [k], alios satis obvios, maxime qui ad §. *tem lex Julia instit. tit. De publicis judiciis*; bi *lex Julia de adulteriis*, qua poenam gladii ɔi memoratam spectat, plane pro eo quod est mpliciter *lex de adulteriis* (quae Juliae nomine ɪmdiu innotuerat) non pro lege ipsa ea quae ab ugusto [l] lata est indeque in Julii Caesaris honoɪni Julia dicta. Haud ferme aliter atque etiam ɔud nos (verbi gratia) tutores simpliciter seu x jure nostro civili, id est, Anglicano, dati a vis doctissimis [m] pro eis qui ex lege Attilia & ex ulia & Titia olim in Roma veteri & provinciis abantur, sumpti sunt; juxta quam rationem leis Falcidiae, Aquiliae, Senatusconsulti Trebellini verba apud nostrates etiam interdum fiunt, lum nihil aliud intelligunt praeter simplex damɪum illatum, legatorum modum, haereditatem dei commissariam, nulla omnino (sive tempora ive personas spectes) habita eorum qui legum haɪm autores fuere ratione. Alia sunt non pauca jusmodi. Et Augustinus [n], *Romani antiqui adul-eras foeminas, quamvis aliquâ damnatione, ulla tamen morte plectebant.* De antiquis diɛrte loquitur & jure praestituto punitis, nec pro yrannorum arbitrio occisis. Nam certum est inɛrea ab Augusto [o] etiam suas leges egrediente dulteros morte punitos aliquos, uti & postea ab Opilio Macrino, *Adulterii reos semper vivos simul incendit junctis corporibus*, ut de eo Julius Capitolinus. Alia sunt ejusmodi aliquot [p] in seculis Christianismum imperii praecedentibus, sed libero dominantium jussu non lege recepta omnino nitentia. Vulgo autem habetur Constantinus magnus autor primus legis, qua mors adulteris ex jure Caesareo irroganda. Et sane in Codice Justinianeo occurrit rescriptum ejus ad Evagrium [q] de accusatoribus adulterii, ad cujus calcem adjicitur, *sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet*; temporis autem signatio est *VII. Kal. Maii Constantino Aug. VII. & Constantio Caesare consulibus.* Anno nempe ita Christi 326. rescriptum tribuitur. Et verum quidem est, rescriptum illud, praeter adjectum hoc, integrum fuisse Constantini atque ejusdem anni, uti etiam liquet ex Codice Theodosiano [r]. In condendo autem Codice Justinianeo rescripto illi adtexuit Tribonianus, aut quis alius Justiniano operam in corpore juris conficiundo navans, verba jam dicta, ex ipsa Justiniani mente atque autoritate sibi permissa, velut desumpta ex sensu rescripti aliquanto recentioris seu Constantii & Constantis de adulteris, ut & apposite satis vult praestantissimus Cujacius [f] aliique ejus sequaces. Habetur nimirum horum Augustorum in Codice Theodosiano rescriptum, quo adulteri ut parricidae culleo insuendi aut comburendi; juxta supplicium eis a Macrino irrogatum. Attinet hoc ad annum Christi 339. seu biennium aut circiter a Constantini morte elapsum, id est, annum quo Constantius secundum & Constans consules fuere. Tunc enim, cum provocationes aliquae fierent moratoriae in causa adulterii, ad Catulinum rescribitur [t] a jam dictis Augustis, provocationes ejusmodi non admittendas. *Sed delatum adulterii crimen & quaestionibus adhibitis adprobatum, pari sceleris immanitate damnare quid deinceps in hujusmodi criminibus convenit observari, ut manifestis probationibus adulterio probato frustratoria provocatio minime admittatur, cum pari similique ratione sacrilegos* [v] *nuptiarum tanquam manifestos parricidas insuere culleo vivos vel exurere judicantem oporteat.* Etiam & vivicomburium poenam fecit Constantinus [x] servo quocum occulte rem habuisset domina. Certe & adulteris non minus atque homicidis, veneficis (quibus conjuncti sunt ut ejusdem generis in rescriptis principum magi & in astra peccantes, quo nomine astrologos denotabant) laesae majestatis, & demum falsae monetae reis, velut atrocius scelestis, quinarioque scelerum numero, ut notissimo, memorari solitis, paschalis [y] sub id tempus negari solebat indulgentia. Unde etiam & adulteros gravissime tunc puniendos satis liquet, licet non satis qua poena. At vero quicquid de adulterii poena, seu de culleo aut vivicomburio a Constantio & Constante sic introductum fuerit; sub Valentiniano & Valente, id est, sub annum a rescripto illo ad Catulinum trigesimum, praefecto urbis Maximino, *Cethegus senator adulterii reus delatus cervice periit abscissa*, ut expressim Ammianus Marcellinus [z]. Eadem poena foeminas illustres aliquot itidem idem ob crimen adfectas tunc temporis scribit ille. Quae sane postremis Constantini quod jam memoravimus rescripti de gladii poena apud Justinianum verbis niti dubitare non videtur doctissimus Fredericus Lindenbrogius in adjectis observationibus, quasi genuina fuissent illa Constantini, nec a Triboniano aliove ejusmodi Justiniani tempore adjecta. Certe utut se res haec habuerit, dubitandum non videtur quin ante Justinianum ultimo supplicio ex jure Caesareo recepto ac constanti adulteri neutiquam punirentur, utcunque tum illud de culleo & vivicomburio habeatur in Constantii rescripto tum gladii poenae in exemplis ex Ammiano allatis. Id enim eliciendum ex Leonis & Majoriani Augustorum rescripto ad Rogatianum, consularem Tusciae suburbicariae, quo Ambrosio cuidam a-

[a] In l. 13. Connubial. Gloss. 1. part. 13. [b] Semestr. lib. 3. cap. 21. [c] Paradox. lib. 5. cap. 8. &c. & ad tit. de verb. sig. l. 101. [d] Observat. 6. cap. 11. [e] Thesaur. Var. lect. lib. 3. cap. 27. [f] Ad tit. ad leg. Julian. de Adult. [g] De Arbitr. Judic. Quaest. lib. 2. cent. 5. cas. 419. [h] Ad Annal. Tacit. 4. num. 98. [i] Exercit. 12. [k] Juridic. Exposit. lib. 2. cap. 8. [l] L. 1. D. tit. ad leg. Jul. de Adult. & Basilic. lib. 60. tit. 37. [m] Joan. Cowellus in Instit. Juris Anglicani. [n] De Civit. Dei lib. 3. cap. 5. [o] Tacit. Annal. 3. [p] Vide Petrum AErodium Rer. Judicat. lib. 7. tit. 1. cap. 4. [q] L. 30. quamvis C. tit. ad leg. Jul. de Adult. [r] Lib. 9. tit. 7. l. 2. [f] Observat. 6. cap. 11. [t] L. 4. C. Theod. lib. 11. tit. 36. seu quorum appellationes non recipiantur. [v] De vocabulo illo hic vide Baronium tom. 3. ann. 339. num. 20. [x] C. tit. de Mulieribus quae se propriis servis junxerint. [y] L. 1. 4, 6, 7, 8. C. Theodos. lib. 9. tit. 38. seu de Indulgentiis criminum & Append. C. Theod. a Jac. Sirmondo edit. constit. 8. [z] Lib. 28.

dulterii

dulterii reo relegationis temporariae poenam conſtat irrogatam; quod leniter quidem & negligenter factum aiunt Auguſti. Sed nec ipſi tunc temporis ſcelus hoc morte luendum ex jure voluere, ſed relegatione perpetua, ita tamen ut redeuntis perimendi nemini jus non concederetur. Reſcriptum hoc ad annum attinet Chriſti 459. adeoque recentius eſt Conſtantiano illo reſcripto annis 120. & vetuſtius Juſtiniani initiis ferme 70 annis. In editionibus Novellarum Majoriani Codici Theodoſiano ſubjunctis prioribus omnino defuit. Unde etiam in Lugdunenſi [a] adnotatur poſt octavam novellam, *Deſideratur novella de adulteriis.* Sed in Pariſienſi [b], quae optima eſt, ejuſque ſequace Genevenſi [c] editur quidem; verum adeo depravate ut operaepretium duxerim a codice meo MS. pervetuſto, qui Guilielmi erat monachi Malmesburienſis, hic integrum repraeſentare:

Imperatores LEO & MAJORIANUS Rogatiano Conſulari Tuſciae Suburbicariae.

Agitandam legibus adulterii quaeſtionem imminente quoquo noſtrae perennitatis oraculo, exercuiſſe te commemoras, atque, ut relatione teſtaris convictum confeſſumque Ambroſium in nefario crimine relegatione temporaria dignum cenſuiſti, & non ſolum leniter imo negligenter penſaſti alieni doloris injuriam, ut maculam pudoris extincti & ejus ſummam criminis in qua quicquid [d] *vero indignum eſt continetur, elabi vita ſuperſtite judicares. Eum tamen ipſum temeraſſe ſententiam & confeſtim locum* (vel *loco,* ut inter lineas adnotatur) *exilii perhibes diffugiſſe; noſque conſuliſti quid fieri ſanciamus. Severitatem quippe res ipſa flagitat. Unde, Rogatiane kariſſime, noveris ad rigorem veteris diſciplinae, hanc perhennitatem noſtram obſervationis adjeciſſe menſuram; ut ſecundum legem divorum retro principum, qui in ſimili crimine talia cenſuerunt, relegationem probroſi & nefandi rei deportatio adjecta continuo ſequatur & bonis ejus omnibus fiſci juribus vindicatis, eum congreſſu* (vel *ingreſſu,* ut monet inter lineas librarius) *totius Italiae ſummovendum, edictorum propoſitione denuntiata omnibus perimendi licentia, qua paſſim ita inſequendus eſt, qui ſententiae abuſus eſt lenitate, uti ſi in comprehenſa orbis noſtri parte repertus fuerit, caeſus jure videatur, quatenus ſanctionis procedente cenſura, ab incurſu flagitiorum, tutam genialis thori praeſtemus impoſterum caſtitatem exemplo competenti luxuria ab expugnatione pudicitiae caſtigata, quae ſub publica quodammodo videbitur eſſe cuſtodia, ſi libido & protervitas arceatur, manifeſtumque ſit generaliter ita nobis cordi eſſe violatum pudorem ulciſci, ut edictali decreto dicta cohercitio futuris quoque temporibus ſimile commiſſum cenſeat plecti. Dat. XV. Kal. Maii Arelato, Richemere V. C. Conſ.* Ita codex meus MS. nec adjecto in temporis ſignatione *Clearcho conſule,* ut in editis, qui cum Richimere conjunctus plane ad annum attinet 384. ſeu Theodoſii primi & Arcadii tempus, quod Leonis & Majoriani initiis annis amplius ſeptuaginta eſt antiquius. Collega autem Richimeri hic erat Patricius ut tum ex faſtis liquet tum ex Theodoſii reſcriptis obviis. De reliquis ex MS. hic emendandis intuenti ſatis conſtabit. Sed hinc palam eſt relegationem, deportationem (quae etiam tam capitalis dicitur quam ipſa mortis poena, ut diſerte Calliſtratus [e]; unde nec omnino argumento ſunt verba illa de adultera in Alexandri Auguſti reſcripto [f], *Si quocunque modo poenam capitalem evaſerit,* aut *nec capitali poenae eſſe obnoxia* in Conſtantino [g] altero, mortem ibi intelligi, quod perperam volunt nonnulli) bonorum confiſcationem adhibitam nec poenam mortis niſi deportatus relegatuſve redux exilio ſe ſolviſſet. Neque tunc poena mortis forenſis erat, ſed cuique permiſſa. Codicis autem Juſtinianei jure forenſis fiebat, juxta jam oſtenſa. Neque aliter intelligendus Juſtinianus ipſe ubi in Authenticis [h] ſeu jure ſuo noviſſimo Conſtantinum expreſſim memorat velut ultimi ſupplicii adulteris irrogandi autorem. Tribonianus enim aut quis ejuſmodi alius adjectionem ante in codice Juſtinianeo indicatam Conſtantini ipſius fuiſſe, ut falſo crederetur, in cauſa fuerat. Noviſſimo autem hoc jure adultera virgis caeſa in monaſterium deditur, adultero morte plectendo. Orientali autem jure Caeſareo recentiori, Ὁ μοιχὸς καὶ ἡ μοιχαλὶς ῥινοκοπείσθωσαν, *Adultero & adulterae nares praecidantur.* Sic Harmenopulus [i], juxta Leoninam [k] ea de re ſanctionem. Addit Michael Attaliates [l] Τυπτομένοις καὶ κουρευομένοις, *Verberati & tonſi.* Etiam adulteram exulem fieri boniſque ſpoliandam. Seculis recentioribus morte, verberibus, mulcta aliterque pro variis gentium moribus atque aliter punitur adulterium. Et ubi cognitio ejuſdem ad forum ſpectat ſolum pontificium, excommunicatione & poenitentiae ſolennis ſive ritu ipſo publico ſive redemptione. Et de inſigni poenarum hic diſcrimine apud Paganos Chriſtianoſque videſis potiſſimum adnotata a Tiraquello, Menochio, & Petro Fabro locis ſupra indicatis, quibus addas Jodocum Damhouderium [m], Aloyſium Novarinum [n], id genus alios ſatis obvios praeter ſingularum gentium legum corpora & deciſiones [o], ſine quibus fruſtra nimis de earum moribus ac jure loqui ſolent ſcriptores aliiqui maxime exterarum quas leviter inviſerunt gentium ſciolos, cum pruritu nimio ſe oſtentare ſoliti. De uxoribus Mahumedes in Alcorano [p], *Si,* inquit,

استشهدوا عليهنّ اربعة منكم فان شهدوا
فامسكوهنّ في البيوت حتي يتوفيهنّ
الموت او يجعل الله لهنّ سبيلاً

[a] Lugd. 1566. [b] Pariſ. 1586. [c] Genevae 1593. [d] L. Viro. [e] L. 27. Capitalium. D. tit. de Poenis. [f] L. 9. Caſtitati C. ad leg. Jul. de Adult. [g] L. 7. C. tit. de Repudiis. [h] Auth. Coll. 9. tit. 17. cap. 10. [i] Conſtit. Leon. 32. [k] Prochir. lib. 6. §. ult. [l] Synopſ. tit. 70. [m] Praxi Criminal. cap. 91. num. 63. &c. [n] Elect. Sacror. lib. 6. cap. 10. & 11. [o] Vide Thomam Vallaſcum tom. 1. Allegat. 85. Ludovic. a Peguera Aragon. Deciſ. 92. le Code des deciſiones forenſes livre 9. tit. 13. Boerium Deciſ. Gallic. 297. Martin. Monter a Cueva Deciſ. Aragon. 15. Aloyſium Riccium Deciſ. 235. &c. [p] Azoar. 4. Arab. Lat. 8.

T. es *adhibeantur in eas quatuor ex vobis* (ubi Achmed Ben Mahumed interpres habet أي من رجال المسلمين *id est, ex viris* seu m. *culis qui Musulmani* seu *religionis Mahum*. *anae fuerint*; tantum abest ut recta sit hic R. nensis versio, *Mulier quatuor foeminis testibus co. icta*, &c. quod tam in codicibus vetustis MS. quam editis legitur) *unde fuerint convictae, de. neantur in aedibus suis* (interpres jam dictus احبسوهن وامنعوهن من مخالطة الذ *co. beant eas & impediant a congressu virili*) *u. ue dum mortuae fuerint aut viam* seu *mentem* m. liorem) *fecerit eis Deus*. Alibi autem adjicit [a] الزانية والزاني فاجلدوا كل واحد منهما مائة جلدة ولا تاخذكم بهما رافة في دين الله ان كنتم تومنون بالله واليوم الاخر وليشهد عذابهما طايفة من المومنين Q. *od ad adulterum adulteramque spectat*; *om. ni sic rei centum plagis verberantor, neque m. ricordes erga illos sitis in judicio Dei si in D. um credatis & diem postremum*, id est, diem ju. cii. *Et testes sint poenae coetus* seu *nume. ru aliquis credentium*. Retinensis *Omnis adul. te. ns centum ictus suscipiat in multorum prae. se. ia [ut sic tum correptus tum verecundatus . rius ab illo peccato omnibus bonis illicito ce. t]* quibus verbis nihil est in Arabico quod ibi respondeat. Atque hinc in Doctrina Machu. m. ab Hermanno Dabmata olim versa, *Centum su. ictus quibus in adulterio deprehensi flagel. la. ur*. Sequitur in Alcorano quod adulterii poe. na. auget, in Retinensis codicibus non editis solum se. & optimae fidei MSS. omnino praetermissum. الزاني لا ينكح الا زانية او مشركة والزانية لا ينكحها الا زان او مشرك وحرم ذلك علي المومنين . *dulter minime ducat nisi adulteram aut as. so. ntem* seu *participem facientem, nec ducat ad. tera nisi adulterum aut associatorem*. Hoc er. n اي نكاح الزواني ut ibi Achmedides ja. dictus, id est, adulterorum adulterarumque co. jugium) *credentibus* seu *Musulmanis est inter. di. um*. Associans hic & associator est Mahu. m. lanis idololatra qualiscunque sic dictus quia [b] هو اشرك بالله seu جعل الله شريكا id est, *facit Deum aequalem Deo* seu *Deo alium a. ciat*, quo nomine etiam Christianos signan. ti. denotant Mahumedicae imposturae sequaces. H. c sequitur in Alcorano, quod & Retinensis habet de foeminis falso adulterii seu absque testimonio legitimo accusatis. Id capite adnotatur proximo ubi de viro zelotypo agitur. Sed de variis adulterii poenis hactenus; quae, uti & aliae apud mortales omnimodae, pro morum, seculorum, locorum discrimine, vitio, medicinae locum obtinentes, aliter atque aliter ex eorum arbitrio, penes quos summa rerum habetur, lege (nec vero forensi judicio citra legem praeeuntem) introducendae mutandaeque.

CAP. XIII.

Lex de zelotypia. Mariti praemonitio. Uxoris cum eo, de quo praemonetur, occultatio, seu congressus qualiscunque clancularius; unde justa suspicio. Alia ad legem illam attinentia.

JAM vero de uxore suspecta, lex lata est; *Si viri* [c] *cujuscunque uxor declinaverit & praevaricando in eum praevaricata fuerit & concubuerit vir alius cum ea commixtione, seminis & absconditum fuerit ab oculis mariti ejus, atque occultata fuerit illa* (id est, ונסתרה) *& immunda facta fuerit, & testis non fuerit contra eam* והוא לא seu, ut codex Samaritanus, והיא לא נתפשה id est, *nec fuerit ipsa vi compressa* (ita interpretantur magistri [d]; scilicet לא נתפשה per לא נאנסה; tametsi Vulgata habeat, *quia non est inventa in stupro*; uti & Arabs Romae editus; sed in Ebraeo nihil est quod τῷ *in stupro* hic respondeat; alii *nec fuerit deprehensa*; & Hellenistae συνειλημμένη, quod etiam a magistris stare possit qua *non injecta manu* seu *vi prehensam* denotat; Chaldaei ibidem אתחדת quod & *vi prehensam* significare potest, uti & idem apud Arabem Erpenianum vocabulum in Arabismum receptum, cum in versione Saadiae Gaon substituatur تغصب quod planissime vim illatam innuit; Arabs penes me MS. ولم توخذ ولم يراها احد *nec deprehensa fuerit, nec viderit eam quisquam*; Galli, *Et qu'elle n'ait point esté surprise*, uti & alii aliquot; quod tam de vi dolove illato quam de rea deprehensa seu **taken with the manner**, ut Angli, sumi potest; sicut etiam quod habent Judaei Hispanienses, *y ella non fue presa*;) *pertransierit autem illum spiritus zelotypiae, ut suspicetur uxorem suam quae polluta est, aut si pertransierit illum spiritus zelotypiae, ut suspicetur uxorem suam quae tamen non est polluta, adducat vir ille uxorem suam ad sacerdotem, adducatque cum ea sacrificium pro ea, nempe decimam partem ephae farinae hordeaceae, sed non fundat oleum super eam, neque ponat thus super eam, quoniam oblatio zelotypiae est, oblatio pro memo-*

[a] Azoara 24. Arab. 34. Lat. [b] Videsis Anton. Gigg. Thesaur. Vol. 2. col. 1089. [c] Numer. v. 12. De hac lege vide Philonem lib. de Legibus Specialibus ad 6. & 7. decalogi, Sixtum Senens. Biblioth. sanct. lib. 2. in Z. praeter commentarios obvios. [d] . olla hic Maimonides halach. Ishoth, cap. 24. & halach. Sota, cap. 3. alii.

riali faciens recordari iniquitatem. Adducet itaque illam sacerdos & stare eam faciet ante Dominum. Assumat quoque sacerdos aquas sanctas in vase fictili, & de pulvere qui fuerit in pavimento tabernaculi tollat sacerdos & ponat in aquam. Stare autem faciat sacerdos mulierem ante Dominum, & denudet caput mulieris, ponens super manus ejus oblationem pro memoriali quae oblatio est zelotypiae, habeatque sacerdos in manu aquas amaras ac maledictas. Et adjurans eam sacerdos, dicat ad mulierem, Si non concubuit vir tecum & non declinasti ad immunditiam sub viro tuo, liberaberis ut innocens ab aquis istis amaris (τὸ ὕδωρ τȣ̃ ἐλεγμȣ̃ seu *aquam redargutionis* vocant Hellenistae) *& maledictis. Sin tu declinasti sub marito tuo & polluta es & posuit vir concubitum suum ad te extra maritum tuum; adjurabitque sacerdos mulierem juramento execrando & dicet sacerdos ad mulierem, Det te Dominus in execrationem & juramentum (exemplumque* habet Vulgata) *in medio populi tui, adeo ut faciat Dominus corruere femur tuum & inflari uterum tuum* (Vulgata ibi, *putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus disrumpatur.*) *Ingrediantur aquae istae maledictae in viscera tua, ut intumescat uterus tuus & corruere faciant femur tuum, dicatque mulier Amen, amen. Scribat autem sacerdos in libello maledictiones istas & rasas projiciat eas in aquas amaras* (Vulgata; *& delebit eas aquis amarissimis quod substituitur pro* ומחה אל מי המרים ubi Hellenistae rectius habent καὶ ἐξαλείψει εἰς τὸ ὕδωρ τȣ̃ ἐλεγμȣ̃, *& delebit* seu *absterget in aquam redargutionis*) *potetque mulierem aquis illis amaris & maledictis, ut intrent in eam aquae illae maledictae & amarae. Tollet deinde sacerdos de manu mulieris oblationem zelotypiae & ventilabit oblationem illam coram Domino, atque adducet eam ad altare. Tollet etiam sacerdos pugillum plenum de oblatione illa pro memoriali incendetque in altari, & postea dabit mulieri potum illius aquae. Et postquam potaverit mulierem illam aquis illis, si fuerit polluta & praevaricando praevaricata sit sub viro suo, ingredientur in eam aquae illae maledictae & amarae, & intumescet venter ejus cadetque femur ejus, & erit mulier illa in maledictionem in medio populi sui; si autem mulier non polluta sed munda fuerit, absque nocumento evadet, & seminabitur semine* (seu *faciet liberos*, ut Vulgata.) *Haec est lex zelotypiae, quando mulier declinaverit sub marito suo & polluta fuerit, aut cum virum pertransierit spiritus zelotypiae, & suspicatus uxorem suam statuerit uxorem in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos secundum universam legem istam. Eritque vir innocens ab iniquitate; & muli[er] portabit iniquitatem suam.* Maritum ita zel[o]typum, ut hac lege comprehendatur, eum ess[e] aiunt, qui praemonuerat uxorem ne deinceps [in] secreto esset aut clam occultaretur cum aliqu[o] sive patre ejus sive fratre, nedum aliis plus d[...] sitis, sive gentili sive servo, idque coram testibus; quae nihilominus cum ipso, de quo praemon[ita] est, in secreto esset occultata, idque testibus ite[m] probaretur, [כד]י טומאה שהוא כדי לצלות ביצה ולגמיה, *Quantillo tempore pollui foemina poss[it], id est, quantillo tempore ovum & assari poss[it] & absorberi.* Gallinae ovum intelligunt, qu[od] citius aliis quibuscunque ovis coqui [b] & ass[ari] aiunt. Atque ita obtinuit apud magistros Bab[y]lonienses temporis mensura, quae tamen aliter [...] que aliter se habet in [c] sententiis Hierosolymi[ta]norum, & plerumque multo brevior est. Occ[ul]tationem hanc סתירה appellitant, & ad illud [in] lege spectat ונסתרה *& occultata fuerit illa.* U[x]ore ita suspecta etiam marito interdicebant, us[que] dum potatis aquis amaris innocentem se praebe[ret]. Praemonitio autem fieri debuerat expressa, de occ[ul]tatione; atque ut occultaretur cum eo necessum [e]rat antequam potandi esset rea aut marito interdi[cta]. Nam si praemoneretur, ne verba cum aliquo ha[be]ret, & postmodum cum eo occultaretur, aut ne [oc]cultaretur, & postmodum cum eo verba haberet, [il]legem hanc res non attinuit. Uti nec ubi praem[o]neretur de minore novem praeter diem unicum [an]nis. Scilicet de viro lex fertur, qualis minor ejusm[o]di hic non habitus. Ante occultationem, remissio[n]e potuerat maritus uxorem liberare, non post. [Et] repudium ita remissionis locum habuit, ut si [re]pudiaretur praemonita, & denuo duceretur, der[u]o etiam praemonenda esset. Si quae aquis pot[ata] innocens evaderet, ea denuo praemonita de ip[so], cujus nomine antea potarat, cum ipso iterum [oc]cultaretur, haud iterabatur potio, sed ipsa sine [do]te, ut marito jam plane illicita, ejicienda er[at]. Quod si cum aliis, post praemonitionem, occ[ul]taretur, potandi formula iteranda erat, quoties [i]a occultaretur. Neque aquis hic omnino locus, [s]i aut deessent testes idonei sive praemonitionis si[ve] occultationis, aut si adulterii testis adesset e[ti]am unicus, qua de re mox item plura. N[ec] potare cogebatur quae [d] fateretur se tempore [oc]cultationis, pollutam; nec quae diffiteretur atq[ue] aquas ante abrasum libellum (qua de re inf[ra]) recusaret. Sed utraque statim ejicienda erat si[ne] dote & perpetuo marito interdicebatur. Quin[i]m aut nollet demum maritus eam potare, aut cu[m] ea rem haberet post occultationem, potu libe[ra]batur. Sed cum dote ea tunc ejicienda, atq[ue] itidem marito interdicta erat.

[a] Misna tit. Sota, cap. 1. & Gemar. Babylon. ibid. fol. 25. & 4. & 7. & Maimonid. halach. Sota, cap. 1. & de leg. hac Zelotypiae ac[cu]rate Salomon Jarchius ad Numer. v. [b] Misna tit. Sabbath, cap. 9. & Obad. Bartenor. ib. §. 5. [c] Gemar. Hierosoly[m]. ad tit. Sota, cap. 1. fol. 16. col. 3. [d] Misna tit. Sota, cap. 4. & Maimonid. halach. Sota, cap. 2. & 4.

CA[P.]

CAP. XIV.

Uxorum, & praemonitarum & occultatarum, genera non pauca aquis amaris libera; quae tamen tum maritis tum eis de quibus praemonitio fiebat dein perpetuo vetita, ac sine dotibus ejicienda erant. Et de innocentia quae exigebatur in marito qui uxorem hoc jure ad examen aquarum adigeret.

FUERE etiam uxorum genera non pauca, quae tametsi antecesserat praemonitio & occultatio, aderantque utriusque testes, potatione nihilominus libera quidem erant; at ejicienda sine dote & illicita dein perpetuo maritis. In hisce censentur [a] & sponsa & fratria cujus nuptiae a leviro expectabantur (שומרת יבם, appellant, id est, *leviro servatam*) ex eo quod in lege habetur, *Haec est* [b] *lex zelotypiae quando mulier declinaverit* תחת אישה, id est, *sub marito suo.* Nec sponsa nec fratria ante nuptias, sub marito seu ὕπανδρ☉. At si sponsus aut praemoneret, & post nuptias ac maritales amplexus occultaretur uxor cum eo de quo praemonita erat, totiusque rei adessent testes, potandae erant ei aquae ut uxoribus aliis. In hisce item quae potatione liberae minor erat, quae uxor majoris, & major quae uxor minoris, atque hermaphroditi uxor. Nomina viri & mulieris hasce aiunt excludere. Accedit uxor caeci, ideo quod dicitur *Et absconditum fuerit ab oculis ejus.* Item uxor clauda, quia legis verba sunt *Stare eam faciat sacerdos.* Cui item manus vel unica deesset, seu ad recipiendum esset non idonea, in hisce erat; quia *oblatio super manus ejus ponenda*; uti & muta, quoniam dicendum erat mulieri *Amen, Amen*; & surda eo quod adjicitur, *Et dicat sacerdos ad mulierem.* Quin hisce adjungebantur uxor caeci, claudi uxor, ejus cui manus deerat, muti, ac surdi. Nam receptum erat עד שתהיה שלימה כמוהו והוא שלם כמותה, *Nisi ubi ipsa integra esset ut ille, atque ille, ut ipsa, integer,* locum aquis amaris minime fuisse. Ad nuptam etiam quae ante maritales amplexus praemonita & cum eo de quo praemonebatur occultata erat, idem jus obtinuit. Nam ex verbis legis, *Et posuit vir concubitum suum ad te extra maritum tuum* (seu *deserto mariti thoro,* ut habet Vulgata) eliciebant, nisi antecesserat mariti concubitus, adjurationem illam adeoque aquas locum habuisse nullum. Si moreretur maritus postquam in judicium hoc nomine deduceretur uxor, potione immunis fiebat illa, sed dote excidebat. Amplexus item maritalis ante deductionem (qui vetitus ex majorum institutis, ut supra [c] docetur) in causa erat ut libera postea esset uxor potione. Verba legi subjuncta, sunt; *Eritque vir innocens ab iniquitate, & mulier ipsa portabit iniquitatem suam.* Ubi ille non innocens, nec illa examini huic obnoxia. Unde etiam fiebat, ut neque uxori praecepto aliquo negativo interdictae, neque cuiquam ex affirmationis nota vetitae, neque secundariae bibendum hic esset. Quae tamen omnes, si praemonitio atque occultatio non sine testibus praecederet, ejiciendae erant idque sine dotibus atque etiam hoc nomine maritis interdictae. Quin nec rite ad aquas hic adigebat uxorem maritus [d] qui non ab omni illicito concubitu purus ipse; nec si maritus ejusmodi eam in examen deduxerat, בדקו לה המים, *vim suam examinis exercebant aquae,* unde peccasse eum aiunt, שגרם לשם המפורש שימחה במים לבטלה, *quod in causa esset ut nomen Tetragrammaton incassum abstergeretur in aquas.* Nam in adjuratione ac maledictionibus nomen illud bis reperitur. Quaecunque autem potatione libera, sed praemonita ut dictum est ac occultata, ideoque marito interdicta fuerat, etiam & ipsi de quo praemonitio fiebat seu quocum occultabatur, similiter [e] interdicebatur. Adeoque si postmodum ei nuberet, erat similiter ejicienda; qua de re plura inferius.

CAP. XV.

Examinis suspectae adulterii uxoris, per amaras aquas, formula ac ritus; & quo seculo in desuetudinem abierit examen hujusmodi. De suspectis apud Mahumedanos uxoribus.

FOrmula, qua ad examen deduci solebat uxor suspecta, forensis hujusmodi [f] erat. Adibat maritus forum, cujus jurisdictioni proxime suberat. Huic narrabat, se suspectam sibi uxorem praemonuisse, eam nihilominus cum eo de quo praemonita erat, in occulto egisse, testes totius rei adesse, ipsam se a coitu mundam asseverare, ideoque se petere ut aquarum amararum examine res decideretur. Ipsa, quibus agebat maritus verba ita traduntur:

אשתי זו קנאתי לה עם פלוני ונסתרה עמו ואלו הן עידי והרי היא אומרת שהיא טהרה ואני רוצה להשקותה לבדוק הדבר :

Hanc uxorem meam zelotypus praemonui de N. quocum postea occultata est, seu *in secreto egit, atque hi sunt testes. Illa se innocentem esse ait. Ego autem peto ut potus ei detur quo rei examen fiat.*

Testimoniis foro aditis, & tradito marito in custodiam duorum תלמידי חכמים seu *legis studiosorum,* quibus erat cavendum ne cum uxore ipse ante potationem, utpote cui jam, ut dictum est, interdicebatur, concumberet, utrique conjuges Hierosolymam transmittebantur, ut ibi in

[a] Misna tit. Sota cap. 4. &c. Maimonid. hal. Sota cap. 2. [b] Num. v. 29. [c] Lib. 2. cap. 8. [d] Gem. Bab. ad. tit. Kidoschim. cap. 1. fol. 27. b. tit. Sota fol. 28. & Maim. hal. Sota cap. 3. [e] Misna tit. Sota cap. 5. Maim. halach. Sota cap. 3. [f] Misna tit. Sota cap. 1. &c. Gem. ibid. & Maim. hal. Sota cap. 3, & 4. videsis Seb. Munsterum & P. Fagium ad Numer. 5. & Mos. Mikotzi. Praecept. Affirmat. 56.

ſynedrio magno LXX. virorum pro more res procederet. Nam alibi examen hoc rite fieri [a] nequibat. Comparentem ibi uxorem terrere primo nitebatur ſynedrium ne aquas amaras biberet, crimen cujus ſuſpicione laborabat confiteri ſuadebat, monebat ut recoleret exempla Judae & Thamaris, Rubenis & concubinae patris ſui, alia ejuſmodi, ne gravis nimis ipſi confeſſio videretur. Si confiteretur, aut potationem detrectaret, ejiciebatur idque ſine dote. Quod ſi innocentem ſe aſſereret, ex conclavi ſaxeo (*Liskath hagazith* appellitant ; locus erat templo conjunctus) ubi ſynedrium illud habebatur, eductam circumducebant, tentantes an defatigata atque anxia demum confiteretur. Perſeverantem, prope portam atrii exterioris orientalem collocabant, atque ornamento omnimodo muliebri, etiam ſolennibus capitis operculis ſpoliatam (ᾧ παῖς, inquit Philo ubi [b] hanc rem eleganter explicat ἅπαν αἰτίαις ἔθος χρῆται, *Qui mos omnibus omnino cauſis* ſeu *judiciis* obtinet. Interpres ejus *in omnibus controverſiis capitalibus*) veſtibus induebant nigris. Mulierum item frequentia illuc ex more evocanda erat, ut *erudiretur* [c] *ſexus ille ne ageret juxta ejuſce facinora.* Aderant qui vellent alii, exceptis ancillis ejuſce atque domeſticis ſi qui eſſent ſervis, qui ſummovendi erant, ne eorum praeſentia dominae forte mens diſtraheretur. Dein monebat eam iterum de tota re ſacerdos huic rei praeſtitutus, atque adjurabat idque lingua ſemper cujus ipſa non ignara ; *Si non concubuit vir tecum & non declinaſti ad immunditiem ſub viro tuo, liberaberis ut innocens ab aquis iſtis amaris & maledictis* ; *ſin tu declinaſti ſub marito tuo & polluta es & poſuit vir concubitum ſuum ad te extra maritum tuum, det te Dominus in execrationem & diras in medio populi tui, adeo ut faciat Dominus corruere femur tuum & inflari uterum tuum. Et ingrediantur aquae iſtae maledictae in viſcera tua, ut intumeſcat uterus tuus & corruere faciant femur tuum.* Reſpondebat uxor, *Amen, Amen,* lingua etiam ſibi cognita. Ex mundiſſima dein membrana libello ſacerdos, atramento ſine chalchantho, ut facilius abſtergeretur confecto, praeter mulieris nomen, omnia adjurationis vocabula inſcribebat & dimidium aquae ſextarium (ſi menſura quam לוג vocant ſit ſextarius) ex aeneo [d] labro quod ex ſpeculis mulierum conflatum juxta altare locum habuit, deſumptum, ac poculo teſtaceo recens ficto infuſum, pulvere pavimenti templi aut ſi comperiri nequibat, aliunde allato, inſpergebat, commiſtis etiam quae amaritudinem adderent, veluti abſinthio, id genus aliis. Abraſa dein quae libello inſcribebantur atque abſterſa (adeo ut ne veſtigium reſtaret) in poculum item injiciebantur. Sacerdos tunc alius veſtes ei corde tenus dilacerabat, nudato uſque ad crines capite, cincinnos, ſi qui erant, abſcondebat, & fune, ſi comparari poſſet, AEgyptio (quo AEgypti miracula in animum ei facilius reducerentur) veſtes ei laceras ſupra mammillas circumcingebat. AEgyptio dein caniſtro afferebat decimam partem ephi farinae hordeaceae ex mariti apothecis deſumptam, & mulieri tradebat. Nec unica plures erant oblationes tametſi cum pluribus occultata fuiſſet uxor, de quibus a viro praemonita fuiſſet. Tum oblationem hanc in ſartaginem imponebat ſine oleo, ſine thure ; quorum ſi alterutrum adjiceret, ex lege vapulabat ſemel ; ſi utrumque, bis, ut qui bis reus in ipſum legis ſermonem. Dum haec fiebant, poculum aquae amarae tenebat ſacerdos qui miſcuerat, idque in conſpectu mulieris, cui jam in examen praebebatur. Simul atque biberat illa, ſartaginem in manus ei dabat ſacerdos, ita tamen ut ejuſce manus ſimul ſubeſſet. Oblatione demum ſolenni ſeu ſacrificiis ejuſmodi agitatione, ad auſtrale altaris cornu interius delatis, pars in ſuffimentum abibat, & quod reliquum erat comedebant ſacerdotes niſi maritus ipſe ſacerdos eſſet. Etenim tunc in cinerum receptaculum rejiciebatur tota. Et rite ſatis fuiſſet res etiam peracta, tametſi ſacrificium potationem anteceſſerat. Si pota innocens eſſet ipſa, domum redibat, marito denuo licita ; quin augebatur ei venuſtas faciei, corporis firmitudo, foecunditas eaque maſculorum & cum facili partu. Sin vero adulterii rea, illico facies ejus expalleſcebat ac proruebant oculi, atque ne templum atriave ejus inquinaret, ſtatim educta, intumeſcente ventre ac femore putreſcente, moriebatur. Nec diſſimili modo eadem ipſa hora qua mortua eſt ipſa, moriebatur item adulter, cujus nomine aquas amaras potaverat. Sic illi. Si non ventris tumore ac femoris putredine ſed alio morbi genere laborare inciperet, licita marito erat. Interdiu tantum, non nocte examen hoc rite fiebat. Unico vero die binae non potabant. Et nullus erat dies huic examini minime idoneus ; tametſi unicus eſſet, quo, ante alios, quotannis hac de re ſolliciti eſſent tribunalium praefecti ; ut ſtatim oſtenditur. Si ob timorem profiteretur ſe uxor aquas recuſare, nihilominus ſi vellet, denuo ad eas admitti poterat. Sin ſimpliciter ſemel recuſarat, modo integra eſſet valetudine, retractare nefas habebatur. Si recuſarat bibere ante abraſum libellum, reponebatur is in gazophylacio neque fas erat ut alius cujuſpiam examini inſerviret. Tunc etiam oblatio in receptaculum cinerum rejiciebatur. At poſt abraſum libellum recuſare nefas adeo erat, ut etiam vi cogeretur potare, ſed non ſine praeeunte hujuſmodi ſuadela :

בתי אם ברור לך הדבר שטהורה את עמדי
על בורייך ושתי ואל תפחדי לפי שאין המים
דומין אלא לסם יבש מונח על בשר חי אם
יש שם מכה מחלחל ויורד אין שם מכה אינו
עושה כלום.

Filia mea, ſi adeo certum ſit te innocentem eſſe, ex fiducia innocentiae tuae bibe ; nec omnino timeas ; quoniam aquae non aliter ſe habent ac venenum ſiccum ſuper carnem animalis. Si vulnus ibi fuerit, dolorem affert & irrodit ; ſin vero vulnus ibi non ſit, nullum omnino affert dolorem.

[a] Maimonid. halach. Sanhedrin, cap. 5.
[b] Lib. de Special. Legib. de Praecept. 6. & 7.
[c] Ezech. xxiij. 48
[d] Exod. xxxviij. 8.

Si fateretur ſe pollutam, effundebantur ſtatim aquae מפני שאין בהן קדושה, *quoniam in eis ſanctitas* [a] *non erat*. Scilicet ſanctae dicuntur aquae in ipſa lege, non quod ipſae ſanctae, ſed quia ex aeneo [b] labro, quod ſanctum erat, deſumebantur. Unde etiam Onkelos paraphraſtes pro מים קדשים *aquis ſanctis*, diſerte in ipſa lege habet מי כיור *aquas labri* quod diximus. Si forte ante potationem effunderetur aqua libelli ramentis commixta, denuo redintegrabatur res tota. Aqua nova, novus libellus adhibebatur. F:tente autem ipſa, aut nolente eam potare ma-:ito, aut ſive hoc ſive illa ante potationem mo-:iente, aut ſi adeſſet teſtis adulterii (unde aquis ut ante diximus, locus non erat) tota oblatio :omburebatur. In mores autem receptum erat, .t pro arbitratu ſuo maritus horrendum carmen ubituram uxorem rite poſſet adigere, ut de ſu-'pectis adulteriis aliis ſimul, praeeunte ſacerdote, uraret, iiſque ob quae ſeorſim nullo modo alias ad hujuſmodi examen deduci potuiſſet. Nimi-'um, nec ſe dum ſponſa erat ante [c] deductionem, iec dum uxor ante repudium, ubi redux eidem iupſerat, nec ſi fratria eſſet, ſuperſtite priori 'iro, adulterium commiſiſſe. Nam ſi commiſerat, .eviro etiam interdicebatur, quia & inde inter-:licta marito ſuperſtiti. Unde poteſtas leviro :am ad hujuſmodi juramentum tunc adigendi. :t de adultera marito interdicta inferius plura.):e ſtupro autem ſive ante ſponſalia ſive, ubi re-:ux nupſerat, poſt repudium & ante ſecunda .ponſalia (quoniam inde marito illicita non 'ebat) juramentum hic exigi nequibat. Et ſub-ıncta reſponſione *Amen, Amen*, examinis diris ıulier ſe devovebat, tam horum [d] nomine, quam :l eluendam ſuſpicionem cujus gratia rite in ırum fuiſſet deducta. Nonnullorum ſententia :iam erat juramentum de futuro, nec ſe adul-rium commiſſuram, marito hic exigere fas uiſſe. Caeterum ea non recipitur. Vide item ıae hac [e] de re Philo. Quae vero de examinis ıjus formula diximus in deſuetudinem abiere, cum . ſeculo excidium ſecundi templi proxime ante-:dente inſigniter creſceret adulterorum nume-:s, idque ex iis inprimis qui mariti eſſent. Ete-ım ubi maritus illicito pollutus erat concubitu, 'm nullam in aquis ineſſe, opinio, ut dictum eſt :ıra, obtinuit. Et Tetragrammaton nomen in-:ſſum abſtergi nolebant. Hoc eſt quod legitur :i [f] Miſna. משרבו המנאפין פסקי המים המאררים ורבי יוחנן בן זכיי הפסיקן שנאמר לא אפקוד ע' בנותיכם כי תזנינה ו', *Ex quo multiplicati ſunt* :*ulteri, defuerunt aquae amarae. Et Rabbi* :*ochanan Ben Zacai finem eis dedit, juxta id* :*od* [g] *dicitur; Non viſitabo ſuper filias veſtras* :*od fornicatae ſunt, & ſuper ſponſas veſtras* :*od moechatae ſunt, quia & ipſi* (*mariti*) *cum* :*ortis ſeparati ſunt & cum meretricibus ſacri-* :*ant*. Ad quem locum Gemara [h] Hieroſoly-:tana, legis verba ſunt, *Et erit mulier* [i] *in maledictionem in medio populi ſui*, בזמן שעמה שלום לא בזמן שעמה פרוצים ונקה האיש מעון אימתי האשה נושא את עונה בזמן שהאיש נקי מעון, *Unde animadvertendum, id obtinere quamdiu populus ejus moribus fuerit ſatis integris, minime poſtquam ſe flagitiis omnino inquinaverit. Adjicitur item in lege, Et vir erit* [k] *innocens ab iniquitate. Quando igitur uxor portat iniquitatem ſuam? Tum ſolummodo, cum vir innocens eſt ab iniquitate*. Inde Pſeudo-Uzielides locum illum ad calcem legis paraphraſi ſua Chaldaica ſic interpretatur, ואין זכאי גברא מחובין אתתא ההיא תקבל ית חובהא, *Et ſi innocens fuerit maritus a peccatis, uxor ipſa in ſe recipiat peccatum ſuum*. Floruit autem Jochanan Ben Zacai, doctor perquam illuſtris, ſub Chriſti [l] tempora, & uſque ad Veſpaſianum ſeu templi ſecundi excidium vixit. Sed vero ingraveſcente etiam, ipſo eodem aevo, Romanorum imperio, judiciorum capitalium adeoque hujus proculdubio examinis quod capitale erat jus minuebatur tribunalibus Ebraeorum, licet non penitus, ni fallor, ablatum, quod tamen omnino factum XL. annis ante excidium templi plerumque volunt viri eruditi, qua de re alibi. Poſtquam vero in deſuetudinem ita abierat examen hoc capitale ſeu aquae amarae potatio, inolevit, ut, ubicunque ejuſmodi zelotypia ac praemonitio praeter occultationem, qualem diximus, foro teſtibus adhibitis conſtiterat, uxor dote ſpoliata ſtatim eſſet dimittenda. Et de recentiorum Judaeorum hac in re moribus, vide Leonem Mutinenſem [m] de Ritibus Ebraicis. Quod autem longe diverſum habetur apud Mahumedanos de uxore ſuſpecta non pigebit ex Alcorano [n] adſcribere

والذين يرمون المحصنات ثم لم ياتوا باربعة
شهدا فاجلدوهم ثمانين جلدةً ولا تقبلوا
لهم شهادةً ابداً واوليك هم الفاسقون ۞ الّا
الذين تابوا من بعد ذلك واصلحوا فانّ الله
غفور رحيم والذين يرمون ازواجهم ولم
يكن لها شهدا الّا انفسهم فشهادة احدهم
اربع شهدات بالله انه لمن الصّادقين والخامسة ان
لعنة الله عليه ان كان من الكاذبين ويدروا عنها
العذاب ان تشهد اربع شهادات بالله انّه لمن
الكاذبين والخامسة انّ غضب الله عليها ان كان
من الـــصّـــادقـــــين

Imponentes adulterium bonis foeminabus (ſic Re-

[a] Maimonid. hal. Sota, cap. 4. [b] Exod. xxxviii. 8. & Sal. Jarch. ad Num. v. 17. Adde utrumque paraphraſten Chaldaeum dicti]merorum loci. [c] Miſn. tit. Sota, cap. 2. Gem. Bab. ibid. & ad tit. Kidoſchim, cap. 1. fol. 27. b. & Maimonid. hal. Sota, cap. 4. [d] :deſis Pſeudo-Uzielidem & Targ. Hieroſolymit. Num. v. 22. [e] Lib. de ſpecial. legibus de praec. 6. & 7. [f] Tit. Sota, :. 9. [g] Hoſeae iv. 14. [h] Ad Miſn. tit. Sota, cap. 9. fol. 24. col. 1. hal. 9. [i] Num. v. 27. [k] Ibid. xxxi. [l] :em. Bab. ad tit. Sanhedrin, cap. 5. fol. 41. a. Et Sepher Juchaſin, fol. 26. b. [m] Part. 4. cap. 6. b. [n] Azoara 24. :b. Lat. 34.

tinensis, nec male; verbatim *qui castas mulieres infamant*) *nec inde proferunt quatuor testes, fustigandi sunt plagis octoginta* (totidem inebriato etiam debentur in doctrina Mahumedis veteri) *Nec unquam recipiendum est* (postea) *eorum testimonium. Et ipsi sunt praevaricatores. Verum qui postea bene egerint & fuerint conversi, Deus condonat & miseretur. Imponentes quicquam* (adulterium) *uxoribus suis nec habentes testimonium aliud praeter seipsos, testimonium unius illorum quatuor testimonia* (seu instar quatuor; Retinensis, *quater se jurent verum dicere*) *si dixerit per Deum se verum dicere & velut quintum adjiciat* (Retinensis *quintaque vice dicant*) *maledictio Dei sit super eum si mentiatur. Mulier vero interim non puniatur, si quatuor adhibeantur testimonia per Deum illum fuisse mentitum & quintum accedat, quo iram Dei in se invocat illa, si ille verum dixerit.* Et de quatuor testibus ibi plura.

CAP. XVI.

De adultera (ubi morte puniri nequibat) ac merito suspecta divortio ejicienda, eaque tum marito tum adultero seu amasio pariter interdicta. Officium etiam hac in re fori.

AD adulterium & zelotypiam, ubi nec praemonitio nec testes nec eorum quae sunt caetera capitalibus judiciis necessaria quidquam deerat, ea potissimum spectant quae capitibus proxime superioribus aperuimus; tametsi interdum causae etiam divortii duntaxat & dotis dispendii interferantur. Quod vero ad adulterium attinet, de quo capitale judicium eo quod sive praemonitio sive testes deessent, haberi nequibat; si palam id maritus [a] viderat, aut illud narranti vicino crediderat, illicitus ei dein apud bonorum morum censores habebatur uxoris concubitus, ipsaque dimittenda sed non sine dote, nisi crimen fateretur ipsa. Nam tunc etiam dotali jure omnino excidebat. Nimirum peccasse volunt virum qui uxorem ejusmodi retineret, veluti tum lenocinii reum tum in posteros injuriosum, atque perinde ac si monitum commatis illius in Hellenistarum Salomonis Proverbiis ac plerisque Vulgatae exemplaribus, sed nullis in codicibus Ebraeis, comperti in mores recepissent. Ὃς [b] ἐκβάλλει γυναῖκα (sic Graeci in Proverbiis illis) ἀγαθὴν, ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ κατέχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής, *Qui ejicit uxorem bonam* seu *divortio dimittit, bona ejicit. At qui retinet adulteram, is insipiens est & impius.* Vulgata, *Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum, qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.* Et Hieronymus [d] ex Scriptura, quae plane haec est; *Qui adulteram tenet stultus & impius est.* Agnosci videtur eadem ipsa Chrysostomo [d] lectio (uti & Basilio [e], Augustino [f], aliis veterum) quae & in jure Canonico [g] & apud Lombardum scholasticosque [h] obiter item admitti solet. Unde & de adultera manifesta ac publice cognita nec ad meliorem mentem redeunte & de ea cujus peccatum tantum clancularium aut quae ad mores rediit castos, distinguentes, maxime scholastici, hanc retineri posse aiunt; non item illam; saltem a thoro dimittendam, triennii etiam poenitentiam praestituente canone [i], si ejusmodi quis retineat. Adnotant autem aliqui veteribus Proverbiorum versionis Vulgatae exemplaribus deesse comma illud, nec codicibus multis reperiri. Sed vero etiam apud Syracidem [l] legitur de uxore ejusmodi, ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου ἀπότεμε αὐτήν, *a carnibus tuis abscinde eam,* quibus in exemplaribus nonnullis adjicitur, δίδου καὶ ἀπόλυσον, *da* (libellum) *& admitte eam.* Certe & e jure Caesareo veteri uxor in adulterio deprehensa [m] haud impune retinenda; *& qui* [n] *adulter. damnatam, si quocunque modo poenam capitalem* (id est, hic relegationem seu deportationem; non mortem, quae nondum adulterio apud Romanos praestituta ut superius ostensum) *evaserit, scien. duxerit vel reduxerit, lege Julia ex causa lenocinii punitur.* Neque inde de adulterio, ut e aliis capitalibus delictis, transigere [o] licuit. E vide quae habet ad hanc rem de adultera post Justinianus [p], & Graecorum recentiorum [q] sententias receptas quae in Basilicis, Harmenopulo aliis, juri Caesareo veteri satis consonae. Qui & in legibus Atticis, Ἐπειδὰν ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί· ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω, *Cum deprehensu in adulterio uxori marito non licet cohabitare; quod si fecerit infamis esto,* ut apud Demosthenem in Oratione in Neaeram. Viderint hic doctiores utrum receptam inter Ebraeos sententiam hanc de adultera non retinenda spectarit illud Josephi de B. Virgine gravida antequam cum ea convenisset, *Joseph* [r] *autem vir ejus, cum esset justus & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.* Sed ea de re plura mox. Natu puto comma illud ex commentariolo seu glossemate aliquo in illud quod proxime ibi praecedit מצא אשה מצא טוב ויפק רצון מיהוה, *Qui invenit mulierem* seu *uxorem invenit bonum; & haurit jucunditatem a Domino.* Scilicet intelligi sol ac si dictum, *qui invenit uxorem* seu *mulierem bonam,* ut expressim in ipsa versione tum Vulgatus tum Graeci, uti item Judaei Hispanienses qui vertunt ibi, *Fallo muger* (*buena*) *fallo bien, y j co voluntad de A.* Et dicta quae sequuntur Graeca & Vulgata de adultera non retinenda velut antithetum seu commentatio ex margine in contextum videtur irrepsisse. Neque vero sententia forensi vir cogebatur uxorem velut adulteram apud Ebraeos dimittere, nisi adessent testes

[a] Gem. Babylon. ad tit. Kidoschim cap. 3. fol. 66. a. Maimonid. halach. Ishoth. cap. 24. quem & vide halach. Girushim cap. [b] Proverb. xviij. 23. [c] Comm. in Matth. xix. [d] Homil. xxxij. in Matth. [e] Can. 9. & 21. [f] Retract. 1. cap. 19. alibi. Synod. in Trullo can. 87. & vide Hug. Grot. in Evangel. pag. 99. [g] Caus. 32. quaest. 1. cap. 2. [h] D. ad sentent. 4. distinct. 35. [i] Caus. 32. quaest. 1. can. 6. [k] Jo. Mariana in Proverb. xviij. [l] Cap. 25. [m] L. 29. D. ad leg. Jul. de Adult. & Paul. sent. 2. cap. 26. [n] L. 6. C. tit. eod. C. praeter DD. vide Pet. AErod. Rer. Judic. lib. 8. cap. 2. [o] L. 18. C. tit. de Transact. [p] Novell. 134. cap. 10. [q] Basil. lib. 60. tit. 37. Harmenop. Enchir. lib. 4. tit. 6. §. περὶ μοιχείας vide Brissonium ad leg. Juliam de Adult. verb. damnatam adulterii. [r] Matth. j. 19. ubi vide Hugonem Grotium.

minima

minimum bini aut aliae probationes legitimae seu indicia, quae vehementis adulterii suspicionis supplerent causas, citra flagitii probationes quae capitalem poenam inducerent. Si adessent maritum qui divortio non ejiceret plagis puniebant [a], usque dum se libenter ejecturum profiteretur. Sed regulariter obtinebant haec de adulterio tantum ubi neque error neque vis intervenerat. Quae tamen exceptio ad uxores sacerdotum non attinuit. Etenim sive vi sive errore adultera uxor sacerdotis, ei perpetuo dein interdicebatur, nomine זונה seu *scorti*; qua de re fuse [b] alibi. Sed sine dispendio dotis tum erat dimittenda. Ubi nec vis aut error erat, idem generi sacerdotali quod caeteris hic jus. Zelotypi uxor [c] quam post solennem praemonitionem ipse viderat in secretum, quo occultaretur seu semotis arbitris ageret cum eo de quo praemonita est, abiisse ibique כדי טומאה, *dum pollui posset*, juxta superius dicta, cum eo mansisse, nec interea ob testium defectum ad aquarum examen deducere quibat, velut interdicta tamen ob sceleris praesumptionem erat dimittenda, sed non sine dote. Quod ipsum dicendum, ubi fama aut testis ejusmodi rei unicus haberetur, cui scilicet maritus praebebat fidem. At si, uxore aquarum examen subitura, testis unicus adesset (sive foemina sive servus sive ancilla aliusve qui alioquin intestabilis habitus) adulterii cum eo de quo praemonita est commissi, ad potationem non admissa, sine dote atque ut illicita viro erat ejicienda. Ex ipsa enim zelotypia ac deductione ejus in examen, de fide quam haberet testi maritus praesumebatur. Etiam ex zelotypia fori cujus jurisdictioni suberat uxor, habebantur interdum maritis illicitae uxores, etiam & jure dotali excidebant. Praeter maritum autem nemo ad aquarum examen adigere potuit. At vero, ubi maritus surdus erat, mentis inops, peregre profectus, aut custodiae traditus, & publica libidinis infamia interim laborabat uxor, licet eam non ad aquarum examen, nihilominus ad praemonitionem evocabat forum. Si eam cum eo de quo ita praemonita est postmodum in secreto, dum pollui posset, egisse ex binorum testimonio liqueret, e sententia fori & marito interdicebatur & jure dotali omnimodo excidebat; dilacerato etiam apud acta dotis libello. Maritus dein convalescens, redux, seu custodia liberatus libello divortii eam ejiciebat. Hac de re uti etiam de eis quae ad aquarum examen fuere deducendae, aliisque aliquot causis publicis quotannis XV. die Adar mensis (qui Februario Juliano proxime quadrat) quam alias sollicitiores erant tribunalium praefecti. Misna [d] ב"טו באדר קורין את המגילה בכרכים ומתקנין את הדרכין ואת הרחובות ואת מקוות המים ועושים כל צורכי הרבים, *Decimo quinto die mensis Adar legunt librum Esther oppidatim, & itinera, plateas atque aquaeductus curant; quin & omnia quae ad publicum inprimis attinent adgrediuntur.* Scilicet de festo Purim [e] verba fiunt. Inter ea autem quae ad publicum hic attinent, recensetur in Gemara Hierosolymitana, praeter devotorum sacrorumque bonorum redemptionem [f], vitulam decervicandam [g], servum Ebraeum subula [h] perforandum, vaccae rufae [i] sacrificium, & mundandam [k] lepram, potatio uxoris suspectae. Tam autem eae quae ex zelotypia illa quam diximus fori, quam quae ex solenni ad examen aquarum deductione dotibus & jure conjugali excidebant (juxta jam dicta) vetitae sunt non maritis solum perpetuo sed etiam amasiis seu iis quibuscum in secreto praemonitae egerant. Adeoque ut, tametsi [l], sine testibus impudicitiae binis aliisve qualia diximus indiciis, non cogebatur ex sententia forensi maritus uxorem sibi adulteram, nedum suspectam, dimittere (quam tamen si sciret aut ex testimonio famave crederet esse adulteram retinere ei nefas, ut dictum est, habebatur) nihilominus, si is de quo praemonuerat sive vir zelotypus sive forum, dimissam sive aquis, ut ostensum est ante, liberam sive merito modo itidem indicato, suspectam in uxorem duxerat, sine dote erat ejicienda, velut amasio interdicta. Nec retineri eam sinebat ex officio forum. Imo si ea quae non praemonita a priore marito, adulterii cum eo cui jam dimissa nupserat commissi infamia per biduum quasi constante laborasset projectaeque impudicitiae, tametsi non ipsius adulterii, testes essent reperti, neque ex ea hactenus suscepisset prolem maritus secundus, sine dote ab eo erat ejicienda. Quod non obtinuit si prolem hac in specie susceperat illa. At si ipsius adulterii testes reperti, etiam ita ejicienda fuit quotcunque liberi antea suscepti. Summa ferme erat nec adulteram marito, neque post praemonitionem merito suspectam, nec eam in qua maritus ipse dum prioris durabant nuptiae adulter fuerat, rite fuisse retinendam. Sed dotis ratio erat hic interdum alia atque alia, quam & satis superque ostendimus. Firmant receptissimam sibi de adultera & suspecta ita interdicta sententiam verbis legis sacrae de divortiis. Verba sunt, *Non poterit maritus prior eam recipere in uxorem* אחרי אשר הוטמאה וגו׳ *postquam* [m] *ea polluta est, quia abominatio est*, &c. Vocabula illa ad uxorem repudiatam primario spectantia ita seorsim (ut fieri apud eos non raro amat) capiunt, ut omnimodam etiam uxorem ita pollutam sive adulterio sive, post praemonitionem, occultatione, intelligi velint. Diserte etiam aiunt sensum insuper esse perinde ac si scriptum esset ולא אשר הוטמאה *Nec eam quae polluta est*, atque ac si caput illud legis ita fuisset conceptum, Non poterit maritus prior qui dimisit eam recipere in uxorem, nec poterit recipere aut retinere aliquam quae polluta est. Plagarum poenam subibat quicunque sive reciperet sive retineret foeminam sic, ut diximus, sententia forensi interdictam. Hinc etiam uno pronuntiant ore, uxorem quae secundum, viro superstite [n], nuberet, tam primo

[a] Maimonid. halach. Girushim, cap. 11. & Gemar. Babylon. Saepius tit. Cethuboth, & tit. Jabimoth. [b] Lib. 2. de Success. in Pontific. Ebr. cap. 2. & supra lib. 1. cap. 12. [c] Misna & Gemar. tit. Sota, cap. Maimonid. halach. Sota, cap. 1. [d] Tit. Shekalim, cap. 1. adde Maimonid. halach. Sota, cap. 4. & Obadiam Bartenorium ad dict. tit. & cap. Misnae. [e] Esther ix. 31. [f] Levit. xxvij. 3. [g] Deut. xxj. 4. [h] Exod. xxj. 6. [i] Num. xix. 5. [k] Levit. xiij. & Deut. xvij. 8. [l] Maimonid. halach. Sota, cap. 3. Gemar. Babylon. ad tit. Jabimoth, cap. 2. fol. 24. b. [m] Deut. xxiv. 4. [n] Maimonid. halach. Girushin, cap. 10. & 12.

quam

quam ſecundo interdictam fuiſſe; ſcilicet ut utrique pollutam. Sed etſi decerptum legis illius fragmentum velut in partes hic trahunt (quale fieri ſolet, ubi majorum inſtitutis vim ſeu rationem corrogare nituntur) attamen ex inſtitutis ejuſmodi & receptis moribus quae hac de re tradimus omnino pendere rem dubitandum non eſt.

CAP. XVII.

De uxore ob impudicitiam leviorem infami ac offenſis ejus ſive in Moſaica ſive in Judaica ita ſignantius dicta inſtituta. De foeminis velandis, jactura dotis, alterutrius conjugum corporis vitiis.

HActenus de uxoribus ſive adulterii ſive gravioris ſuſpicionis cauſa interdictis aut quae rite ideo nequibant retineri, actum eſt. Sunt etiam leviores cauſae ob quas tametſi, pro maritorum duntaxat arbitrio, ejiciendae erant, jure nihilominus omnimodo dotali ejectae excidebant. Ejuſmodi fuere uxores infames ſeu quae ejici poſſent משום שם רע *ob malam* tantummodo *famam*, non qualis adulterium omnino aſſereret, nedum ad aquarum examen eas adigeret, ſed qualis ſine praemonitione nec tamen ſine teſtibus fide dignis firmaret eas cum aliis ſe geſſiſſe aut ſe gerere, ſaltem viſas eſſe inhoneſtius ac impudentius quam pudicae uxores, pro more patrio, facere ſolerent deberentve. Eae item quae in Moſaica aut Judaica inſtituta (hac de re ſignantius dicta) conjugalia committerent; aliae, de quibus ſtatim. In uxorum infamium genere cenſebatur ea quam teſtes ſtatim poſtquam e cubiculo ejus [a] exierat juvenis aliquis, praeter maritum, alius, ſolam ibi ſe repериſſe dixerant חוגרת בסינר *femoralia* ſeu *ſubligaculum* aut *ſuccinctorium*, velut nuper exutum, *induentem* ſeu eo ſe accingentem. סינר ſeu *ſinar*, id eſt, *ſubligaculum* ſeu *ſuccinctorium*, indumentum erat muliebre ab Ezra, ut a Talmudicis, dicitur uxoribus [b] praeſtitutum משום צניעות *verecundiae cauſa*, perpetuo, ſive domi ſive foras veſtitae agerent, gerendum. Eo circumquaque ſive contexto ſive conſuto atque ad poplites ſaltem demiſſo ita cingebatur medium corporis, ut induſia ac veſtes interiores quae ſive laxiores erant ſive ſciſſuris aperiortes eouſque ſtrictius cohiberentur, quod ex ſcriptis magiſtrorum [c] elicere non eſt difficile. David de Pomis סינר חגורה או מה שחוגרות הנשים על לבושיהן הנקרא גרימיאלי או סינאלי, *Sinar eſt ſuccinctorium, ſeu ut alii volunt id quo mulieres veſtes ſuas ſuccingunt, dicto* (Italice) *gremiale aut ſenale.* Juvenem quem diximus, ſive amatorculum ſive quemvis alium libidinis ita ſuſpectum intelligas. Sed exemplum quod affertur in Talmude utroque eſt de רוכל quod *mercatorem* generatim denotans uſurpatur hic pro mercatore pigmentorum, aromatum, id genus aliorum quae ad venuſtatem ac delicias puellae ambire ſolent. Salomon Jarchius; רוכל בשמים לנשים להתקשט בהן, *Intellige qui vendit aromata foeminis quibus ſe ornent.* In hoc genere item habebatur ea quam cum amaſio e loco aliquo tenebroſo prodeuntem viderant teſtes, aut cum eo ſolam cubiculum ingredientem foreſque ſtatim occludentem, aut oſcula atque amplexus amatorios admittentem. Alia ejuſmodi occurrunt quae juſtae ſatis ſuſpicionis adeoque infamiae ac dotis diſpendii in cauſa cenſeri ſolebant atque vocabulo uſitato דבר מכעור ſeu כאור (ut Hieroſolymitane exaratur) id eſt, *rei inhoneſtae, turpis* aut *impudicae* inſigniuntur. In Moſaica autem praeſcripta conjugalia ſignantius hic dicta committere dicebatur uxor [d] primo quae nudo capite in publicum prodiret. Gemara Babylonia ראשה פרוע דאוריתא היא דכתיב ופרע את ראש האשה ותנא רבי ישמעאל אזהרה לבנות ישראל שלא יצאו בפרוע ראש דאוריתא, *Quod ad caput denudatum attinet, lege ſane nititur juxta id quod ſcriptum eſt* (in lege [e] de muliere ad aquarum examen deducta) *Et denudet caput mulieris; quin & tradit Rabbi Iſmael interdictum eſſe ex lege filiabus Iſrael, ne capite prodeant non operto.* Quod de cincinnis ac crinibus inprimis operiendis intelligunt. Secundo in praeſcripta haec Moſaica committere dicebatur uxor quae voto [f] ſe aut juramento obſtrinxerat neque id, minime rite ſoluta, impleverat. Tertio, quae menſtruae [g] immunditiae conſcia mundam ſe marito affirmaret atque ad amplexus maritales admitteret. Quarto שלא קוצה לה חלה *quae non diviſerat* aut *rite ſepoſuerat* a prima maſſa farinacea, ex novis anni frugibus confecta, *placentam* illam ſeu *libum* quod Numini ex lege [h] erat ſacrum (*primitias maſſae*, appellant Helleniſtae; & Vulgata, *de pulmentis primitiva*) ſed ſive ipſa depſuerat ſive alius quis totam maſſam coctam marito obtruſerat, falſo aſſerens ante ſepoſitum fuiſſe ſacrum illum farinae cenſum, unde ut de rite pollucenda ipſe deceptus comederet. Quinto, ea quae ita cibis immundis iiſve quorum decimae nondum ſolutae, maritum deciperet. In Judaica ſic hic dicta etiam ſignantius inſtituta, committebat uxor primo quae tametſi crines operti eſſent ac cincinni, juxta jam ante dicta, ſine calyptra tamen pendula in publicum prodiret. Eam רדיד nuncupant quod vocabulum in Targum Hieroſolymitano & Pſeudo-Uzielide pro צעיף *peplo, pallio, velamine* ſeu *theriſtro* quo uſae ſunt [i] Rebecca & Thamar, adhibetur. De Thamar, Moſes, *Videns eam Jehuda* [k] *putabat eam meretricem eſſe, quoniam operuerat faciem ſuam.* Ob opertam faciem nurum ſuam agnoſcere nequibat. Meretricem autem fuiſſe putabat, quoniam, de facie non agnita, in trivio ita ſedebat. Tertullianus [l], *Apud Judaeos tum ſolenne eſt foeminis*

[a] Gemar. Hieroſolym. ad tit. Cethuboth, cap. 7. fol. 31. b. col. 3. Babylon. ad tit. Jabimoth, cap. 2. fol. 24 b. Maimonid. halach. Iſhoth, cap. 24. [b] Gemar. Babylon. ad tit. Baba Kama, cap. 7. fol. 82 b. [c] Videſis Miſnam tit. Sabbath, cap. 10. & notata ibid. praeter. R. Sal. Jarch. ad tit. Jabimoth, cap. 2. fol. 24 b. Baal Aruch in סנר. [d] Miſna tit. Cethuboth, cap. 7. Gemar. Babylon. ibid. fol. 72 a. Hieroſolym. ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 50. col. 4. halach. 11. Maimonid. halach. Iſhoth, cap. 24. [e] Num. v. 18. [f] Num. xxx. 8. [g] Levitic. xv. 19. [h] Num. xv. 20. [i] Geneſ. xxiv. 65. vide lib. 5. de Jure Nat. cap. 5. [k] Geneſ. xxxviij. 14. & 19. [l] De Corona Militis, cap. 4.

eo. um

orum velamen capitis, ut inde noscantur. Et ide Joannem H. Sopranem de Re Vestiaria Ju-acorum. Foeminarum item velatarum in publi-o per orientis regiones testis est Hieronymus [a]. t idem Tertullianus [b]; *Judicabunt vos* (de vir-inum velamine loquitur) *Arabiae foeminae Eth-icae, quae non caput, sed faciem quoque ita to-am tegunt, ut uno oculo liberato contentae sint imidiam frui lucem, quam totam faciem prosti-uere.* In occidente [c] etiam vetera sunt ejusce xempla clara obviaque. Quin & legimus in Alcorano, versionis [d] Retinensis: *Bonae foeminae uos visus quam licet, tegant, membraque enitalia similiter. Hoc enim est optimum apud Deum omnes suos actus dinoscentem. P. Muli-res itaque bonae se curent ne lunaticum as-iciant, suoque peplo tegentes collum & pectus mnemque suam pulchritudinem, nisi quantum ap-arere necessitas cogit, celent omnibus, speciem-ue pedum etiam eundo, nisi maritis suis eorum-ue suisque* (ita legendum, pro *suis* quod editum st) *parentibus & filiis atque privignis & fra-ribus atque nepotibus & ancillis omnibusque non uspectis suae subjectis manui vel prius non pol-utis.* Sic libri typis editi. Ubi in limine le-endum *quantum* pro *quam*, ex MS. Sed quid llud est? *ne lunaticum aspiciant.* Scripsit ibi Re-inensis ut ex MS. codice scimus, *ne limaciter spiciant.* Id posuit pro eo quod est ocellis limis eu facie transversa intueri. Periochae autem ujus Arabica sunt [e], وقل للومنات يغضضن

من ابصارهن ويحفظن فروجهن ولا يبدين
زينتهن الا ما ظهر منها وليضربن بخمرهن
على جيوبهن ولا يبدين زينتهن الا
لبعولتهن او ابائهن او اباء بعولتهن او
ابنائهن او ابناء بعولتهن او اخوانهن او
بني اخوانهن او بني اخواتهن او نسائهن
او ما ملكت ايمانهن او التابعين غير
اولي الاربة من الرجال او الطفل الذين لم
يظهروا على عورات النساء ولا يضربن
بارجلهن ليعلم ما يخفين من زينتهن

quod sonat, *Mulieres credentes obtegant vultus uos & custodiant suam castitatem. Nec orna-um & pulchritudinem suam conspici sinant raeter partes eas quae occultari nequeunt* (para-hrastes ibi optimus de facie hoc capit & mani-us; ita scilicet ut non obliquo aut limo aspec-u conspici sedtantum recto possent; vocabu-lum autem زينة quod *ornatum & pulchritudi-nem* vertimus, pro omni eo ornatu quo corpo-ris ipsius humani cutis, capilli, partes caeterae de-corantur splendidioresque efficiuntur, apud Ara-bas sumitur, quod scimus ex Avicennae [f] locis compluribus) *quin & abscondantur velamine suo usque in sinus suos* (explicat paraphrastes ille Ma-humedes Ben Achmed, يسترن الروس والاعناق والصدور بالمقانع *obtegantur caput collum & pectus velamine obducto*) *neque conspici sinant ornatum & pulchritudinem suam nisi maritis suis, aut patribus suis aut maritorum patribus, aut filiis suis aut privignis, aut fratribus suis aut nepotibus sive ex fratribus sive ex sororibus, aut foeminis suis, aut eis quae in potestate ea-rum sunt & ministris seu asseclis praeter homi-nes quibuscum negotium habeant* (veluti vestia-rios, id genus caeteros) *& puerulos qui ad foe-minarum nuditatem non incenduntur. Nec ab-scondantur ab hominibus a quibus erudiantur de ea ornatus ac pulchritudinis parte quae obtegen-da.* Alibi item in Alcorano [g] de foeminis ve-landis mentio. Quae scriptores habent Christi-ani reliqua praetermittimus. Consule qui ad prioris Epistolae ad Corinthios caput undeci-mum scribunt, & virum praestantissimum Clau-dium Salmasium in Epistola ad Andraeam Col-vium de virorum caesarie & mulierum coma. Ex Judaicis autem hic ita dictis institutis, se-cundo inverecunda nimis habita est ea quae in publico neret, ita ut ornatu suo seu manuum brachiorumque venustate transeuntes illiceret. Tertio quae cum juvenibus coelibibus luderet. Quarto quae voce eousque intensa ut familiae innotesceret, maritales amplexus deposceret. Ux-orem ejusmodi קולנית seu *streperam* nuncupant. Quinto ea quae coram marito patrem ejus diris devoveret. Sed vero discrimen hic erat de ux-orum excessibus. Quae infamis erat, modo su-perius indicato, dotali jure omnimodo excide-bat sine praemonitione. At quae sive in Mosaica sive in Judaica jam dicta instituta conjugalia com-miserat, dote non excidebat, nisi maritus eam praemonuisset. Si aut assererent testes praemoni-tionem, aut ipsa ad juramentum adacta eam fate-retur, dotali, etiam horum nomine, excidebat jure omnimodo; ita pro arbitrio mariti tantum ejicienda, ut a foro ejicere cogendus non esset. Cum interea non modo in prudentum [h] consiliis habeatur monitum de uxore ejusmodi dimitten-da, idque, ut volunt, Salomonis dicto illo fir-matum, *Ejice* [i] *derisorem & simul egredietur contentio cessabitque lis & contumeliae affectio*; sed etiam in praeceptum divinum, ut improbum eum commisisse velint. Locus ad hanc rem Ge-marae Babyloniae [k] est inprimis observandus.
כשם שהדעות במאכל כך דעות בנשים יש לך
אדם שזבוב נופל לתוך כוסו וזרקו ואינו שותהו
וזו היא מדת פפוס בן יהודה שהיה נועל בפני

[a] In Isaiae, cap. iii. [b] De Velandis Virginib. cap. 17. [c] Plutarch. in Problem. Rom. 14. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3. [d] Azoar. 34. [e] Alcoran. Arab. surat. 24. [f] Canon. lib. 4. Fen. 7. & saepius lib. 2. tractat. 2. [g] Arab. 33. Lat. 43. [h] Maimonid. halach. Girushin. cap. 10. [i] Proverb. xxii. 10. [k] Ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 90. a. Rabbi. Meir.

אשתו ויוצא ויש לך אדם שזבוב נופל לתוך כוסו וזורקו ושותהו וזו היא מדת כל אדם שמדברת עם אחיה וקרוביה ומניחה ויש לך אדם. שזבוב נופל לתוך תמחוי מוצצו ואוכלו וזו היא מדת אדם רע שרואה את אשתו יוצאה וראשה פרוע וטווה בשוק ופרומה משני צדדיה ורוחצת עם בני אדם עם בני אדם ס"ד אלא במקום שבני אדם רוחצין זו מצוה מן התורה לגרשה שנאמ' כי מצא בה ערות וגומר ושלחה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר, *Quemadmodum varii sunt hominum mores circa ea quae deglutiunt, ita etiam circa uxores. Est qui ubi musca in poculum suum inciderit, eam tamen effundit, nec ebibit. Ad hunc modum fecit Papus Ben Jehuda qui obseratis in uxorem ostiis semper exibat* (glossa ibi Talmudica ait eum fuisse Mariae Magdalenae maritum [a]) *est etiam qui ubi musca in poculum suum inciderit, eam effundit quidem, attamen ebibit. Ad hunc modum facit is cujus uxor cum fratribus suis ac propinquis pro libitu sermocinari solet idque eo libenter permittente. Atque est demum qui ubi musca in patinam suam inciderit, eam diligenter & emungit deglutit. Ad hunc modum facit improbus cui non displicet uxor sua foras capite aperto prodiens, aut nens in publico, aut vestes habens ab utroque latere discissas, aut se cum viris balneo lavans; imo vel lavans in loco ubi viri lavare solent. Nam praecipitur ex lege uxorem ejusmodi repudiare. Scilicet dicitur* [b] *Quoniam invenerit in ea turpitudinem*, &c. *& dimittat eam e domo sua, & abeat & sit viro alteri.* Caeterum tametsi maritus non repudiaret uxorem ejusmodi, nec a foro esset, ut dictum est, ante cogendus, nihilominus actione dotis, per rerum jam memoratarum alicujus exceptionem cadebat vidua. Maimonides [c] אף על פי שאין הוציא אין להן כתובה שהכתובה תקנת חכמים היא כדי שלא תהא קלה בעיניו להוציאה ולא הקפידו אלא על בנות ישראל הצנועות אבל אלו הפרוצות אין להן תקנה זו אלא תהא קלה בעיניו להוציאה, *Quanquam non ejiciebat divortio uxorem ejusmodi maritus, nihilominus dotem sibi vindicare nequibat* vidua. *Prudentum enim de dotibus constitutio inde nata, ne despecta nimis uxor marito leviculam quamlibet ob causam ejiceretur. Nec rationem omnino habuere aliarum praeter filias Israelis pudicas. Istis autem, seu impudicis, neutiquam est prospectum quo minus leviculam ob causam ejicerentur.* Uxor etiam absolute desponsata, si aliquo votorum illorum trium quibus foeminae se obstringere solebant (de quibus superius [d] fit mentio) eam obstrictam esse fuisset compertum, sine dote, pro viri arbitratu [e], ejiciebatur. Uti etiam ea, cui simpliciter desponsatae compertum esset, inscio plane sponso, vitium aliquod inesse corporis, cujus sive in sponsaliis, sive in seligendis altari sacerdotibus [f] semper habenda erat ratio. Si vero nuptae vitium aliquod corporis, etiam lepra acciderat, aut retinenda erat aut cum dote repudianda. Marito si manus aut pes excissus est, aut oculi defecere, nihil inde obstabat quo minus contumax haberetur uxor si concubitum ideo detrectaret, adeoque sine do[te] eandem ob causam dimitteretur. At si post nu[p]tias foetore oris aut nasi sordescebat maritus a[ut] res spurcas, veluti canum excrementa, collige[re] solebat aut aerifodinis se deturpabat, aut co[riis] emungendis (quae ut exempla maritorum a[m]plexibus uxoriis haud ita idoneorum habent[ur]) uxor pro suo libitu aut in hisce acquiescebat, a[ut] in foro rite agebat ut cum dote dimitteretu[r]. Quod si lepra marito accidisset, separandi era[nt] conjuges, etiamsi alteruter nollet, nisi perpet[ui] testes adhiberentur, qui ne concubitu uterent[ur] sedulo prospicerent. Quin si in hac specie ager[et] in foro uxor, repudianda erat ex sententia fo[ri] & dos simul reddenda.

CAP. XVIII.

De repudio seu divortio, seu uxoris toti[es] ante memorata ejectione. Duplex u[x]orum genus quod divortio non ej[i]ci, ut alias, licuit. Lex sacra e[a] de re. Scholarum item Sammaeana[e] & Hillelianae atque τῷ R. Aquiba[e] de divortii causis sententiae. Ex his[ce] quamnam receperint magistri.

REpudium seu ejectio uxoris cujus toties i[n] superioribus fit mentio idem est quod d[i]vortium. Neque discriminis vulgaris inter d[i]vortium & repudium hic usus. Utroque ipsu[m] matrimonii contracti vinculum dissolvebatur, i[d]que tam post sponsalia ante deductionem s[e]u nuptias quam post deductionem, juxta ea qua[e] jam ostensa sunt. Tametsi sit interea observan[dum], sub limine Legis Sacrae [g] de divortiis lata verba fieri de eo *qui acceperit uxorem* בעלה *& maritavit eam* quod etiam pro eo quod e[st] *& coiverit cum ea* interdum sumitur. Et san[e] in Pentateucho Samaritano, lex ea ad hunc mo[dum] se habet, *Cum acceperit vir uxorem* בא אליה ובעלה, id est, *& ingressus fuerit ad eam & maritus ejus factus fuerit*; quod & verti posse *& ingressus fuerit ad eam & concubuerit cum ea.* Chaldaeus ibi ארי יסב גבר אתתא ויבעלינה, *cum duxerit vir uxorem & concubuerit cum ea* cui consonus Arabs Erpenianus, seu Judaei Mau[ritanienses]. Hispanienses autem Judaei *y quando tomare varon mugere y la maridare*, ut ferm[e] versiones omnes nuperae. Graeci *si quis acceperit uxorem*, καὶ συνοικήσῃ αὐτῇ, *& cohabitaverit cum ea.* Vulgata *& habuerit eam.* Sed intelliguntur ea verba magistris perinde ac si scriptum fuisset, *cum vir acceperit uxorem, etiamsi cum ea concubuerit* seu *deduxerit*, &c. adeo ut non sponsalia tantum verum & ipsas nuptias atque in utriusque matrimonii vinculum pariter contineat lex. Duplex autem uxorum genus hic semper, ubi de divortiis

[a] Videsis Sepher Juchasin, fol. 66. a. [b] Deuter. xxiv. 2. [c] Halach. Ishoth, cap. 24. Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 7. fol. 72. b. [d] Lib. 2. cap. 5. [e] Misna tit. Cethuboth, cap. 7. Gemar. Bab. ibid. fol. 77. a. & Maim. Halach. Ishoth, cap. 25. [f] Videsis lib. 2. de Success. in Pontific. cap. 5, &c. [g] Deut. xxiv. 1.

divortiis loquimur est excipiendum idque ex ipsa Lege Sacra. Alterum earum quae praereptae virginitatis falso, idque in judicio capitali, accusabantur; earum quae vi comprimentibus nuptae, alterum. De utrisque satis ante [a] dictum est. Et expressissima sunt Legis Sacrae verba de eis perpetuo [b] retinendis. Sed de falso accusatis Josephus [c] exceptionem adjicit velut a Mose praescriptam. Κριθεῖσα μὲν, inquit, ἡ κόρη μὴ ἀδικεῖν, συνοικείτω τῷ κατηγορήσαντι, μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχοντος ἐκείνου ἀποπέμψασθαι αὐτὴν, πλὴν εἰ μὴ μεγάλας αἰτίας αὐτῷ παράσχοι καὶ πρὸς ἃς οὐδ᾽ ἀντειπεῖν δυνηθείη, *Si quidem puella fuerit judicio absoluta, degat in accusatoris conjugio, isque nullum posthac dimittendi eam jus habeat, nisi magnas ipsi causas praebuerit atque ejusmodi quae contradictionem non recipiant.* Sic Josephus. Quemadmodum autem triplici modo marito, ut ostensum est, adquirebatur uxor seu sponsalia inibantur, nummulo, libello contractus, & coitu, ita duplici sui fiebat juris potestatisque uxor, ac contractus matrimonii solvebatur. Mariti morte & libello repudii. Sic Misna [d]; האשה נקנית בשלש דברים וקונה את עצמה בשתי דרכים, *Uxor adquiritur modo triplici* seu *rebus tribus*, & *possidet seipsam* seu *sui fit juris duplici*. Nimirum, בגט ובמיתת הבעל, *Libello repudii & morte mariti.* Lex ipsa de divortio seu repudio lata ita se habet; *Cum vir acceperit uxorem & maritaverit eam, fiatque ut illa non inveniat gratiam in oculis ejus,* כי מצא בה ערות דבר, *quoniam invenerit in ea turpitudinem rei,* seu *rem turpem* (Vulgata *propter aliquam foeditatem*; Chaldaei עבירת פיתגם, *transgressionem rei*, seu *rem turpem*, uti & Graeci quibus substituitur ibi ἄσχημον πρᾶγμα, *rem foedam*; Tertullianus [e], *negotium impudicum*; Judaei Hispanienses, *discobertura de cosa*; Mauritanienses شي من قبح quod itidem *rem quampiam foedam* seu *indecoram* denotat; R. Saadias Gaon امر قبح idem sonans. Sed versio Arabica [f] MS. quam habeo, certe vetus, ايما رجل تزوج امراة فاتاها فوجدها علي ما لا يجب من القبح ولم يحبه *Si vir duxerit uxorem & concubuerit cum ea & invenerit in ea rem aliquam foedam quae eam non decuerit, adeo ut eam non amaverit*; editio Romana من شي بما تكرهه النفس *ob foeditatem aliquam in personalem.*) *Etiam scribet ei libellum repudii* (Ebraeis dicitur, ספר כריתות, quasi diceres *libellus rescissionum* seu *rescissorius*, atque ita in lege hac, Chaldaeis ספר seu גט, *libellus* seu *instrumentum*, nunc פיטורין *dimissorius* nunc תירכוין *expulsionum* seu *expulsorius*. Syrus [g] etiam כתבא דשובקנא quod idem sonat, uti & כתבא דרוללא [h] quod interpretantur nonnulli *libellus proprietatis*, quo mulier, quae antea marito subjecta fuerat, sui juris ac quasi propria sibi fit. Graecis βιβλίον ἀποστασίου, quod etiam in Foedere Novo [i] usurpatur; Judaeis Hispaniensibus *carta de apartamiento*; Arabibus, كتاب الطلاق *Libellus dissolutionis*) *& tradat in manum ejus & dimittat eam de domo sua, quae exiens de domo ejus atque abiens nubat viro alteri. Et si vir ille alius coeperit eam odio habere, scribat & ipse ei libellum repudii tradensque in manum ejus dimittat eam de domo sua; aut si vir ille posterior* (pro האיש seu *vir* hic quod legitur in Ebraeo Judaeorum, Samaritanus codex habet בעלה *maritus ejus*) *mortuus fuerit qui illam duxit uxorem, non poterit maritus ejus prior qui illam a se dimisit reverti & ducere eam sibi in uxorem, postquam polluta est. Nam abominatio est in conspectu Domini; & non facies peccare terram quam Dominus Deus tibi dedit in haereditatem.* De legis hujus partibus aliquot quibus uxor marito variatim, ad magistrorum placita, est interdicta, supra [k] agitur. Restat ut de ipso repudio seu divortio itidem videamus; ejus scilicet potissimum causis (praeter eas quas obiter jam memoravimus) ritibus aliquot, usu ac jure, ac formula libelli. Causae quae hactenus dum sive de dotis dispendio sive de nuptiis interdictis egimus, occurrunt, in genere ferme sunt duplici. Aut ejusmodi, ut fierent inde uxores illicitae, juxta sententias receptas, maritis, sive ex ipsa lege sive e sancitis majorum, ideoque necessario repudiandae, idque plerumque sine dote; aut ejusmodi, ut saltem impudicae turpesve inde haberentur uxores, atque ideo etiam merito repudiandae existimarentur, tametsi non necessario aut ex sententia fori, ut prioris generis. Causarum autem genus est tertium, ubi sive forma sive aetas, gestus, aliave res quaecunque levicula uxoris marito displiceret, adeo ut *non inveniret ea gratiam in oculis ejus.* Nam inter placita gentis receptissima habetur ob causas saltem ejusmodi, pro maritorum libitu, uxores repudiari potuisse. Idque ex Sacrae Legis mente. Sed uxor ita repudiata dotem & res suas sibi semper habere debuit. Verba Misnae sunt [l]; בית שמאי אומרים לא יגרש אדם את אשתו אלא אם כן מצא בה [m] דבר ערוה שנאמר כי מצא בה ערות דבר ובית הלל אומרים אפילו הקדיחה תבשילו שנאמר כי מצא בה ערות דבר רבי עקיבא אומר אפילו מצא אחרת נאה [n] הימנה שנ' והיה אם לא תמצא חן בעיניו וגו', *Ex sententia scholae Sammaeanae uxor marito haud erat repudianda* (scilicet alias non interdicta nec illicita) *nisi si inveniebat in ea rem turpitudinis, secundum id quod scriptum est, Quoniam invenerit in ea turpitudinem rei. At juxta scholam Hillelianam etiam ob cibum ejus nimio ardore coctum* (causam quantulamcunque) *secundum id ipsum quod ita scriptum est, Quoniam invenerit in*

[a] Lib. 1. cap. 16. & lib. hoc cap. 1. [b] Videsis Maimonid. halach. Naara Bethula cap. 2. & 3. [c] Lib. 4. cap. 8. [d] Tit. Kidoschim, cap. 1. [e] Advers. Marcionem lib. 4. cap. 34. [f] Sect. 23. [g] Matth. xix. 7. Marc. x. 4. [h] Matth. v. 31. ubi vide Ludovic. de Dieu. [i] Matth. xix. 7. Marc. x. 4. [k] Lib. 1. cap. 11. & hoc lib. cap. 16. & 17. [l] Tit. Gittin. cap. 9. [m] De lectione hac vide cap. 22. [n] In Talmud. Hierosolymit. ממנה quod idem sonat.

ea turpitudinem rei (seu causae alicujus; nam דבר tam *causam & verbum* quam *rem* significat, adeoque innui in lege causam quantulamcunque volebant Hilleliani, ut mox dicetur fusius) *ex sententia etiam Rabbi Aquibae, si invenerit aliam ea pulchriorem aut sibi commodiorem, juxta id etiam quod scribitur, Si non invenerit ea gratiam in oculis ejus*, &c. Etenim Aquiba hic verba illa כי מצא non per [a] *quoniam invenerit ille turpitudinem*, &c. sed per ואי נמי aut ואם מצא *& si etiam invenerit ille*, &c. interpretatur. Nam & כי etiam *si* significat. Rejecerunt autem magistri tandem sententiam scholae Sammaeanae nec solum eam quae Hillelianae erat sed etiam eam quae fuit Rabbi Aquibae amplexantes; ita tamen ut receptae hic stricti juris legisque vocabulorum interpretationi temperamenta aliqua consilii de divortii causis usuque, primae ac secundae uxoris discrimine, ac secundis ob turpitudinem ejectae seu repudiatae nuptiis, adjicerent. Sed de hisce rem altius repetendo, ac suo quodlibet seculo accuratius assignando, videbimus.

CAP. XIX.

De usu atque exemplis divortii, qua a lege sacra de eo lata usque in recentiora reipublicae Ebraicae secula, eorundem mentio seu vestigia reperiantur. De libellis divortii a profecturis in militiam dari solitis. Josephi locus de divortiis sensui suo, a summorum interpretum vi vindicatus.

POST sacram de divortiis legem latam ingens est, per plurima quae sequuntur secula, de eorum exemplis, etiam ac usu & nomine, in Sacris Literis silentium. Observatur non raro, quingentis amplius annis, sexcentis volunt aliqui, floruisse rempublicam Romanam sine divortii usu (quod tamen legibus toto illo tempore permissum) usque ad notissimum illud Spurii Carbilii Rugae [b] qui sterilitatis causa primo uxorem dimisit. Postmodum vero *repudium & votum fuit quasi matrimonii fructus*, ut ait Tertullianus [c], juxta ac Seneca [d], *Nunquid jam ulla repudio erubescit, postquam illustres quaedam ac nobiles foeminae, non consulum numero sed maritorum annos suos computant, & exeunt matrimonii causa, nubunt repudii. Tamdiu istuc timebatur, quamdiu rarum erat.* Ita nec maritus solum uxorem, sed uxor maritum pro libitu dimittebat apud Romanos ac sponsalitio nuptialique contractui uterque pro arbitrio renuntiabat. Quod ferme apud Graecos fieri solitum; maxime Athenienses, quibus ubi maritum reliquit uxor, ἀπόλειψις, ubi uxorem vir ejecit ἀποπομπὴ dicebatur divortium. Et videsis quae hac de re nos [e] alibi. In Foedere vero Veteri per septingentos a legislata aut circiter annos divortii mentio nullibi occurrit. Rara quidem alicubi post ejusdem vestigia. Exemplum stante republica Ebraica aut nullum aut rarissime memoratum. Imo notatur Talmudicis [f] ad illud de Abisag [g] in senectuti solatium ac delicias Davidi regi tributa; בוא ראה כמה קשים גרושין שהרי לדוד התירו לו ליחד ולא התירו לו לגרש, *Veni ac vide quam gravia sint divortia. Etenim Davidi permissum est ut cum innupta cohabitaret* (concubinam sibi adscisceret) *sed ut aliquam uxorum repudiaret ei permissum non est.* Ubi Glossa; התירו לו ייחד עם אבישג ואף על פי שנאסר ייחד של פנויה ולא התירו לו לגרש אחת משמונה עשרה וישאנה, *Concessere ei ut concubinam haberet Abisag, etiamsi* (alias) *illicitum esset cum innupta concumbere. At non concessere ut ex uxoribus suis octodecim* (is numerus uxorum regius; ut superius [h] est ostensum) *aliquam repudiaret, etiamsi eam odio haberet.* Mens est, ministros ac praefectos regios aliosque quorum sententiis tum usus erat, noluisse ultra praescriptum numerum uxores hic regi auctum iri, ideoque nec Abisagam sponsaliis [i] ei jungi. Sed & persuaserunt ne aliquam octodecim uxorum, cujus in locum ea succidanea duceretur, pro libitu aut ex odio aut displicentia tantum repudiandam. Quod vero occurrit apud Flavium Josephum divortii exemplum diserte memoratum, est illud inversi omnino juris, ubi Salome Herodis regis Antipatri filii soror annis aliquot ante Christi natales libellum repudii mittit Costobaro marito suo Idumaeae Gazae praefecto; quod non secundum leges Judaicas factum ait Josephus [k]. Πέμπει, inquit, αὐτῷ γραμμάτιον ἀπολυομένη τὸν γάμον οὐ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους νόμους· ἀνδρὶ γὰρ ἔξεστι παρ᾽ ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ᾽ αὑτὴν γαμηθῆναι μὴ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος. *Mittit illi libellum & matrimonium dissolvit, non secundum leges Judaicas. Marito scilicet apud nos hoc licet facere; neutiquam vero uxori quae sponte abierit nubere, nisi prius a marito dimittatur.* Seu ut recte satis ibi Ruffinus ad autoris mentem, *uxori vero nullatenus separari & ducere alium, nisi prius a marito priori dimittatur.* Sed perperam hic Gelenius interpres; contra tum Josephi sententiam tum certissimum Ebraeorum jus; *mulieribus autem ne dimissis quidem fas est nubere, nisi prioris viri permissu.* Quod plane inter instituta Judaica, etiam & ipsi Josepho, inauditum. Et miror a viris doctissimis [l] locum illum verti ac intelligi juxta illud Gelenii, quod nullo pacto admittendum. Etiam & ipsi Josepho alibi dicitur expressim, soluto per libellum repudii matrimonio, liberum esse uxori, alteri cuicunque nubere. Qui disjungi postulat, inquit, [m] γράμμασι περὶ τοῦ μηδέποτε συνελθεῖν ἰσχυριζέσθω· λάβοι γὰρ ἂν οὕτως ἐξουσίαν συνοικεῖν ἑτέρῳ· πρότερον γὰρ οὐκ ἐφεκτέον. *Scrips*

[a] Gemar. Babylon. ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 90 a. [b] Halicarnass. lib. 2. Agell. Noct. Attic. 3. cap. 3. & 17. cap. 1. [c] Advers. Gentes cap. 6. & videsis eum lib. de Monogamia, cap. 9. Adisis Alberic. Gentilem lib. 6. de Nuptiis cap. 8. & Henning. Arnisaeum de Jure Connubiorum cap. 5. sect. 3. [d] De Beneficiis lib. 3. cap. 16. [e] De Jure Nat. & Gent. lib. 5. cap. 7. [f] Rabbi Schaman Bar Abba in Gem. Babylon. ad tit. Sanhedrin, cap. 2. fol. 22. a. [g] 1 Regum 1. 3. [h] Lib. 1. cap. 8. [i] R. David. Kimchi ad 1 Reg. 1. 4. [k] Lib. 15. cap. 11. in Ruffini versione 9. [l] Joseph. Scalig. Animadvers. in Eusob. pag. 159. seu num. 2015. Nicol. Serrarius in Herode, cap. 17. [m] Archaeolog. 4. cap. 8.

seu *libello repudii securitatem faciat*, seu *compromittat se cum ea nunquam in posterum conventurum*, id est plane, contractum nuptialem dissolvat. *Sic enim habebit potestatem alteri copulari. Prius enim alteri jungi fas non est*; id est, prius quam divortium sic libello fiat. Verba autem de alterius uxore non ducenda paulo ante apud Josephum illa, *qui non ducit virginem*, μὴ ζεύγνυσθαι συνοικοῦσαν ἄλλῳ μὴ ἢ λυπῶν τὸν πρότερον αὐτῆς ἄνδρα, quod a Ruffino vertitur, *ei non jungatur quam discedere suasit ab alio, neque contristet priorem maritum ejus*; & Gelenius, *ne sibi conjungat alteri maritatam, neve priorem ejus maritum contristet*, id, inquam, sic emendari vult vir eruditissimus [a], Μηδὲ λιπόντος πρότερον αὐτῆς ἀνδρός, *nisi prius dereliquerit eam maritus*. Atque de expressa juris alteri nubendi in libello repudii permissi clausula intelligit; quasi ea adeo necessaria esset, ut nisi libello adjiceretur, alteri nubere nequiret divortio alias rite ejecta. Quod ex illo de Salome loco elicit perperam verso intellectoque; utcunque libellis repudii clausula ejusmodi inseri cum aliis, rem ut fieri amat explicandi gratia, soleret ut inferius liquet. Neque sane video cur sic emendandus Josephus, quem nec aliter ante tot secula etiam legit Ruffinus. Alterum habetur Herodiadis (cujus in Evangeliis [b] mentio) exemplum. Scilicet e Josepho [c] elicitur eam pariter maritum sponte reliquisse ac divortio solvisse matrimonium. Et Josephus Scaliger [d] de Salome; *Audacissima mulier prima Hebraearum ausa est a viro discedere.* Sed nec Ebraea sane illa, saltem origine, nec quidem Herodias. Et videsis quae nos alibi de proselytis [e]. Et sane Josephus etiam de Salome: Οὐ μὴν, inquit, ἡ Σαλώμη τὸν ἐν γένει νόμον ἀλλὰ τὸν ἐπ' ἐξουσίᾳ ἑλομένη συμβίωσιν παραπηγόρευσε. *Veruntamen Salome non lege generali* seu *communi* (scilicet Ebraica) *sed tamen ea quae autoritatem ac vim obtinuit usa conjugio renuntiavit.* Ruffinus, *non generali lege sed potestatis sanctione connubium separavit.* Gelenius, *magis ex propria licentia quam communi jure fecit divortium.* Costobarus, vir ejus, Idumaeus erat origine, utcunque cum reliquis Idumaeis proselytus factus. Certe & legitur [f] Theclam cum in Paulum incidisset adeoque ex Gentili Judaea reformata seu Christiana facta esset, juxta mores aliarum gentium matrimonio renuntiasse, nuptialemque contractum quem cum viro illustri iniisset ita solvisse. Etiam ex eo quod de uxore virum dimittente dixerit discipulis Christus elicitur usum utcunque inolevisse aliquem ejusmodi divortiorum. Ἐὰν [g] γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα, &c. *Si uxor dimiserit virum suum & alii nupserit, moechatur.* Paulus etiam ad Corinthios [h] Christianos, id est, tunc temporis Judaeos reformatos & Judaica instituta plerumque sequentes, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι, *uxor a viro non discedat.* Neque id ita vetari solebat, quod non ut mos aliquatenus obtinuit. Atque huc spectat quod ab viro eximio Hugone Grotio de Samaritanae in Evangelio [i] quinque maritis adnotatur. *Quinque viros habuisti*, inquit Christus, *& nunc quem habes non est tuus vir. Quinque habes a quibus te divortio* (sic Grotius [k]) *contra legem Mosis liberasti. Nam ea lex marito permittebat uxorem dimittere, non autem uxori discedere a marito, quod tamen posteriorum temporum mos introduxerat, ut apud Josephum videre est, qui notat exemplum primum unde is mos coeperat.* Josephi locus est quem jam ante hic memoravimus. Evangelium autem illud aliter intelligi solet. Et ad id quod sequitur ibi *quem nunc habes non est vir tuus*, idem Grotius, *nimirum ut ego accipio*, inquit, *quia alii viro obligata adhuc tenebatur, non accepto libello dimissionis.* Quod vero ad divortii libellum ejusve usum, ex ritu Judaico, attinet; ante Isaiam prophetam nomen ejus in historia sacra non occurrit, scilicet non ante DCC. a lege de eo lata amplius annos elapsos. Usurpatur autem ab Isaia [l] ut a Numine dictum de ecclesia Ebraica. *Sic dicit Dominus, Ubi est libellus repudii matris vestrae quam dimisi? aut cui ex creditoribus meis vendidi vos? Ecce pro iniquitatibus vestris venditi estis, & pro iniquitatibus vestris dimissa est mater vestra.* Sub centesimum abinde annum, apud Jeremiam, mentione legis repudii, velut quae in ore hominum volitabat, primo habita, sequitur [m], *Nunquid vidisti quae fecit rebellis illa Israel? abiit enim illa in omnem montem excelsum & sub omnem arborem frondosam & fornicata est ibi; & dixi postquam fecerat haec omnia Revertetur ad me, sed non est reversa, viditque perfida soror ejus Jehuda. Et cum vidissem id & quod ob omnes causas illas quibus adulterata fuit aversatrix illa Israel, dimisissem eam, dedissemque ei libellum divortii, non expavit perfida soror ejus Jehuda sed abiens fornicata est & ipsa.* Quemadmodum vero similitudines, parabolae, monita, in utroque Foedere a rebus ac moribus in usum receptis sumi solent, ita proculdubio a prophetis hisce mentio adhibetur libelli repudii, veluti rei quae in usu aliquo erat atque inde vulgo, non tantum ex ipsa de eo sanctione sacra, satis nota. Adde quod habetur apud Malachiam [n] *Uxorem adolescentiae tuae* אל יבגוד (mutatur pro linguae idiomate persona) *non deseres*; כי שנא שלח אמר יהוה, *Si odio habes, dimitte, dicit Dominus.* Ubi Jarchius; אם שנא אחד מכם אשתו ישלחנה, *Si quis vestrum odio habeat uxorem, dimittat eam.* Sed vero neque id quod habent magistri, superius allatum, de Abisag, aut exemplorum divortii silentium illud ingens argumento sunt, divortia interim in usu neutiquam fuisse. Consilium erat illud de Abisag, juxta eorum mentem, non praeceptum aut interdictum. Idque temporale & pro re nata. Silentium vero tantum exemplorum divortii non aliud est quam fere nuptiarum atque exemplorum caeterorum legibus qualibuscunque sacris subnixorum. Aliud enim est decisiones forenses, actiones singulares institutas, singulorum contractus atque instrumenta sive in adversaria rejicere sive edere;

[a] Samuel. Petitus Var. lect. lib. 2. cap. 9. [b] Matth. xiv. Marc. vj. [c] Archaeolog. lib. 18. cap. 7. [d] Loco paulo ante citato. [e] Lib. 2. de Jure Natural. & Gent. [f] Epiphan. haeres. 78. Baron. Martyrolog. Sect. 23. [g] Marc. x. 12. [h] Epist. j. 7. 10. [i] Joan. iv. 18. [k] In Evangel. pag. 882. & vide Epist. Can. Basilii Can. 4. [l] Isaiae cap. l. 1. vide etiam cap. liv. [m] Jerem. iij. 1. & 6.— [n] Cap. 2. comm. 16. & vide infra cap. 19.

aliud prudentum seu jurisconsultorum generales interpretationes, responsa, distinctiones, regulas, id genus reliqua congerere. Hoc ab Ebraeis factum est, uti e corpore liquet Talmudico. Illud non item, aut saltem rarissime. Quoniam igitur e decisionibus forensibus, singularibus actionibus, contractibus, instrumentis exempla, ut nemo non videt, petenda sunt, non ex interpretationibus, distinctionibus, regulis, id genus aliis traditis, mirum non est tantam haberi divortii exemplorum penuriam. Nam & ejusmodi est poenarum, delictorum, contractuum, aliarumque rerum, qua singularum personarum, adeoque exemplorum, habetur ratio, judicatarum. Quod non solum de rebus est dicendum Ebraicis, verum etiam de Romanorum ac Graecorum veterum. Nam gentis utriusque illustrissimae leges habemus, & interpretationes earundem generatim traditas (maxime Romanorum, ut videre est in Codicibus, Pandectis, id genus caeteris.) Exempla autem, id est, quae ad singulorum contractus, discidia, actiones attinent, rarissime in eorum monimentis comperimus; tametsi recentioris aevi ejusmodi quamplurima (quod e decisionibus aliisque Anglorum, Germanorum, Gallorum, Hispanorum, Italorum libris juridicis scimus) passim habeantur. Quin nec desunt omnino in commentariis Ebraeorum etiam divortii, seculis in vetustioribus, seu potius ejusdem exemplorum indicationes. Et pro eorum fide eas hic accipe. Ut illud quod occurrit supra [a] e Talmudicis, de Jehoiadae pontificis uxorum altera divortio separata (quod tantum conjectura est) hic praetermittam, in libro illo summae tum autoritatis tum vetustatis illis habito, Zohar dicto, non semel [b] legitur, velut ex majorum traditionibus acceptum, morem fuisse Israelitis דעאלו לקרבא לא עאלי חד מנייהו עד דאפטר בגט לאנתתיה, *Quotquot in militiam profecturi erant, non ante proficisci quam libello uxores dimiserant.* Id quod etiam fecisse ibi dicitur Urias; adeoque Bethsabam divortio fuisse separatam, unde de Davidis conjugio, peccato, & quae huc spectant caeteris alia ibi habentur, quae simul edita etiam habes in Rabbi Israelis Ben Mosis Collectionibus ex Zohar, disputationi ejusdem de anima Cabalisticae pridem a Josepho de Voysin adjectis. Et Rabbini illi celebres Salomon Jarchius atque David Kimchius diserte adnotant ad Uriae historiam sacram [c] morem fuisse eum a majoribus agnitum, שכל היוצא למלחמה כותב גט לאשתו על תנאי אם ימות במלחמה *Quemlibet in militiam profecturum solere libellum divortii scribere uxori suae, non aliter tamen vim sortiturum quam si in bello periret.* Il[lu]de vero etiam vim habiturum למפרע seu *retro* tempore quo traditus est, ut scilicet soluti m[a]trimonii commoda qualiacunque ab eo tempo[re] uxori sic dimissae jam cederent. Unde ad id [c]Davidis jussu quo Uriah occidendus, illud eu[m] voluisse aiunt, [כ]די שתהא מגורשת למפרע ונמצא שלא בא על אשת איש, *Ut ita pro dimissa ha[b]beretur retro a tempore libelli dati, adeoque ip[se] adulterii reus non foret.* Mos autem ille a Kin[m]chio militibus temporis Davidici seu ut ait ip[se] בית דוד *domus Davidicae* tantum, sed intern[i] ex veterum sententia, tribuitur. Certe & Hiero[ni]nymus in Traditionibus Ebraicis ad illud Davi[di] a patre dictum in castra proficiscenti, *Et fr[a]tres [d] tuos visitabis si recte agant & cum qu[i]bus ordinati sunt disce*, ut in Vulgata legitu[r] *In Hebraeo, inquit, ita habetur: Et fratr[es] tuos visitabis si recte agant, & pignora eoru[m] tolles. Pignora in hoc loco Hebraei libellos r[e]pudii intelligunt. Siquidem usum illius gent[is] fecisse ferunt, ut quando ibatur ab eis in pu[g]nam, libellos repudii uxoribus suis darent, ut [si] contigisset virum in praelio capi & in captiv[i]tatem duci, mulier ejus, expectatis tribus a[n]nis, si vir ejus non redisset, alium duceret v[i]rum.* Sic ille. Ebraica sunt, [וא]ת אחיך תפקד לשלום ואת ערובתם תקח, *Et fratres visitab[is] in pace & pignus eorum* seu *arrham* seu *sponsi[o]nem eorum tolles* seu *capies*. Judaei Hispanien[]ses, *y à sus prendas tomaras*. Quid vero [ער]ובתם ibi denotet, in controverso est; aliter atque [a]liter etiam magistris recentioribus illud exponen[]tibus. Sed & qui de repudii libello non capiu[nt] ipsi רבתינו inquiunt [א]מרו גט כריתות יקח מאתם ויביא לנשותיהם להפריד עירוב שבינו לבינה, *Ra[b]bini nostri* seu magistri veteres *dicant eum acc[e]pisse libellos divortii ab eis atque ad uxores d[e]tulisse, ut ita rescinderetur sponsio quae inter i[l]los intercesserat.* Sic Salomon Jarchius. Tan[]tumdem etiam ibi David Kimchius. Caeteru[m] quicquid de his fuerit statuendum, sane elicer[e] non est difficile non solum ex Josepho [e] veru[m] ex ipsis Evangeliis, in seculis de quibus loquu[n]tur, usum fuisse satis tralatitium divortiorum a[t]que exempla. Et vix est ut aliter quaestione[s] illae, quibus respondet [f] Christus, de divortio in[]terrogarentur. Quod etiam ex eis quae stati[m] de celebri illo scholarum Sammaei & Hilleli[s] dissidio annis aliquot ante natales Christi hac d[e] re nato subjungimus, necessario erit conceden[]dum.

[a] Lib. 1. cap. 8.
[b] In Praefat. Zohar pag. 8. b. & idem in Exod. fol. 107 a. Edit. Mantuana.
[c] Ad 2 Samuelis, cap. xi
[d] 1 Sam. xvij. 18.
[e] Lib. 17. cap. 1. & in Vita sua prope finem.
[f] Matth. xix. 3.

CAP

CAP. XX.

De scholarum seu sectarum Hillelianorum & Sammaeanorum dissidii circa divortii causas ortu ac aetate. Hillelianorum sententiae quibus Sammaeanis adversabantur, oraculo coelesti seu filia (ut appellitant) vocis firmatae stabilitaeque.

UT rite intelligatur dissidium illud supra breviscule e Misna memoratum [a] de di-ortii causis inter scholas Sammaeanam & Hille-anam, observandum est ab Ebraeis tradi, deduc-as perpetua successione a Mose usque ad Ezram synagogae magnae collegas sacrarum legum nterpretationes fuisse, inde [b] transmissas ad Simenem Justum, Antigonum Sochaeum, eorum col-gas. Ab hisce Jose Ben Joazer Zeridaeum, & ose Ben Jochanan Hierosolymitanum accepisse.)ein Josua Ben Perachia & Nethai Arbeliten; nde Jehuda Ben Tabai & Simeon Ben Shatach, ui ad Shemaiah & Abtalion transmiserunt. ıb hisce demum accepisse Hillelem & Sam-aeum, quorum scholas memoravimus. Cum uolibet pari ita recensito, intelligendi sunt eti-m collegae caeteri sive LXIX. qui cum pari suo umerum LXXI. judicum tribunalis seu syne-rii magni complent; unde etiam est quod ma-istri recentiores qui successionem hanc memo-int, cuilibet pari & vetustioribus qui paria haec ntecedunt, ובית דינו & *synedrium ejus* seu *fo-um ejus* adjiciunt [c], id est, fori praeter ipsos re-quos. Paris enim cujuslibet alter princeps, seu נשיא, erat synedrii magni, alter אב בית דין seu *iter synedrii*; ut videre est apud Abraham acuthium in libro *Juchasin*, R. Gedaliah in *balsheleth*, alios. Ita Hillel princeps erat syne-ii & Sammai pater, seu a principe secundus. t consonum sane est ut putemus ipsum eundem isse Samaeam, qui δίκαιος ἀνὴρ καὶ διὰ τοῦτο τοῦ δεδιέναι κρείττων (ut ait Josephus [d]) *cum esset ir justus ideoque terroribus invictus* ausus est in nedrio magno sub Hyrcano rege, Herodem il-m Antipatri filium tunc Galilaeae praesidem, ›stea regem, homicidii ibi accusatum graviter crepare, eo quod neutiquam satis reverenter tan-m tribunal haberet; dum nempe collegae pu-lanimes ora dejecti atque ad splendidam rei aesentiam plane attoniti ne hiscere quidem au-rent. Certe pro ipso Sammai accipitur Same-hic ab Abraha etiam Zacuthio [e] aliisque. illelem existimant viri docti Josepho nuncupari t in vulgatis ejus codicibus legitur) Pollionem. ›λλίων, inquit ille [f], Φαρισαῖος καὶ Σαμέας ὁ ›τοῦ μαθητής, *Pollio Pharisaeus & Sameas ujus discipulus.* Atque alibi Πολλίωνα τὸν φαρισαῖον καὶ Σαμέαν καὶ τῶν ἐκείνοις συνδιατριβόντων memorat, id est, *Pollionem Pharisaeum & Sameam & eorum sectatores.* Et verum quidem est Sameam seu Sammaeum hunc fuisse Hillelis discipulum. Longaevus autem erat Hillel, utpote qui CXX. annos [g] vixit, & quamplurimos habuit nominis celeberrimi discipulos. Scilicet tradunt [h]; שמנים תלמידים היו לו להלל הזקן שלשים מהן ראוים שתשרה עליהן שכינה כמשה רבינו שלשים מהן ראוים שתעמוד להן חמה כיהושע בן נון עשרים בינוניים גדול שבכולן יונתן בן עוזיאל קטן שבכולן רבן יוחנן בן זכאי, *Octoginta fuisse Hilleli presbytero discipulos, quorum triginta non indigni fuere quibus demitteretur majestas divina, sicuti Mosi; triginta alii non indigni quibus sol ipse staret sicuti Josuae Ben Nun; & reliqui viginti fuere mediocres. In hisce primas tenuit Jonathan Ben Uziel* (prophetarum paraphrastes) *postremas Jochanan Ben Zacai.* Principatus ejus initium ab omnibus non eodem modo collocatur [i]. Sed id quod vero proximat est, eum praesidere coepisse anno vigesimo, aut circiter, ante Christi natales. Centesimo enim aut circiter anno ante templi excidium Talmudici [k] id collocant, qui annum quem diximus a Christi natalibus retro putatum designat. Tum etiam Sammai pater synedrii cui itidem discipuli quamplurimi. Atque hoc modo verum etiam est quod habet Hieronymus [l], *Sammai & Hillel non multo prius quam Dominus nasceretur, ortos esse in Judaea.* De ortu dissidiorum scholarum eorum, id intelligendum. Et de eis pridem viri doctissimi egerunt, quos [m] consulas, si placet. Juris autem uterque erat scientissimus; etiam & utrique fere invicem [n] sibi concordes. Sammaeus vero acriori erat atque iratiori semper animo; Hillel humili ac placido. Discipuli eorum diversissimos magistrorum mores secuti, post eorum obitum, etiam maxima in solenne legis studium, quod ante id temporis adversis capitum sententiis ita distrahi minime solebat, dissidia intulerunt. Adeo ut quo modo Proculeianorum & Sabinianorum, notissimarum in Roma veteri sectarum, sententiae adversae studiosos in partes olim trahebant, ita & Hierosolymis alibique apud Ebraeos scholae Hillelianae seu discipulorum Hillelis eorumque propaginum & scholae similiter Sammaei perquam adversae erant invicem factiones ac sectae; ut sexcenties in corpore occurrit Talmudico. Placitorum suorum tenacior erat quidem secta utraque. Sammaeana vero in Hillelianam plerumque infensior, cujus etiam in sententiam, sua derelicta, semel duntaxat transibat. Exemplum illud unicum habetur de oblatione frugum, quam appellant תרומה, immunda, cum ea quae munda esset forte commista. Hanc primo illicitam esse sacerdotibus voluere Sammaeani [o], licitam Hilleliani, quibus re ventilata, assensum tandem illi praebuere. Et Gemara Hierosolymitana [p]; לא מצינו שהורו בית שמאי לבית הלל אלא בדבר זה בלבד, *Nondum est nobis compertum Sammaeanos*

[a] Cap. 16. [b] Misna tit. Pirke Aboth, cap. 1. R. Abraham Ben David, in Cabala, &c. [c] Maimonid. in praefat. ad Jad. ›azeka, alii. [d] Archaeolog. lib. 14. cap. 17. [e] Sepher Juchasin, fol. 19. a. [f] Archaeolog. lib. 15. cap. 1. & 13. [g] Abraham Ben David in Cabala. [h] Gemar. Babylon. ad tit. Baba Bathra, cap. 8. fol. 134. a. [i] Vide Sepher Juchasin, l. 19. b. Joseph. Scaliger in Elench. Trihaeres. cap. 12. Genebrard. in Chronic. ann. Mundi 4020. [k] Gemar. Babylon. ad tit. Sabbath, cap. 1. fol. 15. a. & Aiin mispat. ad tit. Baba Kama, cap. 1. fol. 3. b. [l] Ad Isaiae cap. viij. [m] Nic. Serrarius in Triheres. cap. 12. Rabin. posteriore cap. de Hillelle; Joseph. Scaliger in Elencho, Jo. Drus. tribus Sectis, lib. 2. cap. 10. [n] Sepher Juchasin, l. 19. b. & Gemar. Babylon. ad tit. Sabbath, cap. 1. [o] Misna tit. Theruma, cap. 5. [p] Ad dict. Misn. titulum fol. 43. col. 3. lach. 4.

in

in Hillelianorum tranſiſſe ſententiam, praeterquam in hac re ſolummodo. Sed juxta Sammaeanorum decretum fuiſſe in pluribus ſententiam comperio, ubi majori ſuffragiorum victis Hillelianis numero, idque arbitro, in quem compromiſerant utrique, Rabbi Chananiah Ben Ezekia, octodecim [a] de munditie atque immunditie frugum, animalium, id genus aliorum capita decernebantur. In Sammaeanis cenſetur Baba Ben Bota ille ab Herode excaecatus. Diſcipulus erat hic quidem Sammaei, ita tamen ut in ſententiis ferendis, poſtquam judex eſt creatus, non aliter ac Hillelianus ſe gereret. In Hillelianis, praeter Jonathanem illum Ben Uziel, Rabban Schimeon Hillelis filius ac Rabban Jochanan Ben Zacai qui Hilleli & Sammaeo ſucceſſere, velut traditionum a Moſe deductarum atque interpretationum avitarum cuſtodes inſignes atque in catena traditionum proximi. Floruere hi duo ſub ipſis Chriſti natalibus. Hilleli autem ſucceſſit in principatum ſive filius ejus Simeon ſive ex filio illo nepos Rabban Gamaliel, quem non alium fuiſſe merito cum viris doctis exiſtimes a Gamaliele illo, νομοδιδασκάλῳ τιμίῳ παντὶ τῷ λαῷ, *legis doctore* [b] *honorabili univerſae plebi*, ſeu *a toto populo honorato*, cujus ad pedes D. Paulus [c] erat πεπαιδευμένος κατ' ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, edoctus *juxta veritatem* ſeu *exactam rationem* ſeu *rigorem legis patriae.* Adeo autem invaluere Hillelianorum ſententiae, ut (exceptis quae memoravimus octodecim illis capitibus) pro receptis paſſim in foro haberentur, Sammaeanorum prorſus rejectis. Ita tamen ut dum Chriſtus in terris ageret & aliquantum poſtea ſecta utraque pro more hominum, invicem digladiaretur, aliis hujus, illius aliis doctrinam ſive ſequentibus ſive mordicus retinentibus. Sed & magni faciunt Talmudici contentiones quae fuere aliquot inter Hillel & Sammai, velut quae eſſent לשם שמים ſeu *Dei nomine* aut *propter Deum*, unde & illud habent [d], כל מחלוקת שהיה לשם שמים סופה להתקים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקים איזו היא מחלוקת שהיה לשם שמים זו מחלוקת הלל ושמאי ושאינה לשם שמים זו מחלוקת קרח וכל עדתו, *Omnis contentio quae habetur propter Deum in finem uſque durabit. Quae vero non eſt propter Deum, non durabit in finem. Quaenam eſt contentio quae fit propter Deum? Contentio Hillel & Sammai* ſeu ſcholarum ab ipſis denominatarum. *Quae vero non propter Deum, eſt contentio Korah & univerſi ejus coetus.* Quod nihilominus ita dictum oportet intelligas, ut, qua ſcholas eorum poſtea digladiantes ſpectare poſſit, Hilleliana multis paraſangis anteferenda fuerit. Nam & Hieroſolymitani, ad illud de capitibus juris octodecim juxta Sammaeanos decretis ex majori ut ante dictum eſt, ſuffragiorum numero, arbitro Rabbi Chananiah, adnotant [e], אותו היום היה קשה לישראל כיום שנעשה בו העגל, *Dies ille non infauſtus minus erat Iſraelitis quam ille quo factus eſt vitulus*; ſcilicet aureus. Male actum fuiſſe ſecum pronuntiant, ex eo quod ita etian in levioribus illis ullo modo praeponderaret Hil lelianae ſchola Sammaeana. Quin poſtea, dun contentionis funis hinc inde in ſcholis illis ducc batur, majores ſuos monitos aiunt Talmudici vo ce e coelo delapſa (בת קול ſeu *filiam vocis* nun cupant; cujus prophetiae generis [f] in eorur commentariis mentio frequens) ut Hillelianae om nino impoſterum adhaererent. Huic etiam rel gioſe parebant. Ita ſcilicet ſcribunt; auditar vocem hanc in Jabne, urbe maritima (quae J bina & Jamina pariter apud ſcriptores dicta) a Hieroſolymis CCXL. ſtadiis [g] diſſita. Egregi eſt ad hanc rem in Gemara Hieroſolymitar locus. Ibi nempe agitur tum de prophetis vet ribus quos ex Spiritu Sancto prophetaſſe etia ipſi aiunt, tum de ſenioribus ſeu זקנים, id e *ſenioribus* ac ſcholarum & tribunalium ſub ipſu de quo loquimur aevum praeſidibus, horumq placitis ſeu ſingularibus legum ac traditionu interpretamentis moribuſque ſuperinductis. hiſce, nova ſive interdicta ſive praeſcripta (qu niam obligatio pro decernentium autoritate inerat) חומרים, id eſt, *graviora* (quae φορτία β ρέα καὶ δυσβάστακτα, *Onera gravia ac importa lia*, in Evangelio [h] dicuntur) uti indulta ſ ſtricti juris novae remiſſiones קולים ſeu *levio* appellitabantur; quorum nihilominus neutra rant neceſſario amplexanda cuiquam, abſque la in foro aliquo ſententia, antequam a ſyned magno LXXI. virorum firmarentur decernere turque. Hi autem interdum ſive ob factionu potentiam ſive ob rei difficultatem, ſine oracu coeleſti ſeu *filia* illa *vocis* (quam Spiritus San vices aiunt illo in ſeculo praeſtitiſſe) ea decerne nolebant. Jam vero Gemarae jam dictae ver huc attinentia ita ſe habent [i], יא וזקן למה הן
מין למלך ששולח ב׳ פלמטרין שלו למדינה על
זר מהן כתב אם אינו מראה לכם חותם שלי
מנטרין שלי אל תאמינו לו ועל אחד מהן כתב
נ״פ שאינו מראה לכם חותם שלי תמינוהו בלא
תם וסמנטרין כך בנביא כתיב ונתן אליך אות או
פת ברם בהא ע״פ התורה אשר יורך הדא דתימר
שיצאת בת קול אבל עד שלא יצאת בת קול כל
וצה להחמיר על עצמו ולנהוג בחומרי ב״ש ובחומרי
ן הלל על זה נאמר הכסיל בחושך הולך בקולי
לו ואילו נקרא רשע אלא אי בקולי ובחומרי דדין
בקולי ובחומרי דדין הדין דתימר עד שלא יצאת
ת קול אבל משיצאת בת קול לעולם הלכה כדברי
ה וכל העובר בדברי ב״ה חייב מיתה תני יצאת
ת קול ואמרה אילו ואילו דברי אלהים חיים אבל
כה כדברי ב״ה איכן יצאת בת קול רבי ביבי אמר
בשם רבי יוחנן ביבנה יצאת בת קול, *Propha & ſenior cuinam rei ſunt ſimiles? Certe ex h ſimilitudine clarius poſſunt intelligi. Regem j ge fuiſſe qui binos in provinciam legatos* (po פלמנטרין legit hic Baal Aruch [k] (פורמונטרין) *ſit, de quorum altero ſcripſit nolle ſe fidem adhiberi niſi & ſigillum ſuum & cidarim ſeu ſigne capitis ſui provincialibus oſtenderet; de tero autem, etiamſi nec ſigillum nec cidari*

[a] Miſna tit. Sabbath. cap. 1. ubi videſis Gemar. Hieroſolymitan. fol. 3. b. col. 3. Obadiam Bartenorium, alios; praeter Sepher Juchaſin. fo 19, & 20. [b] Act. Apoſt. v. 34. [c] Ibid. cap. xxij. 3. [d] Miſna tit. Pirke Aboth cap. 5. [e] Gem Hieroſolymit. ad tit. Sabbath, cap. 1. fol. 3. col 3. [f] Gem. Babylon. ad tit. Sanhedrin cap. 1. fol. 11. a. videſis Syrum Act. ij. 22. Druſ. Praeterit. lib. 1. ad D. Matth. iij. 10. Eliam in בת Maimonid. in More Nebochim lib. 2. cap. 42. [g] 2 Maccab. xij 9. [h] D. Matth. xxiij. 4. [i] Gemar. Hieroſolym. ad tit. Beracoth cap. 1. fol. 3. col. 2. adde Sepher Juchaſin, fol. 19. a. [k] In verb. סמנטר quem & vide in פלמנטר. [l] Sed & vide Buxtorf. in Lexic. Talmudic. col. 1503.

oſtendeet

ostenderet, ei fidem adhibendam. Sic de propheta dicitur [a], *Et dederit tibi signum aut portentum. Caeterum qui nomine legis venerit, ei autoritas perpetuo prorogatur. Quod tamen intelligas oportet, postquam egressa est* (accepta) *filia vocis.* At vero *si antequam egressa est,* seu accepta, *filia vocis, oneret quis se gravioribus sive scholae Sammaeanae sive Hillelianae praescriptis, in eum quadrat illud* [b], *Stolidus in tenebris vadit. Etiam qui leviora quae sive haec sive illa schola indulsit, observat, improbus nominatur, nisi scilicet sive graviora sive leviora* (alterutrius scholae) *observet ex sententia fori. Itane? nisi sive graviora sive leviora observet ex sententia fori. Intellige hoc de sententia lata antequam egressa est filia vocis. Etenim postquam est egressa filia vocis, perpetuo sunt receptae sententiae Hillelianorum. Etiam quisquis in eas commiserit, morte plectendus;* ubi scilicet sententia est de lege aliqua capitali. *Traditur egressam illam vocem dixisse, tam Sammaeanorum quam Hillelianorum sententias fuisse* (velut) *verba Dei viventis, seu divina, at vero ab omnibus esse Hillelianorum recipienda. Ubinam vero egressa est,* seu accepta, *illa filia vocis,* seu oraculum coeleste? *Rabbi Baebi nomine Rabbi Jochanan ait in Jabne urbe vocis illam filiam egressam esse.* Scimus tradi filiae vocis oraculum aliis in urbibus, praeter eas ubi synedrium magnum sedes haberet, non semel auditum fuisse. Sed cum ad stabiliendas tantum quamplurimas antea controversas idque in rebus gravissimis sententias hanc egressam seu auditam in Jabne velint, & cum supremus sententiarum controversarum arbiter haberetur synedrium illud quod Jabnam se transtulerat, idque Rabbi Jochanan Ben Zacai principe, quem ipsum eundem fuisse, cujus nomine oraculum a Rabbi Baebi memoratur in jam allatis, non immerito sentias; aequum sane est, ut existimemus etiam oraculum hoc de Hillelianae scholae seu sectae praerogativa tempori illi tribuendum, quo Jabnae synedrium magnum suas, eodem principe, habebat sedes: id est, tempori quod urbis templique secundi sub Vespasiano excidium proxime sequitur. Nam e *Liskath hagazith* seu *lapideo conclavi* (quod templo adjunctum) se transtulit, aevo illo in turbido, synedrium in חנויות id est, in *tabernas,* haud multum a templo distantes ibique tunc constructas. Id factum est sub quadragesimum ante excidium annum, qui a Christi passione parum distat. Inde demum intervenientibus aliquot aliis migrationibus [c], in Jabnem translatum est. Migratio autem haec fiebat, principe Rabbi Jochanan [d] quem diximus. Is vero in principatum evectus [e] est, aetate provectissima, idque sub templi excidium. Sequitur igitur, si rationi huic locus, etiam & sub id tempus oraculum jam dictum acceptum esse, id est, sub annum a Christo nato septuagesimum. Quae cum ita sint, non minus sequitur ante acceptum hoc oraculum sopitas non fuisse sectarum harum controversias, adeoque neque hanc de repudii, quae prae manibus est, quod & infra manifestius reddetur. Interea tamen liquet & sectis utrisque & universis aliis ante oraculum illud receptissimum fuisse ob דבר ערוה seu *rem turpitudinis* aut ob ערוה בדבר *turpitudinem in re,* non solum permissa fuisse repudia, verum etiam a foro, ubi res postulabat, rite potuisse cogi. Nimirum de fori potestate & coactis ob turpitudinem aliquam interdum divortiis (de quibus supra dictum est) sectae hae illustres non dissentiebant. Nam dum *extra rem turpitudinis* seu *ipsam turpitudinem* negabant permittendum divortium Sammaeani, ob causam interim ejusmodi etiam cum Hillelianis affirmabant, reluctante nemine. At Hilleliani hic maritis indulgentiores non solum *ob turpitudinem* sed etiam ob rem seu causam quamcunque aliam, id est, sive ob ערוה seu *turpitudinem* sive ob דבר seu *rem causamve* aut *rationem* qualemcunque permitti volebant. Id quod nolebant Sammaeani. Hillelianis astipulatur Fl. Josephus [f] Judaeus, qui tempore quo de agimus ipso floruit, ubi ait, Γυναικὸς τῆς συνοικούσης βουλόμενος διαζευχθῆναι καθ᾽ ἃς δηποτοῦν αἰτίας, πολλὰς δ᾽ ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦται γίνοιντο, &c. *Qui a conjuge quibuscunque de causis, quales multae sunt inter homines, disjungi vult,* &c. Etiam & ipse de se Josephus, virginem Caesariensem ait [g] quam duxerat non diu apud se mansisse, sed soluto matrimonio, aliam se Alexandriae duxisse. Postea item de hac inquit, Τὴν γυναῖκα μὴ ἀρεσκόμενος τοῖς ἤθεσι ἀπεπεμψάμην τριῶν παίδων γενομένην μητέρα, *Uxorem, offensus ejus moribus, dimisi cum mater esset trium liberorum.* Adeoque de divortio ut sibi omnino ac tribulibus suis libero tunc habito palam loquitur. Philo etiam Judaeus [h] legem divortii sacram recolens Ἐὰν δ᾽, inquit, ἀνδρὸς ἀπαλλαγεῖσα γυνὴ καθ᾽ ἣν ἂν τύχῃ πρόφασιν, &c. *Si vero uxor a viro quamcunque ob causam repudiata,* &c. Quantum autem pollerent etiam Hilleliani eo in aevo ex hoc satis dignosci potest, quod synedrii magni principatum, ad Hillelis posteros jure sane haereditario transmissum velint magistri; qua de re nos plura alibi. Sententia tertia non est reperta praeter illam Rabbi Aquibae e Misna superius adductam. Ea autem ab Hilleliana non differt, nisi quod divortiis paulo fuerit indulgentior. Adeo ut dubitandum non sit, praeter tres hasce, quarum binae fere in unicam recidunt, aliam non fuisse sive in scholis sive in foro reipublicae illius sententiam de divortiis; nisi forte putes tam illustres scholas de re tam gravi (ut de aliis acriter controversis) tamdiu disputasse, nec interea alterutram sive aliam aut vetustiorem aut recentiorem sententiam (quam fingere quidem facile est; sed nullibi comperire quimus) sive ejusce rationem obtendisse, nec posteros, id est, scriptores, qui supersunt, Talmudicos ejusdem mentionem aliquam fecisse. Quod sane absonum nimis est. Firmantur etiam haec ab ipsa, uti a Talmudicis traditur, sectarum de divortiis disputatione, quae in hujusmodi compendium in Gemara Babylonia ad supra [i] citatam de utriusque

[a] Deut. xiij. 1. [b] Ecclesiastes ij. 14. [c] Gemar. Babylon. ad tit. Rosh hashena, cap. 4. fol. 31 a. [d] Ibidem. [e] Sepher Juchasin, fol. 20 b. [f] Archaeolog. 4. cap. 8. [g] In Vita sua. [h] In lib. de Special. Legib. ad Praec. 6. & 7. [i] Cap. 16.

ſententia Miſnam redigitur [a]. תניא אמרו בית הלל לבית שמאי והלא כבר נאמר דבר אמרו להם ב"ש והלא כבר נאמר ערות אמרו להם ב"ה אם נאמר ערות ולא נאמר דבר הייתי אומר משום ערוה תצא משום דבר לא תצא לכך נאמר דבר ואלו נאמר דבר ולא נאמר ערוה הייתי אומר משום דבר שנשא לאחר ומשום ערוה לאתנשא לאחר לכך נאמר ערוה וב"ש האי דבר מאי עבדי ליה נאמר כאן דבר ונאמר להלן דבר על פי שנים עדים או על פי שלשה עדים יקום דבר מה להלן בשני עדים אף כאן בשני עדים וב"ה מי כתיב ערוה בדבר וב"ש מיכתיב או ערוה או דבר ובית הלל להכי כתיב ערות דבר דמשמע הכי ומשמע הכי, *Traditur ad hunc modum diſputaſſe Hillelianos & Sammaeanos.* Hilleliani; *Nonne diſerte in lege nominatur* דבר (id eſt) *res, ratio, cauſa, verbum.* Sammaeani; *Nonne etiam diſerte nominatur* ערות *turpitudo* (in regimine; adeo ut *turpitudo rei*, rationis, cauſae, verbi, ſeu ipſa turpitudo ſimul deſignetur) Hilleliani; *Si in lege turpitudinis ſine adjectione rei, cauſae, &c. ſola mentio fuiſſet, non male dixerat forte aliquis ob turpitudinem uxorem poſſe ejici, ſed non ob rem ſeu cauſam* (aliquam aliam) *unde fiebat, ut etiam* דבר ſeu *res*, &c. *adjiceretur. Et ſi* τῷ דבר id eſt, *rei ſeu cauſae*, &c. *duntaxat mentio facta fuiſſet, non vero turpitudinis, abſurdum non fuiſſet dicere repudiatae ob rem ſeu cauſam aliquam* (aliam) *& jam alteri nubere fas fuiſſe, non item repudiatae ob turpitudinem. Ideo interſeritur etiam ipſa turpitudo.* Sammaeani; *At obſervanda eſt vis vocabuli* דבר ſeu *rei*, &c. *ut alibi ita hic. Alibi legitur* [b]; *In ore duorum teſtium aut in ore trium teſtium firmabitur* דבר ſeu *res* qualiſcunque. *Ut res* ſeu דבר *ibi ad binos teſtes attinet, ita etiam in lege de repudiis ad binos teſtes attinet* (ita nimirum ut ejuſmodi ſit turpitudo, ejuſmodi res, ut ejuſce non ſine binis teſtibus uxor rea peragatur) Hilleliani; *An vero ſcriptum eſt, turpitudinem in re?* Sammaeani; *An vero ſcriptum eſt, aut turpitudinem, aut rem?* Hilleliani; *Ideo ſcriptum eſt, turpitudinem rei, ut non ſolum turpitudo in re, ſed etiam ſive turpitudo ſive res* ſeu *cauſa qualiſcunque intelligatur.* Subjuncta eſt hiſce τῷ Rabbi Aquibae ſententia, quam etiam ſupra [c] exhibemus.

CAP. XXI.

Triplicis de divortiorum cauſis ſententiae recenſio. Monita ac conſilia magiſtrorum de primae uxoris ſeu uxoris adoleſcentiae hic praerogativa; aliis item ad divortia ſpectantibus. Mahumedani Ebraeorum hic fere ſequaces. Alcoranus & Avicenna ea de re explicati.

Turpitudinis igitur vocabulum, ſeu τὸ ערוה, in utriuſque ſectae tam Hillelianae quam Sammaeanae, juxta ea quae jam ſunt oſtenſa, ſententiis, diffuſiori ſignificatione multum diſcrepat ab ea turpitudinis notione qua inceſtus, adulterium, ac cum uxore immunda coitus in Levitic[o] deſignatur; qua de re alibi [d] egimus. Ita ſcilicet diſcrepat, ut non modo graviora illa (ut vulgo) ſed alia etiam leviuſcula quae omnino turpia eſſent, hic nomine illo velint denotari; ſeu u[t] Obadiae Bartenorii verba [e] ſunt ...אר דבר סרחון שאינו ערוה, *Reliqua, quae etiam turpia cum ſint peculiari nomine* ערוה ſeu *turpitudinis* illius ne[f]andae proprie *non veniunt.* De Hillelianis re[s] eſt manifeſtiſſima. Non modo ſi palam incederet uxor non velata, ſeu brachiis retectis, au[t] quid aliud committeret ſive in Moſaica ſive i[n] Judaica ita ſignantius dicta conjugalia inſtitut[a] (de quibus ſupra) ſed etiam ſi quid omnino ſi[ve] domi ſive foris faceret, quod viro diſpliceret, rit[e] potuiſſe dimitti volebant hi. Ob haec, nomin[e] *rei, cauſae*, &c. id eſt, דבר quod legis eſt vocabulum; ob illa, nomine ערוה ſeu *turpitudinis* quod itidem in lege τῷ דבר conjunctum eſ[t]. Nam ſacrum intelligebant hi ſermonem perind[e] ac ſi ſcriptum fuiſſet כי מצא בה או ערוה או דבר *Quoniam invenerit ille in ea ſive turpitudinem ſive rem* ſeu *cauſam qualemcunque*, perinde ac disjunctive vertiſſent Graeci ἢ ἀσχημόν τι ἢ πρᾶγμα. At vero niſi in re ſeu cauſa turpitudo al[i]qua ineſſet, repudium rite fieri nolebant Sammaeani, quibus ערות דבר *turpitudo rei* in ſacr[o] ſermone ſive pro דבר ערוה *re turpitudinis* a[ut] *turpi* ſive pro ערוה בדבר *turpitudine in re* ſ[u]mebatur, atque etiam pro ערוה *turpitudine* ſolummodo, ea quam diximus diffuſiori notion[e]. Unde eſt quod in exemplaribus Miſnae nonnullis pro eo quod ſupra [f] inde legitur Sammaeanos noluiſſe divortia permitti, niſi ubi invenerit maritus *rem turpitudinis* ſeu דבר ערוה habetur duntaxat אם כי מצא בה ערוה, *Niſi invenerit i[n] ea turpitudinem.* Ita ſane in Miſna Talmudi[s] Hieroſolymitani, quam nec corruptam eſſe ideo puto, quia ad hunc modum in Gemara [g] ejuſdem iteratur explicaturque; הא תני ב"ש אומרים [א]ין לי אלא היוצא משום ערוה בלבד ומניין היוצאה ראשה פרוע צדדיה פרומין וזרועותיה חלוצות ת"ל כי מצא בה ערוה דבר, *At traditur Sammaeanos noluiſſe uxorem repudiari, niſi tantummodo o[b] turpitudinem, veluti ſi egrederetur capite aperto, diſciſſis ad latera veſtibus, aut brachiis retectis; ſcilicet ejuſmodi ſenſus eis habetur ſacri ſermonis, quoniam invenerit in ea turpitudinem rei.* Certe & obſervandum eſt in lege militar[i] de caſtrorum munditie, quae in capite Deuteronomii, quod legem de divortiis proxime antecedit, habetur, etiam τὸ ערות דבר (nec alibi in Sacris Literis) occurrere, ibique planiſſime *rem* generatim *aliquam turpem* denotare, neque aliter ab Onkelo paraphraſte aut Arabibus verti quam in lege de divortiis. A Pſeudo-Uzielide transfertur per קלנא דמדעם *turpitudinem* ſeu *ignominiam rei* cujuſcunque, & ab Helleniſtis per ἀσχημοσύνην πράγματος, quod idem ſignificat; quibus & conſonum eſt Judaeorum illud Hiſpanienſium *verguença de coſa.* Explicatur ab Aben Ezra per ערוה במעשה או דבור, *Turpitudinem ſive in facto ſive in verbo.* Divortiis demum

[a] Ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 90. a.
[b] Deuter. xix. 15.
[c] Ad Miſn. tit. Gittin, cap. 9. ſub extremum.
[f] Cap. 18.
[e] Cap. 18.
[d] Lib. 5. de Jure Naturali & Gent. cap. 1
[g] Gemar. Hieroſolymit. ad tit. Gittin, fol. 50. col. 4. hal. 11

indul

ndulgentior quam Hilleliani Rabbi Aquiba tam verba illa, *Si gratiam in oculis ejus ea non invenerit*, quam *ſi ille invenerit rem turpem* aut *turpitudinem in ea* divortii cauſas ſatis legitimas eſſe voluit, adeoque pro viri libitu quamlibet repudiari potuiſſe. Et ſane tam hanc Rabbi Aquibae quam illam Hillelianorum, quae Aquibae eſt perquam affinis, amplexati ſunt Ebraei, qui non ſolum ob cauſam ſeu rem quamcunque turpitudinis ſeu turpem, ſed etiam pro maritorum libitu, matrimonia ſolvi quiviſſe poſtmodum ſaltem ſi non ante docere conſueverunt. Unde & Leo [a] Mutinenſis, archiſynagogus Venetus; *Non ſolo per occaſion di mal fare, ma per ogni cagion di diſguſto puo in rigore, il marito repudiar la moglie.* Ita tamen ut conſiliis aliquot iiſque vetuſtis ipſique oraculo quo ſtabilita eſt inter alias etiam & haec Hillelianorum ſententia, ſive coaevis ſive proximantibus, licentiam illam temperarent magiſtri, eamque ſcholae monitis tametſi non fori deciſionibus haud parum minuerent. In conſiliis ac monitis ejuſmodi habetur, ne quis ducat uxorem aut maritali amplexu ducam illiciat, אם לבו לגרשה, *Si [b] animus ei fuerit eam repudiandi.* In eam qui ita fecerit dictum etiam volunt illud Salomonis, *Ne molia-ris [c] amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.* Item, ne uxorem quam primam quis duxerit, abſque turpitudine aliqua ſeu re cauſave turpi, quam intelligunt per verba illa ערות דבר *turpitudinem rei* repudiet. Unde illud Rabbi Eliaezeris [d], כל המגרש אשתו ראשונה אפילו מזבח מוריד עליו דמעור, *Quiſquis repudiaverit* (temere) *uxorem ſuam primam, etiam altare lachrymas ob eum effundit.* Ratio elicitur ex eo quod habet propheta de uxore adoleſcentiae, ubi dicitur [e] altare eſſe lachrymis, fletu, ac ſingultu opertum, nec oblationes jam placare. *Et dixiſtis propter quid? eo quod Dominus teſtificatus eſt inter te, & inter uxorem adoleſcentiae tuae, quam tu deſeruiſti* (ſcilicet in Ebraeo eſt בגדו ἐγκατέλιπες ſeu *reliquiſti*, quod in Vulgata eſt *deſpexiſti*) *cum ipſa ſit ſocia tua & uxor foederis tui.* Et paulo poſt, *Uxorem adoleſcentiae tuae non deſeres.* Et verba quae ſequuntur, *ſi odio habueris eam dimitte*, ad primam quidem uxorem ſeu uxorem adoleſcentiae ibi pertinere volunt, ita ſcilicet ut intelligatur perinde ac ſi poſtquam monuerat propheta de injuriis, quibus uxor adoleſcentiae, alia ſive unica ſive pluribus, ſuperinductis immerito affecta eſt, demum adjeciſſet, melius [f] fuiſſe eam, ſi odio ita haberet, libello repudiare quam afflictam inviſamque retinere. At dum ipſa verba in conſilium de repudiis adhibentur, malle videntur de prima uxore aut de primo conjugio non accipi, ſed de ſecundo tantum. Gemara Babylonia [g], כי שנא שלח ר׳ יהודה אומר אם שנאתה שלח ר׳ יוחנ אומר שנאוי המשלח ולא פליגי הא בזוג ראשון הא בזוג שנ, *Si odio habueris, dimitte. Uxorem igitur odio habitam dimittendam exiſtimavit Rabbi Jehuda. At Rabbi Jochanan; etiam odioſus eſt*, inquit, *qui ita dimitteret. Nec tamen inter hoſce diſſenſus erat. Nam alter de conjugio primo, alter de ſecundo eſt loquutus.* Alia de uxore adoleſcentiae, quam primam vocant, hic afferunt ex Sacris [h] Literis. Et Rabbi Samuel Bar Nachman [i], לכל יש תמורה חוץ מאשת נעורים *Quaelibet res pretio aeſtimari poteſt, excepta uxore adoleſcentiae*, ſeu *prima.* Quin de primo item conjugio ſomnium illud Rabbi Jehudae [k] intelligunt; quadraginta diebus ante formationem foetus in utero, filiam vocis ſeu oraculum coeleſte denuntiare ſolere, cuinam foetus poſtmodum matrimonio jungendus; quod forſan (ut alia ejuſmodi in eorum commentariis) non tam ridicule quam pro more gentis hyperbolice ſeu quod ipſi aiunt בלשון הבאי quod idem ſonat, dictum fuiſſe eſt ſentiendum; ut nimirum ſignantius innueretur tum primam uxorem Numini inprimis accepto ferendam, tum ejuſdem, ſine cauſa graviori, divortium ei neutiquam placere. Secundae autem uxoris ſeu alius a prima imo repudiatae in uxorem ductae (nam ejuſmodi uxorem inprimis hic non cenſent) etiam odii aut nudae diſplicentiae cauſa repudium raro diſſuadent; quod tamen interdum aliqui faciunt, ut ſtatim liquebit. Ipſa etiam de repudiata verba legis obſervant [l], *Et ſi vir ille alius coeperit eam habere odio, ſcribat & ipſe libellum repudii*, &c. Quin in conſiliis quae diximus monitiſque de repudiata adjicitur, שאשה שנתגרשה משום פריצות אין ראוי לאדם כשר שישאנה שלא יאמרו זה הוציא רשע מביתו וזה מכניסה, *Uxorem ob impudicos mores repudiatam indignam eſſe quae a viro aliquo bono duceretur, ne ſequatur dicterium, alterum e domo ſua improbitatem ejeciſſe, alterum ſibi induxiſſe.* Et ſunt qui omnimodum diſſuadent repudium maxime diſplicentiae cauſa ſeu eo quod moleſtior fuerit uxor. Legitur inter ſententias morales Ben Sirae [m] (quem vetuſtiſſimum habent Ebraei) גרמא דנפיל בחולקך גרדיה, *Os quod forte tibi contigit rodito*; id quod idem ferme eſt cum eo quod aiunt Latini ac Graeci *Spartam quam nactus es orna.* In ſententias illas Ebraicus habetur commentarius ante annos fere centum e monimentis Ebraeorum a Paulo Fagio editus, in quo hoc a Ben Sira dictum ad matrimonium & repudium omnino trahitur. Suadet primo commentarius ille uxorem ducendam parentibus inprimis honeſtis iiſque ex Iſraelitico ſeu nobili genere. Quam ſi nanciſci nequit, etiam & libertinam ſeu generis libertini foeminam ſumat. Tum ſubjungitur; לפי שהוא במזלו אף על פי שהיא קשה לו יותר מאיזבל לאחאב ואשתו של קרח שאבדו את בעליהן ואם לא יגרש אותה יפה עשה לפי שבשבילה אין מכניסין אותו לדין שהרי שנינו ארבע אין נכנסין לדין ואלו הן דקדוקי עניות וחולי מעים והרשות ומי שיש לו אשה רעה ואינו מגרשה ואם גרש לא עשה יפה שאין שעה משחקת לו אחריה ולא עוד אלא שהעולם מחשיך לו בשהוא מגרשה והייני דאמר בן סירא גרמא דנפיל בחולקך בין טבא או ביש גרדיה, *Quoniam ita fata ordinarunt, tametſi fuerit ei moleſtior quam Jeza-*

[a] Hiſt. de gli riti Hebraici part. 4. cap. 6. [b] Gemar. Babylon. ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 90. a. [c] Proverb. iij. 29. [d] Gemar. Babylon. ad tit Sanhedrin, cap. 2. fol. 22. a. [e] Malach. ij. 13. & 15. [f] Sal. Jarch. ad dict. Malach. locum. [g] Ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 90. b. [h] Iſaiae cap. liv. 6. Proverb. cap. v. 18. [i] Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin, cap. 2. fol. 22. a. [k] Ibidem. [l] Loc. citat. Maimonid. halach. Giruſhin, cap. 10. Peſiktha Zotertha fol. 82. col. 3. [m] Sent. 3.

bel

bel fuit Achabo aut uxor Corae, quae perdiderunt maritos suos. Et si non repudiaverit eam, bene agit; quia propter eam non deducunt eum in judicium. Sic etenim legimus. Quatuor sunt hominum genera quae non deducuntur in judicium; scilicet qui extrema laborant paupertate, qui patiuntur colicam passionem, qui magistratu funguntur, & cui est uxor mala quam non repudiat. Nimirum si repudiaverit, non bene facit, quoniam nec hora unica ei postmodum hilaritatis, sed perpetua angetur tristitia, ideo quod repudiaverit eam. Atque hoc est quod dixit Ben Sira; Os quod cecidit in sortem tuam, sive malum sive bonum fuerit, rode. Hactenus commentarius ille, qui pii rhetoris non jurisconsulti Ebraici partes hic agit. Quemadmodum vero Judaeorum synagoga ita & Mahumedanorum turba Hillelianae scholae seu potius τῆς Rabbi Aquibae sententiae hac in re est sequax. Non semel in Alcorano permittitur, pro maritorum libitu, divortium, nec tamen sine consilio uxoris retinendae, quemadmodum apud Ebraeos. Verba sunt [a]; فان كرهتموهن فعسى ان تكرهوا شيا ويجعل الله فيه خيرا كثيرا وان اردتم استبدال زوج مكان زوج واتيتم احديهن قنطارا فلا تاخذوا منه شيا *Et si displicuerint vobis uxores vestrae, nihilominus forsan Deus etiam in eo quod displicet bonum collocabit amplum. Quod si volueritis uxorem vobis loco uxoris subrogari* (id est dimissa e numero uxorum permisso aliqua aliam ducere) *ne hilo quidem rerum suarum defraudetur, sed res suas sibi habeat integras.* Dotem scilicet ejusve, pro juris varietate, partem praestitutam. Retinensis ibi; *Sed licet mutandae, unum quintare,* seu *quantumlibet daretur, nihil inde resumere licet.* Ubi *quintare* factum est ex Arabico قنطار *quintar.* Atque ea in re discrimen traditur inter repudiatas ante coitum & post dimissas. Alias ejusmodi, plerumque ut Ebraeorum simiae, interdum ab eorum placitis omnino recedentes, habent leges conjugales atque de divortio tum in Alcorano [b] tum in juris Mahumedici compendiis obvias. Quin & observandum est quod de Mahumedanorum divortiis legitur apud Avicennam, qui ipse Mahumedis sectator ac summus philosophus ad hunc modum tum de eorum ratione ac jure disputat tum consilium de eis interserit [c]. *Consuetudo non fit nisi diutina familiaritate; haec autem firmius dicitur esse ex parte mulieris, ne habeat potestatem discedendi a viro quando voluerit. Ipsa enim est facilis ad irascendum & concupiscendum; unde oportet ut liceat viro aliquando dimittere uxorem. Alioquin multa damna provenient. Poterunt enim talis naturae esse conjuges, ut quo magis cogantur simul manere, magis odi[ant] se, & proveniat inde maximum malum. [Al]quando enim erit aliquid inter eos quod abh[or]reat natura: & haec compellet eos quaerere [a]lia conjugia, quoniam voluptas naturalis [...]. Aliquando vero conjuges erunt tales, quod n[on] adjuvant se ad generandum; sed si conjung[an]tur aliis, generabunt. Unde oportet ut inter[ve]niat ibi separatio. Sed oportet ut hoc diffic[ile] permittatur; ut qui eorum duorum fuerit st[ul]tioris sensus & magis perversus, non habeat ha[nc] potestatem. Relinquatur autem arbitrio judi[ci]s quousque cognoscatur causa discordiae, & t[unc] separentur ad haec, ut vir persolvat aliquid m[u]lieri, & praeter haec, quod melius est, rel[in]quere paci locum; & ut difficilius sit ei ipsam [re]vocare quam dimittere; unde praeceptum est [in] lege sic, ut postquam dimissa fuerit, non possit [re]vocari nisi prius alii nupserit. Quod cum sc[ie]rit vir, fiet ei difficile uxorem dimittere nisi f[ue]rit vilis homo, qui parvipendit verecundi[am] propter delectationem aliquam. Sed nos non [lo]ramus de hujusmodi hominibus. Justum aut[em] est ut mulier custodiatur. Est enim parvi s[en]sus & deceptibilis & magnae voluptatis, ex [e]jus communione provenit ignominia & verec[un]dia maxima. Ex communione vero viri n[on] provenit ignominia sed invidia. Et ideo deb[ent] custodiri portae & cortinae.* Hactenus Avicen[na]. Quod de causis divortii & judicis arbitrio scrib[it] consilium, puto, est. Nam pro maritorum li[bi]tu, ex lege Mahumedica, uti ex Ebraica, div[or]tia fiunt. At vero quod habet de dimissa ux[o]re non revocanda seu denuo ducenda nisi alt[eri] prius nupserit, idque ex lege, id est, ex Alco[ra]no, quae sectae ejus lex est; ibi [e] ita legitu[r]; الطلاق مرتان فامساك بمعروف او تسريح باحسان *Ejus quae duabus ejicitur vicibus r[e]ceptio ut dimissio pariter legitima.* Et paulo p[ost] [ف]ان طلقها فلا تحل له من بعد حتى تنكح [ز]وجا غيره وان طلقها فلا جناح عليهما ان يتراجعا Quae verbatim fere sonant; *Sed si r[e]pudiaverit eam, rursus ei permissa ea non er[it] antequam viro nupserit alteri. Et si hic rep[u]diaverit eam, eorum conjugum priorum neutri [i]llicitum est denuo conjungi.* Posteriora hic ve[r]ba, ut Avicennae sic aliis [f] sumuntur, perin[de] ac si de uxore simpliciter dicerentur omnimod[e]. Sed multo aliter a jurisconsultis Mahumedan[is] intelliguntur; quod optime dignoscitur e par[a]phrasi seu exegesi illa egregia Mahumedis Be[n] Achmed. Ille, explicationibus interpositis, a[d] hunc modum locum totum (qui & ante & po[ste]res habet uxorias & quae ad divortia spectan[t]) exhibet; [ف]ان طلقها الزوج بعد الثنتين فلا

[a] Alcoran. Azoar. 4. in Arab. 8. in Latino. [b] Azoar. 2. 33. & 65. in Arab. 343. & 75. in Lat. [c] Tract. 10. Me[ta]physic. cap. 4. [d] Revocare. [e] Azoar. 2. in Arab. 4. in Lat. codice. [f] Disp. apud Vincent. in speculo hist. l. [...] 24. cap. de Circumcisione. Videsis Dionys. Carthus. in sect. Machomet, lib. 1. a. t. 14. & tract. de Haeres. Heraclii & principatu ac l[...] Machomet, cap de Circumcisione.

تحل

تحلّ له مي بعد الطلقه الثلثة حتي تنكـ

زوجًا غيره ويطاها فان طلّقها الزوج الثا

فلا جناح عليهما ايّ الزوجة والزوج الا

t si eam dimiserit maritus saepius quam bis, est, *tertio, non permissa erit ei post,* scilicet, *st divortium tertium, usque dum acceperit con-gem alterum qui & cum ipsa concubuerit. Sed dimiserit eam maritus secundus, licite conju-um redintegratur cum marito priori.* Ita verba

a ان طلّقها *si dimiserit eam,* sumenda sunt

: tertiata, post vices binas, de quibus ante verba int, ejectione. Quod igitur habet Avicenna de cundis post divortium nuptiis ad divortium ter-um ita pertinet, nec ad primum omnino aut cundum. Etiam & juxta paraphrasin hanc Al-oranum hic vertebat Robertus Retinensis [a]. *Se-ndo* inquit, *derelictae nubant* (maritis prioribus) *tius quam caeteris. Tertio vero spretae ne-iaquam, usquequo maritis aliis nupserint & ab is relictae fuerint.* Et rarum non est Reti-ensem e commentariis qui sunt in Alcoranum numerosissimi, versionem suam augere. Alii [b] niliter legem eorum de divortiis ita esse intelli-ndam docent. Generatim autem Antonius Geu-eus [c] de Turcis, *Si alterutri conjugum matri-onium displiceat, ipsis libertas separationis re-cta est, & integrum cuique ad alterius matri-onium transire. Divortium autem apud illos fa-unt improbi mores vel infoecunditas. Cognoscit istis rebus judex ipsorum.* Nec vero praeter-ndum est hic quod apud Retinensem legitur [d], *Mulieres a maritis relictae, nemini nisi prius qua-or peractis mensibus nubant, quas maritis vo-utibus renubere bonum est. Sin autem, Deus au-t & videt. Non nubant etiam aliquae relictae si prius emundatis tribus menstruis* (ubi codex eus MS. qui pervetustus est & Retinensi fatis aevus & pars olim erat bibliothecae coenobii Sanctedmundiani in agro Suffolciensi; *Nisi prius bus diebus emundatae menstruis.*) *Vulvae con-otus nullatenus* (*Deum timete* MS. ille codex *a Domini timente*) *negetur maritis etiamsi placue-t. Ipsi namque praesunt mulieribus. Secundo de-lictae,* &c. ut hic supra. Arabica autem sunt,

الذين يولون من نسايهم تربّص اربـ

اشهار فان فاوا فانّ الله غفور رحيم وان عزموا

الطلاق فان الله سميع عليم والمطلّقا

يتربّصن بانفسهنّ ثلثه قرو ولا يحلّ لهـ

ان يكتمن ما خلق الله في ارحامهنّ ا

كن يومنّ بالله واليوم الاخر وبعولتهن احـ

يردهنّ في ذلك ان ارادوا اصلاحًا ولهنّ

مثل الذي لهم عليهن بالمعروف وللرّجال

عليهنّ درجة والله عزيز حكيم

Qui jurant se non congressuros cum uxoribus suis, expectatio fiat quatuor mensium reconcilia-tionis. Nam Deus condonabit & est miseri-cors. Et si repudium voluerint, Deus audit & scit, id est, *permittit. Repudiatae autem ex-pectabunt tres menses. Neque eis licitum est, ut abscondant quod creavit aut fecit Deus in uteris suis, si in Deum credant & diem extre-mum judicii. Et maritos earum eam ob cau-sam potius recipere eas decebit, si bene facere voluerint. Et quod assignatum eis est, id eis cedat. Viris autem super illas gradus est seu dignitas. Et Deus fortis est & sapiens.* Dein sequitur quod supra habetur de altera vice repu-diata. Adde item quae habet Mahumedes [e] ipse alibi de uxorum suarum divortiis. Sed de his hactenus.

CAP. XXII.

Juris juxta Ebraeos, naturalis ac Paga-norum veterum, de divortiis, recapi-tulatio. De eorum usu apud priscos orientis. CL. Ptolemaei in Tetrabiblo locus de conjugiis & divortiis ab inter-pretibus male habitus obiter explicatur. De locis in evangelistis occurrentibus de divortiis, quatenus lucem forsan ex jam ostensis accipiant, mutuoque dent.

QUAE ex priscis Ebraeorum commentariis hactenus de divortiis dicta sunt, & lucem opinor dant egregiam locis aliquot Evangelii quae ad eorum jus attinent, & mutuo etiam inde ali-quam accipiunt. Recolendum vero hic inpri-mis est id quod de Noachidarum seu humani generis, ante legem Mosaicam datam, universi, uti & post eam datam, praeter Judaeos itidem universi, divortiis definiunt Ebraeorum juriscon-sulti theologique; quod alibi fusius olim [f] osten-dimus; scilicet, sine libello ullo aliove symbolo interveniente licuisse pariter conjugum alterutri discedere adeoque matrimonium ac vitae societa-tem ante contractam plane dissolvere שניהן מגרשין זה את זה, *Alteruter conjugum pro libitu alterum dimittit,* ut verba sunt Talmudicorum [g]. Quale jus Graecis ac Romanis veteribus fuisse nemo nescit, utcunque pro seculorum & locorum va-rietate subinde aliquanto in circumstantiis diver-sum. Nimirum matrimonii jus idem ipsum esse volebant, quod in jure Caesareo est societatis cu-juscunque, quae sociorum alterutro renuntiante [h] solvitur. Et ad liberrimum illum divortii usum

[a] Azoar. 2. alias 3. [b] Richardus Monachus confut. Alcorani cap. 8. & videsis Euthymii Zygab. Panopliam §. 18. [c] De ...c. religione & ceremoniis lib. 2. [d] Azoar. 2. alias 3. [e] Azoar. Arab. 65. Lat. 75. [f] Lib. 5. de Jure Nat. ...Gent. cap. 7. [g] Gemar. Hierosolymit. ad tit. Kidoschin, cap. 1. fol. 58. col. 3. Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin, cap. 7. fol. ...b. Maimonid. halach. Melakim, cap. 9. [h] Instit. tit. de Societate.

ac jus receptum apud vetustissimos Paganos etiam in oriente spectat Claudii Ptolemaei locus ille e Chaldaeorum AEgyptiorumque monimentis astrologicis haustus, ubi de conjugibus ac eorum διαλύσεσι seu *divortiis* verba faciens [a], διαμένουσιν, inquit, ὡς ἐπίπαν αἱ συμβιώσεις, ὅταν ἀμφοτέρων τῶν γενέσεων τὰ φῶτα συσχηματιζόμενα τύχῃ συμφώνως· τουτέστιν ὅταν ἢ τρίγωνα ἀλλήλοις ἢ ἑξάγωνα καὶ μάλιστ' ὅταν ἐναλλὰξ τοῦτο συμβαίνει, πολὺ δὲ πλέον ἐὰν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ☽ τῷ τῆς γυναικὸς ☉. Διαλύονται δὲ ἐκ τῶν τυχόντων καὶ ἀπαλλοτριοῦνται τέλεον, ὅταν αἱ προειρημέναι τῶν φώτων στάσεις ἢ ἐν ἀσυνδέτοις ζωδίοις τύχωσι ἢ ἐν ☍ ἢ ἐν □. *Omnino constantes permanebunt conjugum convictus* (seu *conjugium nunquam dissolvetur*; ut Latina versio AEgidii de Tebaldis, quae ex Hispanica veteri ex Arabicis facta nata est; non ex ipsis Arabicis ut vulgo sumitur) *quando in utriusque eorum genitura luminaria contigerit configurata esse concorditer: hoc est, quando inter se ipsa triquetra aut sextili radiatione se respexerint, & maxime cum vice versa* aut *juxta commutationem* seu *commutate hoc evenerit* (id est, ut alterius sol lunam alterius, aut hujus luna illius solem sic respexerit. Vetus versio barbara, *si hoc acciderit cum cambiamento.* Antonius Gogava, cujus posteriorum binorum librorum versionem sequitur Hieronymus Cardanus, *quando mutua huc receptio accesserit*, pro Graecis scilicet illis ὅταν ἐναλλὰξ τοῦτο συμβαίνῃ, quorum vicem obtinet apud Proclum paraphrasten ὅτε κατ' ἐναλλαγὴν ἐστὶν ἡ συμφωνία, & in AEgidii de Tebaldis versione *cum hoc fuerit ex tabdil*, retenta scilicet quam in Hispanicis, unde Latina sua fecit, repererat voce Arabica تبديل *tabdil*, quae ipsa *commutatio* est seu ἐναλλαγὴ, sed ita ut diximus juxta astrologos intelligenda, quod palam scimus tum ex anonymi veteris Graeci [b] tum ex Haly Eben Rodan in Ptolemaeum commentariis) *multoque magis cum viri luna sic uxoris solem respexerit* (ubi Gogava pessime, *multo magis quando quae viro luna est foeminae sol fuerit*, quod & sequitur Cardanus, mentem Ptolemaei, a Gogava saepe deceptus, minime assequens; quasi legisset ὅταν ἡ ἀνδρὸς ☽ ὁ τῆς γυναικὸς ☉. Nam sensus est, ὅτ' ἂν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ☽ πρὸς τὸν τῆς γυναικὸς ☉ συμφωνῇ, ut in Procli paraphrasi, seu *quando mariti luna cum uxoris sole concordat*, configurationibus scilicet ac radiationibus jam dictis) *dissolvuntur vero levi occasione* (seu *facile*; seu ut Latina, Hispanicis intermediis, ex Arabicis, *qualibet occasione* atque ἐκ τυχόντων αἰτιαμάτων *ex causis obviis* ac *leviculis*, ut Proclus) *atque invicem abalienantur omnino, cum praedictae luminarium stationes vel in signis inconjunctis acciderint vel sint ex diametro vel quadrato.* De tralatitio apud veteres vinculi quod vocant matrimonii solutionis adeoque divortii liberrimi jure usuque, idque maxime apud eos unde astrorum ars qualiscunque illa, sed vetustissima interim, judiciaria in posteros manavit, id est, orientis populos verba hic fieri, palam est. Ab eisdem didicit itidem Julius Firmicus [c] illud, *Venus si in domo vel di[...]no & fuerit inventa, &c. proprias abdicab[...]it uxores vel crudeliter necabunt*, atque alii par[...]er similia. Novatum autem Judaeis divortio[...]m jus fuisse aiunt Ebraei, Lege Sacra illa in De[...]e-ronomio [d] de libello repudii, indeque suis fu[...]sse illud singulare. Ante legem illam nullam om[...]i-no necessariam accessisse causam aut circumst[...]n-tiam divortii, praeter simplicem alterutrius a[...]i-tratum, quo solo contractus ante initus solveba[...]r. Post vero, nisi observatis quae lege ita prae[...]i-buntur inter suos divortia fuisse illegitima, [...]e-que uxoribus omnino permissa ut ante, sed [...]n-tum maritis. Expressim etiam Josephus [e], ut [...]u-pra [f], libellum repudii a Salome Costobaro [...]a-tum fuisse ait, οὐ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους νόμους, *Pra[...]er legitima Judaeorum instituta.* Nempe Le[...]m Sacram, qua expressim haud negatur uxoribu[...]li-bere divertendi potestas, ita sunt interpretati [...]ut dum maritis modus singularis diserte in ea p[...]e-scribitur, uxoribus suis interim tacite denegari [...]i-nuive censerent jus quicquid illud fuerit pr[...]i-num seu Noachidarum permissivum de ea[...]m divertendi arbitrio. Sed ea de re vide etiam [...] ae occurrunt supra capite decimo nono, quibus [...]d-de quae habentur sub capitis decimi septimi [...]l-cem alibique de actione forensi uxori sub[...]de competenti, qua maritum eam dimittere cog[...]a-tur. Sic enim foro intermedio, quod mari[...]m libellum dare cogebat, etiam uxor eum quasi [...]li-misit. Jam vero binas illas Hillelianorum & Sammaeanorum sententias, etiam Christo in [...]r-ris agente, insignes suos habuisse autores & [...]ro sectariorum numero atque autoritate viguisse ex eis quae ante sunt ostensa facile elicitur. [...]fi-nem illam Hillelianae Rabbi Aquibae senten[...]m (intelligas oportet, ni fallor, Aquibam Ben [...]o-seph celeberrimum illum magistrum, non [...]a-haleelis filium qui & obscurior, nec, quan[...]m scio, in vivis dum res haec ita in controvers[...]e-tiam tunc temporis ortam, non est cur dub[...]e-mus. Is scilicet & Mosis & Hillelis & τοῦ R[...]bi Jochanan longaevitatem attigisse, id est, cen[...]m ac viginti annos dicitur [g], atque post excid[...]m templi, sub Vespasiani initium, annos circa q[...]n-quaginta vixisse; id est, usque ad annum Ch[...]sti centesimum ac trigesimum; unde satis liquet [...]m sub ipsis Christi natalibus natum, adeoque di[...]n-tientibus eo in aevo Hillelianis & Sammae[...]is, non sine indulgentiori de repudii causis inter[...]e-tamento, Hillelianorum sectae adhaesisse. S[...]li-cet sine ulla omnino causa ac pro viri arbit[...]tu tantummodo uxorem quae displiceret dimit[...]re fas esse voluit ille. Haec cum se ita habe[...]at, nonne ipsissimum est sententiae ejus vestigi[...]m, quod, in monte discipulos docens, memora[...] & corrigit Christus [h], Ἐρρέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολ[...]ση τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον, *Dictum [...]st, quicunque dimiserit uxorem suam, det ei r[...]u-dium*, seu *libellum repudii. Ego autem dico [...]o-bis, quicunque dimiserit uxorem suam* παρ[...]τὸς λόγου πορνείας *excepta fornicationis causa* (ut [...]l-go redditur) ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπ[...]ε-λυμένην γαμήσῃ μοιχᾶται, *Facit eam moec[...]ari*

[a] Tetrabib. lib. 4. cap. περὶ συναρμογῶν. [b] Basileae 1559. [c] Mathes. lib. 5. cap. 14. [d] Cap. xx[...]
[e] Lib. 15. cap. 11. [f] Cap. 19. [g] Sepher Juchasin fol. 20. b. 35. a. & 66. a. [h] Matth. v. 31. 32.

& qui dimissam duxerit adulter est. Neque enim quod dictum esse ait hoc in versiculo Christus, in ipsa Sacra Lege sic expressim habetur, quemadmodum caetera quae de homicidio ac adulterio praecedunt, aut ut quae de talione ac juramento sequuntur eodem in capite. Scilicet de illis ait *Dictum est antiquis*, de hoc tantummodo *Dictum est*, ut & alii [a] observarunt; renitentibus aliis [b] & pro dicto a Mose, jussu divino, sumentibus. Sensus videtur, dictum esse seu sententiam in ore hominum tunc volitasse, si quis uxorem sibi displicentem velit dimittere, id rite fieri, nulla causae ratione habita, dato ei libello repudii. Quod de summa solvendi conjugii licentia effatum a Pharisaeo illo, Rabbi Aquiba, qui proculdubio suos habuit sectatores, atque Hillelianis, a quibus ille parum distabat, tum manasse absonum non est ut existimemus. Postea etiam de ipsa inter Hillelianos ac Sammaeanos controversia rogabant eum Pharisaei. *Accesserunt* [c] *ad eum Pharisaei tentantes eum & dicentes, Licetne homini dimittere uxorem suam* κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, *quacunque ex causa?* Ita apud Matthaeum. Αἰτία sane tam *culpam* quam *causam* aut *rationem* significat. Et in exemplari unico hic notatur ἁμαρτίαν seu *peccatum* legi. Caeterum Vulgata recte *causam* substituit ut & Syrus בכל עללא *ob omnem occasionem* & Arabs, لاجل كلّ علّة quod idem sonat. Et ex eis quae supra citantur ex Talmudicis de temporis illius opinionibus controversis dubitari nequit, quin Ebraice, Rabbinice atque etiam Talmudice dictum fuisset משום כל דבר *ob omnimodam rem* seu *causam* sive בעבור כל דבר quod idem sonat apud Ebraicum editionis Munsterianae Matthaei interpretem. Summa est perinde ac si fusius dixerant, controversia pridem orta est inter nos gravissima de repudiis; aliis tantum ea permitti משום דבר ערוה *ob rem turpitudinis* seu *turpem* afferentibus. Sic Sammaeani. Aliis או משום ערוה או משום דבר *Tam ob causam aliam qualemcunque, quam ob turpitudinem.* Sic Hilleliani. Quid igitur tu sentis? Anne omnimodam ob causam (seu משום כל דבר seu בכל עללא *ob rem* seu *causam omnimodam*) licet uxorem repudiare? Et sane eadem de re apud Marcum [d] quaestio a Pharisaeis etiam, causae non adjecta omnino mentione, proponitur, *Licetne homini uxorem dimittere?* Jam vero Christo illos ad primordia conjugii revocante & de continua conjugum unitate, utpote quae Numini esset gratissima [e], monente, *Dicunt illi* (apud Matthaeum) *quid ergo Moses* (ἐνετείλατο) *mandavit dare libellum repudii & dimittere eam? Ait illis; Quoniam Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quicunque dimiserit uxorem suam* (μὴ ἐπὶ πορνείᾳ) *nisi ob fornicationem* (quod omittitur tum apud Marcum [f] tum apud Lucam [g] ubi hac de re item breviuscule agitur) *& aliam duxerit moechatur* (apud Marcum, μοιχᾶται) ἐπ᾽ αὐτὴν *adulterium committit super eam*) *& qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt ei discipuli, Si ita est causa hominis* [h] *cum uxore, non expedit nubere*, &c. Etiam discipuli igitur hactenus putabant ipsi liberius multo fuisse divertendi jus, quam hic manere voluit Christus. Consultus igitur ille hac de re ab iis qui legem Mosaicam sic interpretarentur, ut divortia inde apud se liberrima quacunque de causa, modo rite interveniret libellus, a maritis licite fieri existimarent (sed interea ob exortum inter scholas quas diximus illustres dissidium atque ut tentarent eum subdubitare visi) respondet ab initio non fuisse sic. In unicam coaluisse ex primo conjugii instituto carnem virum & uxorem, nec pro libitu disjungi debere quos Deus conjunxit, utcunque ob duritiem cordium eorum lege Mosaica eis fuisset Numinis (cui liberum in universos actus humanos adeoque in contractus matrimoniales semper imperium) jussu indultum, ut divortia facerent, idque, juxta receptiorem illis tunc sententiam scilicet Hillelianam, κατὰ πᾶσαν αἰτίαν (certe sic intelligendum videtur) *quamcunque ob causam* seu משום כל דבר. Ita enim capiebant illa Legis, *Si illa non invenerit gratiam in oculis ejus* כי מצא בה ערות דבר *quoniam*, aut *si repererit in ea turpitudinem rei*, quasi disjunctive dictum fuisset, sive turpitudinem sive rem aliam qualemcunque quae displiceret. Hoc autem ab initio non fuisse sic ait Christus; non omnino ait divortia aut eorum jus ab initio simpliciter non fuisse, quod ex proxime ibi sequentibus palam est. Etiam de matrimonio primum rite inito conjunctis, non de conjugio sive ob consanguinitatem, sive ob affinitatem, sive ob conditionem sacerdotalem, id genus alia divortio tum etiam necessario dirimendo verba fieri manifestum est. Sic autem, si quid video, aperte improbat & Gentilium divortiorum usum omnino liberrimum (quale apud Romanos veteres) & Judaeorum opinionem illam de omnimoda divortii libertate ex jure Noachidarum seu naturali, quod jam ante tetigimus, ut & Hillelianae sectae hac de re dogma & quod et Rabbi Aquibae erat. Revocans igitur conjugii divortiique jura, uti & alibi alia, ad prima sua [i], maximeque charitatis principia, divortium neutiquam deinceps a suis, (in quorum numerum Judaei universi ut gentes reliquae migrare debuerant) admittendum vult juxta Hillelianorum nedum Rabbi Aquibae sententiam; causam scilicet ob omnimodam seu pro libero mariti arbitratu, nec παρεκτὸς λόγου πορνείας seu μὴ ἐπὶ πορνείᾳ. Ubi vero λόγος πορνείας seu πορνεία, ibi rite & jam ab ipsis rerum initiis & universim admitti posse. Et cum hac distinctione ea quae simpliciter de uxore non dimittenda habentur apud Marcum, Lucam & Paulum [k] sumenda, quod & interpretibus optimis plane consonum.

[a] Theodor. Beza in Notis ibid. [b] Vide Faust. Socin. & Hug. Grot. ibidem. [c] Matth. xix. 3. [d] Cap. x. 4. [e] Videsis Hugonem Grotium de Jure Belli ac Pacis lib. 2. cap. 5. §. 9. & ad Matth. v. [f] Cap. x. 11. [g] Cap. xvj. 18. [h] Videsis Ludovic. de Dieu, ad Matth. xix. [i] Videsis Tertullianum de Monogamia, cap. 5. [k] 1 Corinth. vij. 11.

CAP. XXIII.

De exceptionibus illis in Evangelio παρεκτὸς λόγου πορνείας & μὴ ἐπὶ πορνείᾳ *(quae reddi ſolent extra cauſam fornicationis ſeu adulterii) in divortiis admittendis. Et de varia* πορνείας *ſignificatione. De Joſephi item dum Mariam virginem ſanctiſſimam repudiare voluit inito conſilio.*

JAM vero reſtat difficultas maxima, qua cruciari ſolent hic ſcriptores, de genuina τοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας & μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, apud Matthaeum ſignificatione ac ſenſu. Verti ſolent verba illa ibi *excepta cauſa fornicationis* ſeu *extra cauſam* ſeu *rationem fornicationis* ſeu *adulterii*, & non *ob adulterium* ſeu *fornicationem*. Et patres vetuſtiſſimi [a] ibi *praeter cauſam adulterii* & *praeter ex cauſa adulterii* vertunt, dum nihil aliud in vocabuli vi ibi contineri volunt praeter conjugii per illicitum concubitum violationem. Sed an recte (quod olim quidem obiter [b] admiſimus) in ſequentibus videbimus. Syrus priori in loco habet לבר מן מלתא דזניותא *extra cauſam fornicationis* poſteriori דלא גירא *quae non ſcortata eſt*, ſeu *non eſt adultera*. Jam vero *fornicationis* vocem uti & *ſtupri* non ſolum pro innuptarum concubitu, ut vulgo, ſed etiam pro *adulterio* ſumi apud Chriſtianos veteres in confeſſo eſt. Unde & moechia pro πορνείᾳ uſurpatur non ſemel Tertulliano [c] aliiſque. Uti & in Oneirocriticis [d] Perſarum, & AEgyptiorum Graece, ſed a Chriſtiano aevi inferioris, redditis aliiſque ejuſmodi, πορνεύω pro eo quod eſt adulterium committere. Priore autem notione ad conjugium ſeu divortium attinere nequit *fornicatio*, niſi de divortio ob ſtuprum ante nuptias ſeu ſponſalia admiſſum capias. Secunda igitur ſeu qua ſignanter adulterium ſeu conjugii violationem denotet, hic accipienda, ſi recte *fornicatio*, ut illicitum conjugis concubitum ſolum ſignificat, pro πορνείᾳ in Evangelio ſubſtituatur. Et tam Syro quam Arabi ſic acceptam liquet uti & interpretum pleriſque. Atqui interea quaerendum eſt, utrum inter ſcriptores veteres Evangeliis ſive priores ſive coaevos pro adulterio aut coitu aliquo illicito adulterium, qua adulterium, per ſe ac ſimpliciter ſive, ut aiunt, ſpecifice deſignante, ſeu pro fornicatione in notione hac ſecunda manifeſto ac palam ſumatur πορνεία. Ipſa quidem vox rariſſima eſt apud Graecos vetuſtiores, utcunque πόρνος, πόρνη, πορνεύω, aliae ab his factae, ſatis ſint obviae. In Demoſthene [e] habetur pro impudicitia ea quae eſt paederaſtia. Helleniſtis in verſione ſua Foederis Veteris frequens ſatis eſt, adeoque tempore Chriſti & diu ante apud Judaeos qui Helleniſtae fuere receptiſſima. Quanam autem notione, quo ſenſu, mox perpendetur. Atque in Philone, Chriſto ſatis coaevo, occurrunt φθορὰ, πορνεία, μοιχεία ac ὑπογάμιον [f]. Primum pro *ſimplici devirginatione* illegitima atque *ſtupro*; ſecundum, pro *concubitu* qui *corpore proſtituto* habetur ſeu *ex arte meretricia*; pro *adulterio* ſeu ſimplici conjugii ex coitu violatione; tertium, uti quartum pro eo quod nonnullis exiſtimabatur, μεθόριον ἀδίκημα φθορᾶς καὶ μοιχείας, *medium inter ſtuprum & adulterium delictum*, quaſi interceptus ſcilicet inter ſponſalia ac nuptias concubitus, qui εἶδος μοιχείας *ſpecies adulterii* vocatur illi & plane ipſiſſimum eſt adulterium juxta Ebraeos, uti & alios pariter quibus ab ipſis ſponſalibus citra nuptiarum ſolennia vinculum, ut appellitant, matrimonii ratum habetur; ut de Ebraeis ſupra oſtenſum eſt. Et ſi πορνεία pro arte ſeu quaeſtu meretricio hic accipiatur, ſequeretur non adulterium ſimplex ſed ejuſmodi quod cum corporis proſtitutione ac quaeſtu fieret ſolum innui, quod nemo puto exiſtimavit. Verum quidem eſt τὸ μοιχὸν dici πόρνον tum Heſychio tum Etymologo. Sed horum uterque recentiores ſunt nec veterum ante ſeu ſub Chriſti tempora uſum omnino probant aliter atque patres Chriſtiani Chriſti in terris tempore ſeculis aliquot recentiores, quibus pro adulterio admittitur uſurpaturque. Accedit autem in diſquiſitione quam ſumus inituri, mirum eſſe utrobique apud Matthaeum vocem hanc in exceptione pro adulterio ſolum adhibitam & non μοιχείαν, quae non ſolum proprie & aperte adulterium ſignificat, verum etiam ex eiſdem eſt verbis quibus pro eo quod eſt *adulterium committere* bis utraque in periocha, & proxime omnino exceptioni, utitur in Graecis Chriſtus. Scilicet μοιχᾶσθαι & μοιχᾶται. *Qui dimiſerit*, &c. παρεκτὸς λόγου πορνείας ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. Ita loco Matthaei priori. Tantundem in poſteriori. Eſt quidem in Matthaeo tertius [g], ubi μοιχεῖαι ſimul & πορνεῖαι *adulteria & fornicationes*, ut vertitur, occurrunt in Graecis pro quibus Syrus habet tantum גורא *adulterium*, quaſi πορνεῖαι ibi non legiſſet. Sed pro diſcrimine materiarum quae tractantur, eadem ipſa vocabula aliter atque aliter ſumenda nemo non agnoſcit, cujus rei exempla ſunt innumera atque apud ſcriptores perquam obvia. Quid quod etiam inter ſententias de divortiorum jure tunc temporis varias (ut oſtenſum eſt) nulla habebatur ob adulterium tantum illud admitti debere? Imo adulterium legitime probatum ex judicio forenſi capitale erat, nec ita divortio luendum. Alii ob cauſam quamlibet, ſed interim ob cauſam aliquam aliam praeter arbitrium mere liberum; alii ob turpem tantum cauſam; alii pro libitu mariti admittendum voluerunt. Conſuluere igitur Chriſtum Phariſaei ſed tentantes ac proculdubio inſidiantes. Tutum ſatis apud ipſos erat ſive Hillelianae ſive Sammaeanae ſive etiam Rabbi Aquibae ſententiam amplecti, id eſt, earum aliquam quas jam ante diximus, trium in ſcholis exagitari ſolitarum; quod e Talmudicis & jam oſtenſis palam fit. Simulac igitur Chriſtus

[a] Tertullian. adverſ. Marcion. lib. 4. cap. 34. &c. [b] De Jure Nat. & Gent. lib. 7. cap. 12. [c] Vide eam adverſ. Marcion. lib. 4. cap. 34. De Pudicitia, cap. 12. & 4. [d] Achmes Oneirocrit. cap. 127. [e] Orat. περὶ παραπρεσβείας. [f] De Specialib. leg. ad Praec. 6. & 7. [g] Matth. xv. 19.

cui

ii insidiabantur captiose quaestione hac tentan-
s Pharisaei, respondisset, non omnimodam ob
usam uxorem ejiciendam, nec extra τῆς πορνείας
tionem, ita eis est satisfactum, ut nec ultra
mnino instarent opponerentve. Quod eos non
cere voluisse vix est ut credamus, si respon-
) hoc tum novam prorsus tum plane tunc in-
ditam de divortii adeoque conjugii jure dis-
plinam intulisse visus eis fuisset Dominus. Nec
ne de disciplina ita nova responsum cape-
: videntur discipuli: sed veluti de opinione
iam alii ante, etiam plerique, rejecerant; aliis
nitentibus, ut Sammaeanis eorumque sequaci-
is. Nec satis ex verbis Domini expressis li-
uet, utrum τῆς πορνείας (quicquid illud fuerit) ra-
o ad uxorem solum an etiam ita ad maritum
ectet, ut si is ob uxoris sive crimen sive contu-
aciam sive molestias πορνείας propensius fieret
us, in causa id satis esset divortii. Ut igitur pe-
itius rem introspiciamus, tria sunt inprimis per-
endenda. Primum, quanam lingua haec de di-
ortio a Christo fuerint dicta & a Matthaeo scrip-
. Secundum, quibusnam dicta fuerint vocibus.
ertium quid eo in seculo voces illae adeoque
ρνεία, significarent. Hisce sane explicatis, cer-
or proculdubio fuerit ad locorum quae tractan-
r verum sensum aditus, utcunque salebrosus
: molestus. Quod ad primum attinet; recep-
ssimum est [a], linguam Syriacam Judaeis Hie-
osolymitanis, dum Christus in terris, in usu e-
am vulgo fuisse, adeoque ipsi Christo. Etiam
Matthaeum Ebraice scripsisse, id est, Syriace
u lingua in quam Ebraica post captivitatem de-
generasset, quae & Syriaca dicta est & Ebraica. Nec
braicorum editionis sive Munsterianae sive Tilia-
ae ratio omnino hic habenda. Et a Matthaeo
: scriptum esse Evangelium annis post ascensio-
m Domini octo seu sub Claudii initia subno-
tur in Arabicis. Graecam autem versionem a-
Jacobo, alii Joanni apostolo, ipsi Matthaeo a-
tribuunt. Sed interea dubitandum non vide-
r, quin Rabbinica seu Talmudica dialectus, id
, scholarum quae erant ibi tunc numerosissi-
ae, lingua, in disputationibus apud studiosos ac
risprudentiae, id est, theologiae eorum magis-
os, tunc itidem usurparetur, non aliter atque o-
n hodieque Oxoniis, Parisiis, Salamanticae, Lei-
ce, aliisque in academiis, praeter Anglicam,
allicam, Hispanicam, Belgicam aliamve verna-
lam, Latina ac Scholastica in usu est, quae &
ter disputandum tum publice tum privatim eti-
m adhibetur. Aut igitur Syriace loquutus est
hristus aut Rabbinice. Quod ad secundum dein
attinet, si loquutus est Syriace, exceptionem
ori in loco sic protulisse videtur לבר מן
מלתא דזניות *extra causam fornicationis* (sic
dere hic liceat) qua voce itidem par est ut in
cundo loco eum usum esse credamus, cum
atthaei Graeca utrobique habeant πορνείαν, ut-
nque Syrus quem legimus interpres, qui ve-
tus quidem est sed Graecis multo recentior,
secundo substituat דלא גירא *quae non sit*
ultera. Si Rabbinice vero locutus est, quod
e veri multo similius videtur, maxime cum
Pharisaeis, id est, summis illius temporis theo-
logis ac jurisperitis cum eadem etiam ut par
est credere lingua consulentibus responsum da-
ret, iniquum non est ut existimemus eum vo-
cibus ejusmodi usum fuisse; quae tunc inter dis-
ceptandum ea de re in scholis in usu. Si igitur
illi Rabbinice seu Talmudice rogantes dixere
אם רשאי לאיש לגרש אשתו משום כל
דבר, *Anne fas est viro dimittere uxorem suam*
quacunque ex causa, quae plane sententia erat
tum Hillelianorum tum receptior; scilicet ut li-
ceret ex Lege Sacra dimittere או משום ערוה או
משום דבר, *Sive ob turpitudinem* seu *causam*
turpem, sive ob causam quamcunque aliam, ut in
ostensis liquet; si inquam sic illi interrogarent,
certe quisquis Hillelianam illam improbasset sen-
tentiam Sammaeanam amplexus, appositissime &
juxta scholarum linguam usumque respondisset
אם יגרש איש אשתו ולא משום ערוה, *Si dimi-*
serit quis uxorem suam nisi ob turpitudinem seu
ולא משום דבר ערוה *nisi ob rationem rem* seu
causam turpitudinis facit eam moechari, &c.
Expressim enim Sammaeani ערות רבר *turpitu-*
dinem rei explicabant in Lege Sacra per דבר
ערוה *rem turpitudinem* seu turpem, adeoque di-
vortia permisere משום ערוה בלבד *ob turpitudi-*
nem solummodo, ut verba sunt Gemarae Hieroso-
lymitanae [b], qualia & alibi saepius in codicibus
Talmudicis Sammaeanis tributa. Hisce praemis-
sis, ad tertium quod hic proposuimus perpenden-
dum devenimus, id est, quidnam זניותא si Syria-
ce locutus est Dominus, quidnam etiam ערוה si
Rabbinice, adeoque πορνεία Graece substitutum,
hic recte, juxta tum receptum Syriacae, Rabbi-
nicae Graecaeque apud Judaeos qui Hellenistae
fuere usum significare potuerit. Quod ad vocem
Syriacam זניותא spectat; ut Ebraeis, id est, in ser-
mone biblico זנה & זונה & זנות pro πορνεύειν &
πόρνη & πορνεία seu *fornicari* seu *fornicatrice* &
fornicatione multoties usurpatur, ita etiam Syris
זניתא & זניתא זנא tantundem denotant ex Ebrais-
mo in Syrismum migrantia. Unde si quid illa
Ebraeis Talmudicisque significarent animadverta-
mus, etiam & quid Syris denotarent satis erit
cognitum. Ebraeis, ut a Talmudicis eorum dis-
ciplina traditur uti & Hellenistis, illarum vocum
& quae sunt reliqua inde facta, significatio, quan-
tum ad rem prae manibus, est aut strictior seu
primaria, seu qua denotant tantum concubitum
citra matrimonium legitimum non minus nupta-
rum quam innuptarum: aut latior atque secun-
daria, qua etiam alia quae sunt turpia, turpisve,
qua honesto illud opponitur, nomine veniunt il-
lis indicantur. Prior item significatio illis est du-
plex. Altera qua omnimodus ejusmodi coitus
denotatur, veluti in historiis Dinae [c] & Tha-
maris [d]. Altera qua singulares aliquot tantum
designantur concubitus illiciti, in quibus quidem
adulterium continetur ut unum e multis. Un-
de est, quod dum de זונה *scorto* seu *fornica-*
trice, id est, πόρνη sacerdotum in Lege Sacra [e]
nuptiis interdicta, veterum scita tradunt, זונה in-
quiunt האמורה בתורה היא כל שאינה בת ישראל
או בת ישראל שנבעלה לאדם שהיא אסורה להנשא

[a] Vide Bellarmin. de verbo Dei lib. 2. cap. 4. & 7. &c.
[b] Ad tit. Gittin, fol. 50. col. 4. halach. 11.
[c] Genes. xxxiv. 31.
[d] Ibid. xxxviij. 15.
[e] Levitic. xxj. 7. & 14.

לו איסור השוא לכל או שנבעלה לחלל אע"פ שהיא מותרת להנשא לו, Zona *scortum* seu *fornicatrix*, id est, πόρνη *in lege memorata est quaecunque non est Israelitis* (scilicet non ex Israelita; saltem non ex Israelitide genita) *aut Israelitis quacum concubuit vir cujus nuptiae ei interdicto omnium communi interdicuntur* (veluti eo quod habetur in Levitici decimo octavo, in quo expressim aliena uxor inter alias habetur adeoque adulterii crimen) *aut quacum concubuit profanus etiam cujus nuptiae ei essent permissae.* Id quod alibi [a] fusius explicatum dedimus nos, uti & tantundem [b] ferme ad Legem Sacram [c] de fornicatricis seu meretricis, id est, τῆ זונה seu πόρνης mercede in templum non inferenda. Commate quidem proxime ibi antecedenti legitur, *Non erit* קדשה *de filiabus Israel nec erit* קדש *de filiis Israel,* ubi Graeci habent πόρνη & πορνεύων & Vulgatus *meretrix* & *scortator*, quemadmodum & versiones Arabicae Erpenianae ac Romanae editionis ac mecum manuscripta vetus. Judaei Hispanienses, *No sea aplazada de hiias Israel: y no sea aplazado de hiios de Israel*, uti & Arabica Saadiae ubi [Arabic] & [Arabic] substituuntur pro קדשה & קדש. Et קדש ibi Talmudicis pro cinaedo sumitur. Onkelo autem interdictum capitur pro eo quod est, *Non erit uxor de filiabus Israel viro servo, neque ducat vir de filiis Israel uxorem ancillam.* Et manifestum est ex duplici in Graecis commatis versione aliter atque aliter id esse priscis intellectum. Sed πόρνη in commate illo de meretricis (*prostibuli* habet Vulgata; *de errada* Judaei Hispanienses qui sic זונה vertere solent) mercede a magistris, ut dictum est, intelligitur. Male igitur viri magni, Fagius & Munsterus eorumque sequaces de adultera solum legem de sacerdotum nuptiis capiunt. Sed vero interdum etiam ita interpretantur magistri verbum זנה quod est *fornicari* seu *scortari*, ut necessario pro eo quod est *adulterium* solum *committere*, adeoque ut זונה seu πόρνη & זנות seu πορνεία pro *adultera* & *adulterio* simpliciter sint sumenda. Etenim illud [d], *Si filia viri sacerdotis coeperit* לזנות *scortari* seu *fornicari, illa patrem suum profanat, ideo igne exuri debet*, intelligunt tantum de filia sacerdotis nupta. הכל מודים inquit ibi Salomon Jarchius de Rabbinis suis loquens, שלא דבר הכתוב בפנויה, *Universi consentiunt scripturam illam non loqui de innupta* quod & alibi observavimus. Ita igitur ex eo quod e magistrorum sententiis consequitur, manifestum fit זנות adeoque πορνείαν seu *fornicationem* pro adulterio simpliciter etiam interdum sumi in Veteri Foedere, nec tamen aliter atque ut genus pro specie aliunde strictiori quam diximus significationi suae (uti & alias variatim) conformatum. Latior autem seu secundaria τῶν זנה זנות & זונה πορνεύειν, πόρνης, πορνείας significatio est qua omnimoda pronior in peccata seu turpitudines qualescunque deviatio seu gravior saltem transgressio inde designatur; velut transsumptive ab eminentissimo in depravata hominis natura concupiscentiae actu ad alios derivata. Inde de idololatris toties occurrit [e] ויזנו אחרי אלהיהם, *Fornicantur post deos suos*; quale itidem dictum [f] de *Ob* & *Iidoni* seu magis hariolis; לזנות אחריהם *ut fornicetur post eos.* Substituunt in his Graeci ἐκπορνεύειν (quod cum πορνεύειν idem est) ὀπίσω *fornicari post.* Quin & peccata omnimoda Hierosolymitanorum seu Judaeorum, etiam Sodomitarum Samaritanorumque peccatis tum graviora tum plura (ut legitur apud prophetam [g]) nomine זנות πορνείας seu fornicationis compluries denotantur. Nec idololatria solum sed reliquae etiam abominationes & turpitudines quibus populus se inquinaverat. זנה תזנה הארץ מאחרי יהוה *fornicata* [h] *est*, ἐκπορνεύουσα, *terra a Domino*, inquit Hoseas, cui item בני זנונים τέκνα πορνείας *filii fornicationum* & רוח הזנונים πνεῦμα πορνείας *spiritus fornicationis*, non solum de idololatria sumuntur verum etiam peccatis Israelitarum caeteris ibi indicat. *Non* [i] *est veritas, neque pietas, neque cognitio Dei in terra. Sed maledictiones, mendacia, homicidia, furta, adulteria. Haec invaluerunt & sanguines tetigerunt sanguines.* Qualia plane רוב זנונים πλῆθος πορνείας, *multitudo fornicationum* Nahumo [k] vocantur. Item Psalmographus; *Elongantes* [l] *se a te peribunt* הצמתה כל זונה ממך *perdidisti omnem fornicantem a te*; πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ. Quod plane de impiis & iniquis universis dictum, non tantum de idololatris. Statim subsequitur *Appropinquatio mea ad Deum bona est mihi.* Alibique [m] etiam de Israelitis ille, *Commixti sunt inter gentes didiceruntque opera eorum*, non solum cultus leges sacras (quarum expressior ibi quidem ac signantior mentio) sed & alias violando. Unde sequitur paulo post, *Et inquinati sunt in operibus suis* ויזנו במעלליהם *& fornicati sunt in actionibus suis*, seu ut Graeci, καὶ ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, id est, *in adinventionibus suis*, ut Vulgata, quam & alii sequuntur. Hisce etiam accedat verba illa Dei in Numeris [n], *Filii vestri pascentur* in deserto quadraginta annis ונשאו את זנותיכם *& portabunt fornicationes vestras* seu ut Graeci τὴν πορνείαν ὑμῶν, ubi paraphrastes Chaldaeus ille optimus Onkelus uti & alter ille Uzielides vulgo sed falso dictus ויקבלון ית חוביכון *suscipient iniquitates vestras*, ut recte vertit Franciscus Cardinalis Toletanus, seu, ut Paulus Fagius, *& luent poenas peccatorum vestrorum* adeo ut non pauciora intellexerint paraphrastae peccata in eo quod est ibi נשאו זנותיכם *fornicationes vestras portabunt* quam in eo quod in proxime sequente habetur commate תשאו את עונותיכם *portabitis iniquitates vestras* seu λήψεσθε τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, quod eisdem etiam verbis vertunt. Judaei etiam ipsi Mauritanienses in priori loco expressim ويحملون خطيئاتكم *& portabunt peccata vestra*; & Hispanici *Y soportaran a vuestros errores*; quibus errada quidem pro scorto substitui solet. Et interpretantur magistri [o] יסבלון את חטאתכם quod idem

[a] De Success. in Pontificatum, lib. 2. cap. 2. [b] De Jure Nat. & Gentium, lib. 5. cap. 4. [c] Deut. xxiij. 18. [d] Levitic. xxj. 9. [e] Exod. xxxiv. 15. Levitic. xvij. 7. xx. 4. & 5. 1 Paralip. v. 25. &c. [f] Levitic. [g] Ezechiel. cap. xvj. 51. [h] Hos. j. 2. & iv. 12. &c. [i] Idem cap. iv. 1. [k] Cap. iij. 4. [l] Psalm. lxx[iii]. [m] Idem cvj. 35. & 39. [n] Cap. xiv. 33. [o] Salom. Jarch. Num. xiv. 33.

versione Arabica sonat. Neque vero in Foedere Veteri solum latior haec habetur πορνείας significatio, verum etiam apud Judaeos Christo in terris agenti coaevos, Hellenismo scilicet se adsuescentes. Testis hic est amplissimus Philo Alexandrinus Judaeus, ubi animam qualemcunque in vitia seu quae turpia sunt pronam ψυχὴν πεπορνευμένην nuncupat seu *animam fornicantem.* Scilicet de meretricis mercede verba faciens [a], in templum ex Lege Sacra non accipienda, *Si,* inquit, *mulieris se prostituentis munera profana habentur,* Πῶς οὐχὶ μᾶλλον τὰ περὶ ψυχῆς πεπορνευμένης ἢ παρέρριψεν ἑαυτὴν ἐπ' αἰσχύνῃ καὶ ὕβρεσι ταῖς ἐσχάταις, οἰνοφλυγίαις, ὀψοφαγίαις, φιλαργυρίαις, φιλοδοξίαις, ἄλλαις μυρίαις πάθων τε αὖ καὶ νοσημάτων, καὶ κακιῶν ἰδέαις, ὧν τὰ μιάσματα ἐκεῖνα τίς ἂν ἐκνίψαι χρόνος· ἔγωγε οὐκ οἶδα, *Quanto magis scortantis* seu *fornicantis animae quae se prostravit turpitudini atque rebus contumeliosissimis, violentiae, gulae, avaritiae, ambitioni, voluptatum studio, aliisque innumeris passionum, etiam & morborum & malorum generibus, quorum maculae illae an unquam elui possint, nescio quidem ego.* Meretriciam item artem senio finiri ait aut aetatis flore emarcescente, Ψυχῆς δὲ πορνείαν ἀκολασία συντρόφῳ καὶ συνήθει πεπαιδοτριβημένην τίς ἂν αἰὼν μεταβάλλοι εἰς εὐκοσμίαν; αἰὼν μὲν οὐ, Θεὸς δὲ μόνος ᾧ δυνατὰ τὰ παρ' ἡμῖν ἀδύνατα· *At animam jam per intemperantiam, quae ei conviva fuerit & familiaris, fornicationem edoctam, quae tandem aetas in honestatem restituet? Aetas sane nulla, sed solus Deus cui possibilia quae nobis impossibilia sunt.* Et demum id quod est honestum amplecti ac Deum ac virtutem sequi, ita ibi opponit voluptatis studio ac vitae omni in genere flagitiosae, impiae, turpique ac ab honesto devianti, ut hanc plane πορνείαν idque ex receptissimo Hellenistarum tunc temporis usu nuncupet. Quo & spectare videtur illud Salomoni tributum [b], ἀρχὴ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων· εὕρεσις δὲ αὐτῶν φθορὰ ζωῆς, *Initium fornicationis excogitatio simulacrorum* seu *idolorum: inventiones autem illorum* (seu *adinventio* ut in Vulgato, qui legit εὕρεσις) *corruptio vitae.* Quasi dixisset, initium mali omnimodi, vitae impurae, inhonestae, morumque pravitatis fuisse idolorum excogitationem. Ubi ex Papia Robertus Holkotus [c] nostras, *Scripturae,* inquit, *solent vocare fornicationem omnem illicitam corruptionem, sicut est idololatria & avaritia, ex quibus fit transgressio legis divinae secundum illud* [d], *Perdes omnes qui fornicantur abs te.* Certe nec alio forsan significatu usus est πορνείας voce Paulus, Philoni coaevus, ubi ad Corinthios, inquit [e], Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, &c. *Omnino auditur inter vos* (sic vulgo vertitur) *fornicatio & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.* At vix est credibile ut flagitiosissimum illud incestus genus simplici πορνείας nomine ibi indigitaretur, qua tantum fornicatio seu scortatio eo denotatur. Nonne potius reddendum, *Omnino auditur inter vos flagitium, crimen, deviantis animae turpitudo, & talis turpitudo* seu ἀσχημοσύνη (nam & hoc nomine veniebant in Judaeorum Hellenismo [f] & omnimodus incestus & turpitudinis genera reliqua) *qualis nec inter gentes,* &c.? Et pro locorum discrimine in Testamento Novo aliter atque aliter πορνείαν sumendum satis attestantur qui in concilio Hierosolymitano [g] eam non pro fornicatione (ut verti solet) sed pro quadam idololatriae specie intelligunt viri sane magni [h]. Et tametsi ubi μοιχεία aliaque criminum vocabula cum πορνεία in enumeratione occurrunt, haec pro stupro solum rite satis etiam in Novo Foedere sit accipienda, nihilominus inde nihil sequitur, quin simpliciter, pro locorum ac periocharum discrimine, nominata, notione illa universaliori seu latiori fuerit subinde sumenda; quemadmodum item τῆς πόρνης seu meretricis nomen (ut in Apocalypsi) pro omnimodae impietatis ac nequitiae, non stupri solum rea, atque sicut אשה זרה, *mulier extranea,* & זרה *extranea* in Salomonis Proverbiis [i]. Hujus enim consortium, ut sapientiae generatim ac vitae recte instituendae rationi saepius ibi plane opponitur, ita etiam aberrationem a ברית אלהים, *pacto divino* atque vitiorum verae religioni contrariorum inquinamenta universim ibi denotat. Graeci interpretes etiam nunc πόρνην, nunc φαύλην, nunc ἀλλοτρίαν & ξένην nuncupant. Si igitur Syriace loquutus est Christus, verbum זניותא seu *fornicatio* juxta sensum jam dictum, omnimodam *turpitudinem* seu quicquid κακίας seu *vitii* nomine venerit adeoque πορνείαν in versione Matthaei commode satis denotare potuit. Nec sane in hanc rem observatu indignum est *publicanorum* καὶ τῶν πορνῶν (quod *meretricum* vertitur) subinde apud Matthaeum [k] mentionem fieri videri, non aliter atque apud ipsum [l] alibi Marcumque [m] & Lucam [n], *publicanorum* καὶ ἁμαρτωλῶν seu *peccatorum;* quasi πόρνη pro ψυχὴ πεπορνευμένη *anima* sensu jam dicto *fornicante* sumeretur. Et de Syriaca Christi (si illa eum lingua usum esse admittatur) hic locutione hactenus. At vero si Rabbinice locutus est, adeo ut vetaret divortium אלא אם כן משום דבר ערוה, *Nisi ob causam* seu *rationem turpitudinis* seu *rei turpis* (quae ipsissimae fuere ac notissimae [o] scholae Sammaeanae in re divortii tunc temporis disceptanda voces & vocabula plane artis in juridicis controversiis receptissima) in idem ipsum planissime satis recidere posse sensum nemo non videt. Etenim ערוה pro eo quod est ἀσχημοσύνη seu ἄσχημον πρᾶγμα, *res turpis* seu *turpitudo* qualiscunque sumi liquet. Et quanquam in Levitico, ubi incestuum genera designantur, frequens occurrit ejusdem mentio pro ipsa foemina sic interdicta (ut volunt magistri) seu pro ejusdem verendis, nihilominus in Deuteronomio non solum in Lege Sacra divortii sed in capite etiam legem hanc praecedente [p] pro turpitudine generatim usurpatur seu re qualicunque turpi, quemadmodum & Rabbinica lingua; qua tum pluraliter עריות omnimodas,

[a] Tract. περὶ τοῦ μισθώματος πόρνης, &c. [b] Sapientia cap. 14. 12. [c] Lect. 163. [d] Psalm. lxxiij. 27. [e] 1 Corinth. v. 1. [f] Levitic. xviij. &c. [g] Act. xv. 20. [h] Beza ibidem. [i] Cap. ij. & v. &c. [k] Cap. xxj. 31, 32. [l] Cap. ix. 11. [m] Cap. ij. 16. [n] Cap. v. 30. [o] Vide supra cap. 18. & 21. [p] Cap. 23. 14.

nimodas,

nimodas, etiam & uxorem alienam, in Levitici decimo octavo vetitas significat, tum singulariter ערוה etiam pro כל דבר מגונה שנגלה וצריך לכסותו, *omnimoda re turpi quae detegitur cum occultari seu tegi debeat* (ut verba sunt Jehudae Ben Eliaezer Karaitae [a]) adhibetur seu pro כל דבר מגונה, simpliciter ut Eliah Ben Moseh [b], alter item Karaita; cui uti & Talmudicis passim, שם משותף *nomen aequivocum* vocitatur. Atque ut corporis partes pudendas quae tegi debent, sic item actus vitae pudendos, id est, omnimoda denotat vitia, seu quae *impudici negotii*, qualecunque id fuerit, voce continentur, qua pro ἀσχημὸν πρᾶγμα, id est, ערות דבר, usus est Tertullianus [c]. Et consona sunt haec etiam vocabuli usui apud prophetas. Ezekiel [d] de Hierosolymis; *Congregabo* (omnes tam qui te dilexerint & quam qui oderint) *ad te per circuitum*, וגליתי ערותך אלהם וראו את כל ערותך, *& revelabo turpitudinem tuam videbuntque cunctam turpitudinem tuam*, ubi bis occurrens ערוה priori in loco in Vulgata & Graecis vertitur *ignominiam* & τὰς κακίας, in secundo *turpitudinem* ac τὴν ἀσχημοσύνην. Et Uzielides ibi ואגלי בהתתיך להון ויחזן ית כל קלניך, *Et revelabo pudenda tua, & videbunt flagitia tua.* Adeo ut ערוה κακίαν *malitiam, flagitium, vitium* etiam generatim ibi significet neque alio sensu atque Nahumi [e] prophetae illud de Ninive והראיתי גוים מערך וממלכות קלונך, *Et ostendam gentibus verenda tua & regnis ignominiam tuam,* quod ad homicidia, mendacia, latrocinia, alia id genus scelera quibus abundabat urbs illa atrociora, spectat. Unde & Onkelus Chaldaeus in lege de Divortio Mosaica, pro ערות דבר, *turpitudinem rei* aut *rem turpem* habet עבירת פתגם, *transgressionem* rei seu *aliquam.* Cum igitur tum πορνεία tum ערוה nomina fuerint aequivoca (qualium sensus semper genuinus & appositus eruendus est ex singulari rei quae tractatur & cui adhibentur natura) & *turpitudinem*, κακίαν, *vitiumque* omnimodum pariter denotarint, velut satis invicem juxta jam dicta synonyma, nonne phrasis illa tunc temporis scholastica אלא אם כן משום דבר ערוה, *Extra rationem turpitudinis*, quae adeo in disputationibus de divortio tunc frequens erat, rite respondere potuerit τῷ παρεκτὸς λόγου πορνείας in Graeca sive Evangelii sive Christi verborum versione? Nihil hic definimus de loci sensu. Considerand a tantum proponimus. Certe viri sunt doctissimi [f] qui rem ad scholarum Hillelianae & Sammaeanae controversiam de divortio tunc agitari solitam attinere etiam volunt. Quin & voces sunt non paucae in Novo Testamento, veluti ἄγγελος, διάβολος, ἱερεὺς, διάκονος, πρεσβύτερος, ἐπίσκοπος, πίστις, ἐκκλησία, χειροτονεῖν, id genus alia, quorum interpretatio solummodo ex usu qui tunc temporis inoleverat nec aliunde rite petenda. Quemadmodum si de *morbo* aut *vitio* in servo ad aedilitium edictum quaeratur, quid eis nominibus veniant; non e medicis aut philosophis, sed ex jurisconsultis qui verborum illorum usui, qua in edicto continentur, assueti sunt, id disci oportet. Qualia non pauca in studiosorum disquisitionibus occurrunt. Et disquisivimus hic tantum nos, perspicacioribus definitionem relinquentes. Sed de strictiori τῆς πορνείας significatione consule inprimis eminentissimum bonarum literarum principem Claudium Salmasium in Foenore Trapezitico. Certe nec praetereundus est hic locus Origenis, unde haud difficile videtur conjectari τῆς πορνείας in re divortii latiorem significationem, qualem memoravimus, a Judaeis saltem aliquot Hellenismo suo illius aevi assuetioribus esse admissam. Tractans pater ille verba Matthaei de exceptione πορνείας, *Forsitan audax*, inquit [g], *aliquis & Judaicus vir adversus doctrinae Salvatoris nostri dicet, quoniam & Jesus dicens Quicunque dimiserit uxorem suam excepta causa* (πορνείας) *fornicationis, facit eam moechari, permisit uxorem dimittere quemadmodum Moyses, quem retulit propter duritiam cordis Judaeorum hoc praecepisse. Et hanc ipsam inquiet esse causam fornicationis per quam justa uxor a viro dimittitur, secundum quam & Moyses praecepit dimittere uxorem, si inventa fuerit res turpis in ea.* Disputat quidem in Judaicum ejusmodi, qualemcunque virum Origenes nec πορνείαν ibi significare vult aliud atque *adulterium* tametsi interea non tam pro stricta exceptione quam pro criminis exemplo vocabulum memorari velit, idque non tam a praeceptore quam expositore; adeo ut aliae manerent pariter divortii causae quae flagitia non imparia. At vero objectionis illius Judaicae vim non assequor, nisi in Hellenistis saltem aliquot fuisse admitteret hic Origenes, qui latiori significatione illa πορνεία in causa divortii sumerent, forsan etiam omnium tunc temporis sententiam receptam non aliam fuisse. Perpende locum integrum. Certum tum ערוה tum πορνεία Ebracis Hellenistisque in causa divortii significare ex jam dictis videntur quantum etiam in eadem re Paganis *mores*; quo nomine *mali mores* universi veteribus Romanis ita indicati sunt in *actione morum* & *judicio morum* inter virum & uxorem, ut *graviorum morum* vocabulo *adulteria tantum, leviorum omnes reliqui* continerentur; quod ait Ulpianus [h]. Tantum abest ut adulterium duntaxat foeditat rei in Lege illa Sacra denotaretur ex sententia Ebraeorum aliquot quod patienter nimis (ut alia ejusmodi non pauca) admittunt scriptores nonnulli [i] Christiani. Sed de voce πορνείας & quae inde hic pendent, plura inferius; ubi item variae Christianorum pro diversa quam affixere illis verbis quae hic tractavimus significatione & seculorum & persuasionum discrimine, scita compendio exhibemus. Atqui etiam ad Evangelia torquent se viri aliquot eruditi ad illud de Joseph Mariae virginis marito, ubi postquam *ea inventa est* [k] *in utero habens de Spiritu Sancto*, id δίκαιος ὢν, id est, *cum esset justus, & nollet eam* παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτὴν seu *infamare* aut *traducere, voluit occulte seu clam dimittere eam.* Certe si fas fuerit ad receptos gentis Judaicae mores [l] rem hanc expend

[a] In Sepher שער יהודה pag. 18 a. [b] Tit. בעריות cap. 1. MS. [c] Adverf. Martionem lib. 4. cap. 34. [d] Cap. xvj. 37. [e] Cap. iij. 4. [f] Arias Montanus, Sculterus, Grotius, alii. [g] Homil. in Matth. vij. [h] De regul. tit. de Dotibus. [i] Vide Tostatum ad Deut. xxiv. Thom. Pium differt. de Divortiis Ind. &c. [k] D. Matth. i. 18. [l] Vide Ludovic. de Dieu ad Matth. cap. j. & in Appendic. pag. 504. & Grot. ad dict. locum.

e, erit ni fallor apertiſſima. Gravidam exiſtima-)at ſanctiſſimam uxorem, quacum non coiverat pſe, idque ſive ex adulterio ſive ex ſtupro ante ponſalia. Jam vero, ex adulterio a viro quali-ercunque credito, ne honeſte retinendam qui-lem juxta [a] mores Ebraicos uxorem fuiſſe, ſcimus x eis quae ſupra capite traduntur decimoſexto. Ex ſtupro autem ſive coitu ante ſponſalia (quem uſpicatum eſſe Joſephum exiſtimat Juſtinus [b] Martyr) aut criminaliter in uxorem vir agere po-uiſſet ex lege, atque capitis ob virginitatem prae-eptam accuſare, aut nomine dotis ſive reſcinden-lae ſive minuendae eandem ob cauſam actione ivili uti, quemadmodum etiam oſtenſum [c] eſt. oſephus igitur δίκαιος ὢν *cum eſſet juſtus* ſeu (ut Eraſmus) *quia erat juſtus*, id eſt, rituum patrio-um obſervantior, retinendam uxorem minime enſuit, quam juxta patrios mores ejiciendam xiſtimavit. Saltem non ſine dedecore ejus in fo-o cum ea ipſi agendum. Ei tamen, utpote vir-;ini, quam etiam, antequam in ſomnis viderat ngelum teſtem, alioquin moribus ſanctiſſimis uiſſe certo ſciret, adeo indulgentior erat, ut nol-et eam ſive adulterii ſive praereptae virginitatis ut impudicitiae accuſare, unde dos reſcinderetur ninuereturve, ipſaque neceſſario infamaretur, ſed ellet potius clam ac occulte eam dimittere, id ſt, ſine ſtrepitu forenſi & abſque criminis atque lotis ſive diſpendii ſive diminutionis infamia. Nam *clam dimittere*, dimittere ſine teſtibus ſig-ificare ibi (ut volunt aliqui) opinor nequit, cum ullum eſſet legitimum ſine libello repudium, nec llus ſine teſtibus libellus legitimus, ut ſtatim do-ebitur & rectiſſime animadvertit vir praeſtantiſ-imus Hugo Grotius. Neque autem in libello llo cauſae divortii mentio adhiberi ſolebat; ed verba duntaxat quae matrimonium rite diſ-olverent; cauſa ipſa, ubi pro mariti arbitrio ebat repudium, nec dotis jactura, ſecundum ea uae ſuperius hac de re dicta ſunt, ſequebatur, in nariti conſcientia repoſita. Ubi vero etiam ſe-uebatur ex cauſa repudii dotis jactura, aut in ctis fori aut in ore hominum aut in utriſque, ut eri fere amat, ipſa cauſa, unde & infamia ſe-uta eſt, publicabatur.

CAP. XXIV.

Libelli divortii formula ac effectus; & de ſingulari in eo vocabulorum ali-quot ſcriptione.

LIBELLI apud Ebraeos repudii formulae veteris verba ſolennia, id eſt, גופו של גט ſeu *corpus*, *ſubſtantia* aut *materies ipſa libelli*, qua ſcilicet ipſum ſolvebatur matrimonium & ſo-uti effectus declarabatur, in lingua ſemi-Babylo-ica ita ſe habuit [d]:

הרי את מותרת לכל אדם ודין דיהוי ליכי מינאי ספר תירוכון ואגרת שבוקין וגט פטורין למהך להתנסבא לכל גבר דתצביין:

Ecce licita ſis viro cuicunque. Atque hic eſt inter te & me libellus repudii, relictionis epiſtola, ac inſtrumentum dimiſſionis, adeoque tibi liberum ſit cuicunque velis nubere.

Caeterum adjectis tempore, loco, teſtibus & quae formulam integram complerent caeteris, ad hunc modum ferme a magiſtris [e] exhibetur:

בכך ובכך בשבת בכך וכך לירח פלו' בשתא כך וכך ליצרה או לשטרות למניינא דרגילנא למימני ביה במקום פלוני איך אנא פלוני בר פלוני דמקום פלוני וכל שום אחרן וחניכא דאית לי ולאבהתי ולאתרי ולאתריהון דאבהתי צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ופטרית ושבקית ותרכית יתיכי ליכי אנת פלונית בת פלוני דממתא פלונית וכל שום אחרן וחניכא דאית ליכי ולאבהתיכי ולאתריכי ולאתריהון דאבהתיכי די הוית אנתתי מן קדמת דנא וכדו פטרית ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי דתהויין רשאה ושלטאה בנפשיכי למהך להתנסבא לכל גבר דיתיצביין ואינש לא ימחה בידיכי מן יומא דנן ולעלם והרי את מותרת לכל אדם ודן די יהוי ליכי מנאי ספר תרוכין וגט פטורין ואגרת שבוקין כדת משה וישראל:

פלוני בן פלו' עד.
פלוני בן פלו' עד.

FERIA N. menſis N. die N. anno N. ſive a mundi conditu ſive aerae N. qua in lo-co N. utimur. Ego N. filius N. ex loco N. & quocunque nomine ſeu cognomine alio ſive ip-ſe ego ſive parentes mei ſive locus unde ego dig-noſcor, ſive loca unde parentes mei dignoſcuntur, nuncupamur, ultro atque ex animi ſententia & ſine coactione dimitto, relinquo, repudio te tibi tu N. filia N. ex loco N. & quocunque nomi-ne, ſeu cognomine alio ſive ipſa tu, ſive parentes tui ſive locus unde tu dignoſceris ſive loca, un-de parentes tui dignoſcuntur, nuncupamini; quae antea uſque in hoc momentum uxor mea fuiſti. Et nunc dimitto, relinquo & repudio te tibi adeo, ut ſis libera & tibi ſit poteſtas abeundi, & cui-cunque viro velis nubendi. Nec mortalium quiſ-quam te prohibeat ab hoc die in perpetuum. Et ecce ſis cuicunque viro licita. Et hic eſto li-bellus, qui tibi a me eſt libellus repudii, inſtru-mentum dimiſſionis, & relictionis epiſtola, juxta praeſcriptum Moſis & Iſraelitarum.

N. filius N. teſtis.
N. filius N. teſtis.

Ubi ita lingua ferme Babylonica ſeu Syriaca, id eſt, Ebraeis Chriſti tempore & diu ante uſita-tiori, ſcribebatur libellus (quem itidem alia ali-

[a] Vide Ambroſ. ad Lucam lib. 2. cap. 1. [b] Dialog. cum Tryphone. [c] Supra cap. 1. & 2. [d] Miſna tit. Gittin ap. 9. [e] Videſis Maimonidem halach. Giruſhin cap. 4. Sal. Jarch. ad Talmud. Babylon. tit. Gittin cap. 9. fol. 85. b. & Gemaram nd. Animadverſ. ad citat. Maimonid. locum fol. 273. Moſem Mikotzi Praecept. Affirmat. 50. Sepher לכל חפץ num. 31. Alpheſ. part. 2. tit. Gittin fol. 600. a. Rituale Maharil fol. 90. b.

qua lingua conſcribere fas erat) diligentiſſime ex veterum inſtituto ſic obſervanda erat ſcriptio ſolennium in eo vocabulorum, ut tametſi orthographia diverſa eorum nonnulla exarari alibi potuiſſent, nonnulla etiam interdum debuiſſent, non aliter tamen ac ſuperius exhibentur hic eſſent omnino a ſcribis exhibenda; ne forte aut e mala apicum ſive ductu ſive diſtantia ſive conjunctione aut homonymia ſenſus alicubi ſuborireturª legenti ipſi repudii ſubſtantiae ac naturae haud ſatis conſonus. Illud ודין די וגו' *& hic eſto*, &c. non ודין וגו' exarari debuit, *jod* ſcilicet inſerto (quod tamen permittit linguae idioma) ne forſan intelligeretur ודין די יהוי ליכי מנאי וגו' adeo ut ſeorſim poſſit ſumi pro *& judicium eſt ſeu ſententia forenſis unde tibi a me libellus repudii*, &c. perinde ac ſi innueretur, ſine judicio praecedenti quod cogeret, repudium minime factum. Nam, ut mox oſtenditur, etiamſi ſententiam ferret forum de divortio, ex ſpontanea tamen viri animi ſententia undiquaque repudianda erat uxor. Id eſt libellus ultro, non velut ex ſententia fori dandus erat, quod animadvertendum eſt quoties coacti repudii mentio occurrerit. Item להתנסבא *ut nubat* ſeu *nubendi* ſcribi non oportuit לאיתנסבא, ne forte disjunctim legeretur לא יתנסבא *non nubat*, quo futurae nuptiae ei ex vi ſoni denegarentur. Quod nihilominus non ita accipiendum, ac ſi inde aut divortium ipſum fuiſſet irritum aut repudiatae fas non fuiſſet denuo nubere. Nam ex ipſo libello dato ſolvebatur matrimonium ex aliis quae occurrunt in eo clauſulis illud ſatis dirimentibus. Sed nolebant quidquam in eo reperiri, quod divortii ſubſtantiae adverſari videretur. Et male ſane a viro maximo Joſepho Scaligero obſervatum eſt ex Joſephi loco ſuperius[b] adducto, de Coſtobaro & Salome, perperam intellecto ac cum libelli verbis comparato, dimiſſae uxori ad ſecunda vota convolare, niſi vir prior permiſerit, non licuiſſe. Ejus ſententiae ſunt & alii infeliciter ſequaces. Verba[c] Scaligeri ſunt, Joſephi loco ſubjuncta; *Quem locum ideo adduxi, quia notabilis eſt, ex quo diſcimus non ſolum mulieri non licere a viro diſcedere, ſed ne dimiſſae quidem a viro ad ſecunda vota convolare, niſi prior vir permiſerit. Ideo ſolennia illa verba adjiciebantur in libello* ἀποστασίας תהי גרושה מני ומותרת לכל איש, Eſto a me rejecta & permiſſa cuicunque viro; *hoc eſt, do tibi facultatem nubendi cuicunque viro volueris. Niſi clauſula adjecta eſſet, non poterat alii nubere.* Sic ille. Sed nullibi reperio apud magiſtros, verba illa aut ſimilia aliud in libello praeſtare officium atque id quod ipſius ſubſtantiam & primariam vim explicat. Non quod libello adjiciat id quod rite dimiſſae non ex ipſo ſolummodo divortio, velut actu legitimo, liceret; quod manifeſtius fit ex eis quae capite occurrunt proximo. Et vide ſupra nos, de Fl. Joſephi loco illo. Tempus autem trimeſtre elabi debuit antequam denuo nuberet[d] uxor ſic dimiſſa; ob rationem ipſam quae in fratriae ac leviri nuptiis ante memoratur. Saltem ſi dubium ullatenus reſtaret, utrum gravida eſſet necne. Ne ſcilicet de partus parente non ſatis conſtaret. Tres autem *jodim* continui ante *nun* bina vocabula illa תהויין & תיצביין in libello claudunt, ut inde certiſſimum eſſet pluralis numeri, cujus ſonus aliter nimi affinis eſt, uſum ibi neutiquam eſſe. Ne ſcilicet ita ad alias etiam uxores ſeu foeminas, non ad eam ſolam cujus nomine conceptus eſt libellus verba ſpectare viderentur. Alia ſunt ejuſmodi actuariis ſumma cum religione in ſcriptione obſervanda, de quibus conſulas ſi placet Aloyſium Novarinum[e] in Aquis Nuptialibus. Habentur etiam libelli Ebraeorum divortii formulae aliquo apud ſcriptores Chriſtianos editae, veluti Paulum Fagium[f], Guilielmum Schickartum[g], Ludovicum de Dieu[h], Joannem Druſium[i], Robertum Coenalem[k], Sixtum Senenſem[l], Hugonem Grotium[m], alios[n]. At vero Druſius, *legem,* inquit, *olim Phariſaei* (legem de divortii in Deuteronomio latam) *non recte intellexiſſ mihi videntur. Nam per eos licebat id facer ob quamvis cauſam dato libello repudii, in qu maritus promittebat uxori quam dimittebat nunquam ſe cum ea congreſſurum aut conſuetudinem habiturum eſſe.* Citat dein, ut id probet, Joſephi verba illa de divortiis[o]; Γυναικὸς τῆς συνοικούσης βουλόμενος διαζευχθῆναι καθ' ἃς δηπ τῶν αἰτίας, πολλαὶ δ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦτα γίνονται, γράμμασι μὲν περὶ τοῦ μηδέποτε συνελθεῖ ἰσχυριζέσθω. Λάβοι γὰρ ἂν οὕτως ἐξουσίαν συνοικεῖ ἑτέρῳ, πρότερον γὰρ οὐκ ἐφεκτέον. Verſionem dein amplectitur hanc Geleniam, *Qui a conjuge quacunque de cauſa, ut ſaepe hominibus uſu venit disjungi poſtulat, ſcripto ei ſecuritatem faciat quod eam amplius nolit repetere. Sic enim habebit poteſtatem alterius conjugis quaerendi, alio qui divortium non permittitur.* Exhibita dein Latine libelli repudii formula e commentariis magiſtrorum, idque ſatis fideliter & ſecundum ea quae ſuperius oſtenduntur: *In qua formula,* ait, *deeſſe video & miror ſecuritatem quam maritus faciebat uxori de non repetendis ejus nuptiis. Nam quin in veteri libello expreſſa fuerit, cum Joſephus id teſtatum reliquerit, dubitare non debemus, nos praeſertim, apud quos Joſephi autoritas major eſt quam recentium Rabbinorum.* De Joſephi autoritate, aut an is Rabbinorum ſcriptis (ſcriptis ſcilicet quibus traditiones per ora magiſtrorum a ſeculis vetuſtiſſimis & Joſepho multo antiquioribus traditae conſervantur) ſit praeferendus, hic locus non eſt diſputandi. Sed vero tanti viri pace, ejuſmodi, quod vult ille omnino nihil apud Joſephum reperitur. Verba illa ita plane ſonant Latine; *Si quis a conjuge quacunque de cauſa disjungi velit (& cauſae ejuſmodi certe quamplures hominibus accidunt) ſcriptis ei ſecuritatem faciat* aut *firmet ſe in poſterum cum ea neutiquam conſuetudinem habiturum. Inde ſcilicet accipiat ea poteſtatem alteri nubendi. Quod ante permittendum non eſt.* Seu, ut non male Ruffinus, inter

ª Gemar. Babylon. ad tit. Gittin, cap. 9. fol. 85. a & b. [b] Cap. 19. [c] Joſeph. Scaliger. in Animadverſ. Euſeb. num. 2015. pag. 159. [d] Videſis Praefat. ad Zohar fol. 8. b. edit. Mantuanae. [e] Elect. Sacr. lib. 6. cap. 48. [f] Ad Chald. Paraph. Deut. xxiv. [g] De Jure Regio, cap. 3. theor. 9. [h] Comment. in Matth. cap. v. [i] Obſervat lib. 14. cap. 10. [k] Axiom. de Divortio Matrimonii Moſaici. [l] Bibliothecae ſanctae, lib. 2. [m] Ad Matth. v. pag. 93 [n] Zuinger in Theat. Vitae Humanae, vol. 29. lib. unic. &c. [o] Lib. 4. cap. 8.

pres

ores vetus, *Ex scripto quod nunquam cum ea convenaiat, compromittat. Sic enim habebit potestatem alii copulari. Nam prius illa alteri jungi non potest.* Adeo ut περὶ τοῦ μηδέποτε συνελθεῖν non vertendum aut intelligendum sit pro eo quod est, *quod eam amplius nolit repetere* (quasi de non repetenda ea in uxorem aut non iterandis nuptiis aut sponsaliis verba fierent; nam id dictum fuisse, ut quis a se repudiatam in uxorem denuo duceret, modo inquinata non esset, juxta ea quae primo libro traduntur, non solum apud magistros est certissimum, sed etiam apud Josephum; qui verbis proxime sequentibus, de inquinatione ejusmodi, velut de sola exceptione, secundum Sacrae itidem Legis mentem, loquitur) sed *quod cum ea nollet amplius consuetudinem habere*, id est, nollet initum matrimonium, unde pependit illa consuetudo, amplius vim retinere; quod nihil aliud est praeter ipsum divortium, nec ad eam non repetendam attinet. Postrema autem verba πρότερον γὰρ οὐκ ἐφεκτέον non ad divortium, ut vult Gelenius interpres ejusque sequaces, sed ad secundas nuptias plane spectant. *Ante*, scilicet ante solutum ita per consuetudinis futurae renuntiationem in libello repudii contentam, uxori *non licere* ad secunda vota, de quibus proximis quae praecedunt syllabis loquitur Josephus, convolare. Et planissimum est, ut in cessionibus, seu quibuscunque alienationis seu societatis dissolutionis instrumentis, ita in libello divortii verba semper fuisse, quae jus omne pristinum cedentis abolerent & totum alienantis ac societatem dissolventis commodum ac contractum praecedentem in tempus futurum ac perpetuum diruerent, adeo ut eo nomine frustra inposterum ageretur; quae nihilominus novum aut secundum, inter personas easdem contractum nunquam non admitterent. Id quod de jure nuptiarum sic repetendarum, pro mariti ac repudiatae, antequam alteri nupserat, libitu, idque ad Josephi mentem, est itidem observandum. Neque erat omnino cur Josephus & Rabbini hac in re ita committerentur, satis nimirum invicem concordes. Et verba libelli manifesto comprehendunt illud, *eum non amplius cum ea congressurum*, ex initi scilicet antea matrimonii vi, ut intuenti facile liquet.

CAP. XXV.

Decem res singulares quas, velut ipsa Lege Sacra subnixas, stricte observari voluere, ut legitimus exiret libellus divortii. Alia quaedam ex superinductis majorum institutis, ad divortiorum jus inprimis attinentia.

UT autem ipse divortii actus legitime conficeretur, decem circumstantiae caute erant adhibendae, quas enumerant velut ipso Sacrae Legis sermone subnixas ac perpetuo necessarias. Prima est שלא יגרש האיש אלא ברצונו, *Ut maritus non dimitteret seu divortio ejiceret uxorem, nisi ultro atque ex animi sui sententia.* Id eliciunt e verbis illis, *Si ea non invenerit gratiam in oculis ejus.* Quod autem superius de repudio ex sententia forensi toties occurrit, semper intelligendum ita est [a], ut aut latae de divortio sententiae ipse in quem ferebatur assensum libenter e vestigio praeberet adeoque libellum confectum traderet, aut si contumax forsan esset, neque uxorem quam retinere foro visum erat illicitum, dimitteret, verberibus eo nomine esset afficiendus, usque dum palam haec verba de divortio emitteret רוצה אני *placet mihi*, seu *ego volo ipse*, & dein libello conscripto, uxorem, ut oportuit, ultro repudiaret. Etenim ita spontaneum satis habebatur repudium, quoniam ea spontanea satis censebantur, quorum in assensum quis ita sententia forensi poenisque adactus esset, modo ad eadem etiam ex lege obligaretur. Et Maimonides; למה לא בטל גט זה שהרי הוא אנוס שאין אומרין אנוס אלא למי שנלחץ ונדחק לעשות דבר שאינו מחייב בו מן התורה כגון שהוכה עד שמכר או עד שנתן, *Ratio quare ejusmodi libellus ex vi non vitietur, est, quia non censetur vis esse* (quae actum vitiet) *nisi ubi quis cogatur urgeaturve rem aliquam facere, ad quam ex lege minime obligatur; veluti ubi quis vapulat usque dum quid vendat aut donet.* Secunda res est שיגרש בכתב ולא בדבר אחר, *Ut scripto repudiaret & non re alia*: quoniam in ipsa lege memoratur ספר seu *libellus.* Tertia, שיהיה ענין הכתב שיגרשה והסירה מקניינו, *Ut primaria scripti materies esset, maritum uxorem e dominio seu possessione sua dimittere & summovere*: idque ex eo quod in Lege Sacra legitur ושלחה *& dimittat* seu *emittat* eam. Unde fiebat etiam ut si is ושלח עצמו ממנה *dimitteret seipsum ab ea*, id est, verbis in libello uteretur tantum, quae illius ab ea dimissionem, non hujus ab eo, diserte exprimerent, irritum haberetur repudium. Verbi gratia, si scriptum esset sive איני בעליך *ego non ero* aut *non sum maritus tuus*, sive איני ארוסיך *ego non ero* aut *non sum sponsus tuus*, sive quid ejusmodi aliud, repudium inde non fiebat. At si הרי את משולחת *ecce dimissa sis tu*, aut הרי את מגרשת *ecce repudiata* aut *expulsa sis tu*: aut הרי את לעצמך *tibi tui sit potestas*, aut quid ejusmodi insereretur, legitima erant repudii verba. Memineris hic ex libro secundo sponsalia pariter ita concipi debuisse ut eorundem vocabula assererent virum sponsam non hanc illum accipere. Quarta res hic observanda erat, שיהיה ענינו דבר הכורת בינו לבינה, *Ut materies primaria libelli ejusmodi esset, ut ipsa ab ipso excideretur.* Nam libellus in ipsa lege nuncupatur ספר כריתות *libellus excisionum*, quod *libellus repudii* vulgo & recte vertitur. Tam autem tertia quam quarta ita intelligenda est, ut ex ipsa verborum adhibitorum vi manifesta esset ac certissima conjugii intercisio solutioque, seu, quod ipsum tantum voluit Josephus, ut ex superiore liquet capite, ut securitas uxori inde nasceretur maritum ex matrimonio ante inito μηδέποτε

[a] Gemar. Babylon ad tit. Eracin, cap. 8. fol. 21. & ad tit. Jabimoth, cap. 12. fol. 106. a. & ad tit. Gittin, fol. 88. b. Adde Maimonid. hal. Girushin, cap. 2.

συνελθεῖν.

συνελθεῖν, *impoſterum ſecum non congreſſurum*, nec conſuetudinem vitae habiturum. Neque erat neceſſarium ut aedibus viri ejiceretur, ne repudium non ſatis eſſet perfectum ac legitimum; tametſi Legis Sacrae verba ſint ושלחה מביתו *& dimittat* ſeu *emittat eam ex aedibus ſuis*. Etenim ſufficiebat ita libelli verba eſſe concepta, ut inde ſatis conſtaret virum eam a ſe dimittere ac matrimonium ſolvi, adeoque nec familiae maritalis partem inpoſterum eam fore, ſed ex aedibus ejiciendam, tametſi ipſe ejectionis actus nondum ſequeretur. Ita nihilominus ut ſi nupta poſt libellum traditum perfectumque rite divortium, nondum ejecta cum viro cohabitare non deſineret [a], de ſecundis, velut cum reduce, nuptiis ex coitu eſſet praeſumendum. Unde etiam novo libello, repudio novo opus erat. Non ita ſi ſponſa repudiata idem feciſſet, niſi ipſius coitus teſtes haberentur. Etenim in nuptae cauſa, de coitu ex conſuetudine priſtina praeſumebatur; non in cauſa ſponſae quacum antea concubitum non habuerat. Quoniam autem de nuptae ita repudiatae coitu erat praeſumendum, ideo etiam de ſecundis nuptiis. Nam in receptis habebant ſententiis אין אדם עושה בעילתו בעילת זנות, *Temere praeſumendum non eſt virum coitu ſcortari*: ubi ſcilicet ita de affectu maritali ex conjugio praecedenti atque de amore, ut fit, reduce merito eſſet ſuſpicandum. Ejuſmodi etiam interciſio conjugii legitimo repudio neceſſaria erat, ut quoties libello adjiceretur clauſula illa de uxoris ad alia convolandi vota libertate, ſi accederet etiam exceptio viri alicujus quocum nuptiae poſſent contrahi, plane irritus [b] eſſet. Non ita, ſi exciperetur ſive Gentilis ſive ſervus ſive pater ſive frater, aut eorum quis alius quibuſcum nuptiae ſeu contractus matrimonialis plane nullus ac omnino nihili erat. Nam priori in ſpecie intercifio integra non erat, ſed relinquebatur obligationis pars quae ſolvi debuiſſet. Adeoque non palam atque ex vi verborum erat ſolutio; nec divortium omnino rite fieri cenſebatur. Non ita in ſecunda ſpecie, quoniam exceptio ibi neque operabatur quid, neque ſenſum poterat habere aliquem legitimum. Atque hinc ſane liquidius conſtat erraſſe nimium eos, qui repudiatae ſine venia a viro poſtmodum impetrata ad ſecunda convolare vota illicitum fuiſſe exiſtimarunt, ſive ex libelli verbis ſive ex mala Joſephi interpretatione ſuaſi; qua de re jam ante [c] diximus. Tantum id aberat, ut nec legitimum eſſet divortium nec matrimonium omnino ſolutum, ſi verba aliqua libello interſererentur, quibus vir innueret repudiatae integram denuo ubicunque placeret nubendi deeſſe ex ipſo divortii actu poteſtatem. Dubitari enim nequit quin rite potuiſſent verba ejuſmodi exceptionis interſeri, ſi id quod ipſi velint ex lege ſeu moribus avitis obtinuiſſet. Quinta res hic eſt שיהיה נכתב לשמה, *Ut conſcriberetur nomine uxoris* libellus. Lex enim ait, *Scribat ei libellum repudii*. Sexta, שלא יהיה מחוסר מעשה אחר כתיבתו אלא נתינתו בלבד, *Ut poſtquam erat conſcriptus libellus* (totus more ſolenni) *nil reſtaret agendum*, ſeu *actus alius non eſſet reliquus, praeter ipſam traditionem*. Id eliciunt ex verbis legis וכתב ונתן *& ſcribat & tradat*. Voluere igitur, nihil ſcriptionem integram & traditionem intercedere. Exempla [d] afferunt. Poſt conſcriptum libellum repudii in vaccae cornu aut libri compacti carta, ſi ipſa traderetur uxori vacca integra aut ipſe liber integer legitimus habebatur libellus. Sin vero abſciſſum eſſet cornu aut exſecta dilacerata ve carta, ut ſigillatim traderetur, res irrita erat. Septima eſt שיתנהו לה *Ut traderet libellum uxori*. Legis verba ſunt, *& tradat in manum ejus*, quod non minus intelligebant de ſinu uxoris & procuratoris ejus manu (procuratorem uxoris hic שליח קבלה *procuratorem* aut *nuncium receptionis* aut שליח הבאה *procuratorem ad afferendum* conſtitutum appellitant) aut de jactu aliave [e] traditione qua uxori libellus daretur. Traditionem autem ita oportuit fieri, ut adjicerentur verba tradentis mentem ſatis explicantia, velut הרי זה גיטך *ecce hic libellus tibi repudii eſt*, aut ejuſmodi quid aliud. Si nihil omnino dixerat vir cum traderet, habebatur גט פסול ſeu *libellus cui vitium* quidem *inerat* (ſed non plane irritus; de quo ſtatim plura) niſi de repudio ejus proxime ante traditionem verba cum ea feciſſet. Etenim tunc nec repudio vitium ineſſe voluere. Tradendus autem erat libellus patri aut procuratori ſuo, ubi quis puellam annis minorem ex autoritate patris, juxta ea quae libro oſtenduntur ſecundo, deſponſatam repudiaret. Octava res eſt שיתנהו בפני עדים, *Ut traderet vir libellum coram teſtibus*. Ex notiſſimo de teſtibus Lege Sacra hoc petunt: *In* [f] *ore duorum teſtium, vel trium teſtium firmabitur verbum* ſeu *res*. Abſurdum enim exiſtimabant actum ullum, quo ea cujus cum alio praeter virum concubitus hodie ערוה eſſet ſeu *turpitudo* etiam ex ſententia forenſi capitali ſupplicio, ſi praemonitio ac teſtes non deeſſent, punienda, die craſtino ſeu ſtatim poſtea ita libera, fieret ut cuicunque vellet nubere liceret, idque ſine teſtibus quorum ex ore veritas inprimis tanti momenti ſemper firmanda. Nam divortii teſtes, adulterii accuſationem diluere potuiſſe nemo non videt. Itaque ſi carerent teſtibus minimum binis, libellus ab actuario conſcriptus, irritus erat. At ſi ab ipſo marito conſcriberetur, & coram unico traderetur teſte, non irritum, ſed cui vitium nihilominus inerat repudium habebatur. Sed vero D. Auguſtinus [g], *Apud Ebraeos*, inquit, *ut perhibent ſcribere literas Ebraeas nulli fas erat niſi ſcribis ſolis. Ad hos igitur quos oporteret eſſe prudentes legis interpretes & juſtos diſſidii diſſuaſores, lex mittere voluit eum quem juſſit libellum repudii dare, ſi dimiſiſſet uxorem. Non enim ei poterat ſcribi libellus, niſi ab ipſis qui per hanc occaſionem & neceſſitatem venientem quodammodo in manus ſuas bono conſilio regerent atque inter ipſum & uxorem pacifice agendo, dilectionem concordiamque ſuaderent.* Ita pater ille. Sed nullos praeter ſcribas rite potuiſſe libellos divortii aliave inſtrumenta apud Ebraeos conſcribere, in eorum commentariis nondum

[a] Miſn. tit. Gittin cap. 8. & Gem. Babylon. ibid. fol. 81. b. & Maimonid. halach. Giruſhin cap. 10. [b] Miſn. tit. Gittin cap. 9. & Gem. Babylon. ibid. fol. 82. a. & Maimonid. halach. Giruſhin cap. 8. [c] Cap. 19. & 24. [d] Miſna tit. Gittin cap. 2. Gemar. Babylon. ibid. fol. 19. a. & ſeq. Maimon. halach. Giruſhin. cap. 1. [e] Miſna tit. Gittin cap. 8. & Gemar. Babylon. ibid. fol. 7. b. Maimonid. halach. Giruſhin cap. 5. [f] Deuteron. xix. 15. [g] Contra Fauſtum Manich. lib. 19, cap. 26.

puta-

puto eſt compertum. Et maritum hic ipſum ſcribere potuiſſe manifeſtum eſt. Res nona eſt שיתנהו לה בתורת גירושי, *Ut traderet libellum uxori vir ad legem* ſeu *modum repudii*; id eſt, ut nomine repudii tam ab ipſo traderetur quam ab ipſa acciperetur libellus. Ex lege ſcilicet libellus tradendus erat. Si igitur aut nomine ſyngraphae alicujus alius, veluti qua debitum, conventio, aut ejuſmodi quid aliud comprehenderetur, tradebatur libellus, aut dormienti tradebatur, adeo ut accipi nomine libelli nequiret, nullum erat repudium. Decima ſeu ultima eſt שיהיה הבעל או שליחו הוא שנתנהו לה, *Ut maritus aut procurator ejus ipſe eſſet, qui uxori libellum traderet.* τὸ *tradat* in Lege Sacra tam ad hunc quam ad illum ſpectare voluere. Procuratorem hujuſmodi nuncupant שליח הולכה *nuncium* ſeu *procuratorem ad deferendum* libellum conſtitutum. Ut autem dies, annus, locus, adjiceretur, ut teſtes traditionis ſubſcriberent, id genus alia ſolennia ex ſuperinductis majorum inſtitutis ſeu ſcribarum ſanciris manarunt; caeteris quae memoravimus Lege Sacra, ut volunt ipſi, ſubnixis. Libelli autem a marito procuratori ſuo traditi vis ceſſabat, ſi antequam traderetur ſive [a] uxori ſive procuratori ejus, verbis idoneis reſciderat maritus. Uxori quicquid conditionum dotalium praeſtandum erat, etiam erat interea praeſtandum uſque dum in poſſeſſionem ſive ſuiipſius ſive procuratoris ejus veniret libellus per procuratorem aut nuncium mariti miſſus. Libellus plane erat irritus, ſi antequam traderetur, moreretur maritus. Conditiones item ac limitationes non minus [b] divortiis quam ſponſaliis adjiciebantur. Etiam eodem modo, ratione ac diverſitate quam oſtendimus ſupra, ubi de ſponſaliis conditionalibus libro ſecundo agitur. Conditio aut limitatio verbis adjici potuit, remitti, minui, augeri; tametſi libellus abſolute conſcriberetur. Et pro varia adjectionis formula, juxta ea quae de ſponſaliis ante traduntur, ſive in futuro poſt impletam conditionem aut poſt tempus limitationis adjectam, ſive retro ab ipſo adjectionis tempore vim ſortiebatur libellus. Libellum irritum גט בטל quod idem ſonat, nuncupant. Ubi autem vitium inerat, adeo ut ex majorum ſuperinductis moribus ſatis non eſſet legitimus, tametſi eorum quae ex lege neceſſaria eſſent nihil deeſſet, גט פסול quod *libellum cui vitium ineſt* ſonat, vocabatur. Quod ſi libelli vis, ratione traditionis dubiae dubiaeve reſciſſionis aliuſve ejuſmodi actus ad ſubſtantiam repudii attinentis, in ambiguo eſſet, repudium nominabant ספק גירושין *divortium dubium*, & ipſam ita repudiatam ספק מגורשת *repudiatam, quae tamen in dubio.* Ubi vitium quale diximus inerat, ex conſilio non erant [c] capeſſendae a repudiata ſecundae nuptiae. Quae tamen ſi denuo nuberet, minime cogebatur repudium, nec proles illegitima. Laudabile nihilominus habitum eſt, hoc nomine repudiaſſe eam maritum ſecundum, modo prolem nondum ſuſcepiſſet. Non item ſi ſuſceperat שמא יוצא לעז על בניו *Ne infamiam* aut *maculam inde proles contrahat.* Ne ſcilicet Mamzeris nomen proli inde tribueretur, tametſi immerito. Quod ſi divortium erat dubium, etiam repudiata, quae ita etiam in dubio, ejicienda erat a ſecundo marito, & proles interea ſuſcepta pro Mamzere dubio habenda מפני שהיה ספק ערוה, *Eo ſcilicet quod hic in dubio erat turpitudo illa* ſeu *adulterium*, unde Mamzerem naſci manifeſtum eſſet certum ſi dubio divortium vacaret. Sive autem vitium ineſſet ſive dubium, fas erat marito priori, antequam alteri nupſerat reducem retinere abſque novis nuptiis aut benedictione ſeptemplici quae nuptiis adhiberi ſolita, aut nova dotis conſtitutione, uſque dum legitimo ejiceret atque undiquaque perfecto repudio. Irrito libello quanquam matrimonium non omnino ſolvebatur, attamen uxor quae ejuſce obtentu ſecundo nupſerat, tam a primo quam a ſecundo viro, legitimo repudii libello, utpote utrique ex majorum inſtitutis, non ex Lege Sacra interdicta, ejicienda fuit. A primo ne reducem tenere videretur uxorem, poſtquam divortii utcunque irriti obtentu ſecundo nupſerat, aut nubere ſaltem viſa eſt. Quin & adulteram retinere nefas habebant, ut ſupra oſtendimus. A ſecundo autem (qui tamen ne vir omnino quidem ei revera fuit) ne ea quae ita ſolennibus adhibitis viſa eſt ſecundo, repudii obtentu, uxor fieri, ſine libello repudii ejiceretur. Et utriuſque ex uxore ejuſmodi ſuſcepta proles (praeter eam quam aut ante ſecundas nuptias, aut forte poſt libellum repudii a ſecundo datum atque ante libellum a ſe datum ſuſceperat maritus prior) in Mamzeribus cenſebatur. At vero ſi irriti repudii obtentu aut ſine eo ſecunda fierent ſponſalia tantum, & non ſequerentur nuptiae ſeu deductio, nec illicita erat uxor priori marito, nec ut ab eo qui ſecundi mariti nomen uſurpaverat, libello repudiaretur opus erat. Ob ſecundas ejuſmodi nuptias, in quibus etiam praeſumebatur de concubitu, publicae honeſtatis cauſa atque ob ſolennem conjugii reverentiam, illud, quod jam diximus, voluere. Tantundem vero ob ſponſalia ſecunda, qui nudus erat verborum ſine corporum commiſtione contractus, fieri nolebant. Nam & ipſe contractus ſeu ſponſalia plane irrita; שאין קידושין תופסין בעריות, *Quoniam in turpitudinibus illis vetitis* (id eſt, inter perſonas quibus matrimonium illarum nomine, veluti inter conſanguineas ac affines aliquot & cum uxore alteri nupta ſeu deſponſata ſeu indimiſſa, juxta ea quae libro oſtenduntur primo) *ſponſalia plane locum non habent.* Et rationem eandem ad nuptias alias, praeter eas quae cum jam nupta, aut, quod idem eſt, divortii irriti obtentu inibantur, hic ita extendebant, ut ſi quis innuptam duceret quae ſive ex conſanguinitate ſive ex affinitate, turpitudinis nomine vetaretur, libello opus non eſſet [d] repudii. Sed quia hujuſmodi nuptiarum ſeu quae praecedebant ſponſaliorum, minime omnino erat vis ulla, ideo uterque conjugum non aliter habebatur ac ſi in inceſtum ſolennibus verbis, non in matrimonium conveniſſent. Alia ſunt quamplurima, veluti de notariorum erroribus, ſcripturae apicibus, vario procuratorum uſu, teſtium ſubſcriptio-

[a] Maimonid. halach. Giruſhin, cap. 6. [b] Idem halach. Iſhoth, cap. 6. & halach. Giruſhin, cap. 8. & 9. [c] Maimonid. halach. Giruſhin, cap. 10. [d] Gemar. Babylon. ad tit. Jabimeth, cap. 10. fol. 74. b. Maimonid. loc. citat.

ne, probationibus, id genus reliquis, quibus turgent ſatis etiam vetuſtiſſimi magiſtrorum commentarii. Ea autem libenter praetermittimus tum ut leviora tum ut magis proprie ad alia juris capita attinentia.

CAP. XXVI.

Eorum, quae de divortio tradidimus ſummarium quintuplex; ut ſcilicet inde, aut ex ratione congenere, juris divortiorum variatim in Chriſtianiſmo propagati natura rite intelligatur. Et primo de Moſcorum ſeu Ruthenorum & AEthiopum, qui Habaſſeni dicuntur, divertendi jure liberrimo. De Habaſſenis eorumque Chriſtianiſmi initiis. Eorum in Mahumediſmum mutatio Europaeis hactenus nullibi vulgata, ex Mahumede Ben Abdalbachi Mecano.

EX ſuperius alibique [a] oſtenſis liquet, primo, jure Noachidarum ſeu naturali, id eſt, univerſi generis humani ab ipſis rerum initiis communi, quod juxta Ebraeorum placita ante Moſaicum ſolum obtinuit ut divinum, conjuges, ſicut mutuo conſenſu copulabantur, ita parili rite potuiſſe conſenſu disjungi, matrimoniumque repudio prorſus dirimi; ſecundo ex eodem jure alterutrum, ſive virum ſive uxorem ſocietati potuiſſe conjugali pro libitu renuntiare adeoque invicem licite divertere, utcunque Hieronymus (nec ſine ſequacibus) dubitare non videtur, quin ante diluvium aut etiam legem Moſaicam datam nullum omnino fuerit divortii jus. *Repudium*, inquit [b], *juxta eloquium Salvatoris ab initio non dabatur, ſed propter duritiam cordis noſtri per Moyſem humano generi conceſſum eſt.* Et poſt, *Ab exordio conditionis humanae nec carnibus veſcebamur nec dabamus repudium*, &c. *Poſt diluvium autem cum datione legis*, &c. *carnes ingeſtae ſunt ad veſcendum & repudia conceſſa duritiae.* Sed vero a priſcis aliquot recipitur etiam ipſum Moſem ante legem illam in Deuteronomio de libello repudii uxorem divortio ejeciſſe. Etenim pro eo quod legitur in Numeris [c], *Et loquuta eſt Miriam & Aharon contra Moſem* על אודות *ſuper cauſam* (ſic vertunt Judaei Mauritanienſes aliique Arabum, ſcilicet بسبب & Hiſpanienſes *ſobre cauſas*, ut Chaldaei על עיסק *ſuper negotium*) *mulieris* ſeu *uxoris* הכושית *AEthiopiſſae quam duxerat. Nam duxerat uxorem AEthiopiſſam* (quae verba poſteriora Vulgatae deſunt, uti & Arabicae cum ea editae) paraphraſis Onkeli habet, *Locuta eſt Miriam & Aharon contra Moſem propter* ſeu *ſuper negotium* אתתא שפירתא *mulieris pulchrae quam duxerat* ארי אתתא שפירתא דנסיב רחיק, *Quoniam uxorem pulchram quam duxerat repulit* ſeu *divortio ejecerat.* Perinde ac ſi Ebraicarum vocum poſteriorum ſenſus fuiſſet; Nam ante quidem duxerat, ſed tenere noluit, uxorem illam id eſt, divortio ejecit. Et gloſſa item Jarchi interpretatur על אודות אשה *ſuper cauſam uxoris*, per על אודות גירושיה *ſuper cauſam divortii ejus.* Alii [d] hanc Zipporam putant fuiſſe, atque AEthiopiſſam nuncupatam, ſive ob pulchritudinem ſingularem nigredine ſic deſignatam (unde & Chaldaeo & paraphraſtae Hieroſolymitano pulchram dictam) ſive ex eo quod etiam Midianitae, quorum e gente Zippora erat, AEthiopum nomine, velut ſeptentrionaliorum, ſubinde venirent. Certe etiam legitur [e], *Tulit igitur Jethro ſocer Moſis Zipporam uxorem Moſis* אחר שלוחיה id eſt, בתר דשלחה (ut Onkelus) *poſtquam dimiſerat eam* ſeu *remiſerat eam* juxta quod verſiones Chriſtianae puto omnes uti & Judaeorum Germanenſium & Perſica. Origo ſonat *poſt dimiſſiones ejus*, unde Judaei Hiſpanienſes ibi *deſpues de ſus enbiamientos.* Graeci μετὰ τὴν ἄφεσι αὐτῆς & ἐξ ἀποστολῆς αὐτῆς, *poſt dimiſſionem ejus* Vulgata, *Uxorem Moyſi quam remiſerat*, ut & Arabs cum ea Romae editus. Ita ſatis divortium hic Moſis innui poteſt, quemadmodum etiam expreſſim apud Judaeos Mauritanienſes

بعد الذي طـــلـــقـــهـــا

poſtquam divortio dimiſerat eam, quo ſenſu videtur rem palam accipere Salomon Jarchius. Non deſunt qui de muneribus [f] ad eam miſſi locum capiant; & in Arabicis Saadiae Gaon ſubſtituitur, بعد ما بعث بها اليه *poſtquam miſerat de ea ad eum.* Alii autem non Zipporam in allato Numerorum loco intelligi volunt ſed Tharbin AEthiopum regis filiam quam duxiſſe Moſem memorat Flavius Joſephus [g], quam forte innuit autor דברי הימים המשה ſeu *hiſtoria Moſis* apocryphus [h], ubi Necani AEthiopum regis demortui uxorem Moſi nuptiis conjunctam tradidit. Atque adjicit ille *Sed Moſes foederis* Domini memor לא קרב אליה וישם חרב בינו לבינה ולא חטא עמה, *non attigit illam, ſed gladium poſuit inter ſe & illam, ne cum ea peccaret.* Quaſi Legem Sacram nuptiis ejuſmodi violaſſe eum [i] non dubitaſſet; quae quidem nondum data erat. Sed vero de ſeparatione, qua conjugalia officia tantum omitterentur, ſeu ut dici ſolet a thoro, non de ſolutione matrimonii querelam inſtituiſſe hic in Moſem Miriam & Aharonem volunt alii, qua de re conſulas inprimis Abarbinelem [k]. Utut autem ſe res haec habuerit, nondum hactenus ſeu ante legem Moſaicam repudii libellus ita alicubi introductus eſt ut neceſſarius divortio haberetur. Aliis ſive ſymbolis ſive ritibus ſive pro libitu nullis ute

[a] De Jure Nat. & Gent. lib. 5. cap. 7. [b] Lib. 1. adverſ. Jovinian. [c] Cap. xij. 1. [d] Videſis tyran: hic Abulenſem, &c. & Paul. Fagium in comment. ad Chald. paraphr. Num. xij. Druſ. ad difficil. loca Exodi cap. lij. &c. [e] Exod. xviij. [f] Vide Paul. Fagium, ibid. [g] Archaeolog. 2. cap. 5. [h] De Vita Moſis a Gaulmino editus Pariſiis 1629. [i] Vi Hug. Grotium ad Num. xij. 1. [k] Piruſh Tora fol. 290. col. 3. & vide hic Cajetanum & Oleaſtrum.

bantu

pantur pro feculorum locorumque difcrimine. Et Beda [a], *Veterum*, inquit, (nonnullorum fcilicet) *confuetudo erat, ut fi fponfam fponfus repudiare vellet, difcalcearetur ille & hoc effet fignum repudii.* Sed haec obiter. Tertio, ex ante oftenfis liquet fingulari apud Ebraeos jure divino, quo communi illi derogatum eft, virum non fine libello repudii divortio uxorem ejicere potuiffe, nec interim (ut ab eis videtur receptiffimum, qua de re tamen vide quae fuperius advertimus) potuiffe omnino tantundem uxorem facere. Quarto, dum agitata eft Hierofolymis controverfia illa tam illuftris de divortiis inter fcholas Hillelianam & Sammaeanam, Chriftum docuiffe [b] non licere uxorem dimittere quamlibet ob caufam, feu graviter peccare & uxorem facere moechari qui eam dimiferit παρεκτὸς λόγου πορνείας, *extra caufam fornicationis*, ut legitur in Matthaeo, quod pariter in Evangeliis Marci & Lucae intelligitur ubi fimpliciter eundem in fenfum habetur *non licere uxorem dimittere* [c], juxta eorum fententiam qui caufam ob quamlibet divortia admittenda docerent ut Hilleliani feu etiam extra caufam fornicationis. Etenim Marci & Lucae hac de re verbis praevius erat Matthaei Evangelium commentarius. Scilicet anno ab afcenfu Domini octavo aut nono feu fub nativitatis 41 abfolutum eft & [d] publicatum Evangelium Matthaei; id eft, ante reliqua primum, feu ante Marci fub triennium, ante Lucae annos circiter quatuordecim. Notiffimum igitur inde erat quamlibet ob caufam uxorem non dimittendam, neque extra caufam fornicationis (quicquid eo nomine venerit) divortia admittenda juxta difciplinam a Chrifto datam. Idem ipfum fic erat fecundum frequentiffimam fcholarum de divortiis locutionem, dicere non quamlibet ob caufam, feu non fimpliciter uxorem dimittere fas eft, & non nifi caufa fornicationis. Ut non occides & non occides extra rationem poenae aut quafi, idem ipfum theologis juridicifque denotare nemo non videt. Adeoque idem ipfe cuilibet evangelio hac in re fenfus. Quod fane par eft, ut inprimis ii advertant qui fcriptionis Evangeliorum temporum ratione habita nulla, futiliter nimis, dum de divortiis difputant, objiciant, quid fi Matthaei Evangelium fcriptum aut repertum non fuiffet? Quae fane non minus abfurda videtur quaeftio, quam fi quis de luce difputans, quid fi fol nullus feu nulla lux creata fuiffet, petulantius quaereret. Πορνείας autem feu *fornicationis* fignificationem ac vim variam apud Ebraeorum Helleniftas (quorum in Graecis linguam Evangeliftis faepius adhibitam effe in confeffo eft) & qua literas fpectat facras, fupra [e] tradidimus. Quinto demum palam conftat tum ex fcholarum illarum illuftrium fcitis fententiifque Ebraeorum receptiffimis, tum e Chrifti ipfius refponfo, atque ipfa rei natura, dimiffionem feu divortium, de quo quaerebatur in Evangelio, fuiffe pleniffimam matrimonialis vinculi folutionem, nec folum a thoro (quod non pauci perperam volunt) feparationem. Quod cum primis eft hic advertendum. Atque ut Judaifmi, fic & Paganifmi & Mahumedanifmi hac de re mores (quorum forfan etiam in moribus Chriftianifmi nonnullis reliquiae aliquot, faltem olim, repertae) pro re nata fubinde indicavimus. Sequitur jam, ut de divortiis, eorumque jure, qua illud in Chriftianifmum ex varia juris tum Noachidarum tum Ebraici reliquique (quicquid id eft aut effe putatur) fimul & doctrinae Evangelicae interpretatione propagatum eft, admiffum aut diverfimode temperatum, dein videamus. Illinc enim etiam momenta tum rationis tum autoritatis quibus hac in re potiffimum fuerit nitendum, elicere non erit difficile. Praeterimus hic fectarios illos etiam primitivi feculi, veluti Cataphrygas [f], Montaniftas, alios, quos λύσεις γάμων *folutiones nuptiarum* docuiffe traditur. Neque enim revera tam λύσεις *folutiones* feu *divortia* notione qua nunc voce illa utimur, quam κωλύσεις *prohibitiones* feu ipfius matrimonii interdicta (de quibus tum apoftolus [g] expreffim tum fynodus Gangrenfis [h], alii obiter) introduci voluere; adeo ut nec coelibibus uxores jungi nec junctas retineri velint. Scilicet ex difcipulorum illo, *Si ita eft caufa hominis cum uxore* οὐ συμφέρει γαμῆσαι, *non expedit nubere* aliifque facri fermonis locis perperam intellectis illud elici autumabant. Nec caruere fequacibus. Sed diu eft quod exploditur haerefis haec. Neque ad difquifitionem noftram attinet, quae de matrimonio rite contracto ex fuperveniente caufa diffolvendo dirimendoque inftituitur (ejufdem jure priftino plane admiffo) non aut de eodem ex hominum vita tollendo aut de illegitime conjunctis feparandis, nedum de feparatione quae dicitur quoad thorum folum & menfam. Cernuntur autem potiffimum receptae admiffaeve diverfimode hac de re fententiae rationefque attinentes, aut inter Chriftianos aliquot quos non tam partem quam velut in vicinio feu pomoeriis ecclefiae orientalis, fic vulgo dictae, habemus, ut Ruthenorum feu Mofcorum & AEthiopum, & fi qui fint alii hifce congeneres, aut in Chriftianifmo tum veteri tum recentiori gentium ac populorum qui corpora orientalis occidentalifque feu Graecae ac Latinae, ut nuncupari folent, ecclefiae conficiunt. Apud eos qui prioris funt generis, divortia conjugum rite ante copulatorum pro libitu ferme, faltem olim, habita funt, haud aliter atque liberae focietatis cujufcunque ante initae folutiones, adeo ut fecundae aliaeque nuptiae utrifque inde licitae. De Ruthenis feu Mofcis Alexander Guagninus [i]; *Divortia inter fe frequenter celebrant, epifcopis permittentibus literafque repudii dantibus. Quidam etiam agreftium quibus ad epifcopos propter longam itineris diftantiam aditus difficilis eft. Divortium etiam tali modo* (*more gentili antiquitus obfervato*) *peragunt*; *cum fibi vir & uxor utrinque difplicent, tunc extra pagum in trivium ambo prodire folent, mantili accepto quod inter fe manibus tenendo per medium difcindunt, hocque inter fe divifo matrimonium etiam inter fe divifum effe putant. Et uxori repudiatae* vir

[a] In Quaeft. fuper Ruth. [b] Matth. v. 32. & xix. 9. [c] Marc. x. 11. Luc. xvj. 18. [d] Vide Baron. tom. 1. Ann. Chr. 41. num. 14. & fubfcript. Arabicas Evangeliis, Evangeliftarum vitas Arabicas & P. Kirftenii Chronologiam eis fubjunctas. [e] Cap. 23. [f] Apollonius apud Eufeb. hift. Ecclef. 5. cap. 18. Epiphan. haeref. 48. §. 9. Tertul. adverf. Marcion. lib. 5. cap. 7. Cyprian. lib. de fingularitate clericorum, &c. [g] 1 Timoth. iv. 3. [h] Can. 1. & dift. 31. c. fi quis. [i] In defcript. Sarmatiae Europaeae.

vir dicere solet *VADE TU HAC, EGO ILLAC PERGAM.* Adjicit autem ille *Sed hic perversus divortii modus nunc prorsus abolitus est.* AEvo vixit proxime superiori. Et centum amplius quadraginta abhinc annis de Ruthenis Joannes Sacranus [a] Cracoviensis ecclesiae canonicus, *Divortia faciunt in matrimoniis nulla rationabili causa interveniente, pro sola avaritia & libitu, quae laici simplices inter conjuges faciunt. Et dicunt quemlibet qui petit separari licere.* Etiam inter veteres Wolodimeri eorum regis sanctiones habetur [b] *Episcopi divortia tam inter Knesos quam Barones atque omnes seculares qui concubinas fovent constituere debent.* Sed vero Sigismundus [c] unde hoc habemus, *Divortium,* inquit, *admittunt & dant libellum repudii. Id tamen maxime celant, quod contra religionem & statuta esse sciunt.* Certe & e canonibus cujusdam Joannis metropolitae, prophetae apud eos dicti, idem citat, *Si maritus relicta priore uxore alteram duxerit, vel uxor alteri nupserit, ad communionem, nisi ad matrimonium redierit, non admittatur.* Uti etiam ex Niphontis episcopi Nowgardiensis responsis ad Cyrillum [d], *Divortium celebrans quomodo poenitebit? Resp. Perpetuo ab eucharistia, nisi jamjam animam agens abstineat.* Scripsit ille centum ferme abhinc annis. Christo autem Rutheni se nomen dedisse etiam sub Christianismi ipsius initia jactitant Andream apostolum suum item obtendentes. Alii Wolodimero rege, qui lavacro sacro tinctus est sub annum Christi 988. antiquiorem esse nolunt apud illos Christianismum; etiam & multo recentiorem [e] volunt alii. Utut autem se res haec habuerit, palam est diu viguisse liberrimum illud apud eos divertendi jus atque ita admissum, ut Christianae doctrinae non haberetur ipsis dissonum; quasi Paganismi seu Noachidarum hac in re jus retinendum censuissent, nec Christi in Evangelio verba atque exceptionem de divortiis ad alios attinuisse quam ipsos Judaeos quibus dicta sunt & quorum ut respublica seu ecclesia singularis sic jura item erant singularia. Certe Graecis interdum tribuitur & Armenis hujusmodi mos velut error pariter receptus. Atqui horum quantum video sententia est, non pro libitu seu ob causam omnimodam sed solum fornicationis seu adulterii causa aliave inde satis pendente aut aequivalente aut ex consensu conjugum communi, divortia, id est, matrimonii rite initi solutiones permittendas, quam dum Romanenses [f] (de quibus mox plura) gravius impugnant, non aliter exprimere subinde videntur, quam si liberiores multo matrimonii solutiones isti admisissent. Sed ea de re plura capitibus inferius sequentibus. AEthiopibus autem Christianis, divortia pro libitu facta & liberrima olim fuisse traditur. Ita contrahi ait apud eos Franciscus Alvaresius, qui aevo floruit superiori, matrimonia ut pignore utrinque seu poena caveri soleat, ne alterutrinque divortium fiat. Sed vero aut rationum aut cavillationum obtentu eludere eos ait sic praestitutam poenam aut eam subeuntes pro libitu divertere. Verba Lusitanica Alvaresii rerum AEthiopicarum autoris oculati sic Hispanice a Padilla traducuntur, *En fin el apartarse es commun assi a ellos como a ellas.* Liberum ita erat pariter uxori atque marito divortium. Quod tamen ad laicum non ad clericale genus ibi attinuit. Atque morem hunc apud illos antiquum esse refert scriptor recentior Ludovicus Urretensis [g], oculatus item rerum AEthiopicarum testis. De matrimonio eorum verba faciens, *En este,* inquit, *sacramento tenian un error introduzido de tiempos antignos, y era que avia repudio de parte de entrambos. El varon podiar repudiar a la muger y ella al marido; y el se casava con otra y ella con otro. Gozavan de esta ley los seglares que los clerigos casados no podian repudiar sus mugeres.* Ita tam Ludovicus hic quam Alvaresius clericorum matrimonia perinde ac laicorum non fuisse dissolubilia AEthiopibus narrant. Sed morem hunc seculo hoc ejurasse eos scribit Ludovicus ille, postquam scilicet legationibus Lusitaniae regis & pontificis Romani missionibus effectum est, ut Christianismo Europaeo tam hac in re quam in aliis fuerint magis conformes. Undenam morem ejusmodi hauserint AEthiopes Christiani, dubitatum est. An ex Paganismo, an Judaismo, an Mahumedismo, an a Graecis & Armenis [h], de quibus ante; etiam an e primitivorum seu vetustiorum Christianismi seculorum usu laxius intellecto, de quo plura in sequentibus. Jactant autem AEthiopes Christianismi sui initia velut a Candaces reginae Eunucho [i] *Indich* (ita aiunt) dicto & Philippo. Quod & a doctis [k] aliquot citra controversiam admittitur, uti & Matthaeum aliosque apostolorum ipsis praedicasse. Et de Matthaeo sane pronuntiant autores [l] prisci gravesque. Sed haec satis in dubio; utcunque Zaga Zabo [m] AEthiops ipse contendat eos inde *nunquam desiisse esse Christianos omnique sequenti tempore perstitisse fortes in fide.* Qua de re plura mox. Ann vero & divortii Christiani apud ipsos jus ejusmodi tam antiquum est, aut inde etiam natum. Cautius alii, qui ante annum XV. Justiniani, id est, salutis humanae 541. Christo nomina AEthiopas dedisse negant [n], inde suasi quod tunc temporis Adad rex Axumitarum (Azumitae iter dicti sunt, ab Axuma AEthiopum, ut legitur apud Ptolemaeum [o] & Stephanum, regia & metropoli, adeoque cum AEthiopibus iidem habentur) pugnam cum Damiano Omeritarum vicinorum rege etiam in gratiam Romanorum seu Christianorum initurus *votum vovit dicens Quia si vicero Omeritensem, Christianus efficiar quia pro Christianis pugno,* & victor *misit ad Justinianum imperatorem ut acciperet episcopum*

[a] In Elucidario Errorum Ritus Ruthenici, cap. 2. num. 37. & vide Petr. Petreium in Moscoviae Sciographiae, lib. 5. sub finem Swedice Stockholm. 1615. [b] Sigismund. liber Baro Com. rer. Mosc. tit. de Decimis. [c] Tit. de rat. contrah. matr. [d] Ide tit. Religio. [e] Vide Anton. Possevin. de Rebus Moscoviae. [f] Vide Guidonem de Perpiniano de Haeres. Graec. cap. 10. de Armen. cap. 28. & Alphons. a Castro de Haeres. lib. 11. verb. Nuptiae Haeres. 5. Possevin. in Capit. quibus Graeci & Rutheni a L dissentiunt. tit. de Divortio. [g] Lib. 2. de la Hist. de la Etiopia, cap. 10. [h] Videsis Nic. Godignum de Abassinorum reb lib. 1. cap. 36. [i] Act. viii. 27. [k] Nic. Godign. de Rebus Abassin. lib. 1. cap. 18, &c. [l] Socrat. lib. 1. cap. 15. & vide Baron. tom. 1. Anno Christ. 44. num. 35. [m] Damian. a Goes de AEthiop. moribus. [n] Joseph. Scalig. de Emen Temp. lib. 7. pag. 639. [o] Geograph. 4. & vide libell. de Reg. AEthiop. Romae 1552. [p] Hist. Miscell. lib. 16. & Cedren

& clericos, & doceretur & fieret Christianus. Atque libenter annuente Justiniano, *ita crediderunt Christo & illuminati* (id est, baptizati) *sunt.* At vero non inde sequitur Christianismi apud eos haec fuisse prima initia. Sed tantum, Adad regem ibi fuisse primum Christianum, atque in populum inde universum religionem salutiferam acceptam. Viguisse enim etiam in multis orbis Romani provinciis uti & Romae Christianismum nemo nescit, idque per secula aliquot, antequam principes ipsi eorumve auspiciis alii fierent Christiani. Et si fides canonibus Nicaenis ex Arabico traductis, etiam diu ante Justinianum, scilicet sub Constantino magno ac decessoribus ejus aliquot, Christianismum apud AEthiopas viguisse, non foret dubitandum. Ibi [a] enim legitur, *Ut non possint AEthiopes creare nec eligere patriarcham; quin potius eorum praelatus sub potestate ejus sit qui tenet sedem Alexandriae. Sit tamen apud eos loco patriarchae & appelletur catholicus,* &c. *Quod si acciderit, ut concilium in Graecia habeatur, fueritque praesens hic praelatus AEthiopum, habeat septimum locum post praelatum Seleuciae,* &c. Floruisse Christianismum ibi tunc temporis, seu sub annum Christi 320. etiam & diu ante, quisquis hisce fidem habuerit, puto non ambiget. Sunt autem qui alia nonnulla, quibus adeo ab receptis in ecclesia sive orientali sive occidentali moribus discrepant AEthiopes a Judaeis accepta esse seu velut Judaismi apud eos fuisse reliquias velint. Ut circumcisionem, tam sabbati quam dominicae quietem, sabbato non jejunandum, sanguine ac morticino abstinendum. Sed ut circumcisionis (utriusque scilicet apud eos sexus) morem ex veteri Paganismo suo, quo eos circumcidi solere testis est Herodotus [b] aliique non pauci, non ex Judaismo traductum, sic & reliqua illa ex canonibus ac usu Christianismi primitivi, salvem vetusti, manasse ad eos contendit Josephus Scaliger [c]. Nec sane minus aequum est ex Paganismo veteri libertatem divortiorum acceptam ac eos retinuisse putare, neque eam ex doctrina Evangelica Judaeis data immutandam autumasse aut aliunde didicisse, nisi aut ex Mahumedismo (in quem etiam transiisse olim gentem illam scribunt Arabes, ut mox ostendetur) aut ex eo quod singularis aliqua accesserit hic etiam Christianorum veterum moris hac in re recepti (de quo plura in sequentibus) interpretatio ab ea quae postmodum plerisque inolevit perquam diversa. Certe Evangelia habent illi AEthiopice versa. Atque in periochis Matthaei de exceptione πορνείας seu fornicationis, in causa divortii, non alia pro πορνεία substituitur vox (quod commnendum hic non est) quam quae ipsissimum adulterium, ut illud Latinis sonat, aut Graecis μοιχεία, significat. Ex Arabicis factam versionem illam vix dubito. Et quemadmodum in Arabicis impressis prioris Matthaei [d] loci habetur, *Quicunque dimiserit uxorem suam* من غير سبب الزنا فقد جعلها زانية *extra causam adulterii facit eam adulteram, & qui dimissam duxerit* فقد زنى *itidem adulterium committit* sicut etiam usurpatur nomen الزنا & verbum زنى in loco pariter posteriori [e] (perinde ac si interpreti idem ipsum haberetur ibi πορνεία cum μοιχεία, nec aliter intellectus fuisset Matthaeus quam si utrobique scripsisset, Παρεκτὸς λόγου μοιχείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι, uti & in posteriori quidem intelligitur ipso Syro) ita etiam in Arabicis aliis nondum editis [f] quantum ad hanc rem, utcunque alias non plane consonis, eadem est utrobique loquendi formula atque pariter item in AEthiopicis, in quibus utrobique adhibetur verbum ዘመወ seu זמו pro μοιχᾶσθαι seu *adulterium committere* & nomen inde ተዘሙ seu תזמו pro πορνεία, quod tamen juxta ipsos nihil obstabat quo minus liberum divortii jus, ut ostensum est, retineretur. AEthiopes autem hi sunt qui orientalem simul atque australiorem seu interiorem sub Euronoto, ultra AEgyptum, Africae partem possident; الحبشان & الحبش & الحبوش & الحبوش seu *Habasseni, Habesseni* & *Abissini* dicti; quod ideo etiam monendum, quoniam AEthiopum nomen aliis etiam in terris, subinde veteribus collocatur, imo & per totam interdum Libyam seu Africam, ut expressim Ezechieli tragoedo [g], quemadmodum ferme nonnullis Indorum nomen per Asiam & Celtarum per Europam. Regio ipsa الحبشة & الحبسة nuncupatur, id est, *Habashith* aut *Habashia* & *Habassia* & *Abissit*, ut subinde in Avicennae [h] Latinis; cui tamen الحبشة scribitur quemadmodum etiam Abulfedae Geographo Arabi praestantissimo, Eutychio patriachae Alexandrino, veterum aliis; qualis item vocabuli scriptio habetur in locis aliquot utriusque Foederis [i] ubi AEthiopiae aut AEthiopum mentio. Et Geographo [k] Nubiensi الحبشة exaratur. Is Abulfedae vocatur (ut obiter illud adnotetur, quoniam de nomine nondum doctis constitit) الادريسي *Alidrisius*, & الشريف الادريسي *Elsheriph Elidrisi* & الادريسي *Eladrisi* seu *nobilis Idrisius*. Benjamino Tudelensi [l] dicitur אלחבש *Alhabas*, quam collocat בארץ כוש *in terra AEthiopiae*. Adeoque pars est AEthiopiae amplioris, AEthiopia ipsa interim dicta, ut Anglia non raro Britannia,

[a] Can. Nic. Arab. 36. [b] In Thalia. [c] De Emend. Temp. lib. 7. pag. 640. [d] Cap. v. 32. [e] Matth. xix. 9. Petr. Kirsten. in Not. ad Matth. v, & xix. [g] Apud Euseb. de Praeparat. Evangelic. lib. 9. cap. 28. [h] Canon. lib. 1. Fen. 2. doct. 2. cap. 10. tit. de locis habitabilibus calidis. & lib. 3. Fen. 1. cap. 6. [i] Genes. ii. 13. Num. xii. 1. Act. Apost. viii. 27, &c. [k] Clim. 1. part. 4, & 5. [l] In Itinerario, pag. 114.

nia, provinciae aliae similiter. Hinc pro μέση αἰθιοπία apud Ptolemaeum [a], versio Latina ex Hispanica quae ex Arabica traducta est habet *terra Alabas media.* Ab Arabum Habassenis, quos ex Uranii Arabicis memorat Stephanus [b] originem horum ducit Josephus Scaliger [c]. Et quae scriptores alii ea de re editi habent satis sunt obvia. Ante annos autem sexaginta aut circiter, id est, Hegirae 991. (seu Christi 1583.) libellus est de eis conscriptus [d] ab Arabe & vetustatis gentis hujus & dignitatis studiosissimo, cui nomen est

محمد بن عبد الباقي البخري المكي

Mahumed Ben Abdalbachi Negareni, Mecanus. Titulus est rhythmicus الطراز المنقوش في محاسن الحبوش id est, si recte intelligo, *Tabula* seu effigies *variegata de Habassenorum praestantia.* Sed & indiscriminatim in hoc opere scribitur nunc per س nunc per ش. Origo nominis petitur, ut gentis AEthiopum passim, a Cusho [e] Chami filio (sed nepos hic ei ex Canaan perperam fit) حبش *Habas* item dicto, unde in posteros nomen transmissum. Pro deductionis hujus autore citatur Gelalaldin Aziotensis in libro رفع شان الحبشان dicto, id est, *Eminentia* seu *amplitudo rerum Habassenorum.* Alii item scriptores ea de re illustres veteresque afferuntur. Unde item docetur principes Habassenorum cunctos titulo النجاشي *Negashi* a seculis priscis non aliter atque Romanorum imperatores Caesares nuncupari. هو inquit, لقب لكل ملوك الحبشة كقيصر لمن ملك الروم وكسرى لمن ملك الفرس وخاقان لمن ملك الترك والمراد به *Cognomen hoc fuit regibus cunctis Habassenorum, ut Caesar regi Romanorum, Cosroes Persarum, & Chagan Turcarum & principibus qui in eum rebelles sunt.* Et disputatur ibi utrum Habassena seu AEthiopica an Arabica vocis fuerit origo. Certe palam est ex Evangeliis aliisque utriusque Foederis libris AEthiopicis vocem ንጉሥ נגוש *Negush* regem significare, uti & verba cognata *regnum, reginam, regnare.* De aliis regum illorum titulis scriptores sunt obvii. Et nos de eis plura alibi [f]. Et in libello ex AEthiopum lingua verso [g] de eorum regibus, traditur nomen *Negush* tunc primum dari regi, quando corona insignitur. Narrat autem Arabs hic ex scriptis veterum tempore Mahumedis, id est, anno Hegirae quinto (qui est Christi 627) Negashium seu regem Habassenorum fuisse اصحمه *Atshamam* dictum; ita tamen ut perquam variam nominis scriptionem quam & exhibet ipse reperire fateatur. Nam & scribi ait واصحمه *Watshahe* aliasque. Et certe nemo non videt, qui elementa noverit Arabica, nomen hoc ex perquam exiguo scriptionis discrimine transire potuisse in واصحج seu اصحج *Azguag* quod in regum AEthiopum successione libello de eis ex AEthiopico [h] verso locum sane tenet Atzhamae huic satis debitum. Hic autem, inquit Abdalbachides, اسلم على يديه جعفر بن ابي طالب في زمنه صلى الله عليه وسلم *Musulmanus fiebat per Giafar Ben Abitali tempore prophetae gloriosae memoriae.* Scilice Christianum eum, adeoque & gentem Habesseno rum, ante fuisse ex eodem liquet autore. Jan vero postquam Giafar ille egregius Mahumedi sectator & discipulus, qui cum profugis aliis i Habassiam seu AEthiopiam hanc venisset, cun Atzhama de religione tum Paganorum tun Christianorum & Mahumedanorum disceptatio nem inierat, haud aegre effectum est, ut is d Mahumedismo amplexando, maxime quoniar in eo tantum Christi & nomini & naturae ho norem tribui didicerat, consilium iniret. Und etiam literas quibus pressius invitaretur a Ma humede ipso (anno proximo seu Hegirae sexto id est, Christi 628) accepit, quibus titulus es بسم الله الرحمن الرحيم من محمد رسول الله الي النجاشي اصحمه ملك الحبشه *In nomine Dei misericordis miserantis, a Mahumede apostolo Dei ad Negashium Atzhamam regem Habassenorum.* Internuntius era Ibn Omar cum comitatu insigni. Testari se i illis ait Mahumedes Jesum Christum esse روح الله وكلمته *spiritum Dei & verbum ejus* se vero esse رسول الله *Apostolum Dei* ejus que disciplinam esse amplexandam; quae doctri nae Alcoranicae sunt omnino consona. Simula autem acceperat Atzhama Mahumedis epistolar حطها على عينيه ونزل عن سريره وجلس على الارض وقراه *Posuit eam super oculos suos & e lecto descenden sedit super terram eamque legit,* & libentissim statim a Giafare Musulmanus factus ad Mah medem scribit eum apostolum & prophetam D

[a] Quadripartit. lib. 2. [b] In Ἀβασηνος. [c] Emend. Temp. 7. pag. 638. [d] MS. in bibliotheca publica Oxonien inter libros a Guil. Cant. archiep. donatos, num. 765. [e] Genes. x. 6. [f] Tit. Honor. lib. 1. cap. 6. §. [g] Romae 1552. [h] Romae 1552.

humilit

humiliter agnoſcens. Literarum ejus titulus eſt

بسم الله الرّحمن الرّحيم الي رسول الله صلّي الله عليه وسلّم من النجاسي اصحمه بن ابجر سلام عليك يا رسول الله من الله

In nomine Dei miſericordis miſerantis ad apoſtolum Dei, glorioſae memoriae, a Negaſhio Atzhama Ben Abahar ſalutem. O apoſtole Dei qui a Deo miſſus es, &c. Has ad Mahumedem retulit Giafar, quem juſſu regio comitati ſunt ſexaginta ex Habaſſenorum primoribus una cum اريحا *Aricha* filio Negaſhii, qui itidem Muſulmani facti uti & Habaſſenorum ad regis exemplum plerique, ſi non univerſi. Ad hunc quidem modum principes vicinos in diſciplinam ſuam invitaſſe atque recepiſſe non paucos Mahumedem ſcimus ex Saracenica hiſtoria. Sed Habaſſenorum regis, quantum ad hanc rem, nullibi puto in editis mentio. Cujus tamen ideo major quidem ratio habenda, quoniam is primus erat regum qui aut a Mahumede ſic invitati ſunt aut in ejus religionem tranſierunt, ſi fides Abdalbachidi noſtro; cujus verba ſunt ex veteribus quorum habet copiam,

وهو اوّل ملك ارسل اليه رسول الله صلّي الله عليه وسلّم بكتابٍ يدعوه فيه الي الاسلام وهو اوّل من اسلم من الملوك كما في المواهب اللدنيـــة

Hic primus erat rex quem literis in diſciplinam ſuam invitavit Dei apoſtolus glorioſae memoriae, uti & primus regum qui ab eo eam acceperunt. Mortuum eſſe ait ſcriptor hic Negahium hunc anno Hegirae nono ſeu Chriſti 631. Quamvis igitur centeſimo aut circiter ante eum anno, id eſt, ſub Juſtiniano, Axumitae adeoque Habaſſeni Chriſto nomina dederant (quod ſupra tangitur) Mahumediſmi tamen hic interventus ejuſmodi eſt, ut etiam inde forſan Chriſtianiſmus eorum poſt utcunque redivivus, mores Mahumedanorum aliquot reliquias (ut fere Mozarabum Chriſtianiſmus in Hiſpania) adeoque liberrimum inter eos qui hieratici generis non fuere divortiorum jus retineret. Quamplurima ſunt in opere Arabico ante citato de Habaſſenis ſeu AEthiopibus alia ſcitu hiſtorico digniſſima, atque, uti ipſa quae jam inde narrantur, ab eis quae Zago Zabo AEthiops aliique de gente illa tradiderunt perquam diverſa. Certe Ben Abdalbachi hic, utpote Mecanus, tum adeo vicinus erat tum veterum complurium quos nominat autoritate ita inſtructus, ut fidem prae aliis mereri videatur.

CAP. XXVII.

Tria, velut principia ſeu epochae a quibus ſimul & a ſummario ſuperioris capitis quintuplici, mores & ſententiae variatim in Chriſtianiſmum circa divortia defluxerint. Judaiſmi ea in re retentio inter Chriſtianos primitiva. Paganiſmus cui in eadem aſſueverant ex Gentilibus Chriſtiani. Verſiones illuſtriores aliaeque aliquot vocis πορνείας (quae fornicatio plerumque vertitur) in evangelica de divortiis exceptione.

QUOD attinet ad diverſimode receptas admiſſaſve, ex varia tum Judaicae tum Evangelicae diſciplinae interpretatione praeter eam quae Noachidarum Paganicique juris erat, de divortio ſententias in Chriſtianiſmo eorum qui orientalis & occidentalis eccleſiae ſeu Graecae & Latinae nominibus venire ſolent (nam ex ſuperioris capitis inſtituto illuc deventum eſt) eae viſuntur aut in illorum uſu ac moribus atque in legibus ac conſtitutionibus principalibus & ſupremarum poteſtatum circa divortia harumque explicationibus, aut in eccleſiaſticorum, uti vocantur, canonibus ac theologorum & juris pontificii conſultorum opinionibus. Neque enim in diſquiſitionibus hujuſmodi confundi aut commiſceri haec debent, quemadmodum nimio ſolent. Receptas enim rerumpublicarum Chriſtianarum, quae revera eccleſiae ſunt, ſententias ex genere tantum dignoſcimus priore. Singularium autem hominum aut conventuum inter ſe multifariam diſſidentium hieraticorum commenta tentamentaque ſolum habemus ex genere poſteriore, quoties ſcilicet hoc non fuerit priori plane conſonum. Ut vero quae in utroque reperiuntur, rite ſatis, ſed compendiario, introſpiciantur perpendanturque, praeter quintuplex ſuperioris capitis ſummarium, tria inſuper veluti praevia ceu principia quaedam aut termini atque epochae a quibus reliqua in Chriſtianiſmo circa divortia variatim defluxerint, praemittenda ſunt praecognoſcenda pauciſque explicanda. Primum eſt, Judaiſmi ſeu diſciplinae circa legalia Judaica, adeoque divortia, in Chriſtianiſmo primitivo retentio ac uſus. Secundum, mores legeſque Paganicae, ſeu juxta Ebraeos, Noachidarum quibus ſive in divortiis ſive aliis citra mortem matrimonii ſolutionibus aſſueti fuerant in Paganiſmo ii qui tunc ex gentibus Chriſto nomina dederant. Tertium, verſiones illuſtriores aliaeque aliquot in Chriſtianiſmo vocis πορνείας in evangelica divortii cauſae interpretatione quae vulgo *fornicatio* vertitur ejuſque ibi intelligendae modi varii. Retentam adeoque in uſu habitam Judaicam ſeu Moſaicam circa legalia diſciplinam Chriſtianis ex Judaeis univerſis atque ex gentibus ſaltem aliquot, etiam diu poſt Chriſti aſcenſum palam eſt ex Actis [a] Apoſto-

[a] Cap. xxj. 20. xv. 1.

Apostolorum. Quod etiam in scholis passim admittitur [a]. Eam sane retinuisse manifestum est Christianos illos ex gentibus usque in annum ab ascensu decimumquintum seu ab incarnatione 49 aut circiter, id est, usque in synodum apostolorum Hierosolymitanam [b]. Qua tamen nec eis abolita sunt legalia illa. Sed res ita temperata est, ut eorum pauca quaedam (ut de idolothytis, fornicatione, suffocato, sanguine) tantum observatu dein manerent necessaria. Ex Judaeis autem Christianos etiam ad excidium templi seu per annos amplius a synodo illa viginti idem fecisse recipitur. Atque id sane erat ἔθεσι τοῖς πατρῴοις περιπατεῖν, *in moribus avitis ambulare*, & ζηλωτὰς τοῦ νόμου ὑπάρχειν, *Zelotas esse legis* quae leguntur de his in Sacro Sermone [c]. Atque advertantur hic inprimis epistolae ad Ebraeos, Jacobi, & Petri prima. In legalibus his & ritualia fuere seu caeremonialia, & moralia & judicialia, ut vulgo fit distinctio. Quae primi generis sunt, mortua revera fuere postquam lex evangelica coepit promulgari, utcunque mortifera diu postea neutiquam haberentur; ut loquuntur in scholis. Scilicet eorum quae Christi adventui fuere praevia seu typica vis tum desiit. Et cum templi excidio nec antea prorsus evanuit sacrificiorum inter Christianos ex Judaeis usus. Sed vero etiam per secula aliquot sequentia non pauci ex Christianis ejusmodi, ut maxime Nazaraei [d], tam ritualia quam reliqua Judaica, quantum extra templum fieri potuit, diligenter observabant. Cum autem generis secundi seu moralium nunquam cessaverit obligatio universis parilis, neque in eis habeatur divortii lex Mosaica, sed plane in genere tertio, seu judicialibus, certe quisquis judicialibus illis alios praeter ipsos Judaeos, quibus singulariter data sunt, obligari nolit [e], is ut nec Mosaicam de divortio legem ad alios attinere putet necessum est. Atque si non legem ipsam, sane nec ejusdem interpretationem aut explicationem evangelicam, qua legis ipsius judicialis tantum est explicatio, aut aliter atque per eam sive ad morale quid sive ad prima conjugii & naturalia principia universum genus humanum pariter spectantia nos retrahi, pro vario hominum captu atque hac in re disciplina, decernatur. Quod autem ad ex Judaeis Christianos primitivos attinet, post excisam urbem templumqne, adeoque penitus ac praecise sublatam illam Judaeorum rempublicam, etiam judicialium obligationem alias reipublicae illi singularem cessasse a viris doctissimis admitti video. Sed interim fingatur Christo nomina, ut quidem oportuit, Judaeos sic primitus dedisse, ut respublica seu ecclesia eorum, quam synagogam vocitamus, Christiana tota, saltem cum aliis pars ea penes quam rerum ibi tunc summa erat, facta tunc fuisset, nec eversa; nonne & judicialia civitati tunc illi Dei ab eoque institutae etiam in Christianismo illo eis remansissent, adeoque eorum interpretatio evangelica? Neque enim per Christianismum suum minui existimavit Paulus synedrii magni [f] in eum, etiam in causa religionis cultusque, potestatem judiciariam cui libenter juxta instituta in judicialibus Mosaica subjecit. Utcunque vero, dubitandum non est quin Christiani ex Judaeis primitivi non pauci, praeter Nazaraeos, uti etiam ex gentibus aliquot, judicialibus Judaismi etiam post templi excidium in vitae qua fieri potuit, instituendae ratione, uterentur; partim ex obligationis qualiscunque opinione, partim ex eo quod de judicialium ejusmodi justitia utcunque non diutius obligantium, utpote a numine reipublicae illi olim praescriptorum, neuti quam dubitarent. Inde toties apud scriptore profanos illius seculi Judaei & Christiani nomin confusa & velut eadem habita. Et confusas qua aliam in rem de Judaismi ejusmodi retention obiter optime monuit vir maximus Claudius Salmasius in specimine illo singulari ac egregio me delae febricitantibus subinde nimium & caligan tibus in Sacri Sermonis explicatione mystarun ingeniis, ex literis humanioribus liberaque ac fe lici per eas sacrasque simul disquisitione adhiber dae. Epistolam [g] de Coma dico; quale item e eximium illud alterum de Usuris. Certe sun aliqua, eaque non ita pauca in Christianismo ne levis momenti, quae perperam hactenus intellig solita lucem in se claram & genuinam, qua pl ne clarent, reciperent, & insanae nephelococcy giarum substructiones inde natae plane corrueren si usus & retentio, qualem diximus, primitiva ri & ingenue edisceretur perpendereturque. Qua c re etiam alias fusiusque si Deus volet. Haec v ro cum se ita habuerint, sequitur ut quicquid ju ris de divortiis ante Judaici sive ex Hilleliana si ex Sammaeana disciplina a Christo sive correctu fuerit sive confirmatum, id in Christianismo e rum qui ex Judaeis erant primitivi seculi ma sisse existimemus. Et quicquid eis illicitum h in re non habebatur, etiam Christianis ex Gent libus licitum pro persuasionum discrimine hab tum esse non est quod dubitemus. Quod ad s cundum hic attinet seu mores legesque, circa d vortia aliasque matrimonii citra mortem solutic nes, Paganicas quibus assueti fuerant in Paganism suo Gentiles in Christianismum recepti; veteru hac in re Graecorum mores legesque, earumq in Romano imperio cui diu ante evangelii pr mulgationem suberat Graecia universa, reliqui ab eis quae Romanorum erant haud fere omnin dissonae fuere. Saltem non Atheniensium qu bus istorum hac in re non pauci aut imitator fuere aut satis concordes. Nempe tam uxori qua viro fas erat matrimonium solvere, hunc ἀποπομπῇ seu *dimissione*, illam ἀπολείψει seu *de lictione*, sed non sine libello repudii qui etia apud archontem seu magistratum supremum er insinuandus. De his constat apud Plutarchum Andocidem [i], Julium Pollucem [k], alios. *Di vortii* voci apud Graecos respondet χωρισμὸς & eo disjungi est χωρισθῆναι [l]. Etiam ex Ind

[a] Tho. Aquin. 1 secundae quaest. 103. art. 4. Scot. ad 4 sent. dist. 3. quaest. 4. &c. & vide Francisc. Suarez. de legibus lib. 9. cap. 29. &c.
[b] Act. xv. 24.
[c] Act. xxj. 20, 21. & videsis libellum de Ann. Civili Judaeorum cap. 21. pag. 100.
[d] Epiphan. hae
[e] Praeter theologos obvios vide Hugonem Grot. de Jure Belli & Pacis lib. 1. cap. 1. §. 16. &c.
[f] Act. xx
[g] Epistola de Coma pag. 492. &c.
[h] In Alcibiade.
[i] Contra Alcibiadem.
[k] Onomastic. 3. cap. 3. & videsis Sam. Petit. ad leg. Atticas. pag. 459. & nos lib. 5. de Jure Nat. & Gent. cap. 7.
[l] 1 Corinth. vij. 10.

ru

ım veterum diſciplina adnotat Achmetes filius :irim [d], Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐχωρίσθη τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ιποβαλεῖ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, *Si quis per inſomni- m ſibi viſus fuerit divortio ſeparari ab uxore ιa, poteſtatem ſuam amittet.* Ubi χωρισμοῦ ſeu ivortii mos, ut ſatis apud eos etiam receptus ad- iittitur. Ratio redditur, Ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἡ ύναμις καὶ ἐξουσία ἐστί, *Uxor vis & poteſtas eſt iri.* An ἐξουσίας vox a Paulo [b] pro velamine in ıpite ſive uxoris ſive mulieris, qua virum cui ıbjicitur ſpectat adeo a viris doctis vexari ſolita, ıcem aliquam hinc accipiat, viderint perſpicaci- res. Certe ex AEgyptiorum & Perſarum Oniro- :iticis apud eundem autorem [c] legitur etiam il- ıd alterum apoſtoli [d] dictum huc ſpectans Κε- ϕαλὴ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνήρ, *Caput mulieris vir.* Et on pauca ſane de Chriſtianiſmo [e] expreſſim inter- :rta habet autor ille, vetuſtiorum interea de in- ɔmniis diſciplinam exhibens. Sed varios fuiſſe ıores in repudiorum divortiorumque jure decer- endo pro populorum ſeculorumque diſcrimine, ti pariter rebus in aliis, dubitari nequit [f]. Et ſi :edas Baſilio epiſcopo Seleucienſi [g] apud Iconi- ıſes, Lycaoniae populum, ſponſa ſponſalibus re- untians, vivicomburio plectebatur. Ita enim re- :rt ille de S. Thecla Thamyridis ſponſa Pauli ɔoſtoli diſcipula. Sed fides penes eum ſit. Ple- ımque autem in Chriſtianiſmi initiis ita per or- :em Romanum, adeoque tum apud Graecos tum ios imperio Caeſariano ſubditos Gentiles [h], inva- ıere Romani mores legeſque, ut ſi ſatis videa- ıus quinam mores fuerint ac leges circa hanc :m tunc Romanae, pariter ſatis cognoverimus ıalibus in Paganiſmo aſſueti fuiſſent qui ex Gen- libus in Chriſtianiſmum tunc tranſiere. Ut co- ηptione, uſu ac confarreatione (quod ſupra [i] :tendimus) contrahi ſolebant tunc apud Roma- os matrimonia, ita divortio, id eſt, tum diffar- :atione tum ſimplici (ſive ex conſenſu mutuo ve ex certis quibuſdam verbis, ut Ciceroni [k] eti- n vocantur, divertendi ac perpetuam conſtitu- ıdi diviſionem ſeu diſſenſionem animo alterutrin- ıe ſive prolatis ſive libello ſcriptis) ſocietatis ıptialis renuntiatione ſolvebantur, uti & capti- tate ſeu alia contingente ſervitute utrius conju- ım. *Diffarreatio genus erat ſacrificii* (ita Sex- :s Pompeius) *quo inter virum & uxorem fiebat ſſolutio. Dicta diffarreatio quia fiebat farreo bo adhibito.* Peragebatur, ut contrarius actus, :oculdubio a pontificibus, quemadmodum con- rreatio, de qua jam ante dictum eſt. Verba cer- illa ſeu ſolennia ac legitima fuere, ubi ſponſa- ım vinculo renuntiabatur, CONDITIONE TUA ON UTAR, ubi vinculo nuptiarum, TUAS RES IBI HABETO, item TUAS RES TIBI AGITO. raeci dicebant ΤΑ ΣΕΑΥΤΗΣ ΠΡΑΤΤΕ, : ΤΑ ΣΕΑΥΤΟΥ ΠΡΑΤΤΕ; item γύ- η πρᾶττε τὰ σά, *Uxor, res tuas age,* Ἄνερ, πρᾶτ- : τὰ σά, *Vir, res tuas age,* ut ex veteri Paga- niſmo habent eorum juriſconſulti [l]. Et de Ro- mana formula Caius [m], alii non pauci. Claves item uxoribus ademptae ſymbolum erat divortii frequens, uti & tabularum nuptialium diſruptio. Et libello item ſive tradito ſive per libertum ut plerumque aliumve miſſo res tranſigebatur; qui etiam in acta [n] referri ſolitus. Traditur quidem per ſecula compluria, annos, ut alii, quingentos, juxta alios, ſexcentos, nullum reperiri apud Ro- manos divortium, quod ante [o] meminimus. Sed & alii [p] intervallum illud faciunt trecentorum & triginta annorum. Verum palam eſt ante Chriſti natales ſatis fuiſſe apud eos frequens & pro legi- timo habitum divortium; idque ex legibus XII. tabularum, ſi fides virorum doctorum emendatio- ni [q] Philippicae ſecundae Ciceronis. Et de ſe- culi frequentia uti etiam de libero hac in re jure teſtis eſt ſatis luculentus Plutarchus [r], ubi de Pa- piriae Pauli AEmylii uxoris agit divortio & de eo qui ab amicis correptus quod uxorem dimiſerat omnino praeſtantiſſimam, prolato calceo reſpon- dit, *Nonne ornatus eſt hic, nonne novitius? Nec tamen quis veſtrum ſcit, ubinam pedem meum urgeat.* Conſonum eſt illud de Pompeia Caeſa- ris uxore repudiata etiam ob ſuſpicionem, ſal- tem pro viri arbitratu libero. Solennis item formulae ut receptiſſimae ſpecimen habetur apud Plautum [ſ], ubi Alcmena Jovi, velut Amphitryo- ni conjugi:

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
Juben' mi ire comites?

Alibique & apud illorum temporum alios. Qui- bus adde quod de Auguſto Suetonius [t], *Divor- tiis modum impoſuit.* Sine modo ante erant in uſu. Modum is addidit, quod ſumunt viri doc- tiſſimi de legis Juliae capite, quo nullum divor- tium ratum fore cautum eſt [v], niſi ſeptem civibus puberibus praeter libertum mariti pro teſtibus adhibitis. Praetermittimus hic quae de repudiis a Tiberio aliiſque principum ſubinde ſed non tam ex jure quam vi imperii miſſis occurrunt apud hiſtoricos [x]. Hoc interim inprimis eſt ani- madvertendum, utcunque fuerit jus ipſum diver- tendi adeo liberum nec cauſarum repagulis aliqui- bus coercitum, nihilominus velut infame habi- tum divortium temere [y] factum aut antequam amicorum conſilia etiam & ſacrificia Deae Viri- placae, cujus fanum in palatio erat, tanquam quotidianae ac domeſticae pacis cuſtodi, ſerio ad- hiberentur. Teſtis eſt Valerius Maximus [z], qui ſub Tiberio, id eſt, ſub Chriſto in terris agente, ſcripſit & illuſtre exemplum reliquit L. Antonii, qui ab Valerio Maximo & C. Junio Bruto Bu- bulco cenſoribus, anno ab urbe condita DCXLVI. ſeu ante Chriſtum centum amplius annis, cum ſenatu moverunt adituque exiſtimarunt curiae in- dignum, *quod quam virginem in matrimonium*

[a] Onirocritic. cap. 123. & vide cap. 138. [b] 1 Cor. xj. 10. vide prae aliis Claud. Salmaſium ſub finem Epiſtolae de Coma. [c] Cap. 127. [d] 1 Cor. xj. 3. [e] Cap. 11. 12. 150. &c. [f] Videſis P. AErod. Rerum Judicat. lib. 4. tit. 17. [g] De Vita S. Theclae lib. 1. [h] Vide Novell. 21. de Armeniis. [i] Lib. 2. cap. 21. [k] De Oratore lib. 1. [l] Sy- ɔpſis Baſilic. lib. 29. Theod. Balſamon. in Canon. Apoſt. 48. [m] L. 2. D. tit. de Divortiis. [n] Videſis Petr. Fabrum ſemeſtr. cap. 23. & Lipſ. in Tacit. Annal. 5. num. 6. Et in Senec. de Benef. lib. 3. cap. 16. num. 100. [o] Cap. 19. & vide Cujac. Obſer- ıt. 1. cap. 39. [p] Plutarch. ad finem Romuli & in Numa. [q] Vide Franciſc. Hotoman. Obſervat. lib. 13. cap. 10. & gon. de Antiquo Jure Civium lib. 1. cap. 9. [r] In Vita P. AEmylii & in Quaeſt. Rom. [ſ] Amphitryone act. 3. ſcen. 2. [t] Cap. 34. [v] Paulus l. 9. ff. de Divortiis. [x] Sueton. in Tiberio cap. 11. in Calig. cap. 36. & vide Petr. Fab. ſemeſtr.). 2. cap. 23. [y] Vide Jac. Raevard. in Com. de Diverſ. Reg. Juris lib. 48. [z] Lib. 2. cap. 1. §. 4. & 6. & p. 9. §. 2.

duxerat repudiasset, nullo amico in consilium adhibito. Et Valerius ipse hic, cum proxime ante de eorum poena qui ad senectutem coelibes pervenerant egisset, *At hoc crimen,* inquit, ita scilicet uxorem repudiandi, *nescio an superiore majus: illo namque conjugalia sacra spreta tantum, hoc etiam injuriose tractata sunt. Optimo ergo judicio censores indignum eum aditu curiae existimaverunt.* Ex hujus unici judicio difficile non est conjectari, quid de divortiis apud cordatiores in animo tunc haberetur, utcunque eorum jus satis liberum; quemadmodum & apud nos & nullibi fere non facultas jusque amplissimum cuique patrimonii dissipandi, in servitutem se prodigendi, alia ejusmodi faciendi, quae temere facta infamiam simul & contumeliam merito contrahunt; alias, ut reliqua in vitae humanae societate satis laudata, saltem non vituperata, nedum in vitio habita. Sicut autem ante & sub Christi in terris tempora, ita post in Paganismo divortiorum usus obvius, qui hic maxime advertendus. Perquam idonei sunt apostolis coaevi testes Seneca, Juvenalis, Martialis. Nullam repudio erubescere ait Seneca [a] & foeminas *exire matrimonii causa, nubere repudii.* Et Juvenalis, exemplo Bibulae & Sertorii reliquos seculi sui perstringit, jus interim admissum palam edocens:

Cur [b] *desiderio Bibulae Sertorius ardet?*
Si verum excutias, facies, non uxor amatur;
Tres rugae subeant, & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculique minores,
COLLIGE SARCINULAS *dicet libertus &* EXI:
Jam gravis es nobis & saepe emungeris, EXI
OCYUS ET PROPERA. *Sicco venit altera naso.*

Martialis item de uxoris hic ut Juvenalis de mariti jure usitato, ad Proculeiam [c]:

Mense novo Jani veterem, Proculeia, maritum
Deseris, atque jubes RES SIBI HABERE SUAS.

Et mire hallucinantur viri alioquin doctissimi [d], qui Plutarchum existimant tradere Domitianum, sub quo vixit Martialis, primum permisisse divortium. Id sane totidem verbis dicit Plutarchus [e]; sed manifestum est de Flaminicae divortio solum eum loqui, quae ex jure singulari, divortio [f] separari sine principis indultu nequiret. Magnam divortiorum in Paganismo frequentiam seculis insequentibus testatur Tertullianus (qui sub annum a Christo ducentesimum floruit) ubi *Repudium,* inquit [g], *jam & votum est, quasi matrimonii fructus.* Atque adstipulantur Caius, Paulus [h], alii in Paganismo jurisconsulti, quorum sententiae & disciplina in Christianismum etiam post recepta, ut capite videre est proximo. Et qui plura ve[lit] de liberrimo illo Paganismi Romani circa divor[tia] jure, consulat Carolum Sigonium [i], Joannem Rosinum [k], Petrum Fabrum [l], Franciscum Hotomanum [m], Barnabam Brissonium [n], alios satis obvios, qui pleno illud demensum horreo exhibent. Quod denique ad tertium hic spectat, seu ver[siones] illustriores aliasque aliquot Christianas vo[cis] πορνείας in Evangelica de divortiis exceptio[ne] [o] ejusque intelligendae modos varios; ver[sionum] ejus genus est duplex. Alterum, quo su[mitur] πορνεία pro voce plane synonyma τῇ μοιχεί[ᾳ] seu *adulterio,* qua signantius peccatum illud (u[t] solum per illicitum coitum conjugii violatio est) a reliquis discriminatur, quasi Christus ipse d[i]xisset παρεκτὸς λόγου μοιχείας, *extra causam adu[l]terii.* Alterum, quo *fornicatio* aliterve redditu[r] id est, velut non synonymum τῇ μοιχείᾳ, se[d] quid aliud significans seu quod aliud atque am[plius] significare potuerit. Prioris generis vers[io] erat in Evangeliis Christianismi primitivi Latini. Id constat ex Tertulliano, apud [p] quem redditu[r] illud Graecum, *Praeter causam adulterii,* [&] *praeter ex causa adulterii,* & *praeter causa[m] moechiae* [q]. Nec sane dissonae sunt versiones A[rabicae] aut AEthiopicae, in quibus ut ante oste[n]ditur, nomen quod πορνείαν vertit non minus a[c] aliter *adulterium* significat quam verbum ibi u[sur]tatum pro eo quod est μοιχᾶσθαι, *adulterari;* i[ta]que utrobique apud Matthaeum. Nec sane posteriore ejus loco seu capite decimonono d[is]crepat Syra. Certe in prioris Matthaei loci ve[r]sione Lutheri Germanica, pro adulterio & conj[u]gii ex coitu illicito violatione plane sumitu[r] **Es sey den umb Ehebruch, der macht das i[hr] die Ehe bricht,** seu *extra causam adulterii* s[eu] *conjugii violationis, facit ipsam adulterium com[]mittere* seu *conjugium violare.* Cui consonae su[nt] plane eo in loco versiones Danica, Bohemica, P[o]lonica; etiam Hibernica & Cambrobritannica. N[i]mirum nomen quo πορνεία in harum singulis re[d]ditur, a verbo fit eodem quod pro μοιχᾶσθαι seu *adu[l]terium committere* substituitur. Ita etiam hoc i[n] loco Sancti Marmochini [r] Italica, *Eccetto che p[er] causa de lo adulterio.* Versio autem Anglic[a]na sub ipsis reformationis initiis facta [f], priore i[n] loco habet, **Whosoever put away his wife (e[x]cept it be for whoredome) causeth her to pl[ay] the whore, and whosoever marrieth her that i[s] devorsed is an whoremonger.** Posteriori ve[r]... **Except it be for advowtry, &c. committeth a[d]vowtry, and whoever marrieth her which is d[i]vorsed doth commit advowtry.** Tametsi voc[es] quibus πορνεία & μοιχᾶσθαι hic redduntur, discr[e]pant ab eis quae locus habet prior, in eandem t[a]men utrobique recidunt sententiam. Et pla[ne] adulterium & fornicatio seu πορνεία pro synon[y]mis hic sumuntur; uti etiam in Gallica veteri annis ab hinc amplius trecentis adornata, *Tut c[il] que leront leur femmes hors pur acheson de fo[r]nication, il la fait estre fornicaire. Cestadire,*

[a] De Beneficiis lib. 3. cap. 16. [b] Satyr. 6. [c] Lib. 10. Epig. 41. [d] Dionys. Gothofred. ad tit. ff. & C. de R[e]pudiis. [e] In Quaest. Romanis. [f] Festus verb. Flameum. [g] Apologetic. cap. 6. [h] D. tit. de Divort[iis]. [i] De Jure antiq. Rom. lib. 1. cap. 9. [k] Antiq. Rom. lib. 5. cap. 38. [l] Semestrium 2. cap. 23. [m] Observat. lib. [] cap. 10. [n] Ad leg. Juliam de Adulteriis & in Formularum lib. 8. [o] Matth. v. 32. & xix. 9. [p] Advers. Marci[o]nem lib. 4. cap. 34. [q] Lib. de Pudicitia cap. 16. [r] Venetiis 1538. [f] Londini 1539. [t] MS. in Bibl[io]thec. Cottoniana.

li fet fere fornication. Et cil que prent femme qui est en tiel maniere lessie, fet advoutire; ut loco in priori; & posteriori, *fors pur fornication & prendra autre fera advoutire*; ubi ut in priori fornicationi adulterium est synonymum. Generis posterioris versio est Vulgata vetus Hieronymo tribui solita. *Excepta fornicationis causa*, & *nisi ob fornicationem*, &c. *moechatur* & *adulterat*; juxta quam etiam Syrus in priori Matthaei loco, uti item Ebraica Matthaei in altero לולי על אודות תזנות *nisi ob causam fornicationis*, in altero לולי בעבור תזנות *nisi ob fornicationem*, adhibito verbo נאף pro μοιχᾶσθαι seu *adulterium committere*. Vulgatae utrobique sequaces sunt veteres aliquot inde sumptae, ut Anglo-Saxonica, cui loco priore habetur buton ꝼoꞃ leꝫnyꞅꞅe þinꝫum, & secundo, buton ꝼoꞃ ꝼoꞃliꝫeꞃe, id est, *nisi causa fornicationis*, τῷ haeman nuꞃiht, quod *contra fas concumbere* significat, pro *adulterium committere* seu *moechari*, ibi usurpato. Sic Wiclefius priori in loco, **out taken cause of fornication makith her to do lecherie, and he that weddith the forsaken wife doth avowtrie**; & in secundo ------- **but for fornication, and weddith another, doth lecherie, and he that weddith the forsaken wife doth lecherie.** Fornicationis nomen scilicet in exceptione retinet, dum diversa ex idiomate Anglico pro *moechari* substituit. Neque discrepat loco in alterutro a Vulgata Beza, adeoque nec Gallica ex ilius versio, quae pro πορνεία *paillardise* habet, uti & Cantabrica *paillardicarem*, nec Hispanica aut Italica Christianis reformatis receptae, quibus *fornicatione* & *fornication* in exceptione legitur, dum in reliquis hic *adulterii* nomen singulae haec retinent. Neque aliter Belgica, cui τῇ πορνείᾳ **oererije** *fornicatio*, τῷ *adulterare* seu *moechari* **verspel doen** utrobique respondet. Angli autem nostri in versione illa quae publice legi solita est ab Henrici octavi tempora posteriora, Edwardum sextum, & Elizabethae reginae priora, habent loco priore ------ **except it be for fornication, causeth her to break matrimony. and whosoever marrieth her &c. committeth advowtry**, quemadmodum & posteriori; excepto quod **wedlock** pro **matrimony** ibi substituitur. E Graecis facta a titulo dicitur. Sed mirum est ita variari etiam τὸ μοιχᾶσθαι eodem ipso in loco significationem. Omnem enim violationem conjugii moechiam esse nemo dixerit, utcunque satis discriminatur πορνεία per fornicationis nomen ab adulterio & violatione conjugii (qualis item est Lutheri phrasis) loco in utroque. In ea autem quae ab Elizabetha regina ab episcopis novata est, fornicationis nomine in exceptione retento, μοιχᾶσθαι semper **to commit adulterie** vertitur, cui omnino concors est ea quae denuo ornata est, ab Jacobo rege seu postremo recognita. Atqui in ea quae ante ex Bezae versione Anglica facta et & Hutterianis inserta, priori in loco **fornication** pro πορνεία, posteriori **whoredome** usurpatur. Sed satis est illi hoc undiquaque consonum juxta Anglorum in Veteri Foedere usum, dum id quod est ibi πορνεύειν & πορνεία vertunt. Eorum etiam nonnulli qui priori in loco adulterium aliudve pro illo, velut nec omnino a πορνείᾳ diversum, hic substituunt, in posteriori verbotenus saltem ita distinguunt, ut aliud pro πορνεία, pro *adulterio* seu μοιχεία aliud inserant. Sic Lutherus cui exceptio ibi est, **es sey denn umb der hurerey willen**, *nisi ob fornicationem*; eadem quae supra notatur ex eo pro adulterio seu conjugii violatione voce statim usurpata. Atque pariter sane variant hic versiones Danica, Bohemica, Polonica, etiam & Hibernica & Cambrobritannica, uti & Italica illa Sancti Marmochini. Alii *nisi ob stupri causam* & *nisi ob stuprum* maluere, ut Erasmus & Deloenus Henrici octavi biblioscopus. Jam vero dum adeo diversas vocis πορνείας in exceptione evangelica interpretationes sic intuemur, manifestum fit alias atque alias etiam secundum diversitatem illam sententias circa divortiorum jus apud eos qui inde disputant oriri. Qui ipsum adulterium, id est, conjugii per illicitum coitum violationem voce ea ibi, nec aliud omnino intelligunt, citra adulterium divortium admitti proculdubio negarunt negabuntque. Qui ea notione adferri volunt velut exemplum non simplicem causam, etiam alias ob causas non leviores divortia rite fieri definiant necesse est. Et demum qui fornicationis seu πορνείας ibi nomine reliqua peccata juxta ea quae capite ostenduntur vigesimo tertio venire existimant, etiam ob ea divertendi jus pariter obtinere concedent. Prioris sententiae apud veteres Tertullianum fuisse [a], Chrysostomum [b], aliosque non paucos liquet; & secundae Origenem [c] ejusque sequaces. De tertia autem, quaestionem fuisse scrupulosissimam in seculis primitivis palam est ex Augustino [d], qui & latebrosissimam appellat & in Retractionibus in eam propendet, quam & ante amplexatus est. Verba ejus inferius dabimus. Etiam Beda nostras, ad Matthaei locum hac de re priorem, *Non hic intelligitur*, inquit, *tantum fornicatio in stupro quod in alienis viris aut foeminis committitur, sed omnis concupiscentia vel avaritia vel idololatria quae hominem faciunt a lege Dei aberrare. Si igitur uxor hujusmodi aliquid hominem cogat, qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tantum illius sed & suae. Illius quia fornicatur, suae ne fornicet.* Et distinctio illa huc attinet [e], fornicationem tripliciter intelligi; proprie, quae carnis est, ut stuprum seu adulterium ipsum; communiter, quae est infidelitatis, ut idololatrarum & apostatarum; & commissive, atque ita actus cujuscunque peccati est fornicatio. Unde etiam divortium fit triplex. Sed de hisce plura in sequentibus; ubi de vinculi conjugalis tum solutione juxta alios tum nexu juxta alios indissolubili.

[a] Adversf. Marc. lib. 4. cap. 34. [b] Homil. 17. in Matth. [c] Homil. 7. in Matth. & videsis Hugon. Grot. in Matth. v. 32. [d] Retract. lib. 1. cap. 19. & vide lib. 1. de sermone Domini in monte. [e] Nic. Gorran. in Matth. v.

CAP.

CAP. XXVIII.

Morum ac usus Christianismi primitivi circa divortia reliquiae, ac constitutionum de eisdem Caesarianarum a Christianismo primum in imperium Romanum sub Constantino, recepto, usque in seculum Justinianaeum, seu annos a Christo nato amplius quingentos sexaginta historia. Adeoque per intervallum illud, juris hic Caesarei vetustioris, facies quasi integra.

DE moribus ac usu Christianorum legibusque & sanctionibus summarum apud eos potestatum circa divortia, proxime est agendum. Quantum ad mores ac usum, duo sunt spectanda intervalla. Alterum quod ipsa Christianismi initia seu promulgationem atque Christiana Constantini Augusti tempora seu Christianismum in imperium Romanum primo receptum intercedit, id est, quod sub annum ab incarnatione 320 finitur. Alterum quod deinceps sequitur. Quod ad primum attinet, Christianorum tunc institutum fuisse, adulteriis ut peccatorum genere gravissimo esse abstinendum non solum e Sacra Scriptura verum etiam tum e patribus tum e paganis [a] satis dignoscitur. Sacramento se obstringere solebant inquit Plinius *ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent,* &c. Atque hujusmodi non dubito fuisse συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους, *pacta* seu *conventa clancularia invicem* a Christianis fieri solita, quae eis objiciebat Celsus [b]; utcunque interdum ex Latina vocis συνθήκας per *conventus* (quod aequivocum est) versione pro *synodis* seu *congregationibus* perperam sumantur [c]. Neque alia sane Christianorum primitivorum vitae inter se formula ac regimen erat, praeter illud in quod pro vario loci, temporis, personarum discrimine aliter atque aliter, sed interim pie, conventum est, nec institutis evangelicis adversum. Per intervallum autem quod diximus primum non satis ex moribus usuque ediscitur, quomodo evangelica apostolicaque [d] de divortiis ac repudiis, disciplina intellecta sit, sive ubi fideles utrique sive hic sive illa infidelis fuerit. Paucissima sunt quae huc spectant exempla. Notissimum est illud quod narrat Justinus [e] de uxore Christiana, quae etiam pietatis causa marito tum infideli tum flagitiosissimo qui abscesserat, τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη, *dedit id quod apud vos* (ad senatum Romanum scribit) *repudium nuncupatur, adeoque divortium fecit.* Evenit sub annum Christi 150. Idem quantum video fecit S. Thecla sequioris sexus protomartyr dicta Thamyridis in Iconio sponsa & Pauli apostoli discipula. Nuptias noluit, viri alias clarissimi sed Christianismum ipsumque Paulum acerbius detestantis sponsalibus renuntiavit, quibus scilicet ipsum inerat matrimonii vinculum. Sed hujus historiolae fides penes autores sit, maxime Basilium Seleuciensem episcopum [f] qui vitam ejus scripsit. Quin vero & Epiphanius de ea expressim [g] διαλύεται γάμου *dissolvit matrimonium.* Et de actis ejus videsis quae disputant docti [h]. Qualesnam autem hoc intervallo haberentur sententiae partim capitis proxime praecedentis calce indicatur & mox in sequentibus amplius ostenditur, ubi etiam, quales & tunc & in secundo intervallo canones seu regulae ecclesiasticorum huc spectantes sententiaeque reperiantur, breviter aperitur. Sed tametsi mores usumque intervalli primi non adeo expressim hac de re comperimus, de iis nihilominus non est difficile conjectari ex legibus sanctionibusque eadem de re principalibus seu Caesareis intervallo in secundo, postquam scilicet Christianismus in imperium Romanum est receptus latis. Manipulus est scriptorum Christianorum qui praecedunt satis exiguus. Eorumque pauci divortia tangunt. Sed dubitari nequit, quin Constantinus Caesar Christianissimus, atque successores ejus tum generi hieratico haud parum plerumque addicti tum institutorum evangelicorum apostolicorumque studiosi, qua nempe juxta doctrinam simul & usum anteriorum temporum edoceri possent, id sanciendo de divortiis stabilirent & servarent, quod ab episcoporum reliquorumque primas tenentium mysˌtarum ubilibet coetu aut plerisque eorum pro legitimo atque orthodoxo haberetur. Quae quidem ratio non solum ad Constantini atque insequentia tempora sed pariter ad antecedentia spectat. Nam quod tot tunc suffragiis, saltem ultroneo permissu mystarum seu theologorum (quorum paucissimi sunt qui scripta reliquere) Christianorumque inolevit & pro legitimo est promulgatum, vix est ut dubites idem ipsum etiam ante vim saltem plerumque in moribus usuque obtinuisse. Tetigere hanc rem qui de Christianorum vita ante Constantinum scripsere [i]. Sed tantum tetigere. Jam vero simulac ferme Christianismu in imperium Romanum receptus est, id est, sex ennio aut circiter post synodum Nicenam priman seu anno Christi 331, Basso & Ablavio consulibus, liberius quod, ut ante ostenditur, usurpatum est divertendi jus pro alterutrius conjugum siv libitu sive qualicunque causae obtentu a Constantino coercitum est. Nec viro sine certis ei que gravioribus ac tribus tantum causis, nec uxo ri, licet non omnino eisdem, divertere tunc im pune licuit. Poena scilicet utrinque praescript sed non adjecto expressim, nexum matrimonia lem manere si contraveniret alteruter. Quasi tunc & ante, mores & usus circa divortia (pr alterutrius conjugum libitu) liberrimus Paganism etiam in Christianismo obtinuisset, hoc tantum a dito temperamento, ut non sine vitii seu flagit causa seu obtentu divortium alterutri permitter tur. Sed utrique simul seu ex mutuo consen libertas pristina in legibus manebat; utcunq pro persuasionis diversitate cujus in eorum q

[a] Plin. Epist. lib. 10. [b] Origen. adversf. Cels. lib. 1. [c] Paganin. Gaudent. in Addend. ad lib. de Christ. vita ante Constantin. cap. 1. [d] 1 Corinth. vij. 10. &c. [e] Apolog. pro Christianis 1. [f] De vita Theclae, lib. [g] Haeres. 78. num. 16. [h] Baron. Tom. 1. anno Chr. 47. num. 2. [i] Paganin. Gaudent. cap. 63.

inte

intervalli primi sunt hac de re scriptis vestigia perpauca supersunt (atque ipsi perpauci sunt tunc scriptores) aliter atque aliter ante Constantinum divortia Christianis exercita, admissa, negata, non est quod ambigamus. Constantini autem hac de re constitutio hujusmodi est [a].

IMP. CONSTANTINUS A. AD ABLAVIUM P. F. P.

Placet, mulieri non licere propter suas pravas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, velut ebrioso, aut aleatori, aut mulierculario; nec vero maritis, per quascunque occasiones uxores suas dimittere. Sed in repudio mittendo a foemina, haec sola crimina inquiri, si HOMICIDAM *vel* MEDICAMENTARIUM *vel* SEPULCHRORUM DISSOLUTOREM [b] *maritum suum esse probaverit, ut ita demum laudata omnem suam dotem recipiat. Nam si praeter haec tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam* [c] *capitis in domo mariti deponere & pro tam magna sui confidentia in insulam deportari. In masculis etiam si repudium mittant, haec tria crimina inquiri conveniet, si* MOECHAM, *vel* MEDICAMENTARIAM *vel* CONCILIATRICEM *repudiare voluerit. Nam si ab his criminibus liberam ejecerit* [d], *omnem dotem restituere debet & aliam non ducere. Quod si fecerit, priori conjugi facultas dabitur ejus domum invadere & omnem dotem posterioris uxoris ad semetipsam transferre pro injuria sibi illata.* Dat. III. Non. Maii, Basso & Ablavio Coss.

Vetus ibi interpres, *levi objectione matrimonium solvi prohibetur.* Quasi non solum poenam circa dotem conjuges, atque uxor etiam relegationis, ac maritus aliam non ducendi, subirent, verum & ipsum extra tria haec crimina divortium irritum fuisset. Accessit jam ut criminibus hisce sive vir sive uxor convinceretur (ut item interpres ille) id est, causa coram judice cognita prius damnaretur. Adeoque nunc primum divortii alterutrius sine consensu mutuo causa ad forum necessario sic spectavit, quae divertentium arbitrio ante ex jure Caesareo (modo ritus alii tesseque solennes adhiberentur) fiebat. Ita igitur nunc *excepta fornicationis causa* in Evangelio & quod reliquum est in apostolo contra divortium intellectum est, ut complures ejusdem causae legitimae primo admitterentur. Quae tamen in homicidium, veneficium, & sepulchrorum violationem in viro, adulterium, veneficium & lenocinium in uxore sanctione hac contrahebantur. Nec sane ex lege ante in Paganismo recepta impune retinebat vir adulteram deprehensam. *Qui non statim dimitteret, reum lenocinii postulari placuit,* ut expressim [e] Paulus. Atque ad Constantinianam hanc de divortiis legem puto spectat illud Palladae [f] poetae quasi coaetanei :

Οὐ δύναμαι δ' ἀλόχου τ' Ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν
Εἴργει χάρτης γὰρ καὶ νόμος Αὐσόνιος.

Non possum ab uxore Andromache divertere, prohibent enim tabulae seu *edictum & lex Romana,* ante quam latam, uxorem molestam & contentiosam liberius potueram dimittere. Nec praetereundum hic est, dum Constantinus ad praefectum praetorio Ablavium hanc scripsit misitque sanctionem pro lege in futurum observanda, palam esse patres Nicaenorum 318. plerosque in vivis fuisse eique in rebus Christianismi a consiliis; etiam & hieraticum genus (quod clerum vocitamus) apud eum ita gratia sub id tempus polluisse, ut episcoporum judicio, idque forensi ac ferme soli, causas undiquaque omnimodas permiserit [g]. Imo, si conjectari, neque ex ratione adeo levi, fas sit, eodem forsan anno dieque eodemque animi consilio quo illam de divortiorum modo etiam & alteram de episcopali, quale diximus judicio, promulgavit. Extat haec ad calcem codicis Theodosiani. Caret quidem consulibus, sed ut prior tum III. nonis Maii tribuitur, tum Ablavio, id est, eidem praefecto praetorio datur, licet Baronius [h] anno collocet 314. Summa hujus ex ipsis ejusdem verbis est; *Omnes causae quae vel praetorio jure vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatae perpetuo stabilitatis jure firmantur, nec licet ulterius retractare* [i] *negotium quod episcoporum sententia deciderit.* Rejicitur Constantiniana haec de episcopali judicio in codicibus notae optimae Theodosianis impressis, velut extravagans cum duabus aliis, in extremum libri decimisexti, adjecto in fronte *Hic titulus* (scilicet *de episcopali judicio*) *deerrabat a corpore Theodosiano.* Et partim habetur ad calcem synodi Valentinianae tertiae, & nuper eam in appendice codicis Theodosii seorsim edidit Jacobus Sirmondus. Sed e codice meo MS. qui Guilielmi Monachi Malmesburiensis erat, liquet tam hanc quam reliquas ibi binas ad titulum libri decimisexti secundum, qui *de episcopis ecclesiis & clericis* est, attinere sparsimque ibi interserta. Certe & diu ante tempus legis illius de divortiis latae & ante synodum Nicaenam adeo episcopali judicio etiam indulserat Constantinus, ut constituerit [k], *Judicem* qualemcunque *pro sua sollicitudine observare debere, ut si ad episcopale judicium provocaretur, silentium accommodaretur.* Sic ille Licinio & Crispo Caesare consulibus, id est, anno Christi 318. Haec quidem de episcopali judicio satis imprudenter concessa, postea merito sunt immutata [l]. Sed ideo obiter adnotavimus, ut inde constet non solum imperatoria autoritate sanctionem illam de divortiis, adeoque quotquot in ea ut necessaria admittenda sunt viguisse, verum etiam sententiae illius aevi episcopali seu hieraticae quae saltem obtinuit fuisse non dissonum. Quisquamne ea de re potuerit dubitare, qui quanto erga episcopos sanctionis autor

[a] Cod. Theodos. lib. 3. tit. 16. [b] MS. violatorem. [c] MS. acticulam. [d] MS. ejecerit aliquis. [e] Sentent. Recept. lib. 2. tit. 26. & lib. 29. D. ad leg. Jul. de Adult. [f] Antholog. lib. 2. cap. 10. Epig. 5. [g] Euseb. de Vita Constantini lib. 4. cap. 27. [h] Tom. 3. ann. 314. num. 38. [i] MS. retractari, uti item, ubi partim recitatur ad calcem concilii Valentini 3. anni 855. & integra in Appendice Cod. Theodos. a Sirmondo edit. Parisiis 1631. [k] Append. Cod. Theodos. ab Jac. Sirmondo edit. tit. 17. [l] L. 23. C. Theod. lib. 16. tit. 2. & vide Novell. Valentiniani tit. 12. & C. Just. de Episcopali Audientia lib. , 7, 8, & 13.

indultu (de quo plura item apud Eusebium in ejus vita habes) idque in rebus universis tam profanis quam sacris definiendis se gereret, ex hisce observaverit. Neque interim episcopale judicium sanctionibus principalibus ab eo promulgatis contrarium omnino permissum esse, est existimandum, ubi nec ipse princeps prius abrogaret. Summatim traditur haec lex in Papiani [a] responsis, ubi interim velut ex ea quae ante recepta est necdum ex hac mutata, expressim admittitur *Consensu partis utriusque repudium dari & matrimonium posse dissolvi.* Laxavit autem aliquantulum sexennio post quod sic de divortiis contraxerat Constantinus [b], ita ut uxor in militiam profecti mariti, quae post nterventum annorum quatuor nullum sospitatis ejus potuerit habere indicium, matrimonium solvere posset nuptiasque inire alias. Prior illa Constantiniana velut firmata est ab Honorio, Theodosio minori & Constantio Augustis [c], Eustasio & Agricola consulibus seu anno Christi 421. qui Theodosii illius est 14. Deportatae item uxori qui contra diverterat negatur ab his jus postliminii uti & secundi viri copula. Nec sane, si contra fas non diverteret, ante quinquennium a repudii die nubendi recepit potestatem. *Tunc enim videbitur* (sic illi) *sui magis viri id execratione quam alieni appetitione fecisse.* Atque uxori ejus qui Constantiniana aliam ducendi facultatem non habet seu cui perpetuo coelibatu insolentis divortii poena sustinenda est, post anni metas nuptiarum potestas est concessa. Exemplum item hoc in seculo habemus Fabiolae, quae laus Christianorum & miraculum gentilium dicitur, a viro omnimodis vitiis cumulatissimo adeoque adultero divertentis & secundum sortitae matrimonium, ut refertur apud Hieronymum [c], cui tamen secundae ejus nuptiae non ita placent. Atque hujusmodi jus Caesareum circa divortia a Christianismi in imperio Romano initiis usque ad Theodosii minoris annum 17. id est, per annos Constantiniana lege de divortiis prima centum & decem (in quibus floruere Athanasii, Basilii, Gregorii, Chrysostomi, Epiphanii, Theodoreti, Cyrilli, Lactantii, Hilarii, Ambrosii, Augustini, quod advertendum est) ita obtinuit, ut ei nec omnino per intervallum illud abrogatum esse a Caesaribus comperiamus nec quid ultra adjectum. Tunc autem, id est, anno Christi 439. a Theodosio, & Valentiniano tertio, quantum video, etiam Constantiniana illa & Honoriana abrogata est, jusque quod ante eas obtinuerat divertendi liberius plane restitutum. Ita enim in eorum Novellis [d]:

IMP. THEOD. ET VALENT. A. A.
FLORENTIO P. F. P.

Consensu licita matrimonia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio dissolvi praecipimus. Solutionem enim matrimonii [e] *difficiliorem debere esse favor imperat liberorum. Sed in repudio* [f] *culpaque divortii perquirenda, durum est legum veterum moderamen excedere. Ideo constitutionibus abrogatis quae nunc maritum, nunc mulierem matrimonio soluto praecipiunt poenis gravissimis coerceri* [g], *hac constitutione repudia* [h], *culpas, culparumque cohercitiones ad veteres leges responsaque prudentum revocari censemus, Florenti parens karissime atque amantissime. Illustris itaque atque magnifica autoritas tua quae providentissima constituta sunt, edictis propositis publicare* [i] *praecipiat. Dat. VI. Id. Jul. Constp. Theodosio A. XVII. & Festo* [k] *V. C. COSS.*

Sic illi. Sed abrogatio haec proculdubio com pluribus admodum displicuit, utpote quae Paganismi in divortiis libertatem reducere aut omnimodum ob crimen culpamve ea fieri permittere visa est. Nihilominus per decennium insequens duravit haec constitutio. Nova autem tum, id est, Christi 449. seu Protogene & Actore consulibus, ab eisdem Augustis ita introducta est de divortiis lex, ut retentis quidem binis quae in superioris suae fronte sunt ipsis pericopis, matrimonii dissolvendi causae intra limites, sed laxiores multo quam quae Constantiniani fuerant, expressiu coercerentur. *Causas* [m] inquiunt *repudii hac saluberrima lege apertius designamus. Sicut enim sine justa causa dissolvi matrimonia justo limite prohibemus, ita adversa necessitate pressum vel pressam quamvis infausto attamen necessario auxilio cupimus liberari.* Dein uxori permittitur tantum repudio uti, *si maritum suum adulterum homicidam, veneficum,* vel certe *contra nostrum imperium aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum invenerit, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris aedibus aliquid subtrahentem, si latronem vel latronum susceptorem, vel abactorem aut plagiarium, vel ad contemptum sui domusve suae ipsa inspiciente, cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) coetum ineuntem, si suae vitae veneno, aut gladio aut alio simili modo insidiantem, si se verberibus (quae ingenuis aliena sunt) afficientem probaverit.* De marito item: *Vir quoque pari fine claudetur, nec licebit ei sine causis apertius designatis propriam repudiare jugalem. Nec ullo modo expellat nisi adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris aedibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem aut extraneorum virorum se ignorante vel nolente convivia appetentem, aut ipso invito sine justa & probabili causa foris scilicet pernoctantem, vel circensibus vel theatralibus ludis vel arenarum spectaculis in ipsis locis in quibus haec adsolent celebrari, se prohibente, gaudentem: vel sibi veneno, vel gladio aut alio simili modo insidiatricem vel contra nostrum imperium aliquid machinantibus consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem invenerit, aut manus audaces sibi probaverit ingerentem. Tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatem & causas dissidii legibus comprobare.* Si mulier contra veniret, puniebatur dotis & antenuptialis donationis amissione, nec

[a] Tit. 23. [b] L. 7. C. tit. de repudiis ann. Christi 337. [c] C. Theodos. lib. 3. tit. 16. lib. 2. [d] Epist. 30. ad Oceanum sen. Epitaph. Fabiolae; videsis Petr. Tholosan. syntag. Juris universi lib 9. cap. 16. § 6. [e] Tit. 17. [f] MS. matrimonii. [g] MS. repudio mittendo. [h] MS. cohercere. [i] MS. repudia culparumque cohercitiones. [k] MS. publicari. [l] MS. Fausto. [m] L. 8. C. Just. tit. de repudiis.

intr

ntra quinquennium denuo nubendi habuit poteſ-atem. *Quod ſi praeter haec nupſerit* (ſic Au-guſti illi) *erit ipſa quidem infamis*; *connubium vero illud nolumus nuncupari.* Aliter & dotem & donationem ante nuptias lucro habuit, denuo-que nubendi poteſtatem; ſed non ante annum elapſum, ne quis de prole dubitaret. Vir qui ali-er uxori renuntiare voluerit, dotem redhibebat & ante nuptias donationem amittebat. Sin vero uxta hos limites, utramque ſibi habebat liberam-que alteram ſtatim ducendi facultatem. De pro-bationibus tunc adjectis nonnullis & de lucro dam-nove poſt repudium, *Pactiones ſane*, inquiunt, *quae adverſus praeſentia ſcita noſtrae majeſta-is fuerint attentatae, tanquam legibus contrari-s nullam habere volumus firmitatem.* Hinc diu uxta Theodoſianam hanc quae & conſultiſſima icitur Anaſtaſio, obtinuit jus divortiorum Caeſa-eum. Quoniam autem dubium de repudio ex ommuni conjugum conſenſu citra cauſam ali-uam Theodoſianam miſſo, dimiſſaeque denuo ubendi intra quinquennium facultate, ortum eſt, deo ut res in aperto fieret, Anaſtaſius Auguſtus nno poſt quadrageſimo octavo ſeu Chriſti 497. egem tulit hanc [a] cum primis hic animadver-endam.

IMP. ANASTASIUS A. THEODORO PRAEF. PRAET.

Si conſtante matrimonio communi conſenſu tam iri quam mulieris repudium ſit miſſum, quo nul-a cauſa continetur quae conſultiſſimae conſtitu-ioni divae memoriae Theodoſii & Valentiniani nſerta eſt, licebit mulieri non quinquennium ex-ectare, ſed poſt annum ad ſecundas nuptias nvolare. Dat. XV. Kal. Martii Anaſtaſio Aug. II. Conſ.

Ex hiſce palam liquet, quale circa divortia is Caeſareum ſive ubi ex communi utriuſque onjugum conſenſu ſive ex alterutrius tantum oto id fieret, ante Juſtinianum haberetur, id eſt, er annos a Chriſtianiſmo in imperium Roma-um ſub Conſtantino recepto ducentos aut circi-r. Juſtinianus autem (ſeu Tribonianus reliqui-ue tanti operis conditores) in juris ſui corpus ea uae in veterum Paganiſmo obtinuere circa divor-a ex Caio, Paulo, Ulpiano, Hermogeniano, id enus aliis retulit, ut videre eſt in Digeſtis [b]. Un-e ſcilicet de divortii natura, veritate, formula, olennibus judicari volebat, & an falſum ſeu ſi-ulatum aut imaginarium an verum eſſet. Etiam in codicem ſuum [c] ſanctiones aliquot ea de re nperatorum Paganorum, uti etiam Chriſtiano-um aliquot jam memoratas. Conſtantini ſcili-et de militis, qui an ſuperſtes eſſet dubitabatur, xore, Theodoſii illam de cauſa divortii multi-ici & Anaſtaſii de communi conſenſu. Neque nim habet ille aut Conſtantinianam illam de auſa triplici, aut Honorianam quam diximus aut heodoſianam quae Conſtantinianam illam (ni uidem fallor) & Honorianam abrogavit. Nec ſane erat in codice ejus hiſce locus idoneus. Adeo-que proxime ante eum Paganiſmi veteris mores circa divortia tribus illis ſanctionibus (Conſtanti-niana de uxore militis, Theodoſiana de cauſa multiplici, & Anaſtaſiana) quatenus ea ex jure penderent Caeſareo, per orbem Romanorum Chriſtianum modo quo diximus temperata fue-rant. Juſtinianus autem in imperii ſui initiis [d], cauſis Theodoſianis adjecit, *Si maritus uxori ab initio matrimonii uſque ad duos annos continuos computandos coire minime propter naturalem im-becillitatem valeat.* Hoc ſcilicet caſu poſſe uxo-rem vel ejus parentes ſine periculo dotis amit-tendae repudium marito mittere, ita tamen ut ante nuptias donatio eidem marito ſervaretur. Spectat haec lex ad annum ejus ſecundum ſeu Chriſti 528. Quo tempore idem etiam impera-tor, *Si quis* [e] *eam quam ſine dote uxorem acce-perat a conjugio ſuo repellere voluerit, non ali-ter ei hoc facere liceat, niſi talis culpa interceſ-ſerit quae noſtris legibus condemnatur.* Mulcta facienti praeſcribitur uti & uxori dotatae quae aliter repudium viro miſerit. Et de indotatis le-gem ejuſmodi primum non ſemel jactat Juſtinia-nus [f] ſe adinveniſſe. Cauſis autem divortii jam dictis adjecit etiam ille, *Si forte uxor ſua ope vel induſtria abortum fecerit, vel ita luxurioſa eſt, ut commune lavacrum cum viris libidinis cauſa habere audeat, vel dum eſt in matrimonio, alium ſibi maritum fieri conata fuerit.* Repudia autem eorum qui ſui juris non fuerint, ut mi-norum, juxta & jura vetuſtiora, valere noluit. Atque ſic quidem ex jure codicis, divortia tem-perata, permiſſa. Accedunt non pauca de doti-bus ac donationibus ante nuptias, plura qua ex divortio aliter atque aliter illae ſe habent, uti item de rebus amotis, de judicis aeſtimatione [g] utrum apud patrem an apud matrem matrimonio ſeparato filii morari ac nutriri debeant, aliis e-juſmodi quae praetermittimus, ea ſolum hic quae ipſum divortiorum jus ſingulare qua ex jure Cae-ſareo libere permiſſum, temperatum aut nega-tum eſt, indicent ſectantes. Nec ſane ſolutio matrimonii eodem jure negata eſt [h] ex divortio qualicunque (modo juris ſolennibus non careret) ſed non impune divertebat quis extra cauſas prae-ſcriptas. Poſtea autem leges de divortiis novavit Juſtinianus in Novellis ſeu Authenticis, ubi ob-ſervandum eſt primo jus eorum ſeu matrimonii ipſius ſolvendi in Chriſtianiſmo etiam velut ex ſe liberrimum tunc agnoſci, utcunque poenis ali-quot mulctiſve (ut oſtenſum eſt) reſtrictum. *In rebus humanis* ad hanc rem inquit [i], τὸ δεθὲν ἄπᾶν λυτὸν, *quicquid ligatur ſolubile eſt.* Et dein: *Diſtrahuntur itaque in vita contrahen-tium matrimonia*; *alia quidem conſentiente u-traque parte, pro quibus nihil hic dicendum eſt, pactis cauſam ſicut utrique placuerit gubernanti-bus, alia vero per occaſionem rationabilem, quae cum* BONA GRATIA *vocatur, alia vero citra om-nem cauſam, alia vero cum cauſa rationabili.* De ſolutione matrimonii bona gratia, id eſt, ubi non ex animi impetu, aut contumelioſe aut cul-

[a] L. 9. C. Juſt. tit. de Repudiis. [b] Tit. de Divortiis & Repudiis ſeu lib. 24. tit. 2. l. 60. Vitricus D. tit. de Donat. inter vi-m & uxorem, &c. [c] Tit. de Repudiis ſeu lib. 5. tit. 17. [d] L. 10. C. tit. de Repudiis. [e] Ibid. l. 11. Novel. 22. cap. 3. & 18. [g] C. tit. Divortio facto apud quem, &c. & vide Juſtinian. Auth. conſtit. 117. cap. S. [h] Vide ipion. Gentil. de Donat. inter virum & uxorem, lib. 3. cap. 18. [i] Novell. 22. cap. 3. &c.

pae

pae causa, sed ἄνευ μέμψεως, *sine reprehensione*, ut vel propter sacerdotium, sterilitatem, senectutem, valetudinem, militiam aliasque causas ob quas satis commode retineri matrimonium non posset, mentio item alibi [a] habetur. Persequitur autem dein Justinianus causas aliquot alias, ob quas impune divortium fieret. Ut castitatis seu monachismi, coeundi impotentiae (cujus tempus jam triennium sit, quod erat ante ut dictum est biennium) captivitatis, quae sane in bonam gratiam recidunt. Theodosii minoris illam de multiplici causa firmat etiam Justinianus, Constantinianae, de militis uxore, tempus ampliat [b], annum elabi debere ante uxoris bona gratia dimissae secundas nuptias, ne confusio sequatur sanguinis, ad exemplum Anastasianae, adjicit. Alia postea in Authenticis [c] aliis habet de divortii causis multiplicibus Theodosianis persimilibus, fere eisdem, & utrique conjugum permissis; quae Novellis continentur maxime 117 & 134 [d], & in Juliani Antecessoris Constit. 384. & sequentibus. Ubi mutuo etiam solum consensu seu κατὰ συναίνεσιν ea fieri prohibet, excepta causa castitatis. Et *memoratas*, inquit [e], *omnes causas quae in praesenti nostra lege continentur solas sufficere jubemus ad transactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas vere omnes vacare* (ἀργεῖν in Graeco) *praecepimus: nullamque aliam causam citra eas quae nominatim insertae sunt huic legi posse solvere legitimum matrimonium sive nostris sive veteribus legibus continentur.* Julianus Antecestor [f], *Nullam aliam causam posse matrimonium solvere.* Quasi jam non poena solum, sed indissolubilitas matrimonii citra causas illas introduceretur. Quinquennio item mulieri reae in causa repudii, nuptiis secundis abstinendum voluit ille [g], Nec ante eas pro legitimis haberi. Atqui etiam occurrit inter Novellas Justiniani unica [h] quae plane illam de mutuo consensu matrimonio non dirimendo rescindit. Cui titulus ὥστε δύνασθαι κατὰ συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον, *ut consensu* mutuo *matrimonium solvi possit*; scilicet revocatur jus pristinum seu vetus. Verba sunt, θεσπίζομεν ἐξεῖναι κατὰ τὸ παλαιὸν, τὰς ἐκ συναινέσεως διαλύσεις ἐπὶ τῶν γάμων ποιεῖσθαι, *Statuimus ut prout olim juris fuit matrimoniorum solutiones ex consensu fieri liceat.* Ratio rotunde redditur, Εἰ γὰρ ἀμοιβαδὸν ἡ διάθεσις τοὺς γάμους συνίστησιν, εἰκότως ἐναντία γνώμη τούτους κατὰ συναίνεσιν διαλύει, τῶν ταυτὴν δηλούντων στελλομένων διαζυγίων, *Si namque mutua affectio matrimonia conficit, merito diversa voluntas eadem per consensum dirimit, modo hanc missi repudii libelli satis declarent.* Caeterum haec revera non est Justiniani sed Justini Augusti qui Justiniano nepos ei successit & in ipsis imperii sui initiis seu sub annum Christi 566 eam edidit. Id satis ex ejusdem corpore liquet. Sed manifestius fit apud Julianum Antecessorem ubi seorsim ut Justini traditur, quemadmodum etiam in Novellis Justino tribui solitis. Atque ad hunc modum ex jure Caesareo se habuere divortia etiam Christiana seculo Justinianaeo, de quo hanc rem pauca item observavit Paganinus Gaudentius [i]; quibus praeter ea quae obiter apud jurisconsultos Caesareos aliosque ea de re integ opera seu ad titulos Digestorum Codicisve conscribentes occurrunt, videsis Sebastianum Monticlum in titulum Institutorum de Patria potestate, & Francisci de Amaya Observationes [l]. Et singulis annis quibus editae sunt Justiniani ja dictae Novellae consulas si placet Antonium Cotium in Canonibus Chronicis. Nam hujus ratio sane adhibenda est, ut in his quae memoravimus sic in caeteris quod recte monuit pridem Albericus Gentilis [m]. Atque ex ante dictis quet quaenam illae leges moresque fuerint ju quos antiquitus adeo libera fuisse divortia non semel monuit Joannes Zonaras [n] monachus, theologus & jurisconsultus celeberrimus in orient sub annum Christi 1090.

CAP. XXIX.

Jus Caesareum quod post Justiniani seculum in imperio Romano, maxime oriente, circa divortia obtinuit usque tempora recentiora.

UT ante Justinianum in imperii Roma Christianismo, constitutiones circa divor Constantini magni, Theodosii minoris & Anastasii, praeter jus priscum de mutuo conjugu consensu, juxta ante dicta, obtinebant, ita & eum, eaedem vim habuere quidem, sed Novel ejusdem variatim, ut etiam ostendimus, firmat temperatae, auctaeque. Et divertendi jus ex mutuo consensu quod is aboleverat, restitutum a Justino nepote & successore proximo. Sed vero diu ante Justinianum adeo inclinavit Romanum maxime in occidente imperium (irruentibus scilicet in Europam fere universam occidentalem Gothis, Vandalis, Saxonibus, aliis septentrionalium) ut provinciae quae retroactis secu orbis Romani partes fuerant adeoque legibus p rebant Caesareis, veluti Italia, Gallia, Hispan Britannia, aliae, jam suis subessent regibus le busque; de quibus ad hanc rem mox seorsu Quod autem ad reliquias imperii in oriente spe tat, adeo non reperiuntur ibi constitutiones ali de divortiis Caesareae per annos quasi trecent quadraginta, id est, usque ad Leonem philosophum qui sub annum Christi 900 imperavit, vix dubitari queat quin eaedem ipsae quas Justino obtinuisse ostensum est, etiam per id tempus vim per orientem haberent, id est, Justinianeae Justini illa de mutuo consensu laxatae. Photius patriarcha Constantinopolitanus in Nomocanone [o] jus quale diximus de divortiis ejusque causis variis Caesareum ostendens, Τὸ δὲ συναίνεσιν, inquit, πρὸς τὸ συμφωνούμενον λύειν

[a] L. 60. Vitricus D. de Donat. inter virum & uxorem. [b] Vide Julian. Antecess. constit. 387. [c] Constit. 98. cap [d] Cap. 11. [e] Novell. 117. cap. 12. vid. item 127. cap. 4. [f] Constit. 388. [g] Novell. 22. cap. [h] Novell. 140. videsis Baron. tom. 7. Ann. 566. num. 12. Scip. Gentil. de Donat. inter virum & uxorem, lib. 3. cap. 18. & Alberic. Ger de Nuptiis, lib. 6. cap. 4. [i] De Justinianaei seculi moribus, cap. 17. &c. [k] §. Matrimonium. [l] Lib. 2. cap [m] De Repudiis, lib. 6. cap. 4. [n] In Can. Apost. 5. & Can. 87. Synodi 6. in Trullo. & in Concil. Carthag. Can. 1 [o] Tit. 13. cap. 4.

γάμ,

μον, εἴρηται μὲ πρώην· ἐμνήσθη δὲ ἐκ τῆς εἰρημέ- ρις νεαρᾶς, αὖθις καὶ ἀνεκαινίσθη ὑπὸ Ἰουστίνου ...ιλέως. *Ex consensu vero per conventionem ...iuges posse solvere matrimonium olim dictum* (scilicet L. 9. C. de Repudiis in constitutio- Anastasiana) *sublatum est autem ab* 117 *no-...lla, & rursum ab Justino imperatore est reno-...tum.* Ita igitur se tunc habuit divortii jus ...esareum; id est, sub annum Christi 870 quo ...ulo floruit patriarcha ille. De solutionis item ...atrimonii jure velut receptissima loquitur Theo-...ilus antecessor in Institutorum paraphrasi [a]. Leone Caesare antiquior existimatur. Sed Leo ...c juris Caesarei corpus [b] Graece novavit ex ...igestis, Codice, Institutis, Novellis Justinianaeis ...i etiam e προχείρῳ νόμῳ a seipso & Constanti-...o fratre composito, atque illud τὰ βασιλικὰ seu ...peratoria nuncupavit in libros sexaginta tribu-...m. In eo titulum inter alios habet [c], περὶ ...άμου λύσεως καὶ τῶν τῆς λύσεως αἰτιῶν, *De solutio-... matrimonii deque solutionis causis.* Sub hoc ...ulo eadem ipsa statuuntur quae Justinianaea [d] ...cere circa divortia. Et enumeratis, juxta illa, ...m uxoris ab viro quam hujus ab illa divertendi ...usis, satis quidem ut ante liquet multiplicibus, ...δενὶ δὲ τρόπῳ, inquit, παρὰ ταύτας τὰς εἰρημέ-...ς αἰτίας διαζύγιον γίνεσθαι, ἢ κατὰ συναίνεσιν τοὺς ...άμους διαλύειν, *Nullo modo praeter has indica-...s causas divortium fiat, vel ex consensu ma-...imonia solvantur,* quae ferme verba sunt Jus-...iani [e]. Ad haec autem scholion adjicitur ve-...s de novella illa Justini, qua, rescissa decessoris ... mutuo ex consensu matrimonio non dirimen-... constitutione, iterum permissum est juxta mo-...m anteriorem divortium ex consensu libere, ut ...te est ostensum fieri. Atque ἰστέον δὲ, inquit, ...εἰς τὰ Βασιλικὰ τοῦτο τὸ κεφάλαιον οὐ κεῖται. ...οὐδὲ γὰρ πράττεται νῦν, ἀλλὰ ἀνῄρηται τὸ κατὰ συ-...νεσιν λύειν τοὺς γάμους, *Scire autem oportet ca-...t hoc* seu Novellam illam Justini *in Basilica ...n esse relatum. Nec enim modo in usu est, ... consensu matrimonia dissolvendi mos est sub-...us.* Tantundem notavit in Photii Nomoca-...nem Theodorus Balsamon [f] patriarcha Antio-...enus ab interpretibus perperam nimis intellec-... In Basilica ait ille non relatam esse novel-...n Justiniani 117, qua divortium ex consensu ...litur, sed aliud caput novellae ejus 134. (quod ...um est) ἰσοδυναμοῦν τῇ ρις νεαρᾷ· ἡ νομοθεσία ...βασιλέως Ἰουστίνου ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ρμ· ἥτις ... ὅλως ἐτέθη εἰς Βασιλικά, *AEquivalens no-...llae* 117. *sanctio Justini imperatoris* (de qua ...pressim Photius hic dixerat) *est Justinianaea ...vella* 140, *quae non omnino posita est in Ba-...cis.* Interpres hic alter, *Quod aequivalet* 117. ...ver. *Justini novellae. Est autem Justiniani* ...10. *novella quae non est omnino sita in Basili-...* ; alter, *Quod cum imperatoris Justiniani* 117. ...*islatione idem valet. Est autem novella Ju-...iani* 140. *quae nullo modo in Basilicis posita* ... Atque in margine ad vocem *Justiniani* ...7 notatur, *Non Justini ut Graecus,* & lo-cum dein mendosum esse adjicitur. In Graecis plane mendosus non est; sed in Latinis depravatissimus. Voluit enim Balsamon indicare non Justiniani sed Justini esse novellam de divortii ex consensu jure restituendo (quod est verissimum) tametsi inter Justinianaeas sit posita, nec illam in Basilica receptam, adeoque post juris Caesarei novationem illam Leoninam, desiisse jus ejusmodi divortiorum. Justinianaei atque Leonini juris quod jam & deinceps per orientem obtinuit explicationes ab jurisconsultis Graecis adjectas habes in Basilicorum excerptis aliquot a Gentiano Herveto olim Latine editis [g], titulo de Solutione Matrimonii. Sed & ipsum Basilicorum corpus brevi puto prodibit integrum, quod me hactenus vidisse non contigit. Leonis item quem diximus Augusti novellarum jure [h], furore alteri conjugum superveniente solvere licuit matrimonium; si nempe uxor per triennium, vir per quinquennium malo hoc teneretur (quod pariter Nicephorus Botoniates [i] postea constituit) uti etiam ubi uxor [k] abortum data opera fecerat, aut marito superstite de secundis alium compellaverat nuptiis. Citatur insuper Constantino Harmenopulo [l] patricii celebris apud Graecos jurisconsulti [m] sententia, idem licuisse quoties pro virgine ductam vir deprehenderat ante vitiatam; cui sane satis est consona Leonis novella [n] de sponsa gravida. Per orientis imperium, jus jam ostensum Caesareum, Justinianaeum scilicet & Leoninum circa divortia, diu post obtinuit. Sub annum a Leone hoc centesimum septuagesimum (id est, Christi 1070.) floruit Michael Attaliata proconsul & judex qui jussu Michaelis Ducae Augusti conscripsit ποίημα νομικὸν ἤτοι πραγματικὴν, *Opus juridicum seu Pragmaticum,* qua voce indigitantur sanctiones jussionesque imperatoriae. Adeoque non tam privati opus illud erat, quam velut edictum Caesarianum. Synopsis nomine editur. Titulum habet [o], περὶ λύσεως γάμου, *de solutione matrimonii,* sub quo rem breviter enarrat. Ὁ γάμος, inquit, ἐπὶ τῶν ἀρχαιοτάτων χρόνων ἐκ συναινέσεως τῶν ὁμοζύγων, ἢ ἐκ θελήσεως τοῦ ἑνὸς μέρους ἐλύετο· ὕστερον δὲ διὰ τῆς νεαρᾶς τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐτέθησαν ῥητῶς αἱ αἰτίαι δι' ἃς καὶ μόνας δύνανται καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ στέλλειν διαζύγιον, *Matrimonium remotissimis abhinc temporibus* (ut ante est ostensum) *ex consensu conjugum, vel ex unius partis voluntate solvebatur. Postea vero per Justiniani novellam expressim positae sunt causae propter quas solas tam vir quam uxor mittere possit repudium.* Atque adjicit, καὶ χωρὶς τούτων γάμος ἀνευθύνως λύεται, *& citra illas causas irrita est matrimonii solutio.* Ac dein breviter enumerat causas quales in Justinianaeis & Leoninis, additis item binis illis, κατὰ πρόφασιν ἄμεμπτον seu *reprehensionis expertibus,* quae bona gratia dicuntur, id est, ὅταν ἄσκησιν ἕληται θάτερον τῶν μερῶν, ἢ ὅταν ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τρισὶν ἔτεσι τὰ παρὰ τῆς φύσεως δεδομένα τοῖς ἀνδράσιν οὐ πράττῃ, *Cum alterutra pars vitam elegerit asceticam seu monasticam, vel quum maritus toto triennio non facit ea*

[a] Tit. de Nuptiis. [b] Vide Cujac. lib. 6. Observat. 9. &c. [c] Synops. Basilic. lib. 29. [d] Videsis J. Leunclav. ...atorum. lib. 2. cap. 256. [e] Novell. 134. cap. 11. [f] Nomocan. Tit. 13. cap. 4. [g] Paris. 1551. [h] ...ovell. Leonis 111. & 112. [i] Constit. Imperat. a Bonefidio edit. [k] Novell. Leonis 30. & 31. [l] Prochir. li. 4. tit. 12. [m] Vide Theodor. Adamaeum in Epist. dedicat. Harmenopulo praefixa Paris. 1540. [n] Novell. Leonis 93. [o] ...nops. Attaliatae tit. 27.

quae viris natura dedit. Hanc item ἀσεβείαν τῆς κοίτης *lecti cessationem*, illam τὴν κυρὰν *tonsuram* appellat. Atque hinc Michael Psellus [a] Attaliatae coaevus qui Synopsin legum versibus scripsit Iambis & Politicis ad eundem imperatorem, intelligendus est, ubi novellas veteres tam in Basilicis quam alibi positas in duo tribuit genera, alterum earum faciens quae ἐσχόλασαν τῷ χρόνῳ *tempore evanuere*, alterum earum in quibus, ἔξαρχα καὶ θαύμαστα, *dignitatis amplissimae habentur & miranda*, seu quae quotidiano in rerum usu. Primo scilicet in genere collocat:

Ὅσα κατὰ συναίνεσιν τὸν γάμον διαιροῦσι,

Quae in Novellis *habentur de matrimonii ex mutuo consensu solutione*, veluti Justini illa supra memorata: in altero autem:

Τὰ περὶ γάμων λύσεως τοῖς καθήκουσι τρόποις.

Quae in Novellis *habentur de solutione matrimonii modis seu causis convenientibus*, quas scilicet juxta ante dicta memorat Attaliates. Et τοῦ γάμου λυομένου, *matrimonii soluti* subinde mentionem facit Psellus velut in legibus Graecorum sui temporis receptissimi. Hinc etiam subscriptionis ad calcem edicti Alexii Comneni primi, anno Graecorum mundi 6600. (id est, Christi 1096.) de sponsalium solutione promulgati sensus plane ediscitur. Scilicet edicto ipso vetat liberam sponsalium μετὰ ἱεροτελεστίας τελουμένων, *sacris* juxta Leonis constitutionem superius [b] memoratam *intervenientibus peractorum* solutionem. Πλὴν, tunc inquit literis miniatis subscribens ipse Alexius [c], εἰ δὲ ἄλυτοι πάντως αἱ μετ' ἱεροτελεστίας τελούμεναι μνηστεῖαι διαμένειν ὀφείλουσιν, οὐ πάντως δὲ τῶν γάμων ἐπέκεινα ἄλυτοι διατηρηθήσονται. Ἀλλ' αἷς αἰτίαις ἔστι τὴν διάλυσιν ἐπιδέχονται τῶν αὐταῖς δὲ αὗται διαλυθήσονται. *Sed licet sponsalia sacris intervenientibus peracta indirempta omnino manere debeant, non tamen omnino post nuptias indirempta servabuntur. Sed quibus ex causis hae solutionem admittent, eisdem etiam dirimentur & illa.* Id est, sponsalia in nuptias conversa, alias ante indissolubilia juxta edictum illud, simul cum nuptiis dissolventur ob causas quas nuptiae dirimi possunt, id est, eas quae Justinianaeo & Leonino jure jam indicato continentur. Eaedem fusius, adeoque jus illud circa divortia ipsum ut per orientem vim postmodum obtinens, traduntur a Constantino Harmenopulo judice Thessalonicense [d] sub Emanuele Comneno imperatore circa annum Christi 1150. Uti & a Theodoro Balsamone [e]. Floruit autem Balsamon patriarcha Antiochenus, sub annum Christi 1200. Et quantum scimus jus in oriente Caesareum hujusmodi mansit usque ad recentiora imperii Christiani ibi tempora. Certe Balsamon ille ad canonem synodi Carthaginiensis [f] qui divortia sublata velit uti & divertentium nuptias secundas, Justiniani [g] Novellam memorat, qua causae divortii enumerantur, veluti quae tunc vim haberet & Τὰ, inquit, ἐν τῷ παρόντι κανόνι περιεχόμενα παλαιότερα ὄντα κατὰ πολὺ, ἠπράκτησαν, *Quae in hoc canone continentur, cum sint multo antiquiora, exoleverunt.* Quod inprimis dum de Graecorum moribus dispicimus advertendum. Nimirum habita est synodus illa Carthaginiensis sub Honorio & Theodosio minore seu annis amplius centum aut circiter ante Justinianum; qua de re plura inferius. Sed vero ad illud Justiniani in Institutis [h] de divortio velut in usu obiter dicto *Si uxor tua post divortium*, &c. quod apud Theophilum antecessorem est, Ἡ ἐμὴ γαμετὴ τὸν πρὸς ἐμὲ ῥεπουδίῳ διαλύσασα γάμον, &c. *Uxor mea repudio solvens matrimonium*, &c. Scholiastes vetus [i] Τοῦτο νῦν οὐ γίνεται εἰ μὴ παρὰ Ῥωμαίοις ἤτοι Λατίνοις, *Hoc nunc non fit nisi apud Romanos, id est Latinos* seu occidentales, de quibus capite proximo. Atqui quo tempore vixerit scholiastes hic non liquet. Certe nec in Paratitlis juris Caesarei ab Leunclavio e Graeco editis caput aliquod de matrimonii solutione, juxta veterem Graecorum usum habetur. Sed vero de orientis hic moribus plura occurrent ubi inferius ejusdem canones ostendimus. De jure veteri Romano ac Caesareo huc spectante hactenus; cujus etiam reliquias habebis aliquas in legibus ac moribus populorum, qui imperii occidentem invadentes etiam e jure illo capita aliquot variatim sibi selegere; de quibus capite proximo.

CAP. XXX.

Leges moresque circa divortia in Christianismo Ostrogothorum & Wisigothorum (per Italiam, Hispanias, Galliam) Burgundionum veterum, Alemanorum, imperii Carolini seu occidentis populorum, Britannorum veterum, Anglorum, Scotorum, Hibernorum.

INclinante, etiam diu ante Justinianum, maxime in occidente, Romano imperio, & Gothis, Vandalis, aliis septentrionalium Italiam, Galliam, Hispaniam, alias Europae regiones occupantibus, ab horum principibus Christianis leges, aliae, sic circa divortia, nunc Caesarianis satis consonae seu ex illis selectae, nunc dissonae introductae sunt. Primas ad hanc rem quam tractamus habet Theodorici Ostrogothorum in Italia regis edicti [k] capitulum illud, quo Constantiniana superius [l] tradita de causa divortii triplici, vel quae ante inter Gothos ibi recepta, confirmatur. *Passim matrimonia dissipari non patimur* (quod ut videtur ante in usu) *ideo uxor a marito, aut maritus ab uxore nisi probatis causis, quas leges comprehendunt omisso repudio a jugali vinculo non recedant. Causae autem istae debent esse divortii. Si maritus aut homicida, aut maleficus, aut sepulchrorum violator ab uxore in examine fuerit adprobatus. Maritus quoque his cri-*

[a] Synops. leg. vers. 430. [b] Lib. 2. cap. 29. [c] Juris Graec. Rom. lib. 2. pag. 138. & in Constit. vet. Imper. [d] Prochir. lib. 4. tit. 12. [e] In Photii Nomocan. tit. 13. cap. 4. & in Canon. Apostol. 5. & in Can. 87. Synodi 6. in Trul. [f] Canon. 105. [g] Novell. 117. [h] Tit. de Nuptiis §. si uxor. [i] Apud Carolum Fabrot. in Schol. ad Theophil. lib. tit. 10. [k] Cap. 54. [l] Cap. 28. ex C. Theodos. tit. de Repudiis.

minibus

minibus convictam merito dimittat uxorem; si adulteram, si maleficam, vel etiam quam vulgus appellat aggagulam (id est[a], lenam) *in judicio potuerit adprobare.* Regnavit Theodoricus hic in Italia proximis ante Justinianum annis seu Anastasio & Justino majore Caesaribus, id est, sub annum a Christo 500. Igitur in regno tunc Theodoriciano, libera plane fuere extra causam illam triplicem divortia, nec leges reliquae de causarum modo hactenus ibi receptae. Habentur autem Wisigothorum seu qui Hispanias & Galliae viciniam insederunt leges ab Eurico eorum rege primo editae diu ante Theodoricum illum, seu sub annum Christi 460. quarum in corpore strictius est multo divortiorum jus, adeo ut nec repudiatae fas esset alteri conjungi[b], nec cuiquam sponsalibus post annulum arrae nomine coram testibus datum renuntiare[c], *neque*[d] *excepta manifesta fornicationis causa uxorem suam aliquando relinquere, & neque per testem, neque per scripturam, sive sub quocunque argumento facere divortium inter se & suam conjugem.* Sed utrum primo legum illarum corpore harum aliqua reperta fuerit nescio. Certe ea quae est de sponsalibus non renuntiandis, & de expresso divortiorum interdicto, illarum autore primo seu Eurico recentior est & ab Cindaswintho rege adjecta, qui sub annum Christi 640. regnavit. Perinsignis fuit corporis earum legum, etiam postquam accessit haec de divortiis, autoritas & fama apud Gothos in Hispaniis viciniaque. Et nomine *legum Gothicarum, fori judicum* & *libri judicis* celebre obtinuit[e] usque ad corpus illud alterum juris Hispanici ab Alphonso X. sub annum Christi 1260. adornatum quod *Partidas* vocitamus. In eo autem titulus[f] habetur, *De el departamiento de los Casamientos* seu de matrimoniorum diremptione seu *divortiis*, decretis quidem pontificiis (quae capite ostendimus proximo) ita omnino in singulis adaptatus, ut ad locum hunc non omnino spectet. Apud Francos autem veteres plane liberum viguisse juxta morem priscum & Justini Novellam divertendi ex conjugum consensu jus videtur. Nam in Marculfi Monachi formulis[g] rerum qui tunc obtinuit usui adaptatis floruit ille Clodovaeo secundo seu Dagoberti filio rege sub annum Christi 650) habetur libellus repudii, in qua causa praeter utriusque voluntatem nulla. Ea hujusmodi est:

Libellus Repudii.

Dum & inter illum & conjugem suam illam, non charitas secundum Deum sed discordia regnat, & ob hoc pariter conversari minime possunt; placuit utriusque voluntate, ut se a consortio separare deberent, quod ita & fecerunt. Propterea has epistolas inter se uno tenore conscriptas fieri & adfirmare decreverunt: ut unusquisque ex ipsis sive ad servitium Dei in monasterio aut copulae matrimonii sociare se voluerit, licentiam habeat, & nullam requisitionem ex hoc de parte proximi sui habere non debeat. Si quis vero, aut aliqua pars ex ipsis emutare aut contra parem suum repetere voluerit, inferat pari suo auri lib. 1. & ut decreverunt a proprio consortio sequestrari, in ea quam elegerint parte permaneant. Facta epistola sub die illo, anno illo, regnante illo rege.

Eadem ferme legitur in formulis veterum solennibus a Frederico Lindenbrogio[h] ex regia Gallorum bibliotheca editis. Discrimen est tantum, praefigi hic, *Certis rebus & probatis causis inter maritum & uxorem repudiandi locus patet. Idcirco dum inter illum,* &c. & legi ----- *monasterio, aut ad copulam matrimonii & ---- proximi sui habere pertimescat & auri lib. tant. & sua repetitio nullum obtineat effectum, sed ut decreverunt in ea quam elegerint parte permaneant.* Persimilis est libellus repudii velut exemplar receptissimum in Formulis veteribus cum Marculfo editis[i] ab Hieronymo Bignonio jurisconsulto celeberrimo, qui de utraque, *Exemplum est,* inquit, *divortii consensu conjugum facti quod aliquando licuit L. Si constante C. de repudiis.* Et *usum ejusmodi divortii etiam inter Christianos invaluisse haec formula ostendit.* Et ad verba illa *Aut copulae matrimonii sociare, Ex hoc loco,* inquit, *apparet tum in usu fuisse, ut post divortium mutuo consensu celebratum vir & uxor matrimonium cum aliis contrahere possent, quae consuetudo Christianae legi contraria merito reprobata est.* Sed de reprobatis ejusmodi divortiis plura capite proximo. Verum ut fieri amat diversa fuerunt hac de re apud populos occidentis Christianos sub id aevum placita. Sub eodem tempore quo Theodorici edicto illo in Italia, juxta Constantinianam sanctionem conjugum alterutri ex causa triplici divertere licuit, apud Burgundos, Gundebaldo rege, uxori plane divortium negatum est omnimodum, viro interim ex causarum illarum aliqua, nec omnino extra eas, permissum. *Si qua*[k] *mulier maritum suum cui legitime juncta est dimiserit, necetur in luto,* de viro quod diximus dein statuto. Alemanis de sponsa lex lata est[l], ut si quis eam, tantum non solennibus nuptam, dimiserat atque aliam duxerat, *componat eam quam desponsavit & dimisit cum XL. sol. & cum XII. Sacramentalibus juret cum quinque nominatis & septem advocatis, ut pro nullo vitio nec tentatam eam habuisset nec vitium in illa invenisset, sed amor de alia eum adduxit ut illam dimisisset & aliam habuisset uxorem,* quod ad seculum anni 650. spectat. Postmodum vero sub annum Christi 820. imperantibus Carolo Magno & Ludovico Pio, receptae sunt in occidentalis imperii leges, sanctiones, ut aliae, ita de divortiis pontificiae, ut e concilio Africano[m], *nec uxorem a viro dimissam alium accipere virum, vivente viro suo, nec virum aliam accipere uxorem, vivente uxore priore,* ita tamen ut, quoties impotentiae[n] coeundi causa virum uxor dimiserat, alium accipere ei fas esset. Tantundem inde habetur in Longobardorum legibus[o], ubi

[a] Isidor. in Glossis. [b] Leg. Wisigoth. lib. 3. tit. 6. cap. 1. [c] Ibidem lib. 3. tit. 1. cap. 3. & tit. 6. cap. 3. [d] Ibid. tit. 6. cap. 2. [e] Vide P. Pithaeum in editione leg. Wisigoth. & Fred. Lindenbrog. in Prolegom. leg. antiq. [f] Partid. 4. tit. 10. [g] Lib. 2. form. 30. [h] Leg. Antiq. tom. 2. in Form. Solenn. 84. pag. 1060. [i] Formul. 19. [k] Leg. Burgundionum cap. 34. [l] Leg. Aleman. cap. 53. [m] Capitular. Caroli & Lud. lib. 1. cap. 43. & lib. 6. cap. 63. lib. 7. cap. 55. [n] Ibid. lib. 6. cap. 55. [o] Lib. 2. tit. 13. cap. 4, &c.

occurrit

occurrit Lotharii imperatoris, Ludovici Pii filii, qui regnare coepit anno 840. lex, *Nulli licere excepta cauſa fornicationis adhibitam ſibi uxorem relinquere & deinde aliam copulare.* Atque hoc tunc erat, *uxorem abſque culpa legitima poſtponere & aliam in domum ſuper eam ducere* quod impune leges tunc non permiſere. At ſane etiam Carolum Magnum ipſum legimus Bertam uxorem, Deſiderii regis Longobardorum filiam quam duxerat poſt annum repudiaſſe [a], incertum qua de cauſa, & aliam duxiſſe, ſcilicet Hildegardam Suevam e qua poſteros ſuſcepit. Hoc ſeculo autem & quod imperii Carolini initia ſecutum eſt, inoleſcere coepit eodem in imperio jus divortiorum ejuſmodi, ut non tam juxta leges principales ac priſtinos populorum mores quam canones pontificios & theologorum ſententias plerumque exerceretur, quod ſatis liquet ex divortio Lotharii & Tetbergae [b] anno 861, fornicationis ante ſponſalia commiſſae cauſa aut obtentu; de quo fuſius agit Hincmarus Rhemenſis archiepiſcopus, & hiſtorici [c]. Atqui etiam & tunc diſſolvendae ex legibus, nec refragantibus ſed potius adſtipulantibus canonibus ſacris, fuere & ſervorum & aliorum, gentium diverſarum nomine [d], nuptiae. Carolus Calvus in Edicto Piſtenſe anno 876. *Si de iſtis partibus* (terris a Nortmannis tunc devaſtatis) *in illis partibus* (reliquis imperii) *foemina maritum aut maritus foeminam accepit, illud conjugium quia non eſt legale neque legitimum, ſicut Leo in ſuis decretis* [e] *& ſanctus Gregorius in ſuis Epiſtolis monſtrant, diſſolvatur. Et cujus fuere vir vel foemina, mancipium ſuum quaeque poteſtas recipiat,* &c. Scilicet diu obtinuit ut ſervorum adeoque qui ſervilis haberentur conditionis, matrimonia, ſaltem dominis invitis, inita dirimerentur; quod poſtea, licet etiam canonibus [f] vetitum, haud parum in uſu. Atque ea de re videſis epiſtolam ſane ſummo cum judicio ſcriptam [g] ab Joachimo Vadiano ad Joannem Zwickium. Ut autem in imperio Carolino, ſeculo nono invaleſcere coeperunt canones circa divortia velut in leges recepti, ita etiam alibi puto in Europa, ſed pro perſuaſionum ut fieri amat diſcrimine aliter atque aliter ac citius ſeriuſque. Apud Britannos noſtros imperio Romano ſubditos, uſque in Theodoſii minoris tempora ſeu annum Chriſti 450. aut circiter, etiam jus quod tunc invaluerat Caeſareum hac in re obtinuiſſe non eſt quod dubitemus. Et exuto tunc jugo Caeſariano, mores nihilominus in Chriſtianiſmo ſuo priſtinos eos hic retinuiſſe puto. Nam reliquiae compluribus poſt ſeculis inter Cambro-Britannos ejus rei manifeſtae videntur in legibus illis celeberrimis Howeli Dha (ſeu boni) dicti Cambriae regis, quae ad annum Chriſti ſpectant 940. In iis legitur [h], *Si qua mulier rem turpem cum alio viro, vel oſculo, vel manu, vel ſtupro egerit, de jure poteſt repudiari a viro ſuo & omnia jura ſua debet amittere, etiam pro ſolo oſculo, nedum pro aliis.* Et, *ſi uxorem ſuam quis ſine lege repudiaverit & aliam ſuperduxerit, repudiata debet de jure domui redire & in ea permanere per novem dies, & in nono die, ſi a viro omnino dimittatur, omnia quae illius ſunt de domo prius exeant & ultima rerum ſuarum ipſa de domo exeat, & poſtea vir repudiatam quietem i.* Dilys *clamabit ſuperinducta alia.* (In MS. veteri quo utor, *Et poſtea ſi vir ejus duxerit aliam uxorem ſit libera i.* Dilys *ſecundum legem*) *quia de jure duas uxores inſimul nullus debet habere. Si quis uxorem ſuam dimiſerit & poſtea ipſum operis ſui poenituerit, & illa viro alteri data fuerit, ſi prior vir eam poterit attingere unum pedem cum viro altero in lecto habentem & alterum extra, prior de jure debet eam recuperare. Item tribus de cauſis poteſt uxor a viro divertere & ſuum* Egwedi (id eſt dotem) *habere. Scilicet ſi lepra vir inficitur, & ſi foetidum habet anhelitum, & ſi cum ipſa coire non valeat.* Etiam in bonorum, poſt divortium diſtributione, *Si vir incontinenti aliam duxerit uxorem, veſtimenta primi lecti repudiatae mittere debet.* Alia item occurrunt in legibus illis de divortio, id eſt, plane matrimonii ante legitimi ſolutione, ut Cambris ſeu Britannis vetuſtis etiam in id temporis, cauſas ob aliquas ex lege praeſcriptas, receptiſſima. Eduntur quidem inter alias harum aliquae ab viro clariſſimo Henrico Spelmanno Eccleſiaſticarum Howelis Dha nomine. Sed nuper ſelectae ſunt illae eccleſiaſticae ex corpore juris Howeliano ad res omnimodas totumque imperii ejus regimen ſpectante, nec ibi aut antiquitus illo nomine ſignatae. Jus autem illud ab rege illo in ordinum tam ſacrorum, ſeu epiſcoporum ac coenobiarcharum, quam procerum conventu eorumque conſilio promulgatum eſt, unde etiam theologorum in Britanniis aliorumque hac de re tunc temporis ſententiam elicere non eſt difficile. Quod vero ad Anglos attinet; ex Gregorii pontificis Romani ad Auguſtinum, quem Angliae apoſtolum vocitant, de conjugio reſponſis [i] atque ex regum Angloſaxonicorum legibus quae adeo tum de divortiis ſilent tum generi hieratico impenſe favent, & demum ex pervetuſto rerum matrimonialium [k] apud eos judicii foro quod nuncupant eccleſiaſtico permiſſu, conjectandum videtur etiam ab ipſis Chriſtianiſmi apud eos initiis divortia non alio jure atque pontificio (de quo mox plura) publice admiſſa fuiſſe, uti nec in ſeculum noſtrum admitti. Et ſane ex moribus Germanorum, unde Angli noſtri primi, a Tacito de re uxoria traditis, videtur apud eos divortia qualia tractamus, fuiſſe aut nulla aut rariſſima. Neque omnino contra hic facit quod legitur in archivis noſtris [l] de Joanne de Cameys, qui ſub Edwardo rege I. Margaretam uxorem ſuam Willielmo PAYNEL velut divortio, dedit & dimiſit ſyngrapha perquam inſolenti hujuſmodi :

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos praeſens ſcriptum pervenerit Joannes de Cameys *filius*

[a] Aimoin. hiſt. Franc. lib. 4. cap. 68. Eginhardus in Vita Caroli magni, Ivo in Pannormia lib. 7. tit. de Adulterio, & videſis Alberic. Gentil. de Nuptiis, lib. 6. cap. 4. & Baron. tom. 9. ann. 771. §. 2. [b] Apud Goldaſt. Conſtit Imperial. tom. 2. pag. 27 [c] Sigon. de Regno Italiae, lib. 5. Baron. tom. 10. ann. 862. §. 22. & ſeq. & vide Ivonem part. 8. cap. 225. [d] Cap. 31. in Caroli Calvi Conſtit. edit. a Jac. Sirmondo Pariſ. 1623. pag. 329. [e] Vide Leonem Epiſt. decret. 92. cap. 4. & 5. [f] Cauſ 29. quaeſt. 2. &c. [g] In Tom. 2. Rer. Alemannic. edit. a Goldaſto pag. 193. [h] Cod. MS. in Biblioth. Cottoniana & in Concil. Orbis Britannici ab Hen. Spelman. edit. pag. 410. & 411. [i] Greg. 1. in Regiſt. lib. 12. Epiſt. 32. Beda hiſt. Angl. lib. 2 [k] Videſis Bracton. lib. 4. de Actione Dotis cap. 8. &c. [l] Cod. Parlam. de Temp. Ed. 1. in Arce Londini fol. 95. ſub ann. Chriſti 1300

&

& haeres domini Redulphi de Camꝛys *salutem in Domino. Noveritis me tradidisse & dimisisse spontanea voluntate mea domino Willielmo* Paynel *militi Margaretam de* Camꝛys *filiam & haeredem domini Joannis de* Gatesden *uxorem meam & etiam dedisse & concessisse eidem Willielmo, relaxasse & quietum clamasse omnia bona & catalla quae ipsa Margareta habet vel de caetero habere possit, & etiam quicquid mei est de praedicta Margareta bonis & catallis cum pertinentiis suis, ita quod nec ego nec aliquis alius nomine meo in praedicta Margareta nec bonis & catallis ipsius Margaretae cum suis pertinentiis de caetero exigere vel vendicare poterimus nec debemus imperpetuum. Volo & concedo & per praesens scriptum confirmo quod praedicta Margareta cum praedicto domino Willielmo sit & maneat pro voluntate ipsius Willielmi. In cujus rei testimonium huic praesenti scripto sigillum meum apposui, his testibus Thoma de* Kepeston, *Joanne de* Ferings, *Willielmo de* Icombe, *Henrico* le Brown *Stephano Camerario, Waltero* le Blound, *Gilberto de* Batecombe, *Roberto de* Bosco *& aliis.*

Non omnino inquam contra hic facit hoc divortii apud majores nostros qualiscunque exemplum. Neque mores in divortiis illius aevi aliquatenus indicat (quo tamen quasi trahi [a] video) sed portentum est singulare, cujus nec simile alibi apud nos repertum. Id quidem verum est familia fuisse pernobili tam qui dimiserit quam qui acceperit uti & uxorem dimissam. Et testes adhibentur non obscuri nominis, totidemque [b] quot ex jure Caesareo divortii libello necessarii. Sed mirum interea forsan videatur quod in judicio ea de re parlamentario sic occurrit. Lata est anno regni Edwardi regis hujus 13 [c] lex qua uxor sponte relinquens virum suum & adultero se continenter permittens dote privatur, quae etiamnum vim habet. Anno ejusdem regis 28. in comitiis parlamentariis, demortuo ante Joanne de Camꝛys qui sic dimiserat, & nupta jam Willielmo Margareta, petitur ab his dos ut Margaretae debita, tertia scilicet pars (juxta morem Anglicanum) praedii maritalis cujusdam Torpell dicti. Nicolaus de Warrewick *qui pro domino rege sequebatur*, excipit, eam sponte virum deseruisse & cum adultero illo Willielmo vixisse, adeoque actione ejusmodi ex legis jam dictae vi uti non debere. Replicant actores syngrapha jam ostensa maxime nitentes (procuratore Margaretae Waltero le Blound, qui e testibus est) atque adjicit illa, *Ex traditione & dimissione ejusdem Joannis* (ut in syngrapha) se convixisse *& non ut cum adultero suo, & super hoc petierunt judicium.* Inde ampliatur causa & in comitia parlamentaria proxima differtur, quae anno Edwardi ejusdem 29. Lincolniae celebrata; unde etiam in ea quae Westmonasterii anno ejusdem habebantur trigesimo relata est, ubi demum *recitata coram ipso domino rege & consilio suo in pleno parliamento responsione pro ipso domino rege superius facta, & audito & intellecto tenore scripti praedicti,* &c. *& similiter lecto audito & intellecto statuto* (lege quam diximus) *praedicto,* &c. *in quo expresse continetur, quod si uxor sponte reliquerit virum suum & abierit & moretur cum adultero suo, amittet imperpetuum actionem petendi dotem suam,* &c. tametsi institerint actores ut per duodecimviros inquireretur utrum cum Willielmo ut cum adultero suo illa viro priore superstite convixisset (quod ab illis prorsus negatum est; sed pro frustranea habebatur negatio, quoniam ex ipsa re *ut cum adultero* vixisse palam liquebat) *consideratum est quod nihil capiant per petitionem suam praedictam, sed sint in misericordia pro falso clamore,* &c. Ita scilicet tabulae publicae; ubi etiam adjicitur, *Duas literas in judicio porrectas fuisse de purgatione ipsorum Willielmi & Margaretae super crimen adulterii sibi impositae,* episcoporum nempe quorum in foro de crimine illo actum fuerat. Sed plane ratio literarum illarum habita est nulla. *Nec super testimonio* (ut verba sunt) *episcoporum sunt judicia in curia regis facienda, licet literae episcoporum in curia regis fuerint porrectae, nisi iidem episcopi ad mandatum regium ipsi regi rescriberent.* Quid igitur? an ex ejusmodi dimissionis seu divortii vi dissolutum matrimonii vinculum existimarunt episcopi? undenam alias adulterio legitime purgari potuerint? Imo undenam tanta in comitiis parlamentariis difficultas, ut per biennium amplius causa ampliata atque indecisa maneret? Quasi in dubio ibi tamdiu fuisset, utrum ex ejusmodi dimissione conjugium fuisset, solutum. Cur alias de adulterio, unde dotis actio perimenda, ita ambigebatur? Verum potius sentio controversiae seu dubii vim in hoc solo constitisse, utrum uxor ex mariti animi sententia ita sponte eum deserens teneretur lege illa pariter atque ea quae sponte quidem sed invito marito eum desereret. Nec in comitiis de adulterio, adeoque nec de solutione matrimonii quae plane nulla erat omnino dubitabatur. Id quidem verum est monuisse olim Gregorium PP. 7 [d] Lanfrancum antistitem Cantuariensem, *Quatenus graviora usquequaque resecare vitia studeret & inter omnia & prae omnibus nefas quod de* Scotis *audiverat, quod plerique videlicet proprias uxores non solum deserunt sed etiam vendunt, omnibus modis prohibere contenderet. Ad haec enim apostolica te auctoritate fultum volumus, ut non solum in* Scotis *hoc scelus sed etiam in aliis, si quos in* Anglorum *insula tales esse cognoveris, dura animadversione punias, & radicem tanti mali prudenti sarculo correctionis penitus extirpare non differas.* Sic papa ille. De Anglis non affirmatur, licet & ipsos pariter si qui forte fuerint hic coercendos voluit. Atqui Scotorum liberiora tunc etiam divortia in usu fuisse creberrimo hic aperte patet. Scoti autem hic non pro aquilonaribus Britanniae majoris sumi videntur, sed pro Hibernis, qui non raro apud veteres Scotorum [e] nomine veniunt. Id ediscas licet ex Lanfranci ejusdem epistolis binis [f], altera ad Gothricum Hiberniae regem, ad Terdelvacum regem item Hi-

[a] Vide Guil. Cambdeni Britanniam, pag. 223. [b] L. 9. D. tit. de Divortiis. [c] Westm. 2. cap. 38. [d] Apud Baron. Tom. 11. ann. 1073. num. 48. & inter Epistolas Lanfranci MS. in Biblioth. Cottoniana. [e] Videsis Jacobum Armachanum de Brit. Eccles. primordiis, cap. 16. [f] Cod. MS. in Bibl. Cotton. & apud Baron. Tom. 11. anno 1089. num. 13. & 16. in Vet. Epist. Hibernicarum Sylloge a Jac. Armachano edita Dublin. 1632. Epist. 26. & 27.

berniae altera. In priore, *In regno vestro*, inquit, *perhibentur homines alii legitime sibi copulatas pro arbitrio & voluntate relinquere, nonnulli suas aliis dare & aliorum infanda commutatione accipere.* In posteriori autem, *In regno vestro quisque pro arbitrio suo legitime sibi copulatam uxorem, nulla canonica causa interveniente relinquit, & aliam quamlibet seu sibi vel relictae uxori consanguinitate propinquam, sive quam alius simili improbitate deseruit, maritali seu fornicaria lege, punienda sub temeritate conjungit.* Accedat & illud Anselmi antistitis Cantuariensis ad Muriardachum Hiberniae regem [a], *Dicitur etiam quod viri* (apud vos in Hibernia) *ita libere & publice uxores suas uxoribus aliorum commutant sicut quilibet equum equo, aut quamlibet aliam rem re alia ab illo commutat, aut pro libitu & sine ratione relinquunt. Quod quam malum sit omnis qui Christianam legem novit, intelligit.* Atque ad eundem [b], *Auditur apud vos quia conjugia in regno vestro sine omni ratione dissolvuntur & commutantur.* Et sane inter Hibernos maxime sylvestres etiam nostrum in seculum [c] liberior divertendi solvendique matrimonii mos duravit, quem merito perstringit Cambdenus. Morem illum Hibernicum ex Anglicano natum perperam autumat Joannes Picardus [d] ex verbis tum Gildae, tum Bonifacii archiepiscopi Moguntini in Epistola ad Ethelbaldum Merciorum regem apud Guilielmum Malmesburiensem [e] male suasus. Nec enim de divortiis in eis omnino agitur; sed plane de adulteriis, quod manifestius est ex ipsa Bonifacii Epistola integra [f], cujus velut epitomen solum habet Guilielmus ille. Sed nec interim dissimulandum est vestigia extare in vetustioribus juris tum Scotorum [g] aquilonarium tum Anglorum [h] commentariis moris *uxoris separandae ob aliquam corporis sui* (in nonnullis exemplaribus *criminis*) *turpitudinem.* Sed illud ad matrimonii solutionem spectare non satis liquet, tametsi de ea possit intelligi, uti & Joannes Skenaeus in notis ad regiam majestatem intelligere videtur. Et de Christianarum veterum rerumpublicarum ac potestatum circa divortia seu nuptiarum solutiones mores legesque hactenus. Unde sane haud aegre ediscendum est quidnam illae de jure divortiorum Mosaico evangelice explicato adeoque de πορνείας seu fornicationis in exceptione a Christo adhibita & de dictis ea de re apostolicis per plurima secula & regiones diffusissimas sentirent; florentibus interim apud eas viris tum alias doctissimis tum canonum sacrorum peritissimis, etiam & autoribus qui (ut statim patebit) perquam variatim hic adversarentur.

CAP. XXXI.

Canonum pontificiorum ac theologorum sententiarum de divortiorum jure, primo a temporibus apostolicis usque in Constantini quasi media seu concilium Nicaenum primum, & dein usque in Justinianum, historia.

De legibus moribusque hic Christianismi veteris, jam dictum est. De canonibus synodicis ac pontificiis ac de patrum Christianorum theologorumque ac juris pontificii peritorum singulorum sententiis proxime juxta institutum superius, est videndum. Canones hi atque sententiae per seculorum intervalla tria sunt advertendae. Primum est quod ab aevo apostolico deductum in tempora Christianismi in Romanum imperium recepti primitiva seu ea quae concilium Nicaenum primum, id est, annum Christi 325. & Constantini regni 19. proxime antevertunt, extenditur. Secundum quod inde in Justinianum seu annum quasi 530. excurrit. Tertium quod dein inde in tempora recentiora. Intervallo primo tribuuntur canones apostolorum sic dicti uti & constitutiones Clementinae. Et quidem titulo tenus utrique ficti, vetusti sunt, nec hoc puto intervallo, figmentorum satis feraci, recentiores. In Constitutionum illarum libris octo nulla reperitur de simplici divortii jure. Sed ubi de cleri uxoribus agitur, sanctio est [i], ne quis ex illo genere ducat ἐκβεβλημένην *ejectam* seu *repudiatam*; quod sane repudii tunc admissi vestigium est non ita obscurum. Et in Constitutionibus Petro simul & Paulo tributis [k], πιστοὶ ἢ πιστὴ δοῦλοι συναφθέντες, ἢ ἀφιστάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν, *Fidelis vir aut foemina servi copulati vel separentur vel ejiciantur.* Ubi plane jubetur divortium, seu quod ex jure simpliciter naturali vim plane sortitur, matrimonii servorum solutio. In Canonibus [l] autem prohibetur episcopus, presbyter, & diaconus, γυναῖκα ἐκβάλλειν προφάσει εὐλαβείας, *Uxorem ejicere obtentu religionis.* Verum non ad divortia simpliciter attinet hic canon, sed ad haeresim illam seculi primitivi notissimam quae nuptias damnavit. Nam qui nuptias jure divino seu evangelico non licitas credens aut ea de re scrupulosius dubitans, uxorem ejiciebat, is εὐλαβείας προφάσει *religionis* (hoc sensu, id est, *superstitionis* seu *cautionis*) *causa* id faciebat. Unde etiam in Gangrensi [m], *Si qua mulier reliquerit* virum βδελυττομένη τὸν γάμον, *nuptias execrans* aut *abhorrens* (ex haeresi scilicet Eustathiana qualem multi etiam ante imbiberant) quod & *religionis causa* antiquitus [n] redditur, *anathema sit.* Caeterum in Canonibus illis apostolicis, expressa postmodum [o] habetur secundarum nuptiarum post repudium prohibitio. *Si quis laicus uxorem suam* ἐκβάλλων ἑτέραν λάβοι ἢ παρὰ ἄλλου ἀπολελυμένην, *ejiciens aliam acceperit aut ab alio repudiatam, communione pellatur.* Sed theologi jurisconsultique orientis de repudiata, ἀναιτίως, ἀλόγως, μὴ κατὰ νόμους, *Sine causa, ratione, nec juxta leges,* canonem hunc accipiunt. Et Michael Chrysocephalus nondum editus, Ἀπολελυμένη, inquit ibi, λέγεται ἡ μὴ κατὰ νόμους τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς διαζυγεῖσα,

[a] Anselm. lib. 3. Epist. 147. [b] Ibid. Epist. 142. [c] Vide Guil. Cambden. Brit. pag. 765. & 791. [d] In Anselm. lib. 3 Epist. 147. [e] De Regib. Angliae lib. 11. [f] Bonifac. Mogunt. Epist. 19. [g] Regiam Majestat. lib. 2. cap. 16. §. 73. [h] Ranulph. de Glanvilla lib. 6. cap. 17. [i] Constit. Apostolic. lib. 6. cap. 17. [k] Ibid. lib. 8. cap. 34. [l] Can. Apost. 5. [m] Can. 14. dist. 30. cap. 3. & vide can. 1. & 9. & dist. ead. & Cod. Eccles. universae can. 71. [n] Fulgent. Ferrand. in Breviar. can. 164. [o] Can. Apost. 48.

repudiata

Repudiata dicitur ea quae non juxta leges a marito suo separatur. Occurrit quidem in Evaristi papae Epistolis [a] velut pro jure divino exploratissimo, neutrum conjugum matrimonium solvere potuisse. Vixit ille sub annum 110. Sed diu st quod, ut aliae veterum epistolarum quae decretales dictae, ita & haec ab eis qui libentius falli volunt, ut plane fictitia explosa est. Sunt autem oc in intervallo canones de divortiorum jure pla-e genuini. In oriente Neocaesariensis synodus [b] cui interfuere episcopi circa sedecim, seu qui in ncyrana ante sederant) *Sacerdos cujus uxor post rdinationem moechatur* ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτὴν *ebet* aut *convenit eam dimittere* seu διαζυγῶσαι υτῆς, ut Zonaras, *disjungi ab ea*, seu *dato* [c] *repudio imittere eam debet.* Sunt quidem viri doctissi-i [d] qui digamos in conciliis Nicaeno [e], Ancy-ino [f], Neocaesariensi [g], Laodiceno [h] hujus interalli memoratos, veluti quos damnarent illorum atres, pro eis volunt signantius sumendos qui osque repudio causa adulterii, conjuges ob caus ex jure Caesareo licitas alias dimittentes secun-o, priore vivente, matrimonium inirent. Sed bene perpensa, perquam erit manifestum ex eologorum illius seculi sententiis aliisque caonibus [i] moribusque inde tum in oriente tum occidente circa digamos sequentibus atque oritis jurisconsultis, secundas qualescunque, sive ost alterutrius mortem sive post repudium etiam ualecunque nuptias vocabulo illo ibi innui. Nec ud magis ad divortia quam ad matrimonium orte solutum spectare. In occidente autem relatensis synodus prima, cui interfuere episco- & presbyteri 40 quorum aliqui ex Italia & frica praeter Gallicos & restitutum episcopum ondinensem, sub annum Christi 314; *De his i conjuges* [k] *suas in adulterio deprehendunt & iem sunt adolescentes fideles, & prohibentur ubere, placuit, ut in quantum possit consilium detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adultis, alias accipiant.* Et demum Eliberitana [l] idem tempus habita in Hispaniis, episcoporum novemdecim; *Foeminae quae nulla praecente causa reliquerint viros suos & se copulaverint alteris, nec in fine accipiant communionem. Item foemina fidelis* [m] *quae adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si duxerit, non prius accipiat communionem nisi quem reliquerit prius de seculo exierit, nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit. -----Et si fuerit fidelis quae ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & cum scierit illum habere uxorem quam sine causa reliquit, huic nec in finem dandam esse communionem. Inculpatae* hic mentio & *causae praecedentis* in dubio nimium relinquit, qualenam patribus Eliberitanis divortium haberetur legitimum. Sententias autem theologorum hujus intervalli paucorum satis alias habemus. Certe Clemens Alexandrinus [n] divortiis ex jure Caesareo permissis adeoque secundis inde nuptiis expressius adversatur. Origenem [o] & Tertullianum [p] ante in hanc rem memoravimus. Et horum uterque liberum divortiorum jus seu extra causam moechiae, aut causam, ut sentire videtur Origenes, non disparem, impugnat. Sed & Origenes, *Scio*, inquit, *quosdam qui praesunt ecclesiis extra Scripturam permisisse, aliquam nubere viro priore vivente, & contra Scripturam quidem fecerunt*, &c. unde contrariam ei cooevam fuisse sententiam aliorum etiam qui ecclesiis praeerant aperte videmus. Eutychiano item papae tribuitur [q] illud, *Si quis Gentilis Gentilem dimiserit uxorem ante baptisma, post baptismum in potestate ejus erit eam habere vel non habere.* Et, *infidelis si discedit, discedat.* Vixit ille sub annum 280. Quid alii tunc senserint, ex canonibus jam allatis partim est eliciendum. Et mirum est adeo pauca de divortiis reperiri in synodis illius seculi etiam quae rem ultro tractarunt uxoriam; ut tum Neocaesariensis tum Gangrensis. Quod ad secundum attinet intervallum seu secula a synodi Nicaenae tempore in Justinianum extensa; concilia in eis fuere quatuor generalia celeberrima illa, Nicaenum primum, Constantinopolitanum primum, Ephesinum & Chalcedonense. Neque omnino in horum canonibus quid de divortiis occurrit, qui scilicet apud Graecos ac Latinos veteres habentur. Verum quidem est in Nicaenis illis ex Arabico pridem factis [r] haberi canonem quo, *Sacerdos aut diaconus uxorem suam propter fornicationem dimittens aut ob aliam causam aut domo ejiciens propter bona externa vel ut illam altera pulchriore aut meliore aut ditiore mutet, vel propter concupiscentiam suam, quod Deo displicet, & illa ob has causas dimissa, ipse cum altera matrimonium contrahens deponendus est. Si vero fuerit laicus, prohibeatur communione fidelium.* Sed ut augmentum illud Arabicum nec in orientis nec in occidentis jus pontificium recipitur, ita sane nec intervallo in hoc aut locum meretur aut fidem. Illud vero advertendum hic est, Constantini sanctiones de divortiorum modis superius ostensas, moresque, quos ex illis est facile elicere, in Christianismo imperii Romani obtinuisse, patribus in synodo Nicaenis non omnino aut refragantibus aut adversa docentibus. Et sane sanctiones illae Constantinianae plane pontificiae fuere. Nam ut decessores sic ille pontifex erat maximus, id est, in rebus sacris arbiter summus, idque tam in Christianismo quam ante in Paganismo, uti & successores [s] usque in Gratianum, qua de re plura alibi. Quale de patribus Nicaenis dictum est, itidem de Constantinopolitanis, Ephesinis etiam & Chalcedonensibus dicendum. Neque scilicet Constantinopolitanos in synodo oecumenica sub Theodosio primo (seu anno Christo 381) neque Ephesinos in ea quae sub Theodosio minore habita est anno 431. aut Chalcedonenses sub Martiano anno 451. quid omnino in ea quae sive statuta sive permissa sunt legibus illis Constantinianis, Theodosianis, ac Valentinianis moribusve im-

[a] Epist. 2. [b] Can. 8. in Codice Eccles. universae can. 53. [c] Dist. 34. cap. 11. [d] Christ. Justel. in Cod. Eccles. universae ad can. 105. [e] Can. 8. [f] Can. 19. [g] Can. 7. [h] Can. 1. [i] Vide Basil. ad Amphiloch. can. 4. Syric. Decretal. cap. 11, & 15. &c. [k] Can. 10. [l] Can. 8, 9, & 10. ubi vide Gabriel. Albaspinum Ivo part. 8. cap. 198. Burchard. lib. 9. cap. 62. [m] Caus. 32. quaest. 7. cap. 8. Ivo part. 8. cap. 199. Burch. lib. 9. cap. 63. [n] Strom. 2. sub finem. [o] Homil. 7. in Matth. [p] Advers. Marcion. lib. 4. [q] Ivo part. 8. cap. 195. Grat. can. 28. q. . c. Si quis gent. &c. Simili modo. [r] Can. 66. [s] Zosimus lib. 4.

perii

perii circa divortia ante ostensis pronuntiasse, aut de eis disputasse; quantum scilicet ex synodorum illarum canonibus aut actis cognoscimus; ut Sardicense concilium quod & generale nuncupatur, aliaque hujus intervalli non pauca nec divortii morem memorantia praeteream. Sed vero ut imperatoriae sanctiones a Theodosio minore in corpus illud qui *codex Theodosianus* dicitur, brevi post concilium Ephesinum conjectae sunt, velut id quod juris Caesarei corporis nomen tunc sortiretur, ita & canones qui praecesserant sparsim synodici, sic puto, sub id tempus in codicem ab episcopis, forte patribus ipsis Ephesinis eorumve aliquibus, confectum Βίβλον κανόνων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, *Codicem canonum catholicae* seu *universae ecclesiae*, postea saltem, dictum relati sunt. Atque in hisce canones habentur praeter alios Neocaesarienses, & Gangrenses, adeoque de divortiis quae supra inde memorantur. Sed non omnino quid aut ex canonibus apostolicis dictis aut ex Arelatensi prima aut Eliberitana. Ita nihil plane in codice illo tunc temporis in divortia simpliciter aut de modo eorundem universali comprehensum. Nec, quantum video codici illi vis juris canonici universalis, utcunque sic constructo, ante synodum quartam generalem seu Chalcedonensem expressim data est. Primus ejusdem synodi canon est, Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν, *Canones qui a sanctis patribus in unaquaque synodo hucusque constituti sunt observari aequum censuimus.* Tam provinciali quam oecumenica, ut diserte jurisconsulti Graeci. Ante illud statui, nullibi est compertum. Attamen fatendum interea est, velut pro eo quod vim canonum universalem ante haberet in actis [a] ejusdem synodi, citari codicem illum, cui postmodum etiam & canones Chalcedonenses adjecti. Atque ita natus est ille quem nunc jam dicto nomine Graeco-Latine editum terimus. In eo ex canonibus occidentis omnino nihil inerat. Habetur autem in eis quod divertendi morem in hoc intervallo sapit, ut in Carthaginiensi illa [b] qua puniendus episcopus, *Si sciens ordinaverit clericum eum qui viduam aut repudiatam uxorem habuit aut secundam.* Imo in hujus intervalli canonibus Africanis expressius divortia, saltem nuptiae ex eis secundae, vetantur. Synodus Milevitana prima Arcadio & Honorio 5. consulibus seu anno Christi 402. habita, cui interfuit etiam cum episcopis quamplurimis Augustinus Hipponensis; *Placuit* [c] *ut secundum evangelicam & apostolicam doctrinam, neque dimissus ab uxore neque dimissa a marito alteri conjungantur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur; quod si contempserint, ad poenitentiam redigantur, in qua causa legem imperialem petendam promulgari.* Id ipsum in codicem canonum ecclesiae Africanae [d], a patribus 217. Carthaginiensibus confirmatum, relatum est cum titulo, περὶ τῶν τοὺς ἄνδρας ἢ τὰς γυναῖκας ἀπολυόντων ἵνα οὕτως μένωσιν, *De his qui uxores, aut quae viros dimittant, ut sic maneant.* Certe nec in codicem illum ecclesiae universae pontificum Romanorum decretum aliquod erat tunc receptum, utcunque illorum placita velut vim obtinere universalem etiam antiquitus [e] est existimatum. In iis autem sub annum in hoc intervallo 390. habetur decretalis Syricii papae ad Himerium Tarraconensem episcopum, qua *De conjugalium,* inquit [f], *violation[e] requisisti si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere: hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio quam nupturae sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.* Ita sane nec solubilia sponsalia, de praesent[i] ut aiunt contracta, nedum matrimonia voluit maxime si accesserat ministri sacri benedictio. Et circa septennium post Syricii mortem seu anno 405. Innocentius papa primus ad Exuperium episcopum Tholosanum, *De his requisivit* [g] *dilectio tua, qui interveniente repudio, alii se matrimonio copularunt; quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinarunt, nequ[e] possunt adulteri non videri, in tantum ut etiam hae personae quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsae adulterium commisisse videantur secundum illud quod legimus in Evangelio: Qui dimiserit uxorem suam & duxerit aliam, moechatur. Similiter & qui dimissam duxerit, moechatur; & ideo omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus aut propinquis nihil tale statu[i] potest, nisi si incentores illiciti consortii fuiss[e] detegantur.* Sic ille. Atqui non omnimoda im[-]probasse eum divortia videtur ex epistola ad Probum [h], ubi captivitate quidem nolens solvi matrimonium (quemadmodum & postea Leo magnus [i]) *conventum* pronuntiat *secundae mulieris priore* (captiva) *superstite, nec divortio ejecta nullo pacto posse esse legitimum.* Et de episcopi & presbyteris ante ordinationem conjugatis, Leo ille [k] sub annum 450. *Ut de carnali spiritual[e] fiat conjugium oportet eos nec dimittere uxores &, quasi non habeant, sic habere, quod salva si[t] charitas connubiorum & cessent opera nuptiarum.* Quinetiam patrum aliquot qui hoc intervallo scripsere, divortiis quae ex jure Caesareo legitima habebantur, adeoque secundis inde nuptiis, sententiae fuere adversissimae. In oriente Basilius magnus, Caesariensis antistes, in epistoli[s] canonicis ad S. Amphilochium episcopum Iconiensem [l] *Domini,* inquit, *dictum,* ἐξ ἴσου καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἁρμόζει, περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γάμ[ου] ἐξίστασθαι παρεκτὸς λόγου πορνείας· ἡ δὲ συνήθεια οὐχ οὕτως ἔχει. *Ex aequo & viris & mulieribu[s] convenit, quod non liceat a marito discedere* se[u] *matrimonium solvere, praeterquam propter fornicationem. Consuetudo autem non ita se habet.* Nempe ex legibus Caesareis liberius mult[a] divortiorum in Christianismo illius temporis ju[-]

[a] Act. Synod. Chalcedon. 4. & vide Christophor. Justell. in Praefat. ad Cod. Ecclesiae universae Paris. 1610. [b] Synod. Carthag. 4. can. 69. anno 398. [c] Synod. Milevit. 1 can. 17. [d] Cod. Eccles. African. can. 102. & Concil. Afric. apud Diony[s.] Exig. 69. Concil. Carthagin. apud Zonaram. can. 116, apud Balsamon. 105. [e] Dist. 19. c. 1. & Caus. 25. quaest. 2. c. 18. [f] Ca[p.] 4. Caus. 27. quaest. 2. cap. 50. [g] Epist. Decret. 3. cap. 5. caus. 23. quaest. 4. cap. 46. [h] Epist. 9. caus. 34. quaest. [1.] & 2. cap. 2. [i] Epist. 79. caus. 34. quaest. 1. & 2. cap. 1. [k] Epist. 92. cap. 3. Dist. 31. cap. 10. [l] Can. 9 vide item ejusdem can. 26, 35, 48, & 77. & Homil. 7. in Hexahemeron.

-at ut superius ostensum est. Qui ex divortio iter habito secundo matrimonium iniret, pro adultero habuit Basilius. Floruit is diu ante constitutionem quam supra ostendimus Theodoranam. Huc item trahitur illud Gregorii Nazianzeni [a], ubi uxorem saepe esse ait

------ Τίκτον κακὸν ἐδ' ἀπόπεμπτον,

Malum adquisitum quidem sed quod dimitti nequit. Consonus est Chrysostomus [b], qui relictum ait τρόπον ἕνα ἀφέσεως, *unicum modum divortii* legitimum, quem adulterii causa esse palam affeit. Concors item Asterius [c] episcopus Amaseae ipsce coaetaneus. In occidente item Hieronymus [d] consonus, qui nec secundas, post divortium adulterii causa, nuptias, priore vivente conjuge admittit, uti nec Chrysostomus. Adstipulatur satis Ambrosius [e] uti & Augustinus etiam cum ad Pollentium libros scripsit de conjugiis adulterinis. Postea vero satis dubitanter, ut in Retractationibus, unde sane sententiarum tunc temporis discrimen haud exiguum est dignoscendum. *De praecepto*, inquit ille [f], *quo prohibetur uxor non dimitti nisi propter fornicationem*; *hic quidem scrupulosissime disputant. Sed cum velit Dominus intelligi fornicationem propter quam liceat dimittere uxorem, utrum eam quae damnatur in stupris an illam de qua dicitur Perdidisti* [g] *omnem qui fornicatur abs te, in qua utique & illa est (neque enim non fornicatur a Domino qui tollens membra Christi facit ea membra meretricis) etiam atque etiam cogitandum est, atque requirendum. Nec volo in re tanta tamque ad dignoscendum difficili putare lectorem istam sibi nostram disputationem debere sufficere. Sed legat & alia, sive nostra quae postea scripta sunt, sive aliorum melius considerata atque tractata; vel per si potest ea quae hic merito movere possunt vigilantiore & intelligentiore mente discutiat. Non quia omne peccatum fornicatio est (neque enim omnem peccantem Deus perdit, qui quotidie sanctos suos exaudit dicentes, Dimitte nobis debita nostra) cum perdat omnem qui fornicatur ab eo. Sed quatenus intelligenda atque elimanda sit haec fornicatio & utrum etiam propter hanc liceat dimittere uxorem, latebrosissima quaestio est. Licere autem propter istam quae in stupris committitur, nulla quaestio est. Et ubi dixi hoc permissum esse, non jussum, non attendi aliam Scripturam* [h] *dicentem: Qui tenet adulteram stultus & impius est.* Ita ab legibus de divortio seu matrimonii solutione Caesareis receptissimis nec sine theologorum proculdubio summorum consilio editis, discrepabant alii, ut fieri amat, in alias atque alias sententias tum in oriente tum in occidente distracti. Neque in hoc intervallo jus Caesareum, ex canonum theologorumve aliquot ratione omnino mutatum, tametsi in occidente principum aliquot constitutiones hic propius eis accesserint, ut in ante superius ostensis liquet.

CAP. XXXII.

De canonibus pontificiis ac synodicis patrumque sententiis circa divortia seu matrimonii solutionis jus in oriente post Justiniani initia, usque in seculi recentiora.

POST Justiniani initia, orientis hic canones ac sententiae seorsim, uti dein & occidentis jam perlustrandae. In oriente obtinuere ut in imperium recepti canones quidem nulli, dum imperavit ille, quibus divortiorum jus liberius coercitum, nisi exceptionem inde habendam existimes quod sub annum 540 seu ejusdem 14 sanciverit ille [i], Τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας, *Vicem legum obtinere sanctos ecclesiasticos canones qui a sanctis quatuor conciliis expositi sunt aut firmati.* Scilicet Nicaeno, Constantinopolitano primo, Ephesino, Chalcedonensi. Harum *enim*, inquit, *synodorum dogmata*, καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν, *ut Scripturas Sacras recipimus, & canones ut leges observamus.* Quatuor conciliorum canones palam hic in leges recepti. Ergo & canon ille Chalcedonensis, quo, ut ante ostensum est, tam provinciales alii ut Ancyrani, Neocaesarienses, reliqui in Codice Graeco veteri, quam qui oecumenici ante fuere, parili donantur autoritate. Si quid igitur in provincialibus illis de divortiis (quod parum quidem est, nec liberius eorundem jus omnino improbat) occurrit, jam legum vim id habebat. Et manifestum est in oecumenicis hac de re alias nihil omnino haberi, uti nec in synodo generali quinta Constantinopoli sub Justinianum celebrata. Juxta leges igitur Caesareas per orientem, non canones (neque enim Basiliani, nedum alii praeter jam dictos ab Justiniano receptos vim ibi in judiciis tunc sortiebantur) neque theologorum sententias adversas de matrimonii solutionibus illo in aevo dijudicabatur. Etiam & post Justini illam divortii ex utriusque conjugum consensu restitutionem, liberiores multo, ac ferme ut in veteri Paganismo, solutiones illae habebantur. *Horrenda haec* (inquit Baronius [k], de Justini sanctione illa verba faciens) *debuere per episcopos prohiberi, ne fierent, & jam facta rescindi & ab ecclesia penitus propulsari.* Et pontifices utrosque summos, orientis scilicet ac occidentis, Joannes dictos perstringit ille, quia id non fecerant. Quasi tunc temporis, cum jus suum cordatius agnoscerent tuerenturque principes Christiani, adeo facile fuisset generi hieratico refragari. Codici illi canonum orientis Graeco accessere postmodum canones alii. Inter eos, Carthaginienses seu Africani, adeoque ille [l] quem ex synodo Milevitana

[a] In Carm. de laude virginitatis. & vide eum in libro de Virginitate. [b] In Matth. Homil. 17. & in Serm. 1. seu de decem millium debitore, item Homil in Matth. 63. [c] Homil. postrema in Biblioth. patrum, tom. 4. pag. 707. [d] In Epist. 30. seu Epitaph. Fabiolae & ad Matth. cap. xix. [e] Comm. in Luc. xvij. [f] Retractat. lib. 1. cap. 19. [g] Psal. lxxij. 27. in Vulgata. [h] Proverb. xviij. in Vulgata. [i] Novell. 131. cap. 1. & videsis Christoph. Justell. in Praef. ad Cod. Can. Eccles. Universae. [k] Tom. 7. ann. 566. num. 15. [l] Apud Zonaram Synod. Carthag. can. 116. apud Balsamon. can. 108.

capite adducitur in divortia ſuperiore, item ſynodus illa ſexta generalis in Trullo ſub annum 680 quae tum canones apoſtolorum dictos recepit [a] firmavitque (adeoque quod in illis habetur de divortiis) tum Baſilianam [b] de conjugum deſertione doctrinam. Etiam & Baſilii ipſius canones codici illi adjuncti ſunt. Et ubi in Nomocanone Photius (patriarcha Conſtantinopolitanus ſub annum 800) canones de divortiis in oriente apud utrumque receptos enumerat [c], praeter Baſilianos, expreſſim memorat apoſtolorum 5 & quos ex ſynodo Gangrenſi ac Carthaginienſi atque ſexta in Trullo jam ante oſtendimus. Utcunque dico receptos; id eſt, ut in theologorum ac juriſconſultorum orientis manibus terendos, non ut in foro obtinentes. Etenim ex Theodori Balſamonis patriarchae ſub annum 1190 Antiocheni commentario in Carthaginienſem illum, qui prae aliis ſynodicis, in orientis codicibus, divortiis ac ſecundis poſt ea nuptiis adverſatur, liquet in uſum forenſem eum non admiſſum. Scilicet centum amplius ante Juſtinianum annos canones illi Carthaginienſes ferebantur. Adnotat igitur ibi Balſamon Juſtiniani Novella illa 117 ante oſtenſa cauſas divortii legitimas praeſcriptas & lectorem dein ad canonem illum 87 Trullanae ablegat, Τὰ γὰρ, inquit, ἐν τῷ παρόντι κανόνι περιεχόμενα, πρεσβύτερα ὄντα κατὰ πολὺ, ἠπράκτησαν, *Quae enim in hoc canone* (Carthaginienſi) *continentur, cum ſint multo antiquiora, in uſu non ſunt*, aut *non ſunt recepta*. Male enim ibi redditur *exoleverunt*, cum nec in oriente unquam vim omnino obtinuiſſent. Atque ad Trullanum illum canonem quae Baſilianam hic doctrinam amplectitur, uti etiam in Nomocanone de divortiis loquitur, ut ex jure Caeſareo non pontificio definiendis. Ita alibi de altero conjugum furioſo [d] ſeu daemoniaco. Tantundem dicendum de canonibus de divortiis in Conſtantini Harmenopuli Epitome [e]. Nam in Prochiro ſuo ex legibus Caeſareis ea dijudicanda palam vult. Neque ſane aliter Matthaeus Monachus [f] in Quaeſtionibus & Cauſis Matrimonialibus, ubi expreſſim cauſas ſolutionis juxta leges exponit Caeſareas. Certe & in codice veteri MS. Canonum orientis habentur ἐκ συνοδικῶν κρίσεων, *ex judiciis ſynodicis* Alexii patriarchae Conſtantinopolitani canones hi de matrimonii ſolutionibus cum primis hic obſervandi. Vixit ille ſub annum 1030, idem cujus aliquot habentur in Zonarae editione.

I. Ἀκατάγνωστος ὁ εὐλογῶν γυναῖκα παρὰ ἀνδρὸς, αὐτοῦ παρεχομένου τὴν αἰτίαν, ἀπολυθεῖσαν.

II. Αἱ παρὰ ἀνδρῶν παρεχομένων τὴν αἰτίαν ἀπολυθεῖσαι, εἰ γήμασθαι βουληθεῖεν καὶ αὗται ἀνέγκλητοι, καὶ οἱ εὐλογοῦντες ἱερεῖς· ὁμοίως καὶ περὶ ἀνδρῶν.

III. Ὁ τὴν ἐκβεβλημένην ἐπὶ μοιχείᾳ γήμας κἂν γεγαμηκὼς κἂν ἄγαμος, μοιχός ἐστι καὶ τῷ τῶν μοιχῶν ὑποκείσεται ἐπιτιμίῳ.

IV. Τῶν ἐκ συμφώνου ὅπερ ἀπείρηται τοῖς νόμοις τὸν γάμον διαλυσαμένων ὁ τοὺς δευτέρους γάμους εὐλογῶν ἱερεὺς τῆς ἰδίας ἐκπεσεῖται τιμῆς.

I. *Poena immunis erit* (miniſter ſacer) *qui benedixerit nuptiis mulieris a viro dimiſſae, cum ipſe cauſam divortii praeberet.*

II. *Mulieres a viris qui cauſam praeberent ipſi dimiſſae*, ſeu *matrimonio ſolutae, ſi ſecundas inire volunt nuptias, reprehenſione dignae nec ſunt ipſae nec miniſtri ſacri eis benedicentes. Quale itidem de viris dicendum.*

III. *Qui ejectam adulterii cauſa duxerit ſive ante uxorem habuerit ille ſive minime, adulter eſt, & adulterorum poenis ſubditus erit.*

IV. *Sacerdos qui nuptias ſecundas eorum qui ex conſenſu mutuo nuptias ſolverint quod quidem legibus* (ut ſuperius eſt oſtenſum) *prohibetur, benedixerit, dignitate ſua privabitur.*

Manifeſtiſſima illius aevi hic veſtigia matrimonii ſolutionis liberioris admiſſae, cui nec in conciliis orientis generalibus (extra Trullanum) neque in ejuſdem aliis quid ita adverſum. Nec ſane in pontificiis canonibus aut ſententiis patrum aliquot quidquam cui cederent principum Chriſtianorum ibi leges. Atque ita ſe res olim de divortiis Chriſtianorum in oriente habuit. Neque puto hodie aliter niſi ubi perſuaſio invecta Romana ſententiam avitam mutaverit. Scio ita contrahi ſubinde apud ſcriptores diſcrimen ſententiarum hic occidentis & orientis, quaſi in hoc ſolum reſtaret, utrum adulterii cauſa jure ſolvi poſſet ipſum matrimonium, quod negant plerumque occidentales. Sed palam eſt, cauſas ob quamplurimas alias ſolvi poſſe ex legibus Caeſareis, ut oſtenſum eſt, quibus neque derogatum quid iri ſive canonibus ſynodicis ſive theologorum aliquot ſententiis adverſis permiſere ibi principes reliquique imperii praefecti. Nec ſane mores orientalium hac in re mutare potuere patres occidentales in concilio generali Florentino. Et fatetur Petrus Arcudius [g] Graecos ſuos *hujuſmodi repudia admiſiſſe permiſiſſe & continuaſſe.* Sed dum Romanenſium partes omnino tuetur, adjicit hoc illos feciſſe *autoritate Caeſarum deceptos magno reipublicae Chriſtianae detrimento.* Et videſis apud eum hac de re plura. AEquum ſatis eſt igitur ut exiſtimemus ante everſum Chriſtianum orientis imperium leges hic Caeſareas obtinuiſſe, poſtea vero, legibus illis cum imperio ſublatis, ex canonibus & theologorum tyrannidi Mahumedanae ſubjectorum ſententiis quales oſtendimus, rem deciſam; ita tamen ut conjugi adulterii cauſa dimiſſo ſecundum inire matrimonium liceret. Πορνείαν vero pro adulterio ſumi, etiam in exceptione de divortiis evangelica apud Graecos tum theologos tum juriſconſultos tralatitium eſt. Ideo non ut cauſam unicam ſed ut exemplarem in exceptione intelligendam voluere, ac pro arbitrio eorum qui ſummae rerum praeerant aliis cumulandam. Et de Cypriorum, Cretenſium aliorumque Graecorum hic moribus & ſententiis, vide quod occurrit capite proximo ex hiſtoria Concilii Tridentini.

[a] Synod. 6. in Trullo can. 2. vide Th. Balſamon. ad can. Apoſt. 85. [b] Ibid. can. 87. [c] Nomocan. tit. 13. cap. 4. [d] Ad Nomocan. Photii tit. 13. cap. 30. [e] Sect. 5. tit. 2, & 3. & ſect. 6. & videſis Juris Graec. Rom. tom. 1. pag. 232, 310, 499. [f] Juris Graec. Rom. tom. 1. pag. 507, &c. [g] De Concordia Eccleſiae Occid. & Orient. lib. 7. cap. 18.

CAP.

CAP. XXXIII.

ccidentalium de divortiis jus pontificium & sententiae, cis Justiniani tempora, theologicae.

[N occidente sub Justiniani tempora & per sequentia, alius fuit canonum ibi receptorum ›dex, juxta quem demum pro varia admissione ıtoritatis hieraticae judicia de rebus sacris habeıntur. Is est, *Codex canonum ecclesiae Romanae* a Dionysio Exiguo sub Justiniano editus, in ıem referuntur praeter canones apostolorum ·ctos, & qui sunt in codice illo orientis reliıos, etiam complurium pontificum Romanorum :creta; adeoque illa, in divortii libertatem ex:essiora Syricii, Innocentii primi, & Leonis quae ıpite trigesimo primo memorantur. Atque ii .nt canones *per quos* Leo papa quartus sub anım 850. ait [a] *judicant episcopi & per quos episcopi simul judicantur.* At vero proximo quasi ıte Leonem seculo quicquid autoritatis canones li accepissent, inter theologos sopitae non sunt ıaestiones illae de secundis dimissae nuptiis ac : divortii caussis legitimis. Quod sane aperte ›nstat tum ex Bonifacii archiepiscopi Moguntini pistola ad Lullum [b] de Augustini, Hieronymi, iorum hic sententiarum discrimine, dubiisque ıibus ipse ea de re intricabatur, tum ex Bedae ostri interpretatione vocabuli *fornicationis* in 'angelica de divortio exceptione, quam supra [c] tulimus. Atque observandum est, ubi in Deetalibus Gregorianis [d], ux ex concilio apud Wereriam (sic legere oportet, non ut in editis *Woraciam*) sub annum Christi 870. [e] ab episcopis ginti habito, occurrit, *Si qua mulier in mortem ariti sui cum aliis consiliata est, & ipse aliıem illorum se defendendo occiderit, potest ipse ›st mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere; ›sa autem insidiatrix poenitentiae absque spe ›njugii fiet subjecta,* in vetustioribus canonum ›nsarcinatoribus, veluti Burchardo [f] ac Bernardo]apiensi [g] non reperiri verba illa *post mortem* *xoris* uti nec apud Ivonem [h] aut Gratianum [i] ›ui solum habent *potest, ut nobis videtur, ip›m uxorem dimittere.* Et illud de morte uxoıs, quasi superstite ea, utcunque dimissa, secun›e viro nuptiae illic negarentur, glossema videır seculorum insequentium [k]. Nam non diu ›st in ecclesia Romana per occidentem univern inolevit doctrina velut certissima (utcunque fragarentur subinde mores) indeque jus pontiːium hac de re natum ac canonibus non paucis :rquam obviis, etiam & synodo Tridentina [l], firıatum atque in mores legesque ut plurimum re:ptum, ut nec adulterii caussa vinculum matrimonii divortio solvi posset (postquam maxime sacramenti nomine indutum est) nedum caussas ob leviores, sed tantum a thoro & mensa disjunctio posset fieri. Postularunt autem in synodo Tridentina, ubi anathema latura erat de divortiis, oratores Veneti, quando quidem ipsorum respublica habeat [m] in potestate regna Cypri, Cretae, Corcyrae, Zacynthi, Cephaloniae a Graecis habitata, quibus ab antiquissimo tempore in more positum est, uxorem adulteram repudiare aliamque ducere (de quo ritu toti ecclesiae notissimo nunquam ab aliquo concilio damnati aut reprehensi sunt) iniquum esse illos absentes nec ad hoc concilium vocatos condemnare. Rogare igitur patres, canonem qui de illa materia loquitur, ita velint attemperare, nequid ipsis praejudicii adferat. Unde non anathemate ibi damnati qui aut sic nuptias inirent secundas, aut qui id nec illicitum esse profiterentur, sed tantum qui dixerint [n] ecclesiam errare cum docuit & docet juxta evangelicam & apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi. Temperamentum sane perquam subtile. Nondum vero consummatum matrimonium dirimi volunt Romanenses, si conjugum alter professionem ordinis alicujus religiosi in se susceperit, uti & pontificis Romani dispensatione, cujus hic vis satis incerta habita. Etiam ob alterius infidelitatem, ubi infidelium alter Christo nomen dederit, solvi vinculum. Quod sane & fieri quidem adulterii caussa contendunt aliqui magni nominis Romanenses, ut Cajetanus, Catharinus, alii. Etiam frigiditatis caussa, seu coeundi impotentiae per triennium a nuptiarum initiis solvi posse volunt canones [o], seu potius ut aliqui volunt reddi velut ab initio nullum, utpote inter rei nuptiali impares errore contractum. Jus hic pontificium adeo apud Ivones, Burchardos, Gratianos, Gregorios, reliquos ejusdem consarcinatores obvium est, ut illud pluribus indicare foret nimis supervacaneum. Obvii item jurisconsulti Caesarei [p] qui Scriptura Sacra nitentes pontificiis hic adversantur. Copiose atque obiter item theologi Romanenses hanc doctrinam explicant in Matthaei maxime Evangelium [q], in Sententias Lombardi [r], in tractatibus de Sacramentis [s], ac de Haeresibus [t] integrisque de matrimonio voluminibus. Ita mirum in modum discreparunt hic orientales tum theologi tum jurisconsulti ab occidentalibus, quin & a Romanensium recepta doctrina reformati, quibus plerumque vinculum solvi adulterii caussa admittitur, atque etiam ob alias; indeque nuptias secundas legitime iniri. Sed nec hi unanimes. Lutheri, Melanchthones, Zanchii, Buceri, Bezae hic consulendi, & de eo quod est adulterii caussa nostratium cum primis bini Joannes Housonus episcopus Dunelmensis & Thomas Pius, qui ea de re scriptis acriter invicem digladiati sunt. Ita juxta varias vocis πορνείας *for-*

[a] Baron. Tom. 10. ann. 855. Grat. Dist. 20. cap. 1. [b] Bonifac. epist. 87. [c] Cap. 27. [d] Tit. de Divortiis, ›. 1. [e] Baron. Tom. 10. ann. 870. num. 37. [f] Decret. lib. 6. cap. 41. [g] Antiq. Collect. Decretal. 1. lib. 4. . 20. cap. 1. [h] Part. 10. cap. 169. [i] C. 31. quaest. 1. c. 6. [k] Videsis notas Anton. Augustin. in Collect. :cretal. 1. lib. 4. tit. 20. cap. 1. [l] Sess. 24. tit. de Sacr. Matr. cap. 5. &c. [m] Petr. Suavis hist. Concil. Trident. lib. 8. ;. 609. [n] Concil. Trid. Sess. 24. tit. de sacr. Matr. cap. 7. [o] Vide Extr. tit. de Frigid. & malefic. Decis. Capell. Thoan. 181. Parlam. Delphin. 463. & Petr. AErodium Rerum Judicat. lib. 4. tit. 17. cap. 5. [p] Matth. Wesenbech. tit. de Repudiis, vide Baldwin. in Instit. tit. de Nuptiis, § si uxor tua. [q] Ad Matth. v. & xix. ubi vide Maldonat. & Fabrit. Paulutium in Evan- . cap. 108. &c. [r] Lib. 4. dist. 39. [s] Vide Bellarmin. de Matrimonio, cap. 16. &c. [t] Alfons. a Castro, . 11. verb. Nuptiae.

nicationis

nicationis in evangelica exceptione doctrinaeque ibi, nunc cum illa ut in Matthaeo, nunc sine illa, ut in Marco & Luca, traditae interpretationes, in varias a Christianismi initiis sententias viri doctissimi, theologi jurisconsultique sunt distracti. Et de voce illa variatim ut supra ostenditur versa atque exceptionis ibi natura, vide si placet binos scriptores insignes nuperos Hugonem Grotium [a] & Fredericum Spanhemium [b]. Atqui hoc non praetereundum, Romanenses qui adulterii causa dissolvi nolunt vinculum, ita interim ex sanctionibus tantum humanis ipsum contractum nuptialem (utcunque sacramenti nomine indigitatum) ejusque vim pendere velle, ut si quis intra gradus consanguinitatis affinitatisve a pontifice Romano prohibitis, etiamsi interim extra eos qui e jure Mosaico in Christianismum recepti vetantur, nuptias ineant, eorum contractus plane sit apud ipsos rescindendus ac pro irrito habendus, alias interim, ut apud Reformatos, plane validus. Praetereo ineptias illas de spirituali cognatione. Et quantum video, non minus ex jure solummodo humano, velut a divino induci permisso, de ipsa rei matrimonialis substantia statuunt subinde occidentales, etiam tum Reformati tum Romanenses, quam olim orientales divortii causarum adeo feraces. Sed prudentissima proculdubio est libertatis divortiorum coercitio, sive libidinis ansas evitandas, sive successiones, sive publicam aliter pacem atque pietatem spectes. Certe apud Anglos nostros (qui gradus consanguinitatis & affinitatis jure pontificio praestitutos atque hic antiquitus receptos lege parlamentaria [c] centum amplius abhinc annos lata in eos laxarunt solos qui Sacris in Literis continentur, pontificiorum tamen interea de divortiis doctrinam quasi integram etiam post reformationem retinentes) synodus cleri provincialis utraque memoria nostra statuit [d], ut nec disjunctionis a thoro & mensa sententia forensis pronuntiaretur nisi adjecto insuper neutiquam licitum fore alteri altero superstite secundas inire nuptias, nec priusquam satisdatione etiam caveret actor se id observaturum. Et de hisce hactenus. Hoc tantum subjungere liceat, ex ante ostensis, si recte perpendantur, difficile non esse elicere quid statuendum fuerit in quaestionibus illustribus non paucis de jure matrimoniali ac divortiorum tum divino tum humano controverti ac disceptari solitis. Sed pro multiplici captus simul & adfectus atque persuasionis utcunque (ut fieri amat) anticipatae discrimine principiorumque ac praemissorum sive admissione sive rejectione perquam varia, ut aliae sic & quaestiones illae solent definiri.

[a] In Not. Evangelic. ad Matth. v.
[b] Part. 3. Evangelic. Dub. 147.
[c] Stat. 32. Hen. VIII.
[d] Synod. 1603. constit. 107.

Libri tertii Finis.

GRATIA ET GLORIA DOMINO DEO SERVATORI.



JOANNIS SELDENI
JURISCONSULTI
OPERA OMNIA,
Tam Edita quam Inedita.

VOL. II. TOM. II.

ANALECTON

ANGLO BRITANNICON

LIBRI DUO.

Quibus ea maxime, quae ad civilem illius, quae jam Anglia dicitur, Magnae Britanniae partis antiquitus administrationem, res domi publicas, sacras, prophanas, statusque catastrophas usque ad Normanni adventum attinent, ex antiquis simul & neotericis deprompta, temporum juxta seriem digesta historice & arctissime componuntur.

Ἄλλος γὰρ ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται, ARCHILOCH.

V.

VIRTVTE,

GENERE,

STVDIIS

NOBILISSIMO, VENERANDAE

ANTIQVITATIS

ADMIRATORI

SVMMO

D.

ROBERTO COTTON

A CONNINGTON

BRVSEO

EQVITI AVRATO,

HAEC QVA SVA

V. S.

JOANNES SELDEN

L. D. D.

Illuſtriſſimis Foeliciſſimae

ANGLIAE PATRIAE

GENIS & INGENIS.

AUTOSCHEDIASMA

FRONTES veſtrum, qui bifrontis Jani averſo litatis ori, omnium ex porrectas ſi habeam, foelicem me forte putem, ſin aliquorum capera tas, haud infoelicem. Rariſſimum equidem beatitudinis faſtigium, ra riſſimum, ut, qui Muſarum ad aras conſecrat quidpiam appenſum, al iis, qui pro tribunali ſedentes omnia ſuo minus verentur judicio vel praejudici comprehendere, non ſuggilletur. Deprecarer ego? & devotis quaſi pedum oſcu lis adblandirer? Quanam ſubnixus ſpe? Quem enim vel claſſis ſuae Coryphaeum non petiit calumnia? Quis ille

------ *A tergo quem nulla ciconia pinſit*?

Cum ad propalandos erronice erutos errores tot etiam e tonſtrinis ubique prodean Zoili, Momi, Corycæi, qui tamen, dum cornicum oculos ſibi videntur configere, ſu am ſaepius quam aliorum produnt imperitiam. Veſtrum, veſtrum, inquam, ſuc centuriati Zoili, Momi, Corycaei, apolactizo judicium, deſpicor. Ad vos vere quorum candore & modeſtia tegumentis amicta eſt doctrina, provoco. Siſ tam vobis coram libentiſſime judicio, vos inter infimo & pedaneo judici erc audiens dicto.

Faſciculos, excerptis, e multorum arboretis, virgis, antiquitatum Britanglica rum duos hic colligavimus, quaſi conſulares & praetorianos, quos prae ſe qu ferat, priſcae Britannorum Anglorumque reipubl. judex forte citius prodibit Ortus, leges, ſacra, prophana, ſtatus imperii, mutationes, terminos loci & tem poris

ɔoris, quibus hanc alterius orbis regionem ſupremum ordinavit Numen, depinxinus, aliorum autem coloribus, haud prorſus indignis, qui, pyramidali jam coırctata baſi, etiam eruditorum oculos (utinam omnem viſionis angulum minorem ecto non ſtatuiſſent optici) comis ſuis attingant. A primis auſpicati ſumus incolis, nec Brutum, de quo tam acriter dimicatum eſt, omiſimus. Expectat forte ıliquis ut antiquitatis ſtudioſorum opiniones & conjecturas de Britanniae nomine ıttexeremus, varias illas. Huic *Brit* color, illi quaſi iſthmo quid ſeparatum ſoıat, utrique inde Britannia deducitur: *Pridcani* Britannicum, *Bretta* Cantabricum, *Prytania* Graecum & *Bretas* tandem ut ipſius indagari poſſit nominis τυμον palpitantur, ſed fruſtra, inquit Cambro-britannus, omnem laboratis movenlo lapidem. Britanniae author quis niſi Trojanus origine Brutus? Pace vero ua! Quis author Bruti? Genuit Sylvius, antiquiſſimi cantant Bardi. Peritiſſimi, ıercules, illi foeciales. AEneae, Aſcanii, Sylvii, Albae meminerunt Halycarnaſſaeus, Livius, Virgilius, obliti penitus Bruti. Qui ſi patrem interfecerat, & puerperio matrem, nonne dignum relatu, & in Romanorum etiam hiſtoias inſerendum? Obtruduntur autem, ut concilietur fides, quam plurima Barlorum poemata. Quid ſi quod evomuerat unus iſque antiquus avide poſteri (ut in Homeri, apud AElianum, ſtatua eſt videre) deglutirent? Ergone heogonias fuiſſe, Deos ad dirimenda interceſſiſſe praelia, vel auxiliarios ſe ɔraebuiſſe, quod tot ſit a poetis decantatum, credendum eſt? Imo quid ıon?

------*Si qua fides augentibus omnia Muſis.*

Nec ſum neſcius phyſice & ethice explicatos horum a mythologis eſſe nodos. Nec injuria quis conjectarit Bardos Trojanorum mentitos fuiſſe imagines, ut antiquiori clareſcere tota gens videretur nobilitate. *Plurimae*, inquit Tritemius, *nationes tam in Europa quam in Aſia ſuam praetendunt originem ſe ſumpſiſſe a TROJANIS, quibus tantumac commodare fidei duxi, quantum ipſe veritatis mihi ſufficienti teſtimonio poterunt perſuadere. Frivola ſunt quae afferunt de ſua nobilitate & antiquitate, volentes palam gloriari, quaſi non fuerunt in Europa gentes ante Trojanorum excidium, nulluſque inter ipſos Trojanos ignobilis* [a]. Commutarunt ſuum Hagareni Saracenorum nomine. In nobiliſſimas ſe inſerere conatae ſunt familias omnes gentes eaſque antiquiſſimas, ſed in illas plerique quarum primus tametſi minus fuerit fictitii autor ſtemmatis, ſaltem illius nomen ex antiquorum ſcriptis elici potuit, Bruti vero praeterquam Bardis, qui poetae fuerunt tantum μετ' ᾠδῆς (ut apud Athenaeum Poſſidonius) πάινες λέγοντες, nemini legimus innotuiſſe. Quibus tamen ut fidem habeamus, nixe propugnando, Joannes Priſus in ſua hiſtoriae Britannicae defenſione ſuaet, ſymphonia quadam Hellenici cum Britannico ſermone, Bruti cum Briannia, multum nixus, non perſuadet. Quamlibet e qualibet gentem, ſi ermonem ſpectemus, haud abſurde affirmandum emanaſſe. Anglicum enim dioma non ſolum Belgico & Alemannico, ſed etiam Graeco & Hebraico ı multis convenire inſpicienti facile patebit. Nominum vero etymologiae (ingenioſiſſima licet ſaepius ſuffulciantur conjectura) non minus imbecilles ınt ad aſſertionem aſtruendam, quam illa, apud Galenum, apodeixis Chryppi, qui animam in corde cum Peripateticis collocandam ex eo cenſuit, quod ım quis ΕΓΩ, ſemet indigitando, pronuntiarit, buccam cor verſus deprinit, & ibidem meliorem ſui partem latitare quaſi deſignat. Cedant Ariſtoli medici, validiſſimo hic vincuntur argumento! Quidni cerebrum inde etin animae eſſe domicilium poſſit probari, cum bucca ut corruptibilis pars ɔrporis depreſſione ſui ſupremam illius immortalis particulae ſedem humili

[a] Lib. de 7. ſecundis.

quasi motu revereatur. Subtiles istae solidioris judicii partes, quibus etsi rumnando veritatem videmur venari, vix tamen capiemus. Cepisse nihilominus putavit alio modo, qui alphabeticum Monumethensi, quae ex Ascensiano prodiit prelo, historiae indicem adjunxit. *Francorum*, inquit, *nusquam meminit author, in quo veritas historiae agnosci potest, cum ante Francorum in Galliam adventum res fere gerantur.* Lethe ni fallor, tinctus haec oscitanter: sic enim habet Galfredus, lib. I. cap. XIX. *Convenerunt omnes reguli Francorum obviamque venientes contra eos dimicaverunt. At Belino & Brenno victoria provéniente (vulneratis catervis) diffugerunt Franci.* Francorum regulos in Gallia devictos annis plus minus DCCC. priusquam illuc suas transtulerant sedes, verae hujus historiae author scribere non erubescit. Non male tamen si poetice. Quanti tus enim de Carthagine condita apud principem inter Latinos poetarum ἀντιχρονισμος? Pictoribus atque poetis demus veniam. Nobis etiam illi, Brutum nec AEneae nec e filia Chroni nepotem fuisse suspicandi. Cujus tamen cum multi propugnent partes, avitam originem, navigationem, fortunas posteros etiam aliorum fide succincte descripsimus.

Suavissime dum haec alii somniant, varias reipub. conversiones quibus haec agitata est insula, nec minori voluptate, contemplamur. Contemplamur inquam, quibus, non solum politicus corruptos imperatorum civiumve mores imperii finem hinc facile perspiciet praecinere, verumetiam physici, astrologi imo theologi coelestium phoenomenon maxima observare possunt apotelesmata. Hucusque enim fatales videtur astrorum comas, luminariumque deliquia suas ingenitas protendisse vires, ut nulla fuerit hic reipublicae imperiive a Romanorum tempore conversio, quam e coelo fuisse significatam non ausim affirmare. Confluunt Angli e Germania anno CCCCXLIX. ineunt cum Britannis foedus, elapso quadriennio varia in coelo signa apparuerunt, ignita meteora insignem passa est luna eclipsin. Inita Horsa & Hengistus conjuratione post biennium Britannorum fines sibi occuparunt. Cometae anno DCCCCLXXV. visae, qui vel pestem provincialium vel regni (inquit, G. Malmesburiensis) mutationem portendere pro vero asseverabantur. Post quadriennium adepto regnum Ethelredo, igneae acies V. Kal. Novemb. visae fuerunt in coelo, Danicae autem in Anglia, quae Ethelredum diademate spoliarunt. Insignis illa quam in regum nostrorum nomenclaturis ut epocham postea semper habuimus Normannica catastrophe, conscio & palam quasi praecidente coelo, contigisse videtur. Praefulsit enim paschali hebdomade anno Christi CIↃLXV. cometa, cujus labentia (ut habet Miraldus) decreta, Romam Fridericum, Guilielmum Nothum Angliam obsessuros praemonstrabat, unde apud historicos nostros

Anno milleno sexageno quoque seno
Anglorum metae flammas sensere cometae.

Et ad Guilielmum alter:

Caesariem, Caesar, tibi si natura negavit,
Hanc Guilielme tibi stella [a] *comata dedit.*

Libentius haec annotavimus, ut os iis occluderetur, qui Deum opt. max. non solum virtutis, sed etiam suppositi (ut aiunt theologi) immediatione semper in inferiora agere volunt, nec secundarum cum primis patiuntur caussarum a principio ἐυταξίαν & connexionem. Astrologiam (eo enim de cometis doctrina spectat, maxime cum recentiorum astronomorum consensu, refragant

[a] Alit. Cometa.

Lycae

Lycaeo, in aethere plerique collocentur) ut superstitiosam damnant, scientiam nobilissimam mathematicam mathematici. Imo plura, si placet, addemus ut luculentius constet futilibus vix unquam excanduisse ignibus aerem, nec quidpiam fere immutationis vel periculi absque coelesti aliquo portento Anglos persensisse. Internecionem Henrici VI. ejusque filii Edwardi interminasse visus est cometa anno MCCCCLXXII. qui (juxta Joannis de Regio Monte celeberrimi mathematici observationes) a Virginis dodecatemorio, Mercurii exaltatione, declinatione septentrionali, inaequali motu, cauda stellas (Martis & Mercurii ideasque naturae) Geminorum semper respiciente, medium tandem Arietis (cui subjecta est, Ptolemaei judicio, Britannia) peragravit, casu tandem heliaco fere limestris evanuit. Septentrionali sub Galaxiae parte fulsit alter in Ariete (humanae salutis anno MDXXXIII.) qui Jovias, Martias Mercurialesque vires exercuisse creditur. *Nam Jupiter* (ut in suis ad Quadripartitum Ptolemaei commentariis scribit Hieronymus Cardanus) *legem Christianam, Aries Britanniam, Mars & Mercurius significaverunt dissidium & permutationem quae facta est post triennium in tota illa provincia jubente rege illorum Henrico octavo.* Qui proximo anno supremum ecclesiae caput ordinum consensu vocitatus, ex arcta Petri clavium custodia emersit. Plaga insuper aquilonari, haud multum ante quam extremum exhalabat spiritum illustrissima Anglorum Elizabetha, radiavit cometa. Quin etiam subalbicantes propter horizontem, altius autem rutilantes ac flammeae pyramides, conjunctis in verticali nostro astronomis Zenith puncto conis, sese vibrando exeruerunt: quarum & maximam illam ac horrendam ab Archadis tergo eminentem Ariadneae splendorem coronae diametro sua, peritissimus Hostias & egregius mathematicus Edwardus Grestam scriptis suis adnotavit nobis obduxisse. Nuperrima illa in igneo trigono superiorum conjunctio novam peperit in Ophiucho stellam, cujus disquirendo Joannes Keplerus apotelesma: *Quid si privati*, inquit, *per Hungariam & Britanniam argumentatione astrologica inducti stellam hanc bonum omen interpretati sunt, & quod in domo Jovis fulsisset, verae religioni eam patrocinari arbitrati, illa ausi sunt attentare, quae omnis loquetur posteritas?* Quo disparuit haud constat dies, Heliace enim post Septembris mensem anno CIƆDCV. occultata an ad Februarium usque duraverit incertum. Certum satis, proxime circa tempus, quo apparatus illi pulveris pyrii, quos accensi quidam pontificii ad eversionem imo combustionem regis, reginae, eorumque nobilissimae prosapiae, ad totius denique reipublicae excidium, congesserant, divino patebant auxilio, phaenomenon illud ex hominum conspectu fuisse abreptum. Jam stetit Anglia quasi sacrum inter & saxum, cui si unquam alias horrenda (quod in septies septuagesimum septimum a Normanno annum incidisse obiter adnotes) jam pericula imminuerunt. Fateantur ergo illi, qui auream illam Homericam catenam dum verbis laudant, re tamen confringere audent, illud (& apud Anglos) quod de cometis scribit Manilius:

Quin & bella canunt, varios, subitosque tumultus,
Et clandestinis surgentia fraudibus arma,
Civiles etiam motus cognataque bella.

Sed de his nihil ultra. Anglis erat cometa terminus, est libello nostro, erit etiam prolegomenis. Fruamini. Valete e Musaeolo nostro Londini. Kal. Februar. anno MDCVII.

A DILUVIO PER INSULAM NEOKATOIKO[...] Regumque, juxta Beroſi & Manethonis ſcripta, ſeries.

CAPUT I.

IN confeſſo eſt apud omnes, quibus ſupercoeleſtis Sacrarum Literarum veritas innotuit, poſtquam ob humanam in creatorem omnium pertinaciam & ingruentia filiorum Adae peccata univerſali cataclyſmo terreſtrem iſtam ſuperficiem penitus ac merito obruiſſet ille Deus Opt. Max. genus tamen humanum ex aeterno & ſummo illius propagandi amore illum ipſum (cujus providentia Noah cum filiis arca incluſum ab aquarum voragine protexit) rurſus ac majore tandem numero in telluris partes caeteras (cujus uno ſolum angulo homines ſunt antea uſi) diffuſo reſtauraſſe. Quod cum divinus ille Hebraeorum philoſophus in ſacram contexuerit hiſtoriam, ut primum infinita numeri ternarii Elohim ineffabilis potentia microcoſmum fuiſſe creatum, ita & naturali trinae Noahae proſapiae & ſeminali vi macrocoſmi centrale punctum, microcoſmis quaſi reſperſum oſtendit. Totius eni[...] aevi ſubſequentis ſtemmata poſt diluvium a fil[...] illis Noahae, Sem, Ham, & Japhet, ſunt ded[...]cenda. Quibus & eorum prognatis genealogi[...] enumeratis, Gomer, Magog, Madai, Javan, T[...]bal, Meſach, & Thiras, Japheti filios, eorumq[...] poſteros *diviſiſſe inſulas gentium* (quas Eur[...]paeas fuiſſe cum theologis volunt hiſtorici) *unun[...]quemque juxta linguam ſuam, & juxta fam[...]lias ſuas in nationibus ſuis*, Moſes ſcriptum r[...]liquit [a]. Cum autem plurimae gentes per occ[...]duam mundi plagam nomina ſibi tanquam p[...]tronymica ab iiſdem Japheti poſteris ſint adepta, nec quidem defuturum fore nomen, viſum e[...] antiquitatis ſtudioſiſſimis ſcrutatoribus, quo ver[...] Britanniae primos incolas conſtituendi conject[...]ra niti poſſit. Ut enim Magog, Joſepho teſte, Maſſagetas, Javan Iones, Thubal Hiſpanos, M[...]

[a] Geneſ. x.

[b] Joſeph. Antiquit. Jud. lib. 1.

ſc[...]

ech Moſchos cum eorum nomine primum edi-lerit; ſic & *Gomerum Gomeraeorum, Cimbro-um, Cimmeriorum Cambrorum* ſive *Kumerorum* idem enim apud antiquos, Britannos etiam ae-ue ac Gallos ſignificarunt iſta nomina) fuiſſe au-horem primumque parentem maxime ſane pro-abili conjectura G. Camdenus Clarentius gentis Anglicae ac Britannicae lumen multorum anti-quorum ſcriptis in ipſamet re edoctus luculenter robavit. Cujus elaboratum, ac poſteritate ſum-nis dignum chorographicum opus gratiis editum lerosque in ſuam ſententiam (temere enim quis anti viri lucubrationibus aliquatenus detraxerit?) edibus ire perſuaſit. Jam vero ſi fide dignis tan-um teſtimoniis monumentiſque antiquorum au-hentica conſignatis cenſura epitomen iſtam, ad ivilem Britannorum ſive incolarum iſtius inſu-ae adminiſtrationem demonſtrandam, compone-emus, aliaque ſuſpectae fidei rejiceremus, certe b iſto Gomero pluſquam duorum millium an-orum lacuna incideret, quos *ψευδοπλαστῶν* ac im-oſtorum fictitiis de Britannia ſcriptis, ad modum amen hiſtoriae veſtitos fuiſſe eruditiſſimi viri uſpicantur. Celtarum enim reges illos (quos Britanniae maritimos incolas gubernaſſe ſcribunt) Noahae nepotes, quos Beroſus in Antiquitatibus uis Chaldaicis enumeravit, fabuloſos cum Al-ione Neptuni filio ab Hercule interempto, fuiſſe, iſtoriam item ipſam adulterinam magni judicii iri cenſuerunt. At & illi alteri quam e Britan-ico idiomate in Latinum tranſtulit Galfredus Monumethenſis, cujus prima ab illo Bruto ſunt uſpicia tanta inter doctiſſimos quoſdam eſt in-ecta ſuſpicio, ut quidam illum e Trojano ſan-uine natum, modeſte, ſalvo tamen cuique ſuo udicio reliquerint, alii protinus ut ſuppoſititium xterminarint, quos adverſus aſperrime aeſtuantes lii poſtliminio ut rediret enixe laborarint. Ex uo, priuſquam ad ea quae Julii Caeſaris induſ-ria ſunt explorata pervenimus, veri aut certi uidpiam, cujus a nemine fides fuerit delata, non abemus. Cum vero non ſolum, quae veritati unt proxima, ſed & quae poetica redolent inge-ia, ab optimis antiquiſque ſcriptoribus (ut non olum veri, ſed & vulgi opinionum compos fie-et poſteritas) operibus eorum ſint intertexta; e-one (qui, ut par eſt, de iſtis judicium iis per-nitto, quorum coeleſti themate feliciores Satur-us radios bene poſitus ad Jovem item & Mer-urium ejaculatus eſt) temere Beroſi authoritatem ut Galfredi contemnendam ducerem? Egone etſi ortaſſe fide minus dignos ipſos, ſcripta tamen orum cognitu indigna homulus judicarem? Ab-t ut ceratis ope Daedalea pennis tantum opus iterer. Scribam ergo ſuccincte collecta, quae radiderunt illi, quae alii. Enimvero liberum per ne cuique eſto judicium.

Diffluxiſſe certe (ut altius rem repetamus) ab rbe omnium prima (quam extruxit Cam) Heno-hia gigantes (quos quid aliud fuiſſe credendum ſt quam *hominum quandam impiam gentem Deos* ut ſcribit Macrobius) *negantem & ideo aeſtima-am Deos pellere de coeleſti ſede voluiſſe* [a] ?) uorum imperium iiſdem quibus ſolis curſus ter-minis eſt concluſum in terrarum orbis fines ſcri-bit Beroſus, quos ſimul noſtram appuliſſe inſulam putat noviſſimus ille hiſtoriae Britannicae ſcrip-tor Richardus Vitus, quod etiam illam oraculi partem:

------- *habitata gigantibus olim* [b],

Bruto vult deſignaſſe. Nec magis iſtud abſonum vero, quam quod ex Hybernenſium hiſtoriis pro-didit Giraldus Cambrenſis de Caeſara Noahae nepte [c]; cui cum praediceretur diluvium in pro-ximo futurum, ad remotiſſimas (de inſulis, u-trumve navicularum uſus Noahae praeceſſerit, diſputent quorum e re eſt;) occidentis inſulas, quas necdum quiſquam hominum habitaverat, fugam navigio deſtinavit, primo ante diluvium anno ad Hybernica littora devenit, tumulumque Caeſarae exinde denominatum fuiſſe ſcripſerunt. Nixis autem iſtis (quantum ad nos ſpectat) exili conjectura, tandem ad ea quae ad hiſtoriolam primo deducendam ſunt qualiacunque inſtrumen-ta noſmet conferamus.

Sancito ſeu rapto potius a Nembroto (rectius Nimrodo) orientalium imperio (quem *fortis* ſub nomine *venatoris* tyrannum fuiſſe dictum aiunt theologi;) Chaldaicarum ille ſcriptor antiquita-tum, Samothen quendam ſcribit, cui & Dis no-men (cujus inter alios maxime enituit ſapientia) regnum ſibi Celtarum in Gallia (Gomeri poſtero-rum) obtinuiſſe; hujus imperio adjacentem Bri-tanniam ſubjacuiſſe nomenque *Samotheam* ſorti-tam fuiſſe. Quem excepit filius ejus Magus, nec tamen exinde denominatus, unde Perſarum ſum-mi apud Ciceronem, Strabonem, Plinium & alios, philoſophi, ſed (ſi Annio de Viterbo ſit credendum) quod oppida plurima Celtis con-ſtruxerit cum Scythica (ſimul & Hebraica) lingua Magog tecta interpretetur. Huic ſucceſſit Sarron filius, bonarum literarum amator, maximuſque Gallos inter & Britannos (quatenus aetas illa tu-lerit) reſtaurator ſubſecutus eſt Druis, cujus ope-ra ſumma ea quorum pater ejus fundamenta in Muſarum republica promovenda collocaverat, maxime ſunt propagata. Bardo filio regium ſo-lum reliquit iſte; muſicae ac poeticae cujuſdam generis aiunt Bardum authorem, quod inferius plenius oſtendetur [d]. Regnavit deinde Longho; quem filius ejuſdem Bardus excepit, quem Lucus; cui Celtes, a quo Celtae ſunt denominati, ſuc-ceſſit. Hercules autem Oſiridis filius, qui Libyus dictus eſt, cum per Italiam regiones Celtarum adiiſſet, e puella quadam Galathea filia principis adamata filium Galathea nomine ſuſcepit (a quo Galli) qui, poſt Celten & parentes ſuos, imperii oneri ſuccubuit. Secutus eſt Lugdus, hunc Beli-gius filius: cujus mors rectae Heraclidarum lineae terminos impoſuit. Ordinum ergo conſenſu e-vectus eſt in imperium Jaſius Italorum princeps, Herculis tamen e proximis & propinquis; huic natus eſt Corybantus, cui ob Herculeam ſangui-nis dignitatem in imperio Allobrogem (cujus imperii fines Pyrenaeis montibus extremiſque Rheni fluminis finibus terminabantur) anteponen-dum duxerunt. Beroſi ſunt iſta. Quibus tan-

[a] Macrob. lib. I. Saturnal. [b] Vit. hiſtor. Brit. lib. I. [c] Silveſt. Girald. Typograph. diſt. 3. cap. I.
[d] Iſtius libri, cap. 4.

quam supplementum Manethon AEgyptius adjungens Remum Allobrogis filium proxime regem Celtarum salutavit. Sequitur inde Paris, cui succedaneus Lemanes, cui Olbius, qui Galathen reliquit imperii haeredem, quem excepit Namnes, Namnetem Rhemus, hujus unica filia Phranico e sanguine Hectoris elocata, regni jura marito suo, patre demortuo, deferebat. Qui cum Druidibus summae reipublicae administrationem, dum ipse viveret Pannoniae, delegasset, Britanni novum sibi regem Brutum felicibus auspiciis insulam aggressum salutaverunt. Quod altius juxta Galfredi Arthurii fidem, aliorumque, quibus historia ista maxime visa est complacere, testimoniis repetemus.

CAP. II.

Stemma Bruti & progenies: (Monumethensis fide) ut insulam est aggressus; ut ejus posteri ad J. Caesaris adventum eandem administrabant.

Excisis Trojanorum rebus, Lavina petiisse littora AEneam, regnumque ibidem profligato Turno Laviniaque Latini regis filia sibi in matrimonium ducta posteris suis constituisse Virgilius [a] pariter ac Livius [b] sunt satis testimonio. Ascanius istius filius suscepit prolem (a quo Sylvii reges sunt dicti) Sylvium, cujus uxore (Laviniae scilicet nepte) jam gravida, consuluit Ascanius (juxta Galfredum Arthurium [c]) magos marémne an foeminam Sylvii uxor parturiret; cui datum a magis responsum gravidam illam esse filio qui patri pariter ac matri mortem inferret, pluribus terrarum finibus peragratis ad summum tandem honoris culmen perveniret. Cum tamen adversus Livium, AEneae fuisse posthumum illum Sylvium e Lavinia in sylvis tugurio Tyrri subulci regii natum, Ascaniique fratrem non filium, Dionysius Halicarnasseus [d], & Servius Honoratus ad sextum AEneidos tradiderint. Praedixit siquidem Anchises apud Virgilium AEneae:

> ---------*primus ad auras*
> *AEthereas Italo commistus sanguine surget*
> *Sylvius, Albanum nomen, tua posthuma proles:*
> *Quem tibi longaevo serum Lavinia conjux*
> *Educet sylvis regem, regumque parentem* [e].

Rex etenim ipse AEneam reliquit Latini regni haeredem filium, Britannorum item primi regis parens; Bruti scilicet AEneae Trojani nepotis, qui quod matri puerperio, patri quoque infeliciter in cervum sagitta collimata (quod scribit Galfredus) fuerit mortifer Brotus ἀπὸ τοῦ βροτοῦ a Richardo Vito est denominatus [f]. Profectum deinde Brutum Graeciam, sociis itineri commodum conquisitis, reliquias Dardanidum Heleni nempe filii Priami progeniem Pandrasi regis sub imperi servitute oppressam scribunt comperuisse: agnit utrinque consanguinitatis vinculo precibus victu eousque tandem devenisse, ut vindicandae sangu nis sui libertatis ducem & authorem libentissim se praeberet. Inito praelio, Assaraci aliorumqu e Trojanorum stemmate copiis adjutus Pandr sum devicit, cepit. Nempticii vero consilio, r vindictae a posteris hostium expectandae subiret p riculum, pretium Pandrasi libertatis in hoc solu constituit, ut pauca scilicet quae peteret simul ab eodem impetraret. Petiit ergo post disceden e Graecia veniam, primogenitam filiam regis I nogem sibi conjugem, petiit sibi aurum, arge tum, naves, frumenta, itinerariosque commeatu quae necessitate simul ac tanti ducis virtute co motus omnia laetus rex concedere non moratu Navibus trecentis viginti quatuor paratis, omn busque rebus quae saeviente Neptuno seu AEo turgescente sunt mortalibus adjumento, onust littoreque deductis feliciter Graecia Troes cu Ignoge abscedunt tridui fere spatio Legreciam i sulam a piratis devastatam appulerunt. Explor tores trecentos immisit Brutus, qui ferarum onu praeda quas occiderant reversi Dianae templu cum imagine deae, quae petentibus forte orac daret, suas ibidem habere sedes renunciaba Sociorum habito conventu, secum assumptis G ryone augure duodecimque majoribus natu co tum, adiit templum deae: sacrificio necessariis mul adhibitis, circumdatis tempora vittis, vet rimo primum ritu trino numini, Jovi scilic Mercurio, & Dianae tres focos composuerui singulis singula libamina dederunt [g]. Brut ipse ante aram carchesium vino & cervae canc dae sanguine coronatum dextra tenens erecto vu tu effigiem numinis alloquitur:

> *Diva potens nemorum, terror sylvestrib apris,*
> *Cui licet anfractus ire per aethereos,*
> *Infrenasque domos: terrestria jura resolve*
> *Et dic quas terras nos habitare velis.*
> *Dic certam sedem, qua te venerabor aevum*
> *Qua tibi virgineis* [h] *templa dicabo chor*

Novies ista dixit, quaterque aram circumivi profuso deinde vino in focum, super cervae p lem, quam ante aram extenderat, procubuit, du cique horae tertiae noctis somno obdormienti r sponsum deae, ut phantasma, sese obtulit:

> *Brute, sub occasum solis trans Gallica regn*
> *Insula in oceano est undique clausa mari*
> *Insula in oceano est habitata gigantibus olin*
> *Nunc deserta quidem gentibus apta tuis*
> *Hanc pete, namque tibi sedes erit illa pe ennis:*
> *Haec fiet natis altera Troja tuis.*
> *Hic de prole tua reges nascentur, & ipsis*
> *Totius terrae subditus orbis erit.*

[a] AEn. 1 [b] Liv. lib. 1. [c] Galfred. Monu. lib. 1. cap. 2. [d] Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. lib. 1. cap. [e] Virg. lib. 6. AEneid. [f] Basingstoch in not. ad lib. 2. Histor. Britan. [g] Victimam Dianae cervam antiqui immo bant. Ovid. 1. Fastor. Quae semel est, &c. [h] Dedico templa choris apud Pontic. Virun.

Suspicat

Suſpicatur carminum antiquitatem Belleforeſtus, quod Latine ſupponunt dediſſe Dianam reſponſa; cum, tametſi linguam callentibus ſanctam Hebraice diabolum loqui ſolitum annotarint quidam, Gentibus tamen antiquis quas inter Hellenica lingua maxime floruit, oracula Graece edita fuiſſe ſit certiſſimum. Apollinem enim Latine nunquam fuiſſe locutum ſcribit Cicero [a]. Quorum autem ſub clypeis latet hiſtoria Bruti, verſionem eſſe tantum aiunt e Britannica lingua (ſermonem *curvum Graecum* appellant) per Gildam aut Monumethenſem in Latinam [b]. Fiducia vero oraculi, poſt mutuum inde conſilium, freti Trojani naves repetierunt, fluctibus ſe commiſerunt, e variis caſibus tandem emerſi ad mare Tyrrhenum pervenerunt; juxta cujus littora Dardanidae qui Antenoris fugam ſunt comitati ſedes ſuas collocarant. Quos inter dux ſummus fortiſque Corineus Bruto ſit comes; per Gallias tranſituri Groffarium Aquitaniae principem devincunt, Turonum civitatem condunt, feliciter tandem Totneſium Britanniae littus (in Danmoniis poſitum) adnavigant [c]. Brytones jam primum ſuum ſortitos fuiſſe nomen, jam primum idioma linguae Britannicum fuiſſe dictum, jam primum inſulam ab iſto rege Trojano Britanniam appellatam, jam Corineum illum, gigantem, neſcio quem, Gogmagot lucta deviciſſe, Cornubiam denominaſſe ſcribunt. Regni jus cum ſanciviſſet Brutus tres tandem filios ſuſcepit Locrinum, Albanactum & Kambrum, qui, mortuo vigeſimo quarto imperii ſui anno patre, totam Britanniam ut herciſcundam familiam diviſerunt. Locrino media pars obtigit inſulae quae poſtea dicta Loegria; Kambro provincia quae Gallia; ultra Sabrinam haec ſita Kambriae item nomen obtinuit, Albanacto Albania, quae jam Scotiae finibus terminatur. De mortuis Albanacto ſimul, & Cambro, tertio filio accreſcit totius inſulae imperium Guendolornam iſte Corinei filiam (cum tamen Eſtrilidem captivam virginem Germaniae regis filiam maxime deperiret) interminantis ſoceri minis, magis quam amore commotus in uxorem duxit. Madanum enixa eſt filium Guendolorna, quam, Corineo mortuo, prorſus deſeruit Locrinus, Eſtrilidemque cujus furtiva venere ſaepius eſſet uſus regio in ſolio ſociam ſibi conjunxit. Ex quo aeſtuante ira Guendolorna percita ſubſidiarios ſibi tantam injuriam paſſae adverſus Locrinum Cornubienſes comparat. Inito utrinque praelio, profligato occiſoque Locrino, imperii adminiſtrationem, dum minor adhuc eſſet Madanus, ſuſcepit. Cui tandem adulto regni inſignia tutela muliebri conſervata (ut par erat) deferebat. Madanum excepit Mempricius filius; quem itidem Ebrancus qui primus poſt Brutum Galliarum partes Martis acie infeſtabat. E conjugibus viginti, totidem filios, ſeſquialtera filias proportione ſuſcepit, quas in Italiam ad Sylvium Albanum regem, ubi nobilium Trojanorum nuptiis ſunt decoratae, tranſmiſit. Succeſſit Ebranco Brutus e viginti primogenitus, cui Leirus. Huic Hurdibras, iſtum Baldudus excepit, qui fontium (ut aiunt) calidorum quos *The Bathes* dicimus author, necromantiam aliasque praeſtigias uſque adeo temerarias exercuit, ut per aerem (adjunctis ſibi arte confectis alis) tranſvolare dum tentaret in Apollinis templum inciderit, fruſtatimque ſit caſu contritus. Filius demortui locum occupat Leirus, cui tres filiae Genorilla, quam Maglauno duci Albaniae Ragana, quam Hennino Cornubiae, Cordeilla, quam Aganippo Celtarum regi indotatam collocavit. Domeſticos vero generos ſuas adverſus ſocerum exerentes vires debellavit ſubſidium Aganippi, cujus induſtria militari, Britannicis illis ducibus ad mortem profligatis, Leirus in imperium eſt reſtitutus. Cordeilla denique, marito pariter ac patre mortuis, abſolutam & ſuo jure primam in Britannia Γυναικοκρατίαν inſtituit. Cum tamen foeminarum imperium Britannos uſque ad Mariam Henric. VIII. filiam abhorruiſſe ſcribit Bodinus [d]. Eructabant vero ſuas ducum (quos diximus) nepotes Morganus & Cunedagius ſimultates, quas ob parentum caedem pectore diutius compreſſerant; bello Cordeillae tranquillas res turbant, conſcripto exercitu eandem exuunt (delapſo quinquennio regni) imperio; quod & inter ſe dividunt. Sed nulla fides regni ſociis; interempto Morgano ſumma imperii cedit Cunedagio; cui ſucceſſit Rivallo, Gurguſtius, Siſillus Priſcus, Jago, quem Kimmacus excepit. Gorbodioni proxime regni adminiſtratio devenit, cui filii duo Ferrex & Porrex haeredes regni naſcuntur.

Fratrem Porrex, inito bello (quod prius deſtinaverat) interfecit, cujus mortem Widena communis utriuſque mater ulciſci dum vehementer ſatageret, ancillis ſtipatus, caſtra Porricis adortus fratricidium morte filii vindicabat. Ex quo civilem peſtem, diſcordiam paſſa eſt Britannia, & quae monarchiam habuit ſancitam, pentarchiae formam, diſcidio tamen aegerrime convulſam, jam induit. Quinquaginta vero periodus annorum fortiſſimum aeque ac prudentem virum Dunuallonem Molmutium produxit, qui pentarcharum imperio feliciter deminuto, antiquam inſulanis reipublicae formam reſtauravit, primuſque ſibi regum Britannorum ex auro diadema confecit. *Hic leges quae Molmutinae dicebantur* (ait Galfredus [e]) *inter Britones ſtatuit, quae uſque ad hoc tempus inter Anglos celebrantur. Statuit ſiquidem inter caetera, quae multo tempore poſt Beatus Gildas* [f] *ſcripſit, ut templa deorum & civitates talem dignitatem haberent, ut quicunque fugitivus ſive reus ad ea confugeret, veniam coram inimico ſuo haberet. Statuit etiam ut viae quae ad praedicta templa & ad civitates ducebant, necnon & aratra colonorum eadem lege confirmarentur.* Haec ille. *Hic pondera ac menſuras* (Polydorum [g] legis) *rebus vendendis emendiſque poſuit, fures & noxium omne genus hominum ſeveriſſime punivit, fecit quamplurimas vias, decrevitque in quam latitudinem fieri deberent, ac lege ſanxit jus earum ad principem tantum pertinere, ejuſque juris violatoribus pariter ac illis qui in iis maleficium aliquod facerent horrendas conſtituit poenas. Praeterea*

[a] Cicero lib. 2. de divinat. [b] Pontic. Virunnius lib. 1. [c] Prope vetuſtum in Devonia oppidum Totnes. [d] Bodin. met. ad hiſt. cap. 6. quem de gunaecocratia apud iſtam inſulam lege lib. 6. cap. 5. de republ. neque enim ſexum, inquit Tacitus, Britanni in imperiis decernunt in Vit. Agricol. [e] Galfred. Monu. lib. 1. cap. 16, & 17. [f] Polychronicon. lib. 2. [g] Ponticus Virunn. lib. 3. habet & ad aratra, &c. Polydor. Virg. Hiſtor. Angl. lib. 1.

ut

ut nec terra vacaret, neve populus rei frumentariae inopia premeretur, aut minueretur si pecora sola occuparent agros qui ab hominibus coli deberent, constituit, quot quisque comitatus aratra haberet, statuitque poenam illis per quos numerus diminueretur, ac vetuit jumenta quae aratro servirent a magistratibus abduci, vel assignari creditoribus pro debitione pecuniae, si debitoris (quod & Edwardi regis primi a Normanno constitutione est sancitum [a]) *bona alia superessent.* Istum in legibus de agricultura condendis imitati sunt superioris seculi reges Henrici septimus & octavus, illustrissimaque foelicis memoriae Elizabetha regina ; qui iis, quorum otiosa ac inculta sunt praedia (quod de Cyro scribit Xenophon [b]) poenas aliquatenus (comitiorum tanquam centuriatorum consensu) decreverunt. Dunvallonis demortui vicem haereditario jure egerunt filii Belinus & Brennus, cui natu minori, post varias de imperio gravesque disceptationes, septentrionalis regni pars (quam Belini Loegria, Cambria, & Cornubia coeli simul & soli amoenitate superabant) amicorum interventu obtigit. Quod & antiquo jure Trojanorum nitebatur, quo primogenitus (ut de Hectore natu majore Alexandro in Euterpe meminit Herodotus [e]) filiis post natis (hanc in Angliam revocarunt Normanni consuetudinem ; Cenethumque regem apud Scotos instituisse scribit Buchananus [c]) succedendo in universum jus defuncti praeponeretur. Sorte tamen sua minus contentus Brennus subsidium, quo fratris potentiam diminueret, ab Allobrogum duce (tentato prius domi bello) impetravit. Pugnam vero commissuros fratres Conuvenna matre (ut Romanos inter Volscos Volumniae preces olim dicuntur diremisse bellum [e]) luctu muliebri squaloreque obsita intercessu suo non solum armis desistere, sed firmam etiam inire concordiam persuasit. Post amores ergo arma simul & copias conjunxerunt, Gallias trajecerunt, Alpium montes transcenderunt Italiam, inprimis, Romam denique ipsam orbis (Athenaeo [f]) compendium, alterius orbis principes flamma ferroque devastarunt. Belinus vero postquam foelicia vidisset fratris auspicia (Brennus Macedoniam & Delphos petit) Britanniam est reversus. Leges hic quas pater condiderat, confirmat. Orta vero de publicarum jure viarum controversia : *Rex omne ambiguum* (Monumethensis verba [g]) *legi suae auferre volens convocavit omnes operarios totius insulae, jussitque viam ex caemento & lapidibus fabricari, quae insulam in longitudinem a Cornubio mari usque ad Cathenesium littus secaret, & ad civitates quae intra eam erant recto limite duceret. Jussit etiam aliam fieri, in latitudinem regni, quae a Menevia quae super Demeticum mare sita est, usque ad portum Hamonis extensa ad urbes intra ducatum constructas dirigeretur. Alias quoque duas ab obliquo insulae quae ad caeteras civitates aditum praestarent. Deinde sancivit eas omni honore, omni dignitate, jurisque sui esse praecipit, quod de illata super eas violentia vindicta sumeretur* [h]. Diluxit Belino supremus inde dies ; cujus exanim cadaver primo antiquam illam Phrygibus de combustionis sepultura (quam Heraclitum, qui ex igni omnia fieri statuit, ut Thaletem Milesium, qui originem omnium rerum aquam dixit, humationem jussisse aiunt) consuetudinem in Britanni passum est [i]. Excepit istum filius Gurguntius quem & Quintelinus, cujus uxor Martia ultr muliebre ingenium erudita Martianas leges prim constituit. Maritus vero cum fatis cessisset, Martia (quod septennis tantum erat communis eorum proles) diademate insignita est ; quae cum hac luce migrasset onus imperii Sisillio incubuit.

Kimarius deinde ejusdem filius regnat, quem excepit frater Elanius, quo demortuo, Mirindus Tanguestela concubina natus, qui tanquam furore bacchico in cives simul & hostes correptus regnum tamen strenue administravit. Quinque filios progenuit, quorum Gorbonius imperium, mortuo patre, suscepit. Justi & aequi princeps amantissimus, quippe qui plebi justitiam, diis templa maxime curavit. *Colonos ad agriculturam admonebat, ipsos ab injuria dominorum defendens* [k]. Naturae cessit Gorbonius, successit autem Archigallo frater, quem, quod regni nobiles infimi generis ac novis postposuit, heroes exuerunt diademate, Elidurumque fratrem eodem redimiverunt. Illi vero pius (quod & nomen sortiebatur) quinquennio post regno se abdicavit, fratrem restituit quem tamen demortuum deinceps excepit. Ambitiosi autem Vegenius & Peredurus fratres, collectis copiis, Elidurum in carcerem conjecerunt regnum inter se diviserunt, totum tandem, Vegennio mortuo, accrescendi jure Peleduro obtigit.

Cujus vitae filum cum Atropos abscidisset tertium Elidurus liberatus carcere, Britanniae rex acclamatur, qui morte sua justitiae virtutumque omnium exempla vivida dereliquit. Succedit filius Gorboniani, quem excepit Morganus Archigallonis filius : principes imperio digni. Dein Emerianus, qui, tyrannidem dum affectaret, regnum perdidit, suffectus Iduallo Vigenii filius : cui successit gnatus Peleduri, Geruntius huic Eliduri, isti vero Catellus, post Catellum Coilus Porrex, Cherinus, cujus filii tres Fulgenius Eldadus & Androgeus suuccessive regnarunt [l]. Exinde filius Androgei Eliud, Dedacus, Clotenus, Gurgineus, Merianus, Bledus, Capenus, Oenus, Sisillius, Blegabridus. *Hic omnes cantores,* ait Arthurius, *quos praecedens aetas habuerat, & in modulis & in omnibus musicis instrumentis excedebat, ita ut Deus joculatorum videretur.* Subsecutus est Archemailus frater, Eldon Region, Rodericus, Samuel, Peniset, Pir, Capoirus, Gliguelius, cujus filius Helius tandem quadraginta annis oneri imperii succubuit [m]. Tres sunt isti filii, Ludus sive Luddus (qui Caesari dicitur juxta quosdam Immanuentius) Cassivellaunus & Nennius. Helius fatis jam cesserat ; locum genitoris suscepit filius primogenitus,

[a] Stat. 13. Edw. 1. const. 2. cap. 20. Persimilis item est constitutio imper. Constantini ad univers. provinciales rescripta C. tit. quae res pignori obl. l. 7. executores. [b] Xenoph. Cyropaed. lib. 5. & in OEcon. [e] Herodot. lib. 2. [d] Buchanan lib. 6. Rer. Scot. [e] Plutarch. in Coriol. [f] Athen. Dipnosoph. lib. 1. cap. 15. [g] Galfred. lib. 1. cap. 18. [h] Higden. in Polychro. The Fosse. Watling-street. Erming-street. Ikeneld-street. [i] Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 3. Coel. Rhodigin. antiq. lect. lib. 17. cap. 21. [k] Galf. lib. 1. cap. 21. [l] Galt. lib. 1. cap. 22. [m] Vide not. Ric. Viti ad lib. 4. Histor. Britan, sed Joh. Prisc. in Def. hist. Brit. pag. 34. Immanuentium vult esse, Galfredo Tenacium.

quem

quem urbis Londini maxime restauratorem aiunt, novumque denominatorem. *Praecepit item civibus, ut domos & aedificia in eadem construerent, ita ut non esset in longe positis regnis civitas quae pulchriora palatia contineret.* Minorem vero aetatem filiorum Luddi demortui Androgei scilicet (quem Mandubratium esse Caesari scribunt) ac Thromantii, Cassivellaunus patruus suscepta regni administratione tutatus est. Malae fidei vero tutor sibi monarchiam arripuit; Androgeo tamen, ne prorsus nepotum intervertere haereditatem videretur, Cantium, Thromantio reddidit Cornubiam. E Galliis jam Julius Caesar spe primo margaritarum, quae ibidem genitae sunt commotus, deinde hostiliter Romanus dux Britanniam petiit [a]: Sed

Territa quaesitis ostendit terga Britannis.

Quod cum bis fecisset (bis tamen penetratam ab eo insulam aulice scribit Velleius Paterculus [b]) gaudio jam elatus Cassivellaunus proceres Britanniae Trinovantum in urbem cum uxoribus accersit, ut sacrificia diis, supplicationes, solennia libamina celebrarent; ne numini, quod ab imminente malo insulam liberarat, ingrati viderentur. *Diversa sacrificia facientes occisioni pecudum indulserunt, litaverant ibi quadraginta millia boum, & centum millia ovium, diversorumque generum volatilia quae sub numero non facile cadebant. Praeterea triginta millia silvestrium ferarum cujuscunque generis collectarum* [c]: tot myriadibus antiquarum gentium hecatombas isti superabant. Quibus & tuum, lector, numen habeamus placatum, dum paululum a serie temporum digressi (cum Romanorum jam & quasi publica fide editorum testimonia proxime suppeditentur) administrationis Britannicae reipublicae speciem circa Caesaris adventum, dynastarum item philosophorumque in eadem mores exinde subnectamus.

CAP. III.

Quamnam juxta imperii formulam Britannica respublica fuerit antiquitus digesta.

SUAM ut liberent fidem qui monarchicam istam longe protracto stipite, reipublicae formam deduxerunt, eamque ulterius (quod infra ostenditur) propagarunt, merito quis eos interpellet; cum longe aliam a regno status speciem si C. Caesaris authoritati recentiorumque doctissimorum conjecturis magis, ut par est, credamus, tunc temporis hic floruisse facile possit probari. Imminentibus etenim, quae Caesaris adventus minabatur, periculis, insularium eorumque, penes quos erat reipublicae administratio, externus timor maximum concordiae vinculum, quamvis suspectos infensosque inter se, jungebat animos; *Summa imperii, bellique administrandi communi consilio permissa est Cassivellauno* [d], *cujus fines a maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Thamesis a mari circiter millia passuum LXXX. Huic superiori tempore cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant, sed nostro,* inquit Caesar, *adventu permoti Britanni hunc toti bello imperioque praefecerant.* Eodem item libro idem author: *Dum haec in his locis geruntur, Cassivellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstravimus, quibus regionibus IV. reges praeerant, Cingetorix, Carvilius, Taximagulus, Segonax, nuntios mittit.* Vides, lector, unum angulum illius insulae tetrarchas gubernasse, quam tamen monarchae a temporibus, si diis placet, Arcadum subjecisse Britannicae historiae sarcinatores scriptitant. Nec tamen forte regio nomine ob angustos imperii fines digni sunt illi quatuor censendi, quos Caesar ut tot reges debellasse videatur, *Reges vocat, cum tantum,* ut ait Camdenus [e], *reguli fuerint vel melioris notae nobiles.* Sive vero principes, reguli, praesides, quibuscunque denique nominibus sunt compellandi; penes quos erat singulos in fines insulae potestas, facile convincitur penes unum imperium minime fuisse. At vero non abs re fuerit, si tunc temporis universas civitates uni imperatori obtemperasse asseruerit quispiam, modo recte & ad fidem historiarum istud intellexerit. Fuisse enim quendam (quemadmodum olim apud Lacedaemonios harmosten, Melitenses archonta, Romanos dictatorem) cui periculis belli imminentibus (institutum sane a politicis maxime laudatum) summa imperii commissa fuit cum Cassivellauni exemplo tum aliis argumentis probatur [f]. Ex quo enim primum similes omnimodo Gallis Britannos esse post Caesarem tradit Cornelius Tacitus [g], judicioque eruditissimi G. Camdeni, reipublicae formam eandem utramque gentem sibi descripsisse eosdemque mores ipsos imbibisse, retinuisse, affirmatur; quidni & Britannos adjacentesque Gallos fere quasi συμπολιτείας tantorum nixi authoritate virorum asseremus? Cum vero multorum in Galliis regulorum nomina qui civitatibus praeerant numerasset Caesar, tandem eorum concilium (in quo quod apud Britannos Cassivellauno, idem Vercingetorigi obtingit) commune sic descripsit: *Re in controversiam deducta totius Galliae concilium Bibracte indicitur: eodem conveniunt undique frequentes multitudines, suffragiis res permittitur: ad unum omnes Vercingetorigem probant imperatorem* [h]. Haec Caesar. Cui Strabonem addemus. *Plurimas,* inquit ille [i], *civitatum primores gubernant, ducem unum primis temporibus ad annum deligentes, sicut & in bello unus a multitudine designabatur imperator.* Discerpunt ista frustatim apud Gallos monarchiam: quorum item reguli, plenius in incolas seu cives jus singuli non habuerunt, quam reges olim Lacedaemoniorum, qui ab Ephoris a Theopompo constitutis aureis catenis ad thronum religati (prout hodie dux Venetiarum) speciem tantum summi imperii sustinuerunt,

[a] Tranq. in Vita Jul. Caes. cap. 47. Lucan. lib. 2. [b] Patercul. hist. libr. 2. [c] Galfred. libr. 1. de gest. Brit. cap. 24.
[d] Caesar de bello Gallico, lib. 5. [e] Camden. in Cant. [f] Machiav. ad Liv. lib. 2. cap. 33. [g] Tacit. in Vita Agricolae.
[h] Caesar. lib. 7. de bello Gall. [i] Strabo Geograph. lib. 4.

runt. Nec haereditario jure, ut maxime videtur, ſed a populo propter juſtitiae opinionem (quod de antiquis Medorum regibus ſcribit Herodotus [a]) hujuſmodi poteſtates deferebantur. Privatos enim multos, quorum patres regnum in quibuſdam civitatibus (civitatem autem Caeſarem vocare ſemper populum eodem jure utentem in Trinobantibus adnotat Camdenus) obtinuerant, ut Caſticum Catamantaledis filium cujus pater in Sequanis regnaverat, Piſonem Aquitanum cujus avus imperaverat, Taſgetium cujus majores apud Carnutes gubernaverant in Commentariis ſuis Julius ille recenſuit [b]. Imo & apud Britannos Mandubratii (quem tamen, ut diximus, aiunt fuiſſe Androgeum) adoleſcentis meminit, cujus pater Immanuentius in Trinobantum civitate firmiſſima, hunc autem eſſe quidam autumant Luddum, regnavit. Integra ſibi ſit cujuſque fides de principalibus, quos vitae termino diximus a toto ſtipite excidiſſe; ſola etenim ſimilitudine rerumpublicarum nititur. Quod autem ad τὸ πολύαρχον attinet, poſt authentica Caeſaris ſcripta recentiorum chorus plerumque id ipſum affirmat. Fuiſſe enim per id tempus Britannicae rei gubernandae formam cenſet Polydorus [c], *Qualis in praeſentia eſt Italiae, Germaniaeque, ubi aliae civitates ab uno principe, aliae a nobilitate, aliae a populo reguntur; eos, quos reges vocant, fuiſſe potentiores inter alios, qualis fuit Caſſivellaunus, qui ob id rex dictus erat.* Aſtipulantur & Joannes Twinus [d], Guilielmus Camdenus [e]; imo & David Povellus [f] Cambro Britannus hanc inſulam, *a tempore Dunvallonis Molmutii in plures principatus ſemper fuiſſe diſtributam, & pluribus regulis ſupremam & mandandi & judicandi authoritatem in ſuis provinciis obtinentibus, fuiſſe gubernatam* dijudicat. Abillinc etiam ſubſequenti ſeculo, quod ſcriptis ſuis inſigniverunt Dio Caſſius [g], & Cornelius Tacitus [h], Icenos habuiſſe Proſutagum, Sylures Caratacum, Brigantes Cartiſmanduam, Jugantes Venutium reges, alioſque civitates alios iiſdem authoribus eſt certiſſimum. Quod fortaſſis innuit Porphyrius, *Ille rabidus orientalis adverſus eccleſiam,* ut ait Gildas [i], *canis cum dementiae ſuae ac vanitatis ſtylo hoc etiam adnecteret: Britannia fertilis provincia tyrannorum: quod non quidem de iniquis principibus,* ait Twinus [k], *ſed verius de regum multitudine, ut Eraſmo placuit, intelligendum eſt.* Ac eouſque ſe protendebat illa πολυκοιρανία Britannica, ut regibus tandem incolae dedignarentur parere, ſed exorta ex inobedientia quaſi confuſione, quae

-------- πόλεις ὄλλυσιν ἠδ' ἀνάστατους
Οἴκους τίθησιν [l] --------

per principes factionibus & ſtudiis ita trahebantur, ut dum ſinguli pugnabant, univerſi a Romanis vincerentur. Sed de his ſatis ſuperque, ariſtocratica reipublicae forma ſic conſtituta, magis particularem tum ſacrorum tum prophanorum adminiſtrationem ſimul &, quoad fieri poteſt, auxilio antiquorum inſtitutionem proxime diſpiciamus.

CAP. IV.

Druidum, Saronidum, Bardorum mores ſimul ac diſciplina, tam ſacra, quam profana. Ejuſdem cum Pythagoricis parallelismus.

PRiuſquam radiorum vere divini luminis in hoc orbis angulo concurſus diſſipaſſet errores, quibus ante adventum Meſſiae incarnati humanum genus adſtrictum obligabatur, *in Britannia fuiſſe,* ſcribit Gildas [m], *portenta, ipſa diabolica pene numero AEgyptiaca vincentia: quorum,* inquit ille, *nonnulla lineamentis adhuc deformibus intra vel extra deſerta moenia, ſolito more, rigentia torvis vultibus intuemur.* Antiquis autem illis, quae ſunt inſtitutae, ſectis, quae nempe ſacerdotum philoſophorumque ſunt hic inſignitae nomine, ſuam, in hac inſula originem illos portentoſos & diabolicos mores debuiſſe facile quis judicaverit. Primos vero (nec enim juxta ſcriptoris fidem iſtud referre pigebit) ab illo Celtarum regum primo & ſapientiſſimo Samothe, quem & Ditem appellarunt, philoſophos *Samotheos,* ut & incolas nomen deduxiſſe ſcribit Annius de Viterbo [n]. Cum tamen alio nomine Semnothei apud Diogenem Laertium memorentur. Scriptum enim reliquit, *Quemadmodum apud Perſas Magos, apud Aſſyrios Chaldaeos, apud Indos Gymnoſophiſtas philoſophiae fuiſſe principes, ſic apud Celtas ſeu Gallos Druidas, & qui Semnothei appellabantur: qui, ut ait Ariſtoteles in Magia & Sotion in* XXIII. *ſucceſſionis libro quod divini humanique juris peritiſſimi ac propterea religionibus maxime dediti fuerunt* Σεμνόθεοι *quoque ſunt appellati* [o]. Samothis nepos Sarron, qui ut ferociam hominum contineret publica ſtudia literarum inſtituit, patronymicum nomen Σαρωνίδας produxiſſe creditur. Quorum meminit Diodorus Siculus [p]. Philoſophi, inquit, quoque ac theologi quos vocant Saronidas praecipue ab illis, ſcilicet Gallis, coluntur. Eorundem tamen nomen Guilielmus Camdenus exinde deduxit, quo Plinius [q] Sinus Saronici in Achaia, *qui olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Graecia antiqua appellante quercum.* Nec ab iſtis alios fuiſſe Druidas exiſtimat eruditiſſimus ille, cum ab eodem etymo utrumque nomen videatur profluxiſſe. Tametſi enim a Druide Celtarum rege nomen Druidum diſciplinaeque inſtitutionem petierint aliqui [r], illi tamen ἀπὸ τοῦ δρυὸς, quercu ſcilicet, idem emanaſſe nomen recte ſentit. Antiquum enim hujuſce habet authorem C. Plinium [ſ], qui in Naturali ſua hiſtoria, *Nihil habent,* inquit, *Druidae (ita ſuos appel-*

[a] Herodot. in Clio. [b] Caeſar. Com. lib. 1. 4. & 5. [c] Polydor. hiſt. Angl. libr. 2. in prooem. [d] Twin. lib. 1. de reb. Albionicis. [e] Camden. in primis incol. [f] D. Povel. in epiſt. ad Guil. Fleeter. de reconcil. hiſt. Brit. quem vide. [g] Dio Caſſ. lib. 60. &c. [h] Tacit. Annal. lib. 12. & 14. [i] Gildas in epiſt. de excid. & conq. Brit. [k] Twin. lib. 1. de reb. Albionicis. [l] Sophocles. [m] Gildas in epiſt. de excid. & conqueſt. Brit. [n] Annius de Vit. ad lib. 4. Beroſ. Caius antiq. Cant. lib. 1. [o] Laert. in praefat. ad lib. de vit. phil. [p] Diodor. lib. 6. de fab. antiq. geſtis. [q] Plin. Nat. hiſt. lib. 4. cap. 5. [r] Sed vide Geograph. Strabonis, lib. 4. [ſ] Plin. lib. 16. cap. 44.

lant

'ant magos) visco & arbore in qua gignatur 'si modo sit robur) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Graeca possint Druidae videri. Enimvero quicquid adnascatur illis e coelo missum putant, signumque esse electae ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inventu & repertum magna religione petitur: & ante omnia sexta luna, quae principia mensium annorumque his facit, & seculi post tricesimum annum quia iam virium abunde habeat, nec sit sui dimidia. Omnia sanantem appellantes suo vocabulo, sacrificiis epulisque rite sub arbore praeparatis, duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce aurea demetit. Candido id excipitur sago; tum deinde victimas immolant, precantes ut suum donum Deus prosperum faciat his quibus dederit: foecunditatem eo poto dari cuicunque animali sterili arbitrantes, contraque venena omnia esse remedio. Hactenus ille Plinius. Quanta religione observarunt hi arbores querceas, satis hinc habemus testimonii, unde consonum & exinde nomen traxisse. Quanam vero ductos ratione putemus? An qua Romani qui civicam e fronde querna voluerunt esse coronam (qua tantus quidem honor habitus est, ut melius sit Lucullo visum, Romanum ex hostium manu vindicare, quam omnibus hostium bonis potiri) quoniam cibus victusque antiquissimus (unde Arcades juxta Pythiae oraculum Βαλανηφάγοι sunt dicti) querceus, juxta Plutarchum & Agellium [a], capi solitus sit? An quod Jovi sacratam illam antiqui habuerunt arborem? Imo quidni ab ipso veri Jovis seu Juvantis patris cultu aliquatenus istud pullulasse ariolemur? Legimus enim [b] patriarcham illum angelos tres a Domino Opt. Max. missos tenui in querceto Mamre excepisse convivio *In fastigiis*, inquit Hosea [c], *montium sacrificabant, & in collibus incensum adoleverunt sub quercu, populo, & tilia eo quod ejusdem bona sit umbra*; de Israelitarum a divinis statutis defectione loquitur.

Cum denique adolevisse idololatras, qui neglecto vero Deo alienos sequebantur, incensum in excelsis atque in collibus, in lucis [d], & sub omni arbore frondosa (quae ut maxime observavit Ahaz filius Johtham rex Jehudae, ita penitus piissimus ille Hiskija dissipavit & contrivit) sacrae passim testentur literae, sacrificia quidni illorum diis adulterinis celebrata, supplicationesque factas in quercetis plerumque fuisse colligamus? Unde vero, inquis, istud? Eadem certe conjectura nixi, qua politissimus ille Justus Lipsius [e] qui Servatoris nostri crucem e quercu fuisse (post fidem eorum, qui frusta illius sacratissimi ligni quercea afferunt) exinde censet, *Quia crebra & frequens in Judaea olim & nunc quoque illa arbor.* Quorsum autem ista? Quid cum Judaeis orientalibus, occidentales Druidae? ceremoniarum participationem haud admittit distantia situs. Cum vero disciplina illorum philosophica, studiorumque institutiones, ut inferius dicetur, in pluribus quidem ab antiqua illa Italica secta minime discreparint, sed ad amussim Pythagorica quasi videantur esse dogmata, Pythagorae certe peregrinationes in oras orientales has occidentaliores religionibus sacrisque plurimis, quippe quem primum ἱερὰ ἱδρύσασθαι scribit Laertius [f], ditasse, ac ornasse, nec tamen in scriptis ea reliquisse censendum est.

Is etenim genere Samius in Italia temporibus iisdem fuit, quibus L. Brutus patriam liberavit [g]; circa scilicet Olympiadem LX. *Coetusque juvenum habuit*, ait Livius [h], *aemulantium studia doctrinae.* Peregrinatus vero primum ac juvenis est varie in AEgyptum ad Memphiticos vates, ubi Plutarchus [i] OEnuphim AEliopolitam, Clemens autem Alexandrinus [k] Sonchedum archiprophetam illum audiisse tradiderunt. Babylonem etiam adiit, magos Persarum, atque adeo Nazarethi Assyrii discipulum fuisse (qui nonnullis Ezechiel vates) apud Clementem narratur. Imo testimonio Flavii Josephi [l] contra Appionem Hermippique apud eundem, *Non solum novit antiqua Judaeorum instituta, sed etiam in multis sequutus est ea & aemulatus, plerumque a Judaeis in suam philosophiam transtulit.* Ex quo Cabalae utrasque partes physicam scilicet Bresith, quae in naturalibus causis allegorice adumbratis tota est disquirendis, super coelestem item Mercana, quae divinam angelicamque substantiam abditissimasque rerum a sensu separatarum naturas anagogice indagat. Pythagoram a Judaeis recepisse verumque Cabalistam, scribit Joannes Reuchlinus [m], nominandum fuisse. Ut autem Hebraeorum antiqui authores Cachamim i. *sapientes* sunt dicti, sic & ille modestius tamen cum intellexisset nullo humano studio posse ad sapientiam perveniri ideoque non oportere, quod ait Firmianus Lactantius [n], incomprehensae atque imperfectae rei perfectum nomen imponi, *philosophum* i. *sapientiae studiosum*, sese denominavit [o]. Quemadmodum vero Cabalistae pleraque abstrusioris Rabbinorum doctrinae capitula hoc firmant dicto אמרו חכמים i. *dixerunt sapientes*, ita & Pythagoricorum praejudicatam, quam ait Tullius [p], opinionem illud Αὐτὸς ἔφη, i. *ipse dixit*, perpetuo firmam sanciebat. Quod libentius intexuimus, conjecturamque superiorem facilius credimus, quum non solum Ammianus Marcellinus [q] studia sua Pythagorae quasi decreto sodalitiis astrictos consortiis Druidas instituisse scribit, sed etiam plurimae eorundem theses quae Pythagorica dogmata simul & Judaicas superstitiones (quarum faeces aeque ac veram Cabalam forte imbibit) maxime redolent, ab antiquis, praecipue vero C. Julio Caesare [r], recensentur. Enumerat autem ille eorum qui apud Gallos *in aliquo fuerunt numero & honore duo genera; alterum e-*

[a] Plutarch. in Luc. Herod. lib. 1. Plutarch. in vit. Coriolani. A. Gell. Noct. Attic. lib. 5. cap. 6. Plutarch. quaest. Rom. 92. [b] Genes. cap. xviii. [c] Hos. cap. iv. [d] Lib. 4. Regum, cap. xvi, & xviii. [e] Lips. de Cruce, lib. 3. cap. 13. [f] Laert. lib. 8. de vit. philos. [g] Cic. in Tuscul. quaest. lib. 1. & 4. [h] Liv. lib. 1. ab V. C. [i] Plutarchus in lib. de Isid. & Osir. [k] Clem. Alex. Stromat. lib. 1. [l] Joseph. lib. 1. contra App. Gram. [m] J. Reuchlinus in lib. 2. de arte Cabalistica. [n] Lactant. de fals. sapient. lib. cap. 2. [o] Laert. de vit. philos. lib. 3. Reuchlin. ubi supra. [p] Cic. de natura Deor. lib. 1. [q] Amm. Marcel. lib. 15. [r] Caes. lib. 6. de bell. Gall.

quitum qui Marti sese totos dicabant; alterum vero Druidum, qui rebus divinis intersunt, sacrificia publica & privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque ii sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, & si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de haereditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, praemia poenasque constituunt. Prodiisse Zaleucum & Charondam, quem sui temporis multum superasse legislatores scribit Aristoteles [a], constat laudatissimos qui non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagorae tacito illo sanctoque, ut ait Seneca [b], recessu didicerunt jura. *Si quis aut privatus,* Caesarem audis, *aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum ii numero impiorum ac sceleratorum habentur, ab iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet authoritatem: hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate succedit; at si sunt plures pares, suffragio Druidum adlegitur; nonnunquam etiam de principatu armis contendunt. Ii certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato; huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt; eorumque judiciis decretisque parent. Disciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata esse existimatur, & nunc qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo discendi causa proficiscuntur.* Sed Juvenalis [c]:

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Druides a bello abesse consueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt: militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis & sua sponte multi in disciplinam conveniunt, & a propinquis parentibusque mittuntur, magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque nonnulli annos vicenos (post tot ad amussim annos, quae Vestalium studiis incubuerant alios docendi munus obire potuerunt [d]) *in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus publicis privatisque rationibus Graecis literis utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgus disciplinam efferri velint, neque eos qui discunt literis confisos minus memoriae studere. Quod fere plerisque accidit, ut praesidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant.* Quid autem Pythagoras? nonne arcana sua inanimatarum, ut ait Plutarchus [e], fidei literarum committere semper abhorruit? ut nec quidpiam scripti (contra Laertium qui in Vita Platonis triplicem illius librum meminit) posteris illum rel quisse Plutarchus idem & Flavius Josephus [f] con stanter affirmarint. Imo nec illa, quae circun feruntur, Aurea carmina, sub ejusdem nomine, a ipso, sed a discipulis illius censet post alios Lip sius [g] divulgata. At ulterius Caesaris verba leg mus: *In primis hoc volunt persuadere: No interire animas, sed ab aliis post mortem trans re ad alios, atque hoc maxime ad virtutem ex citari putant, metu mortis neglecto.* Quod a Druidas Lucani [h] apostrophe eleganter describit.

Et vos Barbaricos ritus, moremque sini strum
Sacrorum Druidae positis repetistis ab ar mis;
Solis nosse Deos & coeli numina vobis
Aut solis nescire datum [i]*: nemora alta r motis*
Incolitis lucis: vobis auctoribus umbrae
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profun
Pallida regna petunt, regit idem spiritu artus
Orbe alio. Longae, canitis si cognita, vit
Mors media est: certe populi quos despic Arctos
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus: inde r endi
In ferrum mens prona viris; animaeq capaces
Mortis; & ignavum est rediturae parc re vitae.

En plane & plene Pythagoricum. Ad abste gendum enim mortis timorem, ac ad justiti cultum humanis animis inculcandum Plato lic & Cicero post delineatas suas rerumpublicaru formas, doctrinam de immortalitate animae ma ime duxerint idoneam, deque eadem scriptor inter Graecos praecipuus fuerit idem Plato, p blicum tamen, & antiquiorem hujusce assertore (qui primum dixerit Homero [l] suum detrectat h norem) Pythagoram fuisse liquido constat. Quo Aureorum carminum author quisquis fuerit, ed cuit [m]:

Ἢν ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ᾽ ἐλεύθερον ἔλ θῃς,
Ἔσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτ θνητός.

De metempsychosi vero seu animarum tran migratione quemnam priorem, quemnam aliu habemus authorem? Dubium Lipsio, an a Pytha gora Druides istam opinionem hauserint, an po tius ipse ab illis; cum Clementis Alexandrini authoritate Gallos ille audiisse & Brachmanas di catur. Mutua tamen inter se thesium, mathe siumque communicatio minime fit his exempli nobis dubia. *Quinetiam Judaei posteriores ho errore sunt persusi* [o]*: quod Justinus Martyr n tat & Thalmudistae profitentur. A qua caus*

[a] Arist. Polit. lib. 2. cap. 10. [b] Senec. ad Lucill. epist. 90. [c] Juvenal. Satyr. 6. [d] Plutarch. in Num. Fo
[e] Plutarch. in Vit. Numae & Alexandri. [f] Joseph. libr. 2. contra Appion. Gram. [g] Lips. Manuduct. ad Stoic. philos. lib. differt. 6. [h] Lucan. Pharsal. lib. 1. [i] Quod de Pythagoricis ut omnia quae animam corpori affigerent, devitarent, scri Porph. in lib. de abstin. anim. Macrob. in lib. 1. ad som. Scip. cap. 1. [k] Maxim. Tyrius ser. 28. [l] Odyss. lib. 1
[m] Pythagorae ascripta χρυσ. ἐπ. in fine. [n] Clem. Stromat. lib. 1. [o] Lips. Physiolog. Stoic. lib. 3. differt. 12.

n sacris nostris libris [a] *opinati scribuntur Chri-um esse aut Jeremiam aut Eliam.* Ad C. Cae-arem rursus redeamus. *Multa praeterea de sy-cribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum nagnitudine, de rerum natura, de deorum im-nortalium vi ac potestate disputant, & juven-uti transdunt.* Ipsissima sunt ista testibus Ovi-lio [b], Laertio & Luciano, Pythagorae studia. *Vatio est omnium* (Caesaris iterum verba) *Gallo-um admodum dedita religionibus, atque ob eam ausam, qui sunt affecti gravioribus morbis, quique n praeliis periculisque versantur, aut pro victimis omines immolant, aut se immolaturos vovent, dministrisque ad ea sacrificia Druidibus utun-ur; quod pro vita hominis, nisi vita hominis eddatur, non posse aliter deorum immortalium nu-nen placari arbitrantur: publiceque ejusdem ge-eris habent instituta sacrificia: alii immani ma-nitudine simulacra habent, quorum contexta vi-ninibus membra vivis hominibus complent, qui-us succensis circumventi flamma exanimantur omines.*

Tantum relligio potuit suadere malorum [c].

Immanem illam ac barbaram execratur Cice-o [d] consuetudinem, quae humanis hostiis deo-um aras funestavit. *Quali,* inquit, *fide, quali pietate existimatis eos* (Gallos) *qui etiam deos mmortales arbitrentur hominum scelere & san-uine facile posse placari? ab his quidquam san-te aut moderate dictum putabitis?* Cur non ab iis, M. Tulli? huic tantum nationi, cum & exte-ae gentes, imo tua, humano sanguine aras Di-um imbuerent, fidem idcirco diminues? Beatis-imum, nosti tu, qui oratorie tantum id dixeris, pud Massagetas fuisse mortis genus cum patres am senio confecti a filiis immolarentur. Iphige-iam Agamemnonis filiam Dianae Aulidensi sa-ratam cantant Graeci [e]. Diti humana capita, aturno virorum victimas in sacrificiis intulerunt ntiqui Itali oraculi illius [f],

Καὶ κεφαλὰς [g] Ἅδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα,

homonymia obcaecati, usque dum Herculis (ut in Fastis Ovidius, Macrobius [h], & Varro testantur) per Italiam Geryonis boves abducturus, eos ut faustis sacrificiis infausta commutarent, Ditique os-cilla ad hominis effigiem arte simulata offerrent, Saturnias autem aras non mactando viros, sed accensis luminibus (quae quidem τὸ φῶς plurali-er aeque ac homines Graece interpretatur) exco-erent, persuaderet. Carthaginienses item ab Aga-hocle rege Siculorum victos, ut iratum Deum sibi nagis propitium ac placatum haberent ducentos nobilium filios immolasse e Pescennio Festo scri-bit Lactantius [i], qui, *Nec Latini,* inquit, *hujus mmanitatis expertes fuerunt: siquidem Latia-is Jupiter etiam nunc sanguine colitur humano. Et Galli ipsi Esum atque Teutatem humano cruore placabant.* De occiduis gentibus ista sunt testimonia. Quid de Judaeis antiquis? filios suos crebro per igneas flammas transitu Molecho tan-dem immolarunt [k]. Id vero tantum idololatrae. Obtulit autem judex Israel Jiphthah filiam juxta votum suum Domino Deo Opt. Max. in holo-caustum; negant Hebraei immolatam eam fuisse, sed a consortio, aiunt, hominum ita reclusam ut ab istinc *venirent filiae Israel ut consolarentur,* seu colloquerentur (quod aeque ac plangerent לתנות significat) *cum filia Jiphthah quatuor die-bus per annum* [l]. At vero, inquis, quid ista cum Pythagora? An cujus disciplina ab esu simul ac caede brutorum animalium esse abstinendum docuerit, strictis tamen gladiis humanum sangui-nem extorquere sectatores suos pateretur? Quid-ni certe? Aptius enim diis nil potuit destinari quo placarentur, quam quod maxime divinam (idque eorundem sententia) originem, immorta-lemque essentiam habuerit, quodque inter alia sui generis fuerit optimum. Quale quidem est un-diquaque omnia humana & in homine; cum eae quae per metempsychosin Pythagoricam ad bestiarum informationem e coelo fuerant detru-sae (ut de divitum animis in asinos, quos indies agitarent flagellarentque pauperes, emissis ad cer-tum tempus scribit Lucianus [m]) quippe quae ter-restribus sese nimis immiscuerant faecibus, coe-lesti ac divino Numini quae dicarentur, minime fuerint dignae. Dira tamen forte caedes videtur ob humani fluxum cruoris; impium sacrificium, quo dum religionem stricte colunt, eam tamen prius tanto scelere violant. Christianis quidem sic sentiendum. Prorsus aliter antiqui illi, qui-bus, cum nefas esset caetera sacra violari, homi-nem tamen sacrum fas fuerit occidi, cujus rei causam sic habes e Macrobio [n]. *Veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines deorum, quibus esset sa-crum: animas vero sacratorum hominum quos Graeci ζωάνας vocant, dis debitas aestimabant. Quemadmodum igitur quod sacrum ad deos ipsos mitti non poterat, a se tamen dimittere non dubitabant; sic animas quas sacras in coelum mitti posse arbitrati sunt viduatas corpore quam primum illo ire voluerunt.* At magis horrenda usi sunt Galli illi anthropomantia cui praefue-runt item Druides [o]. *Cum de rebus magnis* (Dio-dori verba) *consulunt, mirabilem, incredibilemque servant consuetudinem; jugulant enim ense ho-minem: quo decidente, tum ex casu, tum ex membrorum laceratione, tum etiam ex sanguinis fluxu ex quadam antiqua rerum observatione no-runt futura. Est apud eos moris, nullum absque philosopho sacrificium facere. Existimant enim per divinae naturae conscios sacra fieri oportere, tanquam diis propinquiores.* Immanis iste vere mos, quem cum inspiciendis saepe puerilibus ex-tis adhibuisset spurcissimus ille Varius Antoninus imp. per scurras ipse tandem misere occisus, per plateas tractus, in latrinam etiam (tanti facinoris praemium) est ejectus. Quae vero apud Caesa-

[a] Evangel. Matth. cap. xvj. [b] Ovid. Metam. lib. 14. [c] Lucretius lib. 1. [d] Orat. pro M. Fonteio. [e] Herodot. in Clio. [f] Euripid. in Iph. [g] Κρονίδῃ. [h] Macrob. in Sat. lib. 1. cap. 7. [i] Lactant. Divina nstit. lib. 1. cap. 21. [k] Levit. cap. xviij. lib. 4. Reg. cap. & xxiij. Sap. xiv. 22. [l] Lib. Judic. cap. xj. 40. [m] Lucian. in Necroman. [n] Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 7. [o] Cruore captivo adolere aras & hominum fibris consulere eos fas habebant. Tacit. libr. 14. Ann. Diodor. Sicul. de antiquit. fab. gest. lib. 6.

rem ſequuntur audiamus [a]. *Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio aut aliqua noxa ſint comprehenſi, gratiora diis immortalibus eſſe arbitrantur: ſed cum ejus generis copia deficit etiam ad innocentium ſupplicia deſcendunt. Deum maxime Mercurium colunt, hujus ſunt plurima ſimulacra: hunc omnium inventorem artium* (quibus & praeeſt ſecundum antiquos Chaldaeos & recentiores aſtrologos) *ferunt. Hunc viarum atque itinerum ducem* (quod alias item ſenſiſſe gentes oſtendit illud Theocriti [b]:

Ἑρμέω ἀζόμενος δεινὼ ὄπιν ἐνοδίοιο.)

Hunc ad quaeſtus pecuniae mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur. Poſt hunc Apollinem, & Martem & Jovem & Minervam, de his eandem fere quam reliquae gentes habent opinionem, Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum tranſdere, Jovem imperium celeſtium tenere, Martem bella regere. Huic cum praelio dimicare conſtituerunt ea quae bello ceperunt plerumque devovent, quae ſuperaverint animalia capta immolant, reliquaſque res in unum locum conferunt, multis in civitatibus harum rerum extructos cumulos locis conſecratis conſpicari licet; neque ſaepe accidit, ut quiſquam, neglecta religione, aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet, graviſſimumque ei rei ſupplicium cum cruciatu conſtitutum eſt. Galli ſe omnes ab Dite patre (quod nomen fuit etiam Samothi apud Beroſum) *prognatos praedicant, idque a Druidibus proditum dicunt, ob eam cauſam ſpatia omnis temporis non numero dierum ſed noctium finiunt, & dies natales & menſium & annorum initia ſic obſervant ut noctem dies ſubſequatur.* Antiquiſſimus ſane & fortaſſis naturae maxime conſonus mos. Antiquiſſimus autem; nam Moſaicae diſciplinae: *A veſpera* (inquit SS.) *uſque ad veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra* [c]. Nec alia ſupputatione fuit ſynecdochice triduo Chriſtus Deus in ſepulchro. Naturae vero conſonus. Nam eadem quaſi dictante, videtur obſervandus. Primo etenim, qui jucundiſſimis naturae theoriis geniis ſuis ſtudent placere, analogicas omnimodo eſſe diei naturalis & anni tropici qualitates edocuerunt [d], cum etiam ſub utriſque mundi polis totus annus unus, quaſi dies (ſemeſtris ſcilicet nox, ſemeſtris dies) eſſe videatur. AEquinoctiali vero menſi (qui *Tiſri*, vox Chaldaica, Hebraeis dicitur) qui circa ſolis erat in dodecatemorion librae, ingreſſum, autumnali ſcilicet tempore (quod primarum quas aiunt, qualitatum temperamento veſperae diei naturalis, ſecundum attributionis analogiam maxime convenit) teſtimonia ſacrarum literarum, Flavius Joſephus, Hebraeorum plurimi, Lyra, Joannes Picus Mirandula, Bodinus, Pererius, & alii incunabula mundi videntur attribuere. Sed aſtrologis potius penitius introſpicientibus acquieſcendum.

Facta, item inquit Moſes [e], *eſt veſpera*, pri ma ſcil. *& factum eſt mane*, ſecunda pars die naturalis, *dies unus*. Quam Geneſeos particu lam (adverſus D. Auguſtinum, Baſilium, Ambro ſium, Chryſoſtomum, magiſtrum Sententiarum ac Benedictum Percrium) Toſtatus [f], Eugubinus [g], Catharinus, Artopaeus, Bodinus, & Otho Cal mannus [h], convincere veſpertinum tempus tan quam communem eſſe cujuſlibet diei naturali praecedentis & ſubſequentis terminum conſtante aſſeruerunt. Gruibus autem alte volitantibus aſtrologis inquam, majorem etiam in iſtis fort quis fidem habendam judicaverit. Aſſentiunt au tem illi Chaldaeis; ortum ſolis diei naturali principium conſtituunt, horas inaequales (qua aſcenſionibus ſignorum medietatum juxta po quamlibet elevationem diſtinguunt) eo diſtribuun modo, ut cujuſvis diei planeta denominator ſi ſimul & primae ejuſdem diei horae temporalis de minator [i]. Ex quo ipſius artis divinatricis prae cepto dici dari planetariam quandam praerogat vam videmus. Undenam autem iſtud illi? A diabolicis, ut quidam aiunt, fallaciis obcaecati deorum gratiam nominibus ſancta ſabbathi no mina ac dominici commutarent? An recenter in ter Chriſtianos ortum? nec apud AEgyptios (quo rum amplecti doctrinam non dedignatus eſt Mo ſes) notum? haud temere quidem affirmandum. Habemus enim antiquiſſimos AEgyptios [l] Petoſi rin & Mecepſonem, qui teſte Julio Firmico ſe culi AEſculapium & Anubium, quibus potentiſſi mum Mercurii numen aſtrologiae ſecreta commi ſerat [m], mundi genituram ſine aequali modo con ſtituerunt; ut horoſcopi cuſpis eſſet decimaquint pars cancri, eademque leonis infernae porta principium terminaret; in qua ſolaris orbis cen trum poſuerunt, quindecemque ad gradus zodia ci infra horizontem depreſſerunt. Jam vero, cum mathematici crepuſculum matutinum incipi de monſtrarint, cum ſolis centrum inter & horizon tem, verticalis circuli per eadem tranſeuntis ar cus octodecim, ut N. Copernicus [n], vel novem decem graduum, ut Alhazen [o], intercipiatur quidni antiquos illos (dum ſolis maximam eccen trotetam, quae tum fuit, perpetuam fuiſſe ſimul & fore forte cogitarint; quae quo major, eo ſimu & majorem telluris umbram conicam optici demonſtrant) diem naturalem a crepuſculi initio auſpicatos fuiſſe cenſeamus? Quidni hinc horam primam diei ſolis (quo mundum aiunt conditum) cum ſol primus planetarum ſupra horizontem motu, quaſi unius temporis horarii emerſerit, denominatam fuiſſe cum toto die conjiciamus? Nec enim tam abſurda ſunt iſta ut Moſaicae Geneſi aliquatenus videantur reniti. Praeterquam enim quod poſt Philonem [p] Judaeum, & D. Auguſtinum alii recentiores mundi creationem momentaneam fuiſſe ſenarioque numero dierum ordinem tantum quendam, ac perfectionem, ſeu myſticum quoddam, fuiſſe deſignatum ſcribunt; Dionyſius Areopagita, D. Thomas, Benedictus item Pererius Jeſuita primi diei primam lucem il-

[a] Lamprid. in vit. AEliogab. [b] Theocrit. Idyll. 26. [c] Levit. cap. xxiij. [d] J. Deae in Propaed. Aphoriſt. [e] Geneſ. j. [f] Toſtatus, Catharinus. Artop. ad Geneſ. [g] Eugubin. in Coſm. Bod. de Daem. lib. 3. cap. 1. [h] Calman. Aſtrolog. part. 2. cap. 2. quaeſt. 1. [i] Vide Caſman. Aſtrolog. part. 2. cap. 4. quaeſt. 2. [k] Vide Dion. Xiphil. lib. 36. [l] Firmicus Matheſ. lib. 3. cap. 1. & 2. [m] Ptolemaicae doctrinae primi & antiquiſſimi fuerunt illi authores. Anonymus Graec. in lib. 3. quadripart. [n] Copernic. lib. 2. Revolut. cap. 13. [o] Alhaz de crep. [p] D. Thom. ſumm. 1. p. q. 75.

lam

lam non aliam fuiſſe quam lucem ſolis, ſed primo die velut informem & imperfectam, quarto autem abſolutam & conſummatam ſentiunt. Cum vero opinio iſta, qua mundum menſe Julio (leonem ſole peragrante) creatum fuiſſe affirmatur, renitente Gerardo Mercatore fere ſit exploſa [a]; nec thema mundi, quod Petrus Alliacenſis, qui ſolem in medio poſuit coeli ac arietis parte XIX. ſormavit, majori nitatur ratione; cum ſuper faciem abyſſi primum fuiſſe tenebras eaſque noctis nomine verbo Elohim appellatas Sacrae Literae teſtentur; Druidum noſtrorum diſciplina tam Judaicae conſona, tam verae propinqua, tam naturae congrua horas aſtrologorum illas planetarias vel prorſus contemnendas, vel ſaltem a veſpera (quod conſtanter affirmat Joannes Bodinus [b]) ſupputandas eſſe facile convincit. Totumne vero iſtud ſolum Judaicum? nihil hic quoque Pythagoricum? Cujus diſcipuli jurare ſolebant per

------- Ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.

Qui ſeipſo, vel in denarium Pythagorice reſolutus par ſemper manet numerus, parem autem numerum materialem eſſe cujuſque compoſiti cauſam, Diti ſacrum (quem primum ſuum Druidae agnoverunt parentem) Pythagorici cenſuerunt. Internos deos, bino oculorum numero humanum ſupra caput poſito, denotarunt hieroglyphice AEgyptii, ſed ne nimis extra callem. Ad Caeſarem redeamus. Nec pigeat (propter communem utrique genti Druidum diſciplinam, praeſertim cum in Britannia ſit experta, ac ad publicas privataſque cauſas dirimendas ſeſe extenderit) municipales utriuſque gentis leges quaſi eaſdem fuiſſe credere. *In reliquis vitae inſtitutis*, ait ille, *hoc fere ab reliquis* [c] *differunt, quod ſuos liberos, niſi cum adoleverint, ut munus militiae ſuſtinere poſſint, palam ad ſe adire non patiantur, filiumque in puerili aetate in publico conſpectu patris aſſiſtere turpe ducunt; viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis aeſtimatione facta cum dotibus communicant, hujus omnis pecuniae conjunctim ratio habetur, fructuſque ſervantur; uter eorum vita ſuperarit, ad eum pars utriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum pervenit. Viri in uxores ſicut in liberos vitae neciſque habent poteſtatem.* [d] Judaeorum Sacrae Literae, AEgyptiorum Diodorus, Athenienſium Heliodorus, tantam in liberos poteſtatem patri dediſſe leges, teſtantur. Nec ſolum Romanis lex iſta; quod tamen Juſtinus [e] videtur affirmare. Tam utile vero hoc jus reipublicae cenſet Joannes Bodinus, [f] ut exemplo pernicioſo patribus ademptum reſtitui oportere afferat, naturaeque maxime conſentaneum dijudicet. Sed quo longius, ut de hac re ſcribit eruditiſſimus Gentilis [g], receſſimus a priſcis illis temporibus, quum vivebatur natura duce, eo & longius a naturali jure aberravimus. Sed Caeſarem rurſus. *Cum paterfamilias illuſtriore loco natus deceſſit, ejus propinqui conveniunt, & de morte, ſi res in ſuſpicionem venit, de uxoribus in ſervilem modum quaeſtionem habent; & ſi compertum eſt, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.* Iſta Caeſaris habemus teſtimonio, quae Druidum interventu utraſque gentes mutuo communicaſſe, quis conjecturam faciat. Nec tam tragica fuit illis in re adminiſtranda aſperitas, quin & plurimos, qui in bicipiti ſomniarant Parnaſſo, nomine Bardos (quod a Bardo Celtarum illo rege quidam deducunt) in Gallia ſimul & Britannia floruiſſe proditum ſit. *Qui fortia*, ſcribit Ammianus [h], *virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus, cum dulcibus lyrae modulis cantitarunt.* Quos item ſic Lucanus [i] alloquitur:

Vos quoque qui forteis animas belloque peremptas
Laudibus in longum vates demittitis aevum
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Tanti vero apud eos ſunt, inquit Diodorus [h], *Poetae ut cum extructa acie, exercitus eductis enſibus jactiſque jaculis propinquant, non ſolum amici, ſed hoſtes quoque eorum interventu a pugna conquieſcant, ita apud agreſtiores barbaros ira cedit ſapientiae. Et Mars reveretur Muſas.* Nec philoſophos hos inter ac poetas magicae defuerunt ſuperſtitiones. Britannia enim, Plinii aetate, magiam *tam attonite celebrabat tantis ceremoniis ut dediſſe Perſis videri poſſit* [l]. Sed de Britannis ipſis jam Caeſar [m], *Utuntur*, inquit, *aut aereo aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Ex his omnibus, longe ſunt humaniſſimi qui Cantium incolunt, quae regio eſt maritima omnis, nec multum a Gallica differunt conſuetudine. Interiores plerique frumenta non ſerunt, ſed lacte & carne vivunt, pellibuſque ſunt veſtiti. Omnes vero ſe Britanni luteo inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horribiliore ſunt in pugna adſpectu; capilloque ſunt promiſſo, atque omni parte corporis raſa praeter caput & labrum ſuperius. Uxores habent deni, duodenique inter ſe communes, & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis; ſed ſi qui ſunt ex his nati, eorum habentur liberi a quibus primum virgines quaeque ductae ſunt. Leporem & gallinam & anſerem guſtare fas non putant, haec tamen alunt animi voluptatiſque cauſa.* En reliquias hic Pythagorae, qui vel ob animarum tranſmigrationem, vel, quod ait Plutarchus [n], ut manſuetiores fierent homines ab animalibus docuit abſtinentiam. *Oppidum vocant* (Caeſarem audis) *cum ſyluas impeditas vallo atque foſſa munierunt, quo incurſionis hoſtium vi-*

[a] J. Picus Mirand. Adverſus Aſtrol. lib. 7. cap. 6. & lib. 5. cap. 9. [b] J. Bodin. in lib. 3. de daemonom. cap. 1. Macrob. lib. 1. ad ſom. Scip. Aurea Carm. Pythag. Ariſtot. metaph. lib. 1. cap. 5. Plutarch. de plac. philoſ. lib. 1. cap. 3. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 13. In append. ad lib. 2. Ori Apollinis & Pier. hieroglyph. lib. 32. [c] At in hoc aliquatenus cum Perſis conveniunt, apud quos, quadrimis minores in conſpectum patris non ſunt admiſſi. Strab. Geog. lib. 15. maxime vero cum Longobardis, quibus erat moris, ut regis cum patre filius non prandeat, niſi prius a rege gentis exterae arma ſuſcipiat. Paul. Warnf. de geſt. Long. lib. 1. cap. 23. [d] Deuter. xxj. Diodor. lib. 2. de fab. antiq. geſt. Heliodor. AEthiop. lib. 1. [e] Inſtit. patr. poteſt. §. jus autem. [f] Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 4. [g] Alberic. Gentilis lib. 4. de Nuptiis, cap. 1. [h] Amm. Marcellin. [i] Lucanus Pharſal. lib. 1. [k] Diodor. Sicul. lib. 6. de fab. antiq. geſt. [l] Plin. Nat. hiſtor. lib. 30. cap. 1. [m] Caeſar. de bello Gall. lib. 5. [n] Plutarch. in lib. de ſoler. anim.

tandae

tandae causa convenire consueverunt. Nec multum aliter Strabo [a]. *Eorum urbes sunt nemora, latissimos enim circos dejectis obstruunt arboribus. Ubi constructis tuguriis & ipsi pariter ac armenta stabulantur.* Caesaris postremo Cassivellauni oppidum aggressi impetum non tulerunt Britanni, Cassivellaunus autem legatos de deditione misit ad Caesarem, qui propter repentinos Galliae motus, quos ad sedandos festinabat, *Obsides imperat, & quid in annos singulos* [b] *vectigalis populo R. Britannia penderet, constituit, interdicit atque imperat Cassivellauno ne Mandubratio nec Trinobantibus noceat.* Haec ille de seipso, quem item Strabo [c], & Tranquillus [d], acceptis obsidibus magnum servorum numerum ingentemque praedam reportasse scribit ; cum tamen C. Tacitus [e] prospera tantum pugna incolas terruisse, insularesque, Dion [f] αὐτονόμους viginti a Caesaris adventu annis fuisse suis in historiis tradiderint.

CAP. V.

Augusti, Tiberii, Caii, Claudii, &c. *imperatorum Romanorum turbidis misti rebus dominatus hic, a Cassivellauno ad Lucium regem.*

REversus autem est Julius Romam, fatis cessit Cassivellaunus, cujus diademate Tenancius redimitus insulam gubernavit, huic Cunobelinus filius successit, qui tam arcta cum Romanis (sic Galfredus) amicitia conjunctus erat, ut cum possit tributum eorum detinere, gratis tamen impendebat. Educaverat istum Augustus qui *coercendi intra terminos imperii consilio usus est, longa igitur oblivio,* inquit Tacitus [g], *Britanniae, etiam in pace.* Censum tamen universalis illa, quam meminit D. Lucas, mundi descriptio hinc etiam extorsit. Consilium Augusti Tiberio *praecipue placebat, ita ut nihil in Britannia tentaverit, nec aliquid praesidii habuerit.* Romanorum tamen amicitiam jam coluisse Britanni videntur, quod cum Germanicus oceanum navigasset, illiusque sociorum naves vi ventorum disiectae, pluresque in insulas longe sitas ejectae fuissent, quidam Romanorum in Britanniam rapti & remissi sunt a regulis [h]. Hujus, scribit Plinius [i], *Principatus sustulit Druidas Gallorum, & hoc genus vatum medicorumque. Agitasse Caium Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio, mobilis poenitentia, & ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Nihil autem amplius,* ut habet Tranquillus, *quam Adminio Cunobellini Britannorum regis filio, qui pulsus a patre cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quasi universa tradita insula magnificas,* e Germania ubi tunc agebat, *Romam literas misit* [k]. Cunobellinum demortuum excepit (ita Galfredus) Guiderius, quem frate Arviragus. Romae vero Claudius Caesar *dum vellet, justi triumphi decus unde acquireret, Britanniam potissimum elegit : neque tentatam ulli post Divum Julium,* sic Suetonius [l], *& tunc tumultuantem ob non redditos transfugas.* Praepositorum maxime Ostorii Scapulae militari virtute adjutus intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, australi scilicet, redactaque paulatim in provinciae formam [m], capto Carataco Silurum rege, addita insuper, subsidio adversus rebelles, veteranorum in Camalodunum colonia, summo cum apparatu Romae triumphavit Britannicum se filiumque hinc denominavit. Ex quo Seneca [n] :

> *Cuique Britanni terga dedere*
> *Ducibus nostris ante ignoti*
> *Jurisque sui.*---------

Summo imperator iste colebatur apud eos hono re, quippe cui *templum constitutum, quasi ara* (*arra* legit Lipsius) *aeternae dominationis, cui sa cerdotes delicti specie religionis omnes fortuna effundebant* [o]. Druidum autem disciplinae in sensus eorum religionem apud Gallos *dirae,* Sue tonii verba [p], *immanitatis & tantum civibus su Augusto interdictam penitus abolevit.* Quo Plinius supra de Tiberio. Neronis vero praefec tos, quos huc destinavit, turbidae res excepere Senecae etenim usuris, aliisque bonorum rapin graviter oppressi, *conferebant injurias Britann & interpretando accendebant, singulos conqueren tes sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi, quibus legatus in sanguinem procurator in bon saeviret* [r]. Suetonio Paulino, qui tunc Britar nos obtinebat repentina (dum in Mona insul agebat) defectio nunciatur. *Rex Icenorum Pra sutagus longa opulentia clarus Caesarem haere dem duasque filias scripserat, tali obsequio ratu regnum & domum suam procul injuria fore, quo contra vertit, adeo ut regnum per centuriones, d mus per servos velut capta vastarentur. Jam primum uxor Boodicia verberibus affecta, e filiae stupro violatae sunt. Praecipui quiqu Icenorum, quasi cunctam regionem muneri acce pissent, avitis bonis exuuntur, & propinqui r gis inter mancipia habebantur.* Antiquo cert more aliarum gentium reges (ut de Attalo Perga menorum, Nicomede Bithyniae scribit Livius [s] Romani populi scripsisse haeredem constat, qua itidem de Gilberto Peche (cui honores & possessi ones baroniae Peverellorum in Icenis erant devolu ta) qui Edwardum primum Angliae regem haere dem scripsit meminit Camdenus. *Morem enim* inquit ille, *Romanorum sub imperatoribus illo s culo Angliae proceres* [t] *revocarunt, scribendi sci cet principes haeredes cum apud principes offensa essent.* Tanta vero contumelia metu graviorum (quando in formam provinci cesserant) arma rapiunt, commotis ad rebelli

[a] Strab. Geograph. lib. 4. [b] 30000. lib. Galf. Arth. lib. 1. cap. 24. [c] Strab. lib. 4. [d] Sueton. in Jul. cap. [e] Tacit. in Vita Agricol. [f] Dio. lib. 53. [g] Tacit. Annal. 1. & Vita Agric. H. Huntingd. hist. lib. 1. fol. 172. [h] Tacit. lib. 2. Annal. [i] Plin. lib. 30. cap. 1. [k] Tacit. in Agric. Sueton. in C. Calig. cap. 44. [l] Sueton. in Claud. cap. 17. [m] Tacit. lib. 12. ann. [n] In Octav. act. 1. [o] Tacit. lib. 14. ann. [p] Sueton. in Cla cap. 24. [q] Tacit. in Agric. [r] Tacit. lib. 14. [s] Liv. Epit. lib. 58. Flor. hist. lib. 2. cap. 20. & epit. lib. decad. 3. [t] Camden. in Icenis Agr. Cantabr.

ne

...em trinobantibus, & qui alii nondum servitio ...fuefacti; resumere libertatem occultis conjurationibus conspirant, acerrimo in veteranos odio ...ncensi, Boodicia duce (neque enim sexum in im...eriis discernunt, cum & superius Carthismandua Brigantes regina sub imperio tenuisset) sumpsere ...niversi bellum, ac sparsos per castella milites ...onsectati, expugnatis praesidiis, coloniam ipsam ...rius deductam, simul & municipium Verulami...m invasere, quae duo sunt praecipua oppida ...nagna civium Romanorum sociorumque caede ...lirepta, quorum Caius Suetonius [a] in annumerandis reipublicae, Nerone principe, malis mentionem ...acit. Obiter autem de municipio ac colonia ...cum neutriusque jus insulae nostrae defuerit, ut ...ecte, quae illi graviter tulerunt, nos intelligamus) Romanarum rerum scriptores paulo consulendum. *Municipes*, inquit Agellius [b], *sunt cives Romani ...x municipiis suo jure & legibus suis utentes, muneris tantum cum P. R. honorarii participes, ...a quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla Pop. R. lege ...astricti: quum nunquam Pop. R. eorum fundus factus esset. Sed coloniarum alia necessitudo est. Non enim veniunt extrinsecus in civitatem, sed ...ex civitate quasi propagatae sunt, & jura institutaque omnia populi Romani non sui arbitrii habent. Quae tamen conditio cum sit magis obnoxia & minus libera, potior tamen & praestabilior existimatur propter amplitudinem majestatemque Pop. Romani, cujus istae coloniae, quasi effigies parvae, simulacraque esse quaedam videntur.* Tanta vero municipiorum videtur fuisse libertas, ut majorum ac avitis sibique propriis sacris uti minime prohiberentur. Quod de se & Arpino municipio Tullii [c] dictum astruit: *Hic gens, hic sacra, hic majorum multa vestigia.* Quo minus municipiorum constitutione, seu coloniarum deductione (colonos enim & sua habuisse sacra a Romanis alia censet Sigonius [d]) antiquam Britannorum religionem, seu superstitionem excisam fuisse sentiendum est. Cognito vero provinciae motu, *Nisi Paulinus propere subvenisset amissa Britannia foret, quam unius praelii fortuna veteri patientiae restituit, tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis & proprius ex legato timor agitabat* [e]. Paulinum, egregium caetera, arroganter in deditos consulentem, excepit exorabilior Petronius Turpilianus, qui compositis prioribus ultra nil ausus Trebellio Maximo (qui fuga ac latebris vitata exercitus ira precario mox praefuit) provinciam tradidit. Arthurii monstratus fata Arviragus (quem tamen sub imperio Domitiani posuit Camdenus) haeredem Marium reliquit filium, quem Cogidunum apud Tacitum esse Richardus Vitus [f] contendit. Civitates illi sunt donatae aliquae, & ad Taciti aetatem fidissimus mansit, *Vetere ac jampridem*, inquit ille, *recepta populi Romani consuetudine ut haberet instrumenta servitutis & reges.* Nutante Romano imperio civili discordia convulso, Vectius Bolanus hic praepositus; qui nec disciplina militari insulam agitavit. Orbis autem caeteri Vespasianus dominus Petilium Cerealem huc transmisit, qui Brigantum civitatem aggressus, multa praelia & aliquando non incruenta gessit, *magnam Brigantum partem aut victoria amplexus aut bello.* Suffectus est Julius Frontinus, qui *validam & pugnacem Sylurum gentem armis subegit.* Hunc Britanniae statum, has belli vices, missus in provinciam, invenit Julius Agricola, qui, Tito imperatore, Ordovices obtrivit prope universos [g]. Cum autem sub Domitiano hic ageret, Galgacum justo praelio profligavit. Externis gentibus jam domitis & ultima Britannia penetrata, totaque insula circumnavigata, primus Romanorum insulam esse deprehendit. Deinde *ut homines dispersi ac rudes eoque bello faciles quieti & otio per voluptates assuescerent, hortatur privatim, adjuvat publice, ut templa, fora, domus extruerent, laudando promptos, & castigando segnes: ita honoris aemulatio pro necessitate erat. Jam vero principum filios liberalibus artibus erudire & ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus Romanorum, & frequens toga, paulatimque discessum ad delineamenta vitiorum, porticus & balnea, & conviviorum elegantiam, idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.* Ab origine vero forte nimis antiqua, istiusmodi conviviorum elegantiam apud Anglos, deduxit Polydorus [h], cum abhinc eam emanasse conjiciat. Julius Agricola disciplina militari bene hic exercita tandem, verbo, ut Syriae provinciae, quae vacabat, praesideret, revero, ut illius famam quae maxime augebatur Domitianus comprimeret, e Britannia est evocatus; successorque missus Salustius Lucullus. *Ita*, scribit Camdenus [i], *imperante Domitiano, ulteriori illa parte ut aspera & infrugifera Barbaris relicta, haec citerior plane & plene in provinciam fuit redacta; quae nec consularis nec proconsularis sed praesidialis & Caesarum censebatur. Utpote quae Romano imperio post divisionem provinciarum ab Augusto factam accessit, & suos propraetores habuit.* Augustus enim (penitius hujus rei notitiam non abs re fuerit adnectere) provincias quasdam S. P. Q. R. gubernandas reliquit [k], alias & validiores, quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit. Deligebantur, inquit Alciatus [l], forte ex consularibus proconsules, sicut ex praetoriis praetores, qui in provincias populo Romano attributas cum potestate mittebantur, & summum ut consules in libera olim republica imperium habuerunt. Caesar vero in provincias, quas suae curae reservaverat, praesides vel legatos mittebat; non tamen cum tanta potestate, quanta erat proconsulum, sed mandatis & diplomatis principum; quibus omnis nimia potestas erat, plerumque coercita aut temperata [m]. Unde caeteras inter & nostra Britannia praesidialis dicta. Legionum autem ac Romanorum militum (quos ad insulanos coercendos Claudius aliique subsequentis imperatores aetatis huc destinarunt) *Stationes ac prae-*

[a] Sueton. in Nero. cap. 39. [b] Gell. Noct. Attic. lib. 16. cap. 13. [c] Cicero lib. 2. de legibus. [d] Sigon. de antiq. jure Rom. lib. 1. cap. 8. [e] Tacit. in Vit. J. Agric. [f] Vit. lib. 4. histor. [g] Tacit. Agric. [h] Polydor. lib. 2. hist. Angl. [i] Camd. in Rom. [k] Suet. in Octav. cap. 47. Strabo in Geog. lib. 17. in fine. [l] Alciat. ad l. 100. titul. verb. sign. [m] L. si in aliam π. tit. de off. Procoff.

tenturae proculdubio, scribit eruditissimus nostras, *fuerunt saepenumero, quasi geniturae urbium & oppidorum*, ut in aliis provinciis, sic, *in hac nostra Britannia. Sic Britannis jugum impositum primum praesidio militum, qui semper cum terrore impenderunt incolis inde tributo & vectigali, eoque nomine publicanos habere cogebantur*[a], *id est, harpyae & hirudines, qui eorum sanguinem exugerunt, bona publicarunt & mortuorum nomine tributa exegerunt. Nec legibus suis patriis uti permissi sunt, sed magistratus a populo Romano cum imperio & securibus missi qui jus dicerent.* Tulerunt Romanorum gubernacula sub Trajano tamen coacti, usque ad imperium Hadriani: quo teneri sub Romana (deficientibus plerisque aliis, quas subegerat Trajanus, gentibus) ditione non poterant. Petiit ergo ille Britanniam, *in qua*, sic AElius Spartianus[b], *multa correxit, murumque per octoginta millia passuum primus duxit, qui barbaros* (Pictos enim sub id tempus primum hujus insulae partem septentrionalem occupasse scribunt) *Romanosque divideret.* At vero undenam tamdiu redditur Harpocrates Arthurius? Quemnam ille proximo Britanniae diademate insignivit? Collaudato, si diis placet, Mario ac jam mortuo, Coilus filius ab Arthurio princeps est salutatus, qui Romae puer educatus amicitiam sibi firmissimam cum terrarum orbis dominis conciliavit, nec invitus, patris secutus consilia, vectigal eisdem impendit: ultima sensit iste fata; haeredem autem reliquit filium, cui Lucius nomen; huic regum Britannorum veri, divini, Christianique luminis radii salutaris influentiae primum eluxerunt. Imo Britannia (quod ejus laudi & gloriae inprimis ducatur) hunc prima inter omnes Christiani orbis gentes Christianum regem habuit[c]. Sed benignissimum Pantocratoris illius Opt. Max. in nostram sub illis temporibus aspectum, altius repetendo, patefacere fuerit operae pretium.

CAP. VI.

Christiani nominis, authore Lucio, propagatio; ejusdem hic antiquior origo. Episcoporum institutio. Eleutherii PP. de Romanis legibus petitis Lucio responsum.

NEC tamen a Lucio (tametsi primus regum Deum Hominem est amplexus) Christianae religionis fuerunt primordia, in fertilissimo martyrum hoc agro; cui, *Universo orbi praefulgidum sui coruscum ostendens tempore, ut scimus, summo Tiberii Caesaris* (*quo absque ullo impedimento ejus propagabatur religio, comminata, senatu nolente, a principe morte dilatoribus militum ejusdem*) *radios suos primum indulsit, id est, sua praecepta Christus. Quae licet ab incolis tepide suscepta sunt, apud quosdam tamen integre, apud alios minus, usque ad persecutionem Diocletiani tyranni novenam, permansere*[d]. Non solum etenim Josephum ab Arimathaea civitate oriundum, qui Servatoris nostri corporis inhumandi negotium inivit, ab apost. Gallorum Philippo huc missum, prima fundamenta verae religionis posuisse, coenobium monasticae familiae D. Ben ordinis in Glastonia[e], agri jam Somersetensis insula, primum quadamtenus instaurasse (ex quo majoribus nostris locus ille *prima terra Dei & prima sanctorum terra in Anglia dictus erat*) historici nostri prodiderunt[f]; sed etiam Simonem Zelotem Nicephorus, hanc insulam adiisse scriptum reliquit. Misere vero depressum peneque ne dicam, ob Gildae testimonium, penitus suffocatum dffluente errorum humido, ignem illum hic coelestem primo accensum, ut ulterius tandem lumen suum ac calorem in incolas diffunderet, mirum in modum & feliciſſime Lucius ille fovere studebat[g]. Quippe cujus sensibus cum edita indies Christianos inter miracula, mores eorum imbibendi, sacroque se lavacro abstergendi desiderium ingessissent, pontificem Romanum qui tunc fuit (juxta Bedam[h] anno Christi CLVI quem tamen, ne prorsus fallaris, ante CLXXI minime papam fuisse constat) Eleutherium ut cum suis Christiano nomine obsignaretur, mandatis literis consuluit. Qui eo tandem, quo fuit erga verae religionis propagationem (nec enim tota superstitionum maculis adhuc erat R. E. conspersa) ductus amore, Fugatium & Damianum[i] in primis doctos, insignisque pietatis viros, misit, ut regem simul ac incolas Britannicos sacro baptismate abluerent. Nec oleum ille, nec operam isti perdiderunt. *Nec mora concurrentes* (Arthurium legis) *undique nationum populi regis exemplum insequuntur, eodemque lavacro mundati coelesti regno restituuntur. Beati ergo doctores cum per totam fere insulam paganitatem delevissent, templa quae in honore plurimorum deorum fundata fuerant, uni Deo ejusque sancti dedicaverunt, diversisque ordinatorum coetibus repleverunt. Fuerunt tunc in Britannia* XXVIII *Flamines &* III. *Archiflamines*[k]. Totidem vero flaminibus, (quos στεφανοφόρους a capitis gestamine, quod *Flama* dictum, coronae speciem referebat, Dionysius Halicarnasseus[l]; pilamines vero a pileis quibus capita circumdederunt Plutarchus[m]; filamines a filo lanae, quo praecincta habebant tempora Varro[n], dictos esse scribunt) quot deos colebant, sunt usi veteres. Unde Jovis sacra Dialis, Martis Martialis, Romuli Quirinalis apud Romanos sedulo curabant[o]. Quemadmodum autem episcopis apud nos archiepiscopi; sic flaminibus archiflamines praeponebantur. *Horum potestati caeteri judices in insula subjiciebantur. Hos autem* (Galfredi verba) *ex praecepto apostoli idololatriae eripuerunt, & ubi erant flamines episcopos, ubi erant archiflamines archiepiscopos posuerunt. Sedes autem archiflaminum in tri*

[a] Eum qui vectigal pop. Rom. conductum habet publicanum appellant. π. lit. de verbor. sig. l. 16. [b] Spartian. in Vita Hadriani Caes. [c] Camden. in Brig [d] Gildas. in epist. de excid. Brit. [e] Camden. in Belg. [f] Polydor. lib. 2. hist. Ang. Buchanan. lib. 5. Rer. Scotic. J. Fox. eccl. hist. lib. 2. ex Gilda. Niceph. lib. 2. cap. 40. [g] Vide Fitzherb. de antiq. eccle Angl. [h] Bed. eccl. hist. lib. 1. cap. 4. vide Crantz in Metropoli sua cap. 6. lib. 1. Galfred. Monum. lib. 2. cap. 1. [i] A Faganus & Dunianus seu Dimianus. [k] Galfred. Mon. lib. 2. cap. 1. Pontic. Virun. lib. 3. hist. Brit. [l] Dionys. Halicarn Antiq. Rom. lib. 2. [m] Plutarch. in Num. [n] Varro de ling. Latin. lib. 1. [o] Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 12 Pomp. Laet. de sacerd. Rom. cap. 7. Fenestell. de sacerd. Roman. cap. 5.

bu

s nobilioribus civitatibus fuerant, Londoniis delicet Eboraco & in urbe Legionum, quam per Oseam fluvium in Glamorgantia veteres uri & aedificia sitam fuisse testantur. His go tribus, evacuata superstitione, octo & vinti episcopi subduntur, divisisque parochiis bjacuit metropolitano Eboracensi Deira & Almia, quas magnum flumen Humbri a Loegria cerint. Eboracensis autem archiepiscopus in nnes Scotiae praesules ac antistites jure (quod resanciturum erat, sub Henrico secundo & ugone legato pontificio, celebratum concilium) imatis olim fungebatur [a]. *Londinensi vero letropolitano submissa est Loegria & Cornua* [b]. Metropoliticam vero illius sedem, Riiardus Vitus [c] in templo illo fuisse affirmat, iod e ruinis delubri Apollinis ad occiduam bis, Londini partem collapsi [d] Lucius iste (ut ithor est Sulcardus) construxit, furore vero Dicletiani penitus subversum, Sigebertus orientalin Saxonum rex, qui primus inter eos Christo omen dedit, postea resuscitavit, eoque loci D. etro coenobium (quod Westmonasterium dicm) anno salutis nostrae DC. V. sacratum condit. *Cambria*, id est, *Gualia urbi Legionum bjacuit.* Reversi vero illi Romam, eorum, iae sancte simul ac pie constituerant, ut author ret Eleutherius, facile impetrarunt, Britanniamie, doctis quamplurimis, ut operariis ad messem, issis comitati repetierunt. Lucius autem, cui ipublicae Christianae cura nihil fuit antiquius, ic optimas, civilique administrationi maxime oneas florere leges dijudicans, ubi tam salures ac divinae (quas receperat) institutiones tam isto pullularant: ut Romanas ac Caesaris les ad regnum suum ordinandum sibi mandaret, ndem pontificem literis interpellavit. Habuit im aetas ista, si ad Antonini philosophi tempra, L. Volusium, Metianum Marcellum, Serium Scaevolam; si ad Severi imperium refe, Papinianum, Paulum, Ulpianum aliosque C. ut scribunt Julius Capitolinus, Spartianus, Lampridius [e], quamplurimos; quorum ex instria ac judiciario labore non pauca eorum, ibus turgescunt Codex & Pandectae, ultimus e Romanorum Justinianus excerpsit. Eleutheis autem liberum hominem, & e sacro fonte perrime susceptum regem, sibi suisque legem e, quam Ethnicorum responsis coerceri, sentis esse magis decorum, *Petistis*, rescribit [f], *a bis leges Romanas & Caesaris vobis transtti, quibus in regno Britanniae uti voluistis. eges Romanas & Caesaris semper reprobare fumus, legem Dei nequaquam. Suscepistis enuper miseratione divina, in regno Britane, legem & fidem Christi; habetis penes vos regno utramque paginam, ex illis Dei gratia, consilium regni vestri sumite legem, & per m Dei patientia vestrum rege Britanniae num. Vicarii vero Dei estis in regno*, &c.

Ex quo non solum Britannorum, sed etiam Anglorum subsequentes reges hoc nomine vicarii Dei sunt potiti. Sic enim Henricus de Bracton [g] juris Angliae municipalis peritus, simul & Justinianista, qui pontificio quasi vigente hic imperio scripsit. *Quod* [h] *sub lege rex esse debeat, cum sit Dei vicarius evidenter apparet ad similitudinem Jesu Christi, cujus vices gerit in terris, quia verax Dei misericordia, cum ad reparandum genus humanum ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimum elegit viam, quasi ad destruendum opus diaboli, ut non virtute uteretur potentiae, sed justitiae ratione.* Felix hoc Lucio nomen faustum omen. Delubris enim deorum, idolorum fanis, Druidum aris dirutis & subversis, veri Numinis honori ac cultui praedia quamplurima dicavit, auxit, *omnique libertate sublimavit.* Ista tandem *primi regis Christiani*, ad aeternam in posteros famae sui propagationem, inprimis autem ad animae salutem, nactus testimonia, summum & commune naturae debitum persolvit.

CAP. VII.

Ordinatio insulae per Severum: Diocletiani persecutio in Britannos Christianos. Regum Britanniae dignitas. Romani periodus (quae insularibus libertas) imperii.

FELICI nimis auspicio, ut olim mundo diducti, sic jam ab idolis mundi ad veri cultum Dei sese Britanni exerebant, quippe quorum mortuus protochristianus rex haud reliquit haeredem, qui firmatam religione rempublicam onusque imperii Britannici sustinere satis potuit. Distrahuntur octo proceres de principatu dissidio. Esse aliquod caput (ut de patribus post mortem Romuli scribit Livius) placebat, & nemo alteri concedere in animum inducebat. Nec Barbarorum septentrionalium impetus tulere Romani duces; usque quo tandem Ulpii Marcelli a Commodo imperatore missi virtus militaris subveniret. *Summum vero orbis terrarum fastigium Septimius Severus consequutus ad Britanniam obtinendam primum Heralianum, deinde Virium Lupum Britanniae legatum propraetorem & praesidem* (*ut ex saxis & Ulpiano constat*) *constituit* [h]. Postquam autem Albinum in Galliis bello profligasset, Διοίκησε δὲ τὰ κατὰ τὴν Βρεττανίαν, καὶ διεῖλε εἰς δύο ἡγεμονίας τὴν τοῦ ἔθνους ἐξουσίαν, id est (ex Herodiano [k] loquimur) *Ordinavit ea, quae ad Britanniam pertinent, & distribuit in duos principatus gentis illius authoritatem.* Authoris autem idioma exinde addimus, quod R. Vitus [l] eundem locum in notis ad historiam suam sic Latine convertit: *Distribuit quasi per*

a Polydor. lib. 13. histor. Angl. b Camden. in Brig. c Vit. Histor. lib. 5. d Camden. e Capitol. in vit. A on. Spartian. Lamp. in vit. Severi. f Fox. Eccles. Hist. lib. 2. Lambard. Arch. g Bract. lib. 1. de acq. rer. dom. cap. 8. ip. It. 3. Theod. & Valen. AA. h Digna vox est majesta te regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. C. de legib. lib. 4. A Paulus ff. de legat. 3. leg. 23. Imperator legibus ipse solutus videtur, recte ait, videtur (adnotat Gothofredus) nec enim vere solutus est le, quin eis alligatus est. Imperatorem enim legibus ita intelligit solutum, ut ἁμαρτήσας μὴ κολάζοιτο. alias enim AA. quos diximus de au oritate juris, inquiunt, nostra pendet authoritas. ibi hinc ista Bractonus, licet etiam quod principi placuit lex esto adblandiuntur Civilistae. thur. lib. 2. cap. 2. Camdenus in Roman. & in Brig. Ulp.. in π. titul. de vulg. substit. l. moribus introductum est. Sed Bassiani Anton. legatum fuisse Lupum disputat R. Vitus Hist. lib. 5. not. 17. k Herodian. lib. 3. l Vit. Histor. Brit. lib. 5. not. 11.

dioeceses

dioeceses ea, quae pertinent ad Britanniam & dispertivit in duo regimenta gentis illius potestatem. Non igitur, inquit, *dicit Herodianus, Severum totius insulae* (sic enim Angelus Politianus transtulit) *administrationem ordinavisse; quippe totam insulam non occupaverat, sed eam partem insulae*, australem scilicet, *quae Romanis subjecta fuit in dioeceses suas distribuit, quarum administratio sub duobus praefectis ageretur, quae regimenta reipubl. Arcadius Charisius titulo de officio praefecti praetorio vocat* [a]. Provinciae vero tametsi viribus, quod ait Florus [b], parantur, jure retinentur, tumultuantes tamen ac incursionibus Romanam ditionem infestantes septentrionales Britannos (qui Fulgenio duce fines australiorum depopulabantur) nec jus nec vis praefecti praetorio comprimere potuerunt. Libentissime ergo (nam Britannici nominis erat cupidissimus) praefecti literis accersitur Severus. Qui filios item suos Getam & Bassianum, ut procul ab illecebris Romanis militari disciplinae vitaeque honestae sese assuefacerent, Britanniam adduxit. Bassianus autem cum patre adversus Barbaros occupatus bello; Geta interim in parte insulae Romanis subjecta, qui juri dicendo rebusque civilibus administrandis praefuit, relinquitur [c]. Cui, idem ad obeundum munus, adjunxit juris & legum oraculum AEmilium Paulum Papianum illustrissimum J. C. qui eo tempore praetorium Eboraci & tribunal exercebat. Auxit autem hujus honorem civitatis, quod Severus & Antoninus AA. cum Caeciliae de jure responderent, hic morarentur, hinc rescriberent; legem quidem, quam attexere non pigeat: *Etiam per alienum servum bona fide possessum, ex re ejus, qui eum possidet, vel ex operis servi acquiri dominium vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide possedisti eundem servum & ex nummis tuis mancipia eo tempore comparavit, potes secundum juris formam uti defensionibus tuis. Mancipium autem alienum mala fide possidenti nil potest acquirere, sed qui tenet non tantum ipsum, sed etiam operas ejus, nec non ancillarum partus & animalium foetus reddere cogitur. PP. III. Non. Maii Eboraci Faustino & Rufo coss.* [d] Tantum malam fidem execratur Britannia, ut non solum isto, quo vi stellionatusque crimine gravi premimur, aevo salutaribus novis legibus vis simul ac fraus maxime cohibeantur, sed etiam hoc edictum, quod immenso illi aliarum super alias acervatarum legum Romanarum cumulo solum ex isto orbis angulo accessit, malam inter & bonam fidem optime distinxerit. Severus autem *Britanniam, quod maximum ejus imperii decus est*, sic enim AElius Spartianus [e], *muro per transversam insulam ducto* (Hadriani murum tantum hoc opere restauratum fuisse volunt eruditi) *utrinque ad finem oceani munivit, unde etiam Britannici nomen recepit.* Infelix ille, qui Judaeos fieri sub gravi poena vetuit idemque de Christianis sanxit, sine dubio paracleticam vix hic adultam religionem valde labefactabat. En idola, delubra, hostias, ostendit Spartianus. *Et in civitatem veniens*, Eboracum scilicet, *cum re[m] divinam vellet facere, primum ad Bellonae* (cu[jus] sacerdotes non animalibus hostiis, non vi[c]timis litarunt, sed dissectis membris suo cruo[re] aras conspersere) *templum ductus est errore aru[s]picis rustici, deinde hostiae furvae sunt appl[i]citae; quod cum esset aspernatus, atque ad pa[latium se reciperet, negligentia ministrorum ni[grae hostiae usque ad limen domus Palatina[e] imperatorem secutae sunt.* Sensit tandem orb[is] dominus naturae leges; eo loci quo respon[sa] dederat, imperaverat, nomenque summe auxera[t] Eboraci inquam, ultimum fatorum subiit judic[i]um. Filiorum autem Bassianum, quod e mat[re] Britannica natus esset (Martiam Severi prima[m] uxorem illam fuisse vult R. Vitus [f]) insular[es] Getam autem, quod utroque sanguine Rom[a]nus, Romani regem seu imperatorem salutav[e]runt. Qui solus tandem, devicto fratre, impe[ri]um est sortitus. Absorpsit Britannicas res a[b] hinc, quae ad civilem aliquatenus pertinent a[d]ministrationem, Lethe usque ad Probi tempo[ra] imp. *qui Gallis omnibus, Hispanis, Pannon[iis] & Britannis* (authores Fl. Vopiscus [g] & A[u]relius Victor) *hinc permisit ut vites haberen[t] vinumque conficerent.* Invadit tandem Ro[mani] imperii, post Carum & Numerianum, guber[] nacula Diocletianus. Britannici vero Carausi[us]. Is enim cum per tractum Belgicae & Armori[cae] mare pacandum accepisset, quod Franci & Sax[o]nes infestabant, praedarum, quae occurreba[nt], illectus avaritia piratarum latrociniis & pecula[tui] sese immiscuit. Ex quo Maximianus Hercul[eus] (quem sibi Diocletianus associaverat) in Gal[lia] agens illum occidi jussit. Deserit Carausius (cu[i] Maximiani consilii compos factus esset) tutel[am] sibi commissam, regnumque Britanniae protin[us] occupavit. Alectus autem ad mortem Car[au]sii destinatus, vitam illi eripuit, imperium in[su]lae sibi acquisivit. Missus inde Constantius Ch[lo]rus ad Britanniam recuperandam & Asclepio[do]tus praefectus praetorii, qui Marte tandem ap[er]to, Alectum profligavit, regnique diadema ca[pi]ti suo, populo annuente, imposuit [h]. At satis t[ur]bidas istas res, Diocletiani, in Christiani no[mi]nis viros, persecutionis turbo longe superavit. Ca[e]terum Deus Opt. Max. *ne penitus crassa no[ct]is* (author est Gildas [i]) *caligine Britannia obfusca[re]tur, clarissimos lampades sanctorum martyr[um] nobis accendit, quorum nunc corporum sep[ul]turae & passionum loca, si non lugubri [di]vortio barbarorum quamplurima ob scel[er]a nostra civibus adimerentur, non minimum in[tu]entium mentibus ardorem divinae charitatis [in]cuterent; sanctum Albanum Verolamiens[em], Aaron & Julium Legionum urbis cives ca[e]rosque utriusque sexus diversis in locis sum[m]a magnanimitate in acie Christi perstantes d[i]co.* Istane vero suum a Britannis Christum ex[tor]quere potuerunt membrorum dilaceratio? [tor]menta, quibus excruciati sunt? Nihil min[us]! *Nam qui superfuerant* (Gildam [k] iterum lo[quentem audis]) *sylvis ac desertis abditisque speluncis se occu[ltantes]*

[a] Π. lib. 1. tit. 11.. [b] Flor. hist. Rom. lib. 4. cap. 12. [c] Forcatulus. [d] Cod. lib. 3. tit. 32. de rei Vendic.
[e] Spartian. in vit. Severi. vid. Camden. in Mur. Pictic. & Polyd. lib. 2. histor. vit. hist. lib. 5. Spartian. in Vit. Sever. Alex. ab Alex. Genia. dier. cap. 12. [f] Vit. Hist. lib. 4. not. 67. [g] Vopisc. in vita Probi. & ibid. Victor. Epit. Eutrop. lib. 9. thurius, lib. 2. cap. 2. [i] Gildas in epist. de excid. Brit. Bed. lib. 1. cap. 7. [k] Gild. ibid.

re, expectantes a justo rectore omnium Deo irrificibus severa quandoque judicia, sibi vero nimarum tutamina. Igitur bilustro supra dicti urbinis, necdum ad integrum expleto, emarcescntibusque nece suorum authorum nefariis deretis, laetis luminibus omnes Christi tyrones, uasi post hyemalem ac prolixam noctem, temperem lucemque serenam aurae coelestis excipiunt, novant ecclesias ad solum usque destructas, balicas sanctorum martyrum fundant, construunt, erficiunt, ac velut victricia signa passim propaunt, dies festos celebrant, sacra mundo corde, eque conficiunt, omnes exultant gremio ac si atris ecclesiae confoti. Mansit namque haec hristi capitis membrorum consonantia suavis, onec haeresis Arriana Constantinopoli hucusque, onstantino imperatore, sese propagaret. Imo rra ista, nostra, percolato martyrum sanguine imigata, principem, cui nihil prius erat quam hristianam fovere religionem, Britannico sanine natum (summum insulae decus) tunc temoris nutrivit, atque in imperium evexit, Conntinum nempe illum, quem ex Helena Coeli eguli, qui Asclepiodotum regno spoliarat, filia imis nuptiis ducta Constantius Chlorus Caesar m Britanniis agebat, susceperat. De re ille hristiana maxime meruit, & de Britannica; de io Britannia patria: *O fortunata, & nunc ombus beatior,* inquit Anonymus Panegyristes [a], *ris Britannia, quae Constantinum Caesarem ima vidisti. Dii boni quid hoc est, quod semr ex aliquo supremo fine mundi nova Deum mina universo orbi colenda descendunt? Sic ercurius a Nilo cujus fluminis origo nescitur, Liber ab Indis prope consciis solis orientis deos gentibus ostendere praesentes. Sacratiora sunt ofecto,* sic B. Rhenanus legendum censet, *meterraneis loca vicina coelo & inde propius a is mittitur imperator, ubi terra finitur.* Ciem Britanniae administrationem sub Constanno & succedentibus annis sic summatim G. Camnus depinxit [b]:

Praefuit Britanniae praefectus praetorio Gallrum, & sub eo vicarius Britanniae qui ejus ces agebat, & spectabilis dictus, cui parebant o numero provinciarum duo consulares, & tres aesides, qui causas civiles & criminales auebant.

Quoad rem militarem, imperavit magister pestum occidentis, sub cujus dispositione erant cos Britanniarum, comes littoris Saxonici per itanniam, dux Britanniarum.

Comes Britanniarum interioribus insulae parus praefuisse videtur, qui secum habuit sepn numeros peditum & novem vexillationes uitum.

Comes littoris Saxonici qui littora contra xones tuebatur, & comes tractus maritimi ab lmmiano dicitur, ad tuendam oram maritim habuit septem numeros peditum & duas xillationes equitum, legionem secundam, & ortem unam.

Dux Britanniarum qui limites contra barbaros tuebatur. Imperavit XXXVIII. *praesidiis, in quibus stationes egerunt* 14000. *pedites, &* 900. *equites. Ita ut eo seculo si Pancirolus recte rationes subduxerit, aluerit Britannia* 19200. *pedites, &* 1700. *equites plus minus ordinarios* [c].

Praeter haec comes sacrarum largitionum, qui donorum, & liberalitatis imperatoris curiam gerebat, habuit sub se in Britannia rationalem summarum Britanniae, praepositum thesaurorum augustensium in Britannia, & procuratorem Gynegii in Britannia, in quo principis, militumque vestes texebantur. Comes etiam rerum privatarum suum etiam habuit rei privatae rationalem in Britannia, ut taceam procuratorem ludi gladiatorii per Britanniam cujus meminit vetus inscriptio, & alios subsellii inferioris.

Nec dubium, quin ista reipublicae dispositione Britannia maxime floruerit. At majori quodam decore summoque honore illustrissimus ille Augustus Constantinus (quippe qui e Britannia & in Britannia natus, imperator in Britannia salutatus, Romanum imperium Britanniam, quasi transtulisse videtur) gentem simul ac insulam donavit haereditario jure. Rex Britanniae militari tandem virtute, Maxentio, qui Romam occupaverat, profligato, imperium sibi acquisivit. Imo jam τȣ̃ κόσμȣ Κύριος (quod imperatores sibi asciverunt nomen) ut primum, ad honoris culmen, gradum, Britanniae principatum habuit. Edititios judices hujusce rei nostrates historicos forte quispiam judicaverit [d]. At aequos imo Romanos habetis! Ad promovendam enim rem Christianam Gregorius Magnus Ethelbertum Anglorum regem exemplo primum Constantini exuscitare satagens, *Et nunc itaque,* inquit, *vestra gloria cognitionem unius* [e] *Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti regibus ac populis sibimet subjectis festinet infundere, ut & antiquos gentis suae reges laudibus ac meritis transeat.* Ethelbertum Constantini successorem agnoscit. En Polydorum Italum [f]: *Britannia tandem aliquando visa est sibi libertatem consecuta, quod Constantinum hominem Britannum regem haberet, totius orbis principem; honore, dignitate, authoritate longe beatissima erat in eoque statu non invita acquiescebat, & si quo in Romanos olim odio flagraverat, jam illud commutarat, quod Dei pari nutu, atque etiam tanti regis beneficio pace frueretur, & initium summi honoris factum esset, qui ad posteros manaret, quanquam postea haud perdiu in Constantini domo imperium mansit, ita cito humanae opes cadunt: tamen decus ipsius imperii cadere non potuit cum etiam nunc reges Angliae more majorum diademate imperiali utantur, ut munere ab imperatore Constantino in suos posteros collato.* Tantae certe & participes gloriae reges nostros esse vult illud Romanae de enumerationis ordine registrum curiae. *Sunt quidam,* ibi legitur, *coronandi & quidam non; illi qui coronandi sunt, debent inungi & illi habent privilegium videlicet rex Francorum Christianissimus co-*

[a] Panegyric. Constantino dictus. [b] Camd. in Rom. in Brit. [c] Vide Pancirolum in Comm. ad notitiam dignitat. [c] identis cap. 69. & 72. de his plenius. [d] II. tit. de lege Rhod. l. 9. Deprecatio. [e] Bed. eccles. hist. lib. 1. c. 32. [f] Polyd. hist. lib. 3.

ronatur & ungitur, rex Angliae coronatur & ungitur, rex Castellae non, rex Legionis, &c. [a]. At nec plenioris notam juris, non in suos superioris, aut biceps aquila occidentis, aut orientis Bπ̃ζ quadruplex, quam hujus orbis anguli, tertio tandem superaddito, aurei [b] Leopardi (stemmata ΒΑΣΙΛΕΩΣ saltem ΒΑΣΙΛΕΌΙΝ ΒΑΣΙΛΕΥΌΝΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥ͂ΣΙ) pro se tulisse videntur. Exorto enim Henricum III. imperatorem inter summumque pontificem Urbanum II. dissidio, de papali electione, cujus sibi jus Henricus vendicabat; rex noster Guilielmus secundus parili subnixus auctoritate *allegavit eandem rationem* (Matthaeus Parisiensis) *quod nullus archiepiscopus vel episcopus regni sui curiae Romanae vel papae subesset, praecipue cum ipse omnes libertates haberet in regno suo, quas imperator vendicabat in imperio.* Dignum vicario Dei dictum. Nec summo suo derogatum iri quidpiam jure sivit inclytissimus Edwardus ille III. qui cum Lodovicus Bavariae dux (qui imp. sese adversus Fridericum Austriae ducem pretendebat) cum Edwardo Coloniae conveniens indigne tulisset, quod ad oscula pedum rex Angliae se non submiserat, jure respondit, *quod rex Angliae erat rex inunctus & habet vitam & membrum in sua potestate & idcirco se non submitteret, sicut rex alius non inunctus* [c]. Sed ab istis, non prorsus tamen, parergis ad Britannos, qui Romanorum usque ad Theodosii tempora imperiis subfuerunt. Gothorum jam Roma, Pictorum & Scotorum nostra Britannia incursionibus maxime turbata, incolae provinciales literis ad AEtium coss. missis congemiscunt. *AEtio III. cos. gemitus Britannorum.* Et post pauca querentes: *Repellunt barbari ad mare, repellit mare ad barbaros. Inter haec duo genera funerum aut jugulamur aut mergimur.* Obsecratis fuderunt auribus preces: instabat enim Romae Attila Gothorum rex; nec tutum erat, urbe periclitante, vires imperii Britanniam ad tutandam transmittere. Sic miseri, inhiantibus barbaris obnoxii, quasi patronorum auxilio & clientela spoliati, summam tandem libertatem (quam quingentesimus iste a Caesaris ingressu annus produxit) sibi relictam, summum provinciae imperium, civilemque integre administrationem Britanni sibi ipsis sunt consecuti.

CAP. VIII.

De tributis seu vectigalibus, sub imperio Romano a Bitannis, impensis G. Camdeni testimonium.

CORonidis vice, lector, de tributis Britannorum, quae Romanis impenderunt, appendicem hic breviter ex eruditissimi illius nostratis antiquarii scriptis subnectere duxi consentaneum. Postquam antiquorum numismatum copiam (quam, eruditus ille antiquitatisque studiosissimus Robc tus Cottonus eques auratus ei pro sua humanita communicarat) chalcographorum opera in libru suum G. Camdenus inseruisset, quorum alia equ rum, porcorum alia, aliorumque animalium ic nibus sunt obducta, ut eorum rationem studio labore investigatam omnibus etiam communic ret ipse, sic ad ea commentatus est. *Pris Britannos nummo aereo aut annulis sine lami ferreis ad certum pondus examinatis usos fu jam ante ex Caesare dixi, cum vero ille quid annos singulos vectigalis Britanni pensitarent co stituisset & sub Augusto vectigalia portoria i in evehendo aut invehendo tolerarent, ut Stra nos docuit, statim etiam tributa in capita su imposita: Britannique principes qui jam qu socii Romanorum in illorum mores paulatim, qu victis usuvenit, abiere, & Romano more pc dere pecuniam signare, nomenque numinis insc bere coeperunt, primusque quod sciam fuit Cu belinus, qui sub Tiberio Jani bifrontis caput c Cuno insculpsit, fortasse, quod tunc temporis Brit nia barbariem exuere incoepit. Janum enim syl strem humani generis cultum in civile muta primum traditum, ideoque bifrontem depictum ta quam alteram ex altera forma reddiderit* [d]. (mu *ex altera parte Camulodanum sive Cama dunum, utrumque enim variante lectione con pitur, locum ubi pecunia fuit signata notare detur. Camalodunum enim fuit regia Cuno lini. Porcum cum arbore vectigalem fuisse nu mum forte innuit pro pastione* [e]. *Pensitar enim provinciales pro sativis, plantariis, ar retis, pastionibus minorum & majorum anim um, in eumque usum nummos cusos opinatus su pro majoribus animalibus cum equo, pro min bus cum porco, pro sylvis cum arbore, pro s vis cum spica. Illi autem cum capite hum o signati videantur pro tributo capitationis, q d personale erat & capiti cujusque sive perso e imponebatur ad quod certum genus nummi p cussum videatur, cum in Sacris Literis numis a census diserte appelletur. Firmiusque hoc cre p, quod in nonnullis monetarius pecuniam sign s exprimitur cum Tascia, quod apud Britannos narius tributi significat.* Gravia quidem ista, x a gente tam libera, quam astruere nonnulli nantur, prorsus aliena. Terrarum autem o is domini, qui barbaris cunctis (hoc nomine i versos, qui e Latio sanguine non fuerunt, n a bant) tributa imposuerant, timore perculsi, ne ab illis ipsis, qui eadem nota fuerant dignissi ni, vastata simul orbis acropoli, pensitationum a vamine tandem (quod non multo secius acci it) premerentur, consilium imperii intra termi os, ut domi tutiores forent, coercendi jam tan m inierunt. Quibus, ad tutelam insulae milita m remunerandam minime visa sunt numismata n pensa, satis fuisse praemii. Sic iterum Roma

---------*Diducta Britannia mundo* [f].

[a] Mihi suppeditavit ista libellus quidam Gallice conscriptus impress. Paris. Ann. Dom. 1587. Lettres d'un Francois surcentein discour aiā n'agueres pur la preseance du Roy d'Espagne. [b] Misit Fredericus imp. regi Hen. III. tres leopardos in signum regalis cly , in quo tres leopardi transeuntes figurantur, ait Matth. Paris. p. 517. histor. ma. [c] Franciae & Scotiae regum Edw. III. maxime se tem illorum ostendit. Frossand. & Walsingh. in vita Will. Rufi. pag. 25. Tho. Walsingh. Gildae Agitium Bedae lib. quibusd. Bortium. Gild. pist. de excid. Brit. Bed. lib. 1. cap. 13. [d] Vide Plutarch. Rom. quaest. 41. [e] Vide Tuin. comm. lib. 2. pag. 150. [f] lau- dian in Panegyr. de conf. Mall. Theodor.

LIBRI PRIMI FINIS.

LIC-

ANALECTON

ANGLO BRITANNICON

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Anglorum adventus. Dii fictitii: quibus Germanus, Lupusque episcopi, Britannos de ecclesiastica disciplina moribus imbuerunt.

QUANTIS jam affecti miseriis Britanni? gaudio Scotique Pictique quanto? Qui plus solito jam irruere, murum complanare, agros depopulari, fines Britonum casasque caede simul & sanguine contaminare. Quippe suarum jam magis virium fiducia, Romanorumque praesidii militum discessu freti. Et jam tandem qui ab occidentis imperio ac austri copias sibi auxiliares minus impetrare potuerunt, maximum imo omne malum ab aquilone huc sensserunt emanasse. Conquerebatur vulgus, Vortigerno regi instabat, fidem ejus, opem implorabat. At ille ad illecebras carnis pronus, opes regii comessationibus scortorumque lenociniis abliguriens, nec se, quod regis est, asylum populi praebuit, sed patriae, genti, sibi suisque fuit exitio. *Ubi enim,* ut ait ille [a], *pro labore desidia, pro continentia & aequitate libido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur.* Vortigernus autem spurcissimis virtutem vitiis, fucatisque aerarium reipubl. voluptatibus tamdiu postposuit, ut enervatae regni undiquaque vires ad ferendum hostium impetum haud fuerint satis idoneae; eoque devenit imbecillitatis, ut debilem & infirmum Ichneumonis effigie denotantes hieroglyphici ad istum tamen recte & apposite significandum vix imaginem habuerint. Animalculum enim illud, si anguem inimicum, ut scribit Orus Apollo [b], videat, non statim aggreditur, sed prius aliis e sua specie vocatis, firmior praesidio angui fit obviam. Vortigernus vero capit cum magnatibus consilium, quo non subsidiarias communi patriae bello, sed quasi praetorias cohortes quibus solis tanquam corporis regnique custodibus stipendiariis totum aciei Scotorum propulsandae munus incumberet, blandis illiciendas praemiis evocandisque Germania decrevit. Ad quartam ergo, de caeteris desperantibus insulaneis, plagam mundi legati destinantur. Qui citissime id quod non majori ipsi, quam Germani desiderio amplectebantur, impetrabant [c]. Triplici nomine Angli, Saxones, & Jutae tribus longis navibus (Ciulas [d] vocabant) Britannicam oram appulerunt: fultus virtute majori minor numerus, ducibus Hengisto & Horsa filiis Wetgisti, cujus *pater Vecta, filius Woden, filii Fredulf, filii Fin, filii Flocwald, filii Jeta, quem filium dixerunt alicujus Dei, de quorum stirpe multarum provinciarum genus regium originem duxit* [e]. Datur illis sedes insula Tanatos; accessit pactum, ut laborem militaremque industriam saluti Britannorum adversus septentrionales impendendo, stipendia mererentur. Quod eousque tandem processit, ut nihil magis Scoti, quam cum Anglis manus conserere caverent. Invasit autem Anglos dominandi libido; verbo, ut firmior esset Britannorum salus, re vero, ut magis subitum exitium, ad augendum Anglorum numerum Hengistus aliquos e suis misit Germaniam, qui soli coelique amoenitatem, regis inertiam propalarent, socios ad insulam invitarent, filiamque ejus venustam succique plenissimam Ronicem simul adducerent. Quae cum patrias primum aedes in Britannia salutasset, pulcherrima forma, pincernae munere, epulis Vortigerno ab Hengisto paratis, functa craterem vino coronatum regi obtulit, flexisque genibus, *Liever,* inquit, *king wacht heil,* id est,

[a] Salluſt. in Conjur. Catil. Huntingd. lib. 2.
[b] Lib. 2. Hieroglyph.
[c] An. a Chriſto. 449.
[d] Coelas.
[e] Bed. lib. 1. cap. 15.

clarissime

clarissime rex observa salutem. Quo per interpretem intellecto, *Drinc heil,* inquit rex, poculumque accipiens puellam osculatus est. *Ab illo,* inquit Monumethensis[a], *die usque in hodiernum mansit consuetudo illa in Britannia, quod in conviviis qui potat ad alium dicit Wacht heil, qui vero post ipsum recipit potum respondet, Drinc heil.* Ait ille aestum Circaei poculi jam sensit, cujus ardorem praeterquam quod excitaverat, sedare nullatenus quidpiam potuit. In uxorem ergo Christianus rex ethnicam puellam petit. Haud abnuit Hengistus, quippe qui ad Vortigernum pellicendum se totus dicaverat. Τείχας autem ἀντ' ἱερῶν commutavit fertilem Cantii provinciam, inscio ejusdem regulo Gorongo (omnes enim Britannici insulae reguli Vortigerni subfuerunt imperio) filialis, quasi praemium pulchritudinis accepit. Cujus auctae vires, feliciaque auspicia sese jam ulterius exerebant. Compellat blande regem ut fratrem Octam aliosque sui sanguinis e Germania ad fines Deiram inter & Scotiam propugnandos sibi liceret elicere, compos fit voti missisque illico legatis Octa, Ebusa & Cerdicius cum trecentis navibus armata manu repletis libentissime huc advehuntur. Gratissime a Vortigerno (quem blanditiae Ronicis, quasi fascino demulserat) recepti. Interim autem Britannis religionem Christianam Pelagiana haeresi gentiumque erroribus labefactatam, ut restaurarent, aggressi sunt insulam Germanus Altisiodorensis, Lupusque Trecensis episcopus, quorum doctrina *haec, ut fertur, usque in hodiernum,* inquit Sylvester Giraldus Cambrensis [b], *documenta tenuerunt. De quolibet pane apposito primum fractionis angulum pauperibus donant. Terni quoque in trinitatis memoriam ad prandium sedent viro cuilibet religioso monacho vel clerico, vel cuicunque habitum religionis praeferenti statim projectis armis cernuo capite benedictionem petunt. Episcopalem vero confirmationem & chrismatis, qua gratia Spiritus datur, inunctionem prae alia gente totus populus magnopere petit. Omnium quoque rerum quas possident, animalium, pecorum, & pecudum interdum decimas donant, quando videlicet vel uxores sibi maritali copula jungunt, vel peregrinationis iter arripiunt, aut quamlibet vitae suae, ecclesiae consilio, correctionem assumunt. Hanc autem rerum suarum partitionem decimam magnam vocant, cujus duas partes ecclesiae suae baptismali, tertiam vero episcopo diocesano dare solent. Prae omni autem peregrino labore Romam peregre libentius eundo devotis mentibus apostolorum limina propensius adorant. Ecclesiis autem & ecclesiasticis viris sanctorum quoque reliquiis, & campanis bajulis, libris textis & cruci devotam reverentiam exhibere, longeque magis quam ullam gentem his omnibus honorem deferre videmus: unde ecclesiae istorum longe majorem quam alibi pacem habent. Non etenim in coemiteriis solum, verum etiam extra procul per metas & fossas ulteriores ab episcopis causa pacis impositas, constitutas animalibus ad pascua pax servat[ur], Ecclesiae vero majores, quibus majorem an[ti]quitas reverentiam exhibuit, quatenus armen[ta] mane ad pascua exire & vesperi redire possu[nt], pacem praebent. Unde si cum principe capita[li] quis inimicitias incurrerit, si ecclesiae refugiu[m] quaesierit, eadem sibi & suis pace gaudebi[t], adeo ut hac immunitatis indemnitate, lon[ge] canonum indulgentiam excedente (qui corp[ori] solum & membris tali in casu salutem praestan[t]) multi abutentes, audacius ob hanc impunitate[m] hostiliter excedunt, & ab his etiam refugii lo[cis] tam patriam undique totam quam principem i[p]sum graviter infestando molestant.* Haec il[li]. Suspecta Britannis fuit Anglorum indies crescen[tium] copiae fides. Patriae timent, libertati; quoru[m] propugnaculum erigitur Guortimerus Vortigerni [fi]lius, qui bello fortissimus tamen occubuit. [U]trinque vis, maxime comitata caede fraus He[n]gisti intercessit; quae Britannos tandem in o[c]cidentalem insulae partem, Cambriam scilic[et] montibus pene inviam detrusit, authoris autem nempe Hengisti, Cantianum regnum plurimis pr[o]vinciis adauxit [c]. Haeredem Hengistus [d] Eisu[m], a quo reges Cantii sunt Esingae dicti, filium, q[ui] Othamum, qui Ermericum, qui Ethelbertum [re]liquit [e]. Is Anglorum regum primus nom[en] Christo feliciter dedisse fertur, nec enim salut[a]rem Christi cultum Britanni (quod eis maxi[me] vertit Gildas vitio) advenis aliquatenus comm[u]nicarant [f]. Ex quo irruentium indies Saxonu[m], Anglorum, Jutarum, Frisonum cohortes, quoru[m] inter regulos dispertitae sunt (quod infra dic[i]mus) provinciae, non sedes solum, sed & fac[ta] sua patria integre jam traducta Britanniam [h]anciebant. Quae quidem breviter, qua supp[edi]tunt auctores, attexam. *In commune,* inquit T[a]citus [g], *Herthum, id est, terram matrem colun[t], eamque intervenire rebus hominum, invehi p[o]pulis arbitrantur.* Poetarum antiquorum ipsiss[i]ma opinio. Qui coeli, terraeque amore mutu[o], ut est apud Hesiodum & Plutarchum [h], univer[sa] fuisse voluerunt procreata. Sua habuerunt n[u]mina, nomine quidem varia. Jovem enim *Tho[r]*, Mercurium, [i] *Woden,* Venerem indigitaba[nt] *Fream.* Deo item *Eoster,* Aprili mense, sacr[i]ficabant. *Woden,* inquit G. Malmesburiensis [k], *Deum esse delirantes ei quartum diem septima[nae] & sextum uxori ejus Freae perpetuo [a]d hoc tempus consecraverunt sacrilegio.* Tertia[m] feriam Richardus Versteganus [l], a Tuistonis no[mi]mine, cum chalcographicis fictitiorum quae dix[i]mus numinum delineamentis, deduxit. *Celebran[t],* ait Tacitus [m], *carminibus antiquis, quod unu[m] apud illos memoriae & annalium genus est, Tuist[o]nem Deum terra editum, & filium Mannum orig[i]nem gentis conditoresque.* Decipulas autem ista[s] nassasque diabolicas, saluberior per Cantii regnu[m] dilatata disciplina, etsi non penitus confregeri[t], maxime tamen contudit.

[a] Galfr. lib. 3. cap. 1. [b] Cambr. descript. cap. 18. [c] AEthelw. lib. 2. cap. 2. [d] Oiscum & Oiscing[...] [e] Bed. lib. 2. cap. 5. [f] Bed. lib. 1. cap. 22. [g] Tacit. lib. de mor. Ger. [h] Hesiod. in Theogon. Plutarch. Erot[...] [i] Al. Godan. apud Langobardos Paul. Warnefred. lib. 1. cap. 9. Lipsius autem vult Wonstan, a lucro scilicet. cui praeest. Mercurius, in not. 3 ad Tacit. de Germ. [k] Malmesb. lib. 1. De gest. reg. cap. 1. Pontic. Virunn. Hist. Brit. lib. 6. [l] Versteg. cap. 4. [m] [...] de morib. Germ.

C A P

CAP. II.

Anglorum apostolus Augustinus; primus rex Christianus, archiepiscopatus primus, regnique Cantiani, quod incoeperat Hengistus, finis.

ETHelberto enim tanquam isagogice nutu Dei Optimi Max. nuptiis est conjuncta Christianissima Berta Francorum regis filia, pacto tamen ut ritus fidei religionisque suae cum episcopo Luidhardo inviolatas sibi servare liceret. Illorum praesentia & contubernio gens eatenus barbara ad easdem consuetudines confoederata, sylvestres animos indies exuere, & ad leniores mores declinare coepit [a]. Subsequenti paulo tempore, venalibus quibusdam Anglorum Romam allatis, Gregorius Monachus Christiani nominis amore propagandi excitus, gentisque pulcherrima specie commotus, ad divina semina nostros inter serenda animum destinabat. Qui cum in pontificatum postea fuerit evectus, piis perseverando coeptis, monachum quendam Augustinum ad ecclesiam Christi Dei hic extruendam emisit, cui, ut ad veri cognitionem ab idololatria gentem averteret, auxiliarios in expeditione milites adjunxit. Qui cum Britanniam simul adveherentur, in insula Tanatos ad expectandum Ethelberti colloquium resederunt. *Caverat enim rex, ne in aliquam domum ad se introirent, veteri usus augurio, ne superventu suo, si quid maleficae artis habuissent, eum superando deciperent* [b]. Vexillum autem illi sacrum argenteam nimirum crucem ferentes, iconemque D. Salvatoris in tabula depictam, fiunt obviam regi. Cui cum verbum vitae praedicassent: *Pulchra sunt*, inquit, *quidem verba & promissa, quae affertis, sed quia nova sunt & incerta, non his possum assensum tribuere, relictis eis, quae tantopere cum omni gente Anglorum servavi.* Adversarium tamen illatae religioni se minime fore professus est, quin quos possent paraenetico sibi consociare sermone libere liceret [c]. Sedem illis Doroberniae (quae metropolis erat ejus imperii, quod fluminis Humbri finibus terminabatur) victui item commeatus copiasque munificentissime contulit. Sacro tandem ablutus ipse fonte, ne merces operariis aequa deesset, Augustinum ut episcopum, cum synergis tanto operi, praediis & possessionibus benignissime ditavit. Instauratae feliciter faustoque ecclesiae, ut disciplinam catholicam insuper adderet, Augustinus Gregorium pontificem de quibusdam Christianae politiae capitibus consuluit. Primo de bonis ecclesiae partibusque eorum distribuendis. Cui pontifex, quadripartitam illam Romana synodo, Constantino imperatore, a Sylvestro inter episcopos, clericos, aedituos, & pauperes constitutam divisionem perstringens [d]: *Sed*, inquit, *quia fraternitas tua monasterii regulis erudita seorsim vivere non debet a clericis suis in ecclesia Anglorum, quae authore Deo nuper adhuc ad fidem perducta est, hanc debet conversationem instituere, quae initio nascentis ecclesiae fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his, quae possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia.* Porro quotos conjugium consanguinitatis gradus peteretur? *Quaedam*, inquit ille, *terrena lex in Romana republica permittit, ut sive frater & soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia* (sic enim vult rescriptum Arcadii & Honorii AA. Eutychiano, *praef. praet. Codic. titul. de nuptiis & instit.* ubi tamen Theophilus habet ἐ διωάχνται συνάπτεσθαι) *misceantur. Sed experimento didicimus ex tali conjugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est, ut jam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi jungi debeat. Nam secunda quam diximus a se omni modo debet abstinere* [e]. Sed quartum ad usque (anologica humorum cum quatuor physicorum elementis, sed ridicula, ratione freti) gradum; juxta sescuplas mundi aetates ad sextum; quod jure civili in feudis ad septimum usque gradum protenditur haeredum successio, ad usque septimum etiam pontificii Canones nuptias contrahi prohibuere [f]. Quorum numeri, solis accessu recessuque aurei luminis, maximas, ut Angliae, Franciae, Hispaniarumque regna testantur, sunt passi prostaphaereses. Recentiores autem ad quartum usque esse abstinendum constituerunt, quod & scholastici enixe propugnarunt [g]. Consobrinorum vero nuptias jure naturae, divino ac civili (pontificiis enim nos soluti decretalibus) Albericus Gentilis J. C. regius Oxoniae professor legitimas esse nuperrime scriptis suis doctissime conatus est demonstrare [h]. At gradu sunt illi jure Canonico adinvicem secundo, civili licet quarto. Aliarum quarundam ecclesiasticae disciplinae quaestionum nodos dissolvit Gregorius; & epistola congratulatoria (cujus epigraphen [i] *Servus servorum Dei* primus iste sibi adscivit) regem Ethelbertum ob incoepta fidei fundamenta summe collaudavit. Crevit enim & jam pullulavit inter Anglos Christiana fides; constitutae simul & episcopales sedes. Roffensi Justus, Londinensi Mellitus donantur. Augustinus ipse Cantuariensis *contra quam*, inquit Camdenus [k], *Gregorius papa jusserat, archiepiscopatus insignia & metropolitanam sedem Londino Cantuariam transtulit.* At Polydorus [l]: *Apud Gregorium ita egit, ut sedes archiepiscopi, quae jam inde ab initio pietatis Christianae, Lucio rege, receptae, Londini fuerat Doroverniam (haec hodie Cantuaria est) translata sit.* Cui, ne translationis episcoporum jus papae, antiqua juxta exempla, deesset, Richardus Vitus pontificius adstipulatur [m], Honorarius autem hujusce rei sit Malmesburiensis arbiter. *Cantuariae*, scribit ille [n],

[a] Malmesb. lib. 1. de regib. Angl. [b] Beda. lib. 1. cap. 25. [c] Bed. lib. 2. cap. 3. [d] Roman. synod. Can. 4. [e] C. de nupt. lib. 19. celebrandis Instit. tit. eodem §. duorum. [f] Decret. tit. de consf. & aff. c. ult. & penult. Caus. 35. q. 3. & 4. [g] Decret. de cons. & aff. c. pen. Concil. Mogunt. cap. 54 Numer. c. 36. [h] Alb. Gentil. de Nuptiis, lib. 5. cap. 11. [i] Sigon de regn. Ital. lib. 1. [k] Camd. in Trinob. [l] Polyd. lib. 4. hist. Angl. [m] Vit. hist. lib. 9. not. 11. Vide Bedam, lib. 1. cap. 29. [n] Malmesb. lib. 1. de gest. Pont.

ſedit primus Auguſtinus Gregorii magni diſcipulus. Pallium autem & privilegium archiepiſcopatus idem Gregorius Auguſtino ad Londoniam conceſſit, quia ſcilicet ad id tempus alterius obſcurae urbis notitia Romanos non attigiſſet. Verumtamen quia primus doctor ſedulitate regis, hoſpitis, & civium charitate captus, Cantuariae incolatum vivens annis [a] *quindecim, & mortuus tumulo fovit, omnis eo inpoſterum honor tranſlatus.* Libera per me ſit hujus ſententiae cuique interpretatio. Naturae legibus ceſſit Ethelbertus, *Qui genti ſuae decreta judiciorum juxta exempla Romanorum cum conſilio ſapientum conſtituit. Quae conſcripta Anglorum ſermone hactenus,* ait Beda, *habentur & obſervantur ab ea. In quibus primitus poſuit, qualiter is emendare deberet, qui aliquid rerum vel eccleſiae vel epiſcopi, vel reliquorum ordinum furto auferret, volens ſcilicet tuitionem eis, quos & quorum doctrinam ſuſceperat, praeſtare* [b]. Ethelbertum excepit Edbaldus, quem Ercombertus, Cantuarienſem autem primatum jam tenuit Honorius, qui Angliam primus in parochias diſtribuere coepit [c]. Subſecutus eſt in regno Egbertus, hunc autem Lotharius; cum Cantuarienſi, tanquam maximo Curioni Theodoro (cujus opera & induſtria aſtrorum nobiliſſima ſcientia, cum binis ejuſdem tenuiſſimis alis geometria, & arithmetica, maxime floruerunt) omnis Anglorum eccleſia manus dare conſentiret. Illo enim praeſidente, *Una cum eo ſedentibus caeteris epiſcopis Britanniae inſulae* [d], *viris venerabilibus, praepoſitis ſacroſanctis Evangeliis in loco qui Saxonico vocabulo Hatfeild nominatur,* orthodoxam de myſtica divinae Trinitatis Omouſia fidem, aliaque Catholicae theologiae capitula ſynodus eſt amplexa; quatuor item generalia cum aliis apud Graecos habita concilia, *Suſcipimus* (ut hiſtoriis ſuis Beda ſimul & Huntindonienſis inſeruere [e]) *ſanctas & univerſales quinque ſynodos beatorum & Deo acceptibilium patrum, id eſt, qui in Nicaea* (Conſtantino A.) *congregati fuerunt* 318. *contra Arrium impuriſſimum, & ejuſdem dogmata; & in Conſtantinopoli* (Gratiano & Theodoſio A A) 150. *contra veſaniam Macedonii, & Eudoxi, & eorum dogmata, & in Epheſo primo* (Theodoſio A.) 200. *contra Neſtorium nequiſſimum, & ejus dogmata; & in Chalcedone* (Martiano A.) 430. *contra Eutychen & Neſtorium & eorum dogmata. Et iterum in Conſtantinopoli quinto congregati ſunt concilio in tempore Juſtiniani minoris, contra Theodorum & Theodoreti & Ibae Epiſtolas, & eorum dogmata contra Grillium. Et ſynodum, quae facta eſt in urbe Roma, in tempore Martini papae beatiſſimi indict.* 1. *imp. Conſtantino piiſſimo, anno nono, ſuſcepimus.* Unanimi hac eccleſiae harmonia felicem Lotharium excepit Edricus, quem Withredus, Edbertus, Ethelbertus, & Alricus qui regnum Cantii ſtrenue ac fortiter adminiſtrarunt. Secuti ſunt Edbertus, & Cuthredus. Huic ſucceſſit Baldredus; quo Egberti occidentalium Saxonum regis impetum haud ferente, Eſingarum imperium fata m nime ulterius diſtulerunt.

C A P. III.

Heptarchiae caetera ſex regna; eorun etiam faſtigium & converſio; adjunc tis Inae legibus.

QUOD Europaeos ſub principatu Caur trigoni ſecreto Jovis ac Saturni moderam ne coerciti, impatientes regni amanteſque libert tis eſſe, ſcribit Ptolemaeus [f], Anglorum jam pc lyarchia (cujus ſaepius anarchia pediſſequa) a ve ro minus alienum fuiſſe oſtendit. Nec enir unus illis princeps, non unus rex; ſed fines inte heptarchas diviſi; qui vicinorum potentia, ſuc rum contumacia indies perculſi veritatem illiu Plautiani dicti, *Di nos quaſi pilas homines ha bent* [g], graviſſime ſenſerunt. Quantum Angl Saxones occuparunt, in ſeptem regna diſpertitur eſt: Cantium ſcilicet, Southſaxiam, Eaſt-angl am, Weſtſaxiam, Northumbriam, Eaſt-ſaxiam & Merciam. De Cantio ſatis ſuperius, Southſexia vero, altero ſupra trigeſimum ab adventu prim Anglorum anno, regnum inchoavit AElla; hun ſecutus eſt Ciſſa, cujus nomen urbs Ciceſtria, Sa onice *Ciſſeanceſter*, & mons *Ciſsbury* adhuc c lent [h]. Excepit illum Adilwalchius, qui primu hujus provinciae rex e ſacro fonte ſuſceptus eſt Brentius inde; ſed Aldwinum ultimum South ſaxiae regem Inas Weſtſaxiae vita ſimul & regn ſpoliavit. Eaſtangliam (eadem cum Norfolcienſi Suffolcienſi, & Cantabrigienſi agro) regni nomi ne primus Uffa, cujus inde poſteri Uffingae dic ti, donavit. Quem excepit Titilus, hunc auten Redwaldus ab Wodeno decimus; Eorpwaldu Redwaldi filius Chriſtianae primus hic militia nomen dedit [k]. Sed miſtum pietate nefas. Al taria ſimul eodem loco ad ſalutis ſacramenta & daemoniacas victimas deſtinata conſecravit. Secutus eſt Sigebertus, cujus literarum amor muſarum (regio digniſſimum opus nomine) rempublicam maxime promovendo conſpiciebatur [l]. Egricus deinde, Anna, Ethelerius, Adeluldus, Beorna, Ethelredus, Ethelbirthus, Edmundus illic regnarunt. Danica tandem incurſione vaſtata provincia, annis prope quinquaginta intermiſſis, in Edwardi Weſtſaxonum regis imperium eſt redacta. Cantii vero regibus clientelari jure obſtrictos ſuos habuit Northumbria duces ad ſexageſimum uſque poſt Hengiſti mortem annum, quum regnum primus ſibi rex Ida nomen in hac provincia adſciſceret [m]. Quem ſecuti ſunt AElla, Ethelricus, Ethelfridus, Edwinus qui bello tam fortis, ut non ſolum Britanniae gentes, Angli, Scoti, Picti, *Sed & inſulae Orchadum & Mevaniarum quas nunc Angleſei, id eſt, Anglorum inſulas dicimus, & arma ejus metuerent, & poteſtatem adorarent* [n]. Tanta vero pacem juſtitia fovit, ut nullus tunc praedo publicus, nullus latro

[a] XVI. al. [b] Bed. lib. 2. cap. 5. [c] Ann. Chriſti DCXXXVI. Ex hiſtor. Cant. apud. G. Camd. in Brit. diviſ. [d] Bed. lib. 4. cap. 2. [e] Bed. lib. 4. cap. 17. It. Huntingd. lib. 4. [f] Lib. 2. quadrip. cap. 2. [g] In Captivis. [h] Camden. [i] Huntngd. lib. 2. [k] Bed. lib. 2. cap. 15. Huntingd. lib. 2. [l] Malmesb. lib. 1. de geſt. reg. cap. 6. [m] Malmesb. lib. 1. cap. 3. [n] Bed. lib. 2. cap. 5.

domeſticus;

omesticus ; insidiator conjugalis pudoris procul ierit, expilator alienae haereditatis exul [a]. Christianam autem religionem Paulinus (qui pallium b Honorio P. R. & metropolitanam Eboraci sedem receperat) huic regum Northumbriae primo nnunciavit. Ex quo quidem ad divinum veri Numinis cultum sanciendum, saluberrima inter Anglos instituta quotidie succrescebant. Firmaat pacem justitia regis religione suffulta, sed qua-:

Monstrabant terris hunc tantum fata nec ultra
Esse sinebant [b] --------

raematura enim tanti principis morte, felicitas inter Anglos ista germina prorsus exaruerunt. ucceffit Oswaldus, Oswius, Egfridus ; quorum Oswius *Pictorum quoque ; ac Scotorum gentes maxima ex parte perdomuit, ac tributarias fet* [c]. Subsecutus est Alfridus, Osredus, Cenreus, Osricus, Celulphus cujus ascripta est nomii venerabilis Bedae Ecclesiastica historia. Regnat inde Egbertus, eo autem felicius, quod Alcuinum viderit omni, qua aetas illa tulerit, literaum genere doctissimum ; cujus quidem opera in arisiensi Academia instituenda Carolus Magnus us est. Excepit istum Osulphus filius, hunc aum Aleredus, Ethelbertus, Celwoldus, Osredus, thelredus ; quem infestissimae Danorum irruptiones, & per provinciam depopulationes triginta es annos usque ad Westsaxonum imperium subquebantur. Nec sui defuerunt Eastsexiae reges *r successionem multi, sed aliis regibus & maxie Merciis subjecti* [d]. Quorum primus Erenwinus, Sledam haeredem reliquit ; Sledae us Sebertus a Mellito Londoniae episcopo sance messis operario fidem Christianam suscepit. cuti sunt Sexcedus & Sewardus, qui Mellitum ibus suis exterminarunt, feliciter tandem regni biit administrationem Sigebertus, quippe qui thodoxae fidei praecepta, quae cum Mellito fuent exilio damnata, rediviva postliminio recepit. Inc ejusdem frater Switelmus, Sigherius & Sebb, Sigehardus & Senfredus, Offa, Selredus, Switedus, cujus qualemcunque, tametsi orientalem, goriam, occidentalis Egberti impetus ac vis prorsus extinxit. Merciorum primus fuit Penda rex a Wodeno decimus [e] ; qui magnis undiquaque implicatus bellis Wedae filio regnum reliquit, is autem Christiani nominis gemma regium suum diadema primum insignivit [f]. Demortui Wedae ves frater egit Wlpherus, cujus industria Wecta insula ritus adhuc anhelans sacrilegos, fidem sacrosanctam est amplexa. Sed gravissima quidem aspersus est macula, quod primus regum Anglorum sacrum episcopatum Londoniae Winae ambitioso venditarit [g]. Imperavit inde frater ejus Ethelredus, qui tametsi ex uxore Ceolredum filium susceperat, haeredem nihilominus Cenredum nepotem instituit. Cenredus autem postquam pietate in Deum simul ac patriam perinsigni quinquennio regnum administrasset, Romam peregrinatus terrena coelestibus domicilia commutavit. Secundum quem Ceolredus, recipit istum Ethelbaldus, qui, cum foedissima Anglorum stupra & adulteria Bonifacii Moguntiaci episcopi literae graviter coarguerent, ut coinquinatam purgaret rempublicam, Cuthberti archiepiscopi Cantuariensis auxilio sacrorum antistitum indixit synodum ; cujus inter decretos maxime de clericorum castitate canones, decimum hunc Malmesburiensis fuisse testatur, *Ut dominicam orationem & symbolum Anglice discant & doceant* [h]. Successit Offa. Hic Cantianos tanto prosecutus est odio, ut transacta cum Adriano I. pontifice Romano re, archipraesulatum Cantuaria (cujus episcopo Londinensis, Vintoniensis, Roffensis & Selescienfis dioecesium supremam jurisdictionem tantum reliquit) Lichfeldiam in Merciorum provinciam transtulerit. Paternam autem hanc constitutionem resciderat Egfertus filius, nisi, quod conatus est, praematura mors anticipasset. Sedulo rex proximus Kenulphus & Athelardus archiepiscopus de Cantuariensi praerogativa restituenda Leonem III. P. R. consuluerunt. Ad regem rescripsit pontifex, collataque primum apostolica benedictione, *Nos*, inquit, *per omnia enucleatius trutinantes, in sacro scrinio nostro reperimus, sanctum Gregorium praedecessorem nostrum in integro ipsam parochiam numero duodecim beato Augustino syncello suo archiepiscopo tradidisse & confirmasse episcopos consecrandi. Unde & nos, veritate ipsa reperta, ordinationes seu confirmationes nostra apostolica authoritate illi in integro, sicut antiquitus fuerunt, constituentes reddidimus ; & privilegium confirmationis, secundum sacrorum canonum censuram ecclesiae suae observandum tradidimus.* Fortitudinis, pietatis & religionis exempla posteris Kenulphus reliquit ; Kenelmo, nempe Ceolulpho, Bernulpho, Withlafio, Ludecanio, Berthulpho, Burhredo ; quorum fines Dani primum infestarunt, suoque tandem imperio Alfredus Westsaxiae rex viribus pollens coercuit. Condidit autem Westsaxiae regnum primus (ab Wodeno decimus [i]) Cerdicius quem excepit Cenricus, Ceaulinus, Celticus, Cinegistus, qui, quadragesimo post Augustini adventum anno, suum in Christianorum album nomen retulit. Haeredem reliquit Kenwalchium, qui, postquam alterum & trigesimum regnarat annum, fatis abreptus, Sexburgae uxori regni arbitrium delegavit. Quam secutus est Escuinus, & Genuinus, hunc autem Cedwalla. Hic se totus Marti devoverat, & e sacro licet fonte minime fuerit adhuc susceptus, manubiarum tamen, quas praedatorio tantum jure sibi acquisiverat, decumam (quod de veteribus Romanis Camillo & Lucullo, de Lacedaemoniis Agide & Agesilao scribunt historici [k]) Deo, licet ignoto, donabat. Postea vero peregrinato Cedwalla sacrum, ut reciperet baptisma Romam, gubernacula regni Inas sustinuit ; qui prono in mala, & in luxuriam fluenti seculo graves nec severas satis leges imposuit. Quarum hic nonnulla capitula habes attexta.

Primitiae seminum (Ϲẏꞃıcꞅceaꞇꞇaꞅ Saxonice dixerunt) *ad celebre divi Martini festum reddun-*

[a] Malmesb. lib. 1. cap. 3. [b] Virgil. AEn. lib. 6. [c] Bed. lib. 2. cap. 5. [d] Malmesb. lib. 1. cap. ult.
[e] ...n. Dom. DCXXVI. [f] Malmesb. lib. 1. cap. 4. [g] Malmesb. ubi supr. & lib. 2. de gest. Pontif. fol. 134.
[h] ...mesb. de gest. Pontif. lib. fol. 112. [i] Ann. Dom. 495. [k] Liv. lib. 5. Xenoph. lib. 3. Hellen. Plutarch. in Luc.

tor

tor (ex eo vero quisque solvat domicilio in quo media hyeme commoratur) qui tum non solverit 40 [a] *solidis mulctator, & ipsas praeterea primitias duodecies persolvito* [b].

Si quis rei capitalis reus ad templum confugerit, vita potitor, & secundum jus fasque compensato. Si quis verbera promeritus fani suffugium implorarit, ei verbera remittuntor [c].

Si quis in regia pugnarit, rebus suis omnibus mulctator, & sitne morte etiam plectendus regis arbitrium & jus esto. Qui in templo pugnaverit 120 *solidis noxiam sarcito. Qui in domo senatoris* [d] *aut alterius sapientis honorati pugnam dederit* 60 *solidis mulctator. Si quis in tecto villici censum pendentis annuum aut coloni cujuscunque pugnarit* 30 *solidorum poena esto, & villico solidos senos numerato, si quis in campo dimicarit patenti,* 120 *solidis mulctatur, si inter convivas rixatum fuerit, & eorum alii convicia patienter sustinuerint, alii* 30 *solidis mulctantur* [e].

Si quis clam uxore & liberis quid clepserit, 60 *solidis mulctator, sin furetur conscia omni familia sua in servitutem dantur omnes. Puer decem annos natus furto fuisse conscius coarguatur* [f].

[g] *Praedo si deprehendatur, vita privator aut vitae aestimatione se ipse redimito. Praedones autem nominamus usque ad numerum virorum septem deinde (quousque numerus ad* 35 *coaluerit)* [h] *turmam dicimus, numerus si excreverit* [i] *exercitum vocamus* [k].

Si quis furi mortem obtulerit, jurejurando fidem astringat se illum tanquam criminis reum occidisse, atque hoc pacto omni solutione liberatur [l].

[m] *Paganus saepius furti insimulatus si tandem deprehendatur, ei manus aut pes praeciduntor* [n].

[o] *Peregrinus aut alienus si devius per sylvas vagetur, neque vero ore vociferarit, aut cornu insonuerit, fur morti tradendus, aut pretio redimendus adjudicatur* [p].

Maritus postquam ex uxore liberos susceperit, si moriatur, proles matrem penes nutrienda maneto: dantorque ad victum ejus suppeditandum solidi seni, aestate vacca, hyeme bos, cognati vero primigenia pecuaria haec (usque dum proles adulta fuerit) custodiunto [q].

Si cui objiciatur furto surripuisse rem aliquam vel furtim subductam admisisse, is pro ratione 60 *hydarum se culpa liberato, si modo dignus qui juret habeatur. Anglus furti postulatus duplici se purget numero, Wallus majore juratorum numero non obstringatur. Cuivis praeterea integrum esto, & furum admissionem, & perempti corporis (nomine capitalium inimicitiarum) aestimationem jurejurando avertere, si modo poterit, atque id facere non verebitur* [r].

Maritus quidpiam depraedatus atque in locum secretiorem id subduxisse convictus, furti conscius habetor, uxor non item. Ea namque viro superiori obtemperare debebit. Porro si jurejurando fidem astringere non verebitur uxor, se praedam hanc cum viro non participasse, tertia rerum parte donetur [s].

Impendendos etiam Romano annuatim pontifici sancti Petri denarios domesticatim scilicet corrogandos constituisse memoratur; quorum per provincias numerum, apostolicum istud rescriptum historiae Joannis Foxi [t], ecclesiasticae insertum sigillatim testatur. *Gregorius episcopus servus servorum Dei; venerabilibus fratribus Cantuar. & Eboracens. archiepiscopis, & eorum suffraganeis, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, eorumque officialibus, per regnum Angliae constitutis, ad quos literae istae pervenerint, salutem, & apostolicam benedictionem; qualiter denarii beati Petri, qui debentur Camerae nostrae colligantur in Anglia et in quibus episcopatibus, & dioecesibus debeantur, ne super hoc dubitari contingat, & praesentibus fecimus annotari sicut in registro sedis apostolicae continetur.*

De Cantuar. dioeces. 7. *l.* 18. 5. *Sterling.*
De London. 16. *l.* 10. 5.
De Roffens. 5. *l.* 12. 5.
De Norwicens. 12. *l.* 10. 5.
De Eliens. 5. *l.* 0. 5.
De Lincoln. 42. *l.* 0. 5.
De Cestrens. 8. *l.* 0. 5.
De Winton. 17. *l.* 6. 7. 8. *d.*
De Exon. 9. *l.* 5. 5.
De Wigor. 10. *l.* 5. 5.
De Hereford. 6. *l.* 0. 5.
De Bathon. 12. *l.* 5. 5.
De Sarisb. 17. *l.* 0. 5.
De Covent. 10. *l.* 5. 5.
De Ebora. 11. *l.* 10. 5.

Secutus est Inam Edelardus; hinc autem Cuthredus, deinde Sigebertus, Cenulphus, Brithricus qui conjugali sibi vinculo Edburgam Offae regis Merciorum filiam infaustis hymenaeis conjunxit. Illius enim veneficium, quod adolescentulo cuidam, Brithrici deliciis, destinarat, regem qui imere praegustabat, ex humanis infeliciter abripuit. *Gens itaque occidentalium Saxonum,* scribit Afferius Menevensis [u], *reginam juxta regem sedere non patitur, nec etiam reginam appellari, sed regis conjugem, permittit, quam controversiam imo infamiam de quadam pertinaci, & malevola ejusdem gentis regina* (Edburga nimirum ista quod itidem tradit G. Malmesburiensis [x]) *ortam fuisse majores illius terrae perhibent. Quae omnia contraria seniori suo & populo omni ita peregit, ut non solum suum proprium odium mereretur, ut a reginali solio projiceretur, sed etiam omnibus suis subsequatricibus eandem pestiferam tabem post se submitteret. Pro nimia namque illius reginae malitia omnes accolae illius terrae conjuraverunt, ut nullum unquam regem super se in vita sua regnare permitterent, qui reginam in reginali solio juxta se sedere*

[a] Solidus aequalis nummus 15. jam Anglicanis denariis. V. Lamb. cujus pars quinta Saxonicus denarius. Solidorum 48. Libra Saxonica. [b] Cap. 4. & 62. [c] Cap. 5. [d] Ealdorman. Sax. [e] Cap. 6. [f] Cap. 7. [g] Þeof. Sax. [h] Hloþ. Sax. [i] Here. Sax. [k] Cap. 13. [l] Cap. 16. [m] Ceorle. [n] Cap. [o] Feorcumanman. [p] Cap. 20. [q] Cap. 38. [r] Cap. 47. [s] Cap. 58. [t] Fox lib. 4. pag. in Edw. II. [u] Asser. de Alfr. reb. gest. [x] Malmesb. lib. 2. de reg. cap. 2

rare vellet. Brithricum transmarinis partibus :ul in imperio tamen excepit Egbertus, qui cum lercios, Cantianos, australes Saxones & orien- les Westsaxiae regno adjecisset, caeterasque pro- ncias spe devorasset, *Ut quae in unius* (Cam- eni verba [a]) *imperium devenissent, in unum i- m nomen coirent; & ut suae gentis memoriam nservaret, heptarchiam quam occuparunt Saxo- es, promulgato edicto* Engelond *vocari jussit, l est, Anglorum terra. Unde Latine A N- L I A dicta, ab Anglis facta appellatione, ui, ex tribus his populis, erant numerosissimi & rtissimi.* Northumbria tandem imo tota, ut ha- et Malmesb. Britannia potitus, exterarum virium, anorum scilicet, infestatione graviter perturba- is vitam finivit. Quasnam autem cujuslibet eptarchae regnum provincias terminabat, ex ta conspicari licet tabella [b].

Regnum	continebat
antii	*Cantium*
ussexiae	*Sussexiam*, *Surriam*
astangliae	*Norfolciam*, *Suthfolciam*, *Cantabrigiam*, *Insulam Ely*
Vestsaxiae	*Cornewalliam*, *Devoniam*, *Dorsetiam*, *Somersetiam*, *Wiltoniam*, *Southanthoniam*, *Bercheriam*
Iorthumbriae	*Lancastriam*, *Eboracum*, *Dunelmiam*, *Cumbriam*, *Westmoriam*, *Northumbriam & regiones Scotiae usque ad Edenburgi fretum.*
stsexiae	*Essexiam*, *Middlesexiam*, *Partem Hertfordiae*
Merciae	*Glocestriam*, *Herefordiam*, *Wigorniam*, *Warwicum*, *Leicestriam*, *Rotelandiam*, *Northantoniam*, *Lincolniam*, *Huntingdoniam*, *Bedfordiam*, *Buchinghamiam*, *Oxenfordiam*, *Staffordiam*, *Darbiam*, *Salopiam*, *Notthinghamiam*, *Cestriae partemque Hertfordiae alteram.*

Conspicuum tamen in isto septenario plerum- que fuit unitatis dominium; & hexarchae ab ip- sis Anglorum regni primordiis monarchae impe- rio (quod jus provinciae dictum) coercebantur. Tantis autem primum polluit viribus AElla Suthsexiae rex, *Qui omnia*, ut habet Huntingdo- nensis [c], *jura regni Anglorum scilicet reges, & proceres, & tribunos in ditione sua tenebat.* Secundo Ceaulin rex occiduorum Saxonum, ter- tium Ethelbertus Cantii, quarto Readualdus o- rientalium Anglorum, quinto Eduinus Northa- nimbrorum, sextum Oswaldus, septimo Oswius; postremo tandem Egbertus, quorum unusquisque praerogativae quasi nota, titulo *regis gentis An- glorum* insigniebantur.

CAP. IV.

Tributum Danegelt. Ethelulphus erga ecclesiam Anglicanam & Romanam quam munificus.

JAM vero ingruebant piraticae Danorum vas- tationes, agrorumque per Angliam depo- pulationes, quas ad repellendas delecta militum manus conquisita. Indictum item tributum, ex quo quae meriti sunt milites stipendia persolve- rentur, Danegelt dictum. *Danegaldi redditio* (inter Edwardi leges habet Rogerus de Hoveden [d]) *propter piratas primitus statuta est, patriam enim infestantes vastationi ejus pro posse suo insistebant. Ad eorum quidem insolentiam re- primendam statutum est Danegaldum annuatim reddi, scilicet duodecim denarios de unaquaque hida* (hidam autem, ut semel adnotem, tantum aiunt Henricus Huntingdoniensis [e], Matthaeus Parisiensis [f], Thomas Walsinghamius [g], esse ter- rae, quantum unico per annum coli possit ara- tro, nec audiendus est Polydorus [h], qui vicena jugera hidam esse scribit) *totius patriae ad con- ducendos eos qui piratarum eruptioni resistendo obviarent. De hoc quoque Danegeldo omnis ecclesia libera est & quieta, & omnis terra quae in proprio dominio ecclesiae erat, ubicunque jace-*

[a] In Anglosax. Sed vide Jo. Carnotens. Policrat. lib. 6. cap. 17. Britannia ab adventu Saxonum in insulam appellata est Anglia. Post ılmesb. lib. 1. cap. 6. [b] Camd. in divis. Brit. [c] H. Huntingdon. lib. 2. histor. [d] R. de Hoved. Ann. part. pr. fol. 344. helredum primo exegisse, S. vero Edwardum remisisse scribit ille Rog. de Hoveden in vita S. Edwardi. [e] Huntingd. lib. 6. [f] Matth. ris. Hist. major. [g] Walsingh. hyp. Neust. [h] Polydor. Histor. lib 9. Concedo terrae partem septem aratrorum, quae Anglice itur septem hydae. in chart. Dunst. fact. ann. Christ. 963. ex lib. char. arch. Cant. Fundi possessiones per aratrorum numerum aestimatio iqua, sic tributa Marconi archiepisc. apud Krantz. Wandal. lib. 2. cap. 31. Et terram centum vertebat aratris, Virg. AEneid. 7. Ingulph. st. pag. 491.

bat, nihil prorsus in tali redemptione persolvens, quia magis in ecclesiae confidebant orationibus, quam in armorum defensionibus. En quanta majores nostri reverentia sanctam ecclesiam observarunt! Sed en porro quanta maxime Egberti successor Ethelulphus, qui verae fidei praemiorum nuncios amplissimis, sua nimirum decimando, praediis chirographo suo honestavit. *Regnante,* inquit, *Domino nostro in perpetuum, dum in nostris temporibus bellorum incendia & direptiones opum nostrarum, necnon & vastantium crudelissimas hostium depraedationes barbararum Paganarumque nationum, multiplices tribulationes ad affligendum nos pro peccatis nostris usque ad internecionem tempora cernimus incumbere periculosa: quamobrem ego Ethelulphus rex Westsaxonum cum concilio episcoporum ac principum meorum consilium salubre atque uniforme remedium affirmantes, consensimus, ut aliquam portionem sive famulis & famulabus Dei Deo servientibus, sive laicis miseris semper decimam mansionem, ubi minimum sit, tam decimam partem omnium bonorum in libertatem perpetuam donari sanctae ecclesiae dijud cavii, ut sit tuta & munita ab omnibus secularibus servitutibus, imo regalibus tributis majoribus & minoribus sive taxationibus, quae nos dicimus* Winterden, *sitque libera omnium rerum pro remissione animarum & peccatorum nostrorum ad serviendum Deo soli, sine expeditione & pontis* [a] *extructione, & arcis munitione.* Aliunde si quis *forinseci,* quod aiunt jurisperiti nostri, *servitii* quaerat interpretationem, aut ille aut ego certe fallimur. Saepissime enim Saxonicorum regum diplomatis, quae alias, cum feudorum donationibus, maximas immunitates in se continent, ista (quasi *salvo forinseco servitio*) simul adnectuntur [b]; *exceptis istis tribus, expeditione, pontis, arcisve constructione.* Optimo vero privilegii jure, qui fundum triplici hoc onere liberum possidebant, fruebantur. Quo donati plerumque (ut videre est in lib. Chartarum archiepiscopatus Cantuariensis) fuerunt ecclesiastici; quod eousque tandem inter feudales servitutes eminebat, ut singulari nomine amanuensibus innotesceret. Cum enim Cedwalla rex occiduorum Saxonum villam suam de *Paganham* in Suffexiae, quam obtinuerat, provincia Walfrido archiepiscopo Cantuariensi contulerit, instrumento simul istud intexuit: *Absque trinoda necessitate totius Christiani populi, id est, arcis munitione, pontis emendatione, exercitus congestione liberam perstrinxi. Acta sunt haec* (ad Ethelulphum redeo) *apud Wintoniam in ecclesia sancti Petri anno Dom. incarn. 855. indict. 3. non. Novemb. ante majus altare pro honore gloriosae virginis, & Dei genetricis Mariae, sanctique Michaelis archangeli, & beati Petri apostolorum principis, necnon & beati patris nostri Gregorii papae praesentibus & subscribentibus archiepiscopis & episcopis Angliae universis, necnon Borredo rege Merciae, & Edmundo Eastanglorum rege, abbatum & abbatissarum, ducum, comitum, procerumque totius terrae, aliorumqu fidelium infinita multitudine, qui omnes regium chirographum laudaverunt, dignitates vero su nomina subscripserunt. Rex vero Ethelulphus pr firmitate ampliore obtulit hanc chartulam scrip tam super altare sancti Petri apostoli, & episcop pro fide Dei illam acceperunt, & per omnes ec clesias postea transmiserunt in parochiis suis pu blicandam.* Aptissimum investiturae locum dica tum Deo domicilium elegerunt, nec quidpiam fe re, ne inter laicos quidem, integre transigebatu nisi divino sacrata quaedam Numini intercessi sent. Quid enim de suscipiendo militiae ordin scribit Ingulphus Abbas Croylandensis? *Anglo rum,* inquit ille [c], *erat consuetudo, quod, qui mi litiae legitime consecrandus esset, vespere praece dente diem suae consecrationis ad episcopum, ve abbatem vel monachum, vel sacerdotem aliquem contritus & compunctus de omnibus suis peccati confessionem faceret, & absolutus orationibus & devotionibus, & afflictionibus deditus in eccles pernoctaret, in crastino quoque missam auditurus gladium super altare offerret; & post Evangel um sacerdos benedictum gladium collo militis cu benedictione imponeret; & communicatus ad ean dem missam sacris Christi mysteriis denuo mil legitimus permaneret.* Sed & de syngrapharu compositione. *Quae usque ad Edwardi Confe soris tempora fidelium praesentium subscription bus cum crucibus aureis aliisque sacris signacul firmae fuerunt.* De summo crucis honore ill Sibyllae satis sit testimonii:

> Ὦ Ξύλον ὦ μακαριστὸν ἐφ' ᾧ Θεὸς ἐξε[τα]
> νύσθη [d].

Emendatius enim sic reddidit Joannes Obsopaeu quod claudicante numero in historia tripartita S zomenus retulerat. Nec temere forte sacratiss mi illius ligni forma, quibus praediorum dom nia adinvicem transferebantur instrumenta chir graphica consignabant; cum staurophoros glob los, ut supremi testimonia juris, principes & o bis terrarum domini gestare solerent, sic enim Justiniano Suidas [e]: *Sinistra manu fert globu cruce in eo infixa significante quod per fidem crucem terrae dominus sit factus.* Alia vero a que alia sine scriptis fuit apud eosdem domin acquisitio. *Conferebantur enim,* ait Ingulph *multa praedia nudo verbo absque scripto, v charta, tantum cum domini gladio, vel gale vel cornu, vel cratera: & plurima tenementa cu calcari, cum strigili, cum arcu, & nonnulla cum s gitta.* Nec deest quidem exemplum, quod an quissimae fere convenit etiam nunc temporis p Angliam consuetudini, qua (juxta priscum illu Persarum regum, quem in Terpsichore memir Herodotus [f], morem, qui terram & aquam ta quam vera dominii insignia, ab iis quos in d ditionem acceperant, solebant exigere) cespi aut ramusculi traditionis, in venundandis acq rendisque praediis ceremonia necessario interced

[a] Adeas vero juris Anglicani studiosus Bract. lib. 2. cap. 26. & 35. 12. Edw. I. tit. Gard. 152. 26. ass. pl. 66. &c. [b] In charta re Ethelredi in praef. D. E. Coci ad lib. 6. vide Matth. Paris. in vit. Hen. III. pag. 838. Nec adeo libertati dederunt hujusmodi possessio quin tria sibi reservarent semper propter publicam regni utilitatem, i. expeditionem, pontis, & arcis reparationes, vel refectiones, ut per ea sisterent hostium incursibus. In lib. Chart. arch. Can. A. D. 680. [c] Ingulph. histor. fol. 512. b. & Jo. Salisburiensis, lib. 6. cap. de nugis curialium. [d] Lib. 6. Oracul. Sibyllin. Sozom. lib. 2. hist. trip. cap. 18. [e] Suid. in Justin. [f] Herodot. lib

strictissi

ctiffime enim majores noftri illud Calliftrati[a], *ager exemptionis caufa ad aliquem pertineat, recte rei vindicatione agi poterit, antequam ditus fit ager, tuncque poffeffio amiffa fit,* reuerunt. Haud tamen fine facris iftud etiam emplum. *Ad cumulum autem* (legitur in dimatis Cedwallae regis, quo Theodori archieicopi Cantuarienfis Chriftianae militiae commeis aucti funt, apographo) *confirmationis, ego dwalla cefpitem praedictae terrae fuper fancm altare Salvatoris pofui, & propria manu pro norantia literarum fignum fanctae crucis exeffi & fubfcripfi*[b]. Feudorum[c], an harum auoritate nixi fint confuetudinum judices illi reperatores, nefcio, qui ducentis circiter ab hinc nis in parlamentariis Angliae comitiis refponrunt, fi vafallus domino tradiderit annulum, anicam, aut hujufmodi quidpiam inveftiturae afi nomine, plenum utilis dominii jus ad doinum (pace tua, Anglici juris perite, dixerint chiva) transferri, primamque inveftituram diflvi.

Ethelulphus autem ut pontificia falutaret liina, Romam iter perrexit, (Alfredo filio concoitante, quem Leo IV. *oppido ordinans*, inquit ffer Menevenfis[d], *unxit in regem & in filium doptionis fibimet accipiens confirmavit*) per Galas domum reverfus Juditham Francorum regis aroli Calvi filiam uxorem fibi duxit, & contra uam inftitutum illud, quod diximus, occiduorum axonum permittebat, regio juxta fe folio collovit. Excepit hos hymenaeos infefta AEthelbali regis filii, Alftani epifcopi Schirburnenfis, & nulphi Somerfetenfis pagi comitis conjuratio, d divifo cum filio paterno imperio (monftrum atura!) fopita. Regni exinde haeredes filios dus feniores, privatae autem haereditatis utriufque xus prolem teftamento inftituit. *Pro utilitate utem animae fuae* (Afferium Menevenfem audis) *uam a primaevo juventutis fuae flore in omniis procurare ftuduit, per omnem haereditariam erram fuam femper in X. manentibus unum paupeem, aut indigenam, aut peregrinum cibo potu & eftimento fucceffioribus fuis ufque ad ultimum iem judicii poft fe pafcere praecepit: ita tamen illa terra hominibus & pecoribus habitaretur, deferta non effet. Romae quoque omni anno nagnam pro anima fua pecuniam, id eft, CCC. mancuffas* (Malmesburienfis marcas, Rogerus de Hoveden manculas appellant[e]) *portare praecepit, uae taliter dividerentur: fcilicet C. mancuffas n honorem fancti Petri, fpecialiter ad emendum leum, quo impleantur omnia luminaria illius apoolicae ecclefiae in vefpera pafchae: & aequaliter in galli cantu; & C. mancuffas in honorem ancti Pauli eadem conditione ad comparandum leum in ecclefia fancti Pauli apoftoli ad implenla luminaria in vefpera pafchae & in galli cantu; C. quoque mancuffas univerfali papae apoolico.* Auxit ille pleniufque confirmavit, quod nas & Offa fuperius alio nomine contuliffent. En vero auctum fecundo. *Omnis* (fic inter Edwardi leges habetur[f]) *qui habuerit 30 denariatus vivae pecuniae in domo fua de fuo proprio Anglorum lege dabit denarium S. Petri & lege Danorum dimidiam marcam. Ifte vero denarius debet fummoniri in folennitate apoftolorum Petri & Pauli & colligi ad feftivitatem, quae dicitur ad vincula, ita ut ultra illum diem non detineatur, fi quifpiam detinuerit, ad juftitiam regis clamor deferatur, quoniam denarius hic regis eleemofyna eft. Juftitia vero faciat denarium reddere, & forisfacturam epifcopi & regis: quod fi quis plures domos habuerit, de illa, ubi refidens fuerit, in fefto apoftolorum Petri & Pauli denarium reddat.* De fuo autem tempore Polydorus ille[g]: *Omnis Anglia hoc tempore iftud vectigal pietatis & religionis caufa Romano pontifici pendit domefticatim collatum, & nummi illi argentei vocantur vulgo denarii divi Petri quos pontificius quaeftor, quem non infcienter collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim quaefturam aliquot per annos geffimus, ejufque muneris obeundi caufa primum in Angliam venimus.* Cumque ab Inae tempore ad hanc, inquit J. Sleidanus[h], aetatem ufque Britannia Romanis epifcopis eam pecuniam dependiffet, Henricus, fcilicet VIII. omnium primus inhibuit eam amplius perfolvi. Demortuo tandem Ethelulpho haeredes teftamento inftituti fucceffere Ethelbaldus & Ethelbertus, quos fecutus Ethelredus tertius filius Danorum bellis fatigatus, Merciorum Northumbrorumque defectione deterritus, Alfredo fratri imperium Anglicae gentis fatis abreptus dereliquit.

CAP. V.

Civium per Angliam ab Alfredo ordinatio per centurias & decurias: leges illius, Edwardi, AEthelftani, cujus item latiffimum imperium.

ARmata hoftium vi, amicorumque Alfredi perfidia fotus jam Martis furor fanguineo tinxit Anglorum oras colore, quas etiam fecundo Danorum maxima ftrages obduxit. Ad unum omnes vel caefi, vel in deditionem accepti; quorum regem Gurmundum Alfredus facro fonte fufcepit provinciifque Eaftanglia & Northumbria, ut eas clientelari teneret jure, donavit. Nec vero defuerunt dulciffimi Jovis & Mercurii bene pofitorum influxus; nec Mufae (rex enim, felix feculum! vere philofophabatur) nec leges inter arma filebant. Conſortio Danorum, in latrocinia, rapinas, publicaeque pacis graviffimam perturbationem incolae propenfi. Illabentis autem quafi vitiorum fluminis ut obftrueret oftium, *Totius Angliae pagos*, Ingulphum legis, *& provincias in comitatus primus omnium commutavit, comitatus in centurias, id eft, hundredas & in decimas, id eft, in trithingas divifit; ut omnis indigena legalis in aliqua centuria & decima exi-*

[a] Lib. 50. π. de rei vindicat. [b] Ex lib. char. arch. Can. Vide Malmesbur. de geft. reg. lib. 2. cap. 8. in chart. reg. Edgari Monafterio Glafconienf. [c] Dicitur inveftitura quando hafta vel aliud corporeum quidlibet porrigitur a domino feudi fe inveftituram facere icente lib. 2. de feud. tit. 3. §. 1. Parlam. ann. 1. Rich. II. n. 30. [d] Affer. de rebus geft. Alfred. [e] Malmesb. lib. 2. e geftis reg. c. 2. Hoved. par. pr. fol. 232. [f] Leg. Ed. cap. 10. [g] Polyd. lib. 4. Hift. [h] Sleid. Comment. b. 9.

fteret,

steret, & si quis suspectus de aliquo latrocinio, per suam centuriam, vel decuriam vel condemnatus, vel[a] *inuadiatus poenam demeritam, vel incurreret, vel vitaret. Praefectos vero provinciarum (qui antea vicedomini) in duo officia divisit, id est, in judices, quos nunc justiciarios vocamus, & in vicecomites, qui adhuc idem nomen retinent. Horum cura & industria tanta pax in brevi per totam terram effloruit, ut si viator quantumcunque summam pecuniae in campis & publicis compitis vespere dimisisset, mane vel post mensem rediens integram & intactam indubie inveniret*[b]. Secundum propria vero provinciarum idiomata alia atque alia fuerunt partium hujus divisionis nomina; quae, cum civium per Angliam ordinatione istis innixa institutis, ut facilius lectori innotescant, habe quae legibus Edwardi Confessoris de eisdem interseruntur. *Cum quis accipiebat praefecturam Wapentachii, die statuto in loco ubi consueverant congregari, omnes majores natu contra eum conveniebant, & descendente eo de equo suo omnes assurgebant ei. Ipse vero erecta lancea sua ab omnibus, secundum morem, foedus accipiebat. Omnes enim quotquot venissent cum lanceis suis ipsius hastam tangebant, & ita se confirmebant per contactum armorum pace palam concessa. Anglice enim arma vocantur* waepun *& tactare, confirmare, quasi armorum confirmatio; vel ut magis expresse secundum linguam Anglicam dicamus* waepentac *armorum tactus est. Erant etiam aliae potestates super Wapentachia quas vocabant* ꞇꞃihinᵹaꞅ *quod erat tertia pars provinciae. Qui vero super eos dominabantur, vocabantur* ꞇꞃihinᵹeꞃeꝼaꞅ; *ad hos deferebantur causae, quae non poterant definiri in Wapentachiis, sicque quod Angli vocant hundredum, isti Wapentachium, & quod Anglice vocabant 3. vel 4. hundreda, isti vocabant* ꞇꞃihinᵹa *in quibusdam vero provinciis Anglice vocabantur* leþ *quod isti dicunt* Trihinge, *quod autem in* ꞇꞃihinᵹe *definiri non poterat, ferebatur in scyram.* Greve *quoque nomen potestatis est, Latinorum lingua nihil expressius sonat quam praefectura, quoniam hoc vocabulum adeo multipliciter extenditur, quod de scyra, de wapentachiis (quemadmodum etiam est* leþ) *de hundredis de burgis, etiam de villis Greve vocetur.* Et paulo post. *Aldermannos apud Saxones, quos senatores dixerunt Romani, fuisse traditur. Habent aldermanni in civitatibus regni hujus in ballivis suis, & in burgis clausis muro & vallatis, & in castellis eandem dignitatem & potestatem & modum, qualem habent praepositi hundredorum, & wapentachiorum in ballivis suis, sub vicecomite regis per universum regnum.* Sed de centuriis ac decuriis fusius & explicatius. *De omnibus villis totius regni sub decennali fidejussione debebant esse universi, ita quod si unus ex decem forisfecerit, novem ad rectum eum haberent; quod si aufugeret, daretur lege ei terminus* XXXI. *dierum; quaesitus interim & inventus ad justitiam regis adduceretur. Et de suo illico restauraret damnum quod fecer[it]. Et si ad hoc forisfaceret de corpore suo justi[tia] fieret. Sed si infra praedictum terminum in[veni]ri non possit, quia in omni friborgo unus er[at] capitalis, quem vocabant* ꝺe boꞃᵹhheoꝼꝺ, *ipse capitalis sumeret duos de melioribus sui f[ri]borgi, & de tribus friborgis sibi propinquioribus acciperet de unoquoque capitalem, & duos de m[e]lioribus uniuscujusque friborgi si posset habe[re] & ita se duodecimo existente, expurgaret se [et] friborgum suum, si facere possit, de forisfacto [et] fuga supradicti malefactoris. Quod si facere n[on] posset, ipse cum friborgo suo damnum restaura[ret] de proprio malefactoris quamdiu duraret, quo [de]ficiente, de suo, & friborgi sui perficeret, & er[ga] justitiam emendaret, secundum quod legaliter j[u]dicatum fuisset. Tandem vero sacramentum qu[od] non potuerunt adimplere per tres friborgos, vi[ci]niores per seipsos jurarent, sese nullatenus [fore] culpabiles, & si quando possent eum recupera[re] adducerent ad justitiam aut justitiae dicere[nt] ubi esset.* [c] *De baronibus vero qui suas habe[nt] curias & consuetudines sic statutum est: arc[hi]episcopi, episcopi, comites, barones, & omnes [qui] habuerint sacam, & socam, tol, theam, & i[n]fangthefe etiam milites suos & proprios servi[en]tes scilicet, dapiferos, pincernas, camerarios, [pi]stores & coquos sub suo friborgo habeant. [I]tem isti suos armigeros vel alios sibi servien[tes] sub suo friborgo. Quod si cui forisfacerent [et] clamor vicinorum de eis assurgeret, ipsi tenere[nt] eos rectitudini in curia sua,* &c. Antiquam no[n] hinc habemus centuriarum originem, nec tam Saxonicae genti (quippe quae Germanica) novar[um] quod satis indicat Cornelius Tacitus; *Cente[ni]* inquit[d], *ex singulis pagis sunt; idque ipsum i[n]ter suos vocantur, & quod primo numerus f[uit] jam nomen & honor est.* De antiquis loqui[tur] Germanis. Alfredus autem, ut non solum po[li]tica, sed etiam oeconomica praestare videret[ur] disciplina, familiam propriam tripartito seu, [ut] habet Ingulphus[e], *in tres turmas divisit,* turm[ae] cuilibet principem seu praefectum constituit. O[r]dinavit porro, ut unaquaeque turma tertio mer[se] regii palatii periodice administrationi incumber[et] sua autem ac propria intermissis duobus mensib[us] libere curaret. *Erat in capella* (quod post As[se]rium Menevensem breviter scribit Malmesburie[n]sis[f]) *ejus candela viginti quatuor partium; aec[di]tuusque, cui haec delegabatur provincia, ut p[er] combustionem candelae regem de singulis admon[e]ret officiis. Dimidiam portionem omnium ce[n]suum juste duntaxat acquisitorum monasteriis d[e]legavit; cunctos praeterea redditus in aequas d[u]as partes dividebat. Rursusque primam in tre[s] quarum primam ministris suis curialibus, secu[n]dam operatoribus, quos jugiter in novarum aed[i]um extructionibus mirabili & ignoto Anglis mo[do] habebat, tertiam advenis: secunda pars redditu[um] ita dividebatur, ut prima portio daretur paupe[ri]bus regionis suae, secunda monasteriis, tert[ia] scholasticis, quarta transmarinis ecclesiis.* J[...]

[a] Al absolutus. [b] Ingulph. hist. fol. 495. Malmesb. lib. 2. de gestis reg. c. 4. Mosis & Augusti Caes. mimesis quod vide Exod. xv[...] 21. & Sueton. in Oct. cap. 30. & seq. [c] Quatenus ista posteritas est amplexa luculenter tibi (Angle) juris nostri municipalis [...] patefacient, consulas ideo Bract lib. 3. tract, de corona cap. 10. aun. 3. Edw. III. Itinere Nor. tit. Coron. 293. 4 Edw. III. fol. 12. a. 7 Ed[w.] III. fol. 15. b. 41 Edw. III. fol. 26. b. 45 Edw. III fol. 26. b. [d] Tacit. de morib. Ger. ubi vide annot. J. Lips. [e] [In]gulp. histor. fol. 495. [f] Asser. Menev. in vit. Alfred. Malmesb. lib. 2. cap. 4.

diciorn[...]

iciorum a suis dominibus factorum inquisitor, rp rum actorum asperrimus corrector. Legum utem, quas tulit, aliarum notatu dignissima uaedam capitula subjungam.

Si quis necessitate coactus juraverit, pignusque osuerit, quo is ad insidias domino suo parandas, el ad opem injuste cuivis adferendam astringa- ur, resiliat potius quam coepto insistat suademus. At si spoponderit quod juste & legitime praestare cterit, neque praestiterit, arma fortunasque suas mnes amicorum fidei concredito, ipse in custodi- m regiam XL. dies mittitor, subiturus id sup- licii quod ei episcopus imposuerit, &c [a].

Criminis cujuscunque noxius, si quidem id vil- m regis aut familiam honoratam aliquam non ttingat, si ad fanum confugerit, tres noctes uibus saluti suae prospiciat, ni interim in gra- iam redierit, ibi maneto. Ac si quis eum per l temporis plagarum, vinclorum aut vulnerum etu profligarit, mulcta, vel ipsa capitis aesti- atione prout ejus gentis fuerit consuetudo, nox- m omnem sarcito; fani porro aedituis CXX. *so- dorum numeratione pacis ecclesiae violatae poe- as luito* [b].

Vita simul ac fortunis privandum censuit, qui gi vel domino suo struxerit insidias [c].

Unicuique porro templo religiose ab episcopo nsecrato hanc pacem concedimus: si quis alteri imicatur, isque templi suffugium implorarit, r septem dies a nemine abstrahitor, siquidem ae fame vivere possit, & viam vi non aperu- it, &c [d].

Abscindantur sacrilegorum manus, statuit; at ro *qui die dominico festo nativitatis Domini t paschatis, sacrosancto Jovis die, aut diebus trationis furtum admiserit, perinde ac si tem- re quadragesimae id flagitii perpetrasset, duplo xiam sarcito* [e].

Qui in regia dimicarit, ferrumve distrinxerit, pitor, & regem penes arbitrium vitae necis- e ejus esto [f].

Mulcta CXX. *solidorum, regem inter & epis- pum dispertienda, iis qui sanctimonialem e coe- bio rapuerit, irrogator* [g].

Qui foeminam foetu formato uterum gestan- m occiderit, integram capitis ejus aestimationem ndito, foetusque pernicies dimidia paternae pro- s aestimatione compensator [h]. Cum tamen juris ostri municipalis periti nullum, ob formati in tero foetus (quippe quod vivusne an mortuus erit incertum esse prorsus aiunt) caedem capitale pplicium esse irrogandum responderint [i].

Qui mamillas uxoris viri cujuscunque pagani nu tractarit petulanti, foeminae solidos sex merato. Eam si is humi prostrarit, nec tamen m illa rem habuerit, X. *solidos pendito. Sin m ea coierit,* LX. *solidorum poena esto. Et si is alius eam prius adulteratus est,* XXX. *tamen idis noxiam sarcito; is porro si propterea in vocetur, aut pro ratione* LX. *hydarum cri- nationem diluito, aut mulctae partem dimidi- pendito. Illud ipsum si mulieri illustriori milia oriundae contigerit, mulcta, prout ejus fuerit capitis aestimatio, augetor. In duplum au- tem augeatur poena, si monialem quis illiusmodi contrectarit* [k].

Gravi coercentur pecuniaria poena, qui coram archiepiscopo, episcopo, sive senatore tumultua- rio dimicaverit, ferrumve distrinxerit [l].

Servus si servulam stuprarit, virga virilis ei praeciditor [m].

Qui falsi rumoris in vulgus sparsi author fu- isse deprehendetur, leviori aliqua poena non mul- ctator, verum lingua ei praeciditor, ni is eam in- tegra capitis sui aestimatione data redemerit [n].

Nec impune quispiam immerentis pagani ca- pillos aut barbam abraserit aut totonderit [o].

Qui terram habuerit per [p] *scripturae seriem sibi a majoribus relictam, ab haeredibus ad alios alienandi potestas ei non esto, siquidem praesen- tibus cognatis coram rege, aut episcopo, scriptura aut testimonio probetur, omni alienatione ei inter- dixisse illum qui prius concessit, talemque ei impo- suisse legem cum primo dederit* [q]. En jurisperiti, feudum, quod dicitis, *talliatum*, Edwardi I. deci- mo supra tertium anno hic multo antiquius habetis.

Argenteis diversimode damnantur poenis, qui corporis cujuspiam membra vel artus absciderit [r].

Compescuit his ille legibus Angliam, graviori- bus autem illum natura, quippe quae ut ultimum ac supremum exigeret debitum, regem licet, bi- pertito (nec XII. jure tabularum adjuta) in cor- pus nimirum & animam dissecuerit. Succentu- rialem autem Alfredi filium, Edwardum multa- rum palmis victoriarum virtus & fortuna simul nobilitarunt. Martis enim, magis quam Musarum, alumnus *primum* (ut, astipulante Rogero de Ho- veden, scriptum reliquit G. Malmesburiensis [s]) *Mercios omnes, mox occidentales & orientales Anglos & Northanimbros, qui cum Danis jam in unum gentem coaluerant & Scotos qui a- quilonalem insulae partem inhabitant; Britones omnes, quos nos Wallenses dicimus, bellis profli- gatos suae ditioni subegit, nec unquam in aliqua pugna humiliorem manum habuit.* Major ut ad- datur fides, habeo item Ingulphum authorem; *Northfolciam, Northumbriam, Scotiam, Walli- am bellando subegit, & paganos de omnibus ur- bibus & castellis muratis ejiciens Christianos in- troduxit* [t]. Invictissimum autem gladio regem terruerunt D. Petri claves tinnuli; septennio e- nim totam Westsaxonicam provinciam episcopis orbatam fuisse, nec, qui luporum rapinas in ovi- lia propelleret pastorem constitutum, maxime in- dignatus Formosus papa excommunicationis fulmi- na in Edwardum & universos Angliae cives ejacula- tus est. Tantum ut placarent numen rex & episco- pi convocata senatorum synodo (praesidente Pley- mundo Cantuariensi archiepiscopo) *elegerunt & constituerunt singulos episcopos singulis provinciis Gevisorum* (i. Westsaxonum) *& quod olim duo habuerunt, in quinque diviserunt* [v]. Circumfe- runtur etiam Edwardi quae magnatum consilio promulgabantur instituta, quorum nonnulla ac praecipua attexenda duximus.

[a] Cap. 1. [b] Cap. 2. [c] Cap. 4. [d] Cap. 5. [e] Cap. 6. [f] Cap. 7. [g] Cap. 8. [h] Cap. 9. [i] Stamf. in les pl. del. cor. lib. 1. cap. 13. Sed vide Bract. lib. 3. tract. 2. cap. 4. [k] Cap. 11. [l] Cap. 18 [m] Cap 25. [n] Cap. 28. [o] Cap. 31. [p] Eocland. [q] Cap. 37. [r] Cap. 40. [s] ...15, & 34. ...mesb. lib. 2. de gest. reg. cap. 5. Rog. de Hoveden. part. pr. fol. 241. [t] Ingulph. hist. 495. [v] Malmesb. lib. 2. cap. 5.

Si quis jusjurandum violarit, falsumve dixerit testimonium, fides ei in posterum non habetor, verum is in ordalium adjudicator [a].

Nemo cum sceleris damnato pacem habeto, neve eum sciens volensque hospitio excipito, qui contra fecerit, adeoque jusjurandum violarit, fidemque a se & universa datam plebe fefellerit, id mulctae quod in judiciali libro describitur, subito, &c [b].

[c] *Praepositus quisque ad quartam circiter quamque septimanam frequentem populi concionem celebrato, cuique jus dicito aequabile litesque singulas, cum dies condicti advenerint, dirimito* [d].

In foedere autem Edwardi & Guthruni regum sapientibus visum est, ut qui foedo se polluerint incestu, eorum, qui fuerit superior rex habeat, inferiorem episcopus, ni citius cumulate Deo & hominibus compensarint, & quod fuerit eis ab episcopo indictum, confecerint [e].

Festis diebus omnibus, & legitimis jejuniis, ordalium nullus ingreditor, neque ad jusjurandum addicitor [f].

Si cui membrum corporis sceleris admissi causa praecidatur, isque tres noctes superstes fuerit, quisque deinceps impune, impetrata tamen ab episcopo venia, aut ejus vulneri medicinam aut animo consolationem adhibeat [g].

Sagae, ariolantes mulierculae, perjuriosae, pestiferae, & meretrices foedae ac flagitiosae sicubi deprehendantur, a finibus regni, ut pura & integra plebs sit, relegantor, aut in regno, ni ab illa mente destiterint, accumulatius compensarint, male pereunto [h]. Fatorum autem decreta refigere non potuit, sed morte correptus illis cessit. Nec regni solum, sed etiam militaris haeredem virtutis Athelstanum e concubina natum reliquit, cujus eximiae fortitudinis tota, quam in suum redegit imperium, Britanniae insula praebuit testimonium. Eousque enim Britonum regulos belli minis adegit, ut ei nomine annui vectigalis XX. libras auri, trecentas argenti penderent, boves XXV. annumerarent, nec utilitati solum, sed etiam canes venaticos & accipitres pensitando, regis voluptati inservirent [i]. E Scotorum finibus Deos etiam, ut aiunt, evocavit tutelares, qui provinciam citissime deseruerunt. Constantinum enim devicit regem Scotiae, ut superius Ludwalum principem Walliae, quos tamen non multo post *miseratione infractus in antiquum statum sub se regnaturos constituit, gloriosius esse pronuncians regem facere, quam regem esse* [k]. AEstuantem jam audio Georgium Buchananum Scotum injuriarum actione Anglorum petentem historicos, quod Athelstanum totius Britanniae unicum fuisse regem, caeteros, qui regium nomen usurparunt, precario regnasse, ac beneficiarios Athelstani fuisse, eique sacramentum ceu supremo domino solitos praestitisse tradiderint. Quos ista porro arguit imperitiae formula. *Quid,* inquit, *quod ne suos quidem scriptores, quippe homines magna ex parte ineruditi, satis alicubi intelligunt, nec animadvertunt apud Bedam, G. Malmesburiensem & Galfredum Monumethensem Britanniam plerumque vocari eam partem cui Britones imperarunt, hoc est, quae est infra, vallum Adriani, aut cum longius ejus fines protendunt, infra vallum Severi, Scotos vero & Pictos saepe extra Britanniam censeri & interim transmarinos populos dici. Quod igitur apud illos est, Anglos totius Britanniae imperasse aliquando, id isti ita accipiunt, ac si dicerent totam Britanniam, id est Albium sive Albionem, cum illi brevioribus finibus plerumque, uti dixi, Britanniam circumscribant.* O quam firmis, Buchanane, rescissoria haec tua actio rationibus nitatur! ignorent Anglici scriptores, quod tamen minus crediderim, quid sibi velit ille historicorum triumviratus, cum Britanniae nomen proferatur. Norunt tamen victoriae in Constantinum testes Ingulphum Croylandensem Abbatem [l], Henricum Huntingdoniensem [m], & Rogerium de Hoveden [n], norunt Athelstanum (author Malmesburiensis [o]) Scotorum regem sub se regnaturum constituisse. Antiquissimus etiam quod reliquit scriptum Ethelwerdus, norunt, ut noscant omnes, subtexam. *Colla [illegible]dunt* (de Athelstani bellis loquitur) *Scoti pariterque Picti, uno solidantur Britannidis arvis.* Legis ergo violatae historiarum damnandus is, qui in binas illas abhinc diu a Cicerone praescriptas tam libenter committere ausus est: *Ne quid falsi dicere audeat; ne quid veri non audeat*. Infracta saepe veritas libidine assentandi, vel adversus dominantes odio. Adulationi autem foedum crimen servitutis, malignitati, ut ait ille, falsa species libertatis inest. Utrorumque [illegible] causas procul habemus. Athelstani nomine, [illegible]toriae suae figit columnas Monumethensis [r], [illegible]mumque inter Saxones *diadema portasse* eundem affirmavit. Jamque illud inter Merlini prophetias *Coronabitur Germanicus vermis & aeneus princeps humabitur*, si unquam alias prodiit eodem verissimum. Nec in augendis imperii finibus totus fuit, sed etiam ut parta salutaribus [illegible]taretur legibus operam maximam dedit.

Mando, inquit, *& praecipio, ut prae caeteris justas ex meo ipsius proprio ac debitas pendant, tam vivorum animalium, quam annuorum [illegible]rae proventuum decimas,* &c [t].

Nemo cuiquam in furto manifeste deprehenso, adeoque in [v] *manu quod clepserit habenti, ignoscito, si modo is annos XII. natus, quod VIII. denariis carius aestimetur clepserit* [x].

Ut quilibet se in famulatum alicujus addicant, vagi scilicet & errones, constituit [y].

Si quis domino suo struxerit insidias, ne[illegible] id legitime poterit inficiari, quin ipsa triplicis [illegible]dalii sententia sceleris fuisse conscius coarguatur, capitale esto [z].

Omnis bonorum permutatio praesente praeposito, sacerdote, quaestore, fundi domino aut denique homine fideli, fiat, si quis secus fecerit XXX. solidis mulctator ac rem permutatam [illegible] est fundi dominus habeto [a].

Praeterea statuimus, ut unus per omnem [illegible]tionem nostram atque idem sit nummus, eum[illegible]

[a] Cap. 3. [b] Cap. 8. [c] gerefa. [d] Cap. 11. [e] Cap. 4. [f] Cap. 9. [g] Cap. 10. [h] Cap. 11. [i] Malmesb. lib. 2. de gestis reg. cap. 6. [k] Buchan. rer. Scotic. lib. 6. in reg. 75. [l] Ingulph. hist. fol. 95. [m] Huntingd lib. 5. [n] Hoved. par. pr. fol. 242. [o] Malmesb. lib. 2. cap. 6. [p] Ethelwerd. lib. 2. c. 5. [q] Lib. 2. de Orat. [r] Tacit. histor. lib. 1. [s] Monumeth. lib. 9. cap. ult [t] Cap. 1 [v] handhæbbende. [x] Vide H. de Bract. lib. 3. tract. 2. cap. 32. [y] Cap. 2. [z] Cap. 3. [a] Cap. 10.

nmo

mo extra oppidum cudito. Atqui ſi moneta-orum quiſquam nummos corruperit, ei manus el re violata praeciditor, atque nummariae con-iciẽda fabricae affigitor [a]. Eandem ſupplicii rmam iis qui adulterinum percuterent num-um, addito inſuper, ut eorum abſcinderentur idenda, reſuſcitavit Henricus primus. *Sin num-i adulterati poſtulatus aliquis criminis ſuſpi-onem diluere voluerit, candentis ferri quaeſtione num ſc leris puram atque immunem oſtendito. uin ſi ipſa ordalii ſententia reus extiterit, ita i antea a nobis dictum eſt, fiat* [b].

Cantuariae [c] *monetarii ſeptem ſunto, quorum uidem quatuor regi, duo praeſuli, & unus coe-obiarchae deſervito.*

In civitate Roffenſi III. ſint : regis duo, tertius epiſcopi.

Londini	*ſint monetarii*	*VII.*
Wintoniae		*VI.*
In Lewes		*II.*
In Haſtinge		*I.*
Ciceſtriae		*I.*
Hamtoniae		*II.*
Werhamiae		*II.*
Exceſtriae		*II.*
Shaftsburiae		*II.*

Ad aliud quodque [d] *oppidum monetarius unus ſto.*

Pro ſingulo aratro binos alat quiſque ornatos, tque inſtructos equites [e].

Qui ſe ordalii quaeſtione examinandum ob-ulerit, triduo quam id ſit aggreſſurus ſacerdo-em (ut is ſacra de more peragat) adito atque nterim pane, ſale, aqua & oleribus tantummo-o veſcitor, miſſae praeterea illis ipſis diebus in-ereſto munuſque ſuum offerto, ſub ipſo autem uo eſt ordalium ingreſſurus die, panem eucha-iſticum ſumito, ac jurejurando ſe illius de quo ppellatur ſceleris purum minimeque conſcium urato : tum ſi aqua gelida faciunda eſt quae-io, ad ſeſquiulnam funis in aquam mergitor, n ferro fiat candenti, per continuum triduum bſignanda non reſignetur manus. Accuſator au-em, quemadmodum de accuſato antea a nobis lictum eſt, jurejurando interpoſito criminationem erſequitor, uterque etiam juſſu Dei ac ſacer-dotis jejunato, nec pluribus quam duodecem al-terutter ſtipatus advenito. Quin ſi accuſatus luribus eo comitatus acceſſerit, perinde ſit (ni lli diſcedant) atque is in judicio cecidiſſet [f].

Die dominico nemo mercaturam facito : id quod ſi quis egerit, & ipſa merce & XXX. prae-erea ſolidis mulctator [g].

Si quis juſſa ac ſcita haec noſtra contempſerit, endito primo libras quinque, ſecundo proprii ca-itis aeſtimationem dato, tertio ſi deliquerit, for-unis ſuis omnibus mulctatus noſtri omnium a-nicitia privator [h].

Cum vero graviſſimas inter illas (quas quidem olas ad omnia cohibenda facinora adhibuerunt) pecuniarias mulctas, primum merito ſit ea nu-meranda, quae (Pere Saxonice dicta) Lambardo ſonat *corporis & capitis aeſtimatio*, eaque exin-de cognitu digniſſima; haud abs re fuerit, uni-uſcujuſque a ſummo ad infimum capite, qua-tenus commixta quaedam legibus Athelſtani ſuppetunt, pretium ſeu aeſtimationem recen-ſere.

Regii capitis [i] *aeſtimatio jure Anglorum* XXX. [k] *Thrymſarum conſtat, quorum* XV. *ca-pitis aeſtimationis reliqua regni nomine de-bentur : haec ad gentem, illa ad cognatos per-tinent.*

Archiepiſcopus, aut [l] *Satrapa* XV. *Thrym-ſarum aeſtimator.*

Epiſcopus, aut [m] *ſenator Thrymſarum* VIII. *belli imperator aut ſummus praefectus* IV. *Thrymſarum.*

Sacris initiatus aut Thanus II. *Thrymſarum aeſtimator.*

[n] *Paganum Dani* XXXVI. *Thrymſis ae-ſtimant.*

Wallus ſi in eas opes creverit, ut familiam alat, fundum poſſideat annuumque regi cenſum pendat, CCXX. *ſolidis valeto, atque ſi dimidia-tam tantummodo terrae hydam poſſideat* LXXX. *ſolidis aeſtimator : qui ſi terram prorſus nul-lam habuerit, capitis tamen aeſtimatio, ſiquidem is fuerit ingenuus,* LXX. *ſolidorum eſto. Paga-nus ſi adeo affluentibus ditetur bonis, ut terrae hydas quinque poſſederit, ejus vitae pretium, ſi occidatur, duobus Thrymſarum millibus aeſtima-tor : ſin praeterea loricam, galeam, enſemque habuerit auratum pro cuſtode pagano, etſi fundum non poſſederit, habetor : atque ſi filii & nepo-tes ejus eo divitiarum creverint, ut terrae hy-das* V. *poſſideant, eorum poſteri omnes eodem at-que praepoſitus paganus loco numerantor, ac ſinguli duo Thrymſarum millia valento.*

Paganum Mercii CC. *ſolidis aeſtimant, Tha-num* MCC. *unicam Mercii ac ſimplicem regii capitis aeſtimationem cum Thanorum millibus ſex aequare ſolent, id eſt,* XXX. [o] *Scatis. Tanti eſt etenim regii capitis aeſtimatio, tan-tundem etiam ad compenſandum mortem ſolvi oportet. Atque capitis aeſtimatio cognatis re-giis debetur, ipſa autem mortis compenſatio po-puli eſt propria.*

Tanti ejus, qui MCC. *ſolidis aeſtimatur, va-leto jusjurandum, quanti Paganorum* VI. *E-tenim ſi ejus repetendae eſſent occiſi poenae, ſatis ſuperque darent poenarum pagani ſini, quapropter illius atque eorum omnium aeſtima-tio una atque eadem eſto. Angli* [p] *ſacerdo-tem aeque ac Thanum aeſtimant, nos etiam ſeptem divinorum officiorum gratia ad quae Dei beneficio tanquam gradibus effertur, Thani eum in loco numeremus.* Saturnia fere, ſi quo premi-mur gravi noſtro componantur aevo, merentur haec regna dici, & aurea, ſaltem certe argen-tea. Adjeciſſe ſanctioni nihil ultra, quam *impro-be factum*, apud antiquiſſimos Romanos (qui tum pudor hominum erat) Valerio illi clariſſi-

[a] Cap. 14. [b] Malmesb. lib. 5. de geſt. reg. Huntingd. hiſt. lib. 7 fol. 219. [c] Mynetereſ. [d] Burgum. [e] Cap. 16. [f] Cap. 23. [g] Cap. 24. [h] Cap. 26. [i] Peregyld. [k] Þrymsa. [l] Eorle. [m] Ealdormann. [n] Ceorles. [o] Sceattas. [p] Mæſſepreoſtes.

mo

mo visum est vinculum satis validum legis [a]. Majores autem hi nostri (quorum deterior eo, quo posterior aetas) pecuniariis tantum poenis crudelitate, libidine, ac impietate plenissima facinora censuerunt plectenda. *Sed damnosa*, ut ait ille [b], *quid non imminuit dies?* Tempora & nos jam tantum mutamur, ut non solum caedes & parricidia (quod quidem talionis lege par est) sed etiam furta ac latrocinia, quibus ad sublevandam saepius egestatem pecunia corraditur, non pecuniario sed ultimo (renitente Thomae Mori disputatione Utopiensi [c]) supplicio nunc temporis ubique fere terrarum compensentur [d]. Ab aequalitate illi procul fuerunt Stoica, procul a Manlionis imperiis. Quae tamen cum in Athelstanum soluta mulctarum mors legibus exercuisset, in regnum defuncti ejus Edmundus frater successit.

CAP. VI.

Edmundi, Ethelredi, & post Danicam vastationem, Canuti imperia & leges.

FOEderatorum autem Edmundus perfidiam & aquilonarium defectionem felici ac aperto Marte ulciscendo fategit; quod cum fausto processisset, Cumbriae provinciam, quam gravissime depopularat, eo Malcolmo Scotorum rege jure donavit, *Ut auxilio sibi foret terra & mari* [e]. Nec Marti solum sed Themidis numini litavit, cui eorum quae porriciit hic inseram paucula, ac praecipua.

Christianus quisque decimas, seminum primitias [f], *nummumque eleemosynarium illum religiose pendito, qui non solverit, anathema esto* [g].

Si quis monialem stuprarit, aut instar homicidae compensato, aut sacra sepultura prohibetor. Idem juris esto si quis adulterio commisso conjugium violarit [h].

Si quis alium posthac interfecerit, solus cum interfecti cognatis inimicitias capitales suscipito, in integram capitis ejus aestimationem, cujuscunque is fuerit conditionis, amicorum ope fretus intra XII. *menses persolverit. Sin eum cognati ejus pro derelicto habuerint, neque vero quicquam pendere voluerint, ipse inimicitias subito solas ac illi pro inimicis non habentor. Ei tamen interim cognati ejus victum ne suppeditanto, neve cum eo pacem habento, id quod si quis eorum fecerit, fortunis suis omnibus regi mulctator, & qui prius cognatum suum pro derelicto habuit, is jam cognatis interfecti pro inimico habetor. Atque si alium quemcunque praeter interfectorem ipsum cognatorum quisquam ultus, persecutusque fuerit, is fortunis suis omnibus mulctatus, regi & omnibus amore eum prosequentibus pro inimico putandus est* [i].

Nulla pugnae, aut homicidii nomine irroga remittitor mulcta [k].

Clare autem significo, non fore ei qui sanguinem humanum effuderit suffugio domum meam ni prius Deo ac caesi cognatis cumulate satisf cerit, & praeterea impleverit quodcunque ei fu rit ab episcopo (in cujus id dioecesi acciderit) im peratum [l].

Si quis pacem violarit, aliumve domo sua m nentem oppugnarit, re us suis omnibus mulcta tor, & regem penes vitae necisque ejus arbitr um esto [m].

Praeceptum autem immatura morte Edmun dum excepit ejusdem frater Edredus, qui majo rum, suis, haud degener, virtutes exaequavit. *Il enim Northymbrii* (author est AEthelwerdus [n]) *subjiciuntur cuncti, necnon Scoti jusjuranda con firmant, immutabilemque fidem.* Cujus item paulo fusius Malmesburiensem habemus testem *Northanimbros*, inquit ille [o], *& Scotos ad sa cramentum suae fidelitatis adactos & mox foe difragos quodam Irico rege super se statuto, pe ne ex hominibus delevit, tota provincia fam ferroque foedata.* Idem uno ore Huntingdonen sis [p], & Rogerus de Hoveden [q] scriptis suis pro tulerunt. Subsecutus est hunc Edwinus Edmundi quem supra diximus, filius, qui ob eximiam for mae pulchritudinem *Pancali* nomen est sortitu Sed asceteriorum coenobiorumque rapinis aliqua tenus incumbens, maxima, assensu populi, regn parte mutilatus, vitam post quadriennium finivit Cujus, honor ille ac deliciae Anglorum frate Eadgarus demortui vices egit, quem cum Elgiv mater eniteretur, audita est Dunstano vox: *Pa Angliae quamdiu puer iste regnaverit, & Dun stanus noster vixerit.* Nec fefellit omen futura felicitatis. Edoctus enim rex quasi encyclicis im perii disciplinis rem ecclesiasticam, domesticamqu publicam eousque promovit, ut nullus illius regn annus, quo non publicum ederet patriae aliquo emolumentum, numeraretur. Dilapsa restauravit insuper monasteria, maxime vero Glasconiense, cui summas (quarum ut author etiam fieret Joannes XII. Romanus pontifex chirographo facillime impetravit) diplomate contulit immunitates. Tam insigni vero regio splendore dilatataque claruit potentia, ut, cum septentrionalibus insulae partibus circumnavigatis ad Legionum urbem appulisset, haud minor octonario subregulorum numerus ei occurreret, *Kimadius scilicet Scotorum, Malcolmus Cumbrorum* [r], *Maccus plurimarum rex insularum, Britannorumque Cambrorum reges Dufnalus, Gifrethus, Huvaldus, Jacobus, & Inchillus*; quorum singuli quod Edgaro *fideles & terra marique cooperatores esse vellent*; juraverunt [f]. *Ludwalo etiam regi*, ut habet Malmesburiensis [t], *Wallensium edictum imposuit, ut sibi quotannis tributum* CCC. *luporum pensitaret, quod cum tribus annis fecisset, quarto destitit, nullum se ulterius posse invenire professus. Tanto clarissimo imperio Magnae Britan-*

[a] Liv. lib. 10. dec. 1. [b] Horat. lib. 3. carm. [c] Mor. lib. 1. de Rep. Utop. [d] Vel furto deprehens patibulo suspenderentur statuit Henricus I. Roger. Hoveden part. 2. fol. 270. [e] H. Huntingdonens. lib. 5. pag. 203 [f] Ælmeſſeoh. [g] Cap. 2. [h] Cap. 4. [i] Cap. 1. in secunda classe. [k] Cap. 3. ꝼihtpíte. m in b te. [l] Cap. 4. [m] Cap. 6. [n] AEthelw. lib. 4. cap. 7. [o] Malmesb. lib. 2. de gestis reg. cap. 8. [p] Huntingd. lib. 5. [q] Hoved. par. 1. fol. 243. [r] Al. Malcutius. [f] Roger. de Hoved. par. 1. fol. 244. [t] Malmesb lib. 2. de gestis reg. cap. 8.

niae

iae ſeu *totius Albionis Baſileos* fama adjacentium terrarum incolas catervatim huc convocavit [a]. Quorum certe contubernio in Anglorum animos ivilibus jam indutos moribus peſſima quaedam repſerunt vitia; inconditam enim a Saxonibus nimorum ferociam, a Flandris enervem mollitiem, a Danis affluentibus ἐπισωδίζειν diſcebant. Pullulantium autem malorum ut areſcerent germina, ſaluberrimas reipubl. optimus rex leges ſanivit. Ut thyrſi lambente tecti hedera furorem comprimeret, *Clavos argenteos vel aureos* (ſic Malmesburienſis) *vaſis affigi juſſit, ut dum meam ſuam quiſque cognoſceret, non plus ſuſerviente verecundia, vel ipſe appeteret, vel alium ppetere cogeret.*

Denarius in domos ſingulas impoſitus ante feſtum D. Petri redditor, qui tum non ſolverit denarium illum ac alios praeterea XXX. *ad Romam comportato, certaque literarum teſtificatione domum rediens ſe eo detuliſſe confirmato, ac regi denique* CXX. *ſolidos numerato; ſi quis ſecundo non dederit denarium illum ac praeterea* XXX. *Romam deferat, regique poſtquam redierit* CC. *ſolidos dependito, ſin tertio deliquerit, rebus ſuis omnibus exuitor* [b].

Dies ſabbathi ab ipſa diei Saturni hora pomeridiana tertia uſque in lunaris diei diluculum feſtus agitator, &c [c].

Nemo in lite regem appellato, niſi quidem domi juſtitiam conſequi aut impetrare non poterit, in ſummo jure domi urgeatur, ad regem ut is mus aliqua ex parte allevet, provocato. Atque ſi culpae pecuniaria irroganda eſt mulcta, ea non nquam capitis aeſtimationem ſuperato [d].

Si quis alium rumoribus diſſipatis improba voce lacerarit, quamobrem aut corpori ejus damnum nferatur, aut de fortunis imminuatur aliquid, um ſi alter auditiones tanquam falſas refellere, & coarguere poterit, aut is linguam data capitis aeſtimatione redimito, aut ei lingua praeciditor [e].

Centuriae comitiis quiſque intereſto: oppidana ter quotannis habentor comitia: celeberrimus autem ex omni ſatrapia bis quotannis conventus agitor; cui quidem illius dioeceſis epiſcopus & ſenator interſunto, quorum alter jura divina, alter humana populum doceto.

Qui fuerit in furto manifeſto, aut perfida domini proditione deprehenſus, quicquid tandem orarit, ut vita & communi ſpiritu fruatur, non exorato.

Hoc imperio, his majeſtatis juribus tota Magnae Britanniae inſula jam gubernabatur; quae tamen ſola quaſi nimis coarctata tanti poteſtati regis haud ſatisfecit. Antiqua enim charta ab Edgaro, annum circa ſexageſimum quartum ſupra nongenteſimum ab humanae ſalutis reſtauratione, promulgata (quam inter ſuos de juridicis prudentum reſponſis libros dominus Edwardus Cokus [f], partim etiam in Hibernia Guilielmus Camdenus [g] deſcripſit) de ampliſſimis imperii Anglicani terminis ſic ore loquitur regio: *Mihi conceſſit propitia divinitas cum Anglorum imperio omnia regna inſularum oceani cum ſuis ferociſſimis regibus uſque Norwegiam, maximamque partem Hiberniae, cum ſua nobiliſſima civitate de Dublinia ſubjugare, quos etiam omnes meis imperiis colla ſubdere Dei favente gratia coegi*, &c. *Facta ſunt haec Anno Dom.* 964. *Indict.* 8. *regni vero Edgari Anglorum regis* 6. &c. † *Ego Edgarus Baſileus Anglorum & imperator regum gentium*, &c. *ſigno crucis corroboravi.* † *Ego Alfriie regina*, &c. Anglos etiam exinde colligere licet diu ante Henrici II. tempora Hiberniae inſulae quadamtenus praefuiſſe; cum tamen raro aut tepide eam ab ullo unquam expugnatam fuiſſe & ſubactam, nunquam externae ſubjacuiſſe ditioni uſque ad annum ab incarnato Verbo MCLXXI. nempe XVIII. regni Hen. II. Guilielmus Neubrigenſis ſcriptis affirmarit [h]. Illuſtriſſimum vero regem, cui totus hic alter non ſuffecerat orbis, XVI. imperii anno, parvus (ſic rerum humanarum circulus) excepit tumulus. Obiit dein imperandi munus Edwardus filius optimae ſpei juvenis, regni ſimul ac morum haeres. Infeſtabat illius maxime imperium clericos inter & monachos de ſacerdotum caelibatu ſchiſma; exterminatis enim monaſticae vitae cultoribus (a quibus tamen Edwardus ſtetit) in monaſteria ſacerdotes introducuntur. Tantum autem ad dirimendam controverſiam coacta eſt frequens Calnae in agro jam Wiltonienſi ſynodus (aberat vero aetate minor rex) ubi conciliabuli diſſoluta contabulatione, plurimis qui interfuerunt obrutis, diruptiſque trabibus percuſſis, ſolus archiepiſcopus Cantuarienſis Dunſtanus, qui non ſolum ſynodo, ſed etiam monaſticae rei praeſedit, illaeſus evaſit. Quod miraculum (ſic enim habuit aetas illa) *Monaſticum inſtitutum inprimis*, ait Camdenus, *confirmaſſe creditur* [i]. Ingruebant iſtis graviora; invaſit Alfledae, quam ſecundis ſibi Edgarus aſciverat nuptiis, animum dominandi libido; regnandi gratia violandum jus cenſuit. Senſit autem Edwardus novercalis odii virus, quippe cui Alfleda ſtructis inſidiis, percuſſores immiſit, qui ſceleratiſſima caede regem interemerunt. In regium autem evexit illa ſolium (quo ſibi quidem, quod optabat, ad imperandum viam munivit) filium ſuum Ethelredum; cujus ab ipſa luce prima, nutantis jam ac dilabentis Anglorum imperii omnia totus vitae curſus oſtendit. Cum enim infans primum ſacro admotus eſſet fonti, alimoniae excremento baptiſterium (unde Conſtantinum etiam peſſimum imperatorem Copronymum dictum fuiſſe ſcribunt [k]) foede inquinavit, exclamavit exinde ſubito Dunſtanus, *Per ſanctam Mariam puer iſte ignavus homo erit*. Inauguratus autem cum eſſet Kingſtoniae rex, Dunſtanus (qui Alfledae ſcelera reſcindere non potuit, arguere tamen auſus eſt) in terminando, *Quia aſcendiſti*, inquit, *ad thronum tuum per mortem fratris tui* [l], *quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini: hoc dicit Dominus, Non deficiet gladius de domo tua ſaeviens in te omnibus vitae tuae diebus, & interficiens de ſemine tuo, & de gente tua, uſque dum regnum tuum transferatur in regnum alie-*

[a] Iſtis nominibus in chartis Monaſt. Croyland. Edgarus inſignitur in hiſt. Ingulphi. [b] Cap. 4. [c] Cap. 5. [d] Cap. 1. in 2. claſſe. [e] Cap. 4. [f] Cok. in praefat. ad lib. 4. [g] Camden. in Hib. [h] Neubrig. lib. 2. rer. Anglic. cap. 26. [i] Camden. in Belgic. [k] Ignat. de Rom. Princ. lib. 2. [l] Ingulph. hiſtor. fol. 506. Malmesburienſ. lib. 2. cap. 9. Hoved. & Huntingd.

num, cujus ritum & linguam gens tua non novit. Procul nimis ab impoſtura, veritati quidem proximam tota perſenſit Anglia fuiſſe illius hariolationem. Vaſtabant enim jam frequenter irrumpentium Danorum agros tumultus, qui regis inertia praefectique militaris Elfrici defectione freti, eouſque Anglos imminentis terrore Martis adegerunt, ut magna quotannis pecunia, nunc X. librarum, nunc XVI. poſt XXIV. ac XXX. praedonum more graſſantium expleta cupiditate, pacem redimere cogerentur, ſed ne in tantis reipublicae periculis, oſcitanti, quid miſeriarum deeſſet, regi ; incolarum quibus Danicum pepercerat ferrum, interemit Anglica fames. Tanto tamen lituorum ſtrepitu, miſerrimique ejulatu populi, harmonia non prorſus ſiluit politica, ſed leges quaedam non contemnendae exaudiebantur.

Herus omnis propriam ipſius familiam in ſe recipito, ejuſque ſiſtendae fidejuſſor eſto : atque ſi famulorum quiſquam in crimen vocatus, ſeſe in fugam dederit capitis ejus aeſtimationem dominus regi numerato. Quin ſi domino crimini detur eo autore & conſiliario fugam agitaſſe famulum, aſcitis ſibi Thanis quinque crimen eluito, id quod ſi non fecerit, capitis aeſtimationem regi quidem dependito, famulus omni juris patrocinio excludatur [a].

Servus ſi ipſa ordalii ſententia in reos referatur, primo inuſtus compungitor. Sin ſecundo ordalii quaeſtione examinatus, culpae reus fiat, alia quam capitis poena non eſto [b].

Bonorum, ſine fidejuſſione & teſtimonio, emptio non fiat aut permutatio : ſi quae ſecus fiat, tum qui eſt fundi dominus rem illam quouſque cujus fuerit compertum habeat [c].

Mercatorum navigia, vel inimicorum quidem quaecunque ex alto, nullis jactata tempeſtatibus, in portum aliquem invehentur, tranquilla pace fruuntor. Quinetiam ſi maris acta fluctibus ad domicilium aliquod illuſtre, ac pacis beneficio donatum navis appulerit inimica, atque iſthuc nautae confugerint, ipſi ac res illorum omnes auguſta pace potiuntor [d].

Liberae conditionis Anglus Dacum ingenuum ſi interfecerit, dependito eo nomine XXV. *lib. ni ſe ultro dederit homicida. Idem juris eſto, ſi Anglo Dacus mortem obtulerit. Servilis conditionis Dacum Anglus ſi morte affecerit, integram ſolvito libram ; Dacus e diverſo ſi Anglum interfecerit, noxia poena par eſto. Si quando viri occidantur octo, foedus laeſum cenſetor, ſive id in oppido ſive extra quidem fiat : ſin fuerit occiſorum numerus octonario minor, pro eo ac fuerit ſingulorum aeſtimatio, compenſatio ſequitor* [e].

Quinetiam illius celeberrimi (quod tamen Normannos induxiſſe falſo ſcripſerit ille Polydorus [f]) quo nunc utimur, duodecemviralis judicii antiquiſſima hic habemus veſtigia. *In ſingulis* (legem illius audis) *centuriis comitia ſunto, atque liberae conditionis viri duodeni, aetate ſuperiores, una cum praepoſito ſacra tenentes juranto, ſe adeo virum aliquem innocentem haud damnaturos, ſontemve abſoluturos* [g]. En porro quod nos m dietatem linguae [h] jam dicimus, habuerunt & il *Viri duodeni* (in ſenatuſconſulto de montico Walliae legitur [i]) *jureconſulti, Angli ſex, Wal que totidem, Anglis ac Wallis jus dicunto : q ſi ex aequo & bono non judicarint, fortunis ſu omnibus mulctantor, niſi quidem juris ignorati ne ſe excuſaverint.* Arriſit inſtitutum poſterit ti ; ut enim cujuſlibet actionis, accuſationis, ſi inquiſitionis (quae ex dominio, contractu, mal ficio vel quaſi competunt) quaeſtiones, de fact inquam, non de jure, e conteſtatione litis eme gentes juxta veritatem dirimantur, duodeni n infimi in cenſuali tabula viri fide digni e provi cia, qua controverſiae ſemina ſunt exorta, ad t bunal reſcripto regis evocantur, qui, oſtenſis utri que inſtrumentis, auditiſque juramento onuſtis, jure praefectus curiae cum aſſeſſoribus ſuis libe reſpondent, diſceptatione ſeorſim inter ſe adhil ta, conſtiterit, ſed obſtricti primum jurisjuran religione, pronunciant. Sin vero de capitali qu vis crimine quiſquam PARIUM REGNI inquiſiti ne quam nos *Inditement* dicimus (nec enim accuſatione, quod *Appeal* Anglice ſonat, co tra quam Juſtinianiſtarum noſtratium quidam n per ridicule propalavit iſtud intelligendum [k]) judicio ſiſtat, duodenarius, major etiam aliquand nunquam minor ad diſquirendum ille numerus baronibus, quos aiunt parlamentariis ſive PARIB REGNI, qui non juramento, ſed verbo nobilita ac honoris ad veri pronunciationem aſtringuntu debet conflari.

Qui vero aliis legem, ſibi nullam ſtatuit, qui pe cujus moribus nec ullos terminos modeſti Admixtis ſocordiae faecibus Baccho & Vene obſtruebantur influentiae Palladis canales. Rut lantem Martis effigiem haud ſimulare potuit re petulantia enervis, a quo tam indecoris majeſta aſperſo maculis ordinum defecerunt nonnulli ludibrio alii, alii odio regem habuerunt. Fat lis exitii imminentis iſta fuerunt prodromi ; qua per omnium imo exterorum ora volitantia, a jectis de agrorum opima fertilitate ſummis laud bus, Swanum Danorum regem ad erigendam i Anglos victoriae ſpem pellexerunt. Conſcript igitur numeroſo exercitu inſulam aggreditur ; e feratoque immaniter animo graſſabatur, uſque dun Ethelredum Normanniam fugaſſet, regnumqu Angliae invaſiſſet. Quo brevi potitus, cum vit ſimul eſſet exutus, regiam eamque paternam adi it haereditatem Canutus, quem inter & Edmun dum cognomine *Ferreum latus* Ethelredi mor tui filium (tentarunt tamen inprimis varian utrinque fortunam belli, & de ſingulari in ter ipſos certamine, ut, quae plurimorum e fuſo ſanguine non potuit, ancipiti duorun pugna res finiretur, conſuluerant) imperium diſ pertiebatur. Edmundo Weſtſaxonia, Canut Mercia e pacto contigit. Hanc autem ſubit inopinata mors diviſionem reſcidit. Extinctoqu (carnifice quo dubium adhuc erat) Edmund Anglorum rex ampliſſimo, quaſi jure Canutu ſalutabatur. Weſtſaxoniae autem ſibi adminiſtra

[a] Cap. 1. [b] Cap. 3. [c] Cap. 4. [d] Cap. 2. in 2. claſſe. [e] Cap. 5. [f] Polyd. Virg. lib. 9 hiſt. [g] Leg. Ethelred. in explic. verb. Lamb. [h] Inſtit. per ſtat. 27. & 28. Edw. III. prius ignot. lex ut reſponderunt ju dices ann. 3. & 4. Ph. & Mar. Dyer fol. 145. a. [i] Senatuſcon. cap. 3. [k] Stanford. in les pl. de cor. lib. 3. cap. 1.

tionem

onem, Merciae Edrico, Angliae orientalis Turllo, Northumbriae Iricio designavit; haud vero u stetit ista tetrarchiae forma. Edricus enim ter letales Edmundi percussores (qui ingentis e praemii ultro illecti tantum regi facinus proeri non erubescebant) quod emeruit, ultimo fectus est supplicio. Eliminatis tandem caeteris Daniam, unius imperio, felicissime, tametsi terae gentis viri, tota Anglia administrabatur. *igenti enim,* ut habet G. Malmesburiensis [a], *stuo Anglos sibi conciliare, aequum illis jus cum Danis suis in consessu, in consilio, in praelio ncedere: qua de re, ut praedixi, uxorem superioris regis Emmam sibi e Normannia accersiit, , dum consuetae dominae deferrent obsequium, inus Danorum suspirarent imperium.* Monastiorum ecclesiarumque laudatissimus instaurator. d ampliorum potentiae terminorum cupidus, Suevos subigendos copias militares traduxit, od cum non omnino feliciter processisset, doum rediens Noricorum regem Olavum sibi bel subjugavit. Cum vero decimus quintus ageur illius regni annus, ad devotissime salutanda ostolorum limina Romam profectus est; honrifice ab imper. Conrado I. & pontifice R. anne XXII. exceptus; quibuscum quanam re ageret, quo etiam animo in ecclesiam fuc Romanam, imo in totam Angliam, electa, am Angliam detulit a rege Roma abituriente vingus Abbas Tavistociensis, epistola facillime nstabit. Cujus primum sic habet frontispici: *Canutus rex totius Danmarchiae & Angiae, & Norwegiae, partis Suevorum Egelnotho tropolitano, & Alfrico Eboracensi archiepiso omnibusque episcopis & primatibus, & toti ti Anglorum tam nobilibus quam plebeiis, salem.* Narrata dein humanitate qua erga illum sunt papa & imperator; *Locutus sum,* inquit, *a domino imperatore & domino papa & principibus qui ibi erant, de necessitatibus totius populi mei tam Angli quam Dani, ut eis concedetur lex aequior & pax securior in via Romam adeundi, & ne tot claustris per viam arcentur & propter injustum telonium fatigenti. Annuitque postulatis imperator & Roberti* (in exemplari Malmesburiensis, *Rodulphus*) *rex qui maxime ipsarum clausurarum dominator, cunctique principes edictis firmaverunt, ut homines mei tam mercatores, quam alii orandi causa vitores, absque omni angaria clausurarum ac teloniorum cum firma pace, & justa lege securi Romam adeant & redeant. Conquestus sum itum coram D. PP. & valde mihi displicere cessabar, quod mei archiepiscopi in tanta angebantur immensitate pecuniarum, quae ab iis expetebantur, dum pro pallio accipiendo secundum morem apostolicam sedem expeterent: decretumque est, ne id deinceps fiat.* Et paulo post: *Obtestor & praecipio meis consiliariis, quibus regni consilia credidi, ne ullo modo aut propter timorem meum; aut alicujus potentis personae favorem aliquam injustitiam a modo consentiant vel faciant pullulare in omni regno meo. Praecipio etiam omnibus vicecomitibus & praepositis universi regni mei, sicut meam volunt habere amicitiam, aut salutem, ut nulli homini nec diviti, nec pauperi, vim injustam inferant, sed omnibus tam nobilibus quam ignobilibus sit fas justa lege potiundi, a qua nec propter favorem regium, nec propter alicujus potentis personam, nec propter mihi congerendam pecuniam, ullo modo devient, quia nulla mihi necessitas est, ut iniqua exactione pecunia mihi congeratur.* Intermissis deinde paucis: *Nunc igitur obtestor omnes episcopos meos & regni mei praepositos per fidem quam mihi debetis & Deo, quatenus faciatis ut antequam Angliam veniam omnium debita, quae secundum legem antiquam debemus, sint persoluta; scilicet eleemosyna pro aratris* (Saxonice ꝼulhælmæꞅ, quam pensionem fuisse unius in singula aratra denarii, vetustissimo quodam Ethelredi legum libello teste, impositi Guilielmus Lambardus autumavit) *& decimae animalium ipso anno procreatorum, & denarii quos Romam ad sanctum Petrum debetis, sive ex urbibus, sive ex villis, & mediante Augusto decimae frugum, & in festivitate sancti Martini primitiae seminum ad ecclesiam sub cujus parochia quisque degit, quae Anglice Kirkset* (sed Malmesburiensis habet [b] *Curcscet*) *nominatur. Haec & alia, si cum venero, non erunt persoluta, regia vis secundum leges in quem culpa cadit, districte absque venia vindicabit. Omnes,* Angliam reversus, *leges ab antiquis regibus & maxime ab Ethelredo latas sub interminatione regiae* (sic Malmesbur.) *mulctae perpetuo observari praecepit.* Quarum, quae illius inscriptae nomine circumferuntur, praecipuas istic annectam. Maximis primo circumscribuntur immunitatibus templa, & sacerdotes, quorum crimina, quo diluantur modo subjicit.

Si quis sacerdotem ad certam aliquam religionis normam viventem in crimen vocarit, atque is nullius sibi sceleris conscius fuerit, missam, si modo id facere non vereatur, celebrato, & eucharistiae perceptione unius calumniam omnem solus contundito: sin trium fuerit accusatio, percepta, si modo ausus fuerit, eucharistia, atque adjunctis sibi aliis ejusdem ordinis duobus, omnem cogitati sceleris suspicionem diluito. Diaconum ad certam religionis formulam viventem, si quis singulari calumnia criminis reum fecerit, assumptis ordinis ejusdem duobus aliis, diaconus se crimine liberato. Criminatio sin fuerit tripla, admotis ordinis ejusdem viris senis se culpa exolvito. Plebeium sacerdotem, qui se ad nullam certam religionis regulam astrinxit, si quis insimularit, perinde ut diaconus ex praescripto vivens is crimen purgato, si eorum qui arae deservierint aliquis, amicis orbatus, adeoque qui secum una pariter jurent non habens, criminis fuerit postulatus panem execratione devotum comesto atque de eo fiat prout divina feret voluntas, nisi quidem licitum fuerit eucharistiae perceptione se culpa liberare, &c [c].

Nuptias intra sextum cognationis gradum contrahi vetuit [d].

Quisque orationis eleemosynam ad decimum quintum a paschate diem pendito, foetuum decimas ad pentecosten solvito, terrae denique fructuum decimas reddito ad festum omnium sanctorum

[a] Malmesb. lib. de gest. reg. cap. 11. [b] Al. Chiroseth. [c] Cap. 5. [d] Cap. 7.

celebre.

celebre. Verumenimvero si decimas ad eum, quem diximus, modum (ex decima nimirum arationis acra) dare noluerit, praepositus regius, episcopus, fundi dominus, fanique sacerdos conveniunto, atque eo vel invito, decimam ecclesiae, cui quidem debetur, partem, nona ei relicta, reddunto[a]*: quod ad residuas octo partes attinet, quatuor qui est fundi dominus, reliquas illius dioecesis episcopus habeto*[b].

Ter quotannis ad lucernas pecunia conferatur, festo quidem paschatis in singulas terrae hydas cerae obolus imponitor, ad festum omnium sanctorum celebre tantundem redditor, similiter fiat ad festum purificationis divae Mariae[c].

Ad singulos divae Mariae atque apostolorum omnium dies festos, excepto unico Philippi & Jacobi, quo paschatis gratia cibo non temperatur, jejunia sunto. Singulo quoque Veneris die, nisi quidem festus agatur, jejunium esto. A paschate vero usque ad pentecosten, atque ab ipso natali Jesu Christi die ad octavam usque ab epiphania lucem jejunia nemo observato, nisi quidem judicio ac voluntate fecerit sua, aut id ei fuerit a sacerdote imperatum[d].

Porro festis diebus omnibus, quatuor temporum jejuniis, quadragesima, caeterisque omnibus quibus rite fuerit indictum jejunium diebus ordalii omnis, ac jurisjurandi jurisdictio intermittitor. Ab anniversario item adventus Domini die festo ad octavum usque ab epiphania diem atque a septuagesima ad decimamquintam a paschate lucem justitium edicimus[e].

[f] *Praecipimus ut liberae conditionis quisque in centuriam ac decemvirale aliquod collegium se conjiciat, si modo qui se purget atque ab alio capitis aestimationem petat, se dignum haberi cupiverit, neque enim aliter annum aetate duodenum progressus, cum forte injuria afficiatur, pari cum ingenuo jure fruatur.* Resuscitata hic, quae fuit etiam Alfredi, cura, ne quis civium, quod ait Nestor Homericus[g], Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος esset; ultra adjectum habes, duodecimum quicunque attigerit annum in centuriam sive decuriam esse cooptandum. Quo quidem respexisse videtur Henricus de Bracton[h] cum hoc ipsum Edwardi Confessoris lege fieri deberi scriptum reliquerit. Haec enim ista Canuti psephismata etiam Edwardi, post Normannicam conversionem, dicta sunt, non quod ille statuerit, sed quod, si Malmesburiensi fides, observaverit.

Si quis sacris inauguratus rei capitalis obnoxius extiterit, comprehenditor atque ut tandem episcopo criminis admissi poenas dependat, asservator[i].

Qui viduam per vim stuprarit, proprii capitis aestimatione compensato; nec mitiori conditione sit qui virgini vim intulerit[k].

Uxor si marito superstite cum alio quocunque corpus miscuisse convincatur, dedecus atque insignem omni in posterum aetate infamiam subito, maritus res ejus omnes habeto, mulieri vero tum nasus, tum auriculae praeciduntor[l].

En leges
-----------*ipsis Veneri Martique timendas.*

Quibus si plusquam Laconica jam per Anglia[m] adulterorum licentia coerceretur, quot, dii bo[ni], Pandorae Venereis donatae cestis a Cianaru[m], quas meminit Plutarchus[m], moribus prorsus a[li]enae, obsita squalore facie sorderent! Ex quo e[ti]am multo certius quam Cumaeorum Onoba[tis] omnibus innotescerent. Nec quenquam, q[ui], ne Vulcano ipso procudendis desudante arm[is], geniali interim excipiatur Mars domi thoro, an[ti]thesi quadam fluctuantium affectuum reformid[antem], conquirentem audiremus, aut

Clamantem toties, Ubi nunc lex Julia? dormis?[n]

Quae vero de homicidio & laesae majestatis c[ri]mine statuerit, ista sequuntur.

Si quis alium praemeditatus trucidarit, pal[am] perempti cognatorum in potestatem dator. [Si] caedis insimuletur tantummodo atque in excu[sa]tione afferenda ciciderit, episcopum penes esto [i]lius rei judicium[o].

Si quis saluti regis aut domini sui insidias [in]tenderit, vita & rebus suis omnibus plecti[tor], nisi quidem triplicis ordalii quaestione crimen [di]luerit[p].

Praefectis meis omnibus etiam mando, ut [ex] praediis meis propriis quae mihi fuerint, ad [vic]tum necessaria suppeditent, neque alius quisqu[am] victui nostro adjumenta praestare invitus co[ga]tur, &c[q].

Sive quis incuria sive morte repentina fu[erit] intestato mortuus, dominus tamen nullam re[rum] suarum partem, praeter eam quae jure debetur [he]reoti nomine, sibi assumito. Verum eas jud[icio] suo uxori, liberis & cognatione proximis, [ju]ste pro suo cuique jure distribuito[r].

Hereotum vero cujusque sit dignitati con[sen]taneum. Satrapae (Saxonice Eorle) *ut qui[m] par fuerit, equi octo, quorum* IV. *ephippiati,* [I]V. *nudati ephippiis, galeae* IV. *loricae* IV. *ha[st]ae* VIII. *scutorum* VIII. *enses* IV. *aurique manc[us]ae* CC. *Thani regii qui loco fuerit primario sint [he]reotum* IV. *equi ephippiati* II. *totidem ephi[pp]iis vacui, gladii* II. *hastae* IV. *scutorum* IV. *g[ale]a* I. *lorica* I. *aurique mancusae L. Inferioris T[ha]ni, equus una cum ornamentis, & telum, a[ut in] occiduis Saxonibus ea, quae est loco colli obst[ri]ngi pensio, in Merciis orientalibus Anglis libra[e] II. In Dacis, Thani regii (qui liberam habuerit [ju]risdictionem) sint hereotum librae* IV. *atque [si] regi fuerit familiarior, sint hereotum equi* II. *[un]us ephippiatus, nudus alter, gladius, hastae* II. *[scu]ta* II. *atque auri L. mancusae. Infimae den[iq]ue conditionis Thani sint hereotum librae* II[s]: A[t] ita quidem Germanorum consuetudo & Italoru[m]; ut lex illa Conradi I. imp. Roncaliis lata de [be]neficiis testatur. Ad filios enim beneficia, m[ili]tum, deferenda cum censuisset, *Servato*, in[quit], *usu majorum Valuasorum in dandis e[qu]is & armis suis senioribus*[t].

[a] Cap. 8. [b] Idem. in leg. Edgar. cap. 3. [c] Cap. 12. [d] Cap. 16. [e] Cap. 17. [f] Ca[p.] 19. in classe secunda. [g] Homer. Iliad. I. [h] H. de Bracton. de conf. Angl. lib. 3. tract. 2. cap. 10. [i] C[ap.] 40. [k] Cap. 49. [l] Cap. 50. [m] Plut. lib. de vir. mulier. & in quaest. Graec. 2. [n] Juvenal. Satyr. 2. [o] [C]ap. 53. [p] Cap. 54. [q] Cap. 67. [r] Cap. 68. [s] Cap. 69. [t] Carol. hist. de reg. Ital. lib. 8.

Ne

Ne qua deinde mulier secundis, nisi supra de-imum (quod ad muliebrem illum in novas Tha-issio accendendas imparis numeri faces pruritum ohibendum sancivit Romanis Numa Pompilius [a]) ιensem binis etiam post obitum viri exactis, sese uptiis immisceat, illius lege cautum est; adjecta ısuper graviori, quam vaccae mactatio praeg-antis poena. *Dote, scilicet, mulctata fortunis mnibus a priore marito relictis privator: eaque mnia cognatione proximus habeto. Maritus pro-rii capitis aestimationem regi, sive cui rex cun-ue dederit alteri, dependito* [b].

Si quis rem furto surreptam in tectum intro-uxisse suum convincatur, aequam ei tribui fur-i mercedem par est. Conjunx vero, nisi quidem em illam sera clausam tenuerit, furti non tene-or. Has vero foemina claves custodire debebit, enarii, cistae vestiariae, & scrinii sui, atque si n his rem tenuerit occlusam, habetor furti con-ia. Non poterat autem prohibere foemina, quin onjunx quid velit in domum introferat suam. Mos erat, hiante hominum avaritia, parvulum n cunabulis, qui nondum cibum gustarat, dormi-ntem, huic facinori perinde putare conscium, at-ue si is recta saperet. Id ego aliaque nonnulla Deo molesta & odiosa planissime veto [c]. Unde-iam, nisi ex isto fonte, rivulos illos apud Hen-icum de Bracton, aliosque Angliae jurisconsul-os, de uxore furti conscia emanasse quis affir-marit?

Si quis terrestri sive navali pugna dominum ut commilitonem suum per ignaviam & pigriti-m deseruerit, vita & rebus suis omnibus mul-tator, ejusque res omnes, & quem illi prius de-erat fundum, dominus recipito. Sin quae ex ripto praedia possederit, ea regi sunto. Verum-nimvero si quis in exercitu, sive in regno, sive xtra quidem pugnans coram domino mortem op-etierit, ipsum condonator ac remittitor hereo-um: atque in bona praediaque paterna haere-es ejus succeduntο, eaque secundum jus fasque ividunto [d].

Praeterea autem concedo, ut in propriis ipsius raediis quisque tam in agris quam in sylvis ex-itet, agitetque feras: meas autem ne venetur, s praesertim in locis quos privilegio circumscrip-meo, cum poena praecipio [e].

Sive quis ad comitia proficiscatur sive rever-atur ab eisdem, placidissima pace, nisi quidem urti fuerit manifestus, fruitor [f].

Firmato insuper sibi regno, Daniamque (quod efert Henricus de Bracton [g]) dimisso exercitu, pu-lica mnobiles Angliae interposuerunt fidem, ut anquilla quotquot secum rex retineret pace un-equaque gauderent. Quorum si quem Anglus uispiam occideret, nec ordalii judicio examina-us sese purgaret, emeritas lueret poenas. *Sin ve-fugam fecerit, nec prehendi poterit, solveren-ur pro eo* LXVI. *marcae, & colligebantur in illa ubi quis esset interfectus, & ideo quia in-erfectorem non habuerunt, & si in tali villa pro aupertate colligi non possent, colligerentur in undredo, in thesauro regis deponendae* [h]. Ipsam hic, quo nunc utimur juris, repraesentationis imaginem habemus depictam. Plurima quidem alia inter leges Canuti referuntur, quorum pleraque cum tantum per modum anacephalaeoseos superiorum, quae diximus, ab aliis regibus latorum interferantur, consulto praetermisimus. Quinetiam posteritati tam gratae fuerunt, sibique tam salutares Angli semper duxerunt, ut ad eas firmiter observandas sub nomine Edwardi regis (non quod ille, ut e Malmesburiensi [i] superius diximus, statuerit, sed quod observaverit) principes regio inaugurandos solio saepius obstrinxerint juramento.

Ordinata jam prudentum consiliis meridionali Britanniae parte, armis aggreditur septentrionalem. Rebelles Scotos regemque eorum Malcolmum parvo subegit negotio. Elapso tandem post auspicatum regnum vicesimo anno, *Dominus totius Daciae* (sic Huntingdoniensis [k]) *totius Angliae, totius Norwegiae simul & Scotiae* mortis nihilominus vasallus non potuit libitinam vitare.

CAP. VII.

Hardecanutus & Haroldus, Edwardus Confessor, ejusque successor Haroldus quem Guilielmus Normannus vicit, & Anglia potitus est.

De paterno disceptabant imperio Canuti filii, Hardecanutus ex Emma, quae fuit Ethelredi uxor, Haroldus ex Elfgina Northantoniensi furtiva Venere susceptus, & parum aberat, quin ad dubias Martis incerti vices res rediisset. Hunc enim Dani & Londinenses, illum, quod ex Emma natus, vel potius e filiis Ethelredi Normannia agentibus aliquem, Angli sibi regem optabant [l]. Ne suorum autem insula irrigaretur sanguine transactum est, ut Thamesis fluvius fratribus regni fines herciscеretur. Septentrionalis a Thamesi pars Haroldo, australis Hardecanuto obtigit. Qui cum Danmarchiam rediisset, Haroldus totius Angliae rex acclamatur. Post quadriennium mortuo successit Hardecanutus ab Anglis simul & Dacis in regem electus. Quorum nempe qui naturalem legitimo filio anteposuerant, injurias ut ulciscеretur, gravissima tributa extorsit. Classiariis enim ac exercitui suo XXI. LXXXIX. libras iterumque XL. XLVIII. secundo (qui & ultimus) regni anno corrasit [m]. Superstites adhuc erant in Normannia Ethelredi ex Emma filii Alfredus & Edwardus. Illum, e Danorum emersi proceres imperio, ad regnandi munus subeundum accersiverunt. Versuto autem Godwini officiarii comitis Cantii callide persuasi ingenio, hunc licet natu minorem diademate coronarunt, virum magis devotum Deo, quam imperio idoneum. Cui tamen placidissimae potius quieti, quam castrametationi dedito, comites quidam non defuerunt, qui belligerando strenue operam navarunt. Quorum Siwardus Northumbrorum comes *ejus jussu* (ut scribit Malmesburiensis [n]) *cum Scottorum rege Macbetha congressus vita regnoque spoliavit,*

[a] Plutarch in vit. Nu. [b] Cap. 71. [c] Cap. 74. [d] Cap. 75. [e] Cap. 77. [f] Cap. 79. [g] Bract. lib. 3. tract. de coron. cap. 15 & leg. Edw. C. cap. 10. [h] Leg. Edw. C. cap. 15. Stanford. in lib. 1. Les plees del coron. p. 31. [i] Malmesb. lib. 2. cap. 11. [k] Huntingd. lib. 6. hist. fol. 208. [l] Ingulph. hist. Rog. de Hoveden. part. pr. Huntingd. lib. hist. 6. fol. 209. [n] Malmesb. lib. 2. de gest. reg. cap. 13.

ibidemque Malcolmum filium regis Cumbrorum regem inſtituit. Weſtſaxoniae autem Haroldus Godwini filius rebelles compeſcuit Cambro-Britannos, quorum rex Griffinus, Ingulpho teſte [a], *a ſuis occiditur & caput ejus cum roſtro navis ipſius Haroldo deſtinatur, cujus fratribus Blethgento & Ruthio rex Edwardus dedit & fidelitate jurata pro ſervitio regno Angliae debito ſingulis annis praeſto perſolvendo Walliam tenendam ſibi & ſuis poſteris pacifice conceſſit.* Quod ad civilem regni adminiſtrationem attinet, alienus fere ab Anglicis, quippe tamdiu Normannia educatus moribus totus, quaſi Galliciſſabat. *Coepit ergo terra* (Ingulphum audis [b]) *tota ſub rege & ſub aliis Normannis introductis Anglicos ritus dimittere, & Francorum mores in multis imitari, Gallicum idioma omnes magnates in ſuis curiis, tanquam magnum gentilitium, loqui, chartas & chirographa ſua more Francorum conficere, & propriam conſuetudinem in his & in aliis multis erubeſcere.* Quinimo Galliam (cum uxore Egitha Godwini filia perpetuo Venerem aſpernatus) ſibi amaſiam duxit eligendam, nec aliunde quidem regni haeredem ſuſcipiendum, ſuperba nimirum ingruente Godwinianae familiae potentia, deſtinavit. Guilielmum igitur ducem; ſeu, ut ſcribunt aliqui, comitem Normanniae haeredem ac ſucceſſorem in Anglorum regno (ſi Ingulpho, Malmesburienſi, & Chartae [c], quam ipſe confecerit, ſit habenda fides) inſtituit. Cui refragetur licet hiſtoria Cadomenſis, qua extremum dum exhalaret ſpiritum, ſe neminem Anglici regni conſtituiſſe haeredem, ſed aeterno conditori commendaſſe, nec tantum decus jure haereditario poſſediſſe; ſed diro inflictu, illum dixiſſe perhibetur; elevat tamen hiſtoriae hujuſce fidem, quod a Rogero de Hoveden [d], & Matthaeo Pariſienſi [e] ſcriptum relinquitur, Guilielmum ſcilicet in extremis agentem teſtamentum eatenus condidiſſe, ut Normanniam Robertus, Guilielmus Angliam, libras autem V. Henricus filius legatorum nomine acciperent. Haroldus interim, piſcatorio, juxta viculum *Boſeham,* conſcenſo navigio fluctibus vi ventorum agitatis, Normannica (caſu an conſilio dubium) ad littora appulſus eſt. Prehenſus primo & duce coram ab accolis adductus maximam cum Guilielmo brevi iniit gratiam. Quam ut citius ſibi conciliaret, regiae illius adoptionis nuntium ſe praebuit (quo tamen munere legatus, ut aiunt, a latere Edwardi regis Robertus Cantuarienſis antiſtes erat functus) filiam Guilielmi adhuc immaturam libentiſſime a patre deſponſatam ſe uxorem poſtea ducturum, Angliae autem imperium duci firmo confirmaturum praeſidio, ſi emortualis, dum ipſe vixerit, Edwardi dies acciderit ſacroſanctis tactis Evangeliis eſt aſtipulatus. Eo igitur, quo decuit, exceptus hoſpitio haud ita multum poſt ad patriam remeavit. Cum vero regii in vicem throni ſandapila Edwardus fulciretur, & de ſubſtituendo rege proceres ancipiti cura diſtraherentur, Haroldus, ut ille perfidus olim Spartanus [f], taxillis pueros, viros jurejurando decipiendos eſſe cenſens, regnum, quod Normanno, divino teſte ac invocato Numine tanquam fiduciarius haeres re ſtituere ſe adſtrinxerat, omiſſis illis (quae deceſſo res ejus ſemper adhibere erant ſoliti) divinis, ne perjuro idoneis, auſpiciis, ſibi ipſi arripuit. Infen ſos exinde habuit pontificios, ipſumque maximun pontificem Alexandrum II. Qui Guilielmo (poſt quam Haroldus adactum ſe vi, illectuque circum ventum doloſo in Normannia juraſſe, nec impe rium Anglicum promiſſis deferri potuiſſe ſine po puli aſſenſu, quo ſe jam electum eſſe regem, le gatis, qui ſponſionis ac jurisjurandi admonebant aſpere reſpondiſſet) apertum denuncianti bellum, ſacratum, in victoriae omen ac regni, vexillun petenti donavit [g]. Fretus igitur his Normannus ac Edwardi inſuper affinitate (filius nimirum Ro berti ducis, filii Richardi, fratris Emmae, matri Edwardi; cujus tametſi e fratre Edmundo nepo Edgarus Etheling ſuperſtes, regno tamen parun idoneus fuerit) numeroſo coacto exercitu, Nep tuno placatis & AEolo, ad Pevenſeiae littora in ter auſtrales Saxones appulit. Navibus autem, u ſociis ſpem fugae praeriperet, ignem injecit; pro greſſus inde paulo in planitie juxta *Haſtings* ca ſtra metatus eſt [h]. Cum interea Haroldus, habi to militum delectu, fatigatus, e quibus nuperrim emerſerat, Norwegiorum bellis, copias tamen eduxerit, forti ac infracto prorſus, ut videtur, ani mo; inflectere nihilominus conatur Normannus Internuncio monacho, conditiones illi iſtas pro poſuit; aut exueret ſe regno; aut clientelari, ſu Normanno, jure idem obſtrictum retineret; mo nomachiae, vel pontificis Romani judicio cauſ dirimeretur [i]. Aſpernatur Anglus; a gentium in legato violando jure, vix abſtinuit, quod flam mis Normannorum addidit oleum. Ad craſtinan inde utrinque pugnam paratur. Comeſſationibu & cantibus Angli noctem conſumunt; man ebrii ad arma conclamant; impenetrabili adver ſus hoſtes cuneo pedites cum bipennibus, conſert ante ſe ſcutorum teſtudine progrediuntur. Nor manni vero (qui tota nocte peccatorum confeſſi oni vacarant, communicata mane ſingulis eucha riſtia) claſſicum canunt, frontem aciei ſagittarii muniunt; initum utrinque acriter praelium, ſtata ria quaſi pugna; ſed utrinque aequae etiam leoninae pelles; vulpinam ergo Guilielmus induit, ſimula taque fuga receptui canit. Angli quaſi certa jam & explorata victoria ſeſe potitos rati, hoſteſque metu dediſſe terga exiſtimantes, diſſipatis ordini bus tumultuario palantes Normannis inſtant; cum ex improviſo reductis illi agminibus incompoſito adoriuntur, maximamque gregariorum, perforato ad mortem ſagittae ictu Haroldi cerebro, militum circumfuſi edunt ſtragem; ultimaque de Saxonic imperio ſic, anno ab incarnato Verbo CIↃLXVI Prid. Id. Octobris, jacta eſt alea. Guilielmus cum maritimas oras pervagatus eſſet, Londinum ab Wallingfordia protinus advolat, ubi (ſimultati bus primo procerum, quorum alii Edgarum Ethe ling, Edwinus autem & Morcardus ſeipſos in im perium evehendi conſilium ſed fruſtra inierant, re morantibus) feſtis acclamationibus & laetiſſim exceptus rex Angliae ſalutatur. Rerum autem ſ

[a] Ingulph. hiſtor. fol. 511. [b] Fol. 509. [c] Char. Conq. apud Camden. in Nor. Hiſtor. Cadomenſ. inter edit[a] G. Camdeno hiſt. [d] Hoved. par. poſt. fol 264. [e] M. Pariſ. in vit. H. 1. pagin. 84 [f] Lyſand. in P[lut] [g] Ingulphus. Matth. Pariſienſ. [h] A Chriſto ann. 166. [i] Malmesb lib. 3. de geſt. reg cap. 1. Matth. Pariſ. in Haroldi.

al[i]

bi per Angliam potitus, castrum versus Dororniense, ut Cantianos etiam subjugaret, promot exercitum, Cantiani Stigando archiepiscopo antuariensi & Egelsino Augustinensi (ut author ejusdem coenobii monachus Thomas Spottus [a]) chimandrita ducibus, *Die dicto universi apud van scomb conveniunt, latitantes in sylvis adntum ducis expectant, statuunt ramos arbom in manibus portantes praecludere undique ias duci & circumvenire. Guilielmus cum se asi mobili nemore viderit circumdatum subito usternatur, magis autem cum abjectis Cantiani mis arma praeferunt. Tentata res legatione ta praesules illi iidemque duces functi istam ram Normanno habuerunt brevem sed ad lirtatem patriae accommodatam orationem. Ec domine dux, populus Cantii tibi obviam prodit, te tanquam ligeum dominum recepturi, conditione ut populus universus Cantianus in rpetuum avita gaudeat libertate, avitisque uatur legibus, alioqui tibi e vestigio bellum incunt, parati hic potius omnes occumbere, quam rvitutis jugum pati & ab avitis legibus recere.* Foedere potius quam vi caetero adjungenm Cantiam regno ratus dux, petita illa non tam benter quam prudenter in arcto positus consit. Annectunt hujusce rei fidem illa ex antio consuetudinum libro a Camdeno eruta. *Di Cantii comitatus quod in isto comitatu de jure bet de ejusmodi gravamine esse liber, quia dicit od comitatus iste ut residuum Angliae nunquam it conquestus, sed per pacem factam se reddidit nquestoris dominatui, salvis sibi omnibus libertibus suis & liberis consuetudinibus primo hatis & usitatis* [b]. Illaesas hinc patrias retinuant consuetudines, illamque inprimis quam les Anglorum municipales *Gavelkind* nominant, ae in toto regno, ante ducis adventum, freens & usitata fuit, postea caeteris adempta (sed ivatis quorundam locorum consuetudinibus ali postea regerminans) Cantianis solum ex hac igandi & Egelsini armata intercessione integra inviolata remansit [c]. Subacto igitur seu poti conciliato Cantio natalis Christi ad inauguraonem regis destinatus dies appropinquat. Qui m diluxisset, ab Aldredo Eboracensi praesule nec tanto praeesse volebat Stigandum muneri, ui potentissimo Mammonis numine archiepiscotum Cantuariensem invaserat) solennibus adhitis sacris, diademate indutus est. Homagii & delitatis vinculo primores regni sibi firmavit. ios autem ut dignis victoriae praemiis remueraret suspectamque Anglorum potentiam dimieret, *Comitatus, & baronias, episcopatus, & aelatias totius terrae Normannis distribuit & ix aliquem Anglicum ad honoris statum vel acujus dominii principatum ascendere permisit* [d]. irectum praediorum (quae Normannis pleraque onferebantur) dominium sibi omnium reservat, nec abinde quispiam hucusque Anglorum, aeter ipsum regem fundum allodii jure possedit. *Te vero libera* (ut habet apud Camdenum & ambardum Gervasius Tilburiensis [e]) *de caetero daretur erroris facultas, decrevit subjectum sibi populum juri scripto legibusque subjicere. Praepositis igitur legibus Anglicanis secundum tripartitam earum distinctionem*, id est, Merchenlage, Danelage, Westsaxenlage, *quasdam reprobavit, quasdam autem approbans, transmarinas Neustriae leges, quae ad regni pacem tuendam efficacissimae videbantur, adjecit.* Cum autem Danum se origine fuisse animo meditatus esset, majorumque generosi esse premere vestigia, Danorum maxime etiam dignas, quibus nova ordinaretur respubl. leges censuit [f]. Ex quo Angli jam fremere, conclamare, seque, si non solum haereditariis praediis, sed etiam legibus defraudarentur, vasto nimis miseriarum gurgite absorptos fore conqueri. Gravibus exorant precibus, ut Edwardi Confessoris, ad instaurandam politiam, leges amplexaretur. Inflexus igitur sancivit XII. e quolibet eligendos evocandosque comitatu viros, qui jurisjurandi fide consuetudines nuperrimas patefacerent, easque ex integro explorarent, qui istas inprimis, quas subscripsimus, recensuere.

Omnis clericus & etiam scholares & omnes eorum res & possessiones ubicunque fuerint pacem Dei & sanctae ecclesiae habeant [g].

Ubicunque regis justitia vel cujuscunque sit placita tenuerit, si missus episcopi illuc veniens causam aperuerit sanctae ecclesiae, ipsa primitus terminetur. Justum est enim ut ubique Deus prae caeteris honoretur [h].

Quicunque de ecclesia aliquid tenuerit, vel in fundo ecclesiae, mansionem habuerit, extra curiam ecclesiasticam coactus non placitabit, quamvis forisfecerit, nisi, quod absit, in curia ecclesiastica de recto defecerit [i].

Quicunque reus vel noxius ad ecclesiam causa praesidii confugerit, ex quo atrium ecclesiae tenuerit, a nemine insequente nullatenus apprehendatur, nisi per pontificem aut ministrum ejus. Quod si fugiendo domum sacerdotis vel curiam ejus intraverit, eandem securitatem habeat quam & apud ecclesiam, dum tamen sacerdotis domus & curiae ejus in ecclesiae [k] *fundo consistant. Hic si latro vel raptor est, quod male cepit, si ad manum habet, reddat, & si illud penitus extirpaverit, & si suum proprium unde reddat habuerit, integrum, cui damnum intulit, restituat, & si more solito latro taliter egerit, & si forte fortuito ad ecclesias, vel ad sacerdotis domus frequenter evaserit, ablatione restituta, provinciam forisjuret, nec redeat : & si forte reditum fecerit, nullus eum hospitari praesumat, nisi a rege data licentia* [l].

Pacis sanctae ecclesiae violator episcopo coram sistat judicio, si diffugerit regi post XL. *dies criminis deferatur. Quod si infra* XXXI. *dies sive per amicos & notos sive per justitiam regis inveniri non poterit, utlagabit eum rex verbo oris sui, si vero postea repertus fuerit, & retineri possit, vivus regi reddatur vel caput ejus si se defenderit, lupinum enim gerit caput quod Anglice* pulfesheфoᵭ *dicitur & haec est lex communis & generalis de omnibus utlagatis* [m].

[a] Th. Spottus. Lamb. & antiq. eccl. Brit. fol. 108. [b] Camden. in Cant. [c] Antiq. eccles. Brit. fol 109. [d] Ingulph. tor. fol. 512. Malmesb. lib. 3. de gest. reg. [e] Gervas. Tilbur. [f] Rog. de Hoved. part. post fol. 346. & seq. [g] Cap. 2. [h] Cap. 4. [i] Cap. 5. [k] Al. feudo. [l] Cap. 6. [m] Cap. 7.

De

De annona, pullis, vitulis, caseo, butyro, porcellis, apibus, prato, aquis, molendinis, parcis vivariis, piscariis, virgultis, hortis & negotiationibus & omnibus rebus quas dederit Dominus decima pars ei reddenda est, qui novem partes simul cum decima largitur. Qui eam detinuerit per justitiam episcopi & regis, si necesse fuerit, ad redditionem arguatur [a].

Die illo quo judicium ferri vel aquae fieri debet, veniat illuc minister episcopi cum clericis suis, & similiter justitia regis cum legalibus hominibus provinciae illius, qui videant & audiant ut aeque omnia fiant, & quos Dominus per misericordiam suam, non per merita salvare voluerit, quieti sint & liberi recedant, & quos iniquitas culpae non Dominus damnaverit, justitia regis de ipsis justitiam faciat. Barones vero qui suam habent curiam de suis hominibus videant, ut sic de eis agant, quatenus erga Deum reatum non incurrant, & regem non offendant. Et si placitum de hominibus aliorum baronum oritur in curiis suis, adsit ad placitum regis justitia, quoniam absque ea placitum finiri non licet, si quis baronum justitiam non habet, in hundredo ubi placitum habitum fuerit, ad propinquiorem ecclesiam ubi judicium regis erit, determinandum est, salvo jure baronum illorum [b].

Denarios meminerunt (quod supra retulimus) D. Petri; & Danegeldum a quo *libera & quieta erat omnis ecclesia, & etiam omnis terra, quae in proprio domino ecclesiae erat, ubicunque jacebat, nihil prorsus in tali redditione persolvens, quia magis in ecclesia confidebant orationibus, quam in armorum defensionibus* [c].

Thesauri de terra domini regis sunt, nisi in ecclesia vel in coemiterio inveniantur, & licet ibi inveniantur, aurum regis est & medietas argenti & medietas ecclesiae, ubi inventum fuerit, quaecunque ipsa fuerit vel dives vel pauper [d].

Ignoscere potest ei rex, qui mortem promeruit, modo illi cui damno fraudive fuerit, emendetur [e].

Habet rex alteriusmodi potestatem super captivos. Ubicunque enim venerit in civitatem vel burgum vel castellum, vel villam, vel etiam in via si captivus fuerit, potest eum solo verbo solvere a captione. Solutus tamen satisfaciat cui forisfecit. Murdrator vero vel traditor, vel hujusmodi criminosus, quamvis rex ei condonaverit vitam & membra secundum legem, nullatenus in patria remanebunt, sed statim jurabunt se ituros ad mare infra terminum a justitia eis constitutum, & mox transfretaturos quam cito habuerint navem & ventum. Quod si perjuri postea in terra remanserint, quisquis eos invenire poterit, faciat de eis sine judicio justitiam, & si quis eos gratis detinuerit pro una nocte sola, majori lege Anglorum vel Danorum emendabit, pro secunda duplici, pro tertia nocte socius ejus & compar malefactorum judicabitur. Siquidem tales habuerint uxores suas in patria subsistentes, & dixerit aliquis parentum murdrati eas nequitiae fuisse participes, expurgent se judicio Dei, quas si clementia Dei & innocentia sua servaverit, remaneant legales cum dotibus suis & maritagiis. Pueri vero qui ante malefactum fuerint n[a]ti vel generati, non exeunt exleges pro mal[e]facto post generationes eorum peracto, nec p[er]dant haereditatem [f].

Si quis hospitaverit privatum vel alienum q[ui] Anglice cuþ ⁊ uncuþ *dicuntur, poterit eum n[o]ctibus habere duabus tanquam hospitem. Qui[s] forisfecerit, non incurrat dominus damnum p[ro] hospite, veruntamen si cui damnum illatum fu[e]rit, & ad justitiam de eo clamorem fecerit, qu[i] ipsius consilio malum factum fuerit cum duob[us] legalibus vicinis suis, purgabit se sacramento [de] consilio & de facto: quos nisi habuerit, damnu[m] emendet & forisfacturam, quem si tertia noc[te] hospitatus fuerit & is alicui forisfecerit, habe[at] eum ad rectum tanquam de propria familia qu[od] Anglice dicitur,* twa niht gest þrid niht ag[en] hine, *quem nisi poterit ad rectum habere, hab[e]bit terminum praedictum mensis & unius di[ei]. Et si poterit inveniri malefactor, restauret da[m]num quod fecerat, & emendationem si poter[it] & de corpore si adjudicatum fuerit ei. Si ve[ro] malefactor non poterit damnum restaurare qu[od] fecerat, hospes suus restaurabit & forisfactura[m] & si justitia habet eum suspectum, purgabit judicio hundredi vel scyrae* [g].

Si quis adduxerit animal in villam, vel a[p]portaverit pecuniam, & dixerit se invenisse, p[ri]usquam in domum introducat suam vel etiam [ul]terius, ante ecclesiam ducat, & coram sacerd[ote] ecclesiae & praeposito villae & melioribus hom[i]nibus totum ostendat inventum, quicquid [...] Praefectus villae mox mittat ad quatuor vil[las] propinquiores pro sacerdotibus, & praepositis v[il]larum, qui adducant secum tres vel quatuor [de] melioribus hominibus de unaquaque villa, quib[us] congregatis ostendatur totum inventum. Post vero testimonio ipsorum praepositus, de cujus d[o]minio inventor est, custodiat inventum usque [in] diem crastinum. Die autem crastino cum a[li]quantis vicinorum suorum qui viderunt inve[n]tum, ad hundredi eat praefectum, in quo hu[n]dredo sua villa est, & ipsi ostendat totum. [Et] si homo alicujus domini sit, in cujus terra i[n]ventum est hoc, & dominus in cujus terra i[n]ventum est, non habet consuetudines suas, sci[li]cet sake & soke, *omnia tradat praefecto hund[re]di, si habere voluerit, cum bonis testibus. Sed [si] dominus habuerit consuetudines suas in cur[ia] domini rectum eneatur* [h].

Consul (comitem autem indigitant) *tertium h[a]bebat denarium de forisfacturis* [i].

Usurarios quoque defendit rex Edwardus, [ne] remaneret aliquis in toto regno suo. Et si qu[is] inde convictus esset, quod foenus exigeret, om[ni] substantia propria careret & postea pro exle[ge] haberetur [k].

Has cum aliis quibusdam, quas de friborgis, [de] curiis & centuriis inter Alfredi leges supra ins[er]uimus, submisso obtestantibus Anglis animo re[s]tuere non moratur Normannus [l]. Magis tam[en], quod ad civilem erant administrationem aptis[si]mae, quam miserorum precibus annuendo. N[am] enim expulsis detrusisque Anglis, omnique donas

a Cap. 8. b Cap. 9. c Cap. 10, & 11. d Cap. 14. e Cap. 18. f Cap. 19. g Cap. [...]
h Cap. 28. i Cap. 31. k Cap. 37. l Hoved. & exemplar. in Lamb.

munificen[tia]

magnificentia Normannis (ut Normannica fuerit Anglia tota quae jam colonia) ad firmandum victoris imperium necesse fuit, ut forma omnimodo (quod politici decantant[a]) nova reipublicae institueretur, sed ut antiqua novis miscendo se virum dominum, quod ei par visum est, ab omnibus agnosci efficeret, omniaque, etsi haud prorsus immutarentur, Normanniam tamen & Normam redolerent. Quamobrem & suiipsius quaedam induxit decreta, quorum quae dignissima haec sunt:

Si Francigena appellaverit Anglicum de perjurio, aut murdro, furto, homicidio, aut Ran quod dicunt apertam rapinam, quod negari non potest, Anglicus se defendat, per quod melius voluerit, aut judicio ferri aut duello. Si autem Anglus infirmus fuerit, inveniat alium qui pro eo faciat. Si quis eorum victus fuerit, emendet regi XL. solidos. Si autem Anglus Francigenam appellaverit, & probare voluerit aut judicio aut duello, volo tamen Francigenam purgare se sacramento, non ferro[b]. Habes hic illius incunabula apud Anglos formae purgationis, Longobardis antiquissimae, quam dummodo internecina plurimorum bella in paucorum exinde (cujus exempla Judaicae, Graecae, Romanae, omniumque fere gentium historiae prodiderunt) fortunas contrahantur, cum non intersit quo numero adversus hostem decernatur, haud alienam esse nec a vere humano aut divino jure Alciatus, Bodinus, Delrius, Frisius, aliique scriptores classici disceptant: armatum autem illud judicium ad civiles dirimendas lites, privatasque causas definiendas antiquitus usurpatum (quam quod nihil tam juri inimicum) damnandum prorsus, abhorrendum, & e Christianis penitus exterminandum republica dijudicant. Quod itidem Danorum Sueno[c], Longobardorum Rhotaris, Francorum D. Ludovicus, Philippus Bellus, Henricus II. & IV. reges, imperatoria & pontificia multis abhinc annis decreta, novissimaque illa generalis Tridentina synodus interdixerunt. Majores autem nostri (an quod avitas religiosissime colendas consuetudines, an quod istam haud tam immanem, ut quae abrogari meruit, duxerint, nescio) tam procul ab illius semper fuerunt antiquatione, ut non solum in quibusdam, de fundis & praediis, institutis actionibus, criminumque capitalium accusationibus, ad hunc usque diem in praetoriis nostris ad Martem provocare sit litigantibus liberum, verum etiam in archivis sedisque antiquis parliamentariis ne semel quidem, quod memini, rogatam, ut aboleretur, fuisse ordinum sententiam legatur. At vero causae & lites quas se duello rei defensuros responderunt, saepius regiis intercedentibus literis sunt ampliatae, aut a praetore & assessoribus ejus sopitae, ut (licet in arenam certaturi perduelles cum patrimis solenniter saepe descenderint) de singulari illiusmodi victoria rarissime tamen quisquam triumpharit, imo vel pugnam inierit. Ad civiles[d] quod attinet & privatas causas, vix unum quidem initae monomachiae exemplum (nec indictae multa) turgescentia juris nostri municipalis volumina praebuerunt; de[e] publicis & criminalibus pauca; illaque antiquitus sub Willielmi Rufi, Edwardi II. Edw. III. & Henrici VI. temporibus. Unum item & alterum imposita reo criminis laesae majestatis nota, Thomas Walsinghamius in vita Richardi II. ostensis insuper quibusdam quae in libris nostris juridicis desiderantur, fusius descripsit. Sed latas a Guilielmo reliquas audiamus leges.

Omnis homo qui voluerit se teneri pro libero, sit in plegio, ut plegius eum habeat ad justitiam, si quid offenderit, & si quisquam evaserit talium, videant plegii ut solvant quod calumniatum est, & purgent se quia in evaso nullam fraudem noverint. Requiratur hundredus & comitatus sicut antecessores statuerunt, & qui juste venire debent & noluerint, summoneantur semel & si secundo non venerint, accipiatur bos unus, & si tertio alius bos, & si quarto reddatur de rebus hujus hominis quod calumniatum est quod dicitur ceapgild *& insuper regi forisfactura*[f].

Et prohibeo ut nullus vendat hominem extra patriam, si quis enim velit servum suum liberum facere, tradat eum vicecomiti per manum dextram in pleno comitatu, & quietum illum clamare debet a jugo servitutis suae per manumissionem, & ostendat ei liberas portas & vias, & tradat illi libera arma, scilicet lanceam & gladium, deinde liber homo efficitur. Interdico etiam ne quis occidatur vel suspendatur pro aliqua culpa, sed eruantur oculi & abscindantur testiculi, vel pedes vel manus, ita quod truncus vivus remaneat in signum proditionis & nequitiae suae, secundum enim quantitatem delicti debet poena maleficis infligi. Et ista praecepta & statuta non sint violata super forisfacturam nostram plenam.

Ut Cantium (G. Camdenum legis[g]) *quae tanquam Angliae clavis habetur, sibi firmius retineret connestabilem castro Doverniensi, eundemque limenarcham ex veteri Romanorum instituto praefecit. Hi sunt, Hastings, Dover, Hith, Rumney, & Sandwich, quibus Winchelsey & Rye ut praecipua, & alia oppidula, ut membra, adjunguntur. Quae quia bello maritimo operam navare tenentur, immunitatibus gaudent multis & magnis; ipse limenarcha qui semper aliquis est e proceribus nostris fidei spectatissimae, in sua jurisdictione admiralli authoritatem in plurimis, aliaque jura habet.* Sedulus sic ille in militaribus, domesticis ordinandis, regnoque sibi stabiliendo. Laeti proculdubio Angli jam licet victi, quod a tale victore a quo

Firmatur senium juris, priscamque resumunt
Canitiem leges, emendanturque vetustae;
Acceduntque novae ---------- [h]

[a] Machiavel. in com. ad Liv. lib. 1. cap. 26. [b] Roger. de Hoved. in vit. Hen. II. [c] Saxo Grammat. lib. 10. hist. Dan. ... Longobard. Bodin. lib. 4. de repub. cap. 7. Victor. hist. de la paix. lib. 5. C. de glad. pen. toll. Caus. 2. q. 4. c. monomachiam. Concil. Trid. sess. 9. cap. 19. [d] Solennia quibus ineunt monomachiam litigantes discas, Angle, ex Ann. 4. Edw. III. fol. 41. 29. Edw. III. fol. 30. Edw. III. fol. 20. 1. Henr. VI, fol. 7. 13. Eliz. Dyer. fol. 301. Ranulph. de Glanvil. lib. 2. cap. 3. in causis publicis, Bract. lib. 3. tract. de corona c. 21. Brit. lib. 1. cap. 22. Ann. 17. Ed. III. fol. 2. lib. ass. pl. 1. 3. Rich. II, Walsingh. fol. 237. & 311. [e] In lib. Annal. juris nostri exempla habes 8. Edw. II. Jud. 225. 19. Hen. VI. fol. 35. 7. Edw. III. fol. 12. 4. Edw. III. fol. 41. Willielmus de Hov. sub W. Ruf. laesae majestatis postulatus, duello victus, oculis & testiculis mutilatur. Malmesb. lib. 4. de gest. regum fol. 70. [f] Al. ceapgyld. Hoved. Scapweld. [g] Camd. in Cant. [h] Claudian. in Paneg. de 4. cons. honor.

Haud tamen undiquaque placuit illud acrostichon, gravissimis enim tributis oblationibusque indictis, non solum homines, sed etiam Deus ipse praediis & sacratis exutus domiciliis passim per insulam exulat, &, ut detur voluptatibus liberior locus, deportatur. Fortem etiam ut se praeberet venatorem, dirutis erasisque in agro jam Hamptscyrensi XXXVI. dedicatis Numini aedibus, villis, complanatis, fotisque quae ad ferarum lustra competunt, frutetis & plantariis, agros circumjacentes in saltum [a] feris destinatum demutavit [b]. Quibus quam hominibus aequior, ut qui cervum vel capreolum ceperit, illi oculi eruerentur sancivit, *Nec fuit*, inquit Matthaeus Paris [c], *qui his se opponeret legibus.* Irrepserant porro mores Normannici, qui Saxonicos quosdam subito absorpserant. *Chirographa*, inquit Ingulphus [d], *chartas vocabant, & chartarum firmitatem cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum sub instillatione trium vel quatuor testium astantium conficere constituebant.* Ostendimus supra, quonam militiae modo Saxones honore dignabantur: *Hanc autem*, idem Ingulphus [e], *consecrandi militis consuetudinem Normanni abominantes non militem legitimum talem tenebant, sed socordem equitem & quiritem degenerem deputabant. Ipsum etiam idioma tantum abhorrebant, quod leges terrae statutaque Anglicorum regum lingua* (quod e re victoris maxime fuisse notavit Joannes Boterus) *Gallica tractarentur; & pueris etiam in scholis principia literarum grammatica Gallice ac non Anglice traderentur, modus etiam scribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in chartis & in libris omnibus admitteretur.* Nec linguae imperitum esse Gallicae, minima inter crimina collocabant, quam quoniam haud calleret Ulstanus episcopus Wigorniensis, in synodo Westmonasterii Lanfranco praeside, insimulatus pastorali baculo & annulo (*a multis namque annis retroactis nulla*, author est Ingulphus, *electio praelatorum erat libera mere & canonica, sed omnes dignitates tam episcoporum quam abbatum per annulum & baculum regis curia pro sua complacentia conferebat*) orbatus dignitatem renunciare ecclesiasticam cogebatur.

Pacatius autem ut in victos jugum stabiliret & tumultuariis conventiculis victorique periculosis facilius obstaret, *Omnibus arma*, ut habet Polydorus [f], *ademit, statuitque ut quisque paterfamilias vesperi circiter horam octavam post meridiem tecto cineribus igne, dormitum iret, & ad id signum vicatim dari voluit per campanas, id quod etiam nunc servatur, & Normannice dicitur Coverfeu.* Anne vero cui militaris virtus totius Angliae principatum pepererat, regimenque nobilissimae gentis erat largita, qui ex animo leges tulit, rescidit immutavit, tam angustis imperium suum circumscribi terminis aeque pati potuit? potuit Angliam subjugare, Scotiam non potuit? Imo & eam sibi subjecit & *Maltonium regem* (Malcolmum habent alii) *ejus sibi hominium facere & fidelitatem jurare apud Abbenithi coegit* [g]. Consili um inde Augusti Caesaris, qui quot classes, reg na, provincias, tributa, vectigalia, necessitates & largitiones habuerat, sua manu, ut author est Tacitus [h], perscripserat, ineundum sibi, a Scotis re versus existimat. *Quocirca Londini hominium si bi facere & contra omnes homines fidelitatem ju rare omnem Angliae incolam imperans, totam terram descripsit, nec erat hyda in tota Anglia quin valorem ejus & possessorem suum scivit nec lacus, nec locus aliquis quin in regis rotul extitit descriptus, ac ejus reditus & proventus ipsa possessio & ejus possessor regiae notitiae ma nifestatus, juxta taxatorum fidem, qui electi d qualibet patria territorium proprium describebant Iste rotulus vocatus est rotulus Wintoniae, & a Anglicis pro sua generalitate omnia tenementa totius terrae integre continente* Domesday *cognominatur. Talem rotulum & multum similem edi derat quondam rex Alfredus, in quo totam ter ram Angliae per comitatus, centurias & decuri as descripserat, sicuti praenotatur; qui quidem ro tulus Wintoniae vocatus est, quia deponebatu apud Wintoniam conservandus, quae civitas ca put Westsaxonici regni sibi haereditarii por tunc inter omnia regna Angliae particularia no bilissimi & praeclari. In illo vero rotulo Winto niae, sic maxime vocato, eo quod ad illius rotu exemplum editus erat, descripti sunt non tantum totius terrae comitatus, centuriae, & decuriae, sy vae, saltus, & villa universae: sed in omni territo rio quot carucatae terrae, quot jugera, & quot a crae, quae pascua, & paludes, quae tenementa, & tenentes continebantur.* Hactenus Ingulphus [i]. Pau lo vero recentiores Rogerus de Hoveden & Mat thaeus Paris [k], *Quot feudales milites, quot an malia, imo quantum vivae pecuniae quisque ha beret in regno, quot agri vel jugera terrae un aratro sufficerent per annum in singulis villis, & quot animalia possent sufficere ad unius hydae cul turam*, in tabulas illas fuisse relatum memoria tradiderunt. Consarcinatis hucusque iis, quae a prophana maxime spectant, paulo ad sacra diver tam. Quae ad farciendum licet aerarium au quidem cupidissimus rex graviter expilasse memo retur, onerasse servitute, & intercedentes clerico fugasse. Haud tamen immemor curae, cui eccle siae antistites ac protomystae, ut ornetur Christ Dei sponsa & foecunda reddatur, incumbere jur divino obstringuntur, nec aequum esse sentiens ut episcoporum canonica jurisdictio laicorum in quisitionibus & judiciis immisceretur, ecclesiastica a civilibus (ut quae duo in eodem non bene con venirent) judicia censuit dividenda. Quod tibi fu sius ipsum Guilielmi diploma ex archivis descrip tum demonstrabit. [l] *Willielmus Dei gratia rex Anglorum comitibus, vicecomitibus, & omnibus Francigenis & Anglis qui in episcopatu Remi gii (Dorcestrensi scilicet) episcopi terras habent salutem. Sciatis vos omnes caeteri mei fideles qui in Anglia manent, quod episcopales leges qua*

[a] Newforrest. [b] Camb. in Belg. Huntingdon. lib. 6. fol. 212. [c] Matth. Paris fol. 15. [d] Ingulph. histor. fo 512. [e] Nec tamen sub Henrico II. prorsus obsoleta fuit, quod vide apud Carnotensem in Polycrat. lib. 6. cap. 10. Boter. lib. 5. d Ragion di Stato nella capit. De subditi d' acquisto come s'habbino a trattare. Matth. Paris in vit. Will. II. fol. 27. Ingulph. histor. fol 509. [f] Polyd. lib. 9. hist. Angl. [g] Ingulph. hist. fol. 516. [h] Tacit. ann. lib. 1. [i] Ingulph. fol. 516 [k] R. de Hoveden. part. 1. fol. 263. M. Paris. in Will. 1. fol. 14. [l] Ex rot. Chartar. de ann. 2. Rich. II. num. 5. pro dec. & cap ecclesf. Lincoln. transcripta habui apud D. Robertum Cotton. equitem auratum inter immensa illius Anglicanae antiquitatis volumina quorum a quatenus mihi fecit humanissime copiam.

no

n bene nec ſecundum ſanctorum canonum prae-pta uſque ad mea tempora in regno Anglorum erunt, communi conſilio archiepiſcoporum meo-m & epiſcoporum caeterorum & abbatum & nnium principum regni mei emendandas judica-. Propterea mando & regni authoritate prae-pio, ut nullus epiſcopus vel archidiaconus de le-bus epiſcopalibus amplius in hundredo placita neant, nec cauſas, quae ad regimen animarum rtinent, ad judicium ſecularium hominum ad-cant, ſed quicunque ſecundum epiſcopales leges quacunque cauſa vel culpa interpellatus fue-t, ad locum, quem ad hoc epiſcopus elegerit & minaverit, veniat, ibique de cauſa ſua reſpon-at, & non ſecundum hundredum, ſed ſecundum nones & epiſcopales leges rectum Deo & iſcopo ſuo faciat. Si vero aliquis per ſuperbi-n elatus ad juſtitiam epiſcopalem venire nolu-it, vocetur ſemel & ſecundo & tertio, quod ſi c ſic ad emendationem venerit, excommunicetur, , ſi opus fuerit, ad hoc vindicandum fortitudo juſtitia regis vel vicecomitis adhibeatur. Ille tem qui vocatus ad juſtitiam epiſcopi venire no-erit, pro unaquaque vocatione legem epiſcopalem endabit. Hoc etiam defendo, & mea autho-tate interdico, ne ullus vicecomes aut praepoſitus ut miniſter regius, nec aliquis laicus homo de gibus quae ad epiſcopum pertinent, ſe intromit-ant, nec aliquis laicus homo alium hominem ſine ſtitia epiſcopi ad judicium adducat. Judicium ro in nullo loco paretur, niſi in epiſcopali ſede t in illo loco quem ad hoc epiſcopus conſtitue-t[a]. Promulgavit iſta ſecundum circiter annum ſtquam regnum eſſet auſpicatus; diſtinxit qui-m ille a populo clerum; clerum autem ambi- tunc temporis diſtorſit. Archipraeſulum Lan-ncus Cantuarienſis, Thomas Eboracenſis quiſ-m antiſtaret ipſi inter ſe diſſident. Ut vero ta componeretur controverſia, Windeſorae, an-ente rege, magna epiſcoporum & coenobiarcha-m frequentia, coram Huberto Alexandri ponti-is legato, utrinque res ventilatur. Erutis dein- antiquis, quas vel Auguſtino illo Anglorum oſtolo Gregorius magnus, vel Juſto archiepiſco- Bonifacius miſerant, epiſtolis, aliiſque de ea-m re monumentis diligenter indagatis, *Tandem obatum atque oſtenſum eſt, quod Eboracenſis ec-ſia Cantuarienſi eccleſiae debeat ſubjacere, ejuſ-e archiepiſcopi ut primatis totius Britanniae ſpoſitionibus in iis quae ad Chriſtianam religio-m pertinent, in omnibus obedire. Subjectionem ro Dunelmenſis, hoc eſt, Lindisfarnenſis epiſ-pi, atque omnium regionum a terminis Lichfel-nſis epiſcopi & Humbriae magni fluvii uſque ad tremos Scotiae fines, & quicquid ex hac parte aedicti fluminis ad parochiam Eboracenſis eccle-e jure competit, Cantuarienſis metropolitanus boracenſi archiepiſcopo ejuſque ſucceſſoribus in petuum obtinere conceſſit. Ita ut ſi Cantuari-ſis archiepiſcopus concilium cogere voluerit, ubi-nque ei viſum fuerit, Eboracenſis archiepiſco-s ſui praeſentiam cum omnibus ſibi ſubjectis ſcopis ad nutum ejus exhibeat & ejus cano-is diſpoſitionibus obediens exiſtat. Quod au-n Eboracenſis archiepiſcopus profeſſionem Cantuarienſi archiepiſcopo facere etiam cum ſacramento debeat, Lanfrancus Dorobernenſis archiepiſcopus ex antiqua anteceſſorum ſuorum conſuetudine oſtendit; ſed ob amorem regis, Thomae Eboracenſi archiepiſcopo ſacramentum relaxavit ſcriptamque tantum profeſſionem recepit, non praejudicans ſucceſſoribus ſuis, qui ſacramentum cum profeſſione a ſucceſſoribus Thomae exigere voluerint. Si archiepiſcopus Cantuarienſis vitam finierit, Eboracenſis archiepiſcopus Doroberniam veniet, & eum qui electus fuerit cum caeteris praefatae eccleſiae epiſcopis ut primatem proprium jure conſecrabit. Quod ſi Eboracenſis archiepiſcopus obierit, is, qui ei ſucceſſurus eligitur accepto a rege archiepiſcopatus dono, Cantuariam vel ubi Cantuarienſi archiepiſcopo placuerit, accedet, & ab ipſo ordinationem canonico more ſuſcipiet*[a]. Adſtipulantur his Guilielmus rex, Matildis regina, Hubertus, Lanfrancus, Thomas atque alii quamplurimi, ſubſcriptis nominibus, epiſcopi & abbates. Rogata porro totius ſynodi ſententia, quiſnam in concilio ſedendi inter epiſcopos ordo habendus; ea vero quae patrum memoria fuerant obſervata recolentes, uno pronunciarunt omnes ore, ſedes a dextra Cantuarienſis Eboracenſi, a ſiniſtris Londinenſi deberi, Wintonienſi vero juxta Eboracenſem. Sin autem abfuerit vel morbo vel morte praepeditus Cantuarienſis, praeſideat Eboracenſis, qui a dextris Londinenſem, a ſiniſtris Wintonienſem habeat. *Caeteri ſecundum tempora ordinationum ſedilia ſua agnoſcant*[b]. Tranſtulit eadem authoritas ſedes epiſcopales, quotquot fuerant, e villis obſcurioribus, quod antiqui pontificii canones voluerunt, in ejuſdem provinciae urbes; Lichfeldenſis igitur migravit in Ceſtriam, Elmanenſis in Thetfordiam agro in Norfolcienſi, Selecenſis in Ciceſtriam, Scirburnenſis in Saliſburiam, Dorcaceſtrenſis in Lincolniam tranſlata. Innovatis igitur publicis, privatis, ſacris, profanis, omnia antiquis tametſi immiſta moribus, Normannum nihilominus idque novum, ut victoris eſt, imperium recenteſque immutationes redoluerunt. Maxima fuit haec in Britannia ſtatus converſio & quarum huc-uſque paſſa eſt quarta & (Deus faxit ut ſit) ultima, quae tam infeſta fuiſſe incolis dicitur, ut etiam opprobrio fuerit Angli nomine indigitari. Convertemus & nos temporumque ſeriei columnas hic figemus, atque annotatis unico, ut eorum quae ſuperius memorantur quaedam explicatius innoteſcant, capitulo, Analecta noſtra ſummam cum Saxonibus periodum ſortientur.

CAP. VIII.

Antiquorum Saxonum quaedam ſuperſtitiones; formaeque ordaliorum ignei & aquei enarratio.

ALTIUS imbibiſſe impios gentium errores quotquot e Germania Hengiſti & Horſae comites noſtram evocati adnavigarunt inſulam, ipſa quam ſomniabant diabolica πολυθεότης, cujus etiam meminimus, luculenter praebuit teſtimonium.

a Malmesb. de Will. I. lib. 3. fol. 65.

b Diſt. 80. per tot. Epiſtol. Zachariae PP. ad Boniſac.

um.

um. Illane vero usquam sola? an immenso qui latissime cito vagatur errori terminus usquam? Auspicia etiam & sortes maxime observabant, quae cum Adamus Bremensis [a] Saxonibus eadem quae Tacitus [b] Suevis ascribit, ex ipsius Taciti ore edoceamur. *Sortium iis consuetudo simplex: virgam frugiferae arbori decisam, in surculos amputant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere & fortuito spargunt, mox si publice consulatur, sacerdos civitatis: sin privatim ipse pater familiae precatus deos coelumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur, si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio: sin permissum, auspiciorum fides adhuc exigitur, & illud quidem etiam hic notum, avium voces volatusque interrogare. Proprium gentis equorum quoque praesagia ac monitus experiri, publici aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspicio major fides non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes, se enim ministros deorum, illos conscios putant. Est & alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis cum qua bellum est, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum patriis quemque armis committunt. Victoria hujus vel illius pro praejudicio accipitur.* Deditos admodum videmus, quos adhuc divini luminis calor nullatenus digesserat, superstitionibus, iis tamen, a quibus etsi sacro postea abluerentur mundarenturque baptismate, haud scio an aeque immanes & barbaras alias fuerint amplexi. Ordalii (probae cujusdam generis) mentionem saepius in eorum legibus habes; cujus quidem inauditas ceremonias, precibus refertas, lustrali madefactas aqua, missis. Decantatas, caeterisque, juxta pontificias eo seculo solennitates, moribus involutas quas dicam! sed quatenus e scriptorum fide recepimus, graphice depingemus. Etymon ipsius habe primum nominis. Oɲ Saxonice privativa est particula ðæl pars sonat, expers totum quasi criminis. Purgationis autem sive ordalii genus duplex, igneum & aqueum. Duplici etiam forma igneum. Insimulatus enim quis criminis aut nuda manu ferrum gestabat, aut pedibus nudus ignitos vomeres premebat. Distinguebant porro juxta ferri magnitudinem, quod si unius esset pondo simplex, si trium triplex ordalium nominabant. Formulam autem en illius veram, ignei primo. *Post accusationem legitime factam & triduum in jejuniis & oratione consumptum, sacerdos vestibus sacris praeter causam indutus ferrum ante altare positum forcipe accipiat & hymnum trium puerorum videlicet* BENEDICITE OMNIA OPERA: *decantans ad ignem deferat & dicat hanc orationem super locum ubi fiet ignis ad faciendum judicium* [c]:

Benedic Domine Deus locum istum, ut sit nobis in eo sanitas, sanctitas, castitas, virtus, & victoria & sanctimonia, humilitas, bonitas, lenitas & plenitudo legis & obedientia Deo, Patri, & Filio & Spiritui Sancto, haec benedictio sit super hunc locum & omnes inhabitantes in illo.

Benedictio super ignem.

DOmine Deus, Pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos, quia tu es conditor omnium luminum, benedic Domine hoc lumen quod ante sanctificatum est, qui illuminasti omnem hominem vel mundum, ut ab eo lumine igne accendamur claritatis tuae. Et sicut igne il luminasti Moysen, ita nunc illumina corda nostra & sensus nostros, ut ad vitam aeternam mereamur pervenire per Christum, &c. *Qua finita dicat* Pater noster, &c. Salvum fac servum, &c. Mitte ei auxilium, Deus, &c. De Syon tuere eum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum [d], &c.

ORATIO.

BEnedic Domine, sancte Pater, omnipotens Deus, per invocationem sanctissimi nominis tui & per adventum Filii tui atque per donum Spiritus paracleti, ad manifestandum verum judicium tuum hoc genus metalli ut sit sanctificatum ut omni daemonum falsitate procul remota, veritas veri judicii tui fidelibus tuis manifesta fiat per eundem Dominum, &c.

Post hoc ferrum in ignem mittatur & aspergatur aqua benedicta, & dum calescit missam celebret. Cum vero sacerdos eucharistiam sumpserit, hominem probandum (sicut infra scriptum est) adjuret, atque communicare faciat.

Officium Missae.

Justus es, Domine, & rectum judicium tuum, &c.

ORATIO.

ABsolve quaesumus, Domine, tui delicta famuli, ut a peccatorum suorum nexibus, quae pro sua fragilitate contraxit, tua benignitate liberetur. Et in hoc judicio quoad meruit justitia tua praeveniente, ad veritatis censuram pervenire mereatur, per Christum Dominum, &c.

In illo tempore, cum egressus esset Jesus, in viam quidam praecurrens genu flexo ante eum, rogabat eum dicens; Magister, boni quid faciam, ut vitam aeternam percipiam? Jesus autem dixit ei, Quid me dicis bonum [e], &c.

Deinde secreta, &c.

A*Ntequam vero communicetur, interroget eum sacerdos cum adjuratione sic:* Adjuro te per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum & per veram Christianitatem quam suscepisti, & per sanctas reliquias quae in ista ecclesia sunt, & per baptismum quo te sacerdos regeneravit, ut non praesumas ullo modo communicare, neque accedere ad altare, si hoc fecisti, aut consensisti, &c. *Hic communicet sacerdos illum & dicat:* Corpus hoc & sanguis D. nostri Jesu Christi sit tibi ad probationem hodie.

[a] Adam Brem. ap. Camd. in Anglo-sax. [b] Tacit. de morib. Ger. [c] E vetusto libello Lambardus. [d] Psal. xvij. [e] Evang. secundum Matth. cap. x. 17.

ORATI-

ORATIO.

)Erceptis Domine Deus noster sacris muneribus, supplices deprecamur, ut hujus participio sacramenti a propriis nos reatibus expediat, in famulo tuo veritatis sententiam declaret, &c. *inde Kyrieleson, & letania & Psalmi, & tum emus:* Deus qui per ignem signa magna ostendisti, Abraham puerum tuum de incendio Chaldaeum quibusdam pereuntibus eruisti, Deus qui rubum ardere ante conspectum Mosis & minime comburi permisisti, Deus qui incendio fornacis Chaldaicis plerisque succensis tres pueros tuos illaesos eduxisti, Deus qui incendio ignis populum Sodomae involvens, Loth famulum tuum cum sua salute donasti, Deus qui in adventu Sancti Spiritus tui illustratione ignis fideles tuos ab infidelibus decrevisti, ostende nobis in hoc pravitatis nostrae examine virtutem ejusdem Spiritus, &c. & ignis hujus fervorem decernere fideles & infideles, ut a tactu ejus cujus inquisitio agitur conscius exhorrescat & manus ejus comburatur, innocens vero penitus illaesus permaneat, &c. Deus cujus notitiam nulla unquam secreta effugiunt fidei nostrae tua bonitate responde & praesta ut quisquis purgandi se gratia hoc ignitum tulerit ferrum, vel absolvatur innocens, vel rei noxius detegatur. *Deinde sacerdos super ferrum aquam benedictam spargat & dicat:* Benedictio Dei Patris & Filii & S. S. descendat super hoc ferrum ad discernendum rectum judicium Dei. *Et mox accusatus ad novem pedum mensuram ferrum perferat. Hujus denique manus sub sigillo triduum servatur, & si sanus crudescens in vestigio ferri reperiatur culpabilis ducatur: sin autem mundus extiterit, laus Deo referatur.*

Intexuimus inter Athelstani leges, quae huc spectant quaedam, cujus tamen de ordaliis amplissimam (in conventu illo Saxonum qui pitegemote dictus) constitutionem, ut utrumque magis exploratum habeamus, in hunc locum dimittimus. *De ordalio* (legem ipsam audis[a]) *praecipimus in nomine Dei & praecepto archiepiscoporum & omnium episcoporum, ne aliquis intret ecclesiam postquam ignis infertur, unde judicium calefieri debet praeter presbyterum & eum qui iturus est, & sint mensurati* IX. *pedes a staca usque ad marcam ad mensuras pedum ejus, qui ad judicium ire debet. Et si aquae judicium sit, calefiat usque ad bullitum & sit alfaetum ferreum vel aereum vel plumbeum vel de argilla & si* Afeldthite *sit, immergatur manus post lapidem vel examen usque ad* Wriste. *Et si triplex accusatio sit, usque ad cubitum. Et cum judicium paratum erit, ingrediantur ex utraque parte duo homines & certi sint, ut ita calidum sit, sicut praediximus. Introeant totidem ex utraque parte judicii ex longo ecclesiae, & sint omnes jejuni, & ab uxoribus suis se abstineant ipsa nocte & aspergat super eos aquam benedictam & det eis osculari textum sancti Evangelii & signum sanctae crucis, & nemo faciat ignem diutius quam benedictio incipiat, sed jaceat ferrum super carbones usque ad ultimam collectam, postea mittatur super scaphas & non sit illic alia locutio quam ut precentur sedulo Deum Patrem, ut veritatem suam in eo dignetur manifestare, & bibat accusatus aquam benedictam & inde conspergatur manus ejus qua judicium portare debet, & sic adeat, novem pedes mensurati distinguantur inter ternos. In primo signo juxta stacam teneat pedem suum dextrum, in secundo sinistrum, inde transferat dextrum pedem in tertium signum quando ferrum projiciet, & ad sanctum altare festinet, & post insigilletur manus ejus & inquiratur die tertia si immunda sit vel munda in ipsa sigillatione: & qui leges ipsas fregerit, sit ordalium, sit judicium, vel examen fractum in eo ut reddat regi* 120. *S. Witae.* Hactenus suam promulgando legem Athelstanus. Qui antiquos illos, secundum quos calore exhalanda erat veritas, ritus igneos simul & aqueos explicavit. Sed nec humori solum ac frigori defuit illorum fides, quippe a quibus ut criminis, cujus postulatus erat quis, notitia eliceretur, totus in aquam gelidam reus est immissus. Quosnam autem adhibuerunt exorcismos, quam formulam, ur e missalibus vetustis libris Author Antiquitatum ecclesiae Britannicae[b] descripsit, adjungam. *Peractis, ut ante,* III. *dierum jejuniis & sacris* (*ut de ferro dicitur*) *datur accusato aqua benedicta, & bibat cum hac execratione: haec aqua sit tibi in probationem hodie; deinde aquae gelidae in quam mittendus esset reus hujusmodi conjuratio est adhibita. Adjuro te creatura aquae in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, & jussit ministrare humanis necessitatibus, qui & jussit te segregari ab aquis superioribus. Adjuro etiam te per ineffabile nomen D. I. Christi F. D. vivi, sub cujus pedibus mare & elementum divisum sese calcabile praebuit, qui etiam baptizari se in aquarum elemento voluit. Adjuro te etiam per S. S. qui super Dominum baptizatum descendit. Adjuro te per nomen sanctae & individuae Trinitatis, cujus voluntate aquarum elementum divisum est, & populus Israel siccis pedibus statim transiverit. Ad cujus invocationem Helisaeus ferrum quod de manubrio exierat super aquam natare fecerat, ut nullo modo suscipias hunc hominem N. si aliquo est culpabilis de hoc quod ei objicitur, si licet autem per operam, aut per consensum, vel per conscientiam, seu per ullum ingenium, sed fac eum natare super te, ut nulla possit esse contra te causa facta, aut ullum praestigium inimici quod illud possit occultare. Per nomen autem Christi praecipimus tibi, ut nobis pro nomine ejus obedias, cui omnis creatura servit, quem cherubin & seraphin collaudant dicentes Sanctus, sanctus, sanctus D. Deus exercituum, qui etiam regnat & dominatur per omnia secula seculorum, Amen. Aliis dein recitatis exorcismis, reus exutis vestibus aquas introiit, quibus si immergeretur liberabatur, sin vero sustentaretur, nec inundari poterat, damnabatur.* Sublimioris naturae elemento nobilibus tantum & generosis, faeculentioris vero & hebetioris (ut meminit etiam Ranulphus de Glanvilla[c]) rusticis & plebeiis sese

[a] Ex hist. Jorolan. apud auth. ant. Brit. Se obilis aqua examinatur in Rog. de Hoved. fol. 323.
[b] Antiq. ecclesiae Brit. pag. 104.
[c] Ranulph. de Glanvill. lib. 14. cap. 1.

purgandi poteſtas erat. Vetuerat haec ſane Stephanus V. pontifex Romanus cum epiſcopo Moguntino, de infantibus qui lecto parentum mortui fuerint reperti, epiſtola reſponderit; verumenimvero non ſolum concilium Triburienſe [a] decennio circiter poſt infamia qui notatus fuerit candenti ferro examinandum eſſe decernebat, ſed etiam majores noſtros uſque ad Joannis regis & Henrici III. tempora utroque ordalii genere uſos fuiſſe, hiſtorici juriſque noſtri municipalis ſcriptores antiquiſſimi prodiderunt. Quanam vero dicamus ſtultitia an dementia captos? Quid enim? An apotheoſi aquam cenſuerunt dignam? Legerant forte Heſiodo Chaos (quod antiquis, author eſt Plutarchus [b], aqua interpretatur) fuiſſe omnium rerum principium, Homero oceanum, primiſque, ut ait Ariſtoteles, Muſaeo, Lino, Orphaeo (nam eos vult D. Thomas intelligi) theologis; allegorice idem Sacris Literis; Perſis etiam ne quid immundi fluviis (qui διιπετεῖς dicti [c]) immitteretur, fuiſſe religionem; porro Pindari illud Ἄριστον μὲν ὕδωρ [d]. Anne vero iſtis nixi Chriſtiani? Ergone aquas,

- - - - *Stygiamque paludem*
Dii cujus jurare timent & fallere numen [e].

homines fallere minus potuiſſe aeſtimabant? An Iſraeliticam potius illam de zelotypiae poculo divinam imitati ſunt conſtitutionem [f]? Veri quidem ſimilius; atque exinde morem iſtum Martinus Del Rio in Magicis ſuis diſquiſitionibus ſentit emanaſſe [g]. Quidni vero? Si quod aqua ſale ab Helizaeo conſperſa [h] fontium ſterilitas fuerit ſanata, ideo precibus ſacrata daemones fugentur, parum quidem abeſſe videtur, quin adjuratam miſſalibus exorciſmis in metaphyſicas illas purgandi actiones Moſaici inſtituti exemplo adhibitam dicamus. Sed paribus incedunt paſſibus. Nec ad noſtram aetatem aqueum illud diſparuit prorſus ubique judicium. Germania enim colligatis ſagarum lamiarumque artubus maleficia aquis quaſi tinctarum (nam reas haud unquam mergi creditur) examinantur. Conſulantur autem, ſi velles plura, de his, Wierus, Bodinus, Scribonius, Tritemius & alii. Undenam tandem ignita illa & candentia? Iſtiſne ab antiquis quid patrocinii? Igni certe ut maximo litabant Perſae Deo [i]; Jovis eundem Pythagorei carcerem in mundi centro, ut recentiores quid philoſophi, ſtatuebant, imo ſolem ipſum fui cui jam icturus cum Trojanis foedus Agamemno

Ἠέλιος θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις

inquit. Qui tanto etiam potitus eſt divino pud Heraclidem Ponticum & Macrobium [l] m thologos honore, ut illorum Ethnicis divum, qu poetica fabulis obduxerunt myſticis ingen plerorumque nomina uni ſoli diverſimode li attribuenda comprobarint. Cujus etiam lur noſa ignitis communicata virtus maximam in Graecos in judiciis conciliavit fidem. Cum en nuncius qui Creonti Thebarum regi Polynice quem inſepultum abiici juſſerat rex, terra tam clam cuſtodibus (quod Antigone Polynicis ſoror ciſſet) obtectum fuiſſe retuliſſet, graviter ira p citum regem ſentiens atque aeſtuanter interr nantem, ſe ſocioſque ultro excuſare eſſet conat Parati ſumus, inquit apud Sophoclem

- - - - - καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν
Καὶ πῦρ διέρπειν - - - - - - - [m].

& Deos jurare, nec perpetraſſe nos, nec fa fuiſſe conſcios. Unde quidem jure non ſol quatenus ad comburenda cadavera, ſed etiam mina purganda vim ſuam exercere ſolebat ig ἁγνιστικὸν quiddam dictus [n]. At vero e ſacris lis & S. S. digito conſcriptis Bibliis quidni t tam igni erroribus ſeductos reverentiam exce ſiſſe putemus? Quoties enim ineffabilem i Deus Opt. Max. in igne tanquam in re (ut i bit Reuchlinus [o]) divinitati conſentanea prae tiam oſtenderit? Imo elementum illud tam a logice ſoli Καρδιογνώστῃ, edoctus ab eodem M ſes nos etiam edocuit, convenire, ut ipſo no ne אש (Hebraeis *ignis*) Deum ſimul aliqua ſignificarit [p]. At ſiſtam me forte haec conj endo ſtolidiorem, quam ſuperſtitioſos illos u pando rigidus aliquis Cato cenſuerit. Haud p pius ad calida iſta accedam, terret Anaxag exilium; montis Veſuvii dum exploraturus t naturam Plinii veſtigia terrent, & quo mino calumniae praebeam anſam, ut colophonem a addam ſuadent.

Οὔτε γὰρ εὖ ἔρδων ἁνδάνω, οὔτε κακῶς [q].

[a] Ann. D. 885. Cauſ. 2. q. 4, & 5. & tit. de purg. vulg. [b] Plutarch. in comp. ig. & aq. [c] Strabo. lib. 15. Διιπ ποταμοῖο. Homer. Odyſſ. Δ. [d] Pindar. Olymp. 1. [e] Virg. AEn. lib. 6. [f] Numer. cap. 5. [g] Delr. Magic. lib. 4. quaeſt. 4. cap. 4. [h] 2 Reg. cap. ij. 21. [i] Strab. lib. 15. Ariſt lib. 2. de Coelo. [k] Iliad. γ. [l] Her Allegor. Hom. Macrob. Satur. lib. 1. [m] Sophocles in Antig. [n] Coel. Rhodigin. ant. lect. lib. 17. cap. 21. [o] J. Reu de verb. mirifico. lib. 2. cap. 16. [p] Deut. cap. iv. Zanch. de nat. Dei, lib. 1. cap. 16. [q] Theog. gno. Elegiac.

SOLI DEO GLORIA.

JANI

ANGLORUM

FACIES ALTERA.

Memoria nempe a primula

HENRICI II.

Ad usque abitionem quod occurrit prophanum Anglo-Britanniae jus resipiens succincto διηγηματικῶς connexum filo.

V. D.

Illuſtriſs. Nobiliſs. Heroi

R O B E R T O

m. Sarisburiae, vicecom. Cranborn, baroni Cecill de Eſſenden, ſuperilluſt. Georg. periſcelid. ord. eq. aur. ſumm. Ang. theſaurar. for. utelar. praef. ſereniſſimo, potentiſſimo Jacobo mag. Brit. Fra. & Hib. egi ab intimis in republica gerunda ſecretis, lubens atque merito D. D.

ET farre velut pio, & ſaliente mica lito. Sumptuoſa ſatis non potis m hoſtia, aut plena acerra. Propitio gneris, magne dynaſta, analecta haec imo; ad Anglo Britannicam peniſſime anta ſunt, & qua vetuſta ad praeſens vum, ſpectantia rempublicam ; atque hac tenus ad honoratiſſimum tuum omen. Quod ex imo ſubſellio dum prae-ricta ſuſpicio acie, longe nobiliſſimum ingens patriae firmamentum,

ILLIUS ad ARAM

bſequelae hanc exiguam arram por-cio.

AD

LECTOREM.

NEU male ominatis excipiat te limentinus nofter, ultro praefatur quifquis es, lector falutem : ei porro conlubitum eft & primi nii fulci caufam, & exacti opelli formulam profiteri, & fabric Diu pro mea eft aetatula, quod fummis primulum habui in votis, prifca juris noftri civilis origo, & proceffus liquidius conftarent, qua nimi potis fieri, & monimentorum fuppetias adfert copia. Ἄλλοις γὰρ ἄλλος καρδίην ἰαί ut olim Archilocus, & *fateor*, cum declamatore illo, *jucundum effe mihi re in antiqua ftudia, meliorefque ad annos refpicere* [a]. Quod fane qui nim temnunt,

Ardua dum metuunt, amittunt vera viai [b].

Et, ita me Mufae femper ament, funt

---- *Anteiqua, fepolta, vetufta,*
Quai faciunt mores veterefque novofque tenentem
Moltarum veterum legum, divomque hominumque ---- *Prudentem* [c].

Subfecivae aliquot pellegendis hiftoricis, chronographis, palaeologis, abfur tae mihi funt horae, exoticis, conterraneis, vetuftis, & novitiorum politiorib eis, ante omnes, qui ad quam dixi metam, expeditius dare vifi funt curricul Praetorianorum quicquid inftar occurrit fafcium fedulo excerpfi, & quicquid jus prophanum : profanum aio quod fani religione non tenetur, a Sext. Po edoctus. Compluria in iis fcitu arbitrabar digna, & quae in voluminis fp em ad chronographicam feriem merito digerenda. Metipfi inprimis conf inprimifque condixi, ut nempe ab hac cura ftudiis faciliori negotio haberem gomet ancillantes praefto operas. Disjectae difque fupatae moli addere aggreffus qualemcunque compaginem, atque eam ad umbilicum duxi ; ha quam primum publici facere juris fubiit in animum, abfolvere compleme (mathematicorum liceat ufurpare vocem) pro ea, quam fpirat, mediocritate us. Formulam, & fabricam fide (fed nec mea fufpectis prodiga) ftatui, & c pendio ; fcripfi ad compendium, fuccinctamque διάρθρωσιν ; fide tranfcripfi. D opera praevorfam ifthanc adfero, neu velut fubleftae ab imperitia incuf aut incuria. Nequaquam fcriptorum me duntaxat menti accommodavi, aut tioni hiftoricae, verum & ipfis, quas loquuti funt, fyllabis, atque eas difp bus exaratas typis inferui ; fatis, fateor, ni, qui funt aevi medii, faepicule b

[a] Seneca Controverf. [b] Lucret. lib. 1. [c] Enn. Ann. lib. 7.

ba

ıras, politura misere indigas, Aristarchiis nimio invisas, & annalibus, quos
rimus juris, adfatim consonas. Verumenimvero ne vellem tu coronatos & sa-
bres interatim fastidires haustus, quod in Coliadis Atticae figlina haut fictum
erit charchesium, aut hiberno frigore vestem, quae non ex lana Attica; quem-
lmodum philosophiae auditores monuit Plutarchus [a]. Pindarissent puellae Au-
liis, & verborum amplexentur veneres, queis copia simul est, & fas. Dignum
ne Musis est ἀκριβολογίας studium; atqui absque illa quam reconditissima etiam
premae Uraniae arcana panduntur; Thomistae, Scotistae & si quae sunt
holasticorum sectae norunt. Nosse sibi & videntur coelestium apotelesmaton
rutatores, & χαλαζοφύλακες magistrorum hercle affaniis, ut plurimum, nimis ad-
uiescentes. Caeterum barbare versos Arabes, sordidumque Bonatum nitidissimo
ılio Firmico & Neoterico Pontano neque injuria praetulere. Grammatici au-
iunt hice magis quam astrologi. Nec Aristotelis physica deterrent acroamata
ıterpretes, aut sibi conciliant infamiam ab adfectata dictionis obscuritate; &
oetices elegantia ipsum anteiere Apollinem, Sappho, Homerus, Hesiodus [b]. Su-
eret opus licet saepe materies; materiam ab opere vilitatis ut aspergat nota,
equis tam rigidae, & tam impos censurae? Quod non de eis modo quae tra-
ucta subsunt, sed de corpore etiam juris nostri municipalis volo dictum. Cli-
iis non puto, auspiciis, a primaevis, qua scilicet innotescunt, incolis occoepi.
ıuctores, quos sum secutus in primordiis, uti par erat, adjecto eruditorum no-
ıvi judicio. Praeter Caesarem & Tacitum a paucis, ni & in paucis, postilla
ıbsidia. Sero enim Graecis, sero Romanis innotuit Britannicum nomen; &
ere toto divisi orbe Britanni diu. Sed quos accurarunt, apud exteros, aeva re-
entiora. Strabonem dico, Plinium, Ptolemaeum, alios; & Asianus quis scrip-
or Marcianus Heracleotes nondum, quod scio, Romane versus: Ἡ Ἀλβίων,
ıquit, νῆσος ἡ Βρεταννικὴ ἔχει ἐν αὐτῇ ἔθνη ΛΓ. πόλεις ἐπισήμους ΝΘ [c]. & alia de fl. promon-
oriorum, portuum, & sinuum subdit numero. Ad Henrici Matildis Aug. &
iaufredi com. Andium F. fata operam exporrexi. Cui prope absunt prima quae
L. studiosi repetunt initia. Interveniunt Richardus Θυμολέων & Joannes; ast
uod hic ad rem expectes vix quidpiam intervenit. G. Lambardi archaeonomi-
m penissume illibatam consulto misi, extra quam obvio ad explicanda nostra
ıterduatim suggerente usu. Libros in II. quod totum est dissecui; primum clau-
unt Saxones: a Normannica secundus orsus est catastropha, celeberrimo An-
licanae reipub. in tempestatum supputationibus parapegmate.

At vero cui acceptas ferre ejusdem (ut audent nonnulli) leges est peccare lar-
giter, quippe quarum praecessere longe natales. Adquisita etenim periclitari im-
eria novas inter admoliendum leges notant politici [d]; & caute sibi cavit ab hoc
ericulo Normannus, atque aviti juris obsequentes victos impertivit hostimento,
ed perquam, ut videtur, specioso, adque ineundam potius impraesentiarum gra-
iam, quam reapse in Anglici nominis commodum. Imitatus ferme non nul-
atenus Alaricum, qui Romanis moleste ferentibus Gothorum legibus obligari,
aetera satis audientibus dicto, Romanas reddidit, sed adversum sensus Romana-
um per interpretamenta has rursus trahebat ad Gothicas. Nam ita novis scatent,
raecipue ad jus spectantibus clientelare, citeriora a Normannis tempora; aliis
ıucusque satis assiduo ab aevo Saxonico receptis, & forte a superiori. Neque
nim labentia decreta stellae illius crinitae, quae in paschate anni victoria hac
ıotissimi fulsit, uti regni conversionem (quod volunt astrologi) ita legum aboliti-
onem praedixere; veruntamen, utriusque forsan mutationem, ad eum nempe

[a] Plutarch. de audiendo. [b] Id. lib. orac. pyth. [c] Marcian. Herecleot. ἐν περίπλ. β.
Philip. Honor. Thes. politic. Lat. & Italice Francofurti edit. Nundin. suprem. vernalib. Machia-
ellus in principe & comm. ad Liv. lib. 1. cap. 25, & 26. Cujacius. Alb. Gentil. lib. 3. cap. 11.
le jure belli.

modum

modum quo Hier. Cardanus [a] cometem Ann. M.D.XXXIII. in ariete (huic insu nostra, in Ptolemaicis placitis, obnoxia) sub Galaxiae parte aquilonari, δυνάμει Joviae, Martiae & Mercurialis, Christianae legis praenuncium scribit permutandae: quod triennio post sub Hen. VIII. accidit. Ast (alias quicquid sentiendum) legibus sydereis soluta lex Christiana; & pietatem Cardani hic, alibi, & in Christi genethliaco themate nimium video desiderari. Et nimium ego παρέργως de isthi hic mutio? Abi ad Janum nostrum (nec enim bifrontem potes eum non pene agnoscere) ubi Anglo Britannici (nefas ne dictu?) juris

Nobilitas, nec origo latet, sed luce sequente
Vincitur [b]. - - - - - - -

Etenim,

---- *Si nobilitas cunctis exordia pandit*
Laudibus, atque omnes redeunt in semina caussae [c];

Quantumvis neutiquam Romulos ostentet, Numas. X. Viros, CIↃ. CIↃ. librorum CCCCIↃↃↃↃ. CCCCIↃↃↃↃ. CCCCIↃↃↃↃ. versuum & id genus, quá digesta diu antidhac [d] (velut

- - - - *Non hos quaesitum munus in usus* [e])

late in foris dominantur Europaeis; non tamen honoranda minus & hic primordia, nec diducto gradu ab Japeto forte longiora: sed abi, inquam, & vide sis, ut praesenti aevo quicquam coneris ἀλογίστως aptare, aliter atque abrogationes, antiquationes, derogationes, rerumque emergentes vicissitudines, quae fuere crebrae, permiserint. Itidem hisce & in caeteris Lucretii memineris:

Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore;
Porro aliud succedit, & e contemptibus exit.
Inque dies magis appetitur, floretque repertum
Laudibus, & miro 'st mortaleis inter honore [f].

Secundum quod alter ille, at maximus poetarum philosophus

Multa dies, variusque labor mutabilis aevi.
Rettulit in melius [g]. - - - - -

Et Graia Gnome; Καίρος γὰρ ἐστὶ τῶν νόμων κρείττων πολύ. Interjectis absque innumeris salebris, annorumque interstitiis, historiolae speciem obducere nequisse me satis vidi, &, quae desiderantur, adferre omnia. Temporum adeo injuria oblitterantur permulta, periere multa neglecta, nec mediocris ab ejuscemodi dispendio reipubl. literariae dividia. Superstites has reliquias pro re nata attrectandas, jucundas semper duxi cognitu; imo quae Pomponius, Rivallius, Zasius, Oldendorpius, Brissonius, alii de XII. tab. & roboreis legibus, elephantinis, atque prisce aeneis docte conscripta edidere haut conducibiliora nemetum spirae, quam isthasce Trinobantum Westmonasterio forsan dixeris. Satis de opelli idea, & contextu superque. Deprecari culpam (uti quid ad me pauxillum dicam attinens) cum ea

[a] H. Cardan. in Ptolem. lib. 2. de judic. Astro. text. 54. [b] Statius. 1. Silvar. [c] Claudian. in laud. Serenae uxor. Stilicon. [d] L. 2. §. omnia. C. de vet. jur. enucl. [e] Virgil. AEneid. 4. v. 647. [f] Lucretius. lib. 5. de rer. nat. [g] Virgil. lib. 11. AEneid. v. 425.

meopte

opte potuissem arbitratu vacare, stolidum. Siquidem in his nostris πολυπραγμάτορος sic quis quam par est,

Τὰ κοινὰ μιγνὺς τοῖς ὀνείοις πράγμασιν [a],

Idem illum nescium, pipulo butubatarum, &, qui dorso portant Nemesin, prodi me, quam flocci, minoris facere. Nec asino nequicquam calcitranti, si quis mentis pensatum curat inane & fatuum maleficium; Averrunca (ut ARSE VERSE) in antefixis pingo; Intercidona, Pilumnus, & Deverra Sylvanum tenello abigant hoc foetu. Verum laudent, culpent, occentent pecus scadicum, maligniorum ronchi blaterent, adprobent, suspendant naso, an praedicentur lolio victitantes blenni & buccones, lirae lirae mihi, neque ciccum pendeam.

Ὀρρυαναστασίδαι, Ῥιμεγκαταπηξιγένειοι
Σαπροσημειολόγοι [b].

Catones rigidi, aequi vos bonique consulatis; nec sim undiquaque despicatui, si forsan hac conspicari fueritis dignati, nec limulis messem fascinetis in herba. Herbam cito lubens victoriae praetendam legitimae, & jure castigantibus. At-[illegible] isthorum quisquis es,

Per meos fines & aprica rura
Lenis incedas: abeasque parvis
AEquus alumnis [c].

Credidi nostis, rem esse quam arduam, *Obsoletis dare nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus naturam & naturae suae omnia; non assecutis voluisse abunde pulchrum esse & magnificium*, ut ille [d]. Sed novi ego, & stare ab angulo recto, apud Opticos, omnem visionis conum; & novi *quam fastidiosa res Circensibus pompa* [e]. Iccirco, mi lector, & bene valeas haveo; & feci quae in rem sint tuam elicias conamine: quid ego te intro mittere cesso? Ἀλλ' ἴθι χαίρων.

Laudamus veteres: sed nostris utimur annis.
Mos tamen est aeque dignus uterque coli [f].

Intro eas, ingrato neque fruaris animo.
Ex aedibus interioris Templi Londin. VIII. kl. Januar. CIↃ. IↃ. C. X.

[a] Aristoph. Ἱππ. [b] Hegesand. Delphus. ap. Athen. dipnos. 4. [c] Horatius. Carm. 3. od. 18. vers. 2. [d] Plinius. Epist. ad nat. Hist. [e] Seneca patr. in praef. ad controvers. [f] Ovid. Fast. 1.

Τῆς ἀρχαιολογίας ἐρευνητῆρι φιλοπονωτάτῳ, καὶ τῷ τῆς Θέμιτος θιασώτῃ θαυμαστοτάτῳ
Ἰωάννῃ τῷ Σιλοδένῳ φιλτάτῳ.

ΤΗ͂Σ νομικῆς φιλέω τρεῖς ἀστέρας, οὕνεκα μοῦνοι
 Συμπάντων νομικῶν εἰσὶν ἀρειότεροι
Σεῖο πόνους, φιλέω Σιλόδουε, Μάγειρον ἔρεισμα
Ἐυνομίης φιλέω, καὶ σὲ Βάκωνε φιλῶ
Ἐν σέλιδεσι νόμων ἄνθη σπείροντας, ἀκανθῶν
Ἀντ' ἀνχπλυξαμένους ὠγυγίων τε νόον.

ΑΡΚΤΟΥΡ. ὁ ΛΩ͂ΣΤΟ

In laudem dignissimi Authoris, & politioris literaturae candidati, carmen.

CUM Jovis effoeti Pallas foret orta cerebro,
Vagitus teneros virgo patrima dedit.
Accurrit, taciteque novam subducere prolem
Tentat, & abstrusis abdere Juno locis.
Jupiter ingenuam solerti indagine natam
Quaeritat, & celeri permeat astra pede ;
Stat, cerebrique tuam cernens, Seldene, Minervam
In natae amplexus irruit ille tuae.
Atque suam credit ; parilique ab imagine formae
Illa fuit suavis, suavis & illa fuit.
Lisque foret, nisi quae quondam Lucina fuisset,
Musarum testis turba novena fuit.
Quam cognata Jovis tua casta Minerva Minervae est,
Cum tantum fallax lusit imago Deum ?

ALIUD.

Dum tuus ambigua Janus, facieque biformi
Respicit antiqua, & posteriora videt :
Archivos Themidis canos, monumentaque legum
Vindicat a veteri semi sopita situ.
Hinc duplex te Jane manet veterane corona,
Gratia canitie, posteritate decus.

Guilielmus Bakerus, *Oxi.*

ASTRAEAE BRIT.

ULtima coelicolum terras Astraea reliquit.
Tu tamen alma redi & terras Astraea revise :
Astraea alma redi tuis Britannis :
Et diva alma fave tuis Britannis :

Et diva alma fove tuos Britannos :
Et diva alma regas tuos Britannos :
Cantemus tibi ſic tui Britanni :
Felices nimium o tui Britanni :
Tu tandem alma redis divum poſtrema Britannis :
Ultima coelicolum terras Aſtraea reviſit.

Alma redi ; ſacro redolent altaria fumo
Et tibi ſacratis ignibus. *Alma redi.*
Alma redi ; poſuit liber hic primordia juris
Anglos quo poteris tu regere. *Alma redi.*
Alma redi ; tibi templa ſtruit Seldenus : at aram
Qui tibi nil potuit ſanctius. *Alma redi.*

E. HEYWARD.



JANI

J A N I

ANGLORUM.

Liber Primus.

PRODIIT, & cothurnatus aliquot ante lustra, atque etiamnum ubique circumfertur Berosus sacerdos Chaldaicus (esse quem Flavius Josephus saepicule laudat testem, cavesis tu siris te credere) cum Viterbiensis commentario. Sive, ut quod res est magis dicam, venditandis suis portentis Berosum ementitus monachus Dominicanus Joannes Annius a Viterbo subditivus Musae antiquitatum praesidi fucum fecit; & imposuit sarcinam. Post genealogias Hebraeorum ab illo, quicunque sit, auctore suatim deductas, neu totius universi regna, reges, nominumque etyma, toto, quod ait ille, horreo demensa non videretur comprehendere, velut postriduo quam Jupiter ex Ope natus, Samothem (is ipse Dis nuncupatur) Celticarum fundatorem coloniarum centones lectori farciens subnectit. Celtogalatiae, neque obiter hoc duxi tacendum, quicquid Rheno fluvio, Alpibus, mari Mediterraneo, Pyrenaeis, oceanis denique Aquitanico & Britannico terminatur, imo nniversam Europam Celticae nomine est complexus Ptolemaeus [a]: *Samothes autem*, habet commentarium Annii, *fuit frater Gomeri atque Tubalis ex Japeto patre, a quo primum Britones, inde Galli Samothei dicti fuerunt, & praecipue philosophi atque theologi sectatores ejus.* Atque e Laertio: *Constat enim apud Persas floruisse Magos, apud Babylonios & Assyrios claruisse Chaldaeos, apud Celtas & Gallos Druidas, & qui Samothei dicuntur, qui teste Aristotele in Magico & Sotione in* XXIII. *Su[illegible] divini atque humani juris peritissimi, & ob id religioni deditissimi, ac propterea Sem[illegible] appellati sunt.* Haec ista apud Annium. Laertii obtenditur nomen, & principium voluminis de philosophorum vitis. Quin igitur Diogenem legamus: παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις Σεμνοθέους κατά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ καὶ Σωτίων ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς διαδοχῆς. Aliter de Samotheis ne γρῦ quidem. Divini & humani peritissimos juris, aut vocamen inde sortitos Latina duntaxat atque interpolata B. Brognoli Veneti editio tradidit: cum nempe in vetustis Laertii Graecis exemplaribus, quotquot vidit & consuluit doctissimus ille H. Stephanu[s] (consuluisse vero se octo vel novem asserit) de illa re nulla prorsus fiat mentio. Neque tamen os[c]itanter aut plane fortuito tantum mihi persuadere possum imbitasse glossematis. Peritos juris & praefectos philosophos, non Graecis mod[o], Gallis & Italis, sed Arctois etiam nationibus constat fuisse; licet barbaris. Testes nostri Druides & Gothorum apud Jornandem [b], praeter Cosmi[cum] Diceneus, qui cum physica, atque alis bonarum literarum membris Bellagines (ita leges vocabant) idem rex hominum, phoebique sacerdo[s] posteritati transmisit. Sunt qui Laertio legun[t] Σαμοθέους· quod commentum est eorum hominum qui a Pseudo-Beroso isto sinunt se ῥινὸς ἄγεσθαι, nimis sane patienter (verba Isaaci Casauboni ne quid gravius dicam.

Si vero quicquam cum veritate Samotheis, au[t] cum antiquissimo Celtarum jure (regibus nimiru[m] Celticis Britanniam ascribunt commodasse parien[tiam]) esset Semnotheis, utriusque nomen indagar[e] & naturam ab ea quam pressuri sumus calle jud[i]carem haut ita alienum. Caeterum de illis, e[x]tra quam Lucianus alter ab Heliacis Seleniciis redux historiam conscripserit, plane deploratis c[er]cere, plus esset quam operam ludere. De his n[on] audeo multa: *Suspicor*, inquit H. Stephanus, *i[n]*

a Ptol. 2 geograph. & 2 quadripart. & Pausan. lib. 1.

b Jornand. reb. Gothic. cap. 11.

dict[o]

ctos, quod Θε... *haberent in ore, & quidem* οἱ *μνοὶ* θεοὶ *dicentes, vel quod ipsimet velut qui-m* σεμνοὶ θεοὶ *inter homines haberentur, verum c minus quam illud*, scribit ille, *mihi sit ve-simile* [a]. Atqui ego hercle, si tanti viri meam efas non sit committere sententiam, hoc quam ud conjicio verisimilius. Divini nominis pris-s heroas participes ubique legimus: quin nec ilosophis tantum invidit antiquitas honoris. on Amphiarao, non AEsculapio, non Hippocra-; inter medioxumos censentur. Habitus & ab ntistio Labeone Plato semideus; divinam ob oquutionem Tyrtamo Theophrasti nomen in-idit Aristoteles [b]. Haud mirum ideo, si magni inde philosophi Semnothei, & quasi Σεμνοὶ θεοὶ adiverint. Suadent haec, dum eorum philoso-hiam tantum prospecto; quos simul etiam peritos custodes juris, si vel Annii auctoritas vel Brogno-interpretatio Attice satis adfirmasset, parum ne esset quin, ubi locorum germanus & no-inis & delegatae, ut ita dicam, potestatis fons t & scaturigo, compertum ferme assererem. Et-nim habeo apud Pausaniam (reprimas te sug-illaturum, quod in Graeciam transvehor, e qua ntiquissimi & sacri, & prophani gentium mores) iligentissimum Graecarum antiquitatum scruta-orem in Athenarum Areopago, atque etiam in chaicis dearum aedes, quas Athenienses Σεμνὰς digitabant. Is ipse in Corinthiacis ad laevam sopi in Sycione fluvii lucum memorat ilicibus ondensum, ubi fanum dearum, quas Athenienses εμνὰς, Sycionii Εὐμενίδας appellabant. De umenidibus & Oreste nota est lippis fabula, nec are potis es poetastrum, quem latet eas cum draftia, Rhamnusia, Nemesi, aliisque ejusdem rinae deabus vindices fingi scelerum, ac Jovi ad cifcenda mortalium facinora continenter operam avare. Nigras Oresti obvias, easdem candidas, uibus simul & Gratiis prisci fecere sacra, in Ar-adicis reliquit idem Pausanias scriptum. Mitto ud eundem quam alii Erinnya, alios Themida ocitasse; brevius & dilucidius. Erinnyes, id t, *dirae ultrices* sedent malis, Eumenidae vero absque omni enim antiphrasi sic dictas, auctor t Sophocles [c]) quod interpretatur Benevoli, bo-is, & qui a culpa alieni, & supplices: quin lcmaeonem poetice Eumenidas, reapse civiles agistratus scribit Plutarch. [d] fugisse. Totam de-ique quam collimando petimus rem Orphei ha-et in eas Hymnus:

Ἀλλ' αἰὲν θνητῶν πάντων ἐπ' ἀπείρονα φῦλα
Ὄμμα δίκης ἐφορᾶτε δικασπόλοι αἰὲν ἐοῦσαι.

En plane ex antiquissimo Ethnicorum theologo, dices, jurisque dispensatores hae Σεμναὶ Θεαί: inferorum fas perinde uti coelestium appellare, oris erat, doctrinam sanctum [e]. At quid igitur etat quin hinc Semnotheῶν emanasse vocabulum, tulum, attributa conjectaris? Διοτρεφεῖς Homeri oemata, imo ipsae aeternae & Sacrae Literae Ju-ices sanctiss. illo nomine אלהים non semel com-ellant [f]. *Judicia Dei sunt non hominis*, atque *omni rei quam Scriptura vult* (e Rabbi Kimchi notat Munsterus) *magnificare, subjicitur nomen* אל. Posuit se Deus (ut ex atticissante illo Mose Platone, ait Plutarchus [g]) exemplar bonorum, cujus etiam ineffabilis verendae nominis syllabae (neglecta licet Caballistica) pulsant, monent, vellunt mortalium aures, deviosque nunc in justitiae tramitem ipsos reducunt, nunc obturatos, obductosque caligine miseros stupendo & assiduo tremore concutiunt. Neque vero obstet quod ab infirmo divum sexu petatur tanti splendoris, & tam virile nomen. Potissimum cum Britannis agamus, quippe inter quos sunt singulares illae DEIS MATRIBUS inscriptae arae, nec in terrarum orbe alicubi repertae [h]. De deabus matribus (ut obiter admoneam) se nihil potesse scrutando eruere fassus est vir longe doctissimus: atqui, si homulo mihi fas sit, quid si τὰς θεὰς ἃς in Pausaniae Atticis καλοῦσι Γενετυλλίδας καὶ Γενετυλλίδας inesse nomen matrum quis autumarit? Notum est matris Deum nomen, quo non solum Berecynthia, sed Juno etiam, Cybele, Tellus, Ceres, atque aliae apud mythicos celebrantur. Esto licet hoc parergon: *Nullum sine venia*, monuit ille, *placuit ingenium* [i]. Hac nixus hoc quicquid est sum aggressus; hac fretus ad rem revertor.

Praescriptam qua imperatum est a Samothe legem nusquam reperimus. Unicam autem de ratione temporum Basingstochius ille comes Palatinus, historicus nuperrimus huic isti tribuit: *Spatia omnis temporis non numero dierum* (idem de Gallis Caesar, & de Germanis Tacitus) *sed noctium definivit, diesque nataleis & mensium & annorum initia sic observavit, ut noctem dies subsequatur.* Observant sane nunc Britanni istum morem, antiquissimum, & naturae inprimis consonum. *Factum est vespere, & factum est mane dies unus*, ait Hebraeus ille [k], cujus & popularibus haec consuetudo. Privationem & in ternario principiorum numero habent Peripatetici: atque hinc audet Joannes Bodinus [l], astrologorum vulgus arguere, quod inaequales horas ab ortu magis quam occasu solis ordinatam juxta ac repetitam planetarum seriem auspicantur.

Excepisse scribunt hunc, Magum, Sarronem, Druidem, Bardum, alios complures succedaneos. *Sarron non legibus ferendis* (dat mihi & tibi Stephanus Forcatulus [m]) *addictus, sed componendis & commendandis fuit, ut qui leges, quas avus ejus Samothes, ac postea Magus pater tulerat, unum in volumen redegerit, servari etiam acri comminatione jusserit.* A Druide volunt philosophantes illos & apud Caesarem, Plinium, aliosque decantatos Druidas: per me fides habeatur. Totam impraesentiarum de Druidibus rem in Caesaris tempora diffindo. Annis circiter a Samothe DCCCC. Phranicus rex (ab historia accipe Britannica & Galfredi fide) rerum arbitria Druidibus mandat, dum ipse Pannonia degeret. Britanni interatim Brutum Sylvii Posthumi Latinorum regis F. AEneae nepotem (Sylvium enim AEneae, non Ascanii filium facit ad Virgilium Servius Honoratus [n]) feliciter navibus adpulsum, inprimis

[a] Steph. ad Laert. [b] Aug. de civ. Dei lib. 2. cap. 14. Laert. lib. 5. [c] Sophocles in OEdip. in Colon. [d] Plut. in .. de Exilio. [e] Natal. Comes Mytholog. lib. 3. cap. 10. Plut. de If. & Osiride. [f] Odyss. 3. Exod. xxij. 28. Psalm. lxxxij. 1. ..alip. lib. 2. cap. xix. 6. ad cap. ix. Genes. [g] Plutarchus lib. de sera Dei vindicta. [h] Camdenus, [i] Senec. epist. 5. [k] Genes i. 5. [l] Bodin. lib. 3. Daemonoman. [m] Forcat. lib. 1. de Gall. imp. [n] Serv. ad 6. AEneid.

Corino comitante, littore Totneſio in Danmoniis conſcenſo ſalutant regem. Is poſt conditam novam Trojam (Londinum) leges civibus atque ſubditis dedit, Trojanas eas, ſive Trojanarum exemplar. Elapſis quaſi DC. annis *Dunvallo Molmutius rex ſtatuit* (auctores ſunt praeter Monumethenſem Ranulphus Ceſtrenſis in Polychronico, & Florilegus) *ut aratra, templa, viaeque ad civitates ducentes immunitate confugii gauderent. Verum quia ſuccedente tempore de viis (cum non eſſent certis limitibus diſtinctae) orta eſſet diſſenſio, Belinus rex filius praedicti Molmutii ad ſubducendum omne ambiguum* IV. *regales vias omni privilegio munitas per inſulam ſterni fecit. Foſſam ſcilicet,* Watlingſtrete, Ermingſtrete, & Ikenilſtrete. (Atqui a Romanis has autumat ſtratas eruditiſſ. ille noſtras, & magnum Britanniae lumen G. Camdenus Clarentius, quod Tacitus, Beda & alii ſuadent.) *Leges quinetiam,* ita Galfredus, *quae Molmutinae dicebantur, ſtatuit, quae uſque ad hoc tempus inter Anglos celebrantur. Statuit, ſiquidem inter caetera, quae multo poſt tempore B. Gildas ſcripſit, ut templa deorum, & civitates talem dignitatem haberent, ut quicunque fugitivus, ſive reus ad ea confugeret, veniam coram inimico ſuo haberet. Statuit etiam ut viae quae ad praedicta templa, & civitates ducebant, necnon & aratra colonorum eadem lege confirmarentur, deinde, cum* xl. *annos regnum in pace tenuiſſet, defunctus eſt, & in urbe Trinovantum, prope templum Concordiae* (nec deſunt, qui collegium illud inluſtre ſtudiis juris noſtri municipalis ad Thameſis ripam ſacratum hic intelligunt [a]) *quod ipſe ad confirmationem legum ſtruxerat, eſt ſepultus.* Ad hunc modum Galfredus: ſed etiam quae ex antiquis, quorum non difficilis ei copia, ſcriptoribus excerpſit Polydorus eccitta: *Primus aurea corona uſus eſt, pondera ac menſuras rebus vendendis, emendiſque poſuit: fures, & noxium omne genus hominum ſeveriſſime punivit, fecit quamplures vias, decrevitque in quam latitudinem fieri deberent, ac lege ſanxit jus earum ad principem duntaxat pertinere, ejuſque juris violatoribus pariter atque iis, qui in illis maleficium aliquod facerent, horrendas conſtituit poenas. Praeterea, ut ne terra vacaret, neve populus rei frumentariae inopia frequenter premeretur, aut minueretur, ſi pecora ſola occuparent agros, qui ab hominibus coli deberent, conſtituit quot quiſque comitatus aratra haberet, ſtatuitque poenam illis, per quos numerus diminueretur. Ac vetuit jumenta, quae aratro ſervirent, a magiſtratibus abduci vel aſſignari creditoribus pro debitione pecuniae, ſi debitoris bona alia ſupereſſent.* Hactenus ille.

Gynaecocratia Martiae Quintilino R. viduae, quae Siſillii communis prolis, nondum ad gubernacula ob aetatulam idonei, tutelam ſuſceperat, *invenit legem, quam Britones Martianam vocaverunt. Hanc etiam rex Aluredus* (e Monumethenſi tranſcribo) *inter caeteras tranſtulit quam Saxonica lingua Merchenlage vocavit.* Quum nihilominus in elaboratiſſima Camdeni chorographia, a Merciis, ii autem a Saxonico Ɱeaꞃc, i. *limes,* Merchenlage adpoſite magis deducatur.

Haec ſunt quae de temporibus Romanorum hiſtoria antiquioribus ſcriptores prodiderunt: ſed ſuſpectae, dubiae, ne dicam nullius fidei. E doctioribus vix quiſpiam eſt cenſor qui Annium in albo falſariorum non notat: quin ſubductis temporum ratiociniis, & obſervata a Sacris Literis Hebraeorumque monimentis, quam prae ſe fert Beroſus ille Viterbienſis, diſcrepantia, pariter e forſan ac ejuſdem nominis alteri credendum putes, qui a perpendiculari ad centrum mundi errantium ſyderum, in Cancri dodecatemorio poſitione arſura omnia, a ſimili in Capricorno congreſſu futurum univerſalem cataclyſmum apud Senecam praedicere eſt auſus [b].

Anquiſivere item de hiſtoria nonnulli Britannica. Hinc Brutum, Dunvallonem, Martiam hauſimus. Illam ſunt & doctiſſimi ſummique judicii viri qui ſuſpicantur e Bardorum cantilenis, ac figmentis, ad Britannicum ex Iliaco cinere ſuſcitandum nomen, poeticis, inſtarque Talmudicarum traditionum receptis conſarcinatam. Licet enim pro magno teſte vetuſtas, ut habet ille, creditur, nihilo ſecius mirum quod Bruti, qui patrem collimata infeliciter ſagitta occidiſſe fertur & matri ipſa in paritudine mortifer (unde jam Βρῦτος audit poſt tot ſecula apud Richardum Vitum) nemo Romanorum meminerit: mirum quod Latinis non innotuerit Latini nomen, qui Britanniae & nomen & imperium dedit. Solus poſt homines natos Euemerus Meſſenius Panchoon adnavigavit & Tryphyllos? Poetas hercle quos carmine celebrant inluſtribus familiis inſerere, & ſupra verum Muſis omnia augentes quamplurima fingere, tralatitium. Et quid aliud Bardi quam Ποιηταὶ μετ᾽ ᾠδῆς, ut e Poſſidonio ſcribit Athenaeus [c], ἐπαίνους λέγοντες? Quam multa in mythico illo, a diffamato Pyrrhae diluvio ad Iphiteam Olympiadem, intervallo (quod heroicum aptius vult Joſephus Scaliger [d]) admixta veris fabuloſa & poſtmodum in proſcenium ducta? *Nationes,* inquit Tritemius [e], *quamplurimae tam in Europa quam in Aſia ſuam praetendunt originem ſe ſumpſiſſe a Trojanis, quibus tantum accommodare fidei duxi, quantum ipſi veritatis mihi ſufficienti teſtimonio poterunt perſuadere. Frivola ſunt quae afferunt de ſua nobilitate & antiquitate, volentes palam gloriari, quaſi non fuerint in Europa gentes ante Trojanorum excidium, nulluſque inter ipſos Trojanos ignobilis.* Qui Galfredo Monumethenſi (fuit & epiſcopus Aſaphenſis) Aſcentianis typis excuſo alphabeticum ſtruxit indicem, auctoris fidei tulit hinc ſuppetias, quod Francorum nullibi apud eum, ait ille, mentio; cum nempe ante Francorum in Galliam adventum, omnia ferme, quae conſcripſit, fuerint geſta. Ἁμάρτημα ſane pluſquam μνημονικόν. Adi Galfredum; & cap. XIX. lib. I. Francos ſub Brenni & Belini temporibus habet in Senonibus Galliae; annorum craſſus antichroniſmus quot centenorum? Nec enim ante aliquot poſt incarnatam ſalutem periodos Franci cis Rhenum ſedes fixiſſe dignoſcuntur. Tametſi enim poetica &

[a] Norden. in Brit. ſpecul the temple. [b] Senec. Nat. quaeſt. lib. 3. cap. 29. [c] Athen. dipnoſoph. lib. 6. [d] Joſ. Scalig. in Elench. orat. Chron. [e] D. Par. Tritem. lib. de ſecundis.

troporum

oporum licentia AEneas *Lavina venit littora*; multo satius & metrica & soluta oratione, quae ad historiam pertinent, proferuntur ad illam Ovidii formulam:

Tunc juvenes nondum facti flevere quirites[a]?

icensa Remi pyra. Atque hac lege potuit & debuit transferre Galfredus interpres, si fuerit, fidus. Verum de Bruto nostro, Saxonum Saxone, Brunsvicanorum Brunone, Frisiorum Fresone, & Batavorum Batone animadverte, quod secundum alios Pontus Heuterus[b]: *Cantilenae ac rhythmi imperito seculo compositi simplici popello facile falsa pro veris obtrusere, aut veris falsa miscentes imbuere. Nihil enim ante* CCC. *ac* CCCC. *annis lubentius majores nostri audiebant, quam se ab adulteris Trojanis, regnorum eversore Alexandro Macedone, populatore Hercule Graeco aut alio orbis terrarum perturbatore prognatos.* Et re quidem nimis ille:

——*Mensuraque ficti*
Crescit, & auditis aliquid novus adjicit auctor[c].

Sed me contraho: ad haec recte enucleanda debunt forte aeternum reciprocantes antiquarii aquo, ut in abstrusis Hebraei, Elia. Brutum esto concedamus. Condidit aiunt leges, atque eas e Trojanis. At quae tandem ipsae Trojanae? Unicum sat scio memorant de filiorum natu maximorum praerogativa, qua in universum jus defuncti patris est successum. De Hectore Priami scribit Herodotus[d]; & meminit Galfredus: an vero in Britanniam cum Bruto tranabat haec? Unde igitur divisum Locrino, Cambro, Albanacto imperium? Ferrici & Porrici? Brenno & Belino? aliis? Undenam in comitiis sub Hen. VIII. Parlamentariis ne feuda Cambrobritannica secundum quem dicunt Gavelkind morem postilla deferentur, est cautum[e]? Et prisce ni fallor pleraeque liberis partiebantur haereditates:

Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθα--------

In operibus Hesiodi; & ad eam mentem vetustis poetis plura & Sacris Literis. Sed quae inquam Trojanae? eaedem forsan cum Aristophanis Nephelococcygiae. Gravissimi scriptores vetustissima illa tempora praescriptis legibus agnoscunt plerumque soluta. *Populus nullis*, ita Justinus[f], *legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant.* Naturalis aequitas scil. litium varietati emergentium aptata, ut Lesbia, apud Aristotelem[g], regula omnes ordinabat, regebat, diremit controversias. Et quidem *initio civitatis Rom.* scribit Pomponius[h], *populus sine certa lege, sine certo jure agere instituit, omniaque manu regis gubernabantur.* Prope enim aberant ab aureo seculo quum

- - - - - - - - - - - *vindice nullo*
Sponte sua sine lege fidem, rectumque tenebant[i].

Quod de sabbatico mundi millenario Chiliastarum haeresis olim pronunciabat. Atque illi λαῶν ποιμένες quibus

- - - - - - - - - Ζεὺς ἐγγυάλιξε
Σκῆπτρόν τ', ἠδὲ θέμιστας - - - - -[k]

Non dominandi cupiditate, sed officio, ut habet D. Augustinus[l], *consulendi, nec principandi superbia, sed providendi misericordia.* Virtute duce, ac legibus, quas Platonici secundae aiunt Veneris, imperabant. Ecquas alias censeas Trojanorum? Divum cultus & quae ad sacra attinent, scilicet excipias. *Officium*, inquit Seneca[m], *erat imperare, non regnum.* Et oculus & sceptrum absoluta AEgyptiis regum hieroglyphica[n]. Quid quod nec vocabulum ΝΟΜΟΣ, i. *lex*, apud Orpheum, Musaeum, aut Homerum (Trojanum is fuit sesquicentum circiter post excidium annos) reperiri adnotavit Josephus[o] adversus Appionem, Plutarchus[p], recentiorum plurimi? Parum, fateor, si bene perpendas, accurate. Etenim θέμιστας saepissime Homero & Hesiodo legimus; utrisque Εὐνομίαν deam ab eodem quo Νόμος themate:

Αὐτοὶ δ' εὐνομίῃσι πόλιν κάτα καλλιγύναικα
Κοιρανέουσ' - - - - - - - - - - -

Hymno Homeri ad Tellurem matrem; & Νόμος ᾠδῆς (quem violare nefas erat musicis[q]) in hymno ad Apollinem. Imo scriptum reliquit omni exceptione major Plato magnus[r], Talum (quicum Rhadamantho Jovis filio Creticae reipublicae administratio a Minoe rege est commissa) ter quotannis per universam insulam (quae prima literis, ut Polyhistor[s], jura junxit) secundum leges aere insculptas judicia exercuisse. Phoroneum Argivorum regem, Arcadem Nomionem taceo; & tempestive de his sisto.

Diphterae Jovis utinam mihi copia. Spirantis utinam bibliothecae, & vivi Musaei (cui de veteribus, ut apud Eunapium Longino, potestas[t]) censura, aut AEthalidis memoria veritatem clare satis enuclearet. Ad classicos hinc Latiae fidei scriptores proximus transitus.

Primus Romanorum C. J. Caesar Druidum ritus, leges, philosophiam mandavit scriptis. Dubias habent ii in nomine causas. Minime e Berosiano Druide; verum sive ἀπὸ τῆς δρυὸς quod sine quercus fronde sacra conficiebant nulla, uti Plinio ejusque placet sequacibus[u]; sive a Truewise. i. *vere sapiens* Teutonice, uti J. Goropio Becano[x]; sive a Trutin, quod antiquis Germanis Deus, ut ex Othfredi Evangelio citat Paulus Merula[y] (sed in salutatione Evangelica, Cantico Mariae, Zachariae, & alibi Trutin magis Dominus, quam Deus notat, & videsis an in Eburo-

[a] Ovid. 4. fast. [b] Heut. de Vet. Belgio. lib. 2. cap. 8. [c] Metamorph. 12. [d] In Euterpe. [e] Stat. 27. Hen. VIII. cap. 26. [f] Just. hist. lib. 1. [g] Arist. 5. Ethic. [h] ff. de orig. jur. l. 2. [i] Metamorph. 1. [k] Lucret. lib. 5. cum poetarum turba. [k] Iliad. 9. [l] August. de Civ. Dei, lib. 19. cap. 14. [m] Senec. epist. 91. [n] Plutarch. de Isid. & Osiride. [o] Joseph. adversf. App. lib. 2. [p] Plutarchus lib. de Homer. [q] Idem lib. de Musica [r] Plato in Minoe. [s] Solin. Polyhist. cap. 16. [t] Eunap. in vit. Porphyrii. [u] Plin. hist. nat. lib. 16. cap. [illegible] [x] Gorop. in Gall. [y] Paul. Merula in Cosmograph. lib. 3. part. 2.

num S. Truien, exploso a nonnullis S. Druidone, quid lateat Druideum) sic dicti, Togata Gallorum dico & Britannorum, militia LL. fuere interpretes & custodes. Reperta horunce disciplina primum in Britannia, atque eam, qua prospectat forum, ex eodem Caesare fidi subnectemus.

I. *De omnibus fere controversiis publicis privatisque constituunt.* (LL. XII. tab. ad hunc modum, actionum, formularum, interpretandi scientia apud collegium erat pontificum, & Druides nostri plane pontifices.) *Si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de haereditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, praemia poenasque constituunt.*

II. *Si quis aut privatus, aut publicus, eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima.*

III. *Quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur; ab iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant. Neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur.*

IV. *Druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem.*

V. *Hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit; at si sint pares plures, suffragio adlegitur.*

VI. *Druides a bello abesse consueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt, militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem.* Ea gaudebant Hebraeorum Levitae antiquissimi Mortalium sacerdotes [a].

VII. Auctus hinc in eorum scholis (eae pleraeque in Britannia) studiis vacabat juvenum coetus. *Magnum,* inquit Caesar, *numerum versuum ediscere dicuntur: itaque nonnulli annos vicenos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant, ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus publicis privatisque rationibus Graecis literis utantur.*

Graecis literis? ita legimus, Graecis. Et Gallos Massilia Phocensium Colonia, Φιλέλληνας, reddiderat, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ, ita Strabo geographus, γράφειν [b]. Tabulas scribit, & quem diximus, Julius in castris Helvetiorum Graecis confectas literis inventas [c]. At vero Graecam nollem hinc linguam isti aevo & populo, aut philosophis his & jurisconsultis colligas temere. Graecis sunt usi literis, ergo lingua Graeca; argumentum hercle infirmum. Sic Targum Chaldaicum, ut habet post Goropium P. Merula, Hebraeo constaret sermone, quod Hebraicis characteribus sit excusum: de Novo Testamento Syriace Hebraeis exarato literis poterit idem dici. Quid quod ipsae Caesaris tempestate, & quas nunc depingunt Graecorum literae Gallicae potius sunt quam Graecae? scivit ille illas Graecas; nondum scivit Gallicas; quas Graecos post Phoenicias Hebraeis haut prorsus absimiles obsolefactas docti viri putant exemplar accepisse. Consulas ad haec tu Wolfgangi Lazii Celtas, Becani Gallica, si vis Annii Archilochum, AEquivoca Xenophontea & qua de Lino, Cadmo, Palamede & Simonide scribun alii. Accipias interim vetustissimos illos Gothico & minus affabre factos, quos B. Vulcanius Brugensis [d] nuper cum anonymi commentariolo e didit characteres Graiorum prae se ferre multum (uti & Rutenicos hodie) speciminis; & cum Ni costrata Evandri exulis matre, quae nunc Latiae in Ausoniam primum Arcadia transvectas [e]. Cae terum quod eximere omnem videtur controve siam, Caesar ad Q. Ciceronem apud Nervios ob sessum daturus literas equiti Gallo magnis persua det praemiis [f], ut epistolam deferat; Graecis con scriptam literis mittit, ne intercepta fortean e pistola, ab hostibus consilia cognoscerentur. Hc quorsum fecisset, si eques ille Gallus, si Galli, v ipsi, penes quos erat gubernaculum reipublica Druides Graece calluissent? Inter Denbighi provinciae Ordovicum montes occiduos locus e apud illustriss. chorographum nostrum lego, *Vi go dictus Ceregy-Drudion, i. lapides Druidaru nonnullaeque cernuntur columnulae ad* Y---voel *peregrinis characteribus inscriptae, quas Druidu fuisse nonnulli suspicantur.* Qui si merito su picantur, pepercisset utinam columnulis edax te pus, ut lucis huic liti quid inde radiaret. Siq dem formae Caesaris loquendi quam attulim displiceat interpretatio (Strabonis ad recentio paulo spectat tempora & forsan potissimum maritumos) quippini, cum viro longe eruditissi Francisco Hotomano [g], vocem Graecis in hanc Druidibus historiam incuria an audacia librarion irrepsisse sentias? Alibi enim apud eum ipsi auctorem in *dextris humeris exertis* [h], plane bundare notat Justus Lipsius criticorum Coryph us, *humeris,* ab interpolatore Julio fortasse Ce immissam [i]. Et quod tantus tanti viri judicii illis commentariis censuit in Electis sic acci *Multos in illa purpura pannos insutos video: in dictione ipsa spirat ubique naribus meis au illa, ut sic dicam, stacta purae antiquita Lege, relege, multa otiosa reperies, disjunc intricata, interpolata, repetita, ut non omn absit, quin ad hanc veluti prisci operis statu novella aliqua accesserit, & imperita ma* Facile idcirco potest imponi, si tam minutis cabulorum scrupulis Julii institerimus.

VIII. Principia Druidibus *mensium,* ita Plini *annorumque fuit sexta luna, & seculi post cesimum annum.* Attice γενεά, atque ea ἥβω eisdem comprensa est terminis sententia Hera ti [l], & apud Herodotum [m]: neque latior (Eustathium [n] si juxta sentias) triplex Nestoris a Pepulit eos Galliis Tiberius, Roma Claudius, tannia veri CHRISTI DEI cultus.

Ad sacros Druidum ritus, & doctrinam ulterius attinent, praeter Caesarem, Strabo, nius, Diodorus Siculus (Latina hujus versio Poggio Florentino, ut in vulgatis, sed Jo Phreae Balliolensis in academia Oxoniensi c gii olim socio, si archetypo in ejusdem co bibliotheca sit fides, debetur [o].) Lucanus, P

[a] Num. i. 49. Ezra vii. 24. [b] Strabo, lib. 4. geograph. [c] Caes. de bell. Gall. 1. [d] Vulcan. in app. ad J Goth. [e] Munst. Cosmog. lib. 4. [f] Caes. bell. Gall. 5. [g] Hotoman. in cap. 2. Francogalliae. bell. Gall. 7. [i] Lips. Elect. lib. 2. cap. 7. & quaest. Epistolic. lib. 2. cap. 2. [k] Plin. hist. nat. lib. 16. c. 44. de ora. def. [m] Herodot. Euterpe. [n] Eustath. ad 1. Iliad. Seneca in Apocol. Plin. lib. 30. cap. 1. [o] Br. Twin. A Antiq. Academ. Oxon. lib. 3. §. 329.

p

p iius Mela, Ammianus Marcellinus, nuperrime C io Heurnius in Barbaricae philofophiae antiq tatibus atque alii fatis explicate tradiderunt ; it tamen omnia, ut Pythagorice (nec tamen aula P hagoram Mertonenfi, aut Cantabrigiae Anaxag am, quod Cantilepo habetur & Lidgato, doc ffe magis mihi perfuafum) imo & Cabaliftice (enim difciplinam Pythagorae & Cabalaeorum n ita diffimilem commifit Joannes Reuchlin [a]) refipiant. Metempfychofin Latine dixeris t nfanimationem, *An a Pythagora*, inquit Lipfiu [b], *Druides haufcrint nefcio, an potius ipfe a illis.* Idipfum de legibus, & quas adminiftra t utrique rebufpub. pariter dicendum : parif fi a utrifque ut Cn. Pompeio & C. Vibio li menta. Nequaquam enim reducta folum & interiore facrario claufa philofophiae arcana doc t Samius, fed etiam AEgypto reverfus Croto m Italiae petiit, leges, author eft Laertius [c], I is dedit atque cum difcipulis ferme CCC. ad dum velut ariftocratiae imperavit. Zaleu c leges, Charondaeque laudantur. *Hi non i foro*, ita Seneca [d], *nec in confultorum atrio, in Pythagorae tacito illo fanctoque receffu licerunt jura, quae florenti tunc Siciliae & per liam Graeciae ponerent.* Sanctus ille ac taci t receffus a Druidibus forte mutuo acceptus : c n nempe a Barbaris ad Graecos, teftatur Clemens exandrinus [e], artium fecretiores olim manarint.

Utut fe res habet, conftat hinc liquido vetuftif ios inter gentium philofophos, antiquiffimos in eorum LL. cuftodes fuiffe Druidas. Sint enim t e Pythagorae fchola ad L. fane aut LX. O piadem, Tarquiniorum, fi tu vis, tyrannidem ffentiunt de hac re Plinius, Cicero, Auguftinus febius : nec anfatum prehendam errorem qui n ad Numae aevum trahit) quae CIↃ. CIↃ. . circiter antevertit annos, ifthoc etiam modo eruntur. Auctarium his non pigebit e Con o Celte fubjungere. *Erant fex numero* (lapi is dicit antiquas imagines ad radicis piniferi ontis, Vichtelberg vulgo in vicinia Voitlandiae, Coenobio quodam fibi vifas, quas credit iconice uidas praehibere) *ad fores templi parieti in tae*, VII. *pedum fingulae, nudis pedibus, capita ectae, Graecanico pallio & cucullato, perulaq e, barba ad inguina ufque promiffa, & circa ris fiftulas bifurcata, in manibus liber & ba us Diogenicus, fevera fronte & trifti fupercilio, ipo, & figentes lumina terris* [f]. Quod ut cum quadrat, quae de eorum aureis ornamentis, tinc veftibus, armillis, rafis Britannorum genis, & nto, atque id genus aliis a Caefare & Strabone enfentur, viderint quorum intereft.

Quandoquidem vero initia dedit & incrementa runcce difciplinae Britannia, remque tum Bri nnorum tum Gallorum publicam, mores, lin m, facra, profana, omnia eadem pene aut pa fuiffe jampridem a Guilielmo Camdeno eft ctiffime oftenfum (quem te memorem Cam ne !

In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Luftrabunt convexa, ac dum Cynofura Britannos ;
Semper honos, nomenque tuum, laudefque manebunt.)

& Divitiaco Sueffionum regi magnam Britanniae partem conftat obtemperaffe, huic infulae (ita vero proximat) five a prifcis Gallis communicata, five Britannis accepto lata haec non abs re vifum eft, ut Britannica, obfervare.

IX. *Suos liberos, nifi cum adoleverint* (J. Caefarem legis) *ut munus militiae fuftinere poffint, palam ad fe adire non patiuntur.*

X. *Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex fuis bonis aeftimatione facta cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniae conjunctim ratio habetur, fructufque fervantur ; uter eorum vita fuperarit, ad eum pars utriufque cum fructibus fuperiorum temporum pervenit.*

XI. *Viri in uxores ficuti in liberos vitae necifque habent poteftatem.* Infimulat hinc falfi Juftinianum Bodinus [g], quod patriam praeut Romanis poteftatem aliis non fuiffe adfirmat.

XII. *Cum paterfamilias illuftriore loco natus deceffit, ejus propinqui conveniunt, ut de morte, fi res in fufpicionem venit, de uxoribus in fervilem modum quaeftionem habent, & fi compertum eft igni* (huc juris, quo, in Vulcano facrandis uxoribus quae nefaria fe maritorum caede polluunt fceleftae, nunc utimur, jurifperitiffimus ille vir fummus & digniffimus per univerfam Angliam judiciis privatis praefes D. Edwardus Coke, eq. aur. refert antiquitatem [h]) *atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.*

XIII. *Servi & clientes, quos ab iis dilectos effe conftabat, juftis funeribus confectis una cremabantur.*

XIV. *Sancitum, fi quis de republica a finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magiftratum deferat, neve cum quo aliquo communicet.*

XV. *Magiftratus quae vifa funt occultant, quaeque effe ex ufu judicaverint multitudini produnt.*

XVI. *De repub. nifi per concilium loqui non conceditur.*

XVII. *Armati* (*ita mos gentis erat*, inquit Livius [i], & de Germanis Tacitus) *in concilium venerunt.*

XVIII. *Mos inolevit*, Plutarcho legitur [k], *ut pacis & belli cum foeminis confilia inirent, fi quae quaeftiones cum fociis inciderent, earum arbitrio has committerent.* Idem Cecropiis, priufquam majore foeminarum numero, ut ex Varrone perhibet Auguftinus [l], fuffragante pofthabitus Minervae Neptunus. Apagete Simonides, & quicquid eft veftrum indigniffimi nitidioris fexus maftiges. Expurga, quin obtura os Angerona Eubulo, qui bonarum foeminarum Penelo-

Reuch. lib. 2. de art. Cabaliftic. [b] Lipf. Stoic. phyfiolog. lib. 3. differt. 12. & vide Forcatulum 1. de Gall. imperio. [c] Laert. 8. concors Plutarch. in orat. 2. de efu carnium. [d] Senec. epift. 91. [e] Clem. aftrom. [f] Apud P. Merulam. in nogr. part. 2. lib. 3. [g] Bodin. lib. 1. de repub. cap. 4. [h] In praefat. ad lib. 6. relat. [i] Liv. lib. 21. [k] Plu de virt. mulierum. [l] Auguft. de Civ. Dei, lib. 18. cap. 9.

pem ultra & Alceſtem inficiatur excreſcere calculum [a]. Quam latus Gallarum in ſummis rerum neque immerentium conſiliis, prudentiae, virtuti honos? Quantus etiam & hodie quotannis VIII. id. Maii Aureliis ſtatuae Joannae Darciae Lotharingae ſuper Ligerim fl. erectae? chariſſimam patriam, adepta mirum in modum deſperatis rebus victoria, demeritae [b]. Sexum ſane hunc antiquitas adaeque atque virilem ſtatuit, ut mittam alia, divinum. Cum Jove, Neptuno, Plutone, diis regnabant in coelo, mari, terris, Juno, Salacia, Proſerpina deae. Imo triplici Varronis theologia, deae quam divi plures. *Ipſa quoque & cultu eſt & nomine foemina virtus* [c]. Sed C. Agrippam foemineam declamando praecellentiam non ago: res ipſa nimium loquitur. Quod de Britannis Cornelius Tacitus [d], hoc addo: *ſolitos foeminarum ductu bellare; & ſexum in imperiis non diſcernere.* Queis foeminas jure praeeſſe (κακὰς δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν, ut Euripides [e]) ſunt qui magnopere negant. Caeterum ii maxime, qui Salica, quod aiunt, lege ſubnixi mares tantummodo ſupremi Francorum gubernaculi ſcribunt haereditario capaces, mordicus tenent, & tuentur infeſti & inviſi Anglorum juri. Ab hoc ſtare non modo Pharamundi leges, ſed ipſam naturam; *Eſt*, ait Andegavenſis Bodinus [f], *gynaecocratia naturae legibus inimica, quae viris prudentiam, robur animi, magnitudinem, imperandi vim dedit, foeminis ademit*; atqui, Bodine mi, nonne prudentia, robur, animi magnitudo, & artes imperatoriae minorum regum tutoribus magis profecto quam regibus ipſis, donicum adoleverint, optanda, requirenda? puto hercle. Cur nam ideo Blanchiae hautquaquam extorſit iſta ratio D. Ludovici tutelam? Iſabellae ſub Carolo VI? Catharinae de Medicis, dum cincti diademate pupilli Franciſcus & Carolus fratres? Mariae, regnante jam nunc Ludovico XIII? An ad muliebrem, ut vetuſtiora recolam, caecutiebant naturam Judaei in imperio Deborae Siſera triumphato, & ſacris ſatis laudatae? An Itali in prudentiſſimae Amalaſinctae? Halicarnaſſei in fortiſſimae Artemiſiae? AEgyptii (in iis forum ac negotia foeminae, viri penſa ac domos olim curabant [g]) & AEthiopes in Nicaulae, quam Sophiae cupientiſſimam honorifice excepit ſapientiſſimus poſt homines natos Selomo? An Aſſyrii in magnificae Semiramidis? Maſſagetae in ultricis Tomiris? Palmireni in caſtiſſimae Zenobiae? In aliarum, ne infinitus ſim, praeter Francos (idcirco hos foemineum aſpernatos vult I. Goropius [h] imperium, quod ſub Veſpaſiano Bructerorum res vicinae, dum faſtidioſa illa fatidica Velleda praeerat, minus foeliciter ceſſiſſe conſpexerant) ad unum omnes? Matildae noſtrae bene novi perjuros barones viam ad Anglicanum ſceptrum praeclufuros, turpiter turpe cauſatos *ſi tot nobiles foeminae ſubderentur.* Nec tamen Icenis ab illa, Gildae Leaena, Boodicia, aut a Chartiſmandua Brigantibus contractam legeris turpitudinem; utriſque legeris gloriam & decus. Divam hic foeliciſſimae memoriae, Britanniae delicias, ELIZABETHAM noſtram non meminiſſe non potis es, nec potes magis, quiſquis es, non agnoſce[re] *minime defuiſſe mulieri* (quod de Sexburga C[en]walchii occiduorum Saxonum regis viduata ux[ore] ſcribit Malmesburienſis) [i] *ſpiritus ad obeunda* [reg]*ni munia, ipſa novos exercitus moliri, vete*[res] *tenere in officio, ipſa ſubjectos clementer mode*[ra]*ri, hoſtibus minaciter infremere, prorſus om*[nia] *facere ut nihil praeter ſexum diſcerneres.* C[ui]s de ſummis & vere regiis virtutibus optime cec[init] poeta & caetera longe doctiſſimus vir quant[i] pretii [k].

> *Si quaſdam tacuiſſe velim, quamcunque* [...]
> *cebo*
> *Major erit: primos actus vetereſque* [...]
> *bores*
> *Proſequar? ad ſeſe revocant praeſen*[...]
> *mentem:*
> *Juſtitiam dicam? magis at clemen*[...]
> *ſplendet.*
> *Victrices referam vires? plus vicit inerm*[...]

Quid Germani majores noſtri? ineſſe iis ſanct[um] aliquid ac providum; nec conſilia earum aſper[na]bantur, nec reſponſa negligebant, pleraſque au[ge]ſcente ſuperſtitione arbitrabantur deas. Sic[et] que εἰς γυναῖκας damnatus, qui, neſcio quis ſp[...]cus, militibus eas (Thraſonibus ac Pyrgopolin[ici]bus) in hoc potiſſimum, antiquis non veretur p[...] palare membranis, convenire, *Quod plurimum* [...]*rae corpori & petulantiae jugiter indulgent, q*[...] *nec milites in fallaciis & circumventionibus* [...]*tiores exiſtunt, nec exiſtere conantur, quod m*[...]*tes per intervalla fallunt, foeminae vero co*[nti]*nuis deceptionibus invigilant, amaſios quibus* [...]*terint modis emungent & ſpoliabunt, ſomnicul*[...] *vigiliis attenuabunt,* & id genus aliis diripenti[...] furore Baccharum nequaquam indignis. Impe[ri]um foeminis indulſit Plato [l], haut abſtulit (eſſu[...]unt quicquid politicorum interpretes) Ariſtoteles Nulli praecluſa eſt virtus, omnes admittit. Atq[ue] Hermes ille Ter Maximus [n] in Poimandra, p[...] ſua (& magna certe ea fuit prae quam caligantiu[m] philoſophorum) coeleſtium cognitione, myſticu[m] Ἀρρενόθηλυς menti Deo totius univerſi imper[a]tori adſcribit nomen. Efflictim illae a cunabu[lis] ſupremae fraenos adminiſtrationis nimio, ad hu[...] ſane audiunt modum, amant; & eas quis nor[...] Amatis vero quod exoptatiſſimum, id amant[...] invidere piaculum eſto; & mihi nefas, ut tan[...] humani generis ſolatio, tam dulci labores int[er] aſperrimos vitaeque viciſſitudines delinimento, [...] chariſſimo ſupremae naturae dono ſententia pr[...] viribus non accederem. Sed rurſus ad Caeſar[is] Gallos.

XIX. *Plerique cum aut aere alieno, aut mag*[...]*nitudine tributorum, aut injuria potentiorum pr*[e]*muntur, ſeſe in ſervitutem dicant nobilibus.* [...] *hos eadem omnia ſunt jura, quae dominis* [...] *ſervos.*

Sunt autem & de Britannis ipſis ſignate hae[c] relata.

[a] Athenaeus. [b] Paul. AEmil. hiſt. Franc. 10. CIↃ. CCCC. XXIX. [c] Ovid. de art. amandi 3. [d] Tacit. in v[...] agric. & annal. 14. [e] Euripid. in Medea. [f] Bodin. lib. 6. de repub. cap. 5. [g] Pompon. Mel. lib. 1. cap. [...] [h] Gorop. in Francicis. [i] Malmesb. lib. 1. geſt. reg. cap. 2. [k] Connub. Tam. & Iſis. [l] Plato lib. 5. de repu[...] [m] Ariſt. Poli. 1. cap. ult. [n] Triſmegiſt.

XX. *Utuntu*[r]

XX. *Utuntur nummo aereo, aut annulis* (sub-tuunt nonnulli *laminis*) *ferreis ad certum pon-s examinatis pro nummo.* Verum *nundinas & mmum refutant, dant res & accipiunt*, ait re-ntior Solinus [a]. Simul cum Romanis signandi cuniae morem credit in Cattieuchlanis G. Cam-nus advenisse. Ex Censuali Normanni libro oc de nummis loci opportunum meminisse) ut ud veteres Romanos, ita apud nostros majores cuniam adpensam (quod Gervasio item Tilbu-nsi docetur) animadvertit is, & numeratam. omanis autem vectigalia pensitabant [b]; cusi ad ec, variisque animalium, & satorum percussi mis effodiuntur subinde nummi. Et perve-to legitur chronico Abendonensis monasterii a ssa & Ina regibus fundati, *primis jactis fun-mentis, vetustissimos daemonum ac satyrorum aginibus insculptos inventos fuisse* [c]. Britan-os merito intelligas.

XXI. *Leporem, & gallinam, & anserem gusta-fas non putant: haec tamen alunt animi vo-tatisque causa.* Duntaxat leporem, gallinam, anserem nequeo dicere ob quam rem. Pytha-icum quiddam, & Judaicum video mixtum. mque generatim minime, verum, cum delectu malium esu abstinebat Samius [d].

XXII. *Uxores habent deni duodenique inter se mmunes, & maxime fratres cum fratribus, & entes cum liberis. Sed si qui sunt ex his na-eorum habentur liberi, a quibus primum vir-es quaeque ductae sunt.* Scelus, & confusa nium naturae jura!

Dii meliora piis, erroremque hostibus istum [e]!

Si neque Britannis communitas Platonica plus opprobrii, quam promiscuus ille Thuscis & m: Cecropem (qui διφυὴς dictus) Atticis coitus, Theopompo, Suida, & Athenaeo auctoribus [f]. Qin, ut plurimum, nostros unis taedis scribit in Praeparatione evangelica Eusebius [g] contentos. Num ve male Caesarem intellexerit Chalcondylas qui Cante, & qui excurrunt, annos scriptioni Athe-nis vacans, & ad novissimum seculum prisca for-san nimio oscitanter trahens, *Quando quis* (de Britannis συγγενοῖς, adserere est ausus [h]) *amici domum vocatus ingrediatur, primum cum amici uxore, mos est, concumbat & deinde benigne ho-spitio excipiatur?* An liberrime hospitibus offici-osum (salutis arrhabo) osculum, quod de nostris speciatim sunt qui notant [i], libatum Chalcondy-las lusit offuciis?

Ἔστι δὲ ἐν κενεοῖσι φιλάμασι ἁδέα τέρψις.

Olim Theocritus [k]. Et,

Qui vult cubare pangit saltem suavium.

Plauti servus [l]. Atque ille alter.

Quaero deinde illecebram stupri, principio eam savium posco.

Et,

Et jam illud non placet principium de os-culo [m].

Alcumenae zelotypus Amphitruo. Atque lasci-vo male metuens genio formosi aspernatus est os-culum Agesilaus. Parva, ut inquit ille, leves ca-piunt animos [n]. Novit haec Graecus noster & impudicum illud fortasse ruminatus est:

- - - - - - - - si non & caetera sumpsit
Haec quoque quae sumpsit perdere dignus erat [o].

Quin φιλοστοργότατος J. C. torum Baldus [p] patris sponsionem, admisso ad osculum a filia proco, ha-beri ratam dedit in responsis. Quod tamen ad nos spectare jus, perridiculum esset autumare [q]; ubi non adsuctis columbantes labris Catulliana, & impressa, mollesve morsiunculas, sed levia, ore verecundo, pudica & sororia facile praebibent sa-lutantibus & urbane & puellae, & nuptae. O-missa semper rusticitatis, data raro arguunt impu-dicitiae. Neque sibi obvertunt caperata cornua fronte, aut male metuunt suspicaces ab hoc more (extra quam forte Κεράσβολος quis) mariti. Lu-sciosus forsan haec Chalcondylas per transennam vidit, & errore est abusus, dum nimirum Britan-nos jugali fretos fiducia zelotypis Italis, Venetis, Hispanis, & suis etiam popularibus composuit. Quos tam caute pudicitiae septa, custodes catos, & munimenta (ut plurimum mecastor incassum) tanta sedulitate & dubia fide ponere, mirum, cum velut ab oraculo sint illa, tametsi lascivo:

Quod licet ingratum est, quod non licet acri-us urit.
Ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.
Si qua, metu dempto, casta est, ea denique casta est;
Quae quia non liceat non facit, illa fa-cit.
Qui timet ut sua sit, ne quis sibi subtrahat illam;
Ille Machaonia vix ope sanus erit [r].

Propensam quis ignorat in vetita naturam? & li-cita saepius amittit, qui tentat illicita; quin tu-tior sane liberrimus ille thermarum in Germania Badensium mos, quam ζηλοτυπεῖν.

- - - - - quis non bonus omnia malit
Credere, quam tanto sceleri damnare puel-lam [s]?

Verum τὸ μὴ πάρεργον ἔργον ὡς ποιώμεθα.

Ostendit I. Caesar Britanniam posteris potius quam tradidit: utut Malmesburiensis [t] *in La-tias ab eo jurare leges compulsam* ait; incolis

[a] Solin. Polyhist. cap. 35. [b] V. Plutarch. quaest. centuriat. Rom. 41. [c] Bria. Twin. lib. 2. apolog. Oxon. §. 77. v. Plutarch. Sympos. lib. 4. cap. 5. [d] Laert. lib. 8. Plutarch. sympos. lib. 8. cap. 8. [e] Georgic. 3. [f] Athen. dipnosoph. lib. 12, 13. & Suidas in Κέκροψ. [g] Euseb. lib. 6. praepar. evangelic. [h] Apud. Abrah. Ortelium in Theat. mund. [i] Munster. Boemus &c. [k] Theocrit. Eidyll. 3. & κη. [l] Plaut Curculio. [m] Amphitr. & Casina. [n] Plutarch. de aud. poet. [o] Ovid. de art. amand. 1. [p] Bald. 5. consil. 78. [q] Alber. Gen. de Nupt. 2. cap. 13. [r] Ovid. Amor. 2. eleg. 19. & 3. eleg. 4. & lib. 2. de remed. amoris. [s] Virgil. in Ceiri. [t] Malmesb. de gest. reg. lib. 1. cap. 1.

certe

certe vix minuit (nam impoſita tributa brevi excuſſit defectio) LL. libertatem. Octaviano, Tiberio, & Caligula imppp. eadem ſunt omnimodo uſi, fruiti. Aulus Plautius Praetor Claudii Caeſ. auſpiciis exercitum in Britanniam duxit Ἦσαν δὲ ἄλλοις (incolae, ita Dio [a]) βασιλεῦσι προστεταγμένοι, i. *regibus diverſis ſubjecti.* Caratacum & Togodunum Cunobellini regis filios vicit, tranſmiſit & ipſe in inſulam Claudius, conlatis ſignis dimicavit, victoria potitus Camalodunum Cunobellini regiam coepit, incolis arma ademit, Plautio regendos ſubigendoſque reliquos mandavit, Romam ſe ipſe recepit, ſplendidiſſimo faſtuſque pleno honoratus triumpho. Hic enim is fuit:

Cuique Britanni terga dedere
Ducibus noſtris (Seneca Tragoedus) *ante ignoti*
Juriſque ſui [b] - - - - - -

inſula, magnam partem, in Romanorum poteſtatem, & praeſidialem redacta provinciam, Colonia Camalodunum, authores Tacitus & Dio [c], valida veteranorum manu deducitur in agros captivos, *ſubſidium adverſus rebelles, & imbuendis ſociis ad officia legum.* Priſcus de iſta ſic lapis:

CN. MVNATIVS. M. F.
PAL. AVRELIVS.
BASSVS. PROC.
A V G.
PRAEF. FABRO. PRAEF. COH. III. SAGITARIORVM. PRAEF. COH. ITERVM. II. ASTVRVM. CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIAE. VICTRICENSIS. QVAE. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODVNI [d].

Templum ad haec Claudio, *ara* (ſeu ut placet Lipſio *arra*) *aeternae dominationis* conſtitutum. Sed parum, inquis tu, haec ad rem noſtram; imo maxume, & quae inſtituta, leges, mores, & Romana omnia in Britanniam peregre adferunt. Propter fanum S. Albani in agro Hartfordienſi municipium certe fuit ſedes Caſſibellini Verulamium, & municipes, ex Agellio [e] docemur, fuere cives Romani ex municipiis ſuo jure utentes & legibus, muneris tantum cum pop. Rom. honorarii participes; caeterum Coloniam Camaloduni (Maldon Eſſexiae) habemus quae alia neceſſitudine nixa, ex civitate propagata, jura inſtitutaque omnia pop. Rom. non ſui habuit arbitrii. Sirempſque alibi hac inſula non uno loco. Praebet averſa pars Severi imp. nummi,

COL. EBORACVM. LEG. VI. VICTRIX [f].

& Septimii Getae numiſma altrinſecus,

COL. DIVANA. LEG. XX. VICTRIX.

Ogygiam Divanam (cum Ptolemaei Deunana hac eadem) interpretatur Cornaviorum Ceſtria. Pri[...] dein fragmentum in Bathoniae moenibus porta[...] prope borealem ſaxi ita fert inſcriptio:

[g] DEC. COLONIAE. GLEV. VIXIT. ANN. LXXXVI.

Glevum quae nobis Gloceſtria. Idipſum fo[...] Colceſtriae jus, niſi a Colno ſubterlabente fl. m[...] velis originationem. *Hic denique populus qu[...]* (inquit ad Albinam Seneca [h]) *colonias in omn[...] provincias miſit? ubicunque vicit Romanus h[...]bitat.* Plures ecce provincia Britannica; qu[...]rum aliam, a Britannorum, rempublicam, atq[...] alias leges in ipſa licet conſpicari, quam, e cl. vi[...] antiquitatis callentiſſimo, ac undiquaque lon[...] doctiſſimo & celeberrimo J. Lipſio [i], dabimus, p[...] deductionem, conſtituendi formula. *Ratio [...] modus erat,* ſic ille, *ut agri dividerentur vi[...]tim: idque a* III. *viris, quos graves & prud[...]tes viros huic rei legere ſolebant, qui & ſe[...] agroſque & ipſum oppidum, ſi condendum eſ[...] diſponebant, & jura ac formam novae qu[...] reipublicae dabant. Sic tamen ut omnia Rom[...] & urbem matrem referrent, ipſiſque quoque [...]cis, fora, capitolia, templa, curiae pro illa in[...]gine eſſent, & in gubernatione Duumviri ple[...]que locis quaſi* II. *Conſules, AEdiles item Decuriones pro Senatu;* quae ille. Haut in[...]ria igitur Beatus Gildas; *Non Britannia, ſed [...]mania cenſebatur.* Et antiquum a Joſepho S[...]ligero e ſitu vindicatum carmen [k].

Mars pater, & noſtrae gentis tutela [...]rine,
Et magno poſitus Caeſar uterque polo;
Cernitis ignotos Latia ſub lege Britan[...]
&c.

Imperiale Gynaecium Ventae Belgarum [l] ([...] die Wintoniae) atque id genus quae ſunt [...] miſſa facio.

Veſpaſiano, Tito, & Domitiano Caess. [...]tus agebat hic Taciti ſocer Julius Agricola [m], [...] civiles hortabatur is mores barbaros, uſque a[...] ut habitus Romanorum honor, & frequens [...]ga; atque ut Juvenalis Satyra,

Gallia cauſidicos docuit facunda Bri[...]nos [n].

Redintegrata adfulſit imperante Commodo [...]tannis lux Chriſtiana. Lucius rex Chriſtian[...] primus (habuerunt enim Romani, ut in caet[...] ita in Britannia ſervitutis inſtrumenta & r[...]) procurantibus Fugatio & Damiano obſignatio[...]

[a] Dio hiſt. Rom. lib. 60. [b] Senec in Octav. act. 1. [c] Tacit. lib. 12. ann. Dio lib. 60. hiſt. [d] Camden. & [...] 12. Tacit. num. 75. [e] Agell. lib. 16. cap. 13. [f] Camdenus. [g] Decurioni, [h] Senec. ad Alb. [...] [i] Lipſ. lib. 1. de mag. Rom. cap. 6. [k] Gildas in epiſt. de excid. Brit. [l] Notitia Provinc. ut Imp. [m] Ta[...] Agric. [n] Juvenal. Sat. 6.

regenerat[...]

…nerationis ab Eleutherio P P. feliciter acce… , & ſacras aeternae ſalutis leges [a]. Voluit …petiit etiam profanas :

Juraque ab hac terra caetera terra petet.

Romana cecinit diu antehac Naſo [b]. Eleu…rius autem ; *Petiiſtis*, ita reſcripſit, *a nobis le… Romanas & Caeſaris vobis tranſmitti* [c] ; *…bus in regno Britanniae uti voluiſtis, leges …manas & Caeſaris ſemper reprobare poſſumus, …em Dei nequaquam. Suſcepiſtis enim nuper mi…tione divina in regno Britanniae legem & fi… Chriſti, habetis penes vos in regno utram… paginam ; ex illis Dei gratia per conſili… regni veſtri ſume legem, & per illam, Dei …ientia, veſtram reges Britanniae regnum. Vi…ius vero Dei eſtis in regno.* AEvi injuria …cquid de hoc magni ſplendoris principe ſit …erverſum, fide iſthoc conſtat antiquorum, ger… Paganorum germanas, Daemonumque latriam …i Dei cultui propediem cedere occoepiſſe, pul…que archiflaminibus, III. & XXVIII. flamini…; archiepiſcopos totidem & epiſcopos (archie…copis ſedes Londini, Eboraci, & in urbe Legio…m) ſuccidaneos datos ; queis atque aliis viris …o vacantibus *poſſeſſiones & territoria abun…nter rex conferens chartis & munimentis …nia communivit. Eccleſias vero* (ſic Monu…thenſis & Florilegus) *ita conſtituit eſſe liberas, … quicunque malefactor ad illa confugeret, illae… ab omnibus remaneret.*

Sub Conſtantino Caeſare (cujus ad Britannicum … regium ſanguinem plerique retulere natales [d]) …efuit Britanniae praefectus praet. Galliarum. …nc ille cum caeteris Illyrici, orientis, & Ita… inſtituit : ſub eo vicarius Britanniae (cujus …ignia liber clauſus, & viridi tectus corio) Spec…ilis titulo honoratus. Parebat & huic II. con…ares & III. praeſides (pro quintuplici provin…e ſectione) qui cauſas civiles & criminales au…bant. Atque poſtremam hic de Britannis, ac … Britannia Romanis LL. qua nempe ſuppeditant, …os habeo, ſcriptores columnam figo.

Incurſantibus poſtmodum ad ſeptentrionem, & …ras provincialium cottidie depopulantibus Sco… & Pictis, auxiliares a Romanis implorantur …piae. Romae interea pari infortunio immi…ns Gothorum furor minitabatur ; tota timebat, …mebat Italia. Cujus ad propugnandum liber…em conlatis viribus fuit accinctum pluſquam …vergens imperium. Hac igitur Britannis fruſtra…). Itaque Vortigernus, cui ſumma fuit rerum, …bſidiarios e vicina Germania accivit & pellexit. …d Carpathius leporem. Saxones, Angli, Jutae, …iſones hoc nomine, ſub Theodoſii Junioris …mpora, myoparonibus adpellunt. Soli tandem …lcedine (numeroſa popularium inſequente mi…atione, & circa id tempus fatales fuere per ter…rum pene orbem migrationes) & ſummi im…rii cupidine ducti, icto cum Pictis foedere, fu…ſtum in novitios hoſpites, ſub quis ſtipendia erant meriti, movent bellum : & ut paucis ex…pediam, exutis denique avorum ſedibus Britan…nis, metipſos Angliae (ab illis ſic dictae) evehunt in heptarchiam [e]. Vario tamen nomine, re e…apſe iidem & Saxones. Nomen, tunc tempo…ris in Germania fuſiſſimum, quod non Albi, Rheno, Odera fl. Haſſiae & Thuringiae conti…niis, ac oceano, ut recentioribus geographis, termi…natum, verum & in Cherſoneſum Cimbricam uſ…que erat exporrectum. Maritumos Britanniam adnavigaſſe eſt veri ſimillimum. Primo nimirum Horſam & Hengiſtum e Batavia, comitante Sax…onum caterva ; confluxiſſe dein e Jutia Jutas (vocabulo iſthoc Danos ipſis Saxonici imperii in…cunabulis littora noſtra occupaſſe vincit Janus Dou…za [f] : ex Angela, juxta Camdenum, ſub Flems…burgo urbe Sleſwici Anglos, e Friſia (Procopius eſt auctor [g]) Friſones : univerſos Saxones inju…ria nullus dixeris ; niſi & injurius Fabius Quaeſtor AEthelwerdus ſuae genti [h]. Floruit is D C L. ante annos Ethelulphi regis nepos & ſuis ediſſer…tat verbis *fuiſſe gentem Saxonum in tota mari…tima a Rheno fl. uſque in Doniam urbem quae nunc vulgo* Danmarc *nuncupatur.* Neque enim Danmarciam in contiguis Ultrajectinorum & Am…ſtelianorum territoriis ob anguſtiam tractus fas eſt hic exiſtumare. Quae igitur de Saxonibus pauca Adamus Bremenſis ex Einhardo eſt traloquutus, quippe quorum antiqui noſtri Saxones conjicio par…ticipes, ita ſubdo.

XXIII. *Quatuor differentiis gens illa conſiſtit* [i]. *Nobilium* ſc. *liberorum, libertorumque atque ſer…vorum.* Et Nithardus de ſuo aevo [k] ; in *Ethe…lingos*, i. nobiles, *frilingos*, i. ingenuos, & *laz…zos*, i. ſervos, diſpertivit. *Legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriae ſortis terminos tranſeat, ſed nobilis nobilem ducat, liber liberam, libertus conjungatur libertae, & ſervus ancillae.* Atque in legibus Henrici ducis Saxoniae imp. Electi de Torneamentis : *Quum nobilis aliquis civem duxiſſet uxorem aut ruſticam mulierem, huic interdictus erat ludus iſte uſque in tertiam generationem*, uti fert Seba…ſtianus Munſterus [l]. Vetabant & XII. tab. patri…ciorum cum plebeiis connubia ; quod lege Canu…leia poſt abrogatum. Proportionem enim non arithmeticam, quae conſtat aequalibus, neque a…deo geometricam, quae ſimilibus, ſed, quae con…cinentibus diſſimilibus, muſicam connubiis & po…litici & J. Cti cenſent adhibendam. Plebeia locuples patricio egenti nubat ; pauperem plebe…iam patricius ducat factioſus, & opulentus ; diſſi…militudinem in harmoniam concinnet ex Poro & Penia genitus amor, diſcorſque haec concordia foetibus apta eſt [m]. Nam bene ſibi ſit dota…tum oportet atque Craſſo quam Iro propiorem, qui ob

- - - - - *multas in magnis dotibus*
Incommoditates, ſumptuſque intolerabiles.

indotatam cum Plautino Megadoro uxorem

[a] Platin. in vita Eleutherii. [b] Ovid. I. Faſt. [c] J. Fox. hiſt. eccleſ. lib. I. [d] Zoſim. lib. 2. Notit. Provinc. … imper. lib. I. comm. cap. 5. & lib. 2. comm. Pancirolli cap. 69. [e] Longa eſt injuria longae ambages, ſed ſumma ſequor faſtigia rerum. [f] Douz. Annal. Holland. I. & 6. [g] Procop. lib. 4. bell. Gothic. [h] AEthelward. lib. I. fol. 474. [i] Adam. Bremenſ. … eccleſ. Brem. & Hamburg. cap. 5. ex bibliotheca Hen. Ranzovii. [k] Nithard. lib. 4. [l] Munſter. coſmograph. lib. 3. [m] Plut. in ſympoſ.

adfectat [a]: secundum quod ad Priscum Martialis [b]:

Uxorem quare locupletem ducere nolim
Quaeritis? uxori nubere nolo meae.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito.
Non aliter fiunt foemina virque pares.

Et,

- - - - - - τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα [c].

Caeterum hujus ad imaginem mentis parum nostri fictum est aevi. Cedunt nimium claritudo generis, virtus, venustas & quicquid in Pandora boni, pulchri, saepius opulentiae, & cruminae, ut comici verbo utar [d], aerae pressatae. Atque ut ille Teius [e]:

Γένος οὐδὲν εἰς ἔρωτα,
Σοφίη, τρόπος πατεῖται,
Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.

Adamum repeto.

XXIV. *Ejus gentis cum qua bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum patriis quemque armis committunt, & victoriam hujus vel illius pro judicio habent.*

Hoc ipsum etiam ipse Tacitus, ad quem ab Einhardo ablegamur. De Germanis enim licet doceat ille generatim, absque nihilosecius haesitatione nostri Saxones eorum, quae in de moribus Germanorum traduntur, in hanc insulam quamplurima transvexere. E quibus haec sunto.

XXV. *In conciliis rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate. Si displicuit sententia fremitu aspernantur. Sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare.* Hinc forsitan *Wapentachiorum* vetustum jus.

XXVI. *Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites consilium simul & auctoritas adsunt.* Centuriarum quas adhuc per provincias habet Anglia plane imago.

XXVII. *Nihil publicae neque privatae rei nisi armati agunt, sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus scuto frameaque juvenem ornant: haec apud illos toga, hic primus juventae honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae.* Priscum equites creandi si alias uspiam hic vestigium. De Gallis ferme idem J. Caesar [f]. *Suos liberos nisi cum adoleverint, ut munus militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur.*

XXVIII. *Insignis nobilitas, aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant.* Haec enim debemus, ut philosophus ille [g], virtutibus, ut non praesentes solu[m] sed etiam ablatas e conspectu colamus; & hon[or] liberorum gloria, Selomoni, parentum [h].

XXIX. *Dotem non uxor marito, sed uxo[ri] maritus offert.* Contra quam jus ait Rom[a]num, id etiamnum (ut alibi 𝔐𝔬𝔯𝔤𝔞𝔫𝔤𝔥𝔢𝔟) Angl[is] in usu.

XXX. *Accisis crinibus nudatam adulteram c[o]ram propinquis expellit domo maritus, ac per om[]nem vicum verbere agit.* Gravissimi in septe[n]trionali hoc orbe adulterii olim vindices [i], & l[e]ges ipsis

- - - - - - *Marti Venerique timendae.*

Statuit Canutus [k], uxori quae alium sua tollit ve[c]torem navi, &

Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα [l]:

nasum & auriculas (bene vortat tuis Venus, n[] tenellulis alumnis lubens obscaevo) praecidun[t]. Interminatur, memini, apud Homerum [m] Antino[us] Iro narium, aurium, & genitalium abscission[em] atque illance dat Ulyssi poenam caprarius Mela[n]thius, quod procis locasset operas. Ut deform[] trice naturae hac dignus, nondum satis intellig[]. Illam praecipue partem, ait Heraclides Ponticus legislatores consuesse mutilare quae scelus co[m]misit. Tityi jecur libidinis officinam memorat il[] testem; & alios magis adpositos haut fuerit dif[fi]cile, & pereant partes quae nocuere, canit aliqu[is]. Veruntamen non aures, nequaquam nares Mela[n]thii deliquere, non stupratae uxoris; ut ad ma[ri]tum Martialis caput lepidum:

Quis tibi persuasit nares abscindere mo[e]cho?
Non hac peccatum est parte, marite, tibi [o]

Sed quis non videt, alia foeminae esse nulla pe[r]inde mutilationi obnoxia membra? Praestant a[d] ornatum utraque, nec quae abscissa & majus a[f]ferunt pulchritudini dedecus, & minus simul vi[r]tutem, quam dicunt, animalem malo mactant i[n] toto sunt exteriori microcosmo. Eorum aute[m] libidinem, qui intemeratae pudicitiae, Prema [&] Mutino diis non ita faventibus, vim olim & viti[]um inferebant, mantabat *amissio membrorum, u[t] sit membrum pro membro* (Henricum de Bractona antiquiss. juris nostri scriptorem legis, & cla[m] talionem Anglis fuisse sunt testimonia) *quia virg[o] cum corrumpitur, membrum amittit, & ideo co[r]ruptor puniatur in eo in quo deliquit: oculos ig[i]tur amittat propter aspectum decoris, quo virg[i]nem concupivit, amittat & testiculos qui calore[m] stupri induxerunt* [q]. Olim

Aut linguam aut oculos, & quae tibi mem
bra pudorem
Abstulerant, ferro rapiam [r] - - - -

[a] Plaut. in Aulul. act. 3 [b] Martial. lib. 8. epig. 12. [c] Callimach. epigramm. 1. [d] Plaut. in Asinar. [e] An[a]
creon carm. εἰς ἔρωτα. [f] Caes. lib. 6. de bell. Gall. [g] Senec. de benef. lib. 4. cap. 30. [h] Proverb. xvij. [i] U[]
nunc lex Julia dormis Juvenal. Satyr. [k] Canut. leg. can. 50. [l] Theognes [m] Odyss. 18. & 22. [n] []
A legen's Homenc. [o] Martial. lib. 3. epig. 43. Salve Pudor; absit te violem. [p] Bract. lib. de coron. 3. cap. 28. [q] A[]
18. Edw. III. fol. 20. a. Britton. cap. 25. [r] Metamorph. 7.

Philomela

Philomelae de ſpurciſſimo Tereo Progne, & Plautus in Poenulo. Sy. *Facio quod manifeſto moechi haud ferme ſolent.* Mi. *Quid id eſt?* Sy. *Refero vaſa ſalva.* Galfredum *de Millers* Norfolcienſem & nobilem ob illectam in ſtupri pactum & veneriis vadimoniis convadatam Johannis Britonis filiam, perfidae inſidiis mulierculae ſperatis fraudatum gaudiis, prehenſumque, & hanc luiſſe, & quicquid voluit patris, a tanto dehoneſtamento, furor memini perpeſſum; ſed vero infenſum graviter regem (Hen. III.) exhaeredem feciſſe *Britonem*, relegaſſe, *& voce praeconia juſſiſſe pro lege acclamari, ne praeſumat quis, niſi pro conjuge, adulterum membris mutilare genitalibus* [a]. Atqui recentius iſta, & poſt Normannos, & ab eis; si quod de ſervo & ſervula in Aluredi legibus habetur huc feras [b]. Unde lapſi ſumus iterum ad Tacitum.

XXXI. *Haeredes ſucceſſoreſque ſui cuique liberi: & nullum teſtamentum.* De praediis ruſticis uſque ad avorum memoriam praeterquam in Burgis ſingulari jure utentibus teſtari neque apud nos licuit. *Si liberi non ſunt, proximus*, ait ille, *gradus in poſſeſſione fratres, patrui, avunculi.* Praecluduntur haerediis aſcendentes, & paterni ſanguinis elucet hic dignitas. Jus Anglis jam nunc uſitatum.

XXXII. *Suſcipere inimicitias, ſeu patris, ſeu propinqui quam amicitias neceſſe eſt.* Notae aquilonaribus noſtris capitales inimicitiae, Deadly-feud vocant. *Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero recepitque ſatisfactionem univerſa domus.* Capitum aeſtimatione (pergild dicta) redempta olim homicidia: etiamſi virum primorem, imo ipſum, ut videre eſt in Athelſtani conſtitutionibus, ſi regem quis occidiſſet. Sed boni mores legibus, opinor, praepolluere.

XXXIII. *Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis colono injungit.* Quam in aenigmate magis perſpicuo contueri licet hic feuda ruſtica. Militarium autem, nefas non ſit adſcribere, antiquiſſimas perhibent imagines Dionyſius Halicarnaſſeus in Trojanis & Aboriginibus, Florus in Cimbris, & Lampridius in Alexandro Severo [c]. Hunnis & Longobardis debent ea & ſeptentrionales, & Itali ad recentiorem formulam. Cornelii Taciti quae huc ſpectant haec ſufficiant [d].

Prius quam τὴν πολυθεότητα Saxonum Chriſtiana exterminarat doctrina, fuere iſta omnia. *Ethelbertus* (primus ille, nedum Cantii, praeter Northumbriam totius Angliae rex ſacro fonte ab Auguſtino monacho, Anglorum, ut aiunt, apoſtolo, tinctus) *inter caetera bona quae genti ſuae,* auctorem audis venerabilem Bedam [e], *conſulendo conferebat, etiam decreta illi judiciorum, juxta exempla Romanorum, cum conſilio ſapientum instituit. Quae conſcripta Anglorum ſermone hactenus*, ſic ille, *habentur & obſervantur ab ea. In quibus primitus poſuit qualiter is emendare deberet, qui aliquid rerum vel eccleſiae, vel epiſcopi, vel reliquorum ordinum furto auferret.* Hujuſce poſterorum in legibus, Aluredi (qui ad ſua ex Ethelberti actis excerpſit) & Athelſtani, nummis luunt fures: juxta ac de Germanis Tacitus; *Levioribus delictis, pro modo poenarum, equorum pecorumque* (nam pecoris antiquitus ante aes & argentum ſignatum erat, ut eſt apud Feſtum [f], poena) *numero convicti mulctantur.* Admolientibus autem ſacro manum, praeciſam legimus qua cum furati. Sed fallor? an etiam ſub Saxonico imperio ſacrilegium capite plexum [g]? Suadet G. Malmesburienſis [h] in de geſtis pontificum locus. *Cognomen boni* (Theodredum dicit Londinenſem regnante Athelſtano antiſtitem) *vulgo ſortitum pro praerogativa virtutum uno excidit magis errore quam crimine, quod fures apud S. Edmundum deprehenſos, quos conatibus irritis martyr inviſibili nodo aſtrinxerat* (ſacratas Edmundo aedeis, in agro Suffolcienſi, compilaturi miraculo dicuntur ſperata praeda, tanquam loris irretiti:) *ſeveritati legum addixerat, patibulis adjudicatos.* Minime aliud aevo hoc medio aeſtimet quis patibulum a furca, quae ſuſpenſum & ſtrangulatum exanimat.

XXXIV. *Egbertus occiduorum Saxonum rex quatuor* (Camdeni verbis utor) *regna victoria complexus cum reliqua etiam* II. *ſpe devoraſſet, ut, quae in unius imperium deveniſſent, in unum item nomen coirent, & ſuae gentis memoriam conſervaret heptarchiam quam occuparant Saxones promulgato edicto* Engelond *vocari juſſit.* Joannes Carnotenſis ab Anglorum adventu ſic dictum ſcribit [i]; & ab Hengiſti voce quis alius.

Quamplurimae Inae, Alfredi, Edwardi, Athelſtani, Edmundi, Edgari, Ethelredi, & Canuti Dani regum Saxonico conſcripto idiomate leges in haec uſque tempora aetatem tulere. Canutus enim *Omnes leges ab antiquis regibus* (G. Malmesburienſis adloquitur) *& maxime ab anteceſſore ſuo Ethelredo latas ſub interminatione regiae mulctae perpetuis temporibus obſervari praecepit, in quarum cuſtodiam etiam nunc tempore bonorum, ſub nomine regis Edwardi juratur, non quod ille ſtatuerit, ſed quod obſervaverit.* Edwardi atque etiam cognomento, ob pietatem, confeſſoris lectorum teruntur manibus. Hae ipſae Latinae; illas non ita pridem Latinitate donavit G. Lambardus vir doctus, & antiquitate verſatiſſimus, utraſque e tenebris vocavit in lucem, Saxonicum archetypum, ſuamque e regione verſionem, ex officina Joannis Daii, Londinenſis typographi, Anno CIↃ. D. LXVIII. ſub titulo Archaeonomiae, ſive de priſcis Anglorum legibus libri, in vulgus emiſit. Sua digno ſibi ſit meſſis. Ab hiſtoricis nos nonnulla alia huic operae.

XXXV. *Totius Angliae* (de Aluredo rege ſic ſcribit Ingulphus abbas Croylandenſis) *pagos & provincias in comitatus primus omnium commutavit* [k]. Ante pro numero hydarum regiunculis erat cenſita & diviſa. *Comitatus in centurias*, i. hundredas (paroecias diu antehac Hono-

[a] Matth. Paris. in H. 3. pag. 1000. v. lib. 2. art. 8. [b] Alured. leg. can. 25. [c] Dionyſ. Halicarn. lib. 1. Flor. hiſt. Rom. 3. cap. 3. [d] V. Bodin. de rep. lib. 2. cap. 2. & Franc. Hotoman. Diſp. Feud. cap. 2. [e] Bed. hiſt. eccleſ. lib. 2. cap. 5. [f] Feſt. verb. pecul. & verb. ovibus. [g] V. in leg. cap. 13. [h] Malmesb. de geſt. pontific lib. 1. Ranulph. Higden in Polychronico. [i] Joan. Carnotenſis de nugis curial. lib. 6. cap. 17. Caxt. cap. 96. circumiatum hoc nomine librum perpulchre MS. amicus me uſui meo pro ſua contulit (quam non gratiſſime agnoſcere duco turpiſſimum) humanitate viri genere & ſtudiis nobilis Werinus Townſend e ſociet Linc. [k] Rotulus Wintoniae.

rius archiepiscopus Cantuariensis anno Christi DCXXXVI. disterminarat [a]) *& in decimas*, i. tienthingas *divisit, ut omnis indigena* [b] *legalis in aliqua centuria & decima existeret.* Quisquis nimirum XII. compleverat aetatis annum : *Et si quis suspectus de aliquo latrocinio, per suam centuriam vel decuriam, vel condemnatus, vel invadiatus* (nonnullis mss. *absolutus*) *poenam demeritam vel incurreret, vel vitaret* [c]. Adjicit G. a Malmesburia : *Qui vadem non reperetit, severitatem legum horruit ; si quis reus, vel ante vadationem vel post transfugeret omnes ex centuria & decima regis multam incurrerent.* Origo hic *decennae, friborgi*, forsitan & *manupastus* ; quae tametsi aevo praesenti obsoleta, non confessoris modo legibus, verum etiam in Henrico de Bractona, jurisque nostri annalibus saepissime memorantur [d]. Decenna quid fuerit ipsum ferme vocabulum, & Ingulphus ostendit : Friborgh, sive Borgh, *vadem* Latine dixeris, nam Fri solummodo *liberum* denotat. Hunc qui alterius morum pericula subeundo se praestiterit, cum in suo dictus est habere borgho, reipublicae, si quod admissum facinus, hoc nomine obstrictus. Atque inde est quod nostrates pagani vicinos (inquam adtubernales) Neighbours dicunt, cum tamen τῷ Eburonum Belgii ἐτυμῷ scrutatores *Burgh* (idem etenim Borgh) pro vicino intelligant, idque plane adseveret Pontus Heuterus in aliis originationibus [e]. Manupastus idipsum quod *familia* ; similem plane ad sententiam dominum appellat Julius Pollux Graece τρόφιμον [f]. Et Friborgi, & Manupastus jura tritavorum memoria fuisse Anglis in usu manifestum Curio presbyter Ed. III. regno, quod nempe ex illius fuerat familia sicarius, mulctatur [g]. Et antiquae *de itinere Cancii*, sub Ed. II. schedae hac facem accendunt [h]. *Radulphus molendinarius de* Sandon, *& Rogerus Garcio ejusdem* (impurum nollem, polite, quisquis es riseris sermonem) *Radulphi de Borgh de* [i] Twicham *venerunt noctanter ad molendinum de* Harghes, *& ibidem occiderunt Williehnum molendinarium, & bona & catalla sua asportaverunt, & statim fugerunt, nescitur quo devenerunt, & juratores male credunt ipsos Radulphum & Rogerum de morte praedicti Guilielmi, ideo ipsi exigantur & utlagentur ; nulla habuerunt catalla, sed praedictus Radulphus fuit in Borgh Simonis* Godwin *de* Twicham *qui modo non habet ipsum, ideo in misericordia. Et Rogerus non fuit in Borgh, sed fuit de manupastu Roberti archiepiscopi Cantuariensis, qui obiit : nulla Englesheria presentata, judicium, murdrum super hundredum. Primus inventor & tres vicini obierunt, & Thomas de* Broks *unus vicinorum venit, nec male creditur, & villatae de* Wimesbugewelle *&* Egestoun *non venerunt plene ad inquisitionem coronatoris, ideo in misericordia.* Et eadem tempestate : *Salamon* Reis *de* Ickham *venit ad domum Aliciae, filiae Dionysii de Whenes, & ipsam verberavit & percussit super ventrem cum quodam baculo, ita quod statim obiit. Et praedictus Salamon statim fugit, & juratores male credunt ipsum de morte pra dicta. Ideo exigatur & vtlagetur, nulla habuit catalla, nec fuit in Borgh quia vagans, nulla Englisheria presentata ; judicium murdrum supra hundredum, &c.* Atque ad hanc formulam comitata sunt ista plura. Verum satis sit haec admonuisse adjecto ex Henrico a Bractona : *Si extra Francum plegium fuerit delinquens in aliqua villa receptatus* [k], *erit villata in misericordia, nisi talis sit ille qui fugit, quod in decenna & franco plegio esse non debeat : ut magnates, milites, & eorum parentes* (filii primogeniti, in annalibus juridicis Ed. I. & foeminas complectare tu [l]) *clericus, liber homo* (vereor hoc irreptasse) *& hujusmodi secundum consuetudinem patriae, & quo casu tenebitur ille in quibusdam partibus, de cujus fuerint familia & manupastu & pro eis respondebit nisi consuetudo patriae aliud inducat quod pro manupastu suo non debet respondere sicut in com Hertford. ubi non respondet qui pro manupastu suo pro aliquo delicto, nisi redierit post feloniam, vel post delictum eum receptaverit, ut de itinere* M. *de Pateshull in com. Hertford. anno reg. H.* V. Restant partim na ista in decuriis nostris & centuriis hactenus neu tiquam omnino antiquata.

XXXVI. *Praefectos provinciarum, qui ante vicedomini* (ad Ingulphum reversus es & Alur dum) *in duo officia divisit, i. in judices quo nunc justiciarios vocamus, & in vicecomite qui adhuc idem nomen retinent.* Facessat erg Polydorus Urbinas, qui primos a Normanno p tit vicecomites.

XXXVII. Hortatus est regem Joannes Scot Erigena, ad imbuendos bonis literis subditos, quod in rem musarum esset conducibile ex dicto satageret. *Universis dein liberis homin bus totius regni, qui ad minus* II. *hydas terra possedissent firmiter praecepit, ut liberos suos u que ad spatium* XV. *annorum aetatis suae habean & teneant ad literarum eruditionem ipsosq interim diligenter instruant, ut Deum agno cant* [m]. Hyda, semel ut adnotem, & aratru (i. quantum terrae uno quotannis bene verti p test & excoli aratro) Huntingdoniensi, Matthae Paris, Thomae Walsinghamio, atque explicate i pervetusta Dunstani charta leguntur synonym. Etsi C. jugeribus atque alias alii hydam circun scribunt ; accipe, si mavelis, quantum quis ta rino posset circundare tergo ; sunt qui hoc nc nolunt.

XXXVIII. Arbitrum egit bibendi & modimp ratorem *Edgarus. Clavos argenteos* (ita Malm buriensis) *vel aureos vasis affigi jussit, ut du metam suam quisque cognosceret, non plus su serviente verecundia, vel ipse appeteret vel lium appetere cogeret.* Sola haec & unica l ante prima sub Jacobo rege ordinum comitia, eos qui Συμποσιῶν ναῦται καὶ κυλίκων ἐρέται, geniis indulgendo & alienae (Nestoris haurien annos Annam quasi Perennam inter celebrandu) libant saluti, & suam laedunt & publicam.

[a] Hist. Cantuariensis. [b] Inlanghe. [c] Canut. leg. 16. [d] Leg. Edw. Confess. cap. 20. Bract. lib. 3. Bract. c coron. cap. 10. [e] Pont. Heut. lib. 1. vet. Belg. cap. 12. [f] Jul Pollux, lib. 3. cap. 8. [g] 3. Ed. I. [h] Itin-North. tit. Coron. 293. 6 Ed. II. Itin. Canc. [i] Tincham forte. [k] Bract. lib. de corona, cap. 10. [l] An. 21. E I. [m] Alured. Rivallens. ap. Twin. apolog. ant. Oxon. lib. 2. §. 207. [n] Dionysius AEneus.

XXX

XXXIX. *Nulla electio praelatorum* (rurfus In-lphi verba) *erat mere libera & canonica, sed nes dignitates tam epifcoporum quam abbatum annulum & baculum regis curia pro fua com-centia conferebat.* Penes clericos & mona-os erat electio, fed electum a rege (Edmundus fub Ethelredo Lindiffarnenfis creatus epifco-s) poftulabant. Et Edgarus in diplomate coe-bio Glafconienfi configuato *fibi fuifque hae-libus tribuendi fratri electo baculum paftora-n retinuit* [a].

XL. Quotquot *Canutus* rex *in Anglia fecum inebat* (Danis fcilicet, nam & horum mani-s verfabatur regni Anglorum fcipio) *firmam cem per omnia conceffum eft, haberent* [b], *ita od fi quis Anglorum aliquem hominum quos um rex adduxerat, interficeret, fi fe fuper hoc fendere non poffet judicio Dei fc. aqua & rro, fieret de eo juftitia, fi autem confu-ret & capi non poffet, folverentur pro eo* LXVI. *rcae: & colligebantur in villa ubi quis effet erfectus, & ideo quia interfectorem non habue-nt, & fi in tali villa pro paupertate colligi non fent, colligerentur in hundredo in thefauro re-deponendae.* Ad hunc modum Henricus de ctona qui in de parricidio inquifitionibus glifheriam hinc fcribit inoleviffe.

XLI. *Chirographa ufque ad Edwardi Confeff. tpora fidelium praefentium fubfcriptionibus* (Ar-rianorum Britonum feculo idem; uti ex an-tiquiffimo Landavenfis ecclefiae libro ait Jo. Pri-fus [c]) *cum crucibus aureis aliifque facris fig-nulis firma fuerunt* [d].

XLII. *Haraldus legem ftatuit, ut quicunque llerum citra terminum quem eis praefcripfit fam fcilicet Offae, cum telo inveniretur, ei ab cialibus regiis manus dextra praecideretur.* Fam hanc ad disjungendos a fuis Anglis Bri-tnos Offam Merciorum regem a Devae fl. oftio ue ad Vagae per LXXX. plus minus mille paf-fi duxiffe ait chorographus ille nofter [e].

Regiae confortis, rege tametfi non auctore, do-niones, contra quod alius nuptae, ratas habuit, jus Romanum, & hoc aevum: quod ex Athelfwithae Burghredi regis Merciorum uxoris dilomate Cuthwulfo, anno D.CCC.LXVIII. do, apud D. Ed. Coke, eq. aur. qui fummam a rivatis praeturam gerit jamdudum eft demon-ftatum [f]; ubi & prifca Ethelredi rege charta fonum (qui nempe rapinis fe immifcent & la-trciniis) haeredia in commiffum cecidiffe jureque d incta fifcali comprobat [g]. Chirographorum, que dominii (litium pabuli) hinc inde vehicula, cum jam meminerimus, de eis infuper ad rem aue a Saxonibus libet & ifta adnotare. Ut pra frequentiffimas effe, quibus optimo poffi-dda jure donantur praedia, *exceptis* tamen ple-rnque *iftis tribus, expeditione, pontis, arcifve ftructione* (*trinodae neceffitatis* vocabulo, in ufto qui conceffit Wilfrido Selefeienfi apud trales Saxones primo epifcopo Cedwalla rex. Paganham in agro Suffexienfi villam notis [h]) & rariffime eos quibus dabantur hoc nomine fo-lutos. Nam in Ethelulphi, quamlibet *libera fit ecclefia* concedatur, *omnium rerum pro remiffione animarum & peccatorum noftrorum ad ferviendum* (Ingulphus adfatur) *Deo foli, fine expeditione, & pontis extructione, & arcis munitione* [i], ut di-vinis nimirum omnimodo clerus vacaret; atta-men in publica illa, regnante Hen. III. (de an-tiquo ecclefiae Anglicanae ftatu, libertate, regi-mine, pontificiifque in horas exactionibus, & graf-fantibus magno reipublicae incommodo hirudi-nibus, agyrtis, exlecebrifque Romanenfibus) or-dinum deliberatione, ab immunitate ftabant fane ecclefiaftica, & teftes laudabant inftrumenta re-gum, qui nihilofecius in libertatem haut ita pro-penfi, *Quin tria* (uti auctor eft Matthaeus Paris [k]) *fibi femper refervarent propter publicam regni utilitatem, viz. expeditionem, pontis, & arcis reparationes vel refectiones, ut per ea refifterent hoftium incurfibus*; & Ethelbaldus: *Concedo ut omnia monafteria & ecclefiae regni mei a publi-cis vectigalibus, operibus, & oneribus abfolvan-tur, nifi inftructionibus arcium vel pontium quae non poffunt ulli laxari* [l]. Taceo Ethelredum XII. forfan (minime vero XV. qua in re hallucinatus quidam [m]) regni fui annum III. Olympiadis vo-camine Hellenicae ad morem fupputationis con-fignaffe; atque id genus alia, quae pro amanu-enfium actuariorumque phantafia faepius ufurpa-ta. Caeterum extrema quibus claufa funt diplo-mata nec contemnenda. Ea in Cedwallae auftra-lium Saxonum R. Theodoro Cantuarienfi praefuli DC.LXXXVII. obfignato fic fe produnt: *Ad cumulum confirmationis ego Cedwalla cefpitem praedictae terrae fuper fanctum altare Salvatoris pofui & propria manu pro ignorantia literarum fignum S. Crucis expreffi & fubfcripfi* [n]. De Withredo & terrae cefpite in Cantio idem Cam-denus: *& fuum fuper altare S. Petri apoftoli* Ethelulphus chirographum dicitur *obtuliffe*. Co-ronidis vice neque eft cur non fubjiciam poetae vetufti numeros, queis Ethelbaldi Merciorum re-gis Cenulpho Croylandenfi abbati fundationis in-ftrumentum amplexus cecinit, clam Apolli-ne [o]:

Iftum Kenulphum fi quis vexaverit Anglus
Rex condemno mihi cuncta catella fua.
Inde meis monachis de damnis omnibus ultra
Ufque fatisfaciat carcere claufus erit.
Adfunt ante Deum teftes hujus dationis
Anglorum proceres pontificefque mei.
Sanctus [p] *Guthlacus confeffor & anacho-rita*
Hic jacet, in cujus auribus ifta loquor.
Oret pro nobis fanctiffimus ifte facerdos;
Ad tumbam cujus, haec mea dona dedi.

Suas illi his donationes, his nos Saxones ad Nor-mannos tranfmigraturi terminabimus.

[a] Malmesb. lib. 3. de pontificibus. & de geft. reg. 2. [b] Bract. lib. 3. tract. de corona, cap. 15. [c] Jo. Prif. defenf. hift. Brit. [d] Ingulphus. [e] Camdenus e Sarisburienf. [f] C. de donat. inter. virum & uxor. lib. 26. [g] In epift. ad lib. 6. relat. [h] A. CH. DCLXXX. [i] Ingulph. [k] Matth. Paris hift. major, pag. 838. [l] Ingulphus. [m] Raph. Holinfhed. in Hen. VII. [n] Chart. archiep. C. v Chart. Edw. Confeff. Anglicanis rhythmis confectam apud Camd. in Effexia. [o] Ingulphus. [p] Numen tutelare Coenobii Croylandenfis.

Jani

ANGLORUM.

Liber Secundus.

OBTENSO & jure ſanguinis (etenim Emma Edwardi confeſſoris mater Richardi primi Normannorum ducis erat filia) & ſimul adoptivo, Martiſque alea devicto Haraldo Godwini comitis Cantii filio, amplam Guilielmus dux Normanniae crevit haereditatem, & occupavit ſuprema per Angliam gubernacula. Inauguratus *Commilitonibus terras Anglorum, & poſſeſſiones affluentiori manu contulit*; *illud parvum quod remanſerat* (ita Matthaeus Paris) *ſub jugo poſuit perpetuae ſervitutis.* Ex quo cis Normannorum adventum praeter ipſum regem non fuit in Anglia is, qui allodii, ut loquuntur, jure fundum poſſederit; cum ſcilicet aliis ad unum omnes fiduciarios probe dixeris dominos, ſuperiorem inveſtiturae auctorem, interpoſita fide, perpetuo agnoſcentes. *Epiſcopatus & abbatias omnes* (auctor eſt quem dixi Matthaeus) *quae baronias tenebant, & eatenus ab omni ſervitute ſeculari libertatem habuerant, ſub ſervitute ſtatuit militari, inrotulans ſingulos epiſcopatus & abbatias pro voluntate ſua, quot milites ſibi, & ſucceſſoribus ſuis hoſtilitatis tempore voluit a ſingulis exhiberi.* Agraria ad eam formulam lege lata, *Decrevit ſubjectum ſibi populum* (copiam facit Gervaſius Tilburienſis [a]) *juri ſcripto legibuſque ſubjicere*; *propoſitis etiam legibus Anglicanis, ſecundum tripartitam earundem diſtinctionem, hoc eſt Merchenlage* (i. Merciorum lex: huic parebant comitatus Gloceſtria, Wigornia, Herefordia, Warwicus, Oxonia, Ceſtria, Salopia, & Staffordia) *Danlage* (i. lex Danorum, cujus ſequebantur nutum Eboracenſis, Darbia, Nottinghamia, Leiceſtria, Lincolnia, Northamptonia, Bedfordia, Buchinghamia, Hertfordia, Eſſexia, Middleſexia, Norfolcia, Suffolcia, Cantabrigia, Huntingdonia) *Weſtſaxenlage* (i. occiduorum lex Saxonum, ad quam reliquum quicquid erat e XXXII, quot ſolummodo Ethelredo habet Malmesburienſis, attinebat, nempe Cantium, Suſſexia, Surreia, Bercheria, Southamptonia, Wintonia, Somerſetia, Dorſetia, & Devonia) *quaſdam reprobavit, quaſdam autem approbans illis tranſmarinas Neuſtriae* (Normanniae; quam Neuſtriam corrupte pro Weſtricha, occidentaliore utpote Francorum regno, & Rolloni a Carolo ſimplici in Gillae filiae dotem conceſſo antiquitus ferebant) *quae ad regni pacem efficaciſſime tuendam videbantur, adjecit.* Haec ille a Tilburia. Verum minime apud ſcriptores rarum, victorem Guilielmum quaſi puram putam novam undiquaque LL. induxiſſe faciem comminiſci. AEdepol in confeſſo oportet eſſe, ſanxiſſe eum nonnullas (pars in Lambardi Archaeonomia, pars hic ſubnexa) ſed ita demum ut ab Anglis, potius quam Normannis, ſuam ſortiantur denominationem; probe tametſi dixeris everſum, ſecundum quod diſputant juriſconſulti, Anglicum imperium. Adfectaſſe potiſſimum Danorum leges (eae a Norwegienſium, quos avito Guilielmus ſanguine contingebat, nequaquam ita diſſimiles) lego Rogeri de Hoveden Annalibus. Imperaturum atque ſe his palam profeſſum: *Quo audito, mo universae compatriotae, qui leges edixerant, triſtes effecti, unanimiter deprecati ſunt, quatenu permitteret leges ſibi proprias, & conſuetudine antiquas habere: in quibus vixerant patres, & ipſi in eis nati & nutriti ſunt, quia durum valde ſibi foret, ſuſcipere leges ignotas, & judicar de eis, quas neſciebant. Rege vero ad flecten dum ingrato exiſtente, tandem eum proſecuti ſun*

[a] Gervaſius Tilb. de Scacc. cap. 32.

deprecante

[d]eprecantes, quatenus pro anima regis Edwardi, [q]ui ei post diem suam concesserat coronam & regnum, & cujus erant leges nec aliorum extraneorum, exaudiendo concederet sub legibus perseverare patriis. Unde concilio habito precatui baronum tandem adquievit. Ex illo ergo die visa auctoritate veneratae per universam Angliam, corroboratae, & observatae sunt, prae caeteris patriae legibus, leges Edwardi regis, quae prius inventae & constitutae in tempore Adgari avi sui. [E]t quid ergo? Omnia num sub Guilielmo nova? [E]t potis es non credere? Croylandensis abbas: Attuli mecum de Londoniis meum in monasterium leges aequissimi regis Edwardi, quas D. meus inclytus R. Guilielmus authenticas esse, & perpetuas, per totum regnum Angliae inviolabiliter tenendas, sub poenis gravissimis proclamarat, & suis justitiariis commendarat, eodem idiomate quo editae sunt. Et in vita Fretherici abbatis S. Albani: Post multas disceptationes praesente archiepiscopo Lanfranco (Berkhamstediae agri Hartfordiensis[a]) rex pro bono pacis juravit super omnes reliquias ecclesiae S. Albani, tactis sacrosanctis Evangeliis, ministrante juramentum abbate Fretherico, bonas & adprobatas antiquas regni leges, quas sancti & pii Angliae reges, ejus antecessores, & maxime R. Edwardus statuit, inviolabiliter observare. Magis autem [m]irere, quod praefatiuncula ad Normannicas consuetudines Guilielmus le Rouille Alenconiensis: Cujusce consuetudinis latorem sive datorem, S. Edwardum Angliae R. testatur vulgaris illa Cronica, quae Cronica cronicorum intitulatur: ubi [de] Guilielmo bastardo Normanniae duce alias Anglorum rege loquitur, dicens, quod, cum praedictus S. Edwardus ex se liberos haeredes nullos haberet, Guilielmum regni haeredem instituit, [q]ui devicto & mortuo Haraldo regni usurpatore [h]ac conditione regno libere potitus est, ut scilicet [le]ges prius a praefato Edwardo latas servaret, [q]ui quidem Edwardus leges etiam Normannis [de]derat, etiam cum Normannia diu fuisset enutritus[b]. Ubi tandem idcirco novatio? sed no[va]tionem proculdubio juxta Tilburiensem fuisse [ce]nsendum, ratihabitioni admixtam, & cum panegyrico hic vere nimium proloquare:

Firmatur senium juris, priscamque resumunt
Canitiem leges, emendanturque vetustae,
Acceduntque novae[c]. - - - - - - - -

[Ha]sce, cum aliis, quae merito hoc loci expectantur, en tibi communicatas.

I. *Fecit describi omnem Angliam* (turba monachorum aeque hic pollent, sed Florentium Vigorniensem adhibemus nunc testem) *quantum terrae quisque baronum suorum possidebat, quot feudatos milites, quot carucas, quot villanos, quot animalia, imo quantum vivae pecuniae quisque possidebat in omni regno suo, a maximo usque ad minimum, & quantum redditus quaeque possessio reddere poterat.* Breviarium isthoc imperii in arc[hi]va relatum, *pro sua generalitate omnia tenementa totius terrae integre continente,* Domesday, judicii, quasi tu dicas, dies, vocitatum. *Ob hoc*, inquit Tilburiensis, *nos eundem librum judiciarium nominamus, non quod in eo de propositis aliquibus dubiis feratur sententia, sed quod a praedicto judicio non licet ulla ratione discedere.* Accedat, lector, si fastidienti tibi stomacho non adversetur, prae vetustate mihi non contemnendi Roberti Glocestrensis poetae historici de hoc libro cascus hic, & a delicatulis nostratium Parnassiis alienus rhythmus.

The K. W. bo? to wite the worth of his londe
Let enqueri streitliche thoru al Engelonde,
How moni plou lond, and how moni hiden also
Were in everich sire, and wat hij were wurth yereto:
And the rents of each toun, & of the waters echone,
That wurth, and of woods eke, that there ne bileued none,
But that he wist wat hii were wurth of al Engelonde;
And wite al clene that wurth thereof ich understond
And let it write clene inou, and that scrit dude iwis
In the tresorie at Westminster there it put is.
So that ure kings suth, when hii ransome toke
And redy wat folc might give, hii fond there in yor boke.

Prae succrescente in dies idiomatis Anglici politura sat rude hoc est, & plane sordet. Caeterum nec simus immemores, etiam ipsa dolata λογοδαιδάλων artificia accuratioribus, quae nondum venere, seculis eandem notam, & par infortunium forte subitura, &

Multa renascentur quae jam cecidere, cadentque,
Quae nunc sunt in honore; - - - - - -

uti ille Venusinus[d].

II. *Chirographa chartas vocabant Normanni*, (ex Ingulpho loquor) *& chartarum firmitatem, cum cerea impressione, per uniuscujusque speciale sigillum, sub instillatione* III. *vel* IV. *testium astantium, conficere constituebant.* At Edwardo confessori suum fuit sigillum, licet etiam a Normannia. Namque sub eo, *Normannicis introductis, Anglicos ritus dimittere, & Francorum mores in multis imitari, Gallicum idioma omnes magnates in suis curiis, tanquam magnum gentilitium, loqui, chartas & chirographa sua more Francorum conficere, & propriam consuetudinem in his & aliis multi erubescere* occoeperunt Angli, ut idem scriptor. Quin si, Lelando oculato credendum testi, fuit & suum magno illi Arthuro; quod se utique in ecclesia Westmonasteriensi hac

[a] Camdenus. [b] Guil. le Rouille. Alenconien. [c] Claudian. in 4. conf. Honorii. [d] Horat. Art

vidisse

vidiffe inquit infcriptione. PATRITIVS ARTHVRIVS, BRITANNIAE, GALLIAE, GERMANIAE, DACIAE, IMPERATOR. Sed a Normannis extra controverfiam Saxones accepiffe. Indubitatam conciliant fidem crucibus fignata & teftium fubfcripta nominibus diplomata cereo effe primum Henricum belloclericum, auctor eft J. Roffus, ufum ; Matthaeus Cantuarienfis primum Edwardum primo diplomatis adpendiffe, cum nimirum deceffores finiftro lateri adfigerent [a]. Hujufmodi Henrici I. in Anfelmi gratiam memorat is fyngraphum ; hujufmodi & Brianus Tuinus [b] in fua, pro inclytiffimae Oxonienfis academiae (Mufaei & ἱεράσματος Angliae, fummeque mihi aeternum venerandae matris) antiquitate, apologia confpexiffe fe ait, in honoratiffimi D. Lumlaei bibliotheca, Guilielmi Normannorum ducis breviffimum ac minutiffimum. Atqui de cereo primo, & prima adfixione credat Judaeus apella. Francorum cerea innumera procerum (de cereis ut quid dicam) aurea regum (annorum nempe qui DC. & DCC. intercedunt) habentur formata ad fcuta gentilitia, in exemplaribus, quae Francifcus de Rofieres primo tomo Stemmaton ducum Lotharingiae eft praefatus. Neque quod ita prifce eis erat in ufu, Normannis potuit non effe. Liceat ex antiquo Abendonienfi regefto adjicere. *Defcriptum quoddam Richardus comes Ceftrenfis* (floruit fub Hen. I.) *figillo matris Ermentrudis fignare conftituit, cum (nondum enim militari balteo cinctus erat) literae quaelibet ab eo directae materno figillo includebantur* [c]. Aft quid audio? An equeftri dignitati fingulare fuit aureorum, ut olim Romae, annulorum jus [d]? nam annuli figillis potiffimum (uti ex Ateio Capitone fertur) deftinati & infculpti ; dicat, qui noverit omnia, Phoebus. Etenim ferrei fervis (ait fane J. Lipfius & ab erutis in Batavia notat) & e vulgo militibus fignatorii, five ut Fl. Vopifci [e] verbo utar, figillaricii & plebeis patribus familiarum fuere cum adjuncta clavi ad penum & utenfilia obfignanda. At de prifco aevo ille Ateius, *Nec plus habere quam unum licebat* (annulum inquit) *nec cuiquam nifi liberis quos folos fides deceret, quae fignaculo continetur* ; *ideo jus annulorum famuli non habebant.* Ad nos me recipio.

III. *Conferebantur primo multa praedia nudo verbo, abfque fcripto, vel charta, tantum cum domini gladio, vel galea, vel cornu, vel cratera, & plurima tenementa cum calcari, cum ftrigili, cum arcu, & nonnulla cum fagitta* ; *fed haec initio regni Normannici* ; *pofterioribus annis immutatus eft ifte modus* ; ut Ingulphus. Et Normannicum haec ante imperium. Edgari lituus dimidiatim fectus, & monafterio Glafconienfi *ad donationis teftimonium datus* fiet & hic teftimonium. Atque antiquarius nofter : 𝔓𝔲𝔰𝔢𝔶 (Berchérienfis agri) *illi, qui de* 𝔓𝔲𝔰𝔢𝔶 *nominati, adhuc tenent per cornu majoribus olim a rege Canuto Danico donatum* [f]. Vetus juxta item liber : *Ulphus Toraldi filius Eboracum divertit* [g], *& cornu quo bibere confuevit, vino replevit, & coram altari Deo, & B. Petro apoftolorum principi omnes terras, & reditus flexis genibus propinavit.* Quod cornu, ait Camdenus, ad patrum ufque memoriam refervatum fuiffe accepimus. Quam facilis & apicibus juris foluta, videre eft, dominii fuit tranflatio, fimul & a perplexantium captiofa malitia, turgefcentibufque membranarum fafcibus & polyptychis libera. Sed nimis ille, Hegefandri utar licet verbo, Συλλαβοπιθωσιλαβήτης etiam eo aevo Godwinus Cantii comes & quam rota, ut inquit Comicus, figularis verfutior ; da mihi (archiepifco ait Cantuarienfi) 𝔅𝔬𝔰𝔥𝔞𝔪 : *archiepifcopus admirans quid fibi quaeftione petiit, ait Do tibi* 𝔅𝔬𝔰𝔥𝔞𝔪 [h]. Fiducia doli continuo praedium archiepifc. eo vocabulo in maritumis Suffexiae, velut haereditatem fine facris, adiit, & *Cum teftimonio fuorum, donatorem laudavit archiepifcopum coram rege, poffeditque pacifice* [i]. Olent (quae fupra) feudorum apud Obertum de Orto inveftituram, folenni vero in transferendo dominio ritui quo vivus cefpes, crefcentifve al antiquo jam nunc exigitur arboris ramufculus quam difparia.

IV. *Anglorum idioma tantum* (rurfum abbas Croylandenfis) *abhorrebant, quod leges terrae ftatutaque Anglicorum regum Gallica lingua tractarentur.* Ufque enim ad XXXVI. A. Ed III. forenfia negotia difputabantur Gallice [k]. *Pueris etiam in fcholis principia literarum Grammatica Gallice, ac non Anglice traderentur Modus etiam fcribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in chartis, & in libris omnibus admitteretur.* Tantum hercle erat Gallici ignarum effe fermonis, ut Ulftanus Vigornienfis praeful, imperante Guilielmo Rufo, hoc maxime nomine indignus, fua fpoliatus fit dignitate, caeteris fatis, ad aetatis illius ἀφέλειαν, doctus [l]. De Gallico charactere ita, quem laudavi, abbas : *Manus Saxonica ab omnibus Saxonibus, & Merciis ufque ad tempus regis Alfredi, qui per Gallicanos doctores omnibus literis apprime inftructus erat in omnibus chirographis ufitata a tempore domini regis dicti defuetudine viluerat, & manus Gallicana, quia magis legibilis, & afpectu perdelectabilis praecellebat, frequentius indies apud omnes Anglos complacebat.* Veruntamen uti res erat, habitas effe patrum memoria, idque veteri inftituto, lectiones Anglo Saxonicae linguae in Taviftocienfi coenobio Devoniae traditur.

V. Ne turbarent novum regnum nocturni tumultus, ftatuit, ut ad nolae fonitum, lumina atque ignium fulgores quolibet in tuguriolo paulo poft crepufcula difparerent [m].

VI. *Cervum aprum* (fic Huntingdonienfis, fi forte *caprum*) *vel capreolum capienti oculi eruebantur.* Matthaeus Paris.

VII. *Si aliquis quempiam quacunque de caufa peremiffet, capitali* (fcribit Huntingdonienfis) *fententiae fubjacebat.*

VIII. *Si aliquam* (ita lego, non *aliquem,* in vulgatis) *vi oppreffiffet, genitalibus privabatur armis.* Vi? Certe fic eft, & mutui amplex

[a] Matth. Cantuar. in Antiq Eccl'ef. Britan. [b] Tuin apol. ant. Oxon. lib. 1. §. 81. [c] Camden. in Ord. Angl. [d] Macrob. fatu lib. 7. cap. 13. [e] Vopifc. in Aurelia. Lipf. ad 2. annal. Tacit. num. 4. [f] Malmesb. lib. 2. cap. 8. [g] A. CH. DCCLXX [h] Guil. Mapaeus. Camdenus. [i] Lib. feud. 2. tit. 2. [k] Stat. 36. Edw. III. cap. 15. [l] Matth. Paris. [m] Polydor. 𝔆𝔬𝔲𝔢𝔯𝔣𝔢𝔲.

adult

alter nihilominus hanc forsan dabat ; atque J. Ctiss. Albericum Gentilem [a], hic volo audi. *Illud dico, injuriam viro factam majorem, non per vim rapta fuit, at volens est correpta ; quoniam animus alienus viro redditus est, illic non est.* V. lib. I. art. XXIX.

Primos jam inducit Polydorus vicecomites officiarios, & XII-viralis judicii incunabula, lapsus in utroque. Hoc vincit Ethelredi lex Lambardi corum in explicationibus, & quae a cl. v. D. Edwardo Coke, eq. aur. decretoria feruntur ia. Illud quod ex Ingulpho superius, & alii sumus inferius adnotaturi. Postulatus in Areopago Mars caedis Hallirothii Neptuni F. (ob stupratam Alcippam filiam necuerat) judicantibus XII. Diis, sex est sententiis (nam in pari numero damnatio postponebatur) absolutus [b]. Ad antiquiss. videlicet alibi, quam apud nostros, XII-mi in judiciis numeri usum, addo. Bene potuit in Anglia errare Italus : at cujus haec dari fide nolle indignere.

X. *Constituit ut quater quotannis in multos dies conventus [c] celebrarentur eo loci quo ipse fieri juberet : quibus in conventibus judices sedibus discreti forum agerent, jusque populo dicerent.*

X. *Alios instituit judices, qui sine provocatione jurisdictionem ac judicia exercerent, a quibus uti a sinu principis, cuncti litigatores eo confluentes jura peterent, & ad eos suas controversias referrent.*

XI. *Praefectos alios constituit, qui maleficia vindicanda curarent : hos justiciarios pacis [d] nuncupavit.* Quod citerioris aevi nomen esse eo certius jure autumaris : & liberant scriptores exterum data hospitibus (quippe adversum quos pariter agere plane barbarum) jura, ne illius gentis Anglicanae historia gravius imputentur errores.

XII. *In primitivo regni statu post conquisitionem* (a patribus traditum ait in Scaccarii dialogo Gervasius Tilburiensis) *regibus de fundis suis non auri vel argenti pondera, sed sola victualia solvebantur. Ex quibus in usus quotidianos domus regiae necessaria ministrabantur : & noverat, qui ad hoc deputati fuerant, quantum in singulis fundis proveniebat. Caeterum ad stipendia, vel donativa militum, & ad alia necessaria de placitis regni, vel conventionibus, & etiam ex civitatibus vel castellis, a quibus agricultura non exercebatur, pecunia numerata succedebat. Toto igitur Willielmi primi tempore perseveravit haec institutio, usque ad tempora regis Henrici F. ejus, adeo ut viderim ego ipse* (Gervasius regnante floruit Henrico II.) *quosdam, victualia, statutis temporibus, de fundis regiis ad curiam deferebant. Certum quoque habebant officiales domus regiae, a quibus comitatibus triticum, a quibus diversae species carnium & equorum pabula debebantur. His vero solutis secundum constitutum modum cujusque rei, officiales computabant vicecomitibus redigentes in summam denariorum : pro mensura scilicet tritici ad panem C. hominum solidum I. pro corpore bovis pascualis solidum I. pro ariete vel ove IV. denarios ; pro prebenda XX. equorum similiter IV. denarios. Succedente vero tempore, cum idem rex, in transmarinis & remotis partibus, sedandis tumultibus bellicis operam daret, contigit, ut foret sibi summe necessaria, ad haec explenda, numerata pecunia. Confluebat interea ad regis curiam querula multitudo colonorum, vel quod gravius sibi videbatur praetereunti frequenter occursabat, oblatis vomeribus in signum deficientis agriculturae. Innumeris enim molestiis premebantur, occasione victualium, quae per plures regni partes a sedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus rex, definito magnatum consilio, destinavit per regnum, quos ad id prudentiores & discretiores cognoverat. Hi circumeuntes, & oculata fide fundos singulos perlustrantes, habita aestimatione victualium quae de his solvebantur, redegerunt in summam denariorum. De summa vero summarum, quae ex omnibus fundis surgebat in uno comitatu, constituerunt vicecomitem illius comitatus ad scaccarium teneri addentes ut ad scalam solveret.* Solutionis autem modus, ponderis, & metalli opera chimica examen, fusor, & miles argentarius fusius apud metipsum enarrantur.

XIII. *Ut Cantium, quae tanquam Angliae clavis habetur, sibi firmius retineret* (adfatur cl. G. Camdenus) *conestabilem Castro Doverensi, eundemque limenarcham V. portubus, ex veteri Romanorum instituto, praefecit. Hi sunt* Hastings, Dover, Hith, Rumney, & Sandwich, quibus, Winchelsey, & Ry, *ut praecipua, & alia oppidula ut membra adjunguntur.*

XIV. Guilielmo jam extremam ut imponam manum, ex archivis haut inter postremas censendam addo. *Willielmus Dei gratia rex Anglorum, comitibus, vicecomitibus, & omnibus Francigenis, & Anglis, qui in episcopatu Remigii terras habent, salutem* [e]. Remigius hic primus erat, qui Dorcestria Lincolniam sedem transmisit episcopalem. *Sciatis vos omnes, & caeteri mei fideles, qui in Anglia manent, quod episcopales leges, quae non bene, nec secundum sanctorum canonum praecepta, usque ad mea tempora in regno Anglorum fuerunt, communi consilio archiep. meorum, & caeterorum episcoporum, & abbatum, & omnium principum regni mei emendandas judicavi. Propterea mando, & regia auctoritate praecipio, ut nullus episcopus vel archidiaconus de legibus episcopalibus amplius in hundredo placita teneant. Nec causam, quae ad regimen animarum pertinet, ad judicium secularium hominum adducant, sed quicunque secundum episcopales leges, de quacunque causa, vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc episcopus elegerit & nominaverit, veniat, ibique de causa sua respondeat, & non secundum hundredum, sed, secundum canones & episcopales leges, rectum Deo, & episcopo suo faciat.* Comitiis etenim, Saxonico florente imperio, illis rusticis aldermannus & episcop. hic ad divina, ille ad humana jura, ut ex Edg. legibus constat, interesse soliti [f].

[a] Alberic. Gentil. de jure bell. lib. 1. cap. 20. [b] August. de civit. Dei, lib. 18. cap. 10. Pausan. Atticis. [c] Terms. [d] Justices of Peace. [e] A. M.LXVI. Inrot. chart. 2. Rich. II. pro decan. & capit. ecclesf. Lincoln. [f] Leg. Edgar. cap. 5.

Emortuum excepit Guilielmum filius natu secundus Guilielmus cognomento Rufus. *Omnis jam legum* (Florentius Vigorniensis) *siluit justitia, causisque sub justitio positis, sola in principibus imperabat pecunia.*

Ipsaque majestas auro corrupta jacebat [a].

XV. Primitiarum, sive ut vulgo annatarum, jus quod a vacantibus coenobiis & episcopiis reges nostri vendicarunt, (vendicabant autem antiquitus pontifices Romani; vectigal, quo jure nixum Basiliensis synodus, & quali theologorum atque jurisconsultorum sententia Franciscus Duarenus in Sacris ecclesiae ministeriis edocebit) suam a Rufo traxisse originem vult Polydorus. Meminere certe chronologi, cum extremum exhalaret spiritum, episcopia Cantuariense, Wintoniense, & Sarisburiense XII. insuper monasteria praesulibus orba fisco inseruisse [b].

XVI. *Publico* (idem auctor est) *edicto vetuit unumquemque sine commeatu suo ex Anglia egredi.* Vetuisse Anselmum, ne Urbanum PP. inviseret, legimus; universos hoc complexum edicto, quam apud Polydorum, legendo me comperisse diffiteor.

XVII. *Venationes* (inquit G. a Malmesburia) *adeo prohibuit, ut capitale esset supplicium prendisse cervum.*

Diris monstratum fatis Guilielmum secutus est frater ejus Henricus ob singularem, quae pro regio fuit nomine, eruditionem, Bello-clericus dictus. Instaurando quae e justitiae erant longe lapsa terminis, novas, inauditas & quas exercebat atrocissimas injurias Ranulphus Dunelmensis postea episcopus (is *totius regni erat placitator & exactor*) salutaribus molliendo medicamentis incubuit reipublicae. Ad vicecomites rescissorias, ut reduce scilicet cives potirentur libertate, dat literas. Eccarum, apud Matthaeum Paris, apographum.

HENRICUS Dei gratia rex Angliae, Hugoni de Bocland *vicecomiti, & omnibus fidelibus suis, tam Francis quam Anglicis in* Herefordsyre *salutem. Sciatis me Dei misericordia, & communi consilio baronum regni Angliae, regem esse coronatum. Et quia regnum oppressum erat injustis exactionibus: ego respectu Dei, & amore, quem erga vos omnes habeo, sanctam Dei ecclesiam liberam facio, ita quod nec eam vendam, nec ad firmam ponam, nec mortuo archiepisc. vel episc. vel abbate, aliquid accipiam de dominio ecclesiae, vel de hominibus donec successor in eam ingrediatur. Et omnes malas consuetudines, quibus regnum Angliae injuste opprimebatur, inde aufero, quas malas consuetudines in parte hic pono.*

XVIII. *Si quis baronum meorum, comitum, vel aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, haeres suus non redimet terram suam, sicut facere consueverat tempore patris mei, sed justa & legitima relevatione relevabit eam. Similiter & homines baronum meorum legitima & justa relevatione relevabunt terras de dominis sui[s].* Saxonicis paret temporibus Hereotum nomine ap[paratus] bellici (here enim exercitus) dominis tr[i]butum, & quod hac nostra memoria Gallice reli[ef] dicitur (praestationem ad recognoscendum dom[i]num ait Henricus a Bractona) veteris Hereoti fe[r]re imaginem [c]. *Conjectura est igitur,* ait C[.] Lambardus, *Normannos victores Anglis victi[s] omnique spoliatos armatura Hereotum remisisse, a[t]que a miseris pecuniam exegisse.* Adstipulat[ur] quod in Angliae notitia de Bercheriae provinci[ae] nobilibus memoratum. *Tainus, vel miles reg[is] dominicus moriens pro relevamento dimitteb[at] regi omnia arma sua, & equum unicum cum se[l]la, & alium sine sella. Quod si essent ei can[es] vel accipitres, praesentabantur regi, ut, si ve[l]let, acciperet.* Et in antiqua Conradi I. im[p.] Germanorum sanctione [d]: si quid beneficiari[o] militi humanitus contigerit, *Habeat haeres b[e]neficium, servato usu majorum valvasorum [in] dandis equis, & armis suis senioribus.* Senior[es] vulgaribus Hispanica, Italica, & Gallica lingu[is] dominos sonare, idque ab imperio Caroli ma[gni] in usu observat Joannes Mariana [e]. Verum feudistis licet haec uberius.

XIX. *Si quis baronum, vel aliorum homin[um] meorum* (ad Henrici chartam redeo) *filiam sua[m] tradere voluerit, sive sororem, sive neptem, s[ive] cognatam, mecum inde loquatur. Sed neque e[go] aliquid de suo, pro hac licentia, accipiam, ne[c] defendam ei, quin eam det, excepto, si eam da[re] voluerit inimico meo.*

XX. *Si mortuo barone, vel alio homine m[eo] filia haeres remanserit, dabo illam cum consi[lio] baronum meorum cum terra sua.*

XXI. *Si, mortuo marito, uxor ejus reman[se]rit, & sine liberis fuerit, dotem suam & marit[a]gium habebit, dum corpus suum legitime servab[it] & eam non dabo nisi secundum velle suum: [et] terrae liberorum custos erit sive uxor, sive ali[us] propinquior, qui justus esse debet.*

XXII. *Praecipio ut homines mei similiter [se] contineant erga filios, & filias, & uxores hom[i]num suorum.*

XXIII. *Monetagium commune quod capiebat per civitates, vel comitatus, quod non fuit te[m]pore Edwardi regis hoc ne a modo fiat omni[no] defendo,*

XXIV. *Si quis baronum vel hominum meoru[m] infirmabitur, sicut ipse dabit vel dare jusserit pec[u]niam suam, ita datam esse concedo; quod [si] ipse preventus, vel armis, vel infirmitate, pec[u]niam suam nec dederit, nec dare disposuerit, ux[or] sua, sive liberi, aut parentes, & legitimi hom[i]nes sui pro anima ejus eam dividant, sicut [eis] melius visum fuerit.* Et Canuti legibus [f]: *D[o]minus judicio suo uxori, liberis, & cognatio[ne] proximis juste distribuito.* Nunc autem temp[o]ris, & jam diu fuere eorum, qui intestati defi[ci]unt, bonorum, quasi diribitores ecclesiastici. [E]t ordinarius in sua quivis episcopus dioecesi [ju]dex huic rei praeest. Regio & magnatum co[n]sensu jurisdictionem hanc & de testamentis eccl[e]-

[a] Petron. Arbit. [b] Basil. concil. sess. 21. Duaren. de Benef. lib. 6. cap. 3. vide Platinam in Joannis xxij. vita. [c] Canut. [l.] cap. 69. & Edw. Confess. Bract. lib. 2. cap. 35. Εισδεκτικὸν in Novell. Leo. 13. Hotoman. verb. feudal. Relev. [d] Carol. Sigon. de [regno] Ital. lib. 8. [e] V. Hotoman. comm. ad 3. lib. Feud. Mariana hist. Hispan. lib. 5. cap. 11. [f] Canut. cap. 68.

iae ab olim mandatam, ait in Prisca constituti-ıne Joannes Strattordus archiepisc. Cantuariensis, nque annalibus juris nostri adscritur [a]. Caeteum, cujusnam regis tempestate, nec ille narrat, ıec ego (prout in Provinciali Guilielmus Lindwood ive *a Tiliaceo nemore* fatetur) comperio. Notisimum est jure explorato, testamenta foro ecclesiastico, etiam Hen. II. rege (testis Ranulphus de Glanvilla [b]) contra quam divalibus Romanorum onsultis est prospectum, aperiri solita. Et ante Ranulphum, si eum adeas, forsan videbitur; quamis, metipsum apud, regium habeas rescriptum d vicecomitem *quod juste & sine dilatione faiat stare rationabilem divisam N.* i. ut jure uo ope vicecomitis utatur, fruatur legatarius. In allem regredior.

XXV. *Si quis baronum vel hominum meorum orisfecerit, non dabit vadium in miseria pecuniae uae, sicut faciebat tempore fratris, vel patris nei; sed secundum forisfacturae modum: nec ta emendabit, sicut emendasset retro tempore fraris mei, vel patris.*

XXVI. *Si perfidiae vel sceleris convictus fueit, sicut culpa, sic emendet.*

XXVII. *Forestas communi consilio baronum neorum in manu mea ita retinui, sicut pater mes eas habuit.*

XXVIII. *Militibus qui per loricas terras suas efendunt* (i. per fee de Hauberke ut praesto nt dominis loricati aut cataphracti [c]) *terras domiicarum carucarum suarum quietas ab omnibus eldis, & omni proprio dono meo concedo, ut, ;ut tam magno gravamine alleviati sunt, ita quis & armis bene se instruant, ut apti, & rati sint ad servitium meum, & ad defensiom regni mei.*

XXIX. *Lagam regis Edwardi vobis reddo, ım aliis emendationibus, quibus pater meus eam nendavit.* Eae a Lambardo sunt editae. Hacnus ex regiis illis & universalibus literis.

XXX. *Rapinas curialium, furta, stupra, edic-compescuit: deprehensis oculos cum testiculis velli praecipiens.* Suppeditat Malmesburiensis. erum capite & suspendio fures (alias quam suos oluit lepidissimus simul ac elegantissimus Thoıas ille Morus Utopienses [d]) plexisse, auctores nt Florentius Wigorniensis, & Rogerus de Hoden. Ast in Malmesburiensis fidem impellor; on viri solum auctoritate, prae cujus rosetis (si octrinam illius aevi trutines) caeterae turbae est milis saliunca, verum etiam anonymi monachi, ıi libello de miraculis S. Thomae Cantuarien-Eilwardum infimae sortis hominem a Kingfeston in Bercheria recenset furti [e] (nempe rustirum par chirothecarum & cotem erat furatus) gnante Hen. II. damnatum; luminibus, & puendis, poenas dando, orbatum; supplicem ad Thomae cineres, restitutionem & non comrentium membrorum facultatumque in integrum e nactum. Haut forsan ἐκ τῶν Διὸς δελτῶν ὁ ἵστωρ. Iphis & Janthis cum hac contendat faıla, atque illa Cenaei; ad rem nostram scriptor satis est fidus. Sed primis Normannorum temporibus laqueos video malum furti. *Abbati ipsius ecclesiae liceat ubique latronem, vel furem de suspendio liberare, si forte supervenerit.* Verba sunt diplomatis, quicum G. Normannus monasterium S. Martino juxta Hastings in maritimis Suffexiae ad expiandam Haraldi caedem sacravit, & singulario circummoenitus est jure.

XXXI. *Contra trapezitas, quos vulgo monetarios vocant, praecipuam sui* (Malmesburiensis iterum) *diligentiam exhibuit, nullum falsarium quin pugnum perderet impune abire permittens, qui fuit intellectus falsitatis suae commercio fatuos irrisisse.* Is tamen qui ad Florentium Wigorniensem adnectit supplementum, & Guilielmus Gemeticensis [f] produnt, monetae adulteratoribus partes illas, quae, ad speciei nempe propagationem, Galeno sunt principes, insuper praetruncatas. Quibus accedit Hovedenus. *Monetarii*, scripsit ille in Henrico I. *jubente rege comprehensi, dextris amputatis, ementulantur.* Ne utpote tam nefarii criminis reo spes gentis, aut reipublicae ab iis, qui scelestos genitorum traducunt mores, restaret metus. Laqueo & furcis jam nunc, & ab aevo prisco pensatum hoc laesae majestatis delictum; atque illud etiam non solum Anglia sed ubique ferme gentium, furti, maxime latrocinii, quod ab iis, inquam, patratum qui lateribus (hinc non Latina modo sed & sancta lingua obtinet Latro nomen) viatorum struunt insidias [g]. Et castratio hercle antiquis velut mors putabatur. Qui virilia sibi praeciderit (ut Talmudistae, qui coelibatui se manciparit) homicidam notant apostolorum canones, qui alteri, lege tenetur Cornelia de sicariis, idque olim apud Anglos.

XXXII. *Statuit, ut nullus obolus* (Hovedeni verba) *quos & rotundos esse jussit, aut etiam quadrans, si integer esset, respueretur.*

XXXIII. *Mercatorum falsam ulnam* (monachus Malmesburiensis) *castigavit, brachii sui mensura adhibita, omnibusque per Angliam proposita.*

XXXIV. *Curialibus suis, ubicunque villarum esset, quantum a rusticis gratis accipere, quantum & quoto pretio emere debuissent, edixit. Transgressores vel gravi pecuniarum mulcta, vel vitae dispendio afficiens.*

XXXV. Allaborat enixe a pontificiis Anselmus Cantuariensis antistes, atque extorquet *demum ut ab eo tempore in reliquum* (fertur post alios in Florilego) *nunquam per donationem baculi pastoralis, vel annuli quisquam de episcopatu, vel abbatia per regem, vel quamlibet laicam personam investiretur in Anglia* (adjungas ex Malmesburiensi) *retento tamen electionis, & regalium privilegio.* Acris de hac re inter regem & Anselmum dimicatio; necnon Paschalem & Calixtum PP. PP. & Henricum, sub id tempus, imperatorem. Suo utrique saltem adsimulantes cesserunt jure; scenae noster pro re nata inserviens. Nam denato suffectum Anselmo Rodulphum *per annulum & baculum pastoralem investivit.*

[a] 2 Rich. III. tit. Testament. 4. Lind. provinc. constit. de testam. c. statutum. & de immun. eccles. c. accidit verb. abolim. [b] Glanvil. 7. cap. 8. C. de testam. l. consulta divalia. [c] Hotom. Feud. Haubertic. indiction. [d] Morus in Utopia. lib. 2. [e] De ac. S. Thom. ap. Fox. hist. eccles. lib 4. [f] Guili. Gemetic. de ducib. Norm. lib. 7. cap. 23. [g] Festus & צייד latro, צד s Hebraice. Bodin. de rep. lib. 6. cap 6 dist. 55. cap. 4. ff. Ad leg. Corn. de sicar. lib. 4. §. ult. Bract. lib. 3. tract. 2. cap. 23. & Stamf plac. on. lib. 1. cap. 38.

XXXVI.

XXXVI. Nocturnas faces, quas primus Guilielmus vetuerat, restituit; quippe cui jam firmato regno minus formidandas [a].

XXXVII. Ad conflandam Matildae regiae filiae, Henrico imperatori desponsatae, dotem, III. solidorum hida pendebat unaquaeque vectigal. *Secuti* (commentus est hic Polydorus) *sunt istud institutum quaerendarum dotium ad collationem filiarum caeteri deinde reges; adeo posteritas suorum commodorum tenax semper fuit.* Subsidiariae ad locandas dominorum filias pecuniae a beneficiariis numeratae jus vetustiorem repetere originem, vix haerendum. Neque a Romuli patronorum & clientum mutua necessitudine, aut Suetonii Caligula vellem; a priscis Normannorum potius consuetudinibus Henrico antiquioribus. Ubi triplex illud Auxilii [b] nomine tributum explicatur, quod in publicae libertatis gratiam diploma a Joanne rege datum his memorat verbis: *Nullum scutagium, vel auxilium ponam in regno nostro, nisi per commune consilium regni nostri; nisi ad corpus nostrum redimendum, & ad primogenitam filiam nostram semel maritandam.*

XXXVIII. Henrico adscribunt nonnulli legem, quam *Curtoise d'Angleterre* dicunt jurisconsulti [c]. Hac vir suscepta prole conjugis demortuae haerediis fruitur, in humanis scilicet dum egerit.

XXXIX. Suas afflictis naufragis restitui sanxit res, si quod in periclitante navi animal Neptuni evaserit furorem [d]. Fisco nempe antehac adquisitum, quicquid infortunio naufragii in littore expositum; extra quam ratem ipsi, stato tempore, refecerant naufragi superstites. Ita chronica monasterii S. Martini de Bello. Jus dicitur hoc Wreccum, si mavis Varechum, maris. Juri quo concors modo gentium minus quaero. Antiquior ille mos quasi concors Normannicae consuetudini. Ad emendatius Henrici exemplum jam nunc forenses nostri (idque recentior Edw. I. lex) definiunt. Censent & inter antiquissimos regni mores. Frustrane ideo statuit Richardus, an retulit Hovedenus? *Si in navi mortuus fuerit naufragus, filii, vel filiae, fratres, vel sorores ejus habeant res suas, secundum quod ostendere poterunt se esse propinquiores illius haeredes. Vel si defunctus nec filios, nec filias, nec fratres, nec sorores habuerit, rex catalla sua habeat* [e]. An Messanae quod in procinctu edixit tempore terminatum aut loco existumes? Certe in archivis alias tantundem.

XL. Ut Baldvini comitis Flandrensis, & Ludovici Franciae regis (qui militari se manu praerepturos Henrico Normanniae ducatum mutuis ad invicem obstricti cum Andegavense juramentis conspirassent) impetus nervoso sustineri posset exercitu, *Primum omnium populo imposuit* (Polydorus adserit) *grave tributum, causa novi belli gerendi, quod apud posteriores reges in consuetudinem venit.* Postremus e virili stirpe fuit is Normannorum, & quoad suscepti rationem operis de eo postremum hic agimus.

Ancilibus, uti olim, nisi conditis hymenaeus, ita, praeterquam repositis armis, leges silent. Istanc, si unquam alias, regnante Stephano Blesen[...] si comite ex Adela sorore Henrici nepote usqu[...] quaque sensit Anglia antipathiam. Nec regnand[...] solum causa jus idemque jurandum violavit, sed eti[...] am salutatus, ab iis qui Matildae germanae Hen[...] rici haeredi perfide adversabantur, rex aucto impo[...] ravit scelere. Etenim *omnia ita perperam muta[...] vit, quasi ad hoc tantum* (Malmesburiensis loqu[...] tur) *jurasset, ut praevaricatorem sacramenti [...] regno toti ostenderet.* Verum an ut ille:

------ *perjuros merito perjuria fallunt* [f] ;

Tralatitia sunt in quae juravit, & quibus genito[...] rum magis habentur rata, quam conceduntur no[...] va. Attamen nec desunt, & quae transcrip[...] digna.

XLI. *Castella per singulos provincias* (Nubi[...] gensis tradit) *studio partium crebro surrexeran[...] erantque in Anglia quodammodo tot reges, v[...] potius tyranni, quot domini castellorum, habe[...] tes singuli percussuram proprii numismatis, & p[...] testatem subditis regio more dicendi juris.* Dil[...] ceratum planissime regnum, & majestatis jus, quo[...] a cudendis nummis haut minimum, sibi conci[...] at splendoris. Pernoverim licet ante Normann[...] urbe Roffensi, Cantuaria, aliisque in civitatibus [...] oppidis fuisse archimandritis & episcopis jure p[...] vilegii monetae percussores [g].

XLII. Proximus a rege praefuit Theobald[...] Cantuariensis archiepiscopus concilio Londine[...] (intersuere & regii proceres) *quod novis appel[...] tionibus infrenduit. In Anglia namque* (Hen[...] cus ait Huntingdoniensis) *appellationes in usu n[...] erant, donec eas Henricus Wintoniensis episcop[...] dum legatus esset, malo suo crudeliter intru[...]* Quae itaque cardinalis Bellarminus [h], de Arcad[...] juris oecumenici provocandi ad Romanum pon[...] ficem aetate, a Sardicensi auspicatus synodo co[...] scripsit, nostrum hoc regnum multis parasan[...] facto neutiquam videntur attigisse.

XLIII. *Tempore regis Stephani* (Polycrati[...] Joannis Sarisburiensis [i]) *a regno jussae sunt leg[...] Romanae, quas in Britanniam domus venera[...] lis patris Theobaldi Britanniarum primatis as[...] verat. Ne quis libros etiam retineret, edic[...] regio prohibitum est.* Siquidem leges imperii i[...] tellexeris (ego magis pontificia decreta) non ita [...] re fuerit ex tabulis parliamentariis ista recentio[...] aevi adnectere. Accusatis (in ordinum comi[...] a Richardo Burdigalensi habitis, (*quae supera[...] dicuntur effecisse* [k]) Alexandro Nevill Cantua[...] ensi antistite, Roberto Vere duce Hiberniae, M[...] chaele Pole comite Suffolciae, Thoma duce G[...] cestrensi, Richardo comite Arundeliae, Thoma [...] Bello-campo comite Warwicensi, aliis, quod [...] duti administrationem regni facilem regis d[...] nendo adolescentiam mutuas in privatam r[...] prae publica traderent operas, ipsam rerum su[...] mam pene intervorsuri; consuluntur juris nos[...] tis periti & civilis Romanorum, de accusatio[...] formula; quam uno respondent ore LL. nor[...] esse disparem; at vero excipiunt parliamenti b[...]

[a] Stovaeus. & v. Malmesb. lib. 5. de gest. reg. fol. 88. [b] Aides. [c] Spec. just. cap. des articles, &c. [d] Wrec[...] Lamb. Itinerar. Canc. West. 1. cap. 4. [e] Pat. 46. Edw. III. [f] Ovid. Art. Amand. lib. 1. [g] V. Leg. [...] stan. 14. [h] Bellarmin. lib. 2. de Rom. Pontifice. cap. 21. [i] Policratic. lib. 8. cap. 22. [k] The parliament [...] wrought wonders.

ies, se sua auctoritate nullis adstrictos legibus di-
udicaturos, nec Romani juris ductos apicibus [a].
'UR. CE. QUE. LA. ROIALME. D' ANGLETER-
:E. N' ESTOIT. DEVANT. CES. HEVRES.
NY. A. L' ENTENT. DE. NOSTRE. DIT.
EIGNEUR. LE. ROY. ET. SEIGNEURS. DY.
'ARLAMENT. UNQUE. NE. SERRA. RULES.
NE. GOUVERNES. PER. LA. LOY. CIVILL. &
ei poenis addicuntur exilii. Sed hic Stephano
erminus.

Cessit ille morti. Avitae se haereditati sero
emum immiscuit Henricus Galfredi Plantageni-
ae comitis Andium & Matildae Aug. filius. Ex-
isis & solo complanatis, quae numerose ad
M. C. XV. Stephano rege constructa fuerant, ca-
ellis, & in suos cancellos jure majestatis redacto,
vi leges firmavit. Porro *Clarendonae* (agro in
Viltoniensi juxta Sarisburiam) *praesidente Joanne
e Oxonia, de mandato ipsius regis, praesentibus
tiam archiepiscopis, episcopis, abbatibus, priori-
us, comitibus, baronibus & proceribus regni*, re-
ognoscuntur aliae, totis primum viribus ferram
eciprocantibus, hac regiis, illac pontificiis, qui
ninime sibi competens seculare forum caussifica-
antur praetexentes immunitatis privilegia. Ast
ncassum: nam hujusce modi sonuere constitu-
ones.

XLIV. *De advocatione, & praesentatione ec-
esiarum si controversia emerserit inter laicos, vel
nter laicos & clericos, vel inter clericos, in curia
mini R. tractetur & terminetur.*

XLV. *Ecclesiae de feudo D. regis non possunt
perpetuum dari absque assensu & concessione
ius.* Et Saxonica aetate haeredia, nisi impetra-
regis gratia, coenobiis addicere nequaquam fu-
e videtur fas: liber enim antiquus Abindoni-
sis [b]: *Quidam minister Ethelredi regis, dictus
lfricus* **Spot** *construxit abbatiam de* **Burton**,
(n provincia Staffordiensi) *deditque ei omnem
ereditatem paternam appreciatam* D C C. *li-
is: &, ut haec donatio rata haberetur, dedit
thelredo regi* CCC. *mancas auri pro ejus con-
mationе, & unicuique episcopo* V. *mancas, in-
per Alfrico archiepiscopo Cantuariae villam
umbletonam.*

XLVI. *Clerici rectati, & accusati de quacun-
e re, summoniti a justitia regis veniant in cu-
iam ipsius, responsuri ibidem de hoc, unde vide-
ur quod ibi sit respondendum: ita quod justi-
a regis mittat in curiam S. E. ad videndum
a ratione ibi res tractabitur.*

XLVII. *Si clericus convictus, vel confessus fu-
it, non debet eum de caetero ecclesia tueri.*

XLVIII. *Archiepiscopis, episcopis, & personis
gni non licet exire regnum absque licentia
. R. & si exierint, si regi placuerit, assecura-
nt eum, quod nec in eundo, nec in redeundo,
l moram faciendo, perquirant malum sive dam-
m D. regi.* Huc referas, an cum Polydoro ad
sum an posteriora ad tempora rescriptum quod
regesto, NE EXEAS REGNUM, habetur, haut
multum interest, nec quaestionem accurare
tium erit operae. Quis enim in τοῖς tam ἀδη-
λοις verum potis est elicere? nec ad inaccessa abu-
tor otio:

> *An sit & hic dubito, sed & hic tamen au-
> guror esse* [c].

Ex Joannis magna, quam perhibent, charta &
componas tu hanc obrogationem. *Liceat uni-
cuique de caetero exire de regno nostro, & redire
salvo, & secure per terram, & per aquam, salva
fide nostra, nisi in tempore guerrae per aliquod
breve tempus propter communem utilitatem reg-
ni; exceptis imprisonatis, & utlagatis secun-
dum legem regni, & gente contra nos guerrina,
& mercatoribus, de quibus fiat sicut supradictum
est.* Ad Henricum rebito.

XLIX. *Excommunicati non debent dare vadi-
um ad remanentiam, nec praestare juramentum,
sed tantum vadium & plegium, standi judicio
ecclesiae ut absolvantur.*

L. *Laici non debent accusari nisi per certos &
legales accusatores & testes, in praesentia ar-
chiepiscopi, vel episcopi, ita quod archidiaconus
non perdat jus suum, nec quicquid quod inde ha-
bere debeat.*

LI. *Si tales fuerint qui culpantur quod non ve-
lit, vel non audeat aliquis eos accusare, viceco-
mes requisitus ab eo faciat jurare* XII. *legales ho-
mines de vicineto, seu de villa coram episcopo,
quod inde veritatem, secundum conscientiam su-
am, manifestabunt.*

LII. *Nullus qui de rege tenet in capite, nec
aliquis dominicorum ministrorum ejus excommu-
nicentur, nec terrae alicujus eorum sub interdicto
ponantur, nisi prius D. rex, si in terra fuerit,
conveniatur, vel justitia ejus, si fuerit extra reg-
num, ut rectum de ipso faciat, & ita ut quod
pertinebit ad regiam curiam ibidem terminetur,
& de eo quod spectabit ad ecclesiasticam curiam
ad eandem mittatur, & ibidem tractetur.*

LIII. *De appellationibus; sicubi emerserint, ab
archidiacono debent ad episcopum, & ab episcopo
ad archiepiscopum, & si archiepiscopus defuerit
in justitia exhibenda ad D. R. perveniendum est
postremum, ut ipsius praecepto in curia archie-
piscopi terminetur controversia, ita quod non de-
bet ulterius procedere absque assensu domini re-
gis* [d]. Hac jampridem usus est v. cl. D. Edw.
Coke [e], eq. aur. ad jurisdictionem regis eccle-
siasticam, ceu non arrogatam recenter, adstru-
endam.

LIV. *Si calumnia emerserit inter clericum &
laicum, vel inter laicum & clericum de ullo te-
nemento, quod clericus ad ecclesiam velit attra-
here, laicus vero ad laicum feudum, recognitio-
ne* XII. *legalium hominum, per capitalis justitiae
regis considerationem, terminabitur, utrum tene-
mentum sit pertinens ad eleemosynam, sive ad
feudum laicum coram ipsa justitia regis. Et si
recognitum fuerit ad eleemosynam pertinere, pla-
citum erit in curia ecclesiastica, si vero ad lai-
cum feudum, nisi ambo tenementum de eodem
episcopo, vel barone advocaverint, erit placitum*

[a] Rot. Parlam. 11. Rich. II. [b] A. CIↃIV. [c] Metamorph. 10. [d] V. Rog. Hoveden. fol 3.3 [e] Co.
. fat. ad lib. 6.

in curia regia. Sed, si uterque advocaverint de feudo illo eundem episcopum vel baronem, erit placitum in curia ipsius; ita quod propter factam recognitionem seisinam non amittat, qui prius seisitus fuerit, donec per placitum disrationatum sit.

LV. *Qui de civitate, vel castello, vel burgo, vel dominico manerio D. R. fuerit, si ab archidiacono, vel episcopo super aliquo delicto citatus fuerit, unde debeat eis respondere, & ad citationes eorum satisfacere noluerit, bene liceat eum sub interdicto ponere, sed non debet excommunicari.* (Excommunicationem, quae major dicta, a communione fidelium submovere, interdictum a divinis officiis & sacramentorum usu tantummodo, ut minorem excommunicationem, separare, ex pontificio jure opportunum adnoto) *priusquam capitalis justitia D. regis villae illius conveniatur, ut justitiet eum ad satisfactionem venire, & si justitia regis inde defecerit, ipse erit in misericordia D. regis & exinde poterit episcopus eum accusatum ecclesiae justitia coercere.*

LVI. *Archiepiscopi, episcopi, & universae personae regni qui de rege tenent in capite, & habent possessiones suas de D. R. sicut baroniam, & inde respondent justitiis & ministris regiis, & faciunt omnes rectitudines & consuetudines regias, sicut barones caeteri, debent interesse judiciis curiae D. R. cum baronibus suis usque ad diminutionem membrorum vel ad mortem.*

LVII. *Cum vacaverit archiepisc. vel episcop. vel abbatia, vel prioratus de dominio R. debet esse in manu ipsius, & inde percipiet omnes redditus & exitus sicut dominicos: &, cum ventum fuerit ad consulendum ecclesiae, debet D. rex mandare potiores personas ecclesiae, & in capella ipsius regis debet fieri electio assensu D. R. & consilio personarum regni, quas ad hoc faciendum vocaverit, & ibidem faciet electus homagium, & fidelitatem D. regi, sicut ligio D. de vita sua, & membris, & de honore suo terreno* (SALVO ORDINE SUO) *priusquam sit consecratus.*

LVIII. *Si quisquam de proceribus deforciaverit archiepiscopo, episcopo, vel archidiacono de se, vel de suis, justitiam exhibere, rex debet justitiare.*

LIX. *Si forte aliquis deforciaverit domino R. rectitudinem suam, archiepiscopus, episcopus, & archidiaconus debent eum justitiare, ut regi satisfaciat.*

LX. *Catalla eorum qui sunt in forisfacto regis non detineat ecclesia vel coemiterium contra justitiam regis, quia ipsius regis sunt, sive in ecclesiis, sive extra fuerint inventa.*

LXI. *Placita de debitis, quae fide interposita debentur, vel absque interpositione fidei sint in curia regis.*

LXII. *Filii rusticorum non debent ordinari, absque assensu domini, de cujus terra nati dignoscuntur.*

Discrepant nimium, fateor, ab his constitutiones Clarendonenses in Matthaei Paris majori historia editae, eas dico mutilatas, & nonnullibi fatiscentibus interstitiis, disjunctis commissuris, & inverso sermone depravatas, quarum infortunium incuriae librariorum adscribo. Vindicatas autem ut videre hic licet, & redintegratas calx libell MS. vulgo Quadrilegi (vita nempe est Thoma Cantuariensis archiepiscopi, ex Huberto de Bosc ham, Joanne Sarisburiensi, Willielmo Cantuari ensi, & Alano abbate Theocesburiensi in unum volumen digesta) nobis impertivit. Dissidia re gem inter & Thomam Cantuariensem hinc or unda non est hujusce perstringere instituti; histo rici satis propalant. Liceat interim poetam no strum Glocestrensem in scenam redire, & aequ excipiantur auribus prisci idiomatis versus, re quam prae manibus habemus complexi.

No man ne might thenche the loue that the
 was
Bitwene the K. H. and the good man S. Th
 mas;
The divel had enui therto, and sed bitwen the
 feu,
Alas, alas thulke stond, vor all to weil
 greu.
Vor there had ere ibe kings of Luther dede
As W. Bastard, and his son W. the rede.
That Luther lawes made inon, and held in al t
 lond
The K. nold not beleue the lawes that
 fond,
Ne that his elderne hulde, ne the godeman
 Thomas
Thought that thing age right neuer law nas.
Ne sothnes and custom mid strength vp ihold
And he wist that vre dere Lourd in the G
 pel told
That he himselfe was sothnes, and custo
 nought,
Thereuore Luther custumes he nould gra t
 nought.
Ne the K. nould bileue that is elderne h
 ihold,
So that conteke sprung bituene them ma
 fold.
The K. drou to right law mani Luther c
 tume,
S. Thomas they withsed, and granted some.
The lawes that icholle now tell he gran d
 vawe.
Yuf a yuman hath a sone to clergi idraw
He ne sall without is lourdes icrouned nou t
 be
Vor yuman ne mai nought be made agen s
 lourds will free.

Nativos, seu glebae adscriptitios ille Yum n indigitat. Nos ingenuos plebeios, simul & r vos, velut ignobilitatis nota, Yeomen: & qui x eo sunt numero mariti, Gommen (Gomm n enim, non Goodman, ut vulgus, veteres Teut i virum conjugem vocitabant) voces, mihi ut p suasissimum, ex Latinorum homines fictae, q d ipsum Ennio & Festo Opsce Hemones; & lin a nostra propius adest. Poetae sane, & ipsi ἐπ valde adstipulatur quorundam jurisconsulto m nostratium placitum homines & nativos anti is litigantium instrumentis aequipollentia (sed m e) sentient m

ſentientium [a]. Clarendonenſes ruſticos, quos iſte Numen, nuncupant: & ruſtici ac villani (ii Anglis ſervi) antiquitus ſynonyma. Quod enim Henricus Londres archiepiſcopus Dublinenſis *ruſticorum tenentium chartas* ſubleſta fide flammis damnarat, *liberi tenentes vocabant eum*, ut annalibus legitur in *Hibernicis* [b], Scorchbillein quaſi tu dicas *villanorum incendiarium*. Intempeſtivum nec duxerim hoc loci comminiſci hallucinatum Thomam Spottum monachum Cantuarienſem, qui privae ſervitutis Anglos ante Normannorum victoriam ſcribit neſcios. Convincitur enim cum ex ancilla Andeverenſi regis Edgari amaſia, tum ex obſignatis Inae LL. tabulis, & quibus nimirum Toraldus de Bukenhale Walgatum Croylandenſem coenobiarcham donavit, inque iis quamplurimis ſervis, *cum totis ſequelis ſuis*. Habe, & ex Londinenſi ſynodo, praeſide Anſelmo (cum nempe de ſervis hic mentio) *Ne quis illud nefarium negotium quo hactenus in Anglia ſolebant homines, ſicut bruta animalia, venundare deinceps praeſumant*. Sed inverecunde poetam interpellamus; in eum eſt redauſpicandum, reſolvit iterum ora:

Another thing he granted eke as ye mow nouiſe;
Yuf a man of holi chirch hath eni lay fee,
Parſon, other what he be, he ſſal do theruore
Kings ſeruice that there valth, that is right ne be vorlore
In plaiding and in aſſiſe be and in iudgement alſo.
Bote war man ſſall be bilemed, other to deth ido.
He granted eke yuf eni man the kings traitor were,
And eni man is chateux to holi chirch bere
That holi chirch ne ſolde nought the chateux there let
That the K. there other is as is owne is ne wette.
Vor all that the felon hath the kings it is
And eche man mai in holi church is owne take iwis.
He granted eke that a chirche of the kings fe
In none ſtede ene and euer ne ſſold igiue be
As to hous of religion, without the kings leue,
And that he other the patron the gift firſt gaue.
S. Thomas granted well theſe and other mo
And theſe other he withſede that did him well woe.
I. Yuf bituene twei leud men were eni ſtriuing,
Other bituene a leud and a clerc, for holi chirch thing
As vor vouſon of chirch whither ſhold the chirch giue,
The K. wold that in his court the ple ſſold be driue;
Vor as much as a leud man that the o parti was
Chanliche was vnder the K. & vnder no biſſop nas.

Quod hic noſter Leudemen, vulgo juris interpretes & noſtri & canonici Laicos. Leudes enim (ut λάος deductus apud Caeſarem Germanicum ad Arati phaenomena poſt Pindarum ἀπὸ τοῦ λάος, i. *lapis* durum genus hominum & promiſcuum denotat [c]) gregem imperitam ſonat multitudinem, & qui ad ſacra non electi. Fuſe iſtud in Poliorceticis Juſtus Lipſius [d] Leodii Eburonum metropolis ſcrutando originationem. Ad noſtram quod attinet linguam comprobant J. Gowerus, & Galfredus Chaucerus inſtauratores ejuſdem metrici: ita Galfredus,

No wonder is a leude man to ruſt
If a prieſt be foule on whom we truſt [e].

Veruntamen literaturae expertem, quam ſacris nondum initiatum ſignificare docet, quod is alibi:

This euery leud vicar and parſon
Can ſay - - - - - - -

Et, *tam laicos, quam literatos* habet Petrus Bleſenſis [f], alii. Atqui, non conſulat mali Chaucerus quod Gloceſtrenſibus hic cedat muſis.

II. Another was that no clerc, ne biſhop nath me,
Ne ſſolde without kings leue out of the lond go.
And than hii ſſolde ſuere by the boke ywis.
That hii ne ſold purchas no uvel the K. ne none of is.
III. The third was yuf eni man in manſing were ibrought,
And ſuch come to amendment, ne age were nought
That he ne ſuere vp the boc, ac borowes find ſolde
To ſtand to that holy chirch there of him toky wold.
IV. The verth was that no man that of the K. huld ought
In cheife or in eni ſeruiſe in manſing were ibrought,
Bote the wardeins of holy chirch that brought him thereto,
The K. ſede or is bailifes wat he ad miſdo,
And loked verſt were thei to amendment it bring,
And bote hii wolde by their leue do the manſing.
V. The viſe was, that biſhopriks and abbeis alſo

[a] 40. aſſiſ. pl. 21. & 32. Edw. III. tit. Barr. 261. homines, & qui ad hominium adſtricti conjugata. Cujacius lib. S. obſervat. cap. 14. & ἀνδράποδον. mancipium inverſa notationis ſententia. Euſtath. ad Iliad. 8. [b] Annal. Hibern. M CC.XII. ſub Hen. III. Malmesb. lib. 2. de geſt. reg. cap. 8. & Ingulphus fol. 519. Malmesb. 1. geſt. pontif. [c] Caeſ. Germ. ad Arat. in Aquario. Pindar Olymp. 9. [d] Lipſ. Poliorcet. lib. 1. diſſert. 2. [e] Chauc. in prolog. & apparitoris fabula. [f] Pet. Bleſenſ. app. ad Inguph.

That vacans were of prelas in the K. hand were ido,
And that the K. sold all the land as is owne take,
Vort at last that him lust eni prelat there make.
And than thulke prelat sould in is chapel ichose be.
Of his clarkes which he wuld to such prelace bise.
And than wan he were ichose in is chapel right pere,
Homage he solde him do ar he confirmed were.
VI. The sixt was yuf eni play to chapitle were idraw,
And eni man made is appele, yuf me dude him unlaw,
That to the bishop from ercedeken is appele sold make,
And from bishop to arcebissop and suth none other take,
And but the ercebisops court to right him wold bring,
That he sold from him be cluthe biuore the king.
And from the K. non other mo so that att an end
Plaining of holi chirch to the K. shold wend.
And the K. amend solde the ercebissops dede,
And be as in the popes stude, and S. Thomas it with sede.
VII. The sevethe was that plaiding that of det were
To yeld wel thoru truth iplight, and nought ihold nere
Althei thoru truth it were, that ple sold be ibrought
Biuore the K. and is bailies and to holy chirch nought.
VIII. The eighth that in the lond citation none nere
Thoru bull of the pope of Rome, and clene bileued were.
IX. The nithe was that Peters pence that me gadereth manion,
The pope nere nought on isend, ac the K. echone.
X. The tethe was yuf eni clarke as felon were it ake,
And vor felon iproued and ne might it not forsake,
That me sold him verst disordein and such thoru there law.
Ane thoru iudgement of the land hong him other to draw.
Vor these and vor other mo the godeman S. Thomas
Fleu verst out of England and the imartred was,
Vor he sei there nas bote o way other he must stiffe be,
Other holy chirch was isent, that of right was so fre.

In leges, quas indicavi, Clarendonenses, vocato in concepta verba Deo, ordines regni (baronagium) jurarunt, & cum eis praesul Cantuariensis. Missi ad Alexandrum III. PP. legati, ut fieret atque is fundus, sanciretque firmatas. Verum hoc tantum abfuit, ut non cleri duntaxat nimio derogatum praetenderet immunitati, assensumque prorsus detrectaret, sed soluto etiam, impetrante Thoma, quo obstrictus erat ligamine velut impias, & S. E. adversas damnaret. Henricus quam primum resciverit iniquissimo, uti par erat, tulit animo, in Romani fori insolentiam, & Cantuariensis perfidiam meritissimo graviter infrendens. Mandatae confestim provinciarum vicecomitibus literae; *Si aliquis clericus, vel laicus in ballivis suis Romanam curiam appellaverit, eum capiant, & firmiter teneant, donec voluntatem suam rex praecipiat; & omnes redditus clericorum archiepiscopi, & possessiones saisiant in manum regiam, & omnium clericorum, qui cum archiepiscopo sunt, patres, matres & sorores, nepotes, & neptes ponant per salvos plegios, & catalla eorum, donec voluntatem suam rex praecipiat.* Ex Matthaeo Paris sum loquutus. Poenam vides hic, ubi non est noxia. Propinquos, adfines, consanguineos pertingit. In divergente post Augustum Romano imperio minime rarum. *Atqui peccata suos teneant auctores* (rescripserunt Eutychiano praef. praet. Arcadius & Honorius AA.) *nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur delictum* [a]. Anglis jus usitatissimum, quo, praeter adempta sanguinis & nobilitatis jura civilia, atrocissimis a parentum sceleribus capite deminutorum nulli subeunt posteri, aut gentiles poenas [b]. Sed & in, quas memoravi, literis, minabatur.

LXIII. *Si quis inventus fuerit ferens literas D. PP. vel mandatum, aut Thomae archiepiscopi continens interdictum Christianitatis in Anglia, capiatur, & retineatur, & de eo sicut de regis traditore & regni* (testis adstat Rogerus de Hoveden) *sine dilatione justitia fiat.*

LXIV. *Londinensis, & Norwicensis episcopi summoneantur, ut sint coram justitiariis R. ad rectum faciendum, quod contra statuta regni interdixerunt terram comitis Hugonis, & in ipsum sententiam anathematis intulerunt.* Hugonis Bigod Norfolciae comitis.

LXV. *Denarii S. Petri colligantur & custodiantur.* Tributum erant ei (sive eleemosyna) ab Ina occiduorum Saxonum rege primo concessum; kl. Aug. quotanni exigendum a quotquot *habuerint XXX. denariatus* (uti legibus habetur confessoris) *vivae pecuniae in domo sua.* Usque ad Henrici VIII. liberum & a pontificia tyrannide vindicatum imperium (id circa tempus, hoc nomine fuit in Anglia quaestor Polydorus Virgilius) stata tempestate solvebantur. Antiquam eorum ex rescripto Gregorii PP. ad archiepiscopos Cant. & Ebor. Edwardo II. rege visum est ratiunculam adponere [c].

[a] C. de poenis l. 21. sanciendis. [b] V. Canut. leg. 74. [c] Fox. in hist. eccles. Ed. II. rescript. dat. X. kl. Maii. ap. veterem urbem. pontificat. 2.

Sterlingor.

Sterlingor. lib. solid.	Dioces. lib. solid. den.
Cantuariens. vij. xviij.	*Winton. xvij. vj. viij.*
Londinens. xvj. x.	*Exon. ix. v.*
Roffens. v. xij.	*Wigorn. x. v.*
Norwicens. xxj. x.	*Hereford. vj.*
Eliens. v.	*Bathon. xij. v.*
Lincoln. xlij.	*Eboracens. xj. x.*
Coventrens. x. v.	*Salisburiens. xvij.*
Cestrens. viij.	

Crescit ad CCC. marcas & semissem.

Frustra expectes hic caedem Thomae, purgatum crimine Henricum, haut aequis conditionibus absolutum:

Conveniunt cymbae vela minora meae.

Non ita multo post, Northamptoniae conveniunt rex & barones. De legibus, & administranda justitia tractatur. In sex demum provincias partito regno, lecti e jurisperitis qui tribunali in quavis praeessent itinerantes justitiarii mandantur. Horum ex Hovedeno eccam tibi nomenclaturam.

Hugo de Cressi. Walt. F. Roberti. Rob. Mantel.	Norfolcia. Suffolcia. Cantabrigia. Huntingdonia. Bedfordia. Buckinghamia. Essexia. Hertfordia.
Hugo de Gundevilla. Willielmus F. Radulphi. Williel. Basset.	Lincolnia. Nottinghamia. Derbia. Staffordia. Warewico. Northantonia. Leicestria.
Robertus F. Bernardi. Richardus Gifford. Rog. F. Reinfrai.	Cantio. Surreia. Southanttonia. Suffexia. Bercheria. Oxonia.
W. F. Stephan. Bertam. de Verdun. Turstam F. Sim.	Herefordia. Glocestria. Vigornia. Salopia.
Rad. F. Stephani. W. Ruffus. Gilbertus Pipard.	Wiltonia. Dorsetia. Sumersetia. Devonia. Cornubia.
Robertus de Wals. Rad. de Glanville. Rob. Pikenot.	Eboraco. Richmondia. Lancastria. Coplandia. Westmerlandia. Northumbria. Cumbria.

Hos sacramento adegit, quod ipsi bona fide & sine malo ingenio, eodem utor auctore, *subscriptas assisas custodirent, & inviolabiliter ab hominibus regni facerent custodiri.* Insignitas eas hoc titulo commemorat.

Assisae Henrici regis factae apud Clarendon & renovatae apud Northamtune.

SI quis retatus fuerit coram justitiis D. regis de murdro vel latrocinio, vel roberia, vel receptatione hominum tale facientium, vel de falsoneria, vel iniqua combustione, per sacramentum XII. *militum de hundredo, & si milites non adfuerint, per sacramentum* XII. *liberorum & legalium hominum, & per sacramentum* IV. *hominum de unaquaque villa hundredi eat ad judicium aquae, &, si perierit, alterum pedem amittat.* Milites forte beneficiarii, qui desiderantur hic, si mavis feudatarii, inter quos, & qui stipendiis, sive, ut est in feudorum libris, solidatis militabant, soldurii forsan Caesari [a], σιλοδύνοι Nicolao Damasceno, *servientes* monachis nostris, Bractonae, Ottoni Frisingensi, & Radevico in legibus Barbarossae castrensibus gliscit discrimen [b]; utrisque infra equitum auratorum decus longe sitis. Probe ast teneo & auratos equites ad duodecemviralia nonnulla judicia olim, & jure nunc certissimo evocatos. Ad magnam inquio, regis assisam, & ad contestatam litigante altrinsecus barone parliamentario litem. Ad illam, quod honoratissimum sit judicii genus, & victo peremptale. Ad hanc, uti parilitas sit nominis ab aliquo saltem judicum (nam duodecemviri judices sunt facti) & illustriore sive reo, sive actore. Parliamentarii enim majores nobiles, in queis a baroniis archiepiscopi, & episcopi, olim (coenobiarchae plurimi) duces, marchiones, comites, vicecomites, & barones, ordine licet & titulis discriminentur honorariis, qua nihilominus regni sunt tantummodo barones, ampliss. illis intersunt comitiis. Et qui pro arbitratu regio adcersiti, ad literarum, quod aiunt forenses, summonitionis morem Chevaliers salutantur, non barones. Dignitatis enim est nomen illud, Πολυχτημοσύνης magis hoc prisce. Quod ejuscemodi duntaxat rescripta ad usque Rich. II. (is Joannem de Beauchamp de Holt baronem de Kiderminster diplomate primus creavit) contulere; utraque in usu nunc est ratio.

LXVII. *Apud Northantune additum est pro rigore justitiae* (memineris quod proxima sectio-

[a] Caes. comm. lib. 3. Athen. lib. 6. dipnosoph.

[b] Feud. lib. 2. tit. 20. Otho. Frinsing. lib. de Frederic. I. Radevic. lib. 1. cap.

[c] Bract. lib. 5. de Essoniis cap. 10. & 26. Edw. III. fol. 57. a. 30. Edw. III. fol. 2. 6. v. 17. Edw. II. tit. attaint 69. 13. Edw. III. challenge 115. Plo. comm. fol. 117. 8. Hen. VI. fol. 10.

ne) *quod dextrum similiter pugnum cum pede amittat, & regnum abjuret, & infra* XL. *dies a regno exulet* (XL. dierum gratia est, ita Bractona [a], indultum, ut quaerantur interim ad commeatus amicorum subsidia.) *Et, si ad aquam mundus fuerit, inveniat plegios, & remaneat in regno, nisi retatus fuerit de murdro, vel aliqua turpi felonia, per commune comitatus & legalium militum patriae, de quo si praedicto modo retatus fuerit, quamvis ad aquam mundus fuerit, nihilominus infra* XL. *dies a regno exeat, & catalla sua secum asportet, salvo jure dominorum suorum & regnum abjuret in misericordia domini regis.* De judicio aquae & ignis, seu, ordaliis hic paucula. Saxonicas fuisse probas liquet, divino temere nixas miraculo. Ad sacra quam prophana attinent; ex quo priore libro praeterivimus, & visus iste locus, quo monitum volui de eis lectorem, nec inopportunus. *Tenetur se purgare is qui accusatur* (scribit Ranulphus de Glanvilla [b]) *per Dei judicium, scilicet per calidum ferrum, vel per aquam, pro diversitate conditionis hominum: per ferrum calidum, si fuerit homo liber, per aquam si fuerit rusticus.* Massam ferream candentem uno & altero, ut plurimum, passibus incedens reus manu ferebat, aut nudis premebat plantis ignitos (atque eos Francorum juxta, & Longobardorum leges novem) vomeres [c]. Tot pressis mire purgata est, & apud historicos nobilis, Emma confessoris mater laesae cum Aldwino Wintoniensi episc. pudicitiae insimulata, ab impacto calore incolumis & insons. Aquei ordalii genus erat duplex; frigidae, & ferventis. In frigidam (uti nonnullibi hodie veneficae) injectus est reus; qui fundo pauxillum non subsiderit, sceleris damnabatur conscius, ut quem elementum, regenerationis symbolum in suum non admitteret gremium: in ferventem cubito tenus brachium immersum ad eum modum veritatis index; & immissa in aestuantem lebetem nuda manu AElstanus Abendonensis monachus postilla antistes Shirburnensis suo se ostentavit abbati. Quod vero tantummodo rusticis aiunt aqueum (nam terrestri & ignobili naturae aqua, coelesti ignis adscribitur [d], a cujus proprio homini usu immortalitatis animae duxit atgumentum Firm. Lactantius [e]) competisse, usque adeo verum esse negat exemplum Joannis Senis nobilis & divitis, qui sub Henric. II. cum, imputata - - - - Fratris comitis de Ferrariis caede, aqueo se non expediret judicio, poenas dedit patibuli. Undenam uterque in Christianos derivatus mos, mei non est accuratius sectari. Ignem memini antiquis Ἁγνιστὴν [f]; atque est in Sophoclis Antigone, qui ultro:

- - - - - - - ἕ μύδρους αἴρειν χεροῖν
Καὶ πῦρ διέρπειν [g] - - - - - - - - -

ut Polynicis sepulturae insontem se praebeat, Creonti est professus. Dogma Pythagoricum, qui Jovis carcer in ipso universi centro collocat[…] ignis [h], eorum qui hunc univoce solem:

- - - - ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς ἕ πάντ᾽ ἐπακούεις [i]

refragante acriter Lycaeo volunt, tacitus omitto[…] neque tamen omittam vere sanctis Bibliis [k], ipso nomine אש i. *ignis* velut re, quemadm[…] dum ait J. Reuchlinus [l], divinitate consentan[…] Deum opt. max. mortali se ingenio ostendisse, D. Paulum ad psalmographi mentem Πυρὸς φλό[…] indigitasse ministros Dei. Atque S. Literis, m[…] le interpretando, abuti nimis antiquum, & nim[…] jam frequens. Imperjuratam,

- - - - - - - *Stygiamque paludem,*
Dii cujus jurare timent & fallere numen,

Homerus canit & Virgilius [m]. Celtarum infant[…] Κεκριμένους λουτροῖσιν ἐλεγχομένους ποταμοῖο, uti in Epigrammatis [n], Sardoos fontes in Solino, F[…] brua humida in Ovidii Fastis [o] legimus, & flu[…] os Διιπετεῖς, atque eorum, apud physicos, lon[…] stupendas naturas occultissimasque [p]. Verum h[…] pleraque ordaliis nostris forte ignota. Ast aq[…] um ad malam zelotypiae poculi Judaeorum in[…] tationem irrepsisse multijugae eruditionis V. M[…] tinus del Rio [q] in Disquisitionibus magicis fe[…] conjecturam. Hujusce enim & ignei praebe[…] Danorum, Saxonum, Germanorum, Francoru[…] Hispanorum totius denique orbis Christiani his[…] riae compluria exempla:

An, quia cunctarum contraria semina [...]
rum
Sunt duo discordes ignis & unda Dei,
Junxerunt elementa patres [r]? - - - - -

An, quia in חשמים notatione (ipsi enim co[…] gentium dii erant fictitii) ab אש & מים nonnullis arrisit deductio? Scientior quis dixe[…] Janus:

- - - - - - - - ἑ μὲν διάξω· κενὸς εἴην [s].

Utriusque superstitiones, ritus, lustrationes, p[…] ces, & solennes παρασκευὰς plena dant manu[…] Lambardus in vocabulorum explicationibus, [...] Matthaeus Parkerus [t] Cantuariensis archiepiscop[…] Britannicae ecclesiae antiquitatibus. Utraque cu[…] altero illo monomachiae (nam inter ordalia atq[…] haec censita) Rom. eccles. impia visa, & diu c[…] quod inter vulgares purgationes antiquata [u]. [...] vero diis patriis me redonem & Northamptoni[…] rebitem.

LXVIII. *Nulli liceat neque in burgo, ne[…] in villa hospitali aliquem extraneum, ultra un[…] noctem, in domo sua habere, quem ad rectum [...] nere noluerit; nisi hospitatus ille rationabile e[…] nium habuerit, quod hospes domus monstret v[…]*

[a] Bract. tract. de corona lib. 3. [b] Glanvill. lib. 14. cap. 1. [c] Polydor. hist. lib. 8. & Matthae. Park in vita Rob. Cant. arc[…] pisc. [d] Malmesb. lib. 2. de gest. pontif. [e] Lactantius institut. 7. de divin. praem. cap. 9. Hoveden. lib. 2. annal. [f] C[…] Rhodog, antiq. lect. lib. 17. cap. 21. [g] Sophocles in Antigone. [h] Arist. 2. de coelo. [i] Iliad. 3. Deutero[…] [k] Zanch. lib. 1. de nat. Dei. cap. 6. [l] Reuchlin. de verb. mirif. lib. 2. cap. 16. Psalm. civ. epist. ad Hebrae. cap. 1. v. 7. [m] A[…] id. 6. [n] Antholog. α. epigr. μγ. [o] Ovid. fast. 2. [p] Polyhist. lib. 1. cap. 10. Senec. epist. 41. [q] M[…] Delrio disq. magic. lib. 4. sect. 3. & 4. [r] Ovid. fast. 4. Imperari naturae audacis est credere. Plin. J. Pic. Mirandula in hept[…] [s] Pindar. Olymp. 3. [t] Vita Roberti. [u] Decret. tit. de vulgar. purgat. caus. 2. quaest. 5.

..is suis, & cum recesserit, coram vicinis recest, & per diem. Pertinet huc illud Bractone [a]: *Dici poterit de familia alicujus qui hospitatus fuerit cum alio per tres noctes, quia prima nocte dici poterit* Uncuth, *i. ignotus; secunda vero* Gust, *i. hospes, tertia nocte* Homhine (lego Hawan Man) i. Graece ὁμοτράπεζος, οἰκεῖος, Latine *familiaris.*

LXIX. *Si quis saisitus fuit de murdro, vel de latrocinio, vel roberia vel falsoneria, & inde sit cognoscens, vel de aliqua alia felonia quam fecerit coram praeposito hundredi, vel burgi, & coram legalibus hominibus, id postea coram justitiis negare non poterit. Et si idem sine seisina* (cum seisina hic loci idem quod ἐπαυτοφώρῳ, vernacule taken with the maner) *coram eis aliquid hujusmodi recognoverit, hoc simul coram justitiis negare non poterit.*

LXX. *Si quis obierit francus tenens, heredes sius remaneant in tali seisina, qualem pater ejus habuit die qua fuit vivus & mortuus de feodo suo, & catalla sua habeant unde faciant divisam defuncti, & dominum suum postea requirant & faciant de relevio, & aliis, quae is facere debent de feudo suo.*

LXXI. *Si haeres fuerit infra aetatem, dominus feodi recipiat homagium suum, & habeat in custodia illum quamdiu debuerit; alii domini si plures fuerint homagium ejus recipiant, & ipse faciat eis quod facere debuerit.*

LXXII. *Uxor defuncti habeat dotem suam, & partem de catallis ejus, quae eam contingit.* Superiori fortassis seculo uxoris & liberorum legitima triens (utrisque si extitissent; semis uxori, si nulla proles; proli tantundem uxore non superstite) generatim aeque Anglis atque falcidia quadrans olim & Justiniani novella postmodum Romanis. Video enim eundem Normannis, Attrebatis, Hibernis, circumjacentibus morem. Glanvilla, Bractona, Regestum brevium, Guilielmus Lindwood, praeter annales juris nostri, sunt videndi.

LXXIII. *Justitiae capiant fidelitates D. regis infra clausum paschae, & ad ultimum infra clausum pentecostes; ab omnibus videlicet comitibus, baronibus, militibus, & libere tenentibus, & etiam rusticis qui in regno manere voluerint, & qui facere noluerit fidelitatem, tanquam inimicus domini regis, capiatur.*

LXXIV. *Habent & jam justitiae praecipere, quod omnes illi, qui nondum fecerunt homagium & ligeantiam D. R. ad terminum quem eis nominabunt, veniant & faciant regi homagium & ligeantiam sicut ligio domino.*

LXXV. *Justitiae faciant omnes justitias, & rectitudines spectantes ad D. regem, & ad coronam suam per breve domini regis vel illorum, qui in loco ejus erunt, de feodo dimidii militis & infra* (feudum militis, in vetusto, sed longe plus justo ostentante antiquitatem, libello *de modo tenendi parliamenti* dicitur *XX. libratae terrae*, verum ad D. C. LXXX. jugera censetur praeplus *Rubro libro scaccarii* numerus) *nisi tam grandis sit querela, quod non possit deduci sine domino rege, vel talis quam justitiae ei reponent pro dubitatione sua, vel ad illos qui in loco ejus erunt. Intendant tamen pro posse suo ad commodum domini regis faciendum.*

LXXVI. *Justitiae provideant, quod castella diruta prorsus diruantur, & diruenda bene prosternantur. Et nisi hoc fecerint, D. rex judicium curiae suae de eis habere voluerit sicut de contemptoribus praecepti sui.*

LXXVII. *Latro, ex quo capitur, vicecomiti tradatur ad custodiendum, &, si vicecomes absens fuerit, ducatur ad proximum castellamum, & ipse illum custodiat, donec illum liberet vicecomiti.*

LXXVIII. *Justitiae faciant quaerere per consuetudinem terrae illos, qui a regno recesserunt. Et nisi redire voluerint infra terminum nominatum, & stare ad rectum in curia regis, postea utlagentur & nomina utlagorum afferantur ad pascha & ad festum S. Michaelis ad scaccarium, & exinde mittantur domino regi.* Northamptoniae isthaec.

LXXIX. *Quod de caetero clericus* (Hugoni a tit. S. Michaelis a Petra Leonis cardinali legato, qui dilatatum rem pontificiam adpulerat, R. concessit) *non trahatur ante judicem secularem personaliter pro aliquo crimine, vel transgressione, nisi pro foresta & laico feudo, unde regi vel alii D. seculari laicum debetur servitium* [b].

LXXX. *Archiepiscopatus insuper, episcopatus, vel abbatiae non teneantur in manu regis ultra annum; nisi pro causa evidenti, vel necessitate urgente.*

LXXXI. *Interfectores clericorum convicti vel confessi coram justitiario regni, praesente episcopo, puniantur,*

LXXXII. *Clerici duellum facere non cogantur* [c].

LXXXIII. *Statuit apud* Woodstocke *quod quicunque forisfecerit ei de foresta sua semel, & de venatione sua, de ipso salvi plegii capiantur* (ex Hovedeno transcribimus) *& si iterum forisfecerit, similiter capiantur de ipso salvi plegii, si autem tertio idem forisfecerit, pro tertio forisfacto nulli plegii capiantur, sed proprium corpus forisfactoris.*

Beneficiariis & ad capitis censum proletariis quinetiam habentur hae leges militares.

LXXXIV. *Qui habet feodum unius militis* (quem dixi Hovedenus) *habeat loricam, & cassidem, & clypeum, & lanceam; & omnis miles habeat tot loricas, & cassides, & clypeos, & lanceas, quot habuerit feoda militum in dominio suo.*

LXXXV. *Quicunque liber laicus habuerit in catallo, vel in redditu ad valentiam XVI. marcarum habeat loricam, & cassidem, & clypeum, & lanceam.*

LXXXVI. *Quicunque liber laicus habuerit in catallo ad valentiam X. marcarum habeat halbergellum, &* Capelet *ferri, & lanceam.*

LXXXVII. *Omnes burgenses, & tota communia liberorum hominum* Wanbais, *&* Capelet *ferri, & lanceam.*

[a] Bract. lib. 3. tract. 2. cap. 10. & Canut. leges. F nittat. 9.

[b] Matth. Paris.

[c] V. Britton. cap. d'appeales. & temp. Ed. I. tit. Quod

LXXXVIII. *Nullus, ex quo haec arma habuerit, ea vendat nec invadiet, nec praestet* (i. commodato det) *nec aliquo alio modo a se alienet, nec dominus suus ea aliquo modo ab homine suo alienet, nec per forisfactum, nec per donum, nec per vadium, nec aliquo alio modo.*

LXXXIX. *Si quis arma haec habens obierit, remaneant haeredi suo, & si haeres de tali statu non sit quod armis uti possit, si opus fuerit, ille qui eum habuerit in custodia habeat similiter custodiam armorum, & inveniat hominem qui armis uti posset in servitio domini regis si opus fuerit donec haeres de tali statu sit quod arma portare posset & tunc ea habeat.*

XC. *Quicunque burgensis plura arma habuerit, quam eum habere oportuerit, secundum hanc assisam ea vendat, vel det, vel sic a se alienet alicui homini, qui ea in servitio domini regis in Anglia retineat.*

XCI. *Nullus eorum plura arma retineat quam eum secundum hanc assisam habere oportuerit.*

XCII. *Nullus Judaeus loricam, vel habergellum penes se retineat, sed ea vendat, vel det, vel alio modo a se removeat, ita quod remaneant in servitio regis Angliae.*

XCIII. *Nullus portet arma extra Angliam, nisi per praeceptum domini regis, nec aliquis vendat arma alicui, qui ea portet ab Anglia, nec mercator, nec alius ea ab Anglia portet.*

XCIV. Suspectae qui sunt opulentiae, se praestitis sacramentis liberant. Jurisdictio ad hanc rem justitiariis data. Hisce minus obsequentes si qui fuerint, *Rex capiet se ad eorum membra, & nullo modo capiet ab iis terras vel catalla.*

XCV. *Nullus juret super legales & liberos homines, qui non habet XVI. marcatas vel X. marcatas in catallo.*

XCVI. *Nullus, sicut seipsum & omnia sua diligit, emat, vel vendat aliquam navem adducendam ab Anglia, nec aliquis deferat, vel deferri faciat mairemiam extra Angliam, i.* struendis navibus materiam.

XCVII. *Nullus recipiatur ad sacramentum armorum nisi liber homo.* Ut semel de libero homine quid non abs re adferam. Eos duntaxat priscum Angliae jus isto dignatum est nomine, quotquot, sive avorum imaginibus clari, sive e plebe ingenui, feudum illud rusticum non possidebant stercutio dicatum, atque buri, plaustro, trahea, quae duris agrestibus arma, necessario onustum [a]. Facit ad haec rustici vocabulum in Clarendonensibus supra, & Glanvillae locus in ordalia relatus. Ut liquidius res adferatur; contestata sub Edw. I. lite inter Joannem Levinum actorem & priorem Bernwellensem reum (vetusto e M. S. codice deprompsi, & concordes juris nostri annales, regiorumque rescriptorum syntagma) feudatarios ab antiquo, quod aiunt, dominico coronae (Cereri, Pali, & Triptolemo, non Marti aut Bellonae, labore in orbem acto, quotidiana solvunt vota & bubulcitantur) liberorum homi-

num voce post reciprocatas, & satis intensas a
tercationes minime comprehensos fori judicio
definitum. Finivit & libitina Henrici imperiun
Finitis atque etiam, qua suppetunt historiae, illi
sc. legibus conquisitas supremo & armatura cin
tas praeficio cohortes limitaneas; utinam adversi
obtrectatores satis subsidii.

Caeterum leges suis non sunt absque cond
toribus & custodibus, aut frustra sunt; reliquu
est igitur, ut summatim de iis perstringam. Co
ditae vel usu & consuetudine; diuturno eni
usu adprobata legis obtinent vigorem; aut leg
slatorum sanctione. Legislatores antiquitus Sen
nothei, reges, Druides, inquam Britannis. I
Semnotheis quicquid occurrit supra. Reges n
que insulae neque Anglo-Britanniae monarcha
Uni etenim praefuere simul Cantio Cyngetori
Carvilius, Taximagulus, & Segonax; ad eum m
dum aliis. Pluribus idcirco subjacuisse & arist
craticae gubernationi, juxta quod Polydorus, J
annes Tuinus, David Pouelus atque alii edocu
runt, in qua versamur partem obtemperasse, n
est cur dubitemus [b]. Druides uno, ut verisim
limum, destinato loco (ut jam nunc res fore
ses Spiram, Westmonasterium, Lutetiam Parisiu
confluunt) explicatum novasque prout res exigeb
constitutum soliti congregari. Publicus continen
eorum consessus finibus erat, teste J. Caesare
Carnutum, regione totius Galliae media. Exis
mant aliqui oppidum a metropoli Carnutum
tavo distans lapide vulgo Dreux designatum [d]. S
tinuere dum rerum summam Saxones, celebr
ordinum comitiis ferebantur. In frontispicio I
Inae (plusquam DCCCLXXX. annos est, qu
is primum regnavit) **Ic Ine mid godes gift W**
Saxna Cyning mid gethcat & mid lere Cenred
mines fader & Hedde & Erconwald mine biscops
mid eallum minum ealdor mannum, & tham yldest
Witan mines theode be brodeth. &c i. *Ego In*
Dei gratia Westsaxonum rex suasu & instit
Cenredi patris mei & Heddae & Erconwaldi
piscoporum meorum, & omnium meorum ald
mannorum, & natu majorum prudentum pop
mei praecipio, &c. Hujus generis affatim in al
Pontificum etiam & procerum synodos, & con
lia pro regni negotiis congregata memorant in c
rographis Witlasius & Bertulphus Merciorum re
DCCC. fere ante annos [e]. Et vetustus de Abendo
liber: *Hic sedes regia, huc cum de regni praecip*
& arduis tractaretur negotiis, concursus fiebat
puli [f]. Accedat, quod de Edwardo A. ab inst
rata salute DCCCCIII. Malmesburiensis. *C*
gregavit rex synodum senatorum gentis Ang
rum, cui praesidebat Pleimundus archiepisc
Cantuariensis interpretans districte verba apo
licae legationis. Appellabantur conventus
Saxonibus Wiððena ȝemoðeꞅ, i. *prudentum c*
gressus, & Micel ꞅinoðeꞅ, i. *magna comi*
Mutuato demum a Gallis parliamentorum nom
quae ante Henricum I. perraro scribit Poly
rus [g] habita. Institutum haut immerito ab
tiquis Germanis manasse visum. In iis

[a] Temp. Ed. I. tit. **attorney** 103. Priscis Germanis semper liberi, medii liberi, & infimi liberi, velut classes erant minorum nobilium. Nob enim titulus (ut & vulgari nostro sermone) principibus duntaxat & magnatibus tribuebatur. Munster. Cosmogr lib. 3. [b] Polyd Ang. 2. Tuin. comm de reb. Albion. David. Pouel in epist. Guili. **Fleetwode.** [c] Caes. lib. 6. bell. Gall. [d] Paulus M [e] Ingulphus. [f] Camdenus. [g] Polydor. lib. 11. hist. Angl.

ci

citus. *De minoribus rebus principes consultant, de minoribus omnes; ita tamen, ut ea quoque quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur.* Et habeo qui reliquit scriptum *quum nec fuerat episcopus, nec comes, nec baro, tamen tum reges tenuerant parliamenta sua* [a]; atque in Arthurio diplomate Cantabrigiensi academiae (nam per me licet, si poteris, cum Joanne Caio [b] des illi fidem) *Consilio & assensu omnium & singulorum pontificum, & principum istius regni decerno.* Interfuere parliamentis sub Normannorum tempora quotquot XIII. feudis militaribus & III. unius parte investiti barones [c]; ab amplis praediis ita dicti; unde forsan Joannes Cochleius Moguntinus nuncupatoria ad celebratissimi nominis Thomam Morum epistola Aurelii Cassiodori chronico praefixa baronem Angliae eum compellat. Caeterum Henricus III. exturgescente nimium numero, illos solummodo edictione praecepit adfuturos, quos ipsemet dignaretur rescripto. Augustissima nunc sedent haec comitia, quae mira, & ad firmissimam reipublicae salutem contexta trium ordinum, regis, magnatum, remque plebis procurantium harmonia ab eruditiss. viris ad AEtolorum Panaetolii apud Livium formulam Pananglium rectissime dicuntur. *Ut in fidibus, ac tibiis, atque cantu ipso, ac vocibus concentus est quidam* (ait in Ciceronis libris de republica Scipio) *tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditae ferre non possunt, isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur, & congruens; sic, ex summis, & mediis, & infimis interjectis ordinibus, & sonis, moderata ratione civitatem consensu dissimillimorum concinere: &, quae harmonia a musicis dicitur in cantu, eam esse in civitate concordiam; arctissimum atque plenum omni republica vinculum incolumitatis, eamque sine justitia nullo pacto esse posse* [d]. Verum sufficiant haec de conditoribus.

Ab his vix alios, ante Saxones, comperio custodes. Sub eis varie partitos; quorum neque nomen neque munus hactenus obsolevere. Explent numerum (ut fastigia carpam) *rex, constabularius, cancellarius, thesaurarius, Angliae aldermannus, aldermanni provinciarum, & gravii.* Deincipes, & obscurae famae praetereo; de caeteris strictim dicturus. Rex nunquam non inter heptarchas unus, qui monarcha totius Angliae (ut Beda testis) habebatur. Insignis tam excelso primum imperio *Ella rex australium Saxonum* (ita Ethelwerdus [e]) *qui possessor tantae ditionis fuerat, ut Ecbright; secundus fuit Ceulin rex occidentalium Anglorum, tertius AEthelbrith rex Cantuariorum; quartus Redwald rex orientalium; quintus Edwine rex Northymbrorum, sextus Oswald, septimus Osuveo frater Oswaldi, post quem octavus Ecbright.* Hujus in occiduum Saxonicum regnum alia maxime concesserunt. Constabulariatus officium (quod in Edwardo Buchinghamiae duce sub Hen. VIII. majestatis crimine postulato, & capite plexo disparuit) ultimi Saxonum anni viderunt. Traditur a Richardo Eliensi monacho [f] Alfgarus Stallerus Edwardo confess. constabularius, atque ejus hoc nomine habitatione Plaisy in Trinobantibus laudat noster chorographus. *Magnum eum & potentem in regno* Eliensis indigitat. Et magna sane ipsisque regibus metuenda potestas olim isti magistratui. Qui Normannorum ante adventum negant cancellarios, peccant largiter. Nec modo vincuntur ex Edwardi confessoris abbati Westmonasteriensi donatione (donavit mihi G. Lambardi Ἀρχεῖον) cui leguntur subscripta: *Siwardus notarius ad vicem Rembaldi regiae dignitatis cancellarii hanc chartam scripsi, & subscripsi*; verum ex Ingulpho; qui Turketuli Croylandensis postilla abbatis mentionem facit Edredi regis cancellarii: *Cujus decreto & consilio, quaecunque negotia temporalia, vel spiritualia regis judicium expectabant, tractarentur, & tractata irrefragabiliter sententiam sortirentur.* Atque enumeravit versatissimus ille in antiquitate Franciscus Thinuus [g], Turketillum Ethelbaldo, Swithinum Wintoniensem episcopum Egberto, Ulfinum Athelstano, Adulphum Edgaro, Alsium archimandritam Eliensem Ethelredo RRRR. hoc praestitisse munus. De quo, & sigillis quibus est olim praefectus cancellarius G. Camdeni Tribunalia, & ab archivis in J. Buddeni LL. D. Wainfleti Palingenesiam relata mavelim consulas, quam a me petas. Thesaurarii Edredo Dunstanus, Confessori Hugolinus [h]. Ast inusitatus ille quintus titulus Angliae aldermannus Sed fuit is, ni per nebulam fallor, supremus a judiciis praetor & a domestica stabilienda tranquillitate; qui nunc vulgo forsan capitalis Angliae justitiarius. Insigne hoc nomen neque apud chronologos, qui prostant, monachos, nec in LL. video monumentis. Caeterum privata Ramesesiensis Huntingdoniensi comitatu monasterii historia inscriptum hac superficie prodidit Ailwini tumulum [i].

HIC. REQVIESCIT. AILWINVS.
INCLITI. REGIS. EADGARI.
COGNATVS. TOTIVS. ANGLIAE.
ALDERMANNVS. ET. HVIVS.
SACRI. COENOBI. MIRACVLOSVS. FVNDATOR.

Et ob authoritatem, & gratiam, qua apud regem pollebat, maximam, Healfkoning. i. Semiregem agnominabant. Henricus autem Huntingdoniensis [k] Tostium Northumbriae comitem (seu ut illius utar phrasi, consulem) & Haraldum Godwini comitis Cantii filios regni dicit justitiarios. Aldermanni senatorum vocabulo apte vertuntur. Delegatam exercebant ii judices per provincias (comitatus dictas) potestatem, abque eis subdelegatam gravii (vox sonat praepositi, & quod Germanis *graves*, in Lantgrave, Burgrave, Palsgrave, & similibus: nonnullisque nostratium *reves.*) Utrosque, ut ea aetas, Latino nomine, comites

[a] Mod. ten. parl. [b] Jo. Caius in lib. 1. Antiq. Cantabrigiae. [c] V. 22. Edw. III. fol. 18. [d] August. de Civ. Dei. lib. 2. cap. 21. [e] Ethelwerd. lib. 3. cap. 2. [f] Hist. Eliens. v. Kel. relat. 6. Hen. VIII. fol. 171. stat. 13. Rich. II. cap. 2. Matth. Paris pag. 563. Camden. in Northamptonia. Brooke tit. prerogative 31. [g] Fr. Thin. in Contin. Chr. Eliz. [h] Matth. Canturiens. in Odonis Severi vita. [i] Camdenus. [k] Huntingd. lib. 6. hist.

illos, hos vicecomites vocabimus. Comitis vocamen ubique apud vetustissimos monachorum; quod vero saepius in ducis inter testes transiit. Et in charta fundationis coenobii Surreia Chertseiensis, subregulum Wlpheri Mercianorum R. se notat Frithwaldus[a]; comitem, nec haesites, intelligas. Vicecomes & vicedominus plusquam parissimi, iidem. Ingulphus ait supra. Et *ego Bingulph vicedominus consului* ✠ *ego Alfer vicecomes audivi* ✠ Extremo Edredi chirographo. Hisce cum ad privata tum ad publica judicia suis fuere in comitatibus fora. Ad privata; singulo quoque mense conventus (**Le County Court**) celebratus. *Quilibet gravius quarta quaque septimana* (ut in Edwardi senioris legibus habetur [b]) *frequentem populum conveniat, cuique jus dicito aequabile, litesque singulas* (*cum dies condicti advenerint*) *dirimito.* Ad publica; inquisitionum curiam, **Tourne le Viscont,** statuit Edgarus. *Ex omni comitatu bis quotannis conventus agitor, cui quidem illius dioecesis episcopus, & senator intersunto, quorum alter jura divina, humana alter populum edoceto.* Quae XIV. in Guilielmo I. sectioni inserui rumineris hic oportet. Hanc ad inquisitionum curiam tempestate minime promiscua & indiscriminatim convenere inquilini, verum, ut ex usu, antiquisque regni notissimum est constitutionibus, vel cis mensem a paschatis festo, vel a S. Michaelis. Cui quandoquidem non comes duntaxat, uti hodie vicecomes, sed etiam episcopus praefuerint, nequaquam videtur difficile temporariae legis & elicere fontem. Is forsan Antiochena synodus: Julio PP. I. habita & in oecumenica sexta Constantinopolitana recepta [c]. Explicate hac bina episcoporum quotannis celebranda concilia tertia a paschate hebdomada, & eidibus Octobris (superent tametsi aliquot diebus ii statum nobis mensem, non fallit magis conjectum) terminantur. Inferioris notae, ex iis, quae centurias, borghos, & similia superius loquuntur poteris tu plura. De Saxonibus quibus commissa LL. cura ista breviter.

Brevius de Normannis: de comitibus dico, & baronibus; illorum ante victoriam, excipias Leicestrenses & si forte alios, officiarii erant comites, necdum haereditarii. Summa disponente rerum Guilielmo, & feudales, & patrimoniales esse coeperunt, assignata cum titulo, qui ex toto comitatu proveniebant fisco, reddituum triente. Satis liquet hic mos Gervasio Tilburiense; in Richardo de Redueriis comite Devoniae ab Henric. I. & Gaufredo de Magnavilla, a Matilda imper. Essexiae comite creatis. Competebat & (videtur enim) Saxonicis divisum cum rege metipsum ju[s] De Gipwico Icenorum in Angliae lustro. *Regin[a] Edeva* II. *partes habuit, & comes* **Guert** *tert[i]am,* & de Norwico, *reddebat* XX. *libras reg[i] & comiti* X. *libras* [d]. Proventuum *Burgi* a[pud] **Lewes** *erant* II. *partes regis, tertia comitis.* E[t] Oxonium *reddebat pro theolonio, & gablo, & pro aliis consuetudinibus per annum, regi quiden[m]* XX. *libras, & sex sextarios mellis, comiti ver[o] Algaro* X. *libras.* Suis denique provincialibu[s] LL. ferendarum nonnulla paret Normannicis p[o]testas. Etenim Guilielmum Fitz-Osberni Herefo[r]densis comitis (ita monachus Malmesburiensis [e] *in comitatu ejus apud Herefordum manet legum quas statuit, inconcussa firmitas, ut nullus miles pr[o] qualicumque commisso plus septem solidis solva[t]* Cornubiensium chirographa de rebus metallic[is] tantundem adprobant, & Godinam Leofrici co[-]mitis uxorem promissimis capillis obtectam p[er] Coventriae frequentiam, ut irrogatis pensitatio[-]nibus cives hac lege exsolveret, obequitante[m] taceo.

Ex latifundiis baronibus (universis milita[ri] obsequio submissis praediis) sua fuere territor[ia] (**Mannors** dicimus) atque in iis curiae (harunc[e] apud alias gentes a Romuli patrocinio, & clie[n]tela vult Udalricus Zazius [f] μιμητικῶς originat[i]onem) ad beneficiarios, tertio quoque revolu[to] dierum septenario, convocandos, jusque eis d[i]cendum. Pervulgatus, & tralatitius earum us[us] hodiernus. Priscus accipiat ab Hovedeno [g] ha[nc] lucis scintillam: *Joannes Marescallus Hen.* [I] *conquestus est, quod cum calumniatus esset* [in] *curia archiepiscopi terram quandam de illo t[e]nendam jure haereditario, & diu inde placitasse nullam inde potuit assequi justitiam, & qu[od] ipse curiam archiepiscopi sacramento falsificav[e]rat secundum consuetudinem regni; cui archi[e]piscopus respondit: Nulla justitia defuit Joan[ni] in curia mea, sed ipse, nescio cujus consilio, [et] propriae voluntatis motu, attulit in curia m[ea] quendam* **Toper**, *& juravit super illum quod i[p]se pro defectu justitiae a curia mea recessit, [et] videbatur justitiariis curiae meae, quod ipse i[n]juriam mihi fecit, quia sic a curia mea recess[it] cum statutum sit in regno vestro, quod, qui c[u]riam alterius falsificare voluerit, oportet eum j[u]rare super sacrosancta Evangelia. Rex, non r[e]spiciens ad haec verba, juravit quod ipse hab[e]ret de eo justitiam & judicium & barones curi[ae] regis judicaverunt eum esse in misericordia regis* quin & D. libris multarunt. In jure caetera re[-]dundo remque administrando publicam eade[m] ferme quae Saxonibus magistratuum vocabula.

[a] Camdenus. [b] Leg. Edg cap. 11. Leg. Edw. 5. & Canut. 17. [c] Synod. Antioch. cap. 20. dist. 18. cap.
[d] **Domesday.** [e] Malmesb. de gest. reg. lib. 3. [f] Ad l. 2. ff. de origin. jur. [g] Roger. de Hoveden in H. II.

CHRONO[...]

CHRONOLOGIA

ANCILLANS.

Ann. Mundi.	
IↃ. DCCCC. X.	Samothes (si quis fuit ille) imperat.
IↃ.CIↃ.D.CCC.V.	Brutus in Danmoniis exscensionem facit.
IↃ. CIↃ. CIↃ. D. VI.	Dunvallo Molmutius sceptrum versat.
IↃ.CIↃ. CIↃ. D. C. XVII.	Martia Quintileni R. vidua, & Sisillii J. tutrix.
IↃ. CIↃ. CIↃ. D. CCC. XLII.	Adpellit Delae in maritumis Cantii, & *Territa quaesitis ostendit terga Britannis* [a]. & primus Britanniam Romanis C. J. Caesar.
A a Chr. D. in salutem misso.	
XLIV.	Claudius Caes. Aug. A. Plaut. legato transvectis legionibus in formam provinciae paulatim redigit.
LII.	Colonia veteranorum Camalodunum deducitur.
LXXXVI.	Subjugatur Britannia ductu J. Agricolae, auspiciis Domitiani Aug.
CLXXXIII.	Lucius I. rex Christianus. Etenim Σύγχρονοι Eleutherius PP. & Commodus Aug. Ex quo plane fallit Beda, & fallitur in suo de hac re ἀντιχρονισμῷ.
CCCC. XXVIII.	E Germania adveniunt Saxones, Angli, Jutae, Dani, Frisones. Tauro & Felice Coss. anno XXI. Theodosii junioris. Calculus scriptorum communis habet XLIX. supra CCCC. verum quem adposui termino vetustis nixus fastis hanc circumscripsit epochen V. magnus & auctoritate & judicio G. Camdenus Clarentius.
D. LXI.	Ethelbertus Anglo-Saxonum primus R. qui Christo nomen dedit.
D. CCC.	Egbertus.
DCCC. LXXII.	Aluredus.
DCCCC. LIX.	Edgarus.
CIↃ. XVII.	Canutus Danus, alias Canuto.
CIↃ. XXXVI.	Haroldus.
CIↃ. XLII.	Edwardus confessor.
CIↃ. LXVI.	Guilielmus Normannus, pugnato in planitie juxta Hastings praelio, dominium insulae adquisivit.
CIↃ. LXXXVIII.	Guil. Rufus II. genitus victoris F.
CIↃ. C.	Henricus I. minor Rufi frater.
CIↃ. C. XXXV.	Stephanus ex Adela sorore Henrici nepos comes Blesensis.
CIↃ. C. LIII.	Hen. II. e Matilda Aug. & Gaufr. com. Andium Hen. I. nepos.

[a] Lucan. & intactus Britannus. Horat. epod. 7.

FINIS.

DISSERTATIO

AD

FLETAM.

DISSERTATIO

AD

FLETAM.

CAP. I.

I. *De editione.*
II. *Scriptorum classis cui accensendus est Fletae autor.*
III. *De ejusmodi scriptorum usu & autoritate.*

LUCE jam demum fruitur typographica commentarius hic juris Anglicani vetustus FLETA dictus, tamdiu totiesque a studiosioribus desideratus. E codice veteri manuscripto qui pars est thesauri Cottoniani singularis ac penes me diu mansit manetque, & quantum scio, est unicus, ipsoque autore aliquantulo tantum recentior (unde nonnulla pridem desumpta sunt exemplaria) editionem qualemcunque bibliopolae nonnulli per conductam sibi librarii certe nec satis periti nec diligentis satis operam procurarunt. Neque enim editio omnino mea est. Nec sane, si fuisset, vocabula exemplaris veteris, ad forensis scriptionis formulam, tot decurtata & veluti *notis levibus pendentia verba* (ut de veterum formulariorum scriptione dixit Manilius) adeo retineri permisissem, nec sine commodiori lectoribus ornatu ac dispositione, nec cum frivolis aliquot in margine notulis indiciisque intempestivis, ut uberrimam mendorum aliorum segetem praeteream, cudi sivissem; nedum tractatum Gallicanum *Fet assavoir* a primis, ut fieri solet jurisconsultis, vocibus denominatum & in vetustis juris nostratis collectaneis MSS. satis obvium, ad calcem codicis quasi pars ejus esset, asini perperam admisissem. Tametsi interim verum est, exemplari veteri, unde editio fit, illum esse subjunctum, nec sane charactere omnino dispari. Sed alia inter hunc & Fletam intercedit cognatio nulla. Simulac autem cusus est, instantius efflagitarunt editores, ut & titulum ego & de libro, autore, nomine aliquid adjicerem. Quod nec aegre impetratum est; dum scilicet per valetudinem dierum aliquot non satis integram, otio abundabam continuo eoque domestico, sed interea studiis diffusioris indaginis rebusque gravioribus nimis inidoneo ac impari.

II. Autor hujus scripti hactenus est plane incognitus. Connumerandus vero est quisquis ille fuerit, vetustioribus illis, Ranulpho de Glanvilla (saltem si ille autor sit libelli ejus nomine editi, qui ad tempora Henrici regis secundi spectat) viro spectatissimo summaque apud Henricum illum pollenti gratia & primarium in regimine publico locum occupanti; Henrico de Bracton, qui, sub annis Henrici tertii posterioribus, judiciis cum primis praefuit, autori anonymo regii Bractonii illius compendii, non sine insequentibus aliquot Edwardi primi legibus interfertis, Breton & Britton nuncupati (de quo plura mox) Radulpho de Hengham, Gilberto de Thornton, qui sicut & alter ille uti & anonymus hic noster (qua de re plura inferius) sub Edwardo primo scripserunt, atque Andreae Hornio qui sub Edwardo secundo, aliisque id genus aliquot sive in archivis fiscalibus servatis sive in curiosiorum bibliothecis delitescentibus. Jam dictorum inquam classi cum primis est Fletae autor accensendus. Priscam scilicet (quemadmodum & illi aliter atque aliter pro aetatum & judiciorum discrimine) juris Anglicani faciem exhibet; qualis erat ea sub Edwardo primo. Cum reliquis illis idem haud parum praestat juris nostratis studiosioribus & qui penitius originem ejusdem & processum introspicere gestiunt, quod in jure Caesareo jam praestarent Papirii, Tuberonis, Juliani, Proculi, Flavii, AElii, Catonis,

Catonis, Sabini, Bruti, Alpheni, Labeonis, Papiniani, Neratii, Jaboleni, Celsi, Pomponii, Scaevolae, Caii, Pauli, Ulpiani, Callistrati, Modestini, id genus [a] aliorum complurium libri desideratissimi, si jam extarent integri. Habet quidem hic non pauca Bractonio & Thorntonio usque adeo consona, ut etiam verbis saepius haud discrepet. Sed interim quamplurima docet alia nec apud eos nec alibi in libris quos terimus reperta; maxime libro secundo.

III. Scriptores hujusmodi apud nos inter eos quorum doctrina pro ornamentis tantum orationis, in disputationibus juris nostri forensibus scholasticisque esse possint, nec autoritatem in se ferant, vulgo censeri solent; idque non sine autoribus [b] magnis. Quod mea sententia (tantorum virorum pace dictum sit) non citra errorem ex incogitantia ingentem ortum propagatumque. Tametsi enim ob vetustatem ac intervenientes quae insequutae sunt juris mutationes admodum multiplices, autoritatem in quamplurimis jam non praestent ejusmodi quae decisionibus, judiciis, consultationibusve per se solum sufficiat, innumera nihilominus continent quae aut etiamnum manent integra nec omnino abrogata (ut in materie maxime feudali, criminali, haereditaria, contractibus, translatione dominii, aliis aliquot etiam quotidianis) aut quae mores majorum legesque avitas mutationibus ejusmodi priores copiosius ostendunt. Atque ita certe tam autoritatem, e qua juris interpretatio pendeat, eos habere manifesto in disputationibus forensibus scholasticisque est agnoscendum, quam ornamento esse. Dubitarine potest, quin, si Romanorum quos diximus veterum scripta juridica nobis non adeo invidisset temporis injuria, ingens inde & lux & autoritas accessisset Pandectis (quae illorum fragmentis tantum aliquot ad Triboniani in jure novando dirigendoque sensum aptatis refertae sunt) & utrique Codici Novellisque Justinianeis rite intelligendis explicandisque? Certe luce ejusmodi saepe nimis ex jactura illa immani infeliciter caremus. Ac specimina ea de re habentur non contemnenda ex pauculis Caii, Ulpiani, Pauli ipsorum reliquiis quae non interiere, atque id genus aliquot aliis. Quinimo autores ejusmodi veteres ad eos qui sunt recentiores atque in studiis foroque maxime obtinent, ita se ferme habent, ut sanctiones legesque antiquitus latae ad eas quibus ipsae sive abrogatae, sive mutatae, sive novatae fuerint. Lex etiam ipsa abrogata, nedum mutata aut novata, abrogandique, mutandi, novandi ratio diligentius perpensa (neque enim sine hujusmodi concursu praevio bene decernit jurisconsultus) autoritatem plane praestat amplissimam [c] juri novissimo atque in re praesenti rite capiendo. Ita in jure Caesareo, codex Theodosianus & quae cum eo eduntur, codici, in non paucis, Justinianeo. Ita compilationes decretalium antiquae illae quatuor ab Antonio Augustino uti & quinta seu Honoriana ab Innocentio Cironio jam nuper edita Gregorianae juris pontificii corporis parti, uti & Burchardus & Ivo, id genus alii, Gratiani maxime syntagmati. Ita
& orientalibus, quamdiu Basilicorum Leoninoru
usus eis olim mansit, adjumento proculdubio fi
ere maximo ipsae Justinianeae Pandectae codice
que reliqui unde conflata Basilica illa, quibus du
haec scribimus, primo fruimur ex editione V. C
Caroli Annibalis Fabroti. Quale itidem pla
dicendum de priscis apud nos alibique legibus i
numeris, quae aut esse desiere aut mutatae sunt n
vataeve. Neque sane excogitari potest, scripto
rem haberi juris omnino aliquem, cujus autorit
singularis, quantum ad tempora insequentia, no
decrescat pro varia morum legumque superindu
tarum ratione ac usu. Sed interim in his tantu
decrescit quae ab ita superinductis mutantur; i
quibus nihilominus ipsis usque adeo firma pe
manet, ut jus pristinum, cujus in novissimo i
terpretando usus est sicut tralatitius ita etiam pe
necessarius eximiusque, inde sit inprimis edisce
dum. Summa est, veterum hujusmodi usum s
mul ac autoritatem esse ferme qualis est epoch
rum sive a quibus sive per quas temporum m
tuumve deductiones fieri solent & calculus.

CAP. II.

I. *De Gilberti de Thornton capitalis su*
Edwardo primo justitiarii summa M
in quam Bractonium redegit.

II. *De variis Bractonii nominibus.*

III. *De compendio juris Gallicano, Bri*
ton dicto.

IV. *Summae Thorntonianae titulus, pa*
tiumque, quarum pleraeque mutila
lemmata.

QUemadmodum autem Fletae autor, in n
paucis tam sententiis ac periodis integr
quam rebus ipsis, sequax est & Bractonii & Thor
tonii, ita Thorntonius ipse Bractonii, ut scilic
ejusdem epitomator; de quo utpote adeo Flet
congenere atque scriptore quasi incognito, etia
ferme inaudito, pauca liceat adtexere. Gilbert
ille de Thornton sub Edwardo rege primo, cu
potestate summa seu quae capitalis justitiarii voc
tur, judiciis praefuit; quod nec ignorat quisqua
sive archivis nostris sive juris annalibus non ali
nus. Anno autem ejusdem regis vigesimo Bract
nium in compendium summa cum diligentia r
degit, unde etiam de singulari Bractonii, qui F
ta paulo vetustior est, in jure, sub Edwardo il
(cujus etiam annales juridici in foro hactenus o
tinuere atque in rebus gravissimis etiamnum [d] o
tinent) discutiendo autoritate est dijudicandu
Penes me habeo compendii illius codicem man
scriptum autori, quod ex charactere scimus, fa
coaevum. In bibliotheca quae olim erat Burl
ana reperi. Neque exemplar aliud mihi aut
sum aut auditum. In partes tribuitur octo,
nimis est mutilum. Vocatur in fronte *Sum*
de legibus & consuetudinibus Angliae a magis

[a] Videsis lib. 2. D. tit. de origine juris.
[b] 35. Hen. VI. Fitzherb. tit. Gard. 71. Plowden. comm. part. 1. fol. 157. atque inde
[c] D. tit. de legibus 26, 27, 28. & ibi gloss. & DD. Constantinus Rogerius de juris interpret. cap. 11. Alderanus Mascarcardus conclus statutorum interpret. 2. &c.
[d] Ut ex temp. Ed. I. cas. Cabledike in cas. Calvin. Cok. relat. part. 7. & saepissime in Fitzherb breviario liquet.

Henr

enrico de Bryctona compoſita tempore regis enrici filii regis Joannis; adjecto dein, abeviatam eſſe a Thorntonio.

II. Neque mirum videatur Henricum de Brycna hic nuncupari eum, quem vulgo, uti in liis ejus editis, Bracton vocitamus. Nomen e; perquam variatim ſcribi ſolebat. Et ubi in itorum initio legitur *ad inſtructionem ſaltem inorum ego Henricus de Bracton animum exi*, &c. codicum MSS. alii habent tantum *ad*, c. *Ego talis*, &c. alii *Ego talis H. animum exi*, &c. Ac perpulchrum inter alia penes me ejuſdem nec Edwardi I. initiis ſed autore ip- paulo recentius exemplar, quo poſt lemmata pitum recenſita ſubjicitur *expliciunt capita Brinis.* Et Bracton igitur & Brycton & Britton Briton etiam & Breton, ut ſtatim oſtenditur, terque appellatus eſt. Unde & compendium ud ſequentibus aliquot legibus auctum, Britton ctum, nec, ſine errore manifeſto, Joanni Breun epiſcopo Herefordenſi annis compluribus anejuſdem conſcriptionem mortuo tribui ſolitum, omen velut ab autore, unde nomine juſſuque gio deſcriptum eſt, primario ſumpſiſſe autumo. quidem agnoſcendum eſt ex eo quod in eſdem editis [a] legitur de errore nominis in reriptis regiis, verum illi videri nomen fuiſſe de racton. Sed interim aliis quae memoravimus ominibus vocatum etiam antiquitus aliterque m eſſe certo eſt certius. Atque in loco il- de nominis errore, ita allato ut ſuum pro exnplo habeatur, variant codices manuſcripti. E eis habet unus iſque proximo poſt autorem ſelo exaratus, pro eo quod in editis ibi legitur, *em ſi erratum ſit in ſyllaba, ut ſi quis alium minet Henricum de Brathon ſi nominare debet eum de Brackiton. Item idem erit in lira, ut ſi quis erraverit ſic nominando Henrim de Brochton, & nominare deberet eum Hencum de Braketon.* Et codices ibi alii aliter aliterre. Quinimo ſub Edwardi primi initiis tum m expreſſim nominari ſolitum Henricum de eton, tum librum ejus Brettone & Breton dicm eſſe, ſatis liquet ex ſyngrapha R. de Scardergh, Thomae Bec archidiacono Dorſetienſi concta, de libro illius quem per Thomae iſtius mas a Roberto Bathonienſi epiſcopo commodato ceperat. In archivis [b] titulus eſt, *Litera R. de ardeburgh per quam recepit ex mutuo de agiſtro Thoma Bec quendam librum, qui catur Brettone.* Ipſa autem Syngrapha ſic: *Univerſis praeſentes literas inſpecturis R. de ardeburgh archidiaconus ſalutem in Domino mpiternam. Noveritis me recepiſſe & habue ex cauſa commodati librum quem dominus enricus de Breton compoſuit, a venerabili pae domino R. Dei gratia Bathonienſi epiſcopo r manum magiſtri Thomae Beke archidiaconi orſetiae, quem eidem reſtituere teneor in o ſancti Joannis Baptiſtae, anno Dom.* .CC.LXXVIII. *In cujus rei teſtimonium praeetibus ſigillum meum appenſum. Datae Doveie die Veneris poſt purificationem virginis glorioſae, anno* M.CC.LXXVII.

Annus fuit hic Edwardi primi ſextus. Nec quis horum erat qui Bractonium ipſum in vivis cognoſcere non potuiſſet. Sed de nomine inſuper teſtimonia ſunt palmaria in archivis ipſis ubi [c] codicilli praefecturae Bractonii. Ibi crebro Henricus de Bretton nominatur; uti & ſubinde etiam de Bratton.

III. Verum quidem eſt pro recepto haberi, compendii quod vocitamus Britton autorem fuiſſe Johannem Bretoun ſeu Bretun (quem & Bectonum falſo nuncupant [d] aliqui) epiſcopum Herefordenſem Henrico noſtro coaevum juriſque Anglicani peritum. Etiam in editione Matthaei monachi Weſtmonaſterienſis ſeu Florilegi Londinenſi, anni M.DC.LXX. ejuſque in Germania ſequaci expreſſim fit ille auctor ejuſdem compendii. Verba ſunt in editione illa; *Obiit hoc anno (M. CC. LXXV. ſeu III. Edw. I.) Johannes Bretoun epiſcopus Herefordenſis, qui admodum peritus in juribus Anglicanis librum de eis conſcripſit, qui vocatur le Bretoun.* Atque hoc nomine deſignatur proculdubio aut opus illud Bractonii Latinum aut Gallicanum illud minus. Utrumque enim idem ut vides antiquitus ſortiebatur nomen. Sed ſive hoc ſive illud innuatur, hallucinationem eſſe ſcriptoris quicunque temere inferſerit palam eſt. Neque enim ipſius monachi eſt, ut ſtatim oſtendetur. De Latino Bractonii opere nemo puto dictum admittet. Et qui de Gallicano admiſerit, nae illi etiam eſt admittendum, ut qui anno Edwardi primi tertio in vivis eſſe deſierit (tunc enim mortuus eſt [e] epiſcopus ille Herefordenſis) ſanctiones [f] in ſcriptis ſuis parliamentarias decennio ampliuſque poſt latas interſereret. Certe & Gallicani illius tractatus ſeu compendii habeo exemplar pervetuſtum, cui ſubjicitur, *Ici finiſt le Bretton que contient IV. lievres* (ita enim diſtinguitur) *en les queux cheſcun maniere de plee eſt contenue.* Et memini me olim alicubi ad calcem ejuſmodi exemplaris legiſſe diſtichon rhythmicum, cujus verba non ſatis teneo cuncta. Sed primum verſum terminavit *Brato* pro autoris nomine, & ſecundum *& dixit talia nato.* Quae quidem etiam adſtruunt, Henrici de Bracton ſeu Breton nomen in codice quod Britton & Breton vulgo vocitamus, intelligi, ut primarii autoris unde deſumptus eſt, utcunque ipſo recentioribus aliquot rebus auctus. Etiam in annalibus noſtris juridicis [g] plane codex ille Britton dictus, Bracton nuncupatur. Sic Codicem Juſtiniani recte vocamus, licet interſperſus fuerit, multis poſt Juſtinianum ſeculis, tum novellis ejuſdem, tum Fredericianis conſtitutionibus aliquot. Sic Xiphilinum ſaepe Dionem, Juſtinum Trogum Pompeium, Florum etiam Livium, id eſt, epitomatores ipſos autorum ſuorum nomine indigitamus. Et quod ad locum illum in editione quam diximus Florilegi attinet; nec omnino habetur is ſive in editione prima anni MDLXVII. ſive in codicibus ejuſdem Mss. veteribus, qui in bibliothecis & Lambethana & Weſtmonaſterienſi aſſervantur. Adeoque a ſciolo aliquo temere ingeſtum, dubitare nequeo.

[a] Lib. 4. de Aſſiſa Novae Diſſeiſ. cap. 20. §. 4. fol. 188. b.
[b] In codice MS. Bullarum, &c. apud Camerarios Scaccarii, fol. 175.
[c] ide Rot. clauſ. 43. H. III. dorſ. 7. & dorſ. cat. 43. Hen. III. & quae in id genus tabulis. antecedunt.
[d] Balaeus, Pitſaeus, &c.
[e] ide notas ad Rad. de Hengham. pag. 129.
[f] Vide Britton, c. 14. c. 36. &c. ubi ſtatu 13. Edw. I. ſeu Weſt. 2. habentur.
[g] onferas 35. Hen. VI. fol. 42. cum 35. Hen. VI. tit. Gard. 71.

IV. Opus quod diximus Thorntonii, eſſe Henrici de Bracton (illud enim retinemus nomen quod Brycton apud eum ſit) ſummam abbreviatam palam eſt. Verba tituli integra damus:

Incipit ſumma de legibus & conſuetudinibus Angliae a magiſtro Henrico de Bryctona compoſita tempore Henrici filii regis Joannis, quam quidem ſummam dominus Gilbertus de Thornton, tunc capitalis juſtitiarius domini regis in Anglia ſecundum ſtatuta & leges tunc uſitatas, ad utilitatem poſterorum diligenti ſtudio poſtmodum abbreviavit ſub compendio, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici viceſimo. Et ipſe idem dominus Gilbertus tempore illo ſcientia, bonitate & manſuetudine floruit eleganter. Senſus eſt, Thorntonium dum capitalis erat juſtitiarius, ſub Edwardo ſcilicet primo, compendium hoc ſeu breviarium feciſſe, idque juxta ſtatuta & leges tunc uſitatas. Id eſt, Bractoniana exhibuit quatenus in legibus & ſtatutis tunc uſitatis rite intelligendis poſteritati eſſe poſſent adjumento. Neque enim ſtatuta ipſa quae poſt Bractonium & ante ſcriptionis tempus intervenere veluti de dotis, verbi gratia, petitione[a], de homicidio ex infortunio[b], de donis conditionalibus[c], ejuſmodi aliis aliquot, omnino memorat. Praetermittit perplurima ut epitomatores ſolent. Nec vero Bractonii methodum ſemper ſequitur, alia interdum uſus, uti & diſtributione alia, quod ex partium ejus octo hac ſerie luculentius eſt videre. In fronte ſequitur, *Et notandum eſt quod praeſens opus in octo partes dividitur.*

Prima pars tractat de perſonis & earundem variis conditionibus, de rebus & rerum diviſionibus, de donationibus & confirmationibus.

Secunda, de actionibus & obligationibus, de poenis & judicum poteſtatibus, de itinere juſtitiariorum & eorum capitulis.

Tertia, de criminibus & homicidio & de appellis & feloniis.

Quarta, de vetitis namiis & diſſeiſinis.

Quinta, de communia paſturae & ejuſdem ammenſuratione, de aſſiſa mortis anteceſſoris, de damnis & convictionibus.

Sexta, de brevi de recto, de ſummonitionibus & eſſoniis.

Septima, de exceptionibus & regiis prohibitionibus, de baſtardia & gradibus ſucceſſionis.

Octava, de homagiis & releviis, haereditatibus & donationibus propter nuptias, & dotibus mulieribus aſſignandis.

Et quantum ad methodum ſane & diſtributionem attinet, etiam aliter aliterque ſe habent ipſae in codicibus MSS. Bractonii. Perpulchrum habetur & vetuſtum in bibliotheca Oxonienſi publica exemplar, quo, Henrici de Bracton nomine appoſito, nulla omnino diſtributio eſt in libros, ut in editis; ſed ita in centenas tantum, ut poſt decem centenas numeris ſuis deſignatas ſequantur capitula inſuper LXVII. adeoque opus integrum ex capitulis MLXVII. conſtet. Alii codices perpetuam capitum ſeriem uſque in finem habent. Caeterum adeo mutilus eſt codex M. Thorntonii, ut quum partis primae capita, cu[m] lemmatibus ſingulis adjectis numerentur LVI, uti & partis ſecundae capita XIX. reliqua p[oſt] caput primae XLII. & poſt ſecundae caput praeter aliquantulum noni, omnino deſiderent. Quale pariter dicendum de parte tertia cui n[u]merus capitum XXXI. Sed quae octavum inte[r]cedunt & vigeſimum deſunt. Quartae tribu[un]tur capita XXVI. Quinta capita habuit XV. quorum praeter partem decimi ſexti reſtant t[an]tum poſtrema bina. Sexta integra eſt, cui cap[ita] XXI. Septimae erant capita XXV. Sed deſu[nt] quae decimum quintum ſequuntur. Octavae ſu[nt] XIV. eaque integra. Incipit non aliter atq[ue] Bractonius ipſe, nec aliis in prooemio ver[bis] quam ille in editis utitur, dempto quod Br[ac]tonii nomen non interſerit, prima perſona in[te]rim ut apud Bractonium uſurpata, atque eod[em] modo quem habent codices hujus MSS. *Ego [ta]lis animum induxi*, &c. Poſtrema item ejuſd[em] verba & caput partis octavae poſtremum in[te]grum, eadem ferme ſunt ipſiſſima quibus fini[t] Bractonius. Juſſu autem regio aut non ſine [re]gis auſpiciis conſcriptum eſſe hoc Thornto[ni] opus par eſt ut credamus, ex eo quod in an[na]libus[d] juris noſtri habetur Edwardum illu[m] (male in impreſſis vocatur ſecundus) tum le[ges] moreſque regni in ſcripta redigere univerſos [vo]luiſſe, tum libros aliquot alios, praeter noti[ſſi]mum illum Britton dictum, opera juriſpruden[t]orum qui ſub eo floruere eam in rem con[fe]ciſſe, idque veluti ſuos. De Brittonio plane [in]telligendum illud Priſoti ſummi cauſis civili[bu]s quae communia placita vocamus ſub Henr[ico] ſexto rege praefecti, ubi dum fiunt in foro ve[r]ba de ſtatuto anno tertio[e] Edwardi I. de pupill[i] aetate edito, *Ceſt eſtatut*, inquit[f], *fuit fait [en] temps le roy E. le 2.* (plane legendum *E. le [1]* pro Edwardo I.) *le quel roy fuit in purp[oſe] daver miſe tout en certein, per que il fiſt [a] liver deux ans apres ceſt eſtatut fet & en q[ue] ceſt eſtatut eſt reherſe.* Ipſiſſimum hoc ſtatut[um] habetur in Brittonio[g], nec dubitari ſolet qu[in] codex ille hic intelligendus. Sed interea nec pr[o] dubitandum quin pro *deux ans* legendum [ſit] *douze ans.* Nam in codice illo expreſſim n[o]morantur etiam ſtatuta[h] anni ejuſdem regis d[e]cimitertii, ſeu quae Weſtmonaſterii ſecundi di[ci]mus, unde manifeſtum fit haud biennio poſt t[er]tium annum, illum fuiſſe conſcriptum, ſed p[oſt] decennium ſaltem inde elapſum, ut ante etia[m] monuimus. Sed ſi Priſoto ſit credendum, co[n]ſcriptus ita erat ſub annum Edwardi I. decimu[m] quintum, non omnino quintum, ut volunt qui [x] depravata hic lectione ſecure nimis hallucina[n]tur. In alio autem exemplari annalium juridic[o]rum, unde illud Priſoti ſumptum, aliorum it[em] librorum ejuſdem regis juſſu conſcriptorum me[n]tio expreſſa. Verba ſunt[i], *Le quel roy* (ſcili[cet] Edwardus I. ut in editionibus correctioribus; nam in aliis mendoſe itidem legitur *Edward[e] ſecond*) *fuit appurpoſe daver miſe tout en cert[ein]*

[a] 3 Edw. I. Weſtm. 1. c. 49. [b] 6 Edw. I. Gloc. cap. 9. [c] 13 Edw. I. Weſtm. 2. c. 1. [d] 35 H. VI. fol. 41. [e] Weſtm. 1. c. 22. [f] 35 Hen. VI. Fitzherb. tit. Gard. 59. [g] Cap. 67. [h] Weſt. 2. cap. 1. & cap. 38. Britton. cap. 36. & cap. 14. [i] 35 Hen. VI. fol. 42. [k] Anni 1601 [l] Anni 1557.

& en escripture & commence de ceo faire liver le & par plus sages homes del ley de ins le realme s. juges & autres. Il fist un livere deux ans (lege *douze ans*) *prochein apres le fesance de cel estatute*, &c. Atque ex hisce Thorntonii codicem fuisse non videtur ambigendum. Certe in ipsius initio, quod,



apud Bractonium, est, *In rege qui recte re-t*, &c. prima vox ampliori & eleganti pingitur ductu auro ac coloribus variegato, intra quem solio habituque regio ad hunc modum re-ens rex ille judices sex habitu ornatos forensi lennique ac coram adstantes alloquitur. Quasi de regium jussum ad librum illum sic attinu-ipsumque regem veluti ejusdem autorem (qua-saltem Justinianus Tribonianeorum erat) fuisse, gesque ac mores Anglicanos in eo judicibus ac rbae forensi indicasse ibi innueretur. Neque e-pomator solum sed etiam subinde est interpres regius Thorntonius & expositor. Exempla au-m ac decisiones forenses quas non paucas me-orat Bractonius praetermittit hic, uti etiam fer-re quas habet ille [a] e juris Caesarei libris loco-rum citationes pessime ab editoribus tractatas. qui illas non praetermisit omnes. Qua de re, m insuper de juris Caesarei apud scriptores hosce taeque autorem usu atque etiam de eodem in hac insulae parte olim recepto, intermisso, res-tituto, temperato & cancellis cohibito paucula subjiciemus quae studiosioribus satis grata fore non dubitamus.

CAP. III.

I. *Librorum juris Caesarei usus prisci apud juris Anglicani consultos, qua tales, vestigia manifesta tam in Thorntonio & Fletae autore quam Bractonio.*

II. *Eorum legis regiae in Pandectis l. 1. tit. de constitutionibus principum lectio sensusque, etiam qua in Caesareis est, perquam singularis & mirus.*

III. *Diversae interpretum coaevorum de lege regia illa sententiae.*

IV. *Quaenam vera; & quid illa lex.*

V. *Quanam ab jurisconsultis nostratibus illo in seculo sub ratione ita adhibitum jus Caesareum, maximeque lex illa regia.*

LEX, inquit Thorntonius [b], *gravem poenam infligit judici corrupto per munera sordida, ut C. ad legem milit.* (sic MS. sed legendum *C. ad legem Juliam*; quae est repetundarum) *l. omnes, ubi dicitur, quod omnes cognitores & judices a pecuniis manus abstineant, ne alienum jurgium putent suam praedam.* Atque ita e codice Justinianeo eandem citaverat legem Bractonius [c], quod ex MSS. constat, utcunque in ejusdem editione tam seculi superioris, quae prima fuit, quam jam nupera (quarum utraque se fingit factam ingenti cura atque e codicibus MSS.) perperam legatur, *Ut C. ad legem vel repetet l. omnes* pro *ut C. ad legem Jul. repetund. l. omnes,*

[a] Lib. 2. de Acq. rerum dom. cap. 12. lib. 3. de Actionibus, cap. 8. §. 3. & cap. 9. §. 3. & cap. 12. §. 5. &c.
[b] Part. 1. cap. 11.
[c] Lib. 3. de Actionibus, cap. 8. §. 3.

nes,

nes: & pro *a pecuniis* ridicule substituatur *a re cuivis*; uti & paulo post ibi *ut C. s. l. ultima* pro *ut C. e.* (pro *eodem titulo*) *l. ultima*, qua poena quadrupli illic memorata a Theodotio & Valentiniano irrogatur. Atque in editionibus illis utrisque menda sunt perplurima eaque crassissima, partim e librariorum inscitia, partim ex operarum incuria. Alias adhibentur item leges ipsissimae tum a Bractonio tum a Thorntonio e corpore Justinianeo citatae, adjectis ab utroque, designatisque more jurisconsultorum Caesareorum, locis quos praeterit omnino Fletae autor, ipsas interea leges expressius, easque velut vim hic tunc obtinentes pariter recitans. Verbi causa; Fletae autor de donationibus inter virum & uxorem loquens, *Verba*, inquit[a], *legis sunt ejusmodi, si in nomine & substantia nihil distet a dote*, &c. Quae inde sequuntur in lege ipsa quam innuit, ab ipso Justiniano[b] lata, ibi subjicit, quemadmodum itidem & Thorntonius[c] & Bractonius[d]. Horum autem uterque in MSS. suis locum etiam ipsum legis qui praetermittitur in Fleta, sic addidit, *C. tit. de donationibus ante nuptias l. cum multae*, pro quo in editis Bractonii male legitur *cum milite*; & pro eo quod est in ipsa lege (uti & a Thortonio & Fletae autore recte exhibetur) *Sancimus omnes licentiam habere*, &c. e quibus verbis utpote in persona Justiniani prolatis totam vim legis pendere nemo non videt, pessime exaratur *Scimus omnes licentiam habere*, &c. Sed hujusmodi in Bractonii editis sunt creberrima menda, etiam & non raro in exemplaribus ejus MSS. licet vetustis, aliquot. Atque ita plane apud triumviros hosce usurpatur Justinianeum illud sub legis nomine & constitutionis & inhibitionis, perinde ac si etiam apud Anglos jus donationis inter conjuges inde vigorem contraxisset. Et *fraudem fieri constitutioni* aiunt Bractonius[e] & Thorntonius, & *fraudem inhibitioni* Fletae autor, si quid aliter in conjugum donationibus fiat quam sanctio illa Justinianea praescripserit. Alibi item in Fleta legitur[f], *Donationes etiam post feloniam perpetratam factae perfectae erunt & perpetuae, nisi donatores hujusmodi de feloniis suis in vita sua convincantur.* Quod juri quo utimur & avito plane consonum est. Sed statim in Fleta subjungitur: *Et ad hoc facit lex imperatoria; Post capitale crimen contractum donationes factae valent, nisi condemnatio fuerit subsecuta.* Id est, l. 15. *D. tit. de donationibus* e Marciani institutionibus sumpta, quae etiam citatur Bractonio sic[g], *Et ad hoc facit lex F.* (pro *ff.*) *de donationibus, post contractum*, &c. alibique, *Convenit lex cum consuetudine Anglicana ff. de donation. l. post contractum, ubi dicitur quod post contractum capitale crimen donationes factae valent nisi condemnatio subsequuta sit.* Atque loco priori, *Innuit* ergo, inquit ille[h] recte, *quod, nisi fuerit subsequuta, valent donationes, &, si fuerit, quod non valent.* Et utrique sic legitur illa lex ut in vulgaribus rudioribusque Pandectarum editionibu[s] habetur, praetermissa quae in politioribus occurri[t] voce expressim negativa. Nam in Florentinis it[a] se habet, *Post contractum capitale crimen dona[tiones] factae non valent ex constitutione divo[rum] Severi & Antonini, nisi condemnatio sicut[a] sit.* Quae locutionis formula mira non penitu[s] perpendenti videatur, quasi scilicet donation[es] damnatorum valerent, quales, nisi damnarentu[r] forent irritae. Sic enim verbo tenus sonare v[i]detur. Substituendum igitur volunt aliqui *si* pr[o] *nisi*. Tunc enim ex condemnatione sola irri[ta] fit rei donatio. Et de lege illa perquam vari[ae] occurrunt doctorum opiniones. Et Bartolus [de] ea; *Ista est valde notabilis lex & habet mat[e]riam quotidianam, & legitur duobus modis*, & Certe sensum fuisse post condemnationem n[on] valere non dubito, quod satis manifestum fit e[ti]am e Graecorum ejusdem quasi versione, Τοῦ δ[ω]ρησαμένου κεφαλικῶς καταδικασθέντος αἱ παρ' αὐ[τοῦ] μετὰ τὸ ἁμάρτημα γενόμεναι δωρεαὶ οὐκ ἰσχύου[σι]. Sic in Basilicis[i]; id est, *si is qui donavit ca[pi]tali supplicio damnatus sit, post crimen adm[is]sum donationes ab eo factae non valent.* Un[de] puto legisse etiam Graecos *non valent* in ipsis I[n]gestis. Et quod ad vocabulum *nisi* attinet, [eti]am in ipsa Florentinorum editione Taurellia[na], ejusque sequacibus quasi dubitanter est insertu[m]. Certe retinendum censuerit quisquis archaismu[m] hic[k] locum, ut in aliis crebro, habere admise[rit]. Scilicet si vocabulum *nisi* dividatur hic in *ni* *si*, id est, apud veteres *non si* (nam *ni* pro *non* u[sur]pari agnoscunt grammatici[l]) sensus erit ap[er]tus; *non valent donationes*, quae verba fuer[int] constitutionis imperatoriae, quibus explicandi g[ra]tia sic adjecerit Marcianus, *ni si condemnatio* [se]*cuta sit*, id ita est, *non, si condemnatio sit se*[cu]*ta*: quod etiam est consonum ipsi juri recepti[ssi]mo. Sed ex archaismo ejusmodi opem hic [u]c accersendam nec satis praestitam sentio. Aut *ni* expungas, aut substituas *non*. In impressis it[e]m Bractonii citatur[m] *l. 13. in bonae fidei C. t. de pactis* (sed satis perperum) atque inde dic[i]t *probari* pacta ex intervallo donationibus adje[ct]a, nec incontinenti, eis non inesse. Verum in [co]dicibus quibus utor MSS. locus ille non omn[i]o sed sensus tantum adfertur.

II. Specimen autem, prae reliquis, juris Ca[esa]rei sic ab jurisconsultis nostratibus tunc adhi[bi]ti peregregium est illud quod de potestate princ[ip]is seu regia e Pandectis, sed non expressim me[mo]ratis, Bractonius exhibet. *Nihil aliud*, inqu[it][n], *potest rex in terris, cum sit Dei minister & [vi]carius, nisi id solum quod de jure potest.* [Ne]c *obstat quod dicitur, Quod principi placet*[o] [le]*gis habet vigorem, quia sequitur in fine legis,* [cum] *lege regia quae de imperio ejus lata est, id est, non quicquid de voluntate regis temere p[rae]sumptum est* [*sed animo condendi jura*] (re[dun]dant haec verba hoc in loco, tametsi ad rem [ip]sam primario spectent, nec in MSS. Brac[to]nii

[a] Lib. 3. cap. 3. §. 15. &. 16. [b] L. 20. C. tit. de donat. ante nuptias. [c] Part. 1. c. 33. [d] Lib. 2. de rer. dom. cap. 12. [e] Vide item eum lib. 2. cap. 5. §. 5. [f] Lib. 3. cap. 10. §. 2, & 3. [g] Lib. 2. de rer. dom. cap. 5. §. 5. & cap. 13. ad finem. [h] C. videsis C. tit. de donat. inter vir. & ux. l. 24. res uxoris, & l. 31. D. d[e] ... in fine. [i] Lib. 47. tit. 1. [k] Vide Cujacium observat. 3. cap. 38. Alberic. Gentil. de libris juris civilis [l] Priscianus lib. 15. & Donatus ibi. [m] Lib. 2. cap. 6. §. 12. [n] Lib. 3. de actionibus ibid. cap. 9. §. 3. [o] ...D. tit. de constit. principum.

uibus utor, habentur, nec in Thorntonio aut Fle-ı) *sed quod consilio magistratuum suorum, rege utoritatem praestante, & habita super hoc de-beratione & tractatu recte fuerit definitum.* 'antundem & totidem ferme syllabis Fleta[a]; *Quia sequitur*, inquit, *cum lege regia quae de imperio ejus lata est.* Thorntonius item; parili sic djuncta ratione; *Quia sequitur in fine legis cum x regia* (sic codex MS. pro *lege*[b]) *quae de nperio ejus lata est, & non quicquid de voluntate regis temere praesumptum est,* &c. Ex hisce uo sane sunt inprimis animadvertenda. Posteris etiam non sine stupore. Prius est, jus Caesaeum in illustri illa gravissimique momenti de poestate apud Anglos regia, quaestione discutienda, anc locum, ex horum omnium sententiis adeo sse sortitum, ut quod ex eo velut in autoritatem ısumve obvium recepto posset objici, id responone seu interpretatione necessario indigere exstimaretur, adeoque in rebus, quarum in ratione egiminis reipublicae populive Anglicani versaretur ardo, vigorem prae se ferre. Posterius autem st, autorum horum quemlibet legem illam e 'andectis sibi allatam tum legisse tum intellexisse si eos omnino capio) aliter prorsus quam legi olet intelligive sive a Graecorum sive a Latinoum scriptorum opinor aliquo. Conjicitur lex lla regia tum in Pandectas[c] tum in Institutiones[d] x Ulpiano. *Quod principi placuit* (sic utrobiue) *legis habet vigorem; utpote* (sed Institutionibus deest *utpote*) *cum lege regia, quae de mperio ejus lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat,* ut in 'lorentinis; aliis habentibus *contulerit* pro *conerat*, uti & Institutionum exemplaribus aliis *conedat*, aliis *concesserit* & *concessit* pro eodem. Jbi *cum* (quod & *quum* legitur in accuratiori ditione Cujaciana aliisque ejusdem libentius seuacibus) pro conjunctione causativa sive verbo *onferat* aut *contulerit* sive voci *concedat, concesrit* aut *concessit* inserviente plane sumendum. ustinianus etiam ipse alibi[e], *Lege antiqua quae egia nuncupabatur, omne jus omnisque potestas opuli Romani in imperatoriam translata sunt otestatem.* Et Arcadius Charisius[f], *Regimenta eipublicae ad imperatores perpetuo translata esse* it, legem hanc innuens regiam quae etiam *lex mperii*[g] & *augustum*[h] *privilegium* in Codice licta. *Pomponius* item,[i] *constituto principe, latum est ei jus, ut quod constituisset ratum esst.* Graeci vero, praetermissa plerumque ratione lla Ulpiani pronuntiant hic rotundius, Ὅπερ ἀρέσει τῷ βασιλεῖ νόμος ἐστὶν, *Quod principi placuerit, ex est:* quod scilicet ita placuerit, ut animus jus ondendi simul adfuerit. Sic in Basilicis[k], sic pud Harmenopulum[l], alibi: unde τῶν βασιλέων όγματα[m], *principum dogmata* seu decreta pars st juris apud illos etiam civilis. Sed Theophilus nteceffor ubi quartum juris condendi autorem, ost tres illos populum, plebem, senatum, facit rincipem Romanum, Καὶ τί, inquit[n], ἐστὶ βασιλεύς; ἐστὶν ὁ κράτος τοῦ ἄρχειν παρὰ τοῦ δήμου λαβών. *Et quid est princeps? Princeps est qui potestatem imperandi a populo accepit.* Ita legem regiam, ut Ulpianus, intellexit. Et scholiastes ibi, Βασιλεὺς νομικὸς, *Princeps legitimus*; cui scilicet potestas sic concessa. Unde in Leonis & Constantini[o] Epitome vocatur imperator, ἔννομος ἐπιστασία, *legitima praefectura.* At vero triumviri jam dicti nostrates ita legisse mihi plane videntur omnes, ut pericopen ad hunc modum aut sensum fuisse integram non dubitarent. *Quod principi placet legis habet vigorem, cum lege regia quae de imperio ejus lata est:* quibus verbis etiam innuunt finiri hanc legem, idque satis expressim tum Bractonius tum Thorntonius. Adeoque *cum* non ut conjunctionem sed ut praepositionem intelligunt, quemadmodum & Fletae autor, sensumque esse, legis quidem habere vigorem quod principi placuerit, ita tamen ut ejusmodi placitum cum lege regia quae de imperio ejus seu regimine lata est, rite componatur perpendaturque, neque aliter atque juxta eandem legem vigorem sortiatur, nec de vigore illo aliter decernatur atque legis illius regiae conditionum ac temperamentorum qualiumcunque sine quibus collatum non est imperium, ratio permiserit singularis, juxta ea quae ibi statim subduntur de singulari apud nos tam de legibus in ordinum comitiis ferendis quam de judiciis legitime exercendis. Neque illud de *imperio & potestate omni a populo concessa* in lege illa omnino videntur hi ibi agnovisse, quasi exemplaribus suis plane defuisset. Certe Bractonii seculo adeoque deinceps Digestorum exemplaria hic studiosis habita non minus atque alias apud gentes integra ac ut libros alios describi solita satis constat, tametsi alia non reperirentur argumenta (quibus sane non caremus, ut mox ostenditur) ex ipsius exemplis de contractuum formulis allatis, ubi[p] de Codice & Digesto hic describendo ut re usitatissima loquitur. Unde magis mirandum quanam evenerit ratione, ut non solum ipse adeo judiciis forensibus clarus, &, si biographis[q] scriptorum nostratium fides, professor juris utriusque Oxoniensis, verum etiam Thorntonius juris alias peritissimus & Fletae autor adeo diversam lectionem sensumque diversum atque interpretibus aliis universis adeo alienum in illustrissimo juris Caesarei loco illo explicando tam fidenter admiserint. Tametsi interea, quantum ad rem ipsam, qua de apud eos agitur, & constitutionem imperii Anglicani attinet, nulla scilicet verborum Ulpiani seu Justiniani ratione habita, subtexant eorum singuli id quod vero est perquam consonum & receptissimum; de ordinum nempe comitiis intellectum, ut oportet; qua de re item videndus Bractonius in prooemio. Quinetiam vetus est apud me in codicem illum quem *Britton* vocitamus (sed in praevia tractatuum voluminis in quo continetur recensione antiqua, *Bracton de legibus Anglia*, juxta capite in superiore dicta, appellatum) commentarius MS.

[a] Lib. 1. cap. 17. §. 7. [b] Part. 2. c. 12. [c] L. 1. tit. de Constit. Principum. [d] Tit. de Jure Nat. §. Sed & uod. [e] L. 1. §, cum itaque C. tit. de vet, jure enucleando. [f] L. 1. D. tit. de offic. praefecti praetorio. [g] L. 3. ε imperfecto C. tit. de Testamentis. [h] L. unica §. 14. haec autem C. tit. de caducis tollendis. [i] L. 2. D. tit. de Oriine juris §. 11. novissime. [k] Lib. 2. tit. 6. [l] Lib. 1. tit. 1. [m] Michael. Psellus in Synopsi juris. [n] Init. tit. de Jure Nat. Gent. & Civili. [o] Tit. 2. [p] Lib. 2. de acquir. rer. dom. c. 6. fol. 19. [q] Balaeus. Cent. script. 98. Pitsaeus art. 13. Script. 335.

cujus in fronte verborum illorum *Quod principi placuit*, &c. sensus, qualis apud Bractonium, exhibetur ipsissimus.

III. Quod vero ad decantatissimae illius legis regiae, qua in Caesarearum corpore habetur, tum lectionem tum sensum apud alios attinet, id quidem advertendum est, in exemplaribus aliquot Digestorum Bractonio tum coaevis tum vetustioribus, lectionem a superius e Justiniano allata diversam habitam atque etiam ab interpretibus aliquot adprobatam. *Odofredus*, [a] Bractonio coaevus, in codice suo legebat *utpote cum lex regia lata est, populus ei & in eum imperium & potestatem conferret.* Ita deerat *omne suum.* Atque, *alias*, inquit, *Odofredus*, *in litera est*, *concessit* [b]. *Et haec est bona litera.* Sensus autem legis illius apud interpretes Bractonio coaetaneos & qui post instauratum in occidente jus Caesareum praecesserunt, varius erat. Fuere enim etiam tunc qui ita omnimodum imperium & potestatem a populo Romano in principem translatam esse, lege illa voluerint, ut populum inde plane potestate ac imperio nudatum omnimodo ac destitutum asserent. Hostiensis; *Alii dicunt*, inquit, *quod nec populus nec senatus potest hodie condere legem generalem, sed tantum princeps, quod verius credo.* Tantundem videre est apud Accursium [d]. Atque in his, puto, erat Martinus. Et hac de sententia plura mox. Eorum alii potestatem quidem ac imperium principi inde voluere concessum leges pro libitu condendi, sed ita tamen ut concessione ejusmodi populi potestas neutiquam minueretur, atque ut tam plebiscitorum quam senatusconsultorum non solum veterum sed quae insequerentur vis ut antea maneret integra. Scilicet ut princeps, populus, senatus, plebs, parem invicem (quod merito mirere) hac in re potestatem tenerent. Hoc satis liquet ex Azone [e] Accursio, Hostiensi [f] & Odofredo [g] Bractonio aut paulo vetustioribus aut coaevis. Atque posterior haec opinio nata est partim ex eo quod legem hic regiam intellexerint pro lege Hortensia, partim vero, forte sane maxime, ex eo quod professores aliquot ac studiosi eo in aevo juris hujus quod ita paulo ante occidentalibus instauratum est, cautius timerent, ne si principibus ex eo potestatem tantam, quanta in priore sententia habetur, tribuerent, populis civibusque per Europam passim libertate moribusque avitis potestati ejusmodi haud parum dissonis gaudentibus, nimium displicerent nec recens enascenti professioni suae satis prudenter consulerent. Et notissima est inter Martinianos & Bulgarianos [h], de principis etiam ex hac lege potestate, seculis in illis vetustioribus controversia. Anno autem ab urbe condita 422. seu ante Christum 330. [i] a Q. Hortensio dictatore lata est lex, *ut* [k] *eo jure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur*, unde factum est ut inter leges qualescunque ante receptas sive veterum regum, sive senatus, sive alias, & plebiscita, *Species* [l] *constituendi* (ut ait Pomponius) *interessen* *potestas autem eadem esset.* Atque hinc ait Ju nianus [m], *Plebiscita non minus valere quam leg coepisse*; tametsi apud Livium [n] habeatur L. V lerium & M. Horatium consules sub annum ce tesimum ac vigesimum ante legem *Hortensia* *omnium primum, quum veluti in controverso ju esset, tenerenturne patres plebiscitis, legem, ce turiatis comitiis, tulisse, ut quod tributim pleb jussisset, populum teneret.* Sed mira sane ex le Hortensia huc allata ratio ab Accursio, Odofred aliis. Accursii verba; *Regia, scilicet lata* *Hortensio mirabili oratore, ut supra de Orig ne Juris lib.* II. §. *deinde cum esset. Sed de p pulo & plebe ibi dicit. Dic ergo hic regia, est, regali.* Agnoscit, quod facere necesse er in lege Hortensia, populi & plebis, seu patrum plebis potestatis tantum mentionem fieri expr sam. Quomodo igitur ibi quid de regia le praescribitur? *Dic ergo*, inquit, *regali*; quod, bene capio, juxta eum innuit, legem Hortensi de jure regali, id est, regiminis seu guberna jure, latam & plebi & senatui (e quibus partil seu ordinibus binis tunc integrum populi Rom corpus constabat) parilem concedentem potes tem, ita etiam intelligendam, ut, postquam pr ceps insuper populo adjectus est, haud dispari tione itidem & illi, ut, in regimine, parti terti parilis ex ejusdem legis sensu potestas concessa mitteretur. Neque aliter video undenam vel illi veteres legem hic Hortensiam locum omni habere ullum. Atque hinc ea quae Justinia habet de singulari plebiscitorum ac senatuscons torum vi, interpretabantur illi qui in hac fu sententia; quasi ex ipsis ejusdem verbis ad se tum populumque Romanum in eis ferendis, dem ipsa, quae olim in republica libera, pote ac imperium etiamnum attineret. Disputaru etiam an potestas sic concessa a populo jure vocari potuisset, ut a delegante potestas [o] deleg to concessa.

IV. Sed certo certius est priorem sententiam ram esse, de populo scilicet, omnimodo impe ac potestate, in legibus ferendis, plane ex l illa regia, nudato. Quod tum ex Justiniano i tum ex veterum recentiorumque interpretibus lustrissimis constat. Verba ipsa de lege illa Justiniano ante allata satis hic probant; quil accedat & illud Constantini [p]; *Inter aequitat jusque interpositam interpretationem nobis solis oportet & licet inspicere* (ubi Graeci [q] μόνος νόμ τεμνέτω ὁ βασιλεύς, *solus princeps legem dirim* item & illud Justiniani [r], ad Demosthenem pr fectum praetorio: *Si imperialis majestas caus conditionaliter examinaverit & partibus comm constitutis sententiam dixerit, omnes omnino dices qui sub nostro imperio sunt, sciant h esse legem, non solum illi causae, pro qua p ducta est, sed & omnibus similibus. Quid e majus, quid sanctius*, &c. Vetustiorum hic

[a] Ad l. 1. tit. de Constit. Princ. [b] Sic apud Angelum Perus. ad dict. legem & vide Francisc. Conn. Juris Civilis l. 1. cap. edit. instit. Cujacianam & Baudozianam tit. de Jure Nat. §. sed & quod. [c] Summ. tit. de Constit. Princ. §. 9. &c. ad D. tit. de legibus l. 9. non ambigitur. [e] Summ. ad C. tit. de legibus & Constit. Princip. §. 8. [f] Locis ci [g] Ad dict. legem. [h] Videsis Jo. Quintin. in Aristocrat. Christ. Civit. tit. de regis imperio. [i] Epit. Livii lib. 11. [k] lius Faelix apud Agell. lib. 15. cap. 27. [l] L. 2. D. tit. de Orig. Juris §. 8. deinde. [m] Instit. de Jure Nat. & Gent. § bisscitum. [n] Dec. 1. lib. 3. cap. 55. [o] Odofred. ad dict. legem & videsis ibi Raphael. Fulgosium, &c. tit. de legibus l. 1. [q] Basilic. lib. 2. tit. 6. l. 6. [r] L. 12. C. tit. de legibus & vide Basilic. lib. 2. tit. 6. l. 17. & vide C. tit. de Crimine Sacrilegii.

terpret

pretum aliquot sententia supra indicatur, qui-
s adjicias Gallicanam Ulpiani de lege regia ver-
rum versionem pervetustam MS. *Ce que plest au
nce a forc: de loy, pur ce que li pueples li ottroia
la loy royall que fu fait de l'empire tout le
nmand:ment & toute le poeste que il avoient
le mistrent sus lui & en lui.* Quod vulga-
ibi interpretes, eis quos diximus recentiores,
bent, cuique obvium est. Legem vero Horten-
m quam ita huc vetustiores perperam torse-
nt, non omnino ad legem regiam hic atti-
re, nedum ea innui, admittunt doctiores po-
toresque recentium, quorum quidem nonnullis
am [a] legitur *lege remnia* pro *regia*. Regiam
em legem aliquam dici posse nemo non videt
pliciter, aut velut a rege latam, aut de rege
regia potestate. Notione priore leges haben-
regiae Romanorum perplurimae apud Diony-
m Halicarnassaeum [b], quas etiam diligenter ex-
et Fulvius Ursinus [c]. Etiam in Codice [d] me-
oratur lex regia de praegnante muliere human-
a regum veterum aliquo lata. Posteriore au-
n notione plane dicitur hic lex regia, atque
ea recte sumitur (nam aliae prorsus rejicien-
sententiae) qua populus Romanus omne im-
ium & potestatem suam in Octavium Augus-
n Caesarem ejusque successores transtulit, nec
stinum sibi omnino retinuit, qua de re quidem
s expressim Dio Cassius [e] in Augusti historia.
Suetonius [f] de Caesare illo: *Tribunitiam po-
atem perpetuam recepit*, &c. *recepit & mo-
n legumque regimen aeque perpetuum.* Sed &
us extat Romae in basilica Lateranensi seu in-
in Capitolium translata tabula aerea, in qua le-
regiae ipsius Vespasiano Caesari instauratae ha-
ur fragmentum, unde sensum legis hic apud
pianum regiae elicere non est difficile. Inter
ibi summi ac solius imperii capita quae Ve-
iano velut haereditaria confirmantur a populo,
em scilicet modo quo antea eis fruebantur Au-
us, Tiberius, ac Claudius, habetur & hoc,
*que quae ante hanc legem rogatam acta,
a, decreta, imperata ab imperatore Caesare
pasiano Augusto, jussu mandatove ejus a quo-
sunt, ea perinde justa rataque sint ac si po-
plebisve jussu acta essent.* Describitur frag-
ntum integrum apud Janum Gruterum [g], Ful-
n Ursinum [h], Antonium Augustinum [i], Fran-
um Hotomanum [k], Barnabam Brissonium [l],
. Atque, sensu jam dicto, legem hanc re-
apud Ulpianum seu Justinianum sumendam
d pauci consentiunt interpretum recentiorum.
ter eos qui aut ad Digesta & Institutiones in
hujus legis aut de imperio & jurisdictione in-
a volumina scribunt, consulas Augustinum &
omanum locis indicatis, uti etiam Joannem
asium [m], Ludovicum Charondam [n], Petrum
losanum [o], Franciscum Connanum [p], & sane
aliis Franciscum de Amaya in Observationi-
[q], qui rem copiosius explicat; sed haec obiter.
ii interea, e locis superius ex jure Caesareo ab jurisconsultis nostratibus Fletae utputa autore Bractonio & Thorntonio celeberrimis ac judiciis cum primariis, quantum ad posteriores binos attinet, praefectis, ita allatis expressimque indicatis, atque in rerum quas tractarunt probationem & argumenta sic adhibitis, idque velut aut autoritatem aut saltem rationem cogentem prae se ferentibus, manifestum fit usum qualemcunque neque eum adeo obscurum apud majores nostros eo in seculo juris ejusdem atque illius librorum in discussionibus nostris etiam ex jure Anglicano definiendis invaluisse. Non quidem omnino quasi regnum hoc seu rempublicam Anglicanam Caesaribus jurive Caesareo subjici aut regimen hic inde pendere omnino, aut jus Anglicanum ante sive scripto sive moribus constitutum inde mutationem recipere voluissent (nam passim etiam jus hoc, qua multifariam a Caesareo discrepat eique plane adversatur, ut sequendum docent ipsi) sed ut tum ubi deesset nostri juris praescriptum expressius, ad rationem juris etiam Caesarei ratione suffultam recurreretur, tum ubi jus utrumque consonum, etiam Caesarei quasi firmaretur explicaretur ve res verbis. Quod certe alias apud gentes occidentis olim hodieque factum scimus. Et certe in illustri illa de regia potestate apud nos quaestione definienda, locum ex autoritate sui habere nequibat ullum illud Ulpiani de lege regia, cum nec vim in regimine publico nostrati ullam omnino ex autoritate sui sortiretur jus Caesareum. Nec quidem ab autoribus quos hic diximus nostris revera adhibetur dictum illud Ulpiani, aliter atque moribus Anglicanis etiam ipsis quibus semper usi sumus, aut consonum esse aut saltem non dissonum, sed satis adaptandum ipsi, prout ostendimus, utcunque hallucinati, existimarent. Verus autem ejusdem, qua pars Caesarei juris est, sensus qualis supra exhibetur, regiminis Anglicani uti & rerumpublicarum per Europam Christianam plerarumque constitutioni omnino adversatur, utpote quae in principem Romanum aperte omnimodam transtulerit potestatem & imperium, quantum scilicet ad homines conditionis liberae regendos in principem citra tyrannidem transferri potuerit. Breviter rem ipsam explicat Cujacius [r]; *Augusto illo privilegio eadem est potestas principis*, Romani, *quae populi fuit*: alii doctissimorum tantundem. Nec quidem sive plebiscitis sive senatusconsultis post latam illam seu in usum revocatam legem regiam, vis inerat alia praeter eam quam Augusti permittebant ipsi. Sed vero haud pauci sunt scriptores [s] qui jus illud vetus Caesareum popularium suorum juri pariter adaptare satagentes, ita tanslationem illam seu, ut illi potius volunt, communicationem imperii moderari & temperare ex pactis ac conditionibus tacitis variatim conantur, ut etiam ab Ulpiani Justinianique dum eos interpretantur, mente quantum video, non vereantur longe nimis discedere, aliam scilicet & Caesaribus priscis (quorum in regimine aliorum principum ratio non ita habenda) pror-

[a] ciat. ad tit. de verb. signif. l. 15. Jo. Coras. Miscell. lib. 6. cap. 8. [b] Antiq. Rom. lib. 2. [c] In notis ad leges & senatuscon- g. 42. [d] Tit. de Mortuo Inferendo l. 2. [e] Lib. 53. [f] In Octab. cap. 27. [g] Inscript. pag. 242. g. & senatusconsultis marmoreis. [i] De legibus pag. 125. [k] Antiq. Rom. lib. 1. lit. R. [l] Formular. lib. 2. ell Juris lib. 6. cap. 8. [n] Pithanon lib. 1. cap. 2. [o] Syntagm. Juris lib. 47. cap. 20. [p] Comm. Juris Civi- . cap. 16. vide item Emund. Merill. Observat. lib. 2. c. 19. [q] Lib. 1. cap. 1. §. 19. &c. [r] In Paratitlis D. lib. 1. cap. 4. [s] Videsis Francisc. Suarez Defens. Fidei Catholicae advers. Anglos lib. 3. cap. 2. §. 12. Francisc. de Amaya Observat. b. 1. cap. 1. §. 45. &c. Tobiam Paurmeister lib. 1. de Jurisdictione imper. Rom. cap. 19. §. 7. &c.

sus

ſus imparem poteſtatem ac multo quam admittit vetuſtas Romana minorem adferentes. Neque hiſce melius ii qui ſingulis principibus Romanis ſingulas leges regias eaſque diverſas latas volunt [a], nec unicam, ut ante omnibus hac de re aut latam aut pro lata habitam. Et perperam nimis ſententiam illam de omnimodo in Caeſares, quantum ſcilicet transferri ut dictum eſt potuerit, imperio tranſlato, velut ſemper aſſentatoriam damnant. Certe non magis principi cuiquam aſſentari dicendus eſt, quiſquis de immenſo veterum principum Romanorum imperio illo quid ei adfirmaverit, quam is qui ſummo Turcarum aliive ejuſmodi principi anguſtos regum Spartanorum veterum poteſtatis cancellos aliaive regiminum habenis variatim temperatorum formas oſtenderet, dicendus foret ei aut convitium inferre aut majeſtatem dignitatemve minuere. Nec in imperio quidem nunc dicto Romano, quod Germanicum eſt, ſucceſſio habetur in jura Juſtinianea, qua Juſtinianea aut Romanis vetera. Neque ibi, nedum alibi capita de principum poteſtate ejuſdem juris vim habent ullam aliter atque a legibus moribuſque recentioribus, iiſque perquam variantibus, id eſt, *Capitulatione Caeſarea* ſeu *lege regia Germanorum* diverſimode eſt permiſtum. De capitulatione ac lege illa conſulas Benedictum Carpzovium in tractatu de ea, uti & de ſimili apud alias gentes ante annos aliquot edito [b]. Superius vero dictis de juris Caeſarei hic qualicunque inter juris Anglicani peritos, idque qua tales, uſu antiquitus admiſſo adjicere etiam hic viſum eſt non intempeſtivum, quando, quomodo atque unde uſus ejuſmodi initia hic ſumpſerit, creverit, inoleverit, idque aliquatenus tam in foro quam in ſtudiis ſcriptiſque (ut infra oſtenditur) & demum quando in deſuetudinem abierit, qualis item, in ſeculis diu ante initia illa retro actis, uſus juris ejuſdem ſive illius intermiſſio hic haberetur. Nam & operae forte pretium nec loco huic alienum exiſtimabitur puto curioſioribus compendio haec indicare.

CAP. IV.

I. *Uſus juris Caeſarei in hac quam incolimus Angli Britanniae parte, Romanis hic ſumma rerum potientibus.*

II. *Cerni ejuſmodi etiam tum in coloniis huc deductis tum in civili rerum hic tunc adminiſtratione.*

III. *Papinianus, juriſconſultorum veterum ille facile princeps, in Britannia judiciis ex jure Caeſareo exercendis praefuit; Eboraci, alibi. Forte etiam Ulpianus & Paulus praeter id genus alios his coaetaneos.*

IV. *Duravit hic ejuſmodi juris Caeſarei uſus, per annos 360. aut circiter.*

USUS juris Caeſarei in hac Britanniae qu incolimus Angli parte, in triplici reper genere. Primum eſt ejuſdem, ut, in regim plane ſupremi & hic quaſi univerſalis. Sec dum eſt, ut adſcititii tantum ſeu immixti, at juri Anglicano tam civili quam pontificio non lum interpretationem ſaepius ex ratione ſua ſtudiis foroque praeſtantis, verum etiam, ubi deerat expreſſius in Anglicano praeſcriptum, huic, ut in non paucis, illud omnino erat co num, velut autoritatem, non ex condentium teſtate ſed ex utentium hic conſenſu ſeu adm one, ſubminiſtrantis. Tertium, ut conſiſt aliquot tantum cauſiſque aliquot ſingularibus luti militaribus, nauticis, teſtamentariis, adſtr adeoque cancellis ita coerciti, ut extra eos ex non fuerit ejuſdem uſus admiſſus. Sic Rho rum leges nauticae Romae, ſic Oleronianae aliiſque gentibus Chriſtianis maritimis recep De primo & ſecundo genere hic maxime agen cum genus tertium nemini non ſit notiſſim Quod ad primum attinet; habebatur illud tum Romanis hic rerum ſumma potientibus. ſus ejuſmodi coepit Claudii Caeſaris temp Nam *Britanniam a Julio Caeſare in latas l jurare compulſum*, quod temere ſcripſit mona Malmesburienſis [c] aliique ejuſdem aliorumve milium hic ſequaces, non omnino eſt admi dum. Claudius autem, ut Ethelwerdus ait, *tonum reges ſubjecit ſervire ſibi*, & auſtrali inſulae partem in Romanorum poteſtatem git. Atque ab ejus tempore quo primum deductae coloniae, duravit hic uſus ille uſq tempora illa quibus adeo inclinavit Roma imperium, ut excuſſo ejuſdem jugo, incola ſui poteſtatem reverſi ſuique facti juris Cae um omnino rejecerint, ſaltem ita neglexerin cito evaneſceret, qua tale; utcunque ejuſ reliquiae aliquot quae ſic inoleverant, ut Britannici naturam induerent, neceſſario (quod nec aliter fieri potuiſſe videtur) eſſen tentae.

II. Cernitur autem hic uſus potiſſimum in coloniis ſic huc deductis, tum in civili r per intervallum quod diximus hic adminiſtrat Colonias ipſas jure in provinciis uti ſolitas R no, adeoque ſub Caeſaribus Caeſareo urbiſqu ſius meras fuiſſe expreſſiſſimaſque imagines eſt tralatitium [d]. Et diſerte Tacitus [e] colo hic primam, ſeu quae Camaloduni erat, no lum ut adverſus rebelles eſſet ſubſidium ſe *buendis ſociis ad officia legum* ait huc dedu Quo plane innuitur etiam Britannos, quo aut ſocii eſſent ſeu ut Romanis amici aut ſ ſeu in poteſtatem bello redacti, tunc imbu ad officia legum ſeu juris Caeſarei obſervati & proculdubio etiam ſic fuiſſe a colonia ha iſque ſimilibus imbutos. Id ſane quod hau ficile tunc erat alia ex cauſa non ita obſcura. re enim priſtino quod totum erat Druidun ciplina (ut ex Julio Caeſare ac perquam pro doctorum virorum conjectura qui diſciplin

[a] Marius Salomonius lib. de Principatu. Paganin. Gaudent. Juridic. lib. 2. cap. 26. & vide Henric. Bouricium lect. Juris cap. 7. & Connan. Comm. Juris lib. 1. cap. 16. Rivall. hiſt. Juris Civilis lib. 2.
[b] Anno 1622.
[c] De geſt. regum Angliae lib. 1
[d] Vide Agellium lib. 16. cap. 13. Sigonium, Roſſinium, &c.
[e] Annal. 12.

am pariter apud Gallos Britannosque in rebus omnimodis, tam profanis quam sacris, administrandis viguisse sentiunt, est eliciendum) jure inquam illo, tam apud Britannos, ut par est credere, quam Gallos, prorsus a Claudio sublato [a], facilius multo erat novum adeoque Caesareum seu victoris jura passim introducere. Alia ad colonias hujus provinciae (quorum nomina habemus quatuor aut quinque; & dubitandum non est complures fuisse alias) hoc nomine spectantia alibi [b] congessimus, neque hic iteranda duximus. Civilis autem rerum hic sub Romanis administratio, in qua juris Caesarei usus primi habetur generis, satis visitur in officiis seu dignitatibus vicarii Britanniae, qui praefecto praetorio Galliarum suberat, consularibus, praesidibus, propraetoribus, id genus reliquis, quorum, ut in hac insulae parte suo regentium jure, mentio expressior tum in Notitia dignitatum imperii occidentis tum in Romanis in Britannia apud doctissimum Guilielmum Camdenum e veteribus eos accuratius exhibentem. Et quod de Gallia dixit Julius Caesar, de Britannia hac itidem tunc plane dicendum. *Respicite*, inquit ille [c], *finitimam Galliam, quae in provinciam redacta, jure & legibus commutatis, perpetua premitur servitute.* Prae aliis autem illustre est exemplum Septimii Severi Augusti, qui sub annum Christi 200. εἰς δύο ἡγεμονίας (sic Herodianus [d]) τὴν τοῦ ἔθνους ἐξουσίαν, *in duos principatus* seu *praefecturas gentis imperium* seu *potestatem* distribuit, quod a doctis aliquot accipitur pro binis regimentis [e] seu praefecturis praetorianis, id est, binis praefectis praetorio, qui in praefecturis suis singuli jus dicerent hic Romanum. Dein etiam idem Augustus filios suos Bassianum & Getam Caesares seu designatos successores, ut ab urbis deliciis eos abstraheret, secum in Britanniam ducens Getam juniorem, juri tantum hic dicundo praefecit, assignatis ei, ex amicorum senioribus praecipuis, adsessoribus. Sic Herodianus [f], ...έταν καταλιπὼν ἐν τῷ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔθνει δικάσοντά τε καὶ τὰ λοιπὰ διοικήσοντα πολιτικὰ τῆς ἀρχῆς (δοὺς αὐτῷ συνέδρους τῶν φίλων τοὺς πρεσβυτέρους) τὸν Ἀντωνῖνον παραλαβὼν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ὑπήγετο, est, *Getam in gentis parte quae Romanis subjecta erat relinquens, ut scilicet jus diceret & reliquas imperii res civiles administraret (datis ei ex amicorum senioribus synedris* seu *adsessoribus* seu consiliariis) *Antoninum* (id est, *Bassianum*; licet revera uterque hoc nomine etiam patre superstite frueretur) *secum adversus barbaros eduxit.* Atque erat quidem hic *Geta, moribus asperis, sed non impiis, & tractator* (quasi Scholasticus diceres) ac in *literis assequendis & tenax veterum scriptorum & paternarum etiam sententiarum memor*, quod ait Spartianus [g]. Quicquid igitur Britanniarum tunc erat Romanorum in potestate, seu pars ab muro illo seu vallo Pictico, qui Cumbriam intersecat meridionalis, Antonino Getae jam velut hic praefecto praetorio seu ab imperatore secundo ac imperii participi in administratione civili jureque dicundo suberat.

III. Nec sane dubitandam videtur, quin inter assessores seu consiliarios illos etiam & inter eos qui ipsi Augusto judicia quotidie [h] a tempore matutino usque in meridiem exercere solito, utpote & juris peritissimo, adsideret, locum haberet hic primarium AEmilius Papinianus, asylum juris veteribus dictum, seu ille omnium qui sunt, qui erunt, quique fuerant juris peritissimus (ut Cujacii [i] de eo fertur judicium) atque autoritatis ante Justinianum prae reliquis tantae, ut ubi pares erant sententiae invicem adversae, ea praevaleret [k] in qua fuisset Papinianus, qui & amicissimus Severo Augusto cum eo simul professus est sub Cerbidio Scaevola, & sibi praecipue utrumque Augusti filium habebat commendatum. Nimirum certissimum est, non solum in Britanniae hac parte Septimio Severo [l] ut comitem eum adfuisse, verum etiam in urbe Eboraco egisse, ubi Augusti praetorium erat ac tribunal, in quo judicia non solum ipsum Augustum sed etiam Getam subinde cum consiliariis illis exercuisse non est quod ambigamus. Ita expressim ex Dione Xiphilinus [m] de Papiniano; ubi Bassiani meminit in via occidere tentantis patrem; *Qui tamen nullum*, inquit, *verbum fecit, sed in tribunal* (Eboraci) *ascendens peragensque quae necessaria erant, revertit in praetorium* (καὶ καλέσας τόν τε υἱὸν καὶ τὸν Παπινιανὸν καὶ τὸν Κάστορα, &c.) *& accersitis filio & Papiniano & Castore* verba de facinore ad filium habet, in quibus, *Si me cupis*, ait, *interficere, hic me interfice*, &c. *quod si id recusas & times tua manu facere, adest tibi* (Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος) *Papinianus praefectus, cui jubere potes ut me interficiat. Omnino enim faciet quicquid abs te, quum imperator sis, mandatum fuerit.* Sic ille. Scilicet erat Papinianus praefectus praetorio [n] tam Severo quam Antonino Caracallae seu Bassiano successori. Solem igitur illum ac asylum juris, & doctrinae legalis thesaurum (sic enim Spartiano [o] nuncupatur, & elogiis sane miris passim in Corpore Justinianeo ornatur) jus in Britannis nostris Caesareum dixisse ac docuisse ut satis palam est, ita etiam in senioribus amicorum Getae [p] hic judiciis praefecti pro consiliariis ei assignatis, primarium fuisse credendum. Is erat cujus opera ante annum tertium studiosis ob mirum acumen & subtilitatem attingere fas non erat, inde postmodum Papinianistae [q] solenniter dicti. Caeterum in Britannia fuisse eum non video quenquam jurisconsultorum biographorum omnino memorare. Nec praeter Dionem Cassium (quem sane etiam in judiciis hic cum Severo adfuisse aequum est ex ejusdem scripto [r] suspicari) historicorum veterum quisquam id tradidit. Quin & Paulum ac Ulpianum aliosque aliquot ejusdem temporis, illius juris Caesarei heroes comitatus hic tunc imperatorii partes fuisse, non ita absonum est autumare, dum scilicet & ex senioribus Antonini Getae amicis

[a] Sueton. in Claudio cap. 25. vide Plin. l. 30. cap. 1. [b] Not. in Fortiscut. p. 9. &c. [c] Comm. de Bello Gallico lib. 7. [d] ...ist. 3. [e] Richard. Vitus hist. Brit. lib. 5. not. 11. De Regimenti voce consulas Charisium D. tit. de praef. praet. & Festum in v. Regimen. [f] Hist. 3. [g] In Antonino Geta. [h] Xiphilinus e Dionis lib. 76. [i] In epist. ad Bedinger. ...fix. codici Theodos. quem & videsis in praefat. ad Papiniani opera. [k] C. Theodos. l. 1. tit. de responsis prudentum. [l] Spart. in Antonino Caracalla. [m] Hist. 76. in Severo, & vide Guil. Camd. Brit. pag. 572. [n] L. lecta est 40. D. tit. de rebus ...itis; & Spartian. in Antonino Caracalla, Fr. Connanus Comm. Juris lib. 4. cap. 13. Guid. Pancirol. de Claris leg. interp. lib. 1. cap. ... &c. [o] In Severo. [p] Videsis Joann. Bertrand. de Jurisperitis lib. 1. in Papiniano. [q] Hist. Juris a Justiniano ...posit. [r] Hist. 76.

(quod illo in aevo nomen dignitatis [a] singularis, non tantum officii, in domo & comitatu Augustali fuisse, sciunt docti) adsessores ei adsignatos advertimus, & tam Ulpianum quam Paulum, Papiniano praefecto, qui plane hic aderat, adsessuram [b] gessisse consideramus. Imo & rescripti illius de mancipiis bona vel mala fide possessis Ceciliae cuidam a Severo & Antonino Augg. Eboraci, consulibus Fausto & Rufo, id est, anno Christi 210. dati [c] originem seu causam e lite aliqua Britannica duxisse, non est quod non admittamus. Ita floruit tunc temporis juris Caesarei hic usus, uti & simul hic floruere juris ejusdem viri peritissimi illustrissimique e Romanis. Et sane firmatur diffusior in hac insulae parte, quae Romanis parebat, ejusmodi usus etiam ex eo quod Augustus ille animam exhalaturus Eboraci (ubi obiit, postquam biennio [d] amplius sub eo regimen hic civile quale diximus, viguerat) *Turbatam se*, dixit [e], *rempublicam ubique accepisse, pacatam etiam Britannis relinquere*. Atque ex ejusmodi qualem diximus hic juris Romani usu apud veteres occurrunt illa, ------ *Latia sub lege Britanni* [f], & non tam Britanniam quam Romaniam [g] dicendam citeriorem insulae partem, ut Taciti [h] testimonium de moribus Romanis in Britannos transfusis expressissimum, alia id genus praetereamus. Provinciae igitur hic, pagi, praefecturae, oppida hoc jure tunc regebantur; secundum quod de Londino optime Guilielmus Camdenus, ubi nec coloniae nec municipii nomine insignitam urbem illam adnotat. *Praefecturam itaque*, inquit [i], *ut opinor constituerunt* Romani, *sic enim vocabant oppida in quibus nundinae agebantur & jus dicebant, ita tamen ut magistratus suos non haberent, sed praefecti quotannis in ea mitterentur, qui jus dicerent, quod in publicis negotiis, nempe censis, tributorum, vectigalium, militiae,* &c. *a Romano senatu peterent*. Etiam municipia si quae fuere [k] non aliter eidem juri hic suberant atque urbes oppidaque apud nos non pauca, quibus sui sunt mores legesque singulares, juri Anglicano quod commune vocitamus. Jure enim illo mores illi legesque singulares & interpretationem recipiunt & saepenumero ex ejusdem autoritate coercentur, quod nemo nescit.

IV. Duravit autem juris Caesarei quale diximus hic regimen, sed pro vario ac mutante subinde rerum statu aliter atque aliter se subinde habens, per annos trecentos ac sexaginta aut circiter, id est, a Claudii Caesaris temporibus (inde enim hic merito auspicamur, non a Julio aliisve Claudium antecedentibus, qui potius Britanniam cogitarunt, quam partem ejus aliquam sibi subjecerunt) usque in imperium Honorii Augusti seu tempus quo ab Alarico Gotho Roma capta est. Id est, ab anno quasi L. Christi ad annum ejusdem 410. aut circiter. Sub id scilicet tempus [l] Marco, dein Gratiano & demum Constantino regibus etiam per defectionem [m], seu Augustis hic constitutis atque Constantino relicta insula in Gallias transeunte rebusque adversis plane oppresso sublatoque transrhenanis item barbaris cuncta pro libitu invadentibus, atque Romanorum imperio adeo in occidente acciso, ut amicis nullatenus subvenire possent, tum Celticae aliquot gentes tum Britann[i] nostri necessitate adigebantur, Τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆ[ς] (sic Zosimus [n]) ἀποστῆναι καὶ καθ' ἑαυτοὺς βιοτεύειν, οὐκ ἔτι τοῖς τούτων ὑπακούοντας νόμοις, *Ut ab imperio Romano deficerent & Romanorum legibu[s] non amplius obedientes arbitratu suo viverent*. Et Celticae illae nationes, Τοὺς Βρεττανοὺς μιμησάμεναι, *imitatae Britannos* (ita idem scriptor) κατὰ τὸν ἴσον σφᾶς ἠλευθέρωσαν τρόπον. Ἐκβάλλουσι γ[ὰρ] τοὺς Ῥωμαίους ἄρχοντας, οἰκεῖον δὲ κατ' ἐξουσίαν πολ[ί]τευμα καθιστᾶσαι, *Consimili modo se liberarun[t]. Nam ejectis praesidibus Romanis, propriam quan[]dam rempublicam ex arbitratu suo constituerun[t]*. Hic finis usus juris Caesarei jam dicti collocandu[s] qua Caesarei, seu qua autoritatem ex Caesaru[m] imperio habentis; utcunque proculdubio e tar[] diutina quae per secula illa anteacta invaluer[at] consuetudine, non superesse, saltem aliquamdi[u] non potuerint aliquot ejusdem, in regimine nov[o] seu recenti illo ex arbitratu incolarum nato, r[e]liquiae, quae nunc consensu utentium retinen[tur] temperanteve, non omnino ut ante imperantiu[m] Caesarum autoritate subniterentur. Atque hoc [e]quod ait Beda [o], *Ex eo tempore* (quo capta est Gothis Roma) *Romani in Britannia regna[re] cessarunt*; quod sane etiam Procopio [p] satis affi[r]matur. Apud alios finis Romani hic imperii [ci]terius ponitur: anno scilicet Christi 434. [q] a[ut] 435. seu sub media Theodosii junioris tempor[a] Chronologia vetus Anglo-saxonica [r]; ccccxxx[] her Gotan abræcon Rome burh. ⁊ næf[] siþþan Romane ne ricsodon on Brytene, *H[ic] Gothi urbem Romam vastarunt. Neque unqua[m] postea Romani regnabant in Britannia*. Qu[od] vero adjicitur ibi regnum illud ab Julio Caesa[re] sic durasse, ex veterum aliquot natum est halluc[i]natione, qui adventum ejus in *quaesitos*, ut [] Lucanus, Britannos, pro victore oscitanter nim[is] sumpsere. Atque alii de Romani imperii hic fi[ne] aliter aliterque. Sed de minutioribus tempo[rum] apicibus hic non disputamus. Et quantum [ad] rem quam tractamus sufficere puto quae dicta su[nt]. Qui autem de tempore citeriore loquuntur, n[on] tam de fine hic imperii Romani, quam de R[o]manis hinc discedentibus videntur capiendi.

[a] Videsis Claud. Salmasium in August. hist. pag. 47, & 307, & 308. [b] Lampridius in Alexandro Severo. & videsis l. 40. l[]
est D. tit. de rebus creditis. [c] C. tit. de rei vendicatione l. 1. [d] Dio. lib. 76. [e] Spartianus in Severo. [f] V[]
Poet. Catalect. lib. 1. tit. 7. [g] Gildas in epistola de Excid. Brit. [h] In vita Julii Agricolae. [i] Britan. p. 3[]
[k] Videsis Camden. Brit. 572. [l] Zosimus lib. 6. Olympiodorus apud Photium cod. 80. [m] Procopius Vandalic. lib. 1. p[]
94. b. [n] Histor. lib. 6. [o] Hist. Eccles. lib. 1. cap. 11. & in epit. hist. Anglic. [p] Vandalic. lib. 1. pag. 94[]
[q] Chronolog. Saxon. AEthelwerdus, Florilegus, &c. vide Jacob. Armachanum de Britannicarum eccles. primordiis cap. 12. & pag. 599. G[]
Pancirol. in Notit. Occidentis cap 83. adde Camden. Brit. pag. 94. [r] Pag. 507.

CAP.

CAP. V.

Quibusnam in libris jus illud Caesareum contineretur, cujus per intervallum Romani hic imperii seu annorum quasi 360. superius memoratum, usus, qualis ante ostensus est, hic habitus.

I. *De codice Theodosiano. Editionis ejus annus verus sibi restitutus, contra tum jurisperitos tum chronologos hactenus ea in re hallucinatos.*

II. *Quomodo mutatum in codice illo jus Caesareum novaque facie tunc indutum.*

III. *De juris Caesarei a barbaris itidem novati usu in occidente post vastatum ab illis imperium Romanum, usque in Justiniani tempora, in Italia, Hispania, Galliis: juris scilicet maxime in Theodosiano codice reliquisque Anianeis seu Alaricianis reperti.*

IV. *Justinianei juris, qua talis, in oriente usus diutinus. In occidente, per multa ab eo secula, in regimine publico, nullus. Theodosianum Corpus, cum adjunctis, Romani seu Caesarei nomine ut ante ita & post Justinianum usque in seculi duodecimi aut circiter medium, variatim in publico apud occidentales aliquot gentes regimine receptum.*

VI. *Codicis Theodosiani atque adjunctorum apud scriptores & studiosos per intervallum illud, usus. Et de celeberrima lege Constantiniana in seu cum eo vulgo obtensa, qua immanis olim & stupenda episcopis seu generi hieratico tributa jurisdictio. Eam revera codicis illius (cujus ad calcem reperitur) partem nunquam fuisse, sed diu ante abrogatam, a falsariis aliquot esse adjectam.*

PER intervallum annorum 360. aut circiter jam ante ostensum, seu a Claudii Augusti tempore usque in Honorii, quo finis hic imperii Romani, jus, cujus in hac insulae nostrae parte usus quem diximus, habitus est. Caesareum sedes habuit suas in duodecim tabularum reliquiis, in senatusconsultis ac plebiscitis priscis recentioribusque, quotquot scilicet a principibus firmata, admissa, retenta sunt, in praetorum edictis, veteribus illis libris, Gaii, Scaevolae, Papiniani, Ulpiani, Pauli, reliquorum id genus vetustiorum, e quibus postea conflatae sunt Justiniani Pandectae, atque in sanctionibus demum Caesarianis Theodosium juniorem antecedentibus, adeoque tum in eis quae relatae fuerant in Codices Gregorianum ac Hermogenianum tum in reliquis in Codice Theodosiano repertis, quotquot scilicet juxta superius dicta Romani imperii hic finem anteverterint. Gregorius juris studiosus leges principales ab Hadriano ad Valerianum usque & Gallienum in Codicem suum conjecit, uti & Hermogenes in suum eas quae fuere a Claudio Gallieni successore ad Diocletianum. Ea de re consulas Cujacium in Paratitlorum in Codicem Justiniani praefatione, unde sua de Codicibus hisce exscripsit Possevinus [a]. Hujus generis fuere libri Constitutionum divorum fratrum, quos composuerat Papirius Justus [b]. Haec omnia per intervallum quod diximus in musaeis ac foro studiosis judicibusque in usu. Centum autem aut circiter ante Justinianum, cujus corpore juris nunc utimur, annis, finis illius intervalli erat seu imperii hic Romani, adeoque nullus Justinianei, qua Justinianei, tunc usus esse hic alibive quibat.

II. Jam vero haud ita diu post seu potius sub ipsum intervalli illius seu imperii Romani, juxta aliquos, hic finem, seu consule Theodosio illo quindecies & Valentiniano Augusto tertio quartum, id est, anno Christi 435. novella seu lege singulari promulgatus est & firmatus Codex sanctionum principalium Theodosianus. Ita scilicet, si impressis codicibus [c], qui hic sibi invicem consoni omnes, fides. Sed in MS. meo (ubi lex illa non cum Novellis ejus sed cum ipso Codice ut praefatio, sicut & debet, conjungitur, quemadmodum etiam in editione Sichardiana [d]) legitur, *Theodosio Augusto sedecies consule*, id est, consule illo & Fausto seu Festo; quod ad annum Christi attinet 438. Et certe manifestum est *quindecies* ibi male legi, impressosque codices esse hic ut in non paucis aliis depravatos. Ad hunc enim modum se habent tunc fasti consulares,

Christi, 435. *Theodosius Aug.* XV. *Valentinianus* IV.
436. *Isidorus*; *senator.*
437. *AEtius* II. *Sigesvultius.*
438. *Theodosius Aug.* XVI. *Faustus* seu *Festus.*

Atque emissum ad Darium praefectum praetorio orientis edictum anno proximo ante sextumdecimum Theodosii consulatum, seu Christi 437. de decurionibus scilicet & silentiariis, habetur in Codice illo [e]. Subscribitur nempe *Dat.* XVIII. *kal. Aprilis Constantinopoli post consulatum Isidori & Senatoris*, qui anno illi respondet. Edictum igitur de autoritate codicis illius a Theodosio & Valentiniano Augustis ad Florentium praefectum praetorio orientis perperam plane signatur consulatu decimo quinto Theodosii, quod nemo non videt. Ad decimumsextum plane consulatum seu annum Christi 438. attinet edictum illud.

[a] Biblioth. select. l. 12. c. 15. & vide Guid. Panciroll. de claris legum interp. lib. 1. cap. 65, & 66. ubi pro Valerianum male legitur Valentinianum & de Gregorio vide Fr. Baldwinum in Prolegomenis. [b] Cujacius Observat. lib. 1. cap. 4. Guid. Panciroll. de clar. legum interp. lib. 1. cap. 51. [c] Novell. Theodos. tit. 1. [d] Basileae 1528. [e] Lib. 6. tit. 23. l. 4.

lud. Adeoque erroris chronologici non ferendi omnino convincuntur, qui editionem Codicis illius triennio ante collocare ſolent, ut Sigonius[a], Contius[b], Freymonius[c], Baronius[d], Calviſius, chronologiae Codici Theodoſiano ſubjunctae autor, alii. Codex hic primus erat ſanctionum imperatoriarum ex autoritate principali ſeu Auguſtorum auſpiciis editus. Gregorius enim, Hermogenes ac Papirius, ut privati tantum ſuos compoſuerant codices, in quibus conſtitutiones fuere tantum principum qui anteceſſerant paganorum. In Theodoſianum vero receptae ſunt tantummodo Chriſtianorum principum ſanctiones quae ſcilicet a Conſtantino magno & ſucceſſoribus ejus ante Theodoſiani natales emiſſae atque a Theodoſio & Valentiniano tertio ſelectae.

III. Voluere autem Auguſti illi in Theodoſiani confirmatione, *licentiam fore nulli ad forum & quotidianas advocationes* (ita ſe habet Novella ſeu praefatio jam dicta) *jus principale deferre vel litis inſtrumenta componere, niſi ex his videlicet libris* (ipſo nempe Codice Theodoſiano ſeu ejuſdem libris 16) *qui in noſtri nominis vacabulum tranſierunt & ſacris habentur in ſcriniis. Quanquam nulli retro principum aeternitas ſua detracta eſt; nullius latoris occidit nomen. Imo lucis gratia munerati* (ita e MS. legendum, pro eo quod in editis eſt nunc *mutuati* nunc *mutati*) *claritudine conſultorum auguſta nobiſcum ſocietate conjunguntur.* Papiniani item, Pauli, Gaii, Ulpiani, Modeſtini, uti & aliorum quorum tractatus & ſententias ſuis illi operibus miſcuerant, veluti Scaevolae, Sabini, Juliani, Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt ſcripta eodem in Codice[e] firmantur. *Ubi autem diverſae ſententiae proferebantur, potius numerus vincebat autorum. Vel ſi numerus aequalis eſſet, ejus partis praecedebat autoritas, in qua excellentis ingenii Papinianus eminebat; qui ut ſingulos vincebat, cedebat duobus. Notas autem Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, praecipiebant infirmari. Ubi autem pares*[f] *eorum ſententiae recitabantur, quorum par cenſebatur autoritas, quod ſequi deberet, eligebat moderatio judicantis. Pauli quoque ſententias ſemper* (ſed non ſine temperamentis ante dictis) *valere* praecipiebant. Sequutae ſunt Conſtitutiones novellae Theodoſii hujus, Valentiniani ejuſdem, Martiani, Majoriani, Severi, Anthemii Auguſtorum. Id autem quod diximus conſtituerant inter alia ad ſenatum Romanum miſſa Theodoſius & Valentinianus ſub annum ante Codicis illius editionem decimum ſeu Chriſti 428, id eſt, Theodoſio Aug. XII. (non VII. ut mendoſe in impreſſis) & Valentiniano II. conſulibus. Et recte numerum hic correxit Baronius[g], quem oſcitanter retinuit, ubi ſanctionem hanc deſcribit, Valentinus Forſterus[h] impreſſorum ſecure nimis ſequax. Idem etiam in codicem ſuum retulere Auguſti illi; ubi in Anianeo ſeu Alariciano interpretamento[i] habetur, *Gregorianum & Hermogenianum ideo legem iſtam praeterii[...] quia ſuis autoritatibus confirmabantur ex le[...] priore ſub titulo de Conſtitutionibus principum [...] edictis.* Id quidem verum eſt, primum Codi[...] hujus titulum ita ſe habere. Sed nihil omni[...] in eo mihi reperitur, quo codices illi bini alt[...] aut conſtitutiones aliquae omnino principales te[...]porum anteriorum firmentur. Sed vero quib[...]nam tunc temporis in libris haberetur jus qu[...] obtinuit Caeſareum, ex jam breviter dictis ſatis [...]quet, unde partim etiam de jure illo, qua u[...] hic ejuſdem proxime ante erat, eſt dijudicandu[...]

IV. Haud ita diu poſt, quaſi in nihilum e[...]nuit imperium per occidentem Romanum (mo[...] anguſtias illas exarchatus Ravennatis excipias) [...] irrumpentibus Gothis, Vandalis, aliis e ſeptent[...]one gentibus dilaceratum, variaque in regna [...]ſtractum. Inde ſimul juris Caeſarei quod di[...]mus Juſtiniano vetuſtioris, qua Caeſarei aut [...] Auguſtorum autoritate pendentis, uſus, ut e[...]neſceret neceſſe etiam erat. Ita tamen, ſub co[...]dentium etiam nomine, retinebatur uſurpabat[...]que inter gentes illas victrices, ut Romae ac p[...] Italiam in regimine publico a Theodorico re[...] ſub id tempus Oſtrogotho & ſucceſſoribus a[...]quot adhiberetur, ipſorum interim novis edic[...] interſperſum; id quod ex Caſſiodori libris Va[...]arum, manifeſtiſſimum eſt. Atque Alaricus [...]cundus Wiſigothorum in Hiſpaniis Galliaque m[...]ridionaliori rex opera *Aniani e codice Theo[...]ſiano ac diverſis*[k] *libris leges ſive ſpecies ju[...] elegit & explanavit, nec aliud cuilibet aut [...] legibus aut de jure licere in diſceptationem p[...]ponere* conſtituit, praeterquam quod liber inde co[...]geſtus amplecteretur. Liber ille ſeu breviariu[...] tum Anianeum tum Alaricianum dicendum, i[...]ſiſſimus eſt Codex ille Theodoſianus, nec tam[...] ipſe ſatis integer, quo nunc utimur, & reliqu[...] cum eo conjunctae Theodoſii, Valentiniani, Ma[...]tiani, Majoriani, Severi, Anthemii Auguſtoru[...] Novellae, uti etiam Excerpta ex codicibus Grego[...]riano & Hermogeniano atque interpretamen[...] qualiacunque Anianea a ſenſu Caeſareo nimis i[...]terdum aliena (quod ab viris doctis ſaepius n[...]tatur) praeter Gaii, Pauli, Ulpiani, Papiniani ſ[...] Papiani, ut ibi dicitur, fragmenta, ſed pro tra[...] ſcribentis libitu interdum mutata[l], atque inte[...]ſertum, ut puto Volutii Metiani opuſculum [...] vocabulis ac notis partium in rebus pecuniari[...] Anianus[m] ipſe: *Ex his omnibus juriſconſulto[...]bus ex Gregoriano, Hermogeniano, Caio, Pap[...]niano* (ſeu *Papiano*) *& Paulo quae neceſſar[...] cauſis praeſentium temporum videbantur, eleg[...]mus.* Nonnulli tamen octo tantum libros p[...]ores Theodoſiani in Alaricianis hiſce fuiſſe m[...]lunt[n]. Denominata autem ſunt reliqua conjunc[...] Theodoſiana non minus atque ipſe Auguſti C[...]dex, unde tum Ivo Carnotenſis[o] tum Gratianus[p] Pauli ſententias aliquot leges appellat expreſſi[...] Theodoſianas. Hinc etiam verba Pauli & inte[...]pretatio, Aniana lex diſerte antiquitus nuncup[...]

[a] De occidentali imperio lib. 12. [b] In faſtis conſularibus. [c] Symphonia juris chronologica. [d] Tom. 5. anno 43[...] num. 23. [e] L. unic. C. Theod. tit. de reſponſ. prudent. [f] De lectione heic vide Jo. Bertrand. de Juriſperitis lib. 1. pag. 1[...] [g] Annal. tom. 5. anno 435. num. 23. [h] In hiſt. Juris civilis lib. 2. in Papiniano. [i] Ad .. unic. C. Theod. tit. de reſp. pruden[...] [k] Praefat. ad cod. Theodoſ. Sigon. de occidental. imperio lib. 16. [l] Alciat. Parerg. lib. 2. cap. 26. alii. [m] Gl. ad C. Theod. l. uni[...] de reſp. prudentum. [n] Vide Guid. Panziroll. de clar. leg. interpr. lib. 2. cap. 3. [o] Pannoum l. 4. cap. 127, & 128, &[...] [p] Cauſ. 2. quaeſt. 6. cap. 22. propter affluentiam. 24, 25.

tu

…ra[a], qua de re videsis plura apud Joannem Sa…ronem ad Sidonium Apollinarem[b], ubi etiam …ionem reddit dicti illius Sidoniani de Seronato …b Anthemii Augusti tempora, seu paulo ante …ianum) *leges Theodosianas calcans Theodoricianasque proponens, veteres culpas, nova tributa perquirit.* Ita scilicet ante Anianum seu …aricum illum leges signanter discriminatae. Et Theodoricianis hic nominisque causa vide …dem Cujacium[c] in epistola ad Emaricum Rancnetum, Baronium[d] & Innocentium Cironium[e]. …que observandum est quidem diu ante Alari…m hunc seu sub annum 412. consilium iniisse …aulphum[f] Gothum Romana omnia adeo in …othicum nomen moresque mutandi, ut Roma…m plane obliteraretur, sed postmodum consilio …c gravissimas ob rationes rejecto magnopere …duisse, ut *Romanae restitutionis autor haberer, postquam esse non poterat immutator.* Pro…lgatum autem est illud tam seu potius Alari…nus sic quam Theodosianus dicendus codex, …no Christi 506. Nec dubitari potest quin apud …ancos plerumque eo in seculo retinerentur jura …i in corpore illo reliquisque jam dictis con…ta. Nam expressim Agathias[g] de tempore non …o solum (vixit ille sub Justiniano) sed & pri…no verba faciens, moresque Francorum enarrans, …ῇ πολιτείᾳ, inquit, ὡς τὰ πολλὰ χρῶνται Ῥωμαϊκῇ, καὶ νόμοις τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως …φίσι τε τὰ συμβόλαια, καὶ γάμους, καὶ τὴν τοῦ Θείου θε…ραπείαν νομίζουσιν, *Et politia plerumque utuntur …omana, & legibus eisdem, eandem etiam con…tractuum & nuptiarum rationem & divini nu…minis cultum tenent.* Quae ut reliqua antedicta …tempore post Theodosium juniorem, de co…e Theodosiano aliisque illis Anianeis seu Ala…r…anis intelligenda. Et de occidente usque ad J…tiniani tempora, post adeo accisum ibi Ro…num imperium, quantum ad jus attinet Cæ…eum, sic statuendum.

V. Sub nonagesimum autem a prima Theodo…ni Codicis editione atque ab Alariciana inter…p…tatione vigesimum quartum annum, seu Christi …o. partes aliquot corporis sui Justinianus in …nte promulgare coepit, quod integrum ante …num 365. quo ille mortuus est, absolvitur. …c Theodosiani jam aut Gregoriani aut Hermo…iani aliorumve juris codicum mansit ibi auto…s, qualis ante fuerat, nec Papiniani praeroga…ti pristina. Alia quamplurima novata, refixa, …ogata, inducta. Militaria, forensia, leges mu…t, alias invexit Justinianus, Ὅπως ἅπαντα νεώτερά τε καὶ αὐτοῦ ἐπώνυμα εἴη, quod scribit Procopius[h], …d est, *ut omnia nova & de suo nomine dice…tur.* Qua de re vide apud eum plura in Ar…a historia, atque in Nicolai Alemanni notis, …ervatu etiam ad hanc rem perquam digna. C…pus illud dein, ab jure pristino seu Theodo…o admodum diversum, tum per orientales im…i partes, tum in exarchatu Ravennate usque ad …n ab *Aistulpho* rege anno Christi 752. de…m[i], & postmodum sane in oriente usque ad …am a Turcis Constantinopolim sub annum Christi 1453. cum etiam, Mahumedis qui cepit jussu, Maximus patriarcha inter alios libros, Καὶ τοὺς Κώδικας τοὺς Βασιλικοὺς, *codices imperatorios* (quod de juris Caesarei sive corpore Justinianeo sive Basilicorum libris sexaginta inde sumptis par est ut intelligas) dicitur[k] in Arabicum transtulisse, in futurum, ut videtur, Mahumedici imperii usum. Et continuum juris illic veteris Caesarei usum satis scimus ex Basilicis ipsis, eorum Synopsi, Harmenopulo, Attaliata, Photii Nomocanone, Balsamone, Zonara, Psello, aliis non paucis Graecis juris sive Caesarei sive pontificii cum Caesareo mixti libris passim obviis. Quod vero ad occidentem attinet; ejus imperium, qua Caesareum, annis amplius quinquaginta ante Justinianum in nihilum ferme evanuerat. Et de ipsius Justiniani etiam tempore satis testantur Procopius & Agathias ei coaevi. Nec omnino admittendum aliter atque palam adulatorium, quod Justino juniori, Justiniani successori, aliquoties tribuit Corippus Africanus, ubi eum mundi ac orbis dominum appellat. Alia id genus eo in seculo perquam ridicula sunt; nisi ideo tantum dicta velis, ut avita imperatorum jura sic assererentur, non ut potestas ac imperandi facultas praesens in occidente inde innueretur, quam quidem in cancellos angustissimos jam ante coercitam post unum & alterum seculum aut circiter omnino desiisse, ex historiis est manifestum. Jam vero jus Caesareum, tum post Barbarorum irruptiones illas ante Justinianum, tum in seculis post eum sequentibus dupliciter considerandum est; aut qua in regimine publico usurpatum est, aut qua studiosis in musaeis lectum est neglectumve seu a scriptoribus adhibitum. Atque in utraque consideratione per se Codicis Theodosiani & reliquorum quae cum illo conjuncta sunt, seu corporis Alariciani, id est, juris Justinianum antevertentis seu Caesarei vetustioris, ac per se corporis Justinianei seu Caesarei juris ita recentioris ratio est habenda singularis. In regimine publico Ostrogothorum in Italia, Wisigothorum in Hispaniis & Galliis, aliorum aliquot vicinorum ante Justinianum, uti & per annos complures post eum, obtinuit quidem jus Romanum vetustius, quod ante Justinianum vim habuit, sed Theodoricianis, Anianeis seu Alaricianis, atque id genus aliis tum edictis novis tum interpretationibus superinductis haud parum interpolatum, nec omnino aliter admissum atque nova principum admittentium autoritate donaretur. Quod sic dictum ad corpus Justinianeum seu partem ejus aliquam non omnino attinet, sed ad Theodosianum quod diximus, & reliqua cum eo conjuncta, atque in usum publicum adhibita. Et hyperbole est crassissima in epigrammate Graeco Florentinis praefixo; homines scilicet Asiae, Africae, Europae, quasi genus universum humanum, gentes universas, Justiniano suisque Digestis paruisse. Theodosiana plane & qualia diximus caetera fuere in occidente jura quae obtinuere Romana. Neque alia omnino fuere Romana apud Francos jura, de quibus, ut ante memoratur, loquutus est Agathias, qui dixit ὡς

[a] Synod. Paris. sub Ludovico Pio apud Ivonem Decret. part. 14. cap. 21. Pannorm. lib. 5. cap. 124. Grat. Caus. 24. quaest. 3. c. 1.
[b] L… 2. Epist. 1. [c] Praefix. Cod. Theodosiano. [d] Annal. tom. 6. anno 468. num. 12. [e] Observat. juris canonici lib. 5. cap. 1.
[f] O…us lib. 7. cap. 43. & vide Goldast. Imperator. Constitut. tom. 3. pag. 586. [g] Historiae Justiniani lib. 1. [h] Hist. Arcan. p. 49.
[i] Si…i. de regno Italiae lib. 3. [k] Hist. politic. Turcograec. lib. 1. num. 56.

τὰ πολλὰ *plerumque* politia & legibus uti eos Romanis. Simpliciter dicere non potuit tum propter immixtos ipsorum mores, tum ob mutationes perquam insignes, quas, ut monitum est, invexerat Justinianus. Neque alia est praeter Theodosianam illam lex Romana, quae viguit Romae atque per Italiam, *absque universis procellis*, ut ait sub annum Christi 850. *Leo* papa quartus in epistola ad Lotharium primum Augustum; qua de re consulas Gratianum[a] ac Ivonem[b]. Atque hujus vestigia in Marculphi Formulis alisque veteribus, quemadmodum ante in Cassiodori Variis, frequentia. Nec sane Romana magis proprie tunc dicta est, quam linguae provinciales illae Hispanica & Gallica ex Romana veteri per degenerationem natae Romanae nomine & *Romance* indigitari solent. Illae non magis a Latino abiere sermone quam leges, utcunque Romanae tunc dictae, abierant, qua in usum admissae formataeque, a primaevo corporis illius Theodosiani sensu. Nam etiam in ipso imperio utcunque translato in occidentem, adeo capitularibus stirpis Carolinae novis auctum mutatumque est, pristinum illud jus ut novam plane faciem induerit atque a veteri plane diversissimam. Quale itidem dicendum de ejusdem juris Romani vetustioris per Hispanias & Gallias usu; id quod nemo nescit qui legibus Longobardorum, Wisigothorum, reliquarum gentium in legum antiquarum codice congestis alienus non fuerit. Etiam apud Wisigothos a Cindaswintho rege sub annum Christi 650. juris Romani expressissima lege[c] usus prohibetur. Et perquam variatim in regimine occidentalium aliquot partium illud jus vetustius Romanum habitum est tractatumque per secula illa, quae finem imperii Romani in Britannia seu quasi seculi quinti medium seu annum 450. interveniunt & medium aut circiter duodecimi, id est, 1150, quando velut ex intermortuis in occidente nuper resurrexerat corpus ut statim ostendetur Justinianeum. Atque ea de re, quantum ad Gallias spectat, vide prae aliis tum opus doctissimum jampridem editum[d] ab M. Antonio Dominico J. C. de praerogativa Allodiorum in provinciis Narbonensi & Aquitanica, tum Innocentium Cironium[e] in Observationibus Juris Canonici, ubi memorat etiam Joannis Costae antecessoris Tholosani tractatum de Origine Juris in Gallia in hanc rem proditurum. Atque hic inprimis observandum, Isidorum[f] Hispalensem cum de legibus accuratius agere instituisset, earumque enumerare autores, Gregoriani Codicis, Hermogeniani & demum Theodosiani meminisse, non tamen Justinianei utpote tunc per occidentem non in usu. Floruit ille sub annum 630. seu circa 70. ab Justiniano. Quinimo in ipso imperio Romano libertas data est profitendi quo jure sive Romano (quod de Theodosiano illo cum adjunctis semper intelligendum; tunc scilicet condito, quando conditores in occidente imperabant, quale de Justinianeo, quatenus ex eo vim nactum est, dici omnino nequit) sive G thico sive Longobardico sive alio tunc obtinen quis regeretur, quod satis scimus ex Lotharii pri Augusti ea de re lege[g]. Quam tamen sic ca endam existimo, ut integrarum urbium, pagoru territoriorum principibus seu praefectis simul incolis civiliter in universitatem coalescentibus c professionem ejusmodi elegerint, libertas illa i dulgeretur vivendi juxta hujus seu illius legis n mam, non personis singulis, qua singuli sol erant, de quibus ne quidem cum ratione po videtur intelligi. Specimen habetur effectus h jusmodi professionis apud Carolum de Tocc de Romano & Longobardo, sic legum professio distinctis, invicem in foro litigantibus. Atq exemplum ejusmodi professionis visitur illustre illis Bonifacii Tusciae ducis ac Matildis co tissae filiae ejus professionibus; illum scilicet Lon bardicam esse professum, hanc vero Salicam gem, quod notat ex ipsorum tabulis, quae p rimae in ecclesia Mutinensi asservantur, Caro Sigonius[i]. Sed vero etiam hanc Longobardic postmodum elegisse elicitur ex charta ejus do tionis, qua anno 1096. fundavit abbatiam Mo S. Petri in dioecesi Metensi, unde Sigonium convincendum volunt nonnulli[k]. Sed nimis nor immerito. Alterum annis fecit ea juv libus. Alterum jam senectute provectissima. corum item discrimen eam in rem advertend Atque huc palam facit Caroli calvi Franco regis edictum Pistense[l], quo, juxta legis Lo rianae illius mentem, toties de regionibus ac ris in quibus *secundum legem Romanam jud terminantur, & de illis qui secundum legem manam vivunt*, verba fiunt. Legem autem manam tum in Capitulis illis, tum in vetust bus Caroli & Ludovici pii Augustorum alibi in id genus scriptis eo in aevo memoratam, telligas semper oportet de Theodosiano illo pore & reliquis ei conjunctis, non omnino Justinianeo. Inde in Capitularibus Caroli & dovici pro legibus e Theodosiano aliqua expressi afferuntur. Et ubi in Additionibus[n] Ludo de poenis eorum qui venerem in alteram mam mutant, *lex Romana omnium humana mater legum* nuncupatur, de alia quam qua Theodosiano habetur capi nequit. Scilicet criminis ejusmodi patratores cremari ex ea ibi dicitur. At vero ex Justinianea, id est C stantini & Constantis in Codicem ejus[o], sed in Theodosianum, recepta, gladio illi puni Sed vivicomburium, Theodosii, Valentinia Arcadii rescriptum ad orientium vicarium Romae[p], in Codice Theodosiano repertum, scribit, quod male typis editum ita e MS. rigendum; *Omnes quibus flagitii usus est, corpore muliebriter constitutos, alieni sexus nare patientiam (nihil enim discretum vid habere cum foeminis) hujusmodi scelus, spe populo, flammis vindicibus expiabunt.* Und dieque plerumque apud gentes exteras, quib

[a] Dist. 10. cap. 9. & 13. [b] Part. 4. cap. 179. & Pannormiae lib. 2. tit. de legibus. cap. 152. [c] Leg. Wisigoth. lib. 2. cap. 9 ... serva epist. Joannis Papae 8. apud Ivonem in decreto parte 3. cap. 98. citat. capite proximo § 1. [d] Parisiis 1645. videsis Guil. Ran var. lect. lib. 2. cap. 3. [e] Lib. 5. [f] Originum lib. 5. [g] Leg. Longobard. lib. 2. tit. 57. Sigon. de regno Italiae li videsis Hincmarum Rhem. de coercendo raptu c. 12. p. 234. edit. Sirmondi. Ivo Decret. part. 3. cap. 38. Goldast. Constit. Imperialium pag. 186. [h] Gloss. in Leg. Longobard. lib. 2. tit. 57. [i] De Regno Italiae lib. 8. anno 1007. [k] Innocent. Ciron vat. Juris Canon. lib. 5. cap. 5. [l] Anno Christi 864. cap. 13. 16, 20, 23, 28, 31. [m] Capitul. lib. 6. cap. 281. & 3 [n] Addit. Ludovici 4. c. 102. [o] C. ad leg. Juliam de Adulteriis l. 31. [p] C. Theodos. lib. 9. tit. 7. seu ad leg. Jul. de Adulteriis

a Romana per ſecula illa in uſu, retinetur mos mnis damnandi ejuſmodi flagitioſos, ut a juriſ- nſultis * notatur. Atque ut novata eſt poena a ex lege Juſtinianea, id eſt, Conſtantiniana illa ipſo in uſum revocata, ita ſane corpus inte- um Theodoſiani Codicis, qua autoritatem habe- t aut in foro uſurparetur, & qua tale, quaſi in hilum redactum eſt ex Juſtinianea lege (quan- m ſcilicet inde fieri potuit) de novo Codice nfirmando. Sed imperium ejus & poteſtas tunc lum ferme in oriente. Utcunque vero, Theo- ſianum illud corpus jam plane Caeſareum pro- ie non erat aut Caeſaris autoritate fultum, ſed regibus gentibuſque quas diximus occidentis va- itim ac pro libitu admiſſum. Atque in complu- ous corpus Juſtinianeum ei erat, uti & etiamnum adverſiſſimum.

VI. Quod vero attinet ad ſcriptores ac ſtudio- s illius quod tractamus intervalli, quibus etiam ju- ; pontificii ſive in ſynodis ſive in collectaneis nſarcinatores accenſeo; dubitari omnino ne- uit quin apud eos uſus eſſet Codicis Theodoſi- i frequens, utpote in regimine publico adeo ob- nentis. Qua de re etiam ante diximus. Certe odicem hunc haud dubito intelligi, ſed an ſo- m neſcio, ubi de legum Romanorum ſtudio rba fiunt a Germano, ut videtur, anonymo, Bonifacium Moguntinum antiſtitem ſub an- um Chriſti 750. *Neque enim parva temporum tervalla*, inquit [a], *in hoc ſtudio protelanda nt, ei duntaxat qui ſolerti ſagacitate legendi ccenſus legum Romanorum jura medullitus ri- abitur & cuncta juriſconſultorum decreta ex timis praecordiis ſcrutabitur*, quod de ſe dix- anonymus ille poetices & mathematices pariter que juris ſtudioſus. Atqui ejuſmodi, ſeculis in is, uſus ſpecimen duximus hic unicum illuſtrius ae aliis animadvertendum. Reperitur quidem editionibus aliquot Codicis illius, ſcilicet Cu- ciana & ſequacibus, ad libri decimi ſexti cal- m, titulus *de Judicio epiſcopali*, qui libris in iquot dicitur *deerraſſe a corpore Theodoſiano.* eodem titulo tres habentur ſanctiones impera- riae, quarum prima eſt illa celeberrima qua im- anis ac prodigioſa poteſtas & juriſdictio epiſco- s a Conſtantino magno per reſcriptum ad Ab- vium praefectum praetorio conceditur, *Ut pro nctis* ſcilicet *ſemper & venerabilibus habeatur uicquid epiſcoporum fuerit ſententia termina- m*, idque in cauſis omnimodis *quae vel prae- rio vel civili jure tractantur.* Eadem ipſa re- pitur, ut *lex cunctis perpetua tenenda*, in Capi- laria Caroli & Ludovici imperatorum ab Anſe- ſo abbate collecta [b], idque ex XVI. *Theodoſii iperatoris libro capitulo videlicet* XII. ut in ndebrogiana editione. Jam vero advertendum libri XVI. titulos haberi undecim, quos tunc pita dixere, adeoque pro duodecimo ſeu poſtre- o titulo ſic accipiendum hunc *de Judicio epiſ- pali.* Sed vero in editione Pithoeana citatur, i etiam apud Gratianum [c] eam e Capitularibus erentem, e libri XVI. capitulo ſeu titulo XI. Atque ita ſane ut pars tituli *de Religione* ſeu un- decimi eſt cenſendus. Caeterum in codice meo MS. ſparſim inſeruntur, non ſerie continua, tres illae ſanctiones titulo de *Epiſcopis, Eccleſiis, & Clericis* qui libri decimiſexti ſecundus eſt. Sub- jicitur autem illa de epiſcoporum juriſdictione concilio Valentino [d] tertio ſub Lothario primo Auguſto & Carolo calvo habito anno 855. Con- ſtantini quidem nomine, ſed non expreſſim ut ex Codice Theodoſiano, cujus tamen exemplaribus ve- tuſtis aliquot eam cum aliis nonnullis velut ap- pendicem fuiſſe, liquet ex eis quae praefatus eſt Jaco- bus Sirmondus ad Appendicem ſuam Codicis The- odoſiani. Atque habetur inde haec ſanctio Con- ſtantiniana tum apud Ivonem [e] & Gratianum [f] tum apud Anſelmum Lucenſem, ut in notis edi- tionis decreti Gratianei Graegorianae monetur. Et ſane ſive ex Capitularibus Carolinis ſive ex ipſo Theodoſii Codice ſeu ejus appendice ſumpſerint, plane ut Theodoſianum & juris Theodoſiani par- tem cenſuere. Nam in Juſtinianeum nunquam omnino eſt admiſſa. Collocat eam Baronius [g] in anno 314. ſeu Conſtantini 9. Senſumque ejus ſummatim habere exiſtimat, nec male, tum Euſe- bium [h] tum Sozomenum [i]. Et gratiſſimus erat proculdubio dilectiſſimuſque Codicis hujus uſus generi hieratico ob ſanctionem hanc cum eo re- pertam, quae tam immenſam epiſcopis ſuis pote- ſtatem ita tribuens ſummis proculdubio in deliciis eis erat. Atque inde ſane exemplarium Codicis illius ſive veri ſive interpolati uſum apud ſtudioſos ac ſcriptores per intervallum illud infrequentem non fuiſſe elici poteſt. Quod vero ad ſanctionem ip- ſam hic attinet (quod obiter monere liceat) in ambiguo mihi non eſt, eam a Theodoſio in Co- dicem ſuum revera nunquam omnino receptam eſſe, ſed plane diu ante initia ejus abrogatam. Scilicet a Valente Gratiano & Valentiniano, anno 376. qui ea tantum epiſcopis permiſere, quae *ad religionis* [k] *obſervantiam pertinebant*; quod & firmatum eſt ab Honorio & Arcadio cum cancel- los poteſtati epiſcopali prudenter circumſcriben- tes [l], *Quoties de religione ageretur* conſtituere, *ut epiſcopi agitarent, caeteras vero cauſas quae ad ordinarios cognitores vel ad uſum publici juris pertinent, legibus oportere audiri.* Atque haec tum in Theodoſianis habentur tum [m] ab Valen- tiniano tertio aperte in hanc rem explicantur. Citra laicorum litigantium voluntatem interpoſi- tam cauſas eorum cognoſcere tunc nequibant epiſ- copi eorumve conſiſtoria. *Quoniam*, inquit Au- guſtus ille, *conſtat epiſcopos & presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis cauſis ſecundum Arcadii & Honorii divalia conſtituta, quae Theodoſianum corpus oſtendit, praeter religionem poſſe cognoſcere.* Sic Valentinianus ille. Nec ſane aliunde puto locum, veluti extravagans, in calce Codicis Theodoſiani habuit ſanctio illa aut in MS. mei titulum *de Epiſcopis* aliunde ſurrep- ſit, quam ex ſolennibus generis hieratici fraudibus ac fallaciis, quibus principes & reſpublicas imperio ſuo ac poteſtate legitima per fas & nefas emungere

* Damhouderius in Praxi Crim. cap. 98. §. 12. Julius Clarus Sentent. lib. 5. §. Sodomia num. 4. [a] Apud Bonifac. Moguntini in t. 68. [b] Capitular. lib. 6. cap. 281. [c] Cauſ. 11. quaeſt. 1. cap. 37. [d] Concil. Gallic. Sirmond. tom. 3. p. 106. ncil. General. tom. 3. part. 2. pag. 394. edit. 1618. [e] Decret. part. 16. cap. 312. Pannorm. lib. 5. cap. 23. [f] Cauſ. 11. eſt. 1. c. 35. [g] Tom. 3. ann. 314. num. 38. & 39. [h] De Vita Conſtantini lib. 4. cap. 27. [i] Lib. 1. 9. [k] C. Theodoſ. tit. de Epiſcopis l. 23. [l] Cod. Eod. 16. tit. de Religione l. 1. [m] Valent. Novell. tit. 12.

pro

pro more illis in feculis, ne de aliis dicam, fedulo variatimque fatagebat commodo fuo fcilicet ac ambitioni nervofiffime religionis obtentu ut fieri amat infferviens. Nec enim in Theodofiano locum habere quibat, nifi admittas eos qui Codicem illum congerebant fanctiones fibi invicem plane contrarias in re tam infignis momenti ofcitantius infarfiffe: quod credibile omnino non eft. Sanctioni huic item adverfiffimum eft jus Juftinianeum, in quod non modo nunquam receptum eft, fed eo plane abrogatum. Cum nihilominus etiam poft Juftinianeum per occidentem, ut mox dicetur, maxime ab genere hieratico receptum, ea ipfa fanctio velut Theodofiana, fimulato interim Conftantini nomine, fimul & ut Carolina, & quafi etiamnum vim retinens, obtendatur, quod videre eft apud Innocentium [a] tertium fub annum 1200. ad epifcopos per Franciam conftitutos. Fefellere Carolum & Ludovicum Auguftos, ii qui velut Theodofiani Codicis partem eam eis obtrufere. Et recte gloffa in Gratianum [b]: *Nota quod haec lex eft tota abrogata*; *nec habet locum hodie*. Atque tametfi in Codice meo veteri fub annum 1120. confcripto, pars fuerit tituli *de Epifcopis* feu fecundi in libro Theodofiani decimofexto, atque in eum cum binis illis aliis, ut diximus, conjecta; vix tamen dubitandum videtur, quin illud in pontificum gratiam atque ad majorem abrogatae diu ante fanctioni, quae hactenus extra vagata effet, autoritatem conciliandam, per fraudem factum fit. Nam in codicibus vetuftioribus, feu eis qui fub Carolo magno feu circa annum 800. feu trecentis amplius ante MS. meum annis, in ufu ad calcem Theodofiani habebatur, atque ut in appendice; ita tamen & tunc & poftmodum faepius ab agyrtis aliquot afficta, ut aut pro tituli undecimi (in quo interim plane continetur, ut diximus, ejufdem abrogatio Honoriana) parte exiftimaretur, aut, ab eo inciperetur novus feu alius, ut nunc *de Epifcopali Judicio*, titulus. Et recte cum fociis deerafle in impreffis dicitur. Locum autem qualemcunque ad calcem fic habuiffe, palam eft ex Capitularibus ante citatis. Et fraus hic fane mihi videtur manifeftiffima. Nec novum eft adulterinas leges [c] verarum corporibus inferere & affuere. Sed hac de fanctione alibi, Deo volente, plura & fufius. Hactenus autem de Codicis Theodofiani per intervallum, de quo loquimur, etiam & poft initia Carolini imperii, pro lege Romana, ufu, dictis accedat, quod faepius ea de re occurrit apud Hincmarum Rhemenfem antiftitem, qui floruit fub annum 86[illegible] In epiftola de coercendo raptu, publicas Romano rum leges in teftimonium affert, *Quibus*, inquit *orbem univerfum vivere fub fua dominatione co[illegible] ftituerunt*. Ipfas autem citat, quae in Theodo fiano [e] habentur, nec in Juftinianum recepta[illegible] Gregorianum item memorat codicem [f] Hincmar[illegible] eadem in epiftola [g]. Alios ex Theodofiano loco ut juris tunc Romani promptuario receptiffimo affert, faepius etiam interpretationem adjicien quae ipfiffima eft Aniana Theodofianis annex Hujus autem rei apud eum fpecimen eft praecip um in epiftola ad Carolum calvum, pro Hincm ro Laudunenfi feu epifcoporum caufis jam nup a Sirmondo primum edita [i]. At quanti etiam quam primarii ufus effet codex ille, in ftudiof rum aliquot doctorumque mufaeis per intervallu illud, dum de jure agebant, fatis infuper liqu tum ex Ivonis Carnotenfis & decreto [k] & Panno mia [l] feu fi mavis Pannomia, etiam Parnomia i terdum, ut in exemplari MS. pervetufto ac ni diffimo bibliothecae ad S. Jacobi regia dicta (qu ante Gratianum, corpus canonum juriftis fupple nonnullis [m] dicuntur; aliis Hugonem Cathala nenfem interponentibus) ubi aliquoties veluti [illegible] gorem obtinens adhibetur, tum ex Gratiano [n] [illegible] ifque, unde is fua compilavit, vetuftioribus; [illegible] quibus non pauca e Theodofiano etiam fub pon ficum veterum aliorumque nominibus afferunt[illegible] quod adnotatum habes ad calcem codicis ejufd[illegible] editionis tum Genevenfis [o] tum Parifienfis [p], [illegible] etiam in viri praeftantiffimi Davidis Blondelli P[illegible] legomenis [q] ad Pfeudo-Ifidorum. At vero [illegible] pofteriora intervalli quod diximus tempora, [illegible] feculum undecimum, ex invalefcentibus per [illegible] vum retro actum diverfiffimis aliarum genti[illegible] moribus legibufque evenit proculdubio, ut eti[illegible] lex illa Romana feu Theodofiana evanefcere c[illegible] perit, & apud alios, utcunque juris ftudiofiffim[illegible] plane neglectum jacuerit. Nam advertendu[illegible] Burchardum Wormatienfem antiftitem, qui [illegible] annum 1030. floruit, & juris pontificii corpus c[illegible] fecit, non folum in corpus illud e Theodofia[illegible] qua tali, nihil omnino attuliffe, verum etiam [illegible] lege familiae S. Petri [r] quam condidit ipfe, de [illegible] re dotali, haereditatibus, contractibus, judiciis p[illegible] licis, forenfibus aliis, inde nihil fumpfiffe, [illegible] quid ejufdem ibi imitatum effe, unde vix cred[illegible] dum eo aevo, ficut ante, adeo frequentem in [illegible] cidente Chriftiano fuiffe ejufdem ufum.

[a] Antiq. Collect. 3. lib. 2. tit. 1. & extr. tit. de Judiciis c. novit. 13. [b] C. 11. quaeft. 1. c. quicunque 35. [c] de Alciat. Parerg. 6. cap. 9. &c. [d] Cap. 5. pag. 228. edit. Sirmondi tom. 2. [e] Lib. 9. tit. 24. [f] Tit. ad Le[illegible] Jul. de Adulteriis. [g] Cap. 9. [h] Opufc. 55. Capit. cap. 36. pag. 527, 545, 780, 784, 796, 801. in tom. 2. edit. [illegible]mondi. & pag. 719. tom. 1. [i] Tom. 2. pag. 318, &c. Parif. 1645. [k] Part. 16. tit. de Caufis Laicorum fae[illegible] [l] Lib. 4. cap. 127, 128, &c. lib. 5. cap. 13, &c. [m] Tritemius de Scriptoribus Ecclefiafticis, Gefnerus, Poffevin, &c. [n] C[illegible] 2. quaeft. 6. cap. 22. propter fuperfluam, &c. [o] 1593. [p] 1586. [q] Cap. 12. [r] Burchardi e[illegible] 1560. Coloniae Agr.

CA[illegible]

CAP. VI.

Juris Justinianei, qua talis, usum per secula quae a Justiniano seu anno 560. *aut circiter usque in priorem seculi duodecimi partem seu annum* 1130. *aut circiter effluxere, in regimine occidentis publico fuisse nullum, licet ab ecclesiasticis tam hoc quam Theodosianum subinde adhiberetur.*

I. *Ejusdem sub Lothario Augusto* II. *seu circa annum* 1130. *per occidentem instauratio. Et de Irnerio qui primus ejusdem illuminator dictus, lucerna juris, & Glossarum autor primus, a quo Azonum, Accursiorum, id genus reliquorum deducitur familia.*

III. *Sub idem tempus aliarum disciplinarum in Christianismi occidente, velut ab intermortuis, resurrectio.*

IV. *Quanam sub ratione ita receptum in occidente juris Justinianei usus; in Gallia, Hispania, Lusitania, Italia, Germania, alibi.*

V. *Undenam evenerit, adeo libenter tempore Lotharii secundi seu aevo ante dicto, jus Justinianeum a principibus ac populis Christianis in occidente ita esse receptum, conjectura.*

JAM vero quod ad jus Romanum recentius seu Justinianeum attinet, qua in corpore scilicet Justinianeo visitur atque a Theodosiano illo veteri, ut perquam diversum etiam & saepius adversum discriminatur; per intervallum ab ipsius natalibus (qua Justinianeum est) seu Justiniani imperio aut circiter, seu seculi sexti quasi medio (id est, sub annum 560.) usque in seculi duodecimi partem priorem seu tempora Lotharii secundi Augusti aut circiter, seu per annos septuaginta supra quingentos, jus illud apud occidentales [a] in regimine publico ac civili extra exarchatum Ravennatem seu angustias illas aliquot orientalis in occidente imperii reliquas (quae sub annum 750. prorsus imperii illius esse partes etiam desiere) locum plane habuit nullum. Certe etiam scriptoribus occidentis raro, & apud paucos eorum, qui per intervallum illud vetustiores sunt, quid inde memoratur. Ab Isidoro jam ante citato, ubi de legum agit autoribus [b] & corpus Theodosianum, uti & Gregorianum & Hermogenianum memorat, praetermittitur Justinianeum, veluti cujus ratio in occidente parum omnino tunc haberetur. Floruit is post Justinianum circa annum septuagesimum. Atqui interea Gregorio primo [c] quidem citantur & Novellae aliquot Justiniani, & leges nonnullae ejusdem Codicis, id est, paulo ante Isidorum. Et seculis etiam hujus intervalli sequentibus apud hieratici generis scriptores atque ecclesiasticos, in pretio leges Justinianeas aut saltem earum aliquas fuisse singulari, liquet. Forsan sane tam Justinianeae leges quam Theodosianae intelliguntur nomine Romanorum legum in epistola illa anonymi supra [d] citata ex Bonifacii Moguntini epistolis, quae sub annum DCCL. conscriptae. Et Joannes papa octavus, ut in Decreto [e] Ivonis Carnotensis legitur, sub annum DCCCLXX. consultus a Sineboldo Narbonensi antistite in synodo Tricassina de privilegiis ecclesiae violatis, seu, ut vocabant, sacrilegio (cui in libro legis Gothicae nulla praescripta erat poena, apud Gallos Hispanosve; nec juxta aliam legem ibi erat tunc judicandum) *Nostra*, inquit, *serenitas cum praescriptis episcopis, inspectis legibus Romanis, ubi habebatur de sacrilegiis, invenimus ibi a Justiniano imperatore legem compositionis sacrilegii constitutam, scilicet in quinque libras auri optimi.* In Codice quidem ejus habetur illa lex [f], Arcadii nempe & Honorii. Sed mirum interea est severiores multo quae sunt [g] apud Justinianum in sacrilegos leges eos praeteriisse, nisi ipsis Digestorum libris tunc forte carerent. Sed vero & magis mihi mirum, legem hanc e Justiniano sic tunc in occidente allatam esse, cum eadem ipsa haberetur [h] in Codice Theodosiano, qui adeo tunc in Italia, Gallia, Hispaniis etiam & Germania variatim in usu atque multo receptior fuerat. Idem ipsum de Joanne octavo habetur apud Ivonem in Pannormia [i], dempto quod, ut in editis, legitur hic *in decem libras optimi auri*, pro *quinque*, qui numerus erat plane Justinianeus. Sed corrigenda est editio Pannormiae utraque tum Sebastiani Brantii tum Melchioris a Vosmediano, & *quinque* substituendum, quod etiam constat ex vetustissimo & perpulchro operis illius exemplari bibliothecae ad S. Jacobi regiae. In concilio item Parisiensi [k] tempore Ludovici pii Augusti, annis aliquot ante Joannem octavum habito, seu in priori seculi noni parte, Novella Justiniani celeberrima & cum primis animadvertenda de excommunicatione affertur, adjecto, *quam probat & servat ecclesia.* Ejusdem sub id ipsum tempus est sequax Hincmarus Rhemensis antistes, eandem ad hunc modum Novellam exprimens: *Proponam*, inquit [l], *tibi legalem sententiam Justiniani catholici imperatoris, quam probat & servat ecclesia catholica; qua constitutione* [m] *decrevit, ut nemo episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri jubent.* Alibi [n] item e Novellis Justinianeis, *quibus debitae observationis reverentiam sancta ecclesia exhibet*, ut ait ille, testimonia affert. Quin etiam eodem in seculo de Abbone patre Odonis

[a] Vide Francisc. Baldwin. in Prolegomenis Jur. Civilis, Alciat. Parerg. 5. cap. 25. & citata ad §. hic 2. [b] Originum lib. 5. [c] Lib. 11. epist. 54. ad Joannem Defensorem, vide Caus. 11. quaest. 1. c. 38. [d] Cap. 5. §. 6. [e] Part. 3. c. 98. [f] C. tit. de Episcopis & Cleric. l. 13. si venerabilis. [g] L. 2. & 6. D. tit. ad legem Juliam peculatus. [h] C. Theod. tit. de Episcopis l. 34. [i] Lib. 2. cap. 80. tit. de Sacrilegio. [k] Ivo Decret. part. 14. cap. 21. Pannorm. lib. 5. cap. 124. Grat. Caus. 24. quaest. 3. c. 1. [l] Opusc. 55. cap. 29. pag. 509. [m] Novell. 123. cap. 11. [n] Ibidem cap. 51. pag. 587. & epist. de Presbyteris Criminosis §. 31. pag. 799. tom. 2. edit. Sirmondi.

abbatis Cluniacensis legitur, eum *veterum historias & Justiniani Novellam memoriter retinuisse*, qui, ut videtur, illud ut jurisprudentiae studiosissimus fecit. Nam subjungitur: *Si quando lis quoquomodo inter parentes fuisset exorta, tanta in eum censurae* (inde) *excreverat veritas, ut undique omnes ad eum ob diffiniendi proficiscerentur gratiam.* Ita Joannes monachus Cluniacensis [a] in Odonis vita, ejus nimirum discipulus. Et sub finem hujus intervalli Ivo ille Carnotensis, qui sub annum MC. floruit de Novellis Justinianeis loquitur, ut de legibus *Quas* [b] *catholici reges composuerunt, & ex autoritate Romanae ecclesiae catholicis populis servandas tradiderunt, & quas* [c] *commendat & servat Romana ecclesia*, & singularia inde sumit in rem quam tractat. Certe & Ivo ille aliique aliquot unde sua deprompsit, Gratianus non solum e Novellis, sed etiam ex reliquis corporis Justinianei partibus, Institutionibus scilicet, Digestis, Codice, non pauca hoc in intervallo habent. De Ivone res manifesta est, tum ex Decreto [d] tum Pannormia [e] & epistolis [f] ejus. Apud Gratianum etiam velut ex pristino sibi usu obviae sunt [g] e corpore Justinianeo leges. Atque hi sane aliique, idem per intervallum, interdum celato nomine Justinianei corporis ex eodem, uti etiam ex Theodosiano, leges quasi vim habentes proferunt. Adeoque apud ecclesiasticos tam Theodosianae quam Justinianeae, licet invicem saepius adversarentur, parili tunc in usu quoties canonibus neutiquam refragarentur. Adeoque satyram legum mirandam ex duplici hoc genere & canonico seu pontificio ad laicos pro re nata ac more suo suumque in commodum fallendos, intricandos, emungendosque composuere, At vero in regimine civili seu publico locum habuisse seculis in illis jura corporis Justinianei, qua talis, nullibi comperitur.

II. Haud parum autem inclinante, sub intervalli hujus tempora posteriora, Codicis Theodosiani in occidente autoritate ac usu, qui tam diu ibi, ut ostensum est, quatenus permiserint gentium singularum mores legesque aliae, variatim obtinuerat, copiosius illud Justiniani corpus in studia a curiosioribus adhibitum, quod scimus maxime ex Ivone Carnotensi & Anselmo Lucensi, subinde in notis ad Gratianum editionis Gregorianae citato. Anselmus hic sub annum MLXXX. floruit. Cui Ivo coaevus, qui anno MXCII. creatus est episcopus Carnotensis [h] ex praeposito S. Quintini Belvacensis, qua fruebatur dignitate anno MLXXVIII. quod itidem ex Sigeberto, Tritemio aliisque cognoscitur. Migravit autem is e vita anno MCXVII. ut expressim Rogerius Wendoverius & Matthaei Parisius & Westmonasteriensis. Alii [i] mortem ejus annis aliquot priorem aut faciunt aut esse suspicantur. Sed de anno ipso certissimum est; quod etiam expressim firmatur ab Roberto de Torrineio in Chronico MS. seu Sigeberti continuatione. Atque etiam sub Henrico quinto Augusto seu circa annum MCXX. adeo Justinianearum legum ratio in fori ecclesiastici decisi[onibus] habebatur, ut etiam ex hieratici generis su[g]gestione in edictum de juramento calumniae in[]peratorium [k] earum pars aliqua nec sine Justini[a]ni nomine reciperetur, quemadmodum etiam i[n] decretum ea de re Honorii [l] secundi. Et tam i[n] edicto quam decreto illo Martiani Augusti sancti[o] adhibetur (in editis male *Marci* legitur) velut [e] Codice [m] Justiniani. Nam in Novellis Martia[ni] cum Theodosiano conjunctis non habetur. De[i]n autem seu sub medium scilicet seculi duodeni a[ut] paulo ante seu sub annum MCXXX. aut circite[r] viri docti Pandectas aliasque corporis illius part[es] publice, ut scilicet civilis doctrinae quantivis pr[e]tii thesaurum, Bononiae explicatum ierunt. H[o]rum primus Pepo habetur, sed nominis obscu[ri] neque ex autoritate publica interpres. Prim[as] igitur hac in re tulit paulo post sed coaetane[us] Irnerius, Yrnerius item & Wernerius dictus, Glo[s]sarum autor primus. *Odofredus* [n]; *dominus I[r]nerius fuit*, inquit, *apud nos lucerna juris, id e[st] primus qui docuit in civitate ista* (scilicet Bon[o]niae.) *Nam primo* coepit studium *esse in civita[te] ista in artibus; & cum studium esset destructu[m] Romae, libri legales fuerunt deportati ad civit[a]tem Ravennae, & de Ravenna ad civitatem ista[m]. Quidam dom. Pepo coepit autoritate sua legere in l[e]gibus. Tamen quicquid fuerit de scientia sua, nulli[us] nominis fuit. Sed dominus Yrnerius dum doce[ret] in artibus in civitate ista, cum fuerunt deporta[ti] libri legales, coepit per se studere in libris nostr[is] & studendo coepit docere in legibus. Et ipse f[u]it maximi nominis, & fuit primus illuminat[or] scientiae nostrae, & quia primus fuit qui fec[it] Glossas in libris nostris, vocamus eum lucerna[m] juris.* Et jurisprudentiam illam Constantinopol[i] ubi tunc studia ejusdem florebant, didicisse dic[i]tur [o] hic Irnerius, qui etiam *magister erat in a[r]tibus Bononiae antequam doceret in legibus*, quo[d] scribit idem Odofredus [p]. Adeo autem paul[o] post Lothario secundo Augusto academica illa ju[]ris Justinianei instauratio Bononiensis placuit, [u]t *ex uno jure civili Romano* (Justinianeo scilicet [,] quod jam in pristinum Theodosiani locum hau[d] aliter ferme successit, atque philosophia Aristote[]lica olim in Platonicae locum) *posthac judicia f[i]eri lege is sanxerit*; quod *constantem doctoru[m] hominum in monimentis esse famam*, ait Carolu[s] Sigonius [q]. Atque *ante hoc tempus*, scribit ille[,] *Italici certe alii Longobardica, alii Salica, ali[i] Romana lege utebantur* (id est, *Theodosiana.*) *I[n] posterum autem omnes uni juri unique legi, reli[]quis abrogatis, nempe Romanae* (id est, *Justinia[]neae*) *obtemperarunt; jusque civile publicis Ita[]liae in gymnasiis majore celebrari studio & dili[]gentiori coli opera coeptum.* Factum est auten[m] hoc sub annum MCXXXVII. seu haud ita diu pos[t]quam in bello a Lothario contra Rogerium Nor[]mannum gesto, capta Amalphi urbe, repertae sun[t] in ejusdem spoliis Pandectae illae vetustatis auto[]ritatisque prae aliis eximiae, quas Pisanas & lite[]

[a] In Bibliothec. Cluniac. pag. 15. [b] Ivo Carnotensis epist. 242. [c] Idem epist. 280. [d] Part. 16. tit. de Caus[is] Laic. passim. [e] In Prologo cap. 33. & lib. 2. 146, 160. lib. 3. cap. 166. lib. 5. cap. 25, 45, &c. [f] Epist. 99, 112, &c. [g] Caus. 2. quaest. 6. c. 28, 29, & 30. Caus. 10. quaest. 2. c. 2, &c. [h] Ivo epist. 1. [i] Videsis Testimon. vett. prae[]fix. epistolis ejus & Baron. tom. 12. anno MCXIV. Calvis. 116, &c. [k] Vide Leg. Longobard. lib. 2. tit. 47. l. 11. Antiq. Collect. [] lib. 1. tit. 34. & Anton. Augustin. ibid. [l] Extr. tit. de Jur. Calumniae cap. 1. Append. ad Concil. Lateran. 3. part. 23. cap. 1 [m] L. 25. C. tit. de Episcopis & Clericis. [n] Ad l. Jus Civile est D. tit. de Instit. & Jure. [o] Innoc. Cironius Observa[t.] Juris Canonic. lib. 5. cap. 5. [p] Jul. ult. C. tit. de in integrum restit. [q] De Regno Italiae lib. 11. & vide eum lib. 7 in Ottone Magno.

ran

am Pisanam[a] olim (eo quod illuc eas transtu-
erat Lotharius) dixere jurisconsulti, ut nunc Flo-
rentinas, quia Florentiae in bibliotheca Medicaea
velut cimelium ingens, asservantur. Aliae partes
corporis Justinianei Ravennae etiam sub id tem-
pus e situ erutae, ut ex Odofredo jam citato
liquet. Atque tunc florescere coeperunt in Italia
maxime juris Caesarei studia. Alibi autem Si-
gonius, *Anno* inquit MCII. *Irnerius philosophus Bononiae docens, Matildis rogatu, Pandectas interpretari coepit & primus glossas in eas scrip-sit.* Ita scilicet ille in argumento historiae Bo-
noniensis. Etiam & adjicitur ad finem Conradi
Abbatis Urspergensis, de Matilda tantundem, id
est, Matilda comitissa celeberrima illa, filia Bo-
nifacii Tusciae ducis. Sed vero usque in annum
MCXC. aut circiter vixit Irnerius[b], adeoque ob
aetatem haud ita commode fieri potest, ut is
anno MCII. hoc faceret rogatu Matildae, quae
etiam mortua[c] est anno MCXV. seu compluribus
annis antequam Irnerium Bononiae legisse ple-
rumque recipitur; id est, sub Henrico quinto Au-
gusto & circa decennium ante Lotharii initia.
Neque sane id de Irnerio & Matilda ad Ursper-
gensis calcem repertum ab ipso autore, sed ab
alio quopiam temere assutum existimo. Nam
ante in Chronici corpore habet ille, quod debuit
de instauratione juris Caesarei jam dicti sub Lo-
thario. Et nescio unde in calce adjicitur, Gra-
tianum tunc scripsisse (quod attinet ad annum MCL.
ut Frederici primi tempora) & tunc *eisdem quo-que temporibus dominus Wernerius libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quisnam in eis studuerat, ad petitionem Matildae comitissae re-novavit & secundum quod olim a divae recor-dationis imperatore Justiniano compilati fuerant, paucis forte verbis alicubi interpositis*, &c. Quae
ne male invicem conjuncta chronographo. Flo-
ruit autem Urspergensis sub annum MCCXXX. Sed
vero si de juris Justinianei, qualem diximus,
instauratione in occidente plura velis, praeter jam
memoratos, consulantur Tiberius Decianus[d],
Franciscus Baldwinus[e], Valentinus Forsterus[f], Jo-
annes Fichardus[g], Guidus Pancirollus[h] (qui trini
posteriores vitas jurisconsultorum etiam post sic
instauratum jus Justinianeum conscribunt) Wolf-
gangus Freymonius[i], Paulus Merula[k], Innocentius
Cironius[l], alii etiam ab his citati. Sub idem
autem tempus inde in tabulis imperii Romani
seu Germanici publicis, Justiniani nomen[m], ve-
luti decessoris, cui ut primario successores essent
[…]a Augusti, occurrit. Unde etiam eam in rem
[…]itrice senatores Romani ad Lotharium jam
[…]tum:

[…]x valeat, quicquid cupit, obtineat, super hostes
[…]perium teneat, Romae sedeat, regat orbem
[…]inceps terrarum ceu fecit JUSTINIANUS,
[…]saris accipiat Caesar, &c.

Tantundem, quantum ad Justiniani nominis
usum ejusmodi, Hadrianus quartus papa[n] ad
episcopos Germaniae. Atque paulo post Monte
Pessulano in Galliis, in Hispaniis, etiam alibi pro-
pagata juris Justinianei studia usus idque in re-
gimine publico.

III. Eodem in aevo, aut circa idem ipsum
tempus, ut jurisprudentiae Justinianeae qualem
diximus, instauratio eximia facta est, ita etiam
(quod observatu non indignum) & pontificiae
& disciplinarum reliquarum per occidentalem
Europam. Neglectae enim nimis & ignoratae
diu jacuerant extra Arabum Africanorum[o] &
conterminorum Hispaniensium gymnasia, per oc-
cidentem artes omnimodae & scientiae liberales;
etiam ipsa dialectica, quae scientiarum & modus
est & gubernator, velut ars *cujus dogmata so-phismata essent & quasi sacrae lectioni contraria*
in plane execrandis[p] habebatur, ipsaque theo-
logia inde quasi illotis nimium tractabatur ma-
nibus. Nunc autem sub hujus, id est, duode-
cimi seculi medium, sicut ex Arabum qualibus-
cunque veterum Graecorum versionibus interpre-
tamentisque philosophia prima, naturalis, mo-
ralis, logica, medicina, mathematica, quae ut
sydera nubibus obfuscata tam diu delituerant,
refulgere quasi simul coeperunt, ita etiam jura
pontificia & theologia ipsa; quod scimus ex
Gratiani decreto & Petri Lombardi Sententiis
quae instaurationi quam diximus coaetanea. Et
de theologia hic animadvertendum illud de
Roberto Pulleinio Oxoniensi, MCXXXIII. *Ma-gister Robertus Pullein* (ita Thomas Wikius[q]
canonicus Osneiensis) *Scripturas divinas quae in Anglia obsoluerant apud Oxonium legere coepit. Et postea cum ex doctrina ejus ecclesia tam Anglicana quam Gallicana plurimum profecisset, a Papa Lucio secundo* (id est, sub annum MCXLV.)
vocatus & in cancellarium sanctae Romanae ec-clesiae promotus est. Atque ita sane eodem fere
tempore disciplinarum omnium simul ab inter-
mortuis resurrectio seu restitutio habita. Et quae
sub Lotharii tempora ita coepta sunt, sub Con-
rado & Frederico primo Caesaribus haud parum
sunt aucta.

IV. Quod vero ad jus Romanum vetustius seu
Justinianeum in imperio Caesariano sic instauratum
attinet; id non ita capiendum est quasi penitus
ac revera *abrogatis* (quo vocabulo utitur Sigo-
nius) reliquis, quae ante obtinuerant juribus, pu-
rum illud quod Justinianeum est ita successisset,
ut aliud nullum vim dein retineret, aut, ut XII.
tabularum jus olim Athenis Romam allatum,
vigorem per se indueret; sed ita jam receptum
fuisse juris Justinianei usum, ut quoties aut in-
terpretandi jura sive vetera sive nova sive ratio
sive analogia desideraretur, aut mos aut lex ex-
pressior non reperiretur, ad jus illud Justinianeum
tum veluti rationis juridicae promptuarium opti-
mum ac ditissimum, tum ut quod legem in non-

[a] Angel. Politian. Epist. lib. 10. Marquardo Breisacio. & mox citati. [b] Jo. Fichardus in vitis Jurisconf. Guidus Pancirollus de Claris legg. [i]nterpret. lib. 2. cap. 13, &c. [c] Sigon. de regno Italiae lib. 10. [d] Apologia adversus Alciat. de Jurisconsult. resp. cap. 8. §. 6, &c. [e] In prolegomenis de jure Civili. [f] In Historia Juris Civilis. [g] De vitis Jurisconsultorum. [h] De Claris legum interp. lib. 2. ca[p]. 3. & 13. [i] In Symphonia Juris. [k] Cosmograph. part. 2. lib. 4. cap. 23. [l] Observat. Juris Canonici lib. 5. cap. 5. [m] [Go]ldast. Constit. Imperial. tom. 1. pag. 261. [n] Ibid. pag. 226. [o] Vide Jo. Sarisbur. in Metalogico lib. 4. cap. 6, &c. [p] Petrus Ab[ae]lardus epist. 4. & vide Jo. Sarisbur. Metalogic. lib. 4. cap. 24, & 25. [q] MS. in Bibliothec. Cottoniana. De eo vide plura in hanc rem ex Bo[sto]no Buriensi & Lelando, apud Jo. Balaeum Cent. 2. script. 80. & Jo. Pitseum aet. 12. script. 203. atque ex J. Rosso apud Brian. Twinum in A[nt]iq. Oxoniensib. pag. 108.

dum

dum definitis ex ratione ſeu analogia commode ſuppleret, eſſet recurrendum. Certe ita ferme Rhodiam recepere veteres Romani legem in rebus nauticis, ut etiam apud nos & gentes vicinas leges recipiuntur Oleronianae; cum interim nec hae nec illae ex autoritate ſui, qua primo conditae ſunt, vim ſic obtinuerint. Atque ut academiae demum non paucae aliae per Europam occidentalem hac in re, quoad ſtudiorum inſtitutionem, Bononienſem, ita etiam regna alia & reſpublicae imperium Caeſarianum quoad uſum juris ejuſdem aliquem imitatae ſunt; retentis ſemper ac ubique moribus alias avitis legibuſque ſibi, pro varia regiminis cujuſque formula, ante conditis, novaſque condendi tum libertate tum uſu. Neque ullibi pro ſimplici juris norma in occidente inde uſurpatum eſt jus illud Caeſareum, ſed cum temperamentis quae jam diximus; quod cuique manifeſtum fit, tum ex morum variorum ac ſanctionum quibus utuntur Galli, Hiſpani, Bohemi, Hungari, Poloni, Siculi, Belgae, Italiae ac Germaniae reſpublicae variae aliaeque, voluminibus perplurimis, tum ex deciſionibus eorum innumeris atque ad ea commentariis quae paſſim proſtant. Quinetiam cum Juſtinianeis in eodem ipſo corpore conjungi ſolitae leges ſeu mores feudales, qui Longobardici ſunt, eodem etiam in aevo a Gerardo Nigro ac Oberto de Orto conſulibus Mediolanenſibus congeſti, uti item Caeſarum recentiorum aliquot ſanctiones, quae etiam extra imperii Caeſarei limites non raro pariter qua rationem habent, recipiuntur. Exemplum eſt egregium juris Caeſarei modo quo diximus recipiendi in Luſitanica[a] illa ea de re conſtitutione. Si res eveniat forenſis de qua leges moreſve regni nihil ſtatuant (nec aliter) *ſendo materia que nom tragua peccado, mandamos que ſeia julgado po las leis imperiaes poſto que es ſacros canones determinem o contrario: as quas leis imperiaes mandamos ſoomente guardar po la boa razam em que ſam fundadas,* rebus ſcilicet in civilibus tunc ex jure judicandum Caeſareo, niſi adverſentur canones ſacri. Neque ſane aliter apud alias occidentis gentes, quae jus illud recepere, ſe res nunc habuit. Quod ad Hiſpanos in hanc rem attinet, conſulas Gregorium Lopez[b] in Partitas, & Alphonſum de Azevedo in Conſtitutiones regias[c]. Quod ad Gallos; *Nos Galli*, inquit Choppinus[d], *de Quiritium jure ita cenſemus, eo ſcilicet uti nos, quatenus ei lex Gallica non refragetur.* Ita Bodinus[e], Guilielmus Ranchinus[f], Rebuffus[g], Carolus a Graſſaliis[h], alii ſatis obvii. Etiam interdictum poſtmodum juris Caeſarei omnimodum in academia Pariſienſi[i], locisve vicinis ſtudium, uti & omnimoda ejuſdem in foro citatio in Gallia alibique[k]. De ipſo item imperio ſeu Germania ac Italia res ſatis aperta eſt; aliis quampluribus legibus moribuſque in judiciis ibi eſſe neceſſario utendum De juris tum Longobardici tum Francorum in regno Neapolitano Siculoque, praeter Romanum, poſt inſtauratum ſic in occidente jus Juſtinianeum, uſu, viſendi Andraeas de Iſernia[l], Carolus Tapia[m], Andraeas Molfeſius[n], Marius Muta[o] praeter Bartolum[p], atque ad eum Julii Feretti additiones aureas. Atque in hanc rem, praeter deciſiones innumeras, in quibus alia praeter Juſtinianea jura ſaepenumero adhibentur, conſtitutionum in imperio Germanico tum veterum tum recentiorum morumque a Juſtinianeis perquam ibi diſſonorum collectiones obviae ſunt conſulendae; inprimis illa Melchioris Goldaſti, cum ejuſdem ad eam Prolegomenis. Et populi in imperio, regna, urbes ſingulares ſuarum habent copiam frequentem atque proſtantem. Vide item hac de re Franciſcum Suarezium in libris de legibus[q]. Et tametſi etiam in Scotia uſus ſit juris hujus Caeſarei tam forenſis quam academica, is nihilo minus haud alius eſt quam ut juris extrane rationem in ſe optimam diſputantibus ſuggerentis non autoritatem, qua talis, omnino obtinentis Nam expreſſim ibi ſanctionibus cavetur[r] parlia mentariis, non alias illic leges autoritatem ha bere, praeter eas *quae ſunt regni & commune regni.* Sed de his ſatis ſuperque.

V. Videtur autem eo libentius atque gratior animo recepiſſe per occidentem principes tc Chriſtianos populoſque juris Caeſarei ita reſuſci tati qualemcunque uſum, quo inſtantius ſub iden ipſum tempus eos urgeret Innocentius papa ſe cundus, idque in manifeſtum & perquam odic ſum civilis regiminis diſpendium, ut decreta por tificia ab eo collecta veluti juris juxta quod v veretur corpus, paſſim reciperent. Ordericus V talis monachus[ſ] de concilio generali a papa ill Romae habito, & de eis qui illuc confluxeran verba faciens, *Multa eis*, inquit, *papa de priſc codicibus propalavit, inſignemque ſacrorum decr torum textum congeſſit. Sed nimis abundans p univerſum orbem nequitia terrigenarum corda con tra eccleſiaſtica ſcita obduravit* (ita impudenti blaterare ſolent ſacerdotes, ambitione turgentior in eos qui artibus quibus ad eludendos emunge doſque principes ac populos nefariis utuntur, h neſte ac pie refragantur) *unde remeantibus ad ſi magiſtris apoſtolica decreta paſſim per regna vulgata ſunt. Sed nihil, ut manifeſte patet, o preſſis & opem deſiderantibus profuerunt, qu niam a principibus & optimatibus regnorum cu ſubjectis plebibus parvi penſa ſunt.* Certe ide ipſum forſan eſt decretorum hic corpus, quod ſt tim poſtea ab Eugenio ſecundo confirmatum, Gratiani nomine editum, pars eſt prior notiſſir corporis juris canonici. Simulac enim Bononi legendum voluere imperatores jus Caeſareum, ac oque ſingularem haberi in academia ejuſdem ſ cultatem, pontifex ille Eugenius tantundem jure pontificio in corpore Gratianeo[t] conten etiam fieri juſſit. Illud autem Innocentii pap ſpectat ad annum MCXXXIX. Verebatur pu

[a] Ordinazones o libro 2. tit. 5. [b] Gl. ad l. 6. tit. 4. Partit. 3. [c] Tit. 1. libri ſecundi. & vide Oldrad. Conſil. 69. [d] De Do nio Franciae lib. 2. tit. 15. §. 5. [e] De Repub. lib. 1. cap. 8. [f] Guil. Ranchimus Var. lect. lib. 2. cap. 3. [g] Tom. 1. Con tit. de Conſtit. in proemio gl. 5. num. 20. [h] Regalium Franciae lib. 1. jure 2. & 12. adde Extr. tit. de Privilegiis cap. 28. Super Specula, Co pilat. 5. lib. 5. tit. 12. cap. 3. atque ibi Innocentium Cironium uti etiam Obſervat. Juris Canonici lib. 5. cap. 5. [i] Extr. tit. de Privile cap. 28. [k] Vide Paridem de Putero Tract. de Syndicatu verb. Teſtis §. Fui ſemel num. 9. & Minſing. Cent. 5. Obſervat. 88, [l] In C ſuct. Neapolit. part. 6. quaeſt. 8. num. 203, &c. [m] In lect. Peregrina. [n] In Jura Regni Neapolit. lib. 1. tit. 13. §. Juſtitiam. [o] In pit. Regni Sciliciae tom. 1. cap. 33. num. 203, &c. [p] De different. Juris Civilis & Longobardorum. [q] Lib. 3. cap. 8. [r] Par Jac. 1. cap. 48. & Parl. 6. Jac. 4. cap. 79. [ſ] Hiſt. Eccleſiaſtic. lib. 13. pag. 919. [t] Cronic. Cronicarum.

pa

[...]pa ne invalescerent nimis jura per se Caesarea, [...] tunc reflorescere in occidente incipientia. [...]o decreta versutius obtrusit pontificia, quae [...]te, pro gentium populorumque moribus variis, [...]ud ita ut postea uniformia habita. Haec au[...]n ne in academicorum studiis, adeoque inde [...] regimine publico nimis praevalerent, ut sub[...]ium sibi adversus astutias pontificias, principes [...] respublicae pleraeque occidentis jus item Cae[...]eum foveri volebant atque in pretio haberi. [...]que postmodum ut pontificii jus hoc, ubi ca[...]nes sui non adversarentur, publice admitti[a] [...]luere, ita sane principes ac respublicae canones [...]inceps admittere soliti sunt, quoties nec Cae[...]eo, qua receptum est, nec moribus legibusve [...]triis refragaretur.

CAP. VII.

Usum juris Caesarei, sive Theodosiani sive Justinianei, in Britannia nostra, a fine imperii hic Romani, usque tempus ante dictum instaurati Justinianei in occidente, seu per annos amplius septingentos, publico in regimine fuisse nullum. Allatae in Angliam leges Caesareae sub ipsum tempus, quo earum in Bononia studia instaurata, seu sub annum MCXL.

I. *Testimonium de allato in Angliam sub id tempus jure seu Codice Theodosiano.*

II. *De Justinianeo jure in Angliam sub idem tempus allato, atque tum eximiis interpretationibus illustrato, tum in compendium redacto hic ab jurisconsulto praecellenti, Rogerio magistro Vacario, gente Longobardo, monacho Benedictino, priore & demum abbate Beccensi in Normannia septimo, qui primus ejusdem hic praelector extitit doctissimus. Edictum, in eum ac jus illud, Stephani regis. Schola disciplinarum illustris tunc coenobium Beccense.*

IV. *In annalibus & historicis nostris ea de re omnino siletur. Rogerii Vacarii, primi apud nos juris Justinianei praelectoris, qualis apud jurisconsultos alibique mentio. Placentino is perquam invisus. In archiepiscopum Cantuariensem post Thomae Becketi obitum electus confirmatusque, ut consentiret ipse induci omnino nequibat.*

V. *Conjectura seu potius suspicio de Vacarii, illo in seculo, nomine.*

VI. *Undenam illud Stephani regis edictum; quod cito aut revocatum est, aut evanuit. Interdictum sub id tempus pontificium & synodicum, ne leges civiles seu Caesareas extra coenobia sua praelegerent monachi.*

VII. *De Anglicanis jurisconsultis eo in seculo & praecedentibus.*

Ad modum supra breviter ostensum, se habuit jus Caesareum, tum Theodosianum seu vetustius, tum Justinianeum seu recentius, in seculis quae a fine Romani in Britannia imperii excurrunt in duodecimi, ut dictum est, medium seu partes priores; per eas inquam occidentis partes, quas insederunt Gothi illi, Longobardi, alii, quibus jus illud Theodosianum, ut narravimus, diversimode est receptum. Summa est autem, Justinianei extra musaea aut scriptorum cancellos atque pontificiorum decreta actionesque, usum per illud intervallum fuisse in occidente (exarchatus angustias semper excipias) nullum; adeoque nec in Britannia seu Anglia nostra, quae nec Theodosiano omnino per intervallum illud, sicut aliae gentes, usus est. Etenim cum sub finem Romani hic imperii Anglosaxones huc advenerant, & regna inter se, ut notissimum est ex historiis nostris, distribuerant, nec, ut gentes illae septentrionales reliquae australiora Europae invadentes, corpus juris Caesarei Theodosianum, utpote nondum aut vix natum nedum in Britanniam tunc allatum, aliudve quid ejusmodi receperant, suis tantummodo quos secum e Germania attulerant moribus, usi sunt. Atque ut apud Gothos aliosque, qui Italiam, Gallias, Hispanias insederant, lex erat Gothica, Longobardica, Salica, aliis ejusmodi nominibus insignita, ita etiam apud Anglosaxones nostros habebatur Merciorum lex, Ostrosaxonum lex, & postmodum Danorum lex variatim recepta, sed nullibi per intervallum hoc lex Romana, quemadmodum apud gentes illas exteras. Etenim in regimine publico apud majores nostros hujus quod jam tractamus intervalli, Caesarei alicujus juris, usus plane reperitur nullus, id est, per annos amplius septingentos. Dico, qua talis. Nam & studiosis aliquot hic, uti & apud exteros, partim saltem cognitum fuisse, haud dubito; & qua capita seu sententiae aliquot ejusdem in canones subinde pontificios conjectae fuissent, usum ejusdem aliquem in disciplina hic pontificia tunc fuisse, non est quod non credamus. Nec tamen omnino in regimine publico quod civile vocitamus. Tandem vero sub idem ipsum tempus, quo Lotharius imperator proximique successores ejus usum juris Justinianei in regiminis publici rationem, ut ostensum est, reduxit, id est, postquam a fine Romani hic imperii Anglosaxones primo, dein Dani, & demum Normanni (qui omnes in unicam eandemque regnantium lineam

[a] Vide Extr. tit. de Novi Operis Nunt. cap. 1. & Extr. tit. de Privilegiis cap. 28. super specula. adde Alexandri 3. epistolam sub annum MCLXXX. subjunctam Petro Cellensi. pag. 42.

satis involvuntur) jure sibi peculiari, sed pro vario rerum statu, ut semper fit, aliter atque aliter mutato, quod idem est quod jam Anglorum commune vocitamus, per DCCXL. aut praeterpropter annos sine ulla Romani aut Caesarei intermixtione fuissent usi; tunc inquam allatae sunt in Angliam leges ipsae Caesareae, raro ante, si unquam, hic vulgo aut simul aut sparsim visae, eaeque tam Theodosiani corporis, quam Justinianei. Atque Justinianeum tandem (utcunque primo, quod statim ostendimus, hic ita displicuerit, ut publico edicto vetaretur) per annos complures apud jurisconsultorum nostratium aliquot in rebus forensibus adhibitum, quemadmodum apud alias tunc gentes. Quatuor autem hic ad hanc rem potissimum advertenda. Primum est, tempus ipsum, quo sic in Britanniam nostram primo allatum est jus Caesareum, & quinam sic afferrent, tam Theodosianum quam Justinianeum. Secundum, Justinianei admissio, progressus usuque in studiis ac tribunalibus etiam quae jure Anglicano utebantur regiis. Tertium, quandonam in desuetudinem abierit usus ejusmodi vetustior, atque in angustias quibus per secula aliquot retroacta finitur coerceturque, fuerit redactus. Et quartum denique, undenam fieret ut in desuetudinem ejusmodi abierit, seu a majoribus nostris ita cancellis arctaretur. De hisce singulis, & eorum appendicibus aliquot, in sequentibus agetur.

II. Quod ad primum spectat, tam de Theodosiano quam Justinianeo jure huc allato testimonia sunt satis luculenta. Theodosianum sub tempus antedictum a seculi doctioribus in studia hic receptum videtur, ex eo quod Guilielmus monachus Malmesburiensis, prae aliis plerisque aevi sui eruditus politusque scriptor, postquam Haymonis Floriacensis imperatorum, ab Justiniano usque in Carolum magnum, gesta in epitomen seu abbreviationem, ut vocat ipse, redegerat, insequentiumque Caesarum usque ad Henrici quinti, qui Lotharium secundum proxime praecedit, exitum, seu sua tempora (inde enim floruit, id est, ab anno MCXXV. aut circiter usque in annum MCXLII. quo [a] mortuus est sub Stephano scilicet rege) successionem ostenderat, statim, ut habetur in codice MS. penes me pervetusto, nec Guilielmo ipso opinor recentiori, subjungit: *Nunc quicquid de principibus Italiae & Romae potuimus invenire, curavimus non omittere. Congruum videtur leges Romanorum apponere. Non eas quas Justinianus fecit*; *esset enim hoc ingentis operis & laboris. Sed eas quas Theodosius minor filius Archadii a temporibus Custantini usque sub titulo uniuscujusque imperatoris collegit. Ponantur ergo* XVI. *libri ab eo collecti, quorum sententiae plures explanantur. Quaedam explanatione non egent. Divi Theodosii ejusdem Novellarum liber* I. *Divi Valentiniani filii Placidiae liber* I. *Divi Martiani Orientalis liber* I. *Divi Anthonii & Leonis liber* I. *Divi Majoriani liber* I. Nec quid de Gregoriano aut Hermogeniano Codice loquitur, quorum Theodosianis editis fragmenta quaedam junguntur. *Sed*, inquit, *quoniam quaedam sunt in legibus imperatorum obscura, ad plenum intellectum apposuimus libr Institutionum Gaii & Pauli jurisconsultoru* Praefixa dein Novella Theodosii prima, qua *Epistolam Theodosii minoris vocat, de confirm tione legum antiquarum*, libros quidem exhib ipsos: sed adeo mutilos, ut integro libro subi de unicus sufficiat titulus, & leges plerisque titu desint non paucae, etiam & non raro tituli ip Quinetiam primus in impressis liber omnino d est. Secundus vocatur hic primus, & reliqui p riter deinceps. Atque licet XVI. memoret ip habentur hic tantum quindecim, sed ut dictu est mutili. Ejusmodi nihilominus sunt, uti Novellae imperatorum sequentium, atque Gaii Pauli Institutiones ab eo traditae, ut ex eis hau pauca, quae depravatissime in editis leguntur, si possent commodissime restitui. Dum autem i exhiberi vult monachus Malmesburiensis Theod siana cum congeneribus jam dictis, de Justini neis plane loquitur velut sibi suisque tunc non i ignotis, ut ex verbis ejus jam citatis liquet. Ve autem videtur mihi simillimum, eosdem ipsos q Justinianeum corpus tunc huc attulere, etiam Theodosianum illud, quo sic usus est Malmesb riensis, simul attulisse, ut ita juris Romani quo Latine extaret, promptuaria haberentur apud n integra, qua comparari potuerint.

III. De Justinianeo autem corpore legibus Romanis aut Italis, huc publice allatis (quibus no minibus etiam Theodosianum continetur) Joann Sarisburiensis, qui episcopus erat Carnotensis Malmesburiensi monacho aliquanto recentior (a no utpote MCLXXXII. seu sub Henrico secund mortuus) testimonium habetur expressissimum Sub rege scilicet Stephano, qui regnare coep anno MCXXXVI. atque obiit MCLIV. eas huc all tas, id est, sub idem ipsum tempus, quo Bono niae publice eas legendas instituerat Lothariu Caesar, & veluti per occidentalem Europam ex emplo suo disseminarat. Sarisburiensis [b] verb sunt: *Alios vidi qui libros legis deputant ign nec scindere verentur, si in manus eorum jur pervenirent aut canones. Tempore regis Stepha ni a regno jussae sunt leges Romanae, quas i Britanniam domus venerabilis patris Theobaldi Britanniarum primatis, asciverat. Ne quis eti am libros retineret edicto regio prohibitum est & Vacario nostro indictum silentium*; *sed, Dei faciente, eo magis virtus legis invaluit, quo ean amplius nitebatur impietas infirmare.* Theobaldus hic antistes Cantuariensis, qui primo *legati nati* titulo [c] ad successores dein transmisso, ab Innocentio secundo donatus dicitur, consecratus est anno MCXXXIX. circa triennium ante Malmesburiensis obitum. Ex abbate Beccensi fiebat archiepiscopus, atque Roma pallium petiit, ubi atque Rhemis synodis aliquoties intererat. Domum ejus leges Romanas in Britanniam ascivisse, intelligendum videtur de asseclis ejus, quos in comitatu seu itinere ac redux secum habuerat. Anglos carere legibus illis tunc apud exteros ita reflorescentibus noluere illi, adeoque exemplaria earum huc transvehenda curarunt, quae regi ita displicuisse, ait Sarisburiensis, ut publico edicto ea

[a] Balaeus Cent. 2. script. 73. Pitsaeus AEt. 12. script. 201. Brit. 127. edit. Hanoviae.

[b] Policratic. lib. 8. cap. 22.

[c] Joscelin. Antiq. Eccle

vetaret

:taret; qua de re ftatim plura. At quid illud t? *Et Vacario noftro indictum filentium.* Ita ıim plane legendum. Binae funt Policratici, quo haec occurrunt editiones veteres. Altera onftantini Fradini, altera Bertholdi Rembolti. traque autem anno eodem fignatur eodemque enfe, anno fcilicet MDXIII. ac Maio. In Remılti legitur, *Et Vicario noftro,* &c. in Fredini, *t Vacario.* Caeterum in tribus quae funt relis (quarum binae funt Lugdunobatavicae [a] & tia in Bibliotheca Patrum [b] reperitur) recte reıetur, *Et Vacario,* adjecto nihilominus in marıe *al. Vicario,* quafi lectio fatis effet dubia, & te de vicario Theobaldi aliquo leges Romanas ı Caefareas legente atque de filentio ei indicto, capienda foret. Sed palam eft Vacarii no:n hic retinendum, eoque intelligi Rogerium ıgiftrum Vacarium, etiam Wacarium dictum, nte Longobardum, qui Lethardo abbate Becıfi feu coenobii S. Mariae de Becco Herluini, ecefis Rothomagenfis in Normannia (quae ıc Anglo fuberat, uti & diu poftea) fexto [c], & eobaldi fucceffore proximo, demortuo, in ejus um fuffectus eft, atque tempore Stephani adeo: Theobaldi, cui proculdubio charus erat, in glia difcipulos perquam multos jura Caefae corpore Juftinianeo docebat. Ita fcilicet reffim Chronicorum Normanniae ab anno XXXIX. in annum MCCXXXVIII. e bibliotheca S. Victoris Parifienfis pridem editorum autor [d], in o MCXLVIII. Sed res fpectat ad annum fentem feu MCXLIX. Nam *Obiit,* inquit ille, *hardus* (legendum plane *Lethardus*) VI. *abBecci, cui fucceffit Rogerius magifter Waca-, gente Longobardus, vir honeftus & jurifpes, cum leges Romanas anno ab incarnatione nini* MCXLIX. *in Anglia difcipulos doceret, multi tam divites quam pauperes ad eum a difcendi confluerent.* In margine ibi conıra infelici ac fruftranea adnotatur *forte Bacrius.* Sed *Wacarium* legendum, feu *Vacari-* ex Sarisburienfis allatis plane confirmatur. ue folum publice docuit ille, fed etiam rogauperum, quorum facculi non tantos faciefumptus, ut corpus Juftinianeum come nancifci quirent, uti & eorum quibus comiofior juris tractatio magis placeret, Pandectas odicem (quemadmodum itidem in pauperum poftea Summam fuam juris canonici comt Raimundus, quod ait ipfe) in novem conlibros, qui ftudiofis promptuarii juris ditiffimi ı fuppleret. Idem de eo autor jam dictus, *eftione pauperum,* ftatim poft allata inquit, *dice & Digefto exceptos* IX. *libros compoqui fufficiunt ad omnes legum lites quae in s frequentari folent decidendas, fi quis eas te noverit.* Docuerat igitur publice hic jus ianeum Rogerius Vacarius fub Stephano reujus anno XIV. id eft, MCXLIX. Lethardo Beccenfi datus eft is fucceffor. Et palam r, per aliquot ante annos eum fic docuiffe, ex eo quod expreffim dictum fit in Chroum memoratis, eum tunc fucceffiffe cum doceret hic, & multi tam pauperes quam divites ad eum eo nomine confluerent. Veri fimilius eft etiam libros ejus hic ante compofitos, quam abbas factus eft; id eft, dum prior Beccenfis erat. Priorem enim ante fuiffe liquet ex Roberto de Torrineio, abbate etiam Beccenfi MS. [e]. Nec fane poftquam abbas factus eft, hic docuiffe eum, facile ex Roberto illo eft eliciendum. In anno MCXLIX. ait ille, *Obiit fanctae recordationis dominus Letardus* VI. *abbas Beccenfis ecclefiae: vitae fuae curfum virgo fenex finivit* VI. *nonas Julii, fabbato, infra octavas apoftolorum Petri & Pauli.* Feftum illud ad Junii diem 29. fpectat, adeoque obiit ille 2 Julii. *Huic fancto viro,* paulo poft inquit idem, *fucceffit dominus Rogerius, prior fecundus* (fcilicet primus fuerat Lanfrancus ille, poftea Cantuarienfis antiftes) *in utroque Teftamento apprime eruditus, nec non clericali & feculari fcientia decenter ornatus, & ab omni communiter congregatione electus, in ipfis octavis videlicet apoftolorum Petri & Pauli* (id eft, die Mercurii, qui Julii fextus erat) *qui benedictus apud fanctum Wandrigifilum in die feftivitatis fancti Jacobi apoftoli* (feu Julii 25.) *a venerabili Hugone Rothomagenfi archiepifcopo, ab eodem coram conventu Beccenfi in fede fua collocatus eft, ex tunc fuper gregem fibi commiffum pro poffe fuo die ac nocte decenter invigilans.* Erat igitur in Anglia Rogerius, ubi jus praelegebat, cum electus eft a monachis Beccenfibus. Inde in Normanniam tranfiit, ubi abbas eft confecratus. Atque *die ac nocte ex tunc fuper gregem fuum decenter invigilaffe* dicitur; unde fatis fequi videtur, eum poftea haud a regimine illo facro ad juris civilis praelectiones terris in exteris divertiffe. Sed fane liquet, hic ante, per annos aliquot ab allato jure Juftinianeo, eum illud publice, ut dictum eft legiffe. Atque obfervandum eft, omnigena difciplinarum ftudia perquam eminenter in coenobio Beccenfi, illis in feculis viguiffe, indeque Rogerium hunc inter ftudiofos ita demum praecelluiffe. Robertus ille de Torrineio, in anno MCXVII. *Mortuus eft etiam,* inquit, *hoc anno vir religiofus & magnae literaturae Ivo Carnotenfis epifcopus. Hic dum effet juvenis, audivit Lanfrancum priorem Becci de fecularibus & divinis literis tractantem, in illa famofa fchola quam Becci tenuit, in qua multi & nobilitate feculari & honeftate morum convenerunt; viri praedicti, & qui poftea ad fummum apicem ecclefiafticae dignitatis attigerunt.* Etiam dum Rogerius hic nofter coenobio illi praefuit *duodecim abbates ad regimen ecclefiarum inde affumpti funt* [f]. Et feminarium erat femper feraciffimum coenobium illud, unde [g] quamplurimi in praefecturas apud Anglos facras adfciti. Praefuit coenobio Beccenfi Rogerius hic Vacarius annis triginta aut circiter. Mortuus eft anno MCLXXX. feu fub pofteriora Henrici regis fecundi tempora, poftquam fcilicet fumma cum laude dignitate illa jugiter functus fuiffet. *Nullus praedecefforum fuorum, excepto fancto Herluino, primo abbate, tanta fecit in Becco monafterio, quanta ipfe,* ut verba funt

[a] M<CV. & MDCXXXIX. [b] Edit. Colon. MDCXXII. tom. 15. pag. 338. [c] Videfis Claud. Robert. in Gallia Chrifti-p. 503. [d] In fcriptoribus Normann. pag. 983. [e] In Bibliotheca V. Cl. Simonidis d' Ewes, vide Balaeum Cent. 13 pt. [f] Robert. Montenf. in App. ad Sigebert. anno MCLXXX. [g] Vide Balaeum Cent. 13. fcrip. 23.

Roberti

Roberti Montensis, qui ea quae feliciter praestitit, sigillatim enumerat. Successit ei Osbernus, prior Bellimontis, monachus ejusdem loci. Utrum vero Oxoniae, Cantabrigiae, Londini aut Theobaldi antistitis Cantuariensis in aedibus aliisve id genus sive secularium sive regularium, professus fuerit praelegeritque hic Rogerius ille, non omnino liquet. Nec an certo aliquo loco; quod tamen veri est multo similius.

IV. Sed vero neque temporis legum Caesarearum in Britanniam nostram sic allatarum, nec Rogerii, sic praelegentis mentio mihi hactenus occurrit omnino ulla in annalibus aut historiis nostris. Certe Ranulphus Higdenius ubi in praefatione historicos aliosque scriptores nominatim enumerat, unde Polychronicon congessit, non solum diserte Joannem Sarisburiensem, sed & librum ejus Policraticum dictum in eis memorat, in quo nimirum de legibus illis huc allatis, & Rogerio hoc Vacario, ut ante ostensum est, expressissimum habetur & praecipuum testimonium. Attamen ea de re, cui sane in Policratico toto res alia historica ad Angliam pertinens minime est aequiparanda, omnino silet Ranulphus ille. Atqui alibi Rogerii illius non obscura mentio. Neque enim dubitandum est, quin abbas hic Beccensis septimus, qui dum prior ibi fuerat, primus in Anglia post instauratum in occidente, uti diximus, jus Caesareum, illud publice praelegit (quemadmodum Placentinus annis aliquot post [a] primus ejusdem juris professionem in Galliis ad Montem Pessulanum propagare coepit) ipse fuerit Rogerius, qui *veteris glossatoris* interdum atque *summae juris primae, Paratitlorum primi autoris*, etiam *antiqui ac immortalis memoriae doctoris* nomine scriptoribus aliquot atque editionibus memoratur. Ab Wolfgango Freymonio, primus jurisconsultorum fit, qui ab anno MCC. ad MCCC. floruere. Sed certissimum est ex ante dictis, eum annis viginti ante ducentesimum supra millesimum obiisse, atque coaevum fuisse Irnerio, Martino, Bulgaro, Jacobo, Bandino, Hugolino, Pyleo, Ottoni, Placentino reliquisque juris in occidente Caesarei, quiqui fuere instauratoribus primaevis, id est, ad Frederici AEnobarbi Caesaris, seu Stephani ac Henrici secundi regum nostrorum tempora, seu seculi duodecimi medium, & annos aliquot inde sequentes attinere. Catellianus Cotta [b]: *Rogerius Odofredi Beneventani praeceptor, qui primus Paratitla conscripsit, id est, rerum summas titulatim appositas, quod a Justiniano* [c] *permissum fuerat.* Sed tempora vix omnino ferre videntur, ut Odofredo esset Rogerius noster Vacarius praeceptor. Nam mortuus est Odofredus [d] anno MCCLXV. cum certum sit anno MCLXXX. adeoque annis LXXXV. ante mortem Odofredi obiisse Rogerium. Et praeceptorem suum seu dominum millies agnoscit alium Odofredus; scilicet Jacobum Baldwini (a quo tamen plerumque dissentit) nullibi quantum observavi Rogerium, quem interdum sed raro satis citat. Joannis & Azonis Summae erant in ore Odofredo frequentissimae, su[...] inde etiam Placentini. Rogerium autem nostr[...] *antiquorum* nomine complectitur. Ita enim a[...]pellare est ei solenne eos, qui Azonem & Joa[...]nem anteverterant, ut reliquos *modernos*. [...] *L. eam quam C. tit. de Fideicommissis* aliquot[...] occurrit apud eum *Ro.* pro *Rogerio* nostro, a[...]bique ait [e], *In illis tribus quaestionibus fuit o[...]nio domini Mar.* (Martini) *Pla.* (Placenti[...]) *Rog.* (Rogerii) *& Fregerii & domini A.ber[...] antiqui doctoris.* Sed suspicor sane *Frogerii* [...]gendum, neque nomine hoc alium a Rogerio [...]nui; & sive e librarii sive e lectoris alicujus i[...]tis, ut Rogerio synonymum, illud irrepsisse. N[...]que enim Fregerii alius jurisconsulti veteris men[...] puto alibi. Et tam Frogerium quam Rogeri[...] nostrum hunc dictum, certum est. Ita enim [...]serte nuncupatur Placentino [f]. Atque Odofre[...]s ipse eodem alibi pro eo utitur nomine. De [...] quod est transigi posse super praesenti vel fut[...]a lite, verba faciens ille, *Estne istud verum*, [...]quit, *sive moveatur lis juste sive injuste? d[...]runt quidam quod sic. Et pro eis videtur fa[...] C. e. 11. Dominus Frogerius in articulo isto c[...]tradixit. Et ita invenietis scriptum in Sum[...] sua quam fecit super C. & fuit prima Sum[...] quaecunque fuerit facta. Et tenet forte per [...] cartas. Post eum fecit dominus Placentinus [...]am. Post eum dominus Joannes Bosianus [...] suam, quae incipit Quicunque vult. Et est [...]la; & postea dominus Azo fecit optimam S[...]mam, qua hodie utimur* [g]. Sic ille. Summ[...]rum igitur primus Rogerius hic, ut Glossato[...] primus Irnerius. Certe & Summa juris cano[...] Rogerio puto huic tribuitur apud Antonium [...]gustinum [h]. Atque inter Pandectarum etiam [...]terpretes pauculos insigniores expressim recen[...] Rogerius hic a Fulvio Mariotello [i], uti in Su[...]mistis veteribus a Justino Goblero [k]. Raro [...] ab jurisconsultorum biographis alibive memor[...] ejus nomen. Subinde tamen in comment[...] occurrit; unde etiam in *Modo* veteri *legendi* [...]*breviaturas* habetur *Rog. id est, Rogerius leg[...]* pro eodem. Sed vero Guidus Pancirolus [l] [...] de eo atque expressius quam alii. *Martini*, [...]quit ille, *& Bulgari aetate clarescere Roge[...] coepit, qui primus in eam Pandectarum par[...], quam Infortiatum vocant* (id est, librum XX[...] & reliquos qui usque ad finem XXXVIII. sequ[...]tur; iis qui praecedunt Digesti veteris, qui [...]persunt Digesti novi nomine appellari sol[...]) *glossas emisit* [m]. *Cum enim publico stipendio [...] nisi Digestum vetus & Codicem antiqui pr[...]sores interpretari tenerentur, reliquas legum [...]tes negligentius tractabant, nec nisi privatim [...]luta stipe explicabant, & ob id extraordin[...] eas lectiones vocabant. Sed Rogerius, ne [...] quoque legum pars obscura permaneret, in eun[...] as lucubrationes edidit. Primus etiam juris [...]pendium (quod* Summam *vocant) viginti [...]tarum numerum non excedens composuit* [n]. [...]

[a] Valentin. Forster in Placentino, Joann. Fichardus, &c. [b] In lib. de Jurisperitis. [c] L. 1. §. ult. C. de Vet. Jure [...]ando. [d] Jo. Fichard. vit. recent. jurisconsult. Othofredo. Guidus Pancirolus de Claris Leg. Interpret. lib. 2. cap. 35. [e] L. quod tempore C. tit. de Restitutionibus Militum. [f] In Summae Initio. [g] Ad l. 1. D. tit. de Transact[...] [h] In praefat. de Quinque Vet. Collectionibu. [i] In Neopaedia p. 164. [k] In praefat. ad Summam Othonis. [l] [...] Claris Legum Interpret. lib. 2. cap. 18. [m] Odofred, in l. 1. ff. solut. Matrimonio & in l. Divortio in Princ. eod. [n] [...] in l. 1. ff. tit. de Transactionibus.

aemu[...]

ulatus Placentinus aliam longe luculentiorem nam emisit; *tertiam sed inanem Joannes* ianus scilicet Azonis praeceptor, Cremonen- *fecit* [a]. *Postremo vero caeteris locupletiore lita omnes ante se Azo superavit. Rogeri- alii corrupte Frigerium* (lege *Frogerium*) *non- i etiam Fridericum nominant* [b]. *Idem de di- is praescriptionibus forma dialogi scripsit, in se cum jurisprudentia loquentem inducit. la ejus mortis aut sepulchri memoria habetur.* enus de Rogerio nostro Pancirolus. Sed tem ejus ante ostendimus nos. Dialogus n memorat *de Praescriptionibus* habetur in o 17. Tractatuum illustrium jurisconsultorum, etiam alius de eadem re tractatulus ejusdem re- tur hoc sub titulo, *Rogerii Antiqui Glossatoris Diversis Praescriptionibus*. Libelli illi bini eti- eduntur [c] cum Azone, Dino, aliis aliquot de scriptionibus, ubi nuncupatur ille *Antiquus immortalis memoriae doctor Rogerius.* Bre- r memoratur Gesnero in Bibliotheca, *Rogerii speriti liber de Praescriptionibus Impressus*, ipsissimus est magister Vacarius noster. Hic ir is erat, cui indictum est apud Joannem Sa- riensem silentium, ne scilicet jus hic Caesa- n publice ut coeperat amplius praelegeret. ue factum est hoc a Stephano rege sub annum XIV. qui Christo MCXLIX. respondet, quo le- eum atque docuisse publice in Anglia ex jam nsis est manifestum. Atque ut Irnerius Bono- seu in Italia, ita Rogerius Vacarius in An- juris Caesarei in occidente instaurati expositor ius; quemadmodum etiam in Gallia, Monte ulano erat Placentinus, annis nimirum post erii nostri obitum XVI. aut circiter, id est, sub um MCXCVI. quo tempore is Monte Pessula- coepit: *Rogerii nominis abolendi cupidus* [d], *e tenebras se offusurum jactans.* Certe mam, ut dictum est, Codicis composuit ille. ie ea, neglecta tandem Rogerii Summa, quae ibi puto jam reperitur, apud studiosos, ante nis editam, primario obtinuit. Etiam tres eriores libri Summae, quam dicimus Azonis, entini sunt. Et Rogerianam potius inchoa- quam absolutam innuit Placentinus, qui fa- ejus sane haud parum invidebat. Memora- quidem etiam in Rescripto [e] Alexandri tertii e de causa in dioecesi Eboracensi nuptiali, ma- t Vacarius ad quem simul cum abbate de Fon- , mittitur rescriptum, quod Rogerio plane vum est; sed ille per annos complures ante andrum illum factus est abbas Beccensis, ut usum est. Adeoque non credendum videtur, voluisse tunc papam M. Vacarium tantum inare, nec ut abbati alteri dignitatis nomen ere. Forte sane magister ille Vacarius suc- r erat Rogerio in jure Caesareo hic praele- o. Tribuuntur autem aliquot in juris etiam nici libros, veluti in Summam Bernardi postellani, glossae seu interpretationes Roge- ut videtur huic nostro. Sed error est mani- ex inscitia ejusdem obitus natus. Diu enim ante, seu anno, ut ostendimus MCLXXX. mortuus est. Singularis autem viri existimatio ac dignitas etiam inde edisicitur, quod tum in Thomae archi-episcopi Cantuariensis successorem non solum ab Odone priore & conventu, prae aliis magni etiam nominis viris tunc candidatis, Lambethae electus fuerit, verum etiam ab Henrico secundo rege, nec sine suffraganeorum assensu, confirmatus, tum nullo modo induci potuerit ipse ut tantum subiret munus, tametsi instantissime eam in rem urgeretur. Gervasius Dorobernensis in Chronico [g] narrat tria, velut candidatorum, fuisse proposita nomina (quod etiam ex jure Caesareo [h] faciendum) in quibus Rogerius hic, & tunc *Prior*, inquit, *cum quibusdam monachis affuit, & tandem Rogerium abbatem Beccensem solenniter elegit, consentientibus utcunque episcopis* (scilicet Richardus de Luci summus tunc Angliae justitiarius, ut de electione hac consulerent, Londinum episcopos Angliae congregarat) *& assensu regio electione confirmata, singuli ad sua recesserunt. Et prior Cantuariensis rediens, ut suum electum adduceret, in proximo transfretavit. Sed spe sua fraudatus est, quia praedictus electus nullius instantia induci potuit ad consentiendum. Institit autem prior acrius per regem & legatos* (pontificis Romani; Albertum & Theodinum) *qui adhuc erant cum rege in Normannia, vim electo inferre gestiens ut consentiret. Sed frustra. Nam cum instarent rex & legati simul cum priore, nec praevalerent, apud sanctam Barbaram* (in episcopatu Lexoviensi) *in coena Domini ab electione est absolutus.* Florilegus item; *Anno* MCLXXIII. *Rogerius abbas Beccensis electus est in archiepiscopum Cantuariensem. Sed abbas nimis religiosus penitus contradixit. Sed Robertus Montensis* [i], *ille vero praetendens infirmitatem suam noluit acquiescere electioni eorum.* Radulphus item de Diceto [k]; VI. *Non. Martii* (anno MCLXXIII.) *suffraganei Cantuariensis ecclesiae, ut de archiepiscopi electione tractarent, sub edicto vocati venerunt Lamehedam; & quoniam Lanfrancus, Anselmus, Theobaldus in ea fide tam late floruerant, id idem fortunae loci quodam modo deputantes, in Rogerum Beccensem abbatem* (nam trini illi etiam fuerant Beccenses) *si non unanimiter saltem voce tenus concorditer convenerunt. Orta est tunc primum controversia, quis electionem pronuntiaret in publico. Suffraganeis hoc ad jus episcopi Londoniensis ab antiquo pertinere dicentibus* (nimirum episcopus Londinensis, antistiti Cantuariensi in collegio suo episcoporum seu suffraganeorum corpore, erat, ex veteri apud nos jure, decanus, ut Wintoniensis, cancellarius, Lincolniensis, vicecancellarius, Sarisburiensis, praecentor, Wigorniensis capellanus, Roffensis, cruciferarius [l]) *Cantuariensibus e contrario monachis asserentibus priorem suum hac in re potius praeferendum. Pro bono itaque pacis, ne quid in absentia regis oriretur dissidii, salvo jure partium Richardus Pictavensis archidiaconus in omnium* [m] *adjutorio recitavit. Abbas electus hoc*

a Summa Azonis in Princ. Trium lib. Codicis. b Gl. & Odofred in dict. l. 1. ff. de Transactionibus. c Lugduni CLXVI. d Vide Guidum Pancirol. de Clar. Leg. interp. lib. 3. cap. 20. e Append. ad Concil. Lateran. sub Alex. 5. tit. de Sponsal. cap. 13. f Videsis Guid. Panciiol. de Clar. Leg. Interp. lib. 3. cap. 8. g MS. ann. MCLXXIII. otheca Cottoniana. h Novell. 123. cap. 1. & 137. cap. 2. i Anno MCLXXIV. k MS. in Bibliotheca ana. l Lindwod. ad Constit. Provinc. tit. de Poenis C. AEternae, verb. tanquam. m F. auditorio.

intelligens in Normannia coram rege in praesentia cardinalium Alberti & Theodoni, electioni factae sicut diximus, penitus contradixit. Hoc eum fecisse religionis obtentu suspicabantur nonnulli. Ab aliis dicebatur quod spiritus pusillanimitate contractus se imparem oneri tanto protestatus sit. Alii; *Electioni factae penitus contradixit, utrum pusillanimitatis intuitu an religionis incertum est,* ut Rogerius Wendoverius & Matthaeus Parisius. Sed horum in editis *Robertus* depravate nominatur, uti etiam apud archiepiscoporum biographos.

V. At curnam ac unde dictus sive hic sive ille alter *Vacarius ?* Ita enim, non *Wacarius*, ut in Chronicis ante citatis, nedum *Vicarius* apud Sarisburiensem, est plane legendum. Certe si familiae cognomen fuisset aut locum cognominis ejusmodi occupasset, haud ita commode dictus fuisset *Rogerius magister Vacarius*, sed aut *Rogerius Vacarius magister* aut *magister Rogerius Vacarius.* Sed fateor locutiones hujusmodi seculis maxime in illis fuisse, ut hodieque, satis incertas. At suspicio sane mihi est, *Vacarium* esse hic, uti etiam in rescripto illo Alexandri tertii ad abbatem de Fontibus, *& M. Vacarium,* nomen appellativum quo designaretur singulare munus susceptum, juris nempe lectioni hic vacandi adeoque profitendi. Quo nomine forsan & alii illo in aevo dicti. Ut armis, choreis, philosophiae, postulationibus vacare usurpatum veteribus pro eo quod est, his enixius prae aliis operam dare, ita *lectioni vacare* ac *professioni*, idque in seculo, de quo nunc loquimur. Joannes Januensis in Catholico: *Vaco, esse vel fieri vacuum. Et licet videtur ad alias significationes transferri, tamen omnes redolent illam. Dicitur etiam vaco lectioni & operam do. Et vaco a lectione, id est, deficio a lectione. Vaco nummis, id est, careo. Sed istae omnes significationes redolent primam. Cum vero dico, vaco lectioni, idem est ac si diceretur, vaco ab aliis rebus & insisto lectioni, unde vacat impersonale, id est, esse vacuum, vel licitum esse vel opportunum. Unde vacat mihi legere, opportunitatem legendi habeo & non impedior ab alio negotio.* Totidem ferme verba habet etiam in opere de Derivationibus Hugo Pisanus [a]. Certe ut *ab aquari, arbitrari, parare* (seu quo *parare* & *comparare* usurpatur [b] pro *inter se convenire*) *aquarius, arbitrarius, pararius*, alia ejusmodi priscis rite facta sunt, ita forsan in sensum quem diximus barbara recentiorum audacia nec interim sine veterum exemplis atque analogia formavit *Vacarius a vaco* ad eum qui prae caeteris lectionibus diligentius vacaret, ut sane Rogerius noster fecit, designandum. Certe minus inique ita fit *Vacarius* a *vaco* quam *Accursius* ab *accurro.* Jam vero *Accursius* ipse [c], advocatorum idolum illud, ut a non nemine vocatur, ad Caii verba de nominis ferendi conditione haeredis institutioni adjecta, quae de honestis, non famosis, aut turpibus nominibus, est admittenda, *Ut*, inquit, *institituo te haeredem, si imponas tibi nomen meum scilicet Accursium, quod est honestum nomen, dictum quia accurrit & succurrit contra te… bras juris civilis. Secus si dixi, si imponas t… nomen Vespillo, quod est turpe nomen.* Et n… ita mirum est ejusmodi eis in seculis nomin… compositiones seu derivationes factas esse, c… etiam non deessent qui [d] dubitarent an Justinia… ipse a Justitia sic dictus fuisset, an ex eo qu… Justini esset filius, cui revera ex sorore nepos e… sed & filius adoptatus. Atque nugacibus hu… modi conceptionibus adhibent illud Justiniani, *Consequentia nomina rebus esse studentes,* … unde etiam perquam ridicule Flavum illum ai… nuncupatum (pro *Flavium*) *quia talis erat … loris.* Sed vero in Novellis [f] Theodosianis i… pressis vox ferme cum *Vacario* eadem occur… scilicet *Vecarii. Et apud inlustrissimas prae… turas* (sic ibi) *& apud Vecariis rectores prov… ciarum de quolibet negotio pulsari,* &c. Sed m… dum est crassissimum, qualia sunt in impressis… lis perplurima. Legendum, apud *Viros Clar… mos* (seu *Vi. Clariss.* unde *Vecariis* ibi perper… factum) *rectores,* &c. quod e manuscripto n… codice ante citato, seu Guilielmi Malmesburi… sis collectaneis juridicis palam liquet.

VI. Haud vero est adeo mirum, Stephanum … gem edicto vetuisse leges Romanas earundem … libros ita a Theobaldi Cantuariensis antistitis … mo seu adseclis & proculdubio ejusdem auspi… in Angliam allatos, cum scilicet ei sub id ip… tempus infensissimus esset rex, utpote qui eum … quod ad concilium Rhemense injussu regi… contulerat [g], proscripsit, ut vicissim interdicti … tentia antistes regnum percussit. Henricum … am episcopum tunc Wintoniensem gratia a… regem insigniter pollentem, atque summo c… mine Theobaldo rebusque ejus adversari solit… in causa simul vix ambigendum est, fuisse, ut … gum praelectiones ac libri Justinianei, quorum … mus Theobaldiana ita ut dictum est hic aut… fuere, ac splendidius inde clarescere coepe… improbarentur, atque ut eorum vetaretur … Edicti illius prohibitorii meminit etiam Rog… Baconius [h] celeberrimus ille philosophus & … thematicus, sectae Franciscanae, qui sub Edw… primo scripsit. *Rex quidem,* inquit ille, *Ste… nus allatis legibus Italiae in Angliam pu… edicto prohibuit, ne ab aliquo retinerentur.* … modum autem in gratiam regiam redeunte T… baldo, atque, ut fieri amat, secundis de leg… illis cogitationibus habitis, effectu caruit edi… illud, aut revocatum aut evanescens. Ade… eo non obstante, libri retenti, lectiones, prof… habita. Id quod expressim testatur coaevus … idem Joannes Sarisburiensis, ubi indictum R… rio illi Vacario primo hic legum Caesarearum … tori publico silentium memorat. Statim … subjungit [i]; *Sed Deo faciente, eo magis v… legis invaluit, quo eam amplius nitebatur i… tas infirmare.*

VII. Ante haec tempora, viri, alias etiam b… literis imbuti, legibus moribusque vetustis A… canis, qui ad regimen attinuere publicum & c… serio incubuere; atque ex eis in foro adv…

[a] MS in Bibliotheca Lambethana. [b] Vide Annot. in Festi Pappi. [c] Gl. ad l. 63. D. tit. ad Senatusconf. Trebellian… Si in danda lit. f. [d] Odofred. in praef. Codicis. Alia ejusmodi in tit. de Emendatione Cod. [e] §. Est & aliud Instit. … Donationibus. [f] Novell. Theodos. tit. 14. l. 4. [g] Joscelin. in Vita Theobaldi, &c. [h] In Compend. Theol… Opere Minori MS. in Biblioth. Cottoniana. [i] Policratic. lib. 8. cap. 22.

judice…

ıdicefque felecti. In monafteriis, academiis, an-ıftitum clariorum familiis, collegiis, alibique pro ducationis, qualitatis, dignitatis, opportunitatis dif-rimine ii degebant. Nullus autem eis five Jufti-ianei five Theodofiani juris ufus erat hic publi-us. Sed moribus majorum tantum patrioque ıtebantur, illi jure quod & ante & ad noftra ufque empora *Angliae commune* vocitatur, quemadmo-ıum temporibus *Anglo faxonicis* ƿuɲlðɲihꞇe eu *jus feculare* feu *mundanum*, ut diftinctum a Goðeɼɲihꞇe feu *jure divino*, quod obvium eft n legibus Anglofaxonum. Scilicet decifiones prae-:untes, quales in juris, quibus nunc utimur, an-ıalibus, earum rationem mutuamque analogiam ıraeter leges e re nata variatim novatas mutataf-ue, tum in mufaeis tum in foro tantum adhi-oere folebant illi. Hujus generis fuere terni illi urifconfulti Anglicani diu ante illatas huc leges Ro-nanas feu fub Guilielmi primi tempora, id eft, nnum Christi MLXX. Sacolus & Godricus mo-ıachi & Alfwinus rector ecclefiae Suttunenfis, uos *legibus patriae optime inftitutos* effe teftatur abularium vetus[a] coenobii Abindonienfis, ubi tem legitur, *eis tantam fecularium facundiam & praeteritorum memoriam eventorum* (id eft, lane, ut nunc, annalium juridicorum peritiam) *afuiffe, ut caeteri circumquaque facile eorum fen-entiam ratam fuiffe, quum edicerent, approba-ent. Sed & alii plures de Anglis caufidici er id tempus in abbatia ifta* (fic ibi legitur) *ha-ebantur, quorum collationi nemo fapiens refra-abatur, quibus rem ecclefiae publicam tuentibus, jus oblocutores elingues fiebant.* Et *Guilielmus* pri-nus dicitur[b] Londinum anno fuo convocaffe *omnes* provinciis fuis univerfis *Anglos nobiles, fapientes, & lege fua eruditos, ut eorum & jura & confuetu-lines ab ipfis audiret.* Atque ut ante ita poft ıfque in tempora, quibus ita in ftudia ac forum ualitercunque receptum eft hic jus Caefareum, urifperiti ac caufidici noftrates nullo alio jure mnino praeter patrium (nifi forfan pontificii liquot capita, quae in ufu quotidiano excipias) x inftituto imbuti funt. Ex eo genere fuit Ra-ıulphus ille[c] *invictus caufidicus* Guilielmo fe-:undo regi procurator primarius; quo tempore ui ex clericali fuere ordine etiam juris Anglicani, :ui ferio incumbebant, peritorum locum maxime upplebant, quod plane etiam innuit Guilielmus Malmesburienfis, dum inquit, *Nullus clericus nifi caufidicus*, fub Guilielmo fcilicet rege illo. Et fub idem ipfum tempus, quo primo ita coepit jus Caefareum hic alibique recipi, eminentiffimus erat oriftini plane commatis juris fine ulla Caefarei in-termixione peritus atque exercitatiffimus apud nos Albericus de Ver, comes Guinarum, qui procu-ratoris primarii munus Stephano regi geffit. Is ipfe eft qui Guilielmo Malmesburienfi[d] nuncupa-tur *quidam Albericus de Ver, homo caufarum varietatibus exercitatus*, quod itidem de eo di-citur a Rogerio Wendoverio ac Matthaeis Parifio & Weftmonafterienfi, qui infuper, ut res ipfa erat, *comitem Albericum de Ver* nominant. Scilicet comes ille Guinarum in Normannia erat. Hujus Londini in tumultu feditiofo trucidati filius Al-bericus de Ver primus fiebat, tum a Matilda Au-gufta, tum a filio ejus Henrico rege fecundo co-mes Oxonienfis, unde eodem per lineam mafcu-lam retento nomine eadem gaudet jam nunc dig-nitate Albericus de Ver Roberti filius, vigefimus Oxoniae comes, juvenis nobiliffimus. Quemad-modum autem Rogerius monachus ac prior Bec-cenfis hic, ut oftenfum eft, praelegebat, ita alii etiam monachi juri tum Caefareo tum Anglicano, tam in foro ac fcholis extra coenobia fua quam intra, tunc incumbere foliti. Atque mos ille qui-dem & feculis ante Rogerium actis, & aliquantu-lum poft ejus hic profeffionem, haud parum obti-nuit. At vero circa quatuordecim a tempore, quo ipfe hic praelectionem finivit annos, aut plane, quantum ad praelectionem extra coenobia attinet, defiiffe aut definere ex jure pontificio debuiffe mo-rem illum pariter eft concedendum. Scilicet an-no 1164. in fynodo Turonenfi conftituit Alex-ander papa tertius, *Ut nullus omnino*[e] *poft votum religionis, poft factam in loco aliquo profeffionem, ad phyficam legesve mundanas legendas permit-tatur exire. Si vero exierit & ad clauftrum fuum infra fpatium duorum menfium non redi-erit, ficut excommunicatus ab omnibus evitetur, & in nulla caufa, fi patrocinium praeftare volu-erit, audiatur. Reverfus autem in choro, ca-pitulo, menfa & caeteris, ultimus fratrum exiftat, & (nifi forte ex mifericordia apoftolicae fedis) totius promotionis fpem amittat. Epifcopi vero, abbates, priores, tantae enormitati confentientes & non corrigentes, fpolientur propriis honoribus & ab ecclefiae liminibus arceantur.* Poftmodum itidem confirmatur tantundem ab Honorio tertio[f]. Ipfeque fynodi Turonenfis canon in Gregorianum Decretalium corpus[g] recipitur. Atque hinc plane eliciendum, morem antea nec quidem infrequen-tem obtinuiffe, ut monachi alii, quemadmodum & Rogerius nofter monachus Beccenfis, tam ex-tra quam intra coenobia fua jura Caefarea alia-que publice praelegerent docerentque, etiam & poftmodum intra coenobia fua.

[a] MS. in Biblioth. Cottoniana, fol. 121. [b] Roger. de Hoveden part. poft. fol. 347. edit. Lond. Francofurt. 601. & feq. in 608. Idem ipfum n Codice Lichfeldenfi MS. in Biblioth. Cottoniana. [c] Guil. Malmesbur. de Geft. regum lib. 4. pag. 123. edit. Francof. [d] Hift. Novell. lib. 2. ann. 1139. [e] Apud Guil. Nubrigenf. lib. 2. cap. 15. & in Concil. Tom. 3. par. 2. pag. 534. edit. 1618. Antiq. Collect. 1. lib. 3. tit. 37. cap. 2. Append. ad Concil. Lateran. 3. part. 27. cap. 2. [f] Compilat. Decretal. lib. 5. tit. 27. [g] Extr. tit. Ne clerici vel mo-nachi fecularibus negotiis, &c. cap. 3.

C A P.

CAP. VIII.

I. *De usu apud majores nostros juris Justinianei, a tempore Stephani regis (quo primum huc allatum est) per Henrici secundi, Richardi primi & Joannis regum tempora.*

II. *Usus ejusdem hic qualiscunque vestigia sub Henrico tertio & Edwardo primo; qui Franciscum Accursium in Angliam ad praelegendum invitavit.*

III. *De tempore Edwardi secundi, & legibus aliquot ex Pandectis, locis ipsarum, more solenni, ab jurisconsultis nostratibus in tribunalibus regiis laudatis.*

IV. *Juris Justinianei seu Caesarei usus, tum in consistoriis pontificiis, tum in tribunalibus binis regiis (quorum alteri rerum militarium, alteri nauticarum cognitio propria est) uti etiam in academiis nostris, usque in nostra duravit tempora.*

V. *Usus ejusdem juris qualiscunque is olim fuerit, tum in tribunalibus caeteris regiis, tum in jurisperitorum nostratium studiis scriptisque, qua talium, evanuit sub Edwardi tertii initia.*

EX eo quod diximus ita primo allatarum praelectarumque in Anglia legum Justinianearum tempore, publicus tum in studiorum ratione tum in forensi praxi responsisque ac consiliis dandis, earum invalebat hic qualiscunque usus. Nec, ut ante e Sarisburiensi notatum est, obstitit Stephani edictum. Quo paulo post mortuo, adeo indulsit Theobaldo antistiti ejusque adseclis Henricus rex secundus, ut etiam leges illae hic tutius colerentur, ac majori, ab aliquibus saltem, inde haberentur in pretio. Ejusce rei specimina habentur clarissima tum apud Joannem illum Sarisburiensem Theobaldo, cujus domus sic adsciverat leges Caesareas in Angliam, charissimum, adeoque domus illius partem non exiguam, tum apud discipulum ejusdem Joannis, Petrum Blesensem, archidiaconum Bathoniensem & Cantuariensem cancellarium. Apud Joannem illum, in locis Policratici[a] compluribus; ubi e corpore Justinianeo in rem suam testimonia non pauca adfert, eaque velut vim hic obtinentia aut obtinere sibi credita, atque ipsam etiam legem regiam (de qua supra egimus) quasi tunc in ore hominum nostratium non infrequentem. Idem in epistola ad anonymum[b], sed manifestum est ad praelatum aliquem Anglicanum, adeoque de rebus Anglicanis (quod ex Lincolniensis ecclesiae ibi mentione etiam liquet) *ea cautela*, inquit, *diligentiae versare in talibus* (in jurisdictione exercenda) *ut videri non possis sitire pecuniam delinquentium, sed quod pastorem decet, quaerere salutem animarum. Nosti siquidem quod & seculi leges eos acerbissime puniunt lege Julia repetundarum, qui in faciendis ex officio[c] & non faciendis sordidum sectantur lucrum.* Loquitur hic, uti etiam in Policratico[d], de lege Julia repetundarum, cujus est tum in Digestis tum in Codice tiulus singularis, velut ea quam inter leges seculares seu Anglis tunc qualitercunque receptas recensendam admitteret. Alibi item liberos ex damnato coitu genitos *nec jura civilia nec leges* agnoscere ait, ubi[e] reddit Alexandro tertio papae rationem causae, quae tum coram se ut judice hic delegato, tum in foro regio inter Richardum de Anestia nepotem ex sorore Guilielmo de Saccavilla & Mabiliam de Franchevilla ejusdem filia, de successione in Guilielmi defuncti bona ventilata fuisset. De natalibus Mabiliae quaestio fiebat, spuriane an legitima illa. Res, ut fieri solitum, ad ecclesiasticum examen refertur a tribunalis regii praefectis, sed in ipso examine & discussione inita legum principum & civilium pariter atque canonum usus fit. Et autoritas legum & canonum simul affertur, ubi plane jus intelligitur Caesareum. Mabiliae etiam ibi advocatus dum subveniendum vult ei ex parentum juris ignorantia ac temporis conjugii diuturnitate, rescriptum divorum fratrum affert de matrimonio Flaviae Tertullae incesto, sed ex ignorantia juris contracto & per plurimos annos sine controversia durante, velut id quod in re tunc in judicium deducta autoritatem sortiretur. Sed rescriptum illud nec in Justinianeis nec alibi hactenus reperio. Ex codicis Gregoriani exemplari aliquo eis quibus utimur fragmentis ampliori forsan hausit hoc ille, aut forte ex Justi Papirii codice[f], qui puto prorsus jam periit; divorum scilicet fratrum constitutionum. Verba rescripti sunt; *Monemur & temporis diuturnitate, quo ignorantia juris in matrimonio avunculi tui fuisti, & quod ab avia tua collocata es, & numero liberorum. Idcircoque, cum haec omnia in unum concurrant, confirmamus statum liberorum vestrorum in eo matrimonio quae vesitorum* (lege *quaesitorum*) *quod ante annos* XL. *concitatum est, proinde atque si legitime concepti essent.* Et certe in Policratico ejus occurrunt veterum alia aliquot haud alibi nunc lecta. Petrus autem archidiaconus Bathoniensis seu Blesensis ille se juri Caesareo hic diligentius incubuisse ostendit[g], uti & complures alios in familia Thomae antistitis Cantuariensis sub Henrico secundo rege convictores. Postmodum quidem ad theologiam is transit. Sed interea qualis juris ejusdem jurisperitorum Caesareorum usus tunc hic fuerit, intelligendum videtur ex eis quae de se suique dum juris studiis incubuit, similibus in antistitis Cantuariensis familia degentibus memoravit. *In domo domini mei*

[a] Lib. 4. cap. 1, 2, & 6. lib. 5. 13, 14, 15, 16. lib. 7. cap. 20. [b] Epist. 68. [c] L. 4. D. tit. de lege Julia repetundarum. [d] Lib. 5 cap. 16. [e] Epist. 89. [f] Cujac. Observ. lib. 1. cap. 1. Freymon. in Symphonia Juris. [g] Epist. 6. S. 26. 71. 140. & in opusc. pag. 497.

inquit

ıquit, *Cantuarienſis archiepiſcopi viri literatiſſimi int, apud quos invenitur omnis rectitudo juſtiae, omnis cautela providentiae, omnis forma ctrinae. Iſti poſt orationem & ante comeſtiıem, in lectione, in diſputatione, in cauſarum ecisione jugiter ſe exercent.* OMNES QUAESTINES REGNI NODOSAE REFERUNTUR AD NOS, *uae cum inter ſocios noſtros in commune audiorium deducuntur, unuſquiſque ſecundum ordiem ſuum ſine lite & obtrectatione ad bene diendum mentem ſuam acuit, & quod ei conſilius videtur & ſanius, de vena ſubtiliore proucit. Quod ſi Deus minori quae potiora ſunt evelaverit, ejus ſententiae ſine omni invidia & epravatione univerſitas acquieſcit.* Haud ita diu oſt Sylveſter Giraldus Cambrenſis vixit, ſeu ſub ichardo & Joanne regibus. Is in Diſtinctionius[a] de principis inſtitutione, Juſtinianeas inſtiationes citat *Elementorum* nomine, quaſi jam pro rimariis juris ſimpliciter atque abſolute dictis udimentiſque hic receptas. *In Elementorum bro ſcriptum,* inquit, *in capite reperies imperaoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam d & legibus decet eſſe ornatam.* Quae frontis ıſtitutionum Juſtinianearum verba ſunt. Sed erum quidem eſt *Elementorum* etiam nomine mitti ex codicibus vetuſtis Inſtitutiones illas, ut idere eſt in Cujaciana editione aliiſque ſequacius. Atque ipſe Juſtinianus in prooemio ſic eas uncupat. Gervaſius item Tilburienſis in Otiis nperialibus[b] ad Ottonem Auguſtum quartum, e Britannia ſua ejuſque longitudine ac latitudine erba faciens, menſurae rationem ex Digeſtis veıti hic receptiſſimis ſumit. Floruit ille ſub Jonne rege. *Haec,* inquit, *inſula omnium uberima in longum tenditur octingentis milliaribus* (ſcilicet Bedam hic ſequitur) *in latum ducentis. icenis itaque millibus paſſuum pro dietis* (itieribus diurnis) *computandis ut ff. Si quis cauionibus l. 1. protenditur in longum quadraginta ietis & in latum decem.* Citatis nempe titulo lege Gaius habet, *Vicena millia paſſuum in ſinulos dies dinumerari praetor jubet,* &c. Quod tiam apud juriſconſultos noſtros olim receptum ſt in eo, quod *journees accomptes* ſeu *dietas omputatas* nuncupant. Et quam ferax etiam illis ı ſeculis eſſet juriſprudentiae Caeſareae ſtudiorum nglia, ſatis oſtendit viſio illa decantatiſſima moachi *Eveſhamienſis,* quae ficta eſt anno MCXCVI. u ſub Richardo primo. Collocatur ſcilicet ibi[c] ı tertio purgatorii loco poenali clericus ante ıonacho bene cognitus. *Atque hic,* inquit moachus, *ſuo tempore eorum quos legiſtas & deretiſtas appellant peritiſſimus habebatur, unde in edditibus* (ita in Matthaeo Pariſio; ſed legendum x viſione illa quam habeo per ſe antiquitus mauſcripta, *earum etiam facultatum auditores in cholis quamplurimos inſtituerat & ſubinde magatum familiaritatem ſibi conciliarat. Hinc reditibus*) *eccleſiarum ampliatus, &c.* De legiſta liquo & decretiſta aut gentis noſtrae aut apud os degente legenteque loqui eum palam eſt. Tunc gitur ſeu ſub quadrageſimum a prima Rogerii Vacarii praelectione, legiſtae hic, id eſt, juris Caeſarei periti fuere, & decretiſtae, id eſt, pontificii profeſſores qui a Caeſareo auſpicari ſolebant. Atque hi in ſcholis etiam tunc aliis jura praelegebant, nec quidem paucis. Plurimos huncunum inſtituiſſe ait monachus hic atque eorum qui ſic dicti peritiſſimum eſſe habitum; unde ſane etiam a Rogerii tempore aut circiter inſtitutionis ejuſmodi, etiam in jure utroque, uſum hic fuiſſe perpetuum merito ſentias, qualis item duravit hic uſque in tempora, quibus pontificis apud nos Romani autoritas ſanctione parliamentaria abolita eſt. Etenim exinde juris Caeſarei non pontificii in academiis noſtris praelectiones, profeſſio, dignitates. Dictis vero jam ſeculis *legum etiam mundanarum periti*[d] vocabantur hic, quotquot legibus patriis Caeſareiſque ſimul operam navarent. Neque apertum ſemper juris Caeſarei hic & Anglicani profeſſorum tunc temporis diſcrimen apud ſcriptores occurrere comperio. Civilis nomine, qua utriuſque hic ſed admodum diverſus erat in foro, ſaltem nonnullis, uſus, utrumque veniſſe videtur. Ad haec autem tempora Henrici ſecundi, Richardi primi & Joannis regum ſpectat illud Gualteri Mapezii miniſtri tunc aulici non incelebris de Goliae (hoc ſibi nomen fingit) *praedicatione ad terrorem omnium,* & de extremo judicii die.

Cogitate, inquit, *divites, qui vel quales eſtis,*
Quid in hoc judicio facere poteſtis.
Tunc non erit aliquis locus hic Digeſtis.
Idem erit Deus hic judex, autor, teſtis,
Judicabit judices judex generalis.
Nil ibi proderit dignitas regalis, &c.
Apud noſtros judices jura ſubvertuntur,
Et qui legem faciunt, lege non utuntur.

Digeſta hic memorat ille, dum de omnimodis apud nos judiciis loquitur, quaſi in uſum paſſim forenſem admiſſa exiſtimaſſet. Atque de Caeſareo jure in jus pontificium qua hic illud exercebatur ſeculis in illis admiſſo, teſtimonia ſunt non infrequentia nec obſcura tum in Appendice illa concilii Lateranenſis tertii ſub Alexandro tertio, tum in collectionibus ſeu compilationibus vetuſtioribus, uti etiam in Decretalibus Gregorianis, ubi in reſcriptis pontificiis innumera occurrunt de litibus in Anglia tunc forenſibus tam ex jure Caeſareo quam pontificio (ſed quidem in conſiſtoriis pontificiis) inſtitutis, quarum ratio ex jure Caeſareo ſeu Juſtinianeo etiam diſcuſſa. Et ſcimus ſub Richardo rege juſtitiarii Angliae[e] munus obiiſſe *Hubertum Walteri archiepiſcopum Cantuarienſem Ranulpho de Glanvilla* diſcipulum[f], qui in cauſa proculdubio non eſſe nequibat, ut juris Caeſarei, ſic generi maxime ſuo hic nuper admiſſi ratio in ſtudiis foroque haberetur ſingularis. Quale itidem dicendum de cancellariis[g] Angliae aliiſque in ſummas aliquot publici regiminis praefecturas e genere hieratico tunc, adſciſci ſolitis. Atque interdum & cancellarius ſimul & juſtitiarius Angliae erat epiſcopus, ut Willielmus Elien-

[a] Diſt. 1. cap. 10. MS. in Biblioth. Cottoniana.
[b] M S. in Biblioth. Cottoniana.
[c] Apud Matth. Paris ann. 1196. Roger. Wendover. MS. &c.
[d] Vide Viſionem Thurcilli Purgatorii in Mat. Paris anno 1206.
[e] Matth. Paris in Richardo rege anno 1198.
[f] Joſcelin. in vita Huberti.
[g] Vide Henric. Spelman. in Gloſſar. verb. Cancellarius.

ſis ſub Richardo jam dicto. Sed vero & *legum terrae peritorum* mentio etiam illis in ſeculis ſignantius habetur apud hiſtoricos obvia. Et dubitari nequit, quin quamplurimi *legibus terrae* ſeu patriis, etiam tunc ita incumberent, ut Caeſareas neutiquam omnino commiſtas vellent.

II. De Henrici regis tertii tempore hac in re teſtimonia habentur ampliſſima apud Bractonium, de quibus etiam ſuperius eſt dictum. Atque huc puto attinet quod in tabulis publicis habetur de *ſcholis regentibus, de legibus in civitate Londini* ſub eodem rege. Verba ſunt[a]; *Mandatum eſt majori & vicecomitibus London, quod clamari faciant & firmiter prohiberi, ne aliquis ſcholas regens de legibus in eadem civitate de caetero ibidem leges doceat. Et ſi aliquis ibidem fuerit hujuſmodi ſcholas regens, ipſum ſine dilatione ceſſare faciant. Teſte R. apud Baſing* XI. *die Decembris.* Credibile non videtur de legibus Anglicanis earumve praelectione mandatum hoc fieri. Et certe Londini antiquitus, idque diu ante collegium Greſhamium inſtitutum, publica aliarum in ſcholis erat diſciplinarum, praeter grammaticam, profeſſio ac diſputationes[b]. In regiſtro MS. veteri conſuetudinum eccleſiae S. Pauli, inter officia *magiſtri ſcholarum grammaticae,* quae olim ibi inſtitutae, recenſetur etiam & hoc, *Item quod more ſolito deputationes* (lego *diſputationes*) *dialecticae & philoſophiae teneat apud ſanctum Bartholomaeum in feſto ejuſdem, & diſputata apud ſanctam Trinitatem.* Occurrit etiam in tabulis Henrici tertii publicis non raro Joannes de Lexinton, ſeu Leſſinton, tribunalibus praefectus celebris, qui in annalibus coenobii Burtonenſis[c] *ſeneſcallus* regis vocatur *& vir providus & diſcretus, & in utroque jure, canonico ſcilicet & civili peritus.* Et notiſſimum eſt ex hiſtoriis noſtris archiviſque, praeſules & antiſtites ſacros, qui tam Caeſareo quam pontificio juri etiam incubuerant, uti & ſimul Anglicano, regiis tribunalibus illis in ſeculis ſaepius eſſe praefectos judiciaque exercuiſſe ſane hic omnimoda. Advocatos autem id genus imbutos ſtudiis, ex genere etiam ſacerdotali, forum tunc omnimodum hic frequentaſſe res ipſa palam ſatis facit; quod & manifeſtum fit ex conſtitutionibus Ottonis & Ottoboni legatinis, tum de advocationis officio tum de judiciis ſecularibus hujuſmodi generi hieratico hic inhibendis. Quod ad Edwardi primi tempora ſeu ſequentia ſpectat, faciunt huc quae ex Thorntonio & Fleta itidem ante obſervavimus. Quo item pertinet id quod in archivis de Franciſco Accurſii filio, legum doctore, compertum eſt; eum ſcilicet cum familia ſua ab Edwardo primo in Angliam accerſitum, ut proculdubio leges Oxoniis praelegeret Caeſareas, ipſumque Franciſcum advenire ſibi ſaltem ſtatuiſſe, ſi revera non advenerit. Neque ſane adveniſſe exiſtimandum videtur ex eis quae mox oſtendimus. Accerſitum autem ſatis oſtendit mandatum hoc[d] ejuſdem regis vicecomiti Oxoniae, de eo ibidem accommode excipiendo.

Rex vicecomiti Oxoniae ſalutem. Praecipimus tibi quod Franciſco Accurſii, doctori legum vel ejus mandato has literas noſtras deferenti, liberes manerium (aedes tunc regias ibi ſeu caſtrum) *Oxonienſe ad inhabitandum una cum uxore ſu[a] & familia, quamdiu nobis placuerit. Nolumu[s] tamen quod tu propter hoc impediaris, quin die[s] bus ſtatutis in aula ipſius manerii tenere valea[s] comitatum. In cujus rei teſtimonium,* &c. *Teſt[e] rege apud Windeſore ſeptimo die Decembris.* Fran[-] ciſcus hic filius erat Accurſii Florentini illiu[s] celeberrimi gloſſatoris. Atque ut Accurſii patri[s] nomen millies gloſſis ſubjicitur, ita non rar[o] maxime ad illud quod Digeſtum novum dicitu[r] Franciſcus & Franciſcus Accurſii, qui hic ipſe e[ſt] ita in Angliam accerſitus, gloſſis ſubjungitur eju[s] dem ſingularibus. Inſtitutiones item habemus cu[m] ejuſdem gloſſis adjectis. Juriſconſultorum bio[-] graphi de adventu ejus in Angliam haud omn[i]no loquuntur. At vero & pactum iniiſſe aiu[nt] cum rege Angliae, (qui plane Edwardus noſt[er] primus) ut Bononia in Galliam ſe transferret a[d] docendum jus Caeſareum in territoriis ibi Ar[n]glo ſubjectis, atque demum diſceſſiſſe, ſed ad[eo] invitis civibus ſuis ut bonorum ideo eum mulct[a]rent publicatione, quae, eo poſtea reduce, eſt re[-] ſciſſa. *Guidus Pancirollus*[e]; *Is a rege Angli[ae] in Galliam, ut ibi doceret, deducendus erat, quo[d] cum Bononienſes praeſenſiſſent, poena publication[e] bonorum indicta, praeceperunt ne recederet. Ip[ſe] vero cives eludens, omnibus amico venditis, di[ſ]ceſſit, ſed bona nihilominus ſunt publicata, un[de] redire coactus, ubi reverſus eſt, eorum reſtitut[i]onem*[f] *impetravit. Interea Toloſae jus civi[le] aliquamdiu docuit.* Hinc ſane eum in Anglia[m] non veniſſe eliciendum eſt, uti & cauſa ob qua[m] non venerit juxta pactum cum eo regium. [I] Bononiae mortuus eſt, ubi patris ejuſque ſepu[l]chrum habetur cum hac inſcriptione brevi[g]:

Sepulchrum Accurſii gloſſatoris legum,
& Franciſci ejus filii.

Sed patri, quem mortuum eſſe aiunt ann[o] MCCXXIX. ſuperſtitem fuiſſe Franciſcum hunc, u[ſ]que in annum ſaltem MCCLXXVI. liquet ex re[-] gio mandato ſupra oſtenſo, quod ad hunc ſcil[i]cet ſpectat annum. De uſu item tempore hu[-] jus regis frequenti hic juris Caeſarei maxime i[n]ter ſacerdotalis generis homines, ſeu clericos, q[ui] ut ante ſic & nunc (quicquid in contrarium ſta[-] tuerint canones eorum ſacri) dignitatibus hic ju[-] ridicis etiam in tribunalibus regiis omnimod[is] ſaepe nimis fruebantur, teſtatur Rogerius ille B[a]conus coaevus[h]: *Omne regnum,* inquit, *habet ſu[a] jura, quibus laici reguntur; ut jura Angli[ae] & Franciae. Et ita fit juſtitia in aliis regn[is] per conſtitutiones quas habent, ſicut in Itali[a] per ſuas. Quapropter cum jura Angliae no[n] competant ſtatui clericorum, nec Franciae, n[ec] Hiſpaniae, nec Alemanniae, ſimiliter nec jur[a] Italiae ullo modo. Quod ſi debeant clerici u[ti] legibus patriae, tunc eſt minus inconveniens, u[t] clerici Angliae utantur legibus Angliae, & cl[e]rici Franciae utantur legibus Franciae; qu[a]propter maxima confuſio clericorum eſt, quod hu[-]*

[a] Rot. Clauſ. 19. Hen. 3. membrana 16. ſeu anno MCCXXXIV.
[b] Vide Stephanidem de Urbe Londin. & Jo. Stowaeum in Notitia Lo[n]din. pag. 118.
[c] MS. in Bibliothec. Cottoniana anno MCCLV.
[d] Rot. Pat. 4. Ed. 1. membran. 35.
[e] De Claris Leg[um] Interpret. lib. 2. cap. 29.
[f] Vide Alberic. in l. 17. hi qui C. tit. de reſcindenda venditione.
[g] Jo. Fichard. in vit Juriſc. Va[len]tin. Ferſt. &c.
[h] In Compend. Theolog. ſeu Opere Minori MS.

juſmo[di]

modi constitutionibus laicalibus subdantur colla. ... x quidem Angliae Stephanus allatis legibus ... iliae in Angliam, publico edicto prohibuit, ... ab aliquo retinerentur; si igitur laicus prin... s laici principis alterius leges respueret, multo ... gis omnis clericus deberet respuere leges laico... n. Addo etiam quod magis concordant jura ... anciae cum Angliae, & e converso, propter ... initatem regnorum & communicationem ma... em gentium istarum, quam Italiae & illarum. ... are deberent magis clerici Angliae subjicere ... legibus Franciae, & e converso, quam legi... Italiae. Sic ille. Tametsi de clericis tan... n loquatur Baconus, nihilominus, cum certum ... illo in aevo genus apud nos sacerdotale etiam ... tribunalibus regiis partes egisse primarias, du... ari nequit, quin ex ejusmodi clericorum juris ... ius usu, illud etiam in tribunalibus illis sub... le invaluisset, & plane, qua tale, inter discuti... dum esset adhibitum. Atque consulendus Jo... nis de Acton (Athona vulgo vocitamus) Com... ntarius in Constitutiones Legatinas, unde re... tum tunc temporis, ut ante etiam, usum ju... Caesarei hic apud pontificios fuisse, mani... um fit. Quibus accedat etiam formula so... nis, qua illis in seculis antistites Cantuarienses ... ertatem juris Caesarei professoribus in acade... is legendi indulgebant, illis scilicet, qui alias ... beneficiis suis sacris abesse licite nequibant. ... licet in Formulario ecclesiastico penes me MS. ... mporis Edwardi primi seu Joannis Peckhami ... istitis Cantuariensis legitur:

Joannes, &c. dilecto filio magistro R. de B. ... tori ecclesiae parochialis de W. talis dioece... juris civilis professori, salutem, &c. Fructum ... Dei ecclesia, quae ad sui juris regimen li... tatis permaxime noscitur indigere, per te, le... do & proficiendo in scientia literarum, afferri ... antes, ut per biennium a datu praesentium ... nerandum, in universitate Oxoniensi insistere ... eas studio literarum, & promoveri interim ... ime teneearis, nisi ad ordinem subdiaconatus ... taxat infra annum recipiendum a tempore ... commissi regiminis in ecclesia supradicta, ... um ratione juris, &c. juxta formam constitu... nis Bonifacii[a] *Cum ex eo in ea parte editae, ... re dispensamus, ita tamen quod eidem eccle... interim deserviatur laudabiliter in divinis ... animarum cura diligenter exerceatur in ea. ... viso etiam quod procuratorem idoneum ibi ... stituas, qui medio tempore ordinariis respon... t vice tua, quodque absentiae tuae damnum ... mpensetur eleemosynarum largitione nostro ar... io facienda. Dat. &c.* Titulus autem in ... gine est *Dispensatio ad legendum*, qualis tunc ... poris in usu, ut hinc videtur, non infrequenti.

II. Quae diximus eo de seculo firmatur etiam ... o quod occurrit in annalibus juridicis[b] Ed... di regis secundi, e Richardi Winchedon co... , ac primi ut videtur eorundem consarcina... s codice perpulchre descriptis, & a Joanne Ba... equite aurato & sub Philippum & Mariam ... s fisci cancellarium, bibliothecae interioris templi, cujus socius erat, donatis. Etenim ibi non solum ipsissima juris Caesarei[c] ejusque regularum verba, locis interea ubi sedes habent ipsa, non expressim indicatis in forensi litium apud judices regios disceptatione aliquoties generatim adferuntur (qui mos etiam hodieque apud jurisconsultos nostros interdum reperitur) verum etiam interdum tum ex juris civilis seu Caesarei vi rem pendere admittitur, tum ipsi ejusdem juris textus juxta tralatitium citandi morem designantur. De juris Caesarei vi seu ratione tunc adhibita, veluti juxta quam decisum est aut saltem decidendum tunc fuisse est existimatum, egregium habes ibi exemplum. Statutum habetur[d]: *Si depraedationes vel rapinae fiant abbatibus, prioribus, &c. & ipsi jus suum de hujusmodi depraedationibus prosequentes morte praeveniantur, antequam judicium inde fuerint assecuti, successores eorum habeant actiones ad bona ecclesiae suae de manibus hujusmodi transgressorum repetenda.* Titium priorem Walingfordiae bonis spoliaverat Seius. Dignitate privatur Titius, suffecto in ejus locum Sempronio, qui actione[e] hoc nomine utitur in Seium. Excipit ille, Titium adhuc esse superstitem, adeoque nec morte praeventum juxta statutum jam dictum, quo actio nitebatur. Sed decisum est (uti & tam tempore Edwardi primi[f], quam biennio ante in causa prioris Lantoniensis[g] itidem fuerat decisum) frustraneam esse exceptionem illam; ratione quidem hic adjecta, sed ab eo qui primo scripsit aliquantulo discussa, ex jure civili seu Caesareo atque improbata, & demum ab eo qui descripsit ex eodem jure asserta. *Quia duplex est* (ita codicis MS. verba se habent) *mors, & naturalis & civilis, & in hoc casu mortuus est prior, quia dignitate privatur. Sed clericus qui librum istum scripsit, videlicet Richardus de Winchedon, dicit quod salva pace seniorum suorum, & salvo meliore judicio, minus bene dicunt, quia quamvis quis dignitate privatur, morte civili non est affectus.* Hactenus Winchedonius ille. At vero qui codicem descripsit etiam suam adjicit sententiam. *Sed hujusmodi privatio*, inquit, *dignitatis vocatur, prout memoriae meae occurrit in jure civili, media capitis diminutio. Sed hic mortuus est civiliter, qui efficitur servus poenae, licet nondum mortuus; sicut etiam qui deportatur in insulam, id est, exulat, is cui aqua & ignis sunt interdicti, ut utlegatus.* Eadem decisio memoratur in annalium ejusdem regis juridicorum MSS. in bibliotheca hospitii Lincolniensis, ratione ad hunc modum tantum adjecta: *Quia duplex est mors, scilicet civilis & naturalis, & in hoc casu prior fuit mortuus, quia dignitate privatur, jure civili.* Dignitatis igitur privationem pro media capitis diminutione sumptam, etiam mortem civilem (quam non minus atque naturalem in statuto jam dicto intelligi volebant illius seculi judices) intulisse existimabant, idque ex juris Caesarei[h] interpretatione. Qua etiam ipsa de re inter jurisconsultos qui tunc floruerant controversia est habita; quod ex Odofredo[i] jurisconsulto clarissi-

[a] ... unic. lib. 6. tit. de Excessib. Praelatorum. [b] MS. in Bibliotheca interioris templi. Vide ibi ... Ed. 2. fol. 2. [c] & M. 12. Ed. 2. ... 51. a. [d] Stat. Marlebrig. cap. 30. 52. Hen. 3. [e] Mich. 12. Ed. 2. fol. 151. a. [f] Temp. Ed. 1. Fitzherb. tit. Trespas 242. [g] ... h. 10. Ed. 2. fol. 133. b. [h] D. tit. de Capitis Diminutione l. 11. Instit. eod. tit. [i] Ad l. 2. D. tit. de Capitis Diminut. & vide ... D. & ad l. 3. D. tit. de Senatoribus.

mo,

mo, qui tempore Edwardi primi floruit, satis scimus: *Quaere*, inquit, *quid si aliquis in dignitate constitutus eam perdit, ut quia princeps, vel episcopus, nunquid dicitur capite minui? dicunt quidam quod sic, quia prior status mutatur*, &c. Bis item citatas in codice illo annalium juridicorum interioris templi MS. Pandectas olim observabam, indicatis etiam ut assolet titulis legibusque. Locus alter est in anno ejusdem regis quinto [a], ubi agitur ex conventione qua promiserat reus actricem in uxorem se accepturum atque interea alimenta ei suppleturum. Quaestio fit utrum obligaretur reus simulac promiserat, praestare statim promissum; ubi Hervaeus actricis advocatus: *Si jeo me oblige a vous en M[li]. & en l'escript il ny ad pas jour de paie nest pas la dette due maintenant apres le fesance del escript? Certes cy est.* Rationem ex jure Caesareo sic reddit. *In omnibus obligationibus quibus dies non ponitur, praesenti die debetur ff. de Regulis Juris l. in omnibus*, quae sunt Pomponii verba l. 14. eodem titulo, unde huc ita expressim sunt allata. Sed in codice Lincolniensis Hospitii ne litis quidem hujus mentionem reperi. Alter est locus in ejusdem regis anno duodecimo, ubi actione de bonis aliquot sublatis instituit [b] Seius in abbatem Abindoniensem. Excipit abbas, consuetudinem in Abindonia perpetuo obtinuisse, ut quisquis ibi cerevisiam confecerit & vendiderit, denarium unicum (**Tolcestre peny** dictum) abbati persolvere deberet, quo non soluto abbatibus ex eadem consuetudine jus semper fuisse pignus e bonis solventis capiendi; Seium cerevisiam & confecisse & vendidisse, nec solvisse, ideoque bona illa se in pignus sustulisse. Ad haec Devonius advocatus hic Seii, consuetudinem ait hanc sine ratione atque ex injuria in alios natam, nec inde jure abbatem in actorem frui posse aliquo: *Quia quod non ratione introductum est, sed errore primo, deinde consuetudine obtentum, in aliis similibus non obtinet ff. de legibus, lege, non obtinet.* Ipsissima sunt Celsi ibi verba l. 39. quae ita inde in foro a Devonio hic judicibus citantur regiis, ut lex illa altera e titulo de Diversis Regulis ante ab Hervaeo. Atque in margine adjicitur hic charactere antiquo *Nota loye, nota.* Caeterum in codice Lincolniensi quem diximus licet causa ipsa totidem ferme verbis alias inseratur, citatio ejusmodi habetur nulla. Sed rarissimae sunt ejusmodi in seculo illo juris apud nostros citationes, quod scimus ex annalibus juridicis Edwardorum tum primi tum secundi. Neque in primi annalibus quid ejusmodi mihi occurrit.

IV. Cum vero ex ante ostensis satis liqueat, duplicem fuisse apud majores nostros in seculis illis vetustioribus juris Caesarei usum, alterum in consistoriis episcopalibus adeoque in delegatorum ad quos ab illis appellatum est foro, eorumque qui sive judicum sive advocatorum procuratorumve munera illic obirent studiis, alterum in tribunalibus etiam saltem aliquot regiis, qua eo nomine suique natura ab istis distingui solita sunt, atque in eorum studiis qui in tribunalium ejusmodi actionibus judiciisque se exercerent; usus quidem prior ejusdem hic juris, qua scilicet cum pontificio (velut fere angues invicem caducei Mercurialis) complicatur atque ita ab eo temperatur, ut quoties non adversarentur canones sacri [c], vim in consistoriis illis obtineret, usque in nostra tempora inde duravit. In causis nempe testamentariis, successionis in bona mobilia ab intestato, institutionum ac substitutionum in ejusmodi bona, aliorum aliquot singularium quorum cognitio consistoriis illis a legibus Anglicanis permissa. Atque ejusmodi usus hic luculenter cernitur tum in Commentariis Joannis de Acton in Constitutiones Legatinas, qui ad Edwardi primi tempora spectant, tum in eis quos Guilielmus Lindwodus sub Henricum quintum adjecit Constitutionibus provinciae Cantuariensis. Episcopalibus istis quantum ad hanc rem accessere alia non pauca eorum plane instar fora, velut abbatum complurium aliorumque generis hieratici quibus jurisdictionis episcopalis privilegium indultum, uti etiam consistoria utriusque academiae. Nam & in hisce usus juris Caesarei etiam invaluit, atque in nostra duravit tempora. Quod vero ad tribunalia regia, qua vulgo ab his distingui solent, attinet, bina quidem id genus sunt in quibus ejusdem juris usus etiamnum ab antiquis seculis retinetur. In maritimo scilicet, seu curia admiralitatis, & militari seu curia constabularii & marescalli Angliae, adeoque in delegatorum ad quos ab his appellandum est foro, uti etiam in cognitionibus tum maritimis quae civiles sunt, tum militaribus extraordinariis. Praesunt postulantque in his juris illius professores. Sed vero etiam in his jus Justinianeum temperatum est auctumque. In curia militari monomachia seu certamen litigantium singulare in probationibus admittitur, quod juri Justinianeo [d] adversum. In admiralitatis curia, quae in titulis ad legem Rhodiam de Jactu, de Nautico foenore, de Usuris nauticis, de Exercitoria actione occurrunt, alia ad rem nauticam attinentia e jure Justinianeo abhiberi solent, atque ex corpore atque interpretibus ejus expressim depromi. Sed ita ut etiam leges Oleronianae seu consuetudines marinae sic dictae, uti etiam alias apud gentes, commisceantur, & primariam obtineant autoritatem. Adeoque falluntur nimium viri inter exteros docti [e] qui Anglis Romani juris nullum esse usum temere scripserunt. Tantundem de usu juris apud nos Caesarei ejusque interpretum in foederibus pactisque cum principibus exteris ineundis explicandisque ac legationum ratione dicendum. Atque ideo proculdubio in binis illis jam dictis tribunalibus & congeneribus extraordinariis, uti & in delegatorum ad quos inde appellatur foro, juris ejusdem usus admissus retentusque, quoniam adeo frequenter in rerum tum marinarum tum militarium actionibus partes sustinent tam exteri, juri huic assuetiores, quam indigenae. Atque ratio obscura non est cur in academiarum consistoriis adhibeatur, cum scilicet & studium ejusdem ibi floruerit, & ad exteros etiam studiis ibi incumbentes pariter atque indigenas lites ibi ut spectent necesse sit.

[a] Pasch. 5. Edw. II. fol. 73. b. [b] Hill. 12. Edw. II. fol. 156. a. MS. [c] Videsis Alderan. Mascard. Conclus. de Stat. Interp. 2. §. 254, &c. [d] C. tit. de Gladiatoribus l. unic. [e] Renat. Choppin. de Domanio Franciae lib. 2. tit. 15. §. & videsis Francisc. Baldwin. in Proleg. de Jure Civili.

V.

r. At vero qualiscunque ille in tribunalibus re- reliquis aliisve jure Anglicano quod commune :ur, & consuetudinarium utentibus, aut in ju- :ritorum nostratium studiis, olim esset, per in- allum ante memoratum juris Caesarei ut dic- est usus, is sane cito postmodum evanuit, a initia, ni fallor nimium, Edwardi tertii pla- neglectus rejectusque. Neque enim post Ed- dum secundum vestigium usus ejusmodi in an- bus nostris occurrit, nisi ex regula aliqua juris ejusdem quam pontificii interdum, sed per- quidem Latine [a] allata, nec interim ut ex rius libris deprompta, usum ejusmodi quis ad- ctum iret. Quod sane haud cum majore fa- :t ratione, quam si quis Liteltonum jure eodem o usum fuisse in Elementis suis Feudalibus con- bendis, quoniam illud etiam eis qui jus Cae- um omnino negligunt ignorantque notissi- n, *Partus* [b] *sequitur ventrem*, quod juris Cae- i effatum est, celebre suis interseruerit, aut wdenum, Dierum, Coquum, tantundem in suis sse, quoniam & ipsi subinde regulas ejusmodi ine, non ut ex jure Caesareo petitas, sed velut Anglicano natas, obiter usurpant. Sub Edwar- utem tertii initia inter jurisconsultos nostrates lice prorsus evanuisse, & sane sub Edwardo se- do ab eorum paucis culta esse juris hic Caesarei ia, eliciendum mihi videtur ex causa abbatis renfis sub Edwardi tertii media in foro regio ata; scilicet sub annum MCCCXLVII. ubi ma- stum est, advocatum ex jurisperitis nostratibus celebrem, Skipwithum nomine, se ea plane : ignorasse vocabula ejusdem juris professum es- quae cuiquam qui juri Caesareo omnino in- uisset, ignota esse nullo modo quirent. Nimi- in jus tunc vocatus est abbas Torrensis [c], acti- regio nomine in foro instituta, eo quod in a fuisset, ut prior quidam in judicium evoca- r Avenionem pontificium de oratorio extructo *ra inhibitionem novi operis*, nec ab agendo re- isset, tametsi rescriptum regis ea de re prohi- rium accepisset. Ad hunc modum autem Skip- nus advocatus, seu serviens ad legem, id est, s Anglicani doctor, *In ceux parolx* contra in- tionem novi operis *ny ad pas entendement*, e petit ut reus absolvatur. Cui Shardus judex, *nest que un restitution en lour ley*, *per que e n'avoumus regard*; *mes respondes si vous z suy countre la prohibition.* Ad alias igitur sit advocatus exceptiones. Id quidem verum est, in corpore juris canonici [d] (quod verbis il- lis *lour ley* hic innui dubitari nequit) titulum ha- beri *de Novi operis nuntiatione*, qua intelligi- tur denuntiatio prohibitoria seu inhibitio sive ju- dicis sive ejus cujus interest, ne quis vicinio inju- riam inferat opus novum extruendo. Sed vero palam est, titulum illum, ut alios aliquot, ex jure Caesareo seu Justinianeo esse illuc adscitum, ejus- demque juris studiosis seu eis qui libros Justinia- neos evolvissent, incognitum esse non potuisse. Tam in Codice [e] quam in Digestis [f] habetur. At- que in eum seu de eo commentarios ante edide- rant celeberrimi jurisconsulti, Joannes, Azo, Ac- cursius, Hostiensis [g], Durandus [h], Odofredus, alii. Et de titulo illo Odofredus [i], eaque de re lege, *Lex*, inquit, *est utilis* (mortuus est ille sub exi- tum Henrici tertii nostri seu anno MCCLXV.) *& multum sibi vendicat locum in civitate ista* (Bo- nonia) *& ubique terrarum & in foro seculari & ecclesiastico, & materia hujus legis multum quotidiana est.* Jam vero si pristinus seu qualis apud Bractonium, Thorntonium, Fletae autorem atque in Edwardi secundi annalibus juridicis, re- peritur juris Caesarei in tribunalibus regiis seu apud jurisconsultos nostrates usus, in tempora Ed- wardi tertii jam dicta durasset, proculdubio Skip- withus hic advocatus, juris Anglicani sane con- sultissimus, singularis, integri & notissimi ejusdem juris tituli *de Operis novi nuntiatione* (quod id- ipsum est *cum inhibitione novi operis*, nec qui- dem in Anglicano jure quid habet analogum) adeo se nescium publice ac in foro ita profiteri noluisset, seu *inhibitionem novi operis* verba esse quae sen- su carerent, tam fidenter asserere. Certe nec Shardus ipse, qui judicio illi praefuit, se verbo- rum illorum satis scientem exhibet, dum *restitu- tionem* jure pontificio in quod e Caesareo adscis- cuntur, eis innui dicit. Neque enim inhibitio est restitutio. Sed interea verum est, ex interdic- to illo seu denuntiatione ita restituendum in in- tegrum eum cujus interest, ut quod contra inhi- bitionem extructum fuerit, sit destruendum, quod tum ex Pandectis [k] liquet, tum ex jure pontificio [l]. Atque ex his demum par est ut conjectemus, juris Caesarei usum illum, qualiscunque fuisset, apud juris Anglicani peritos atque in tribunalibus hic regiis pristinum sub Edwardi tertii initia, seu circa tempus quo Skipwithus ille ipsique coaevi nomi- na juris Anglicani studiis primo dedere, in desue- tudinem prorsus abiisse.

[a] Videsis 41. Edw. III. tit. Laborers 28. Mowbray Extr. tit. de Reg. Juris 72. D. eod. tit. l. 108. [b] DD. ad l. 7. Partum. C. tit e Rei Vendicatione. [c] M. 22. Edw. III. fol. 14. plac. [d] Extr. lib. 5. tit. 32. [e] Lib. 8. tit. 11. [f] l. 39. tit. 1. [g] Summ. lib. 5. eod. tit. [h] Sepul. lib. 4. eod. tit. [i] Ad Rubric. C. tit. de Operis Novi N iatione. [k] Tit de Operis Novi Nunt. l. 20. Praetor. [l] Extr. tit. de Novi Operis Nunt. c. 1.

CAP. IX.

I. *Effectus uſus qualiſcunque juris Caeſarei, per intervallum ante oſtenſum, apud Anglos qualiſnam eſſet. In regimine publico quod civile dicitur, nullus iis admiſſus.*

II. *Eorum tunc juris Caeſarei in regimine publico uſus improbatio.*

III. *Singularis eorum juris patrii ſeu communis, ita vulgo dicti, aeſtimatio atque in eo adhaeſio, in regimine publico, pertinax; Caeſareo interim cancellorum aliquot velut anguſtiis permiſſis. Obiter de clerici, clericatus &* CLERGIE *nominibus.*

QUALI vero ſenſu Bractonius, Thorntonius, Fletaeque autor juris Caeſarei locos, more ſolenni indicatos, adhibuerint, jam ante [a] diximus. Neque alio ſane reliqui, quorum ſub Edwardo ſecundo teſtimonia allata; quod itidem dicendum de juriſconſultis noſtratibus aliis, quiqui fuerint, eo jure, ſive in ſtudiis, ſive in diſcuſſionibus ſcriptiſve, ſive in judiciorum ratione utentibus per intervallum illud, a Stephani nempe regis medio aut circiter, ſeu ab jure illo primitus huc allato uſque in Edwardi tertii initia, ſeu per annos quaſi ducentos. Quod autem ad uſus ejuſmodi hic tunc effectum attinet; quicquid ſane vellent cuperentve juriſconſultorum noſtratium illi, quibus ita utcunque adhibitum eſt jus illud, id certum eſt, in regimine publico quod civile vocitamus, nihil omnino inde (de tribunalibus regiis reliquiſque non pontificiis, exceptis tantummodo binis ante memoratis, maritimo & militari, loquor) conſecutum eſſe mutationis, neque uſus ejuſmodi effectum revera fuiſſe alium quam ut ii qui ſic uterentur, ejuſdem aut peritos aut ſciolos aut amantiores ſe inde exhiberent, aut, ut illud ſimul cum Anglicano in praxi forenſi, accedente autoritate publica, admitteretur, cupientiores, non omnino ut in regiminis civilis partes velut vim obtinens revera reciperetur. Et gens ipſa tunc Anglicana, ac qui judiciis in ea praeerant tribunalium jam dictorum (in quibus etiam ipſe Bractonius & Thorntonius & forte etiam Fletae autor) morum patriorum, id eſt, juris communis Angliae ſemper etiam per intervallum illud tenaciſſimi fuere; adeoque ut neque aut locutionis, ſcriptionis, aut agendi formulam aliquam in tabulas publicas ex Caeſareo, quantum obſervaverim, deſumi admittive vellent. Tabulas ſcilicet publicas actionum, exceptionum, tranſactionum, judiciorum, aliarumque rerum civilium & quotidianarum in tribunalibus illis geſtarum per intervallum illud ferme integrum etiamnum in archivis habemus, in quibus haud juris Caeſarei ullatenus tunc admiſſi veſtigia occurrunt, magis atque in tabulis id genus publicis aevi ſequentis noſtrique, in qui[bus] nihil omnino Caeſareum redolet; utpote ab ej[uſ]dem & lingua & ſenſu paſſim diſcrepantibus, [at]que vetuſtatem ſtyli forenſis Anglicani, qualis [eti]am fuit ea ante Stephani regis ſeu juris Caeſa[rei] huc allati tempora, prae ſe ubique ſatis ferentib[us]. Adeoque non e ſcriptis Bractonianis, Thornto[ni]anis aut Fletae autoris (in quibus uſus hic ejuſ[dem] di juris qualis ante oſtenſus eſt reperitur) aut e l[au]datis more ſolenni locis Pandectarum in ann[ali]bus illis Edwardi ſecundi juridicis, de effectu u[ſus] hic ejuſdem qualiſcunque eſt dijudicandum, [ſed] plane ex tabulis jam dictis illius intervalli publ[icis] ſeu archivis, quibus adjungas etiam innumeras [de]ciſiones atque agendi hic per idem intervall[um] formulas, partim typis editas & paſſim proſtar[ites], partim manuſcriptas, uti & reſcriptorum pron[p]tuarium quod Regiſtrum brevium vocitamus, q[uae] ex intima Anglis vetuſtate ad poſteros tranſm[iſſa] vix vocabulum habent ex jure Caeſareo ſibi [ad]mixtum; cum interim in conſiſtoriorum ponti[fici]orum ac tribunalium maritimi & militaris (in q[uibus] receptum jus illud) agendi formulis, innumera [in]de deſumpta comperiantur. Nec ſane citatio[nes] illae pauculae in ſcriptoribus illis noſtratibus, [ſeu] laeve forenſes quae in juridicis Edwardi ſecu[ndi] annalibus occurrunt, majori videntur mihi ar[gu]mento eſſe, jus Caeſareum in regimen hic pu[bli]cum tunc receptum eſſe, velut quod vim re[vera] atque ex autoritate publica aliquam obtin[eret] (quicquid ſentirent illi qui illud ſic adhiberen[t]) quam Platonis, Ariſtotelis, Demoſthenis, Cice[ro]nis, Senecae, Plutarchi, id genus aliorum l[oci] obiter atque ſaepenumero apud juriſperitos Ga[lli]canos adhiberi (quod ex editis eorum actioni[bus] judiciiſque numeroſis ſcimus) ſolita argume[nto] ſunt eorum effatis aut ſententiis vim ineſſe a[pud] Gallos judiciariam. Id tamen praetereundum [non] eſt, tum ſeculis de quibus locuti ſumus, tum [in] ſequentibus [b], adhiberi ſolitos audirique etiam [in] tribunalibus jure Anglicano alias utentibus, ju[ri]conſultos Caeſareos pontificioſque, quoties in a[cti]onum ex jure Anglicano inſtitutarum diſcuſſi[one] orta fuerit incideritque quaeſtio ex jure ſive C[ae]ſareo ſive pontificio terminanda, veluti matrin[mo]nialis, teſtamentaria, aliave ex ſui natura ad f[ora] ſeu conſiſtoria quibus jura illa in paucis perm[iſſa] ſunt pertinens. Sed vero ejuſmodi uſus ju[ris]conſultorum illorum ſeu juris quod profitentur [in] tribunalibus jam dictis haud alius eſt, quam [ut] grammaticorum, medicorum, aliorum ejuſm[odi] quoties quaeſtio ex horum arte decidenda inte[r li]tigandum forte fuerit ſuborta.

II. Cauſa unde haud major aliuſve atque j[am] oſtenſus eſt juris Caeſarei hic qualitercunque [ad]miſti adhibitique effectus haberetur, per interv[al]lum illud quo ſic eo uſi ſunt etiam publice ju[ri]conſulti noſtrates, ex ratione pendet duplici. [Al]tera eſt, juris Caeſarei apud majores tunc noſ[tros] (qua regimen publicum illud omnino ſpectar[et]) aperta ac publica improbatio. Altera juris [An]glicani, quod commune vocitamus ejuſdem[que] principiorum, qua gentis hujus genio ab int[ima] antiquitate adaptata ſunt, ſingularis aeſtimatio, [at]que inde, nec immerito, in eodem adhaeſio c[...]

[a] Cap. 3. §. 5. Atqui interea.

[b] 7 Hen. VI. fol. 11. 6. &c.

…ans & ſane pertinax. Quod ad improbationem …uſmodi attinet; exhibet ejus quidem non exi…ium ſpecimen Stephani regis edictum, ante me…oratum, in leges Caeſareas earumque praelecto…m hic primum Rogerium Vacarium, uti etiam … Henrici tertii [a] ſcholarum Londini legum ea…ndem inhibitione ante oſtenſa. Accedat etiam, …b idem tempus, in comitiis ſcilicet ordinum …ertonenſibus, reſponſum publice datum eſſe, quo …tis innui videtur ordines tunc timuiſſe, ne jura …aeſarea ejuſque capita aliqua ſive per ſe ſive per …nones pontificios, quibus, etiam ut hodieque, …voluta erant, obtruſa, juri Anglicano moribuſ…ue patriis ac majorum multorum ſeculorum ra…one ſubnixis indeque receptiſſimis fraudi forent. … cauſa nimirum illa ſingulari [b] qua epiſcopi …garunt, ut liberi in concubinatu nati per ſub…quens matrimonium fierent legitimi (quod non …mittit jus Anglicanum) reſponderunt; *Nolle ſe …ges Angliae mutare, quae hucuſque uſitatae …nt ac approbatae*, quaſi ſane Caeſareas deſignaſ…nt in regiminis haereditatum & ſucceſſionum …blici rationem non omnino admittendas. Id …uidem fatendum, epiſcopos rogationis ſuae ratio…m velut e jure deprompſiſſe pontificio; *quia …cleſia habet tales pro legitimis*; quod quidem …te etiam in jure pontificio ſe ſic habuiſſe ſci…us ex reſcripto Alexandri tertii [c], compluribus …te annis in Angliam ad epiſcopum Exonienſem …iſſo, aliiſque. At vero ſententiam illam de ſub…quentis matrimonii vi, primo ex jure Caeſareo … Juſtinianeo [d] deſumptam in pontificium eſſe …am erat; adeoque ne tam inſignis fieret in An…a legum, circa ſucceſſiones in defunctorum bo… mutatio, qualem voluere epiſcopi eccleſiae …a hic, ſed ex corpore plane Caeſareo mutuata …endentes, ac ne ab exemplo hujuſmodi aliae, … fieri amat, facilius introducerentur mutationes, …de etiam poteſtatem aliquam Caeſaream in An…s agnoſci forte exiſtimaretur, rejectum eſt quod … eſt obtruſum, quaſi dixiſſent, legum Caeſarea…n nec caput hoc nec alia hic admittenda volu…s, aut *nolumus mutare leges Anglicanas le…us Caeſareis*, ſeu, quod idem eſt, pontificiis ca…ibus inde deſumptis. Nam ſimpliciter ſe nol…Angliae leges ſeu earum capita aliqua mutare, …animo plane non habuere. Ipſis enim eiſdem …mitiis leges Anglicanas novarunt, adeoque va…rim mutarunt; in re ſcilicet dotali, pupillari, …raria, praeſcriptionibus, aliis, ut in comitio…i capitulis reliquis cuique eſt videre. Sub …n autem ipſum, comitiorum nempe Mertonen…n, tempus graviſſima (ut obiter id adnotem) …iure illo Anglicano, quo pro legitimis non …iſſi ſunt ſic ante matrimonium nati, querela …etur Roberti Capitonis (*Groſſeted*) epiſcopi …colnienſis, qui abrogari illud debere, probare [e] … jure canonico, naturali, divino ac Caeſareo …roſe conatur; in literis ſcilicet ad Walterum … Ralegh, tribunalis regii praeſidem, quem e…: hortatus eſt, ut in cauſa, quantum poſſet, ipſe eſſet, ut jus illud hic mutaretur. Etiam audiſſe ſe, ait, antiquum apud Anglos morem obtinuiſſe, ut ejuſmodi liberi pro legitimis haberentur, ſignumque ejuſce rei ſeu ſymbolum fuiſſe poſitionem eorum ſub pallio ſeu ſtragulo in ipſis matrimonii ſolennibus ſuper parentem utrumque extento, unde tunc extracti illi velut denuo, adeoque ex conjugatis, nati haberentur. Verba ſunt: *Et ut ſeniorum relatione didici, conſuetudo etiam in hoc regno antiquitus obtenta & adprobata tales legitimos habuit & haeredes, unde in ſignum legitimationis nati ante matrimonium conſuerunt poni ſub pallio ſuper parentes eorum extento in matrimonii ſolennizatione*, id eſt, dum nuptiis copulabantur. Sed hoc ut nihili rejicit Raleghius, ut liquet ex epiſtola ad eum Roberti proxima [f] eadem de re: *Praeterea*, inquit, *ad confirmandam hanc legem, quod baſtardus ſub pallio ſupra parentes nubentes extento poſitus, ſurgit baſtardus, induxiſti teſtimonium Richardi de Lucy* (celeberrimi ſub Henrico ſecundo juſtitiarii Angliae) *cujus teſtimonium quantam & qualem habeat comparationem ad teſtimonia divinae Scripturae & canonicae contrarium teſtificantia, lippis patet & tonſoribus.* Certe conſuetudinem ejuſmodi in nuptiarum ſolennibus unquam apud majores noſtros obtinuiſſe nondum didici, nedum inde natalium aliquam conſecutam eſſe reſtitutionem. Caeterum ritum eundem ipſum, ſub Richardo ſecundo, quando autoritate parliamentaria [g] legitimi facti ſunt liberi Joannis Gandavenſis ducis Lancaſtriae e Catharina uxore tertia ante matrimonium ſuſcepti, idque in ipſis comitiis adhibitum, alicubi legiſſe me memini. Accedat ad jam dicta de legum Caeſarearum hic in illo de quo loquimur intervallo improbatione publica, graviſſimam in illuſtriſſimo illo de ſucceſſione in regnum Scotiae ſub Edwardo primo, judicio Norhamiae [h] in provincia Dunelmenſi habito, ortam eſſe quaeſtionem de juris genere ſecundum quod res decidenda eſſet. Utrum Anglicano ſcilicet, an Scoticano, an Caeſareo veluti gentium, cum a rege Angliae ut ſuperiori tunc domino Scotiae, pro tribunali competitores eſſent audiendi. Et demum Caeſarei in eo uſum non omnino admittendum, unanimes qui intererant, pronuntiarunt, ne inde majeſtatis Anglicanae juri fieret detrimentum. Tantundem inter alia olim excerpſi e tractatu veteri MS. cui titulus, *Quomodo Edwardus rex Angliae conſtituit Joannem de Balliolo regem Scotiae.* Tunc enim regio nomine Rogerus de Brabanzon loco jam dicto ſecundum illum judicium tulit. Atque huc ſane aliquatenus ſpectat illud Edwardi ſecundi edictum, quo notariis publicis ſive a Caeſare ſive a comitibus ejus Palatinis creatis, autoritas hic denegabatur, *eo quod regnum Angliae ab omni ſubjectione imperiali ſit liberrimum*, ut in publicis legitur tabulis [i]. Adeoque non eſt quod non ſentiamus etiam illo in intervallo, eos qui ſummae rerum hic praeerant, idem ipſum ſenſiſſe quod Richar-

[a] …ot. Clauſ. 19. Hen. III. membr. 16. ſeu anno MCCXXXIV. [b] Stat. Merton. cap. 9. 20. Hen. III. ſeu MCCXXXV. vide Brac…or …b. 5. cap. 19. & Fletam. lib. 1. cap. 15. §. 3. & lib. 6. cap. 39. [c] Append. ad Concil. Lateran. MCLXXXI. part. 33. …ap … & c. 6. tanta eſt. Extr. tit Qui filii ſint legitimi. [d] L. 5. Divi Conſtant. C. tit. de Naturalibus Liberis. [e] Epiſt. 3 …S. [f] Epiſt. 24. [g] Rot. Parl. 20. Rich. II. num. 28. [h] Anno 19. Edw. I. ſeu MCCXCII. [i] …. Clauſ. 13. Edw. II. membran. 6. in ſchedula.

dus

dus secundus rex ac proceres in comitiis. Ex eorum scilicet jussu, in tabulis dicitur publicis[a]: *Que le royalme d'Engleterre ne estoit devant ces heures, ne a l'entent du roy nostre dit seignior & seigniors du parlament unques ne serra rule ne governe per la ley civil.* Necdum sane didici quanam ex ratione scripserit Joannes Fortiscutius, capitalis sub Henrico sexto justitiarius[b], quosdam Angliae reges legibus suis minime delectatos fategisse, proinde *leges civiles ad Angliae regimen inducere & patrias leges repudiare fuisse conatos.* Regum nostrorum quempiam id fecisse nullibi lego. Rationem quidem reddit ille, curnam id fecerint, legis scilicet regiae (qua de ante diximus) gratia. Sed illud interim omnino fecisse eorum aliquem ubinam compertum? Quod vero legitur apud Joannem Sarisburiensem[c], *nullas leges credidisse aliquos civilibus praeferendas*, inque eis inprimis illud de absoluta principis potestate, quae in lege habetur regia, observandum, de assentatoribus illius seculi ex genere hieratico aliquot dictum est, non de gente Anglicana aut de aliis qui judiciis hic tunc praefuere. Atque praetereundum non est, leges criminales a Richardo primo (qui & Oleronianarum autor habetur) etiam navium suarum classi praescriptas fuisse a Caesareis diversissimas, nec quid in praefectorum ejus codicillis, quorum exemplar legitur apud Rogerum Hovedenum[d] & Matthaeum Parisium[e], de legibus hisce omnino contineri. Adeo ut nondum in causis maritimis apud nos earum quidem tunc fuerit admissio.

III. Quod ad singularem per intervallum illud juris Anglicani seu patrii quod commune vocamus aestimationem, inque illo adhaesionem spectat; cernitur quidem illa satis in ipsis articulis coronae & placitis, idque genus aliis, quorum sub Henrico secundo & Richardo primo habemus specimina apud Hovedenum & Parisium, atque etiam in jurisconsultis nostratibus, qui per idem intervallum scripsere, maxime autem in tabulis omnimodis ejusdem intervalli publicis. Parile eliciendum ex juramento ipso solenni, quo obstringi etiam tunc soliti illi qui judiciis praeficiebantur. Joannes ille Sarisburiensis de tempore Henrici secundi[f]: *Et quidem judices sacramento legibus alligantur jurati, quia omni modo judicium cum veritate & legum observatione disponent.* Quod sane utcunque velut ex Justiniani[g] verbis sumatur, nihilominus ab Anglo & in Anglia dictum, de legibus patriis seu jure nostro consuetudinario, id est, *legibus Angliae & consuetudinibus rectis*, quae illius seculi[h] phrasis erat, intelligendum. De quibus etiam alibi ille[i]: *Sed & leges ipsae & consuetudines quibus nunc vivitur, insidiae sunt & laquei calumniantium. Verborum tendiculae proponuntur, & aucupationes syllabarum, vel simplici qui syllabizare non novit.* Atque in formula juramenti quod subibant illis in seculis judices in regimen publicum constituti, tam ex genere hieratico quam alii, expressim continebatur, *se judicaturos secundum legem & consuetudinem regni*, ut liquet ex juramento a judicibus sub Henrico tertio in regimen publicum constitutis ad morem solennem praestito. Verba inter alia sunt[k]: *Bona fide procurabunt, quod magnus sicut parvus judicabitur secundum legem & consuetudinem regni.* Quod puto ideo significantius adjectum, ne ex jure Caesareo nuper advecto & a nonnullis, maxime ex genere hieratico, proculdubio perquam adamato atque prae Anglicano in pretio habito, judicia omnino ab illis exercerentur. Inde etiam inolevit locutionis formula illa *lex terrae*, qua, uti etiam *legis & consuetudinis regni* nomine, disertius designaretur lex juxta quam vivendum judicandumque, sic ab *lege Caesarea*, civili vulgo nobis & tunc simpliciter dicta, omnino distinctam distermi-natamque. Inde *legis terrae* in hanc rem mentio in *Magna Charta*[l] alibique singularis. Et *legum antiquarum & consuetudinum Angliae* in summis illis inter Joannem[m] regem & procere[s] dissidiis. Alia ejusmodi vocabula frequentius apud majores nostros adhibita, ut legem aliarum adeoque Caesarearum, quae Anglicanis tunc velut imminebant, in regimine publico usus praeclu-deretur. Verba etiam tantundem significantia in juramentis a regibus nostris illius intervalli (ut & temporis insequentis) in eorum coronation[ibus] praestitis legibusque ab eis latis expressim occurrunt, unde negata est Caesareo hic juri in regimine publico, utcunque subinde adhibito, tun[c] vis omnimoda. Atque ex hisce certe minus mi[rum] est ejusdem qualemcunque usum, sic ut ant[e] ostendimus, in tribunalibus jure Anglicano uten[ti]bus tandem prorsus evanuisse. Id vero ex e[o] etiam facilius evenit, quod sub idem tempus qu[o] sic evanuit ejusmodi juris usus, mos alius pari[i]ter apud nos desiit, judices scilicet regios ex ge-nere hieratico, veluti episcopis, abbatibus, decani[s], id genus aliis constituendi. Dein enim, vix a[t]-ne vix quidem eorum quisquam ex illo gener[e], cujus pars eminentior in academiis juri tam Ca[e]-sareo quam pontificio plerumque incubuit, tribu-nalium jam dictorum (excepta tantum cancell[a]-ria Angliae) judiciis praefectus est, utcunque m[i]-nistri illis ipsis tribunalibus inservientes aliqu[i] in regimine publico conspicui ex illo genere et[i]-am tunc & diu postea desumi[n] solerent, un[de] eorundem ministri, qui per secula aliquot ex ill[o] genere non omnino fuere, uti & id genus al[ii] etiamnum clerici forte nuncupati. Sed vero l[i]-cet priscis in seculis Christianis[o], etiam & scripto-ribus ecclesiasticis, *clerici* & *clericatus* nomen [a]d eos tantum qui divino cultu ministeria religion[i] impendunt denotandos, eorumque innuendam di[g]-nitatem adhibeatur, quo sensu etiam vulgo hodi[e]-que retinetur[p], nihilominus apud Gallos Angl[os]-que tam veteres quam recentiores usurpatum [e]-de eis etiam qui quocunque doctrinae seu s[ci]-entiae genere pollent; veluti philosophis, math[e]-maticis, historicis, jurisprudentibus, formulari[is], id genus aliis, nec solum de theologis seu q[ui] ex genere sunt hieratico. Unde vox illa *cl[e]*-

[a] Rot. Parlam. 11. Rich. 2. & videsis Not. in Fortisc. adde Plac. coram rege Mich. 8. Hen. 4. rot. 72. cas. Pedington & Otterwo[rth]. [b] De Laud. leg. Angliae cap. 33. & 34. [c] Policratic. lib. 7. cap. 20. [d] Annal. part. 2. pag. 666. edit. Franc. [e] A[nn.] MCXC. [f] Policratic. lib. 5. cap. 12. [g] L. 14. C. tit. de Judiciis. [h] Matth. Paris. circa initium Richardi primi, [i] Policratic. lib. 5. cap. 16. [k] Anno MCCLVII. seu XLI. Hen. 3. in Annalibus Burtonensibus MS. [l] Cap. 29. [m] Ma[tth.] Paris. ann. MCCXVII. seu XVII. Johann. R. &c. [n] Vide Henric. Spelman. in Epist. Dedicator. ad Concilia Eccles. Brit. [o] L. [...] Cod. Theod. tit. de Episcopis & Clericis, Justin. Novell. 123. Isidor. Orig. lib. 7. [p] Vide Lindwood. ad tit. de Temp. Ordinand. C. [...] quidam verb. Clericum.

ie pro ipsa scientia seu doctrina generatim sumpta, *clericus* pro sciente ac docto. Hoc sensu *randclerc, beauclerc, mauclerc* Gallis [a] adhibitum, uti & *clergie*, & *grand clergie* pro *summa doctrina.* Et fragmentum habetur [b] pervetusti libri rhythmis Gallicanis conscripti, qui dicitur *il vre de clergie en Romaunz, ki est appellez le mage del munde,* cui praeter aliqua de creatine praelibata nihil inerat nisi quae ad astronomiam, geographiam, artes alias liberales attinent. t capitis sexti libri primi titulus est, *De trois manieres de genz ke li philosophie poseront au munde, e coment clergie vient en Fraunce:* id t, quomodo doctrina & scientiae liberales in Franciam venerint. Et postea

Ki bien veult entendre cest livre
E savoir coment il doit vivre
E appendre tiel clergie
Dunt meuz naudra tut sa vie, &c.

Hinc Henricus rex noster primus, *Bellocleri-is* seu *Beauclerc* dictus. Et Galfridus Chaucerus philosophos Graecorum veterum clericos appellat.

Sometime in Grece that noble region
There were eight Clerks of full great science,
Philosophers of notable discretion, &c.

Alibi tantundem facit, nec raro. Cum igitur tribunalibus ac consistoriis omnimodis, praeter dices, ministri sint, atque horum alii scribarum, tuariorum & qui id genus alia subeant munera, tae sine doctrina qualicunque praestari nequent, nomine veniant; alii ostiarii, lictores, praemes sint, jussis tantum citra artem exequendis servientes; clericorum nomen non his sed illis doctrinam seu scientiam seu artem illam quamcunque atque etiam amanuensibus & ab epistolis aliis tribui est solitum; uti item Ephesiorum γραμματεὺς in Actis [c] Apostolorum seu *Scribae*, quem Town Clerk in versione dicimus Anglicana. Translatione proculdubio facta ab hieratico genere, cui primo proprium erat, & in quo numerosiores semper fuere, quam in alio aliquo, qui scientia qualicunque ejusve obtentu claruere. Sic Chaldaei, auguris, aruspicis nomina, sic alia hic ita pauca translata ad eos qui revera ipsis, si originem spectes, non omnino continentur. Sed summum ex ante ostensis satis liquet undenam in cancellos, quibus est juxta superius dicta coarctatum, jus illud apud nos fuerit redactum. Et de his satis superque.

CAP. X.

De tempore autoris. Nec sub Edwardo tertio, nec secundo scripsisse.
Sub Edwardo rege primo commentarium hunc scriptum.
III. *Fletae nominis ratio.*
IV. *De provisione omnium regum Christianorum circa regum alienationes, in commentario hoc memorata.*

AD Fletam ipsum redimus. Restat ut de tempore quo compositus seu ab autore absolutus est commentarius hic, & de nominis ratione videamus. Quibus etiam non illibenter adjicimus monitum de loco perinsigni, quo *provisio quaedam omnium regum Christianorum* de donationibus seu alienationibus regiis hactenus puto aliunde inaudita in eo memoratur. Ex praefatione expressim liquet sub Edwardo rege scripsisse autorem. *Quam in subditis tractandis aequalis jugiter appareat, quam eleganter, &c. Edwardus,* inquit ibi, *rex noster hostilitatis tempore, &c.* An vero sub primo, secundo an tertio, non inde constat. Sed ex Edwardis hisce regem illum fuisse dubitari nequit. Primum autem haud fuisse Edwardum illum, sub quo absolutus saltem est commentarius hic argumento quidem esse videtur haud infirmo, locus ille in *Capitulis Coronae & Itineris,* ubi mentio Edwardi patris regis. Verba sunt [d]: *Qui receperint debita regis vel partem debiti & debita illa non acquietaverint, tam de tempore regis E.* (neque enim in MS. Edwardi nomen aliter designatur) *patris regis quam de tempore praesenti.* Idem enim ipse articulus tempore Edwardi primi etiam ad hunc modum concipiebatur [e]: *Qui ceperint debita regis vel partem debitorum & debitores illos inde non acquietaverint tam de tempore domini regis Henrici quam de tempore domini regis nunc.* Ergo, si ita scripsit autor ipse, Edwardus rex primus non erat is sub quo scripsit. Sed aut secundus aut tertius quorum utrique pater Edwardus. Sed de loco illo mox plura. Anne igitur sub tertio scripsit? Nequaquam omnino si quid video. Satis scilicet diligenter de naufragiis, actione dotali, aliisque ea affert quae in constitutionibus habentur parliamentariis Edwardi primi, uti & non pauca ex legibus Henrici tertii. Nullibi autem constitutionem aliquam Edwardi tertii memorat, quod ut non fecisset credibile non est, si sub eo omnino scripsisset. Etenim, exempli causa, in ipsis Edwardi tertii initiis [f] lex lata est de convictionibus (sic actiones nostras perjurii forenses, quas *Attaints* vocitamus, appellant veteres illi) qua jus de eis pristinum adeo est immutatum, ut sane immutationem illam tradere voluisse scriptorem hunc ubi de convictionibus fusius [g] quidem & diligentius agit, si post eam latam scripsisset, non est quod ambigamus. De eis enim non semel loquitur qua ex jure tunc pristino ac sanctione parliamentaria Edwardi primi [h] tantum pendent, cujus seniam esse vult ejusmodi, ut non nisi ex duodecim-virorum perjurio in actionibus de fundo aut rebus fundi congeneribus jureque perpetuo possessis, quas *liberum tenementum* idiomate forensi nuncupamus, admittendae essent, neque sic sane citra gratiam ac ar-

[a] Pasquier des Recerchez de la France liv. 8. chap. 13. [b] MS. in Biblioth. Cottoniana. [c] Act. Apost. xix. 35. [d] Lib. 1. c. 20. §. 59. [e] Capitul. Itineris in vet. statut. impress. Londini 12. Jun. MDLVI. part. 1. folio 156. b. [f] Stat. 1 Ed. 3. cap. 6. [g] Lib. 5. cap. 22. vide §. 8. & 16. [h] 3. E. 1. Westm. 1. cap. 38.

bitrium

bitrium regium. Etiam ſanctionis ipſius affert verſionem qua legitur, *Concedit rex convictiones quotieſcunque ſibi videbitur expedire*, pro eo quod eſt in comitiorum, quibus lex illa lata eſt, lingua, *Le Roy de ſon office deſormes donera attaints, &c. quant il ſemblera que beſoign ſoit.* De jure illius aevi ipſo locus non eſt hic diſſerendi. Conſulat qui velit ſcriptores noſtros[a] illud copioſius tractantes. Hoc ſolum hic animadvertimus, Fletae autorem non omnino memorare jus ea de re inſigniter in ipſis Edwardi tertii initiis ſive mutatum ſive explicatum, ut ſcilicet ex ejuſmodi perjurio etiam in injuriarum actionibus idque ex cancellarii Angliae autoritate legitima ſeu officio locum haberent convictiones. Hoc praetermittere voluiſſe, qui ſub Edwardo tertio ſcripſiſſet, exiſtimandum non eſt. Initium comitiorum quibus lex ea lata eſt in ipſo erat regis hujus coronationis die, ſcilicet feſti B. virginis craſtino, id eſt, Februarii tertio, cum decem nec amplius dies regni ſui cujus primus erat Januarii 25. praeterierant. Adeoque nec ante legem illam latam ſub Edwardo tertio ſcriptioni tempus erat. Certe nec in accuratiori illo de convictionibus tractatu ſanctionem parlamentariam anno Edwardi ſecundi decimo tertio latam, quae *de Attinctis* dicitur, omnino memorat, unde nec autumandum eſt eum poſt annum illum ſeu Chriſti MCCCXX. ſcripſiſſe. Nec ſane quidquam eorum quae temporis ſunt Edwardi ſecundi alicubi exhibet. Atque illinc ſane, ſi aliud non obſtat, nec ſub ſecundo Edwardo ſcripſiſſe ſed ante, cenſendum eſt. Neque ſane quid obſtat omnino praeter locum ſuperius de *E. patre regis* allatum, qui mihi quidem tanti non eſt, ut non ſatis interea credam Edwardum regem in praefatione memoratum, adeoque ipſum ſub quo ſcripſit fuiſſe primum. Exemplar illud vetuſtum unde editio fit & quod puto unicum eſt, Edwardi ſecundi aut forſan tertii tempore videtur exaratum. Nam autographum eſſe aut ab autore ipſo fuiſſe recognitum negant plane tum menda non infrequentia, tum lacuna una & altera ſeu inter ſcribendum hiatus, quaſi librarius aut legere aut intelligere dum deſcribebat, ibi nequiſſet. Adeoque probabile ſatis eſt librarium ſub Edwardo ſecundo, aut *E. patris regis* pro *H. patris regis* (id eſt, Henrici tertii patris Edwardi primi) oſcitanter ſeu negligentius ſubſtituiſſe, aut articulos illos coronae ſic praxi ſui temporis forenſi etiam in ipſo autore imprudentius adaptaſſe. Certe quiſquis ſtatutum anno Edwardi regis primi tertio[b] de debitis ſuis ſimul ac patris editum, cum articulo illo ac cum autoris noſtri[c] ſtatutum illud recitantis verbis contulerit, haud aegre forſan id conceſſerit. Maxime cum etiam alia ſint, quae Edwardum primum regem fuiſſe ſub quo commentarius hic ſcriptus eſt, non obſcure evincunt. Ejuſmodi etiam habetur, ut id obiter adnotem, aut lapſus aut gloſſema in Gilberti Thorntonii, quem ante diximus, exemplari veteri de autoris tempore. Legitur ibi[d], *Dari non poterunt aliter* (quam ut poſſideantur, velut ab uſufructuario, non a domino) *ſingulari perſonae res qu[ae] ſunt ſpiritualibus annexae, ſicut corrodia ex a[b]bathiis & domibus religioſis percipienda & h[u]juſmodi in quibus nullus vendicare ſibi poter[it] liberum tenementum, temporibus retroactis. S[ed] hodie per ſtatutum regis Edwardi ſecundi ſi[t] breve de corrodio ſubtracto, ſicut de libero t[e]nemento.* Ita citatur ſtatutum Edwardi ſecunc[di] cum manifeſtum ſit Thorntonium, ut oſtenſum [ſu]perius eſt, ſub Edwardo primo ſcripſiſſe, etiam [...] obiiſſe. Adeoque ita ſcribere ille nequibat. Cer[te] dicere potuerat ille *per ſtatutum regis Edwar[di] Weſtmonaſterii ſecundi*[e], quo lex illa de corrodi[is] anno ſcilicet ejuſdem regis XIII. lata. Sed vid[e]tur potius librarii eſſe gloſſema, nec illorum ve[r]borum quid poſt *poterit,* Thorntonium ipſum ſcri[p]ſiſſe. Eo uſque ſunt Bractonii[f] quem in ſum[]mam redegit ille verba. Nec conſonum omnin[o] eſt *poterit* τῷ *temporibus retroactis.* Nec [ſui] temporis leges inſerere ſolet Thorntonius, Bract[o]nii perſonam paſſim induens. Quod vero [ad] Fletae autorem attinet; certe ſi ſimpliciter tu[m] egregias tum immenſas Edwardi in praefatio[ne] laudes ſpectes, vix eſt ut eas ad Edwardum [ſe]cundum pertinere potuiſſe omnino admittas. [...] de tertio quaeſtio ultra non fit. Atque ita [...] alio quam primo haud ſumendus ille laudum c[u]mulus forſan videatur. Sed interim de praef[a]tione autoris hujus hoc advertendum, eam ita e[ſſe] a capite ferme ad calcem compoſitam, ut poti[us] ex formula veteri aliiſque regibus ab aliis an[te] nec ſemel tributa ſumi videatur, quam de ip[ſo] qui ibi nominatur rege revera dici ſive ſingu[la]riter aptari. Id quod haud aegre concedet qu[iſ]quis praefationem hanc cum illa quae & Sco[ti]carum legum codici *Regiam Majeſtatem* dicto [...] Ranulpho de Glanvilla praefigitur, contulerit. E[a]dem enim ipſa ferme verba in altera Henri[co] noſtro ſecundo, in altera Davidi Scotorum re[gi] primo attribuuntur, quae in Fletae autoris praefa[ti]one Edwardo ſuo. Adeoque laudes illae qualeſcu[n]que fuerint non ita in argumentum hic trahend[ae].

II. Atqui alibi in ipſo opere expreſſiſſima ſu[i] temporis, quo conſcriptum eſt, veſtigia, unde E[d]wardum in praefatione memoratum ſeu eum ſ[ub] quo ſcripſit autor primum fuiſſe palam ſatis co[n]ſtat. Primo, de templariorum privilegiis, qua l[ege] ſub Edwardo primo[g] de crucibus erigendis la[ta] ea ſpectat, loquitur[h] velut eorum qui dum ſcribe[ret] ipſe pariter ac hoſpitalarii florerent. At ſub ipſis E[d]wardi ſecundi initiis templarios plane deſiiſſe neſ[cit] nemo, niſi qui & juris noſtri & hiſtoriarum ſit o[m]nino neſcius. Secundo ubi formulam hab[et] reſcripti regii *Moderata Miſericordia* dicti, qu[i] lege ſubnititur in *Magna Charta* lata[k], verba te[m]pori ſuo adaptans ad hunc modum nomine re[gis] concipit, *Contra tenorem Magnae Chartae re[gis] H. patris noſtri, in qua continetur quod nul[lus] liber homo amercietur, &c.* Hic ut ipſe E[d]wardus primus innuatur neceſſe eſt, cui pater He[n]ricus tertius. Tertio, *Dominus rex*, inquit[l], *[nu]per in parliamento ſuo apud Acton Burnell [ha]bito,* &c. Parliamentum illud ad annum E[...]

[a] Vide Bracton. lib. 4. de aſſiſa utrum cap. 4. Britton. cap. 97. & 98. Andr. Horn. cap. 4. ſect. 19. cap. 5. ſect. 1. 77. & ſect. 4. pag. 324. & C[oke] Inſtit. part. 2. fol. 237, &c. [b] Stat. Weſtm. 1. cap. 19. [c] Lib. 2. cap. 33. [d] Gilb. Thornton. MS. lib. 1. cap. 19. [e] Weſtm. 2. cap. 29. [f] Lib. 2. de acq. rerum dom. cap. 5. §. 7. [g] Weſt. 2. cap. 37. [h] Lib. 2. cap. 50. §. 16. [i] Lib. 2. cap. 66. § 6. [k] Cap. 14. [l] Lib. 2. cap. 64. §. 1.

ardi primi undecimum ſpectat. Et formula illa *Dominus rex* regem deſignare ſolet ſuperſtitem. Quarto etiam, capite citato, *per formam*[a], inquit, *atuti regis anno regni regis* (praetermiſſo ex brarii incuria decimotertio) *editi apud Weſtmo- aſterium,* ſtatutum Edwardi primi *de Mercato- ibus* dictum plane innuens. Quinto, Henricum egem ſecundum proavum expreſſim nuncupat re- is ſub quo ſcripſit. Et Edwardo primo eum fu- ſe proavum, id eſt, patrem Joannis regis, pa- is Henrici tertii, patris Edwardi primi, nemo gnorat. Scilicet ubi[b] in Henrici tertii *Magna Charta* capitulum habetur, de *Scutagio*[c] *capiendo cut capi conſuevit tempore Henrici regis avi oſtri,* quo nomine plane Henricus deſignatur ſe- undus, noſter legem illam ſuis recitans verbis: *nhibetur,* ait, *quod nullus deſtringatur pro ſcu- agio, ſed capiatur ſicut capi conſuevit tempore I. regis proavi regis nunc.* Senſum ipſiſſimum egis Henricianae retinet, qua Henricum ſecundum Ienrici illius avum ſpectat; proavum interim eun- em ipſum regis ſui, id eſt, Edwardi primi recte ocans. Scio quidem viros aliquot nominis mag- i[d] aliter ſentire, atque e nonnullis quos adhi- uimus locis perperam intellectis ſub Edwardo ecundo & tertio Fletae autorem vixiſſe exiſti- nare. Sed abunde ſatis mihi ex ante allatis robatur, regnante Edwardo primo opus ipſum onſcriptum fuiſſe; adeoque ex eis eſſe quae juſſu dwardi primi, ſicut & Thorntonii Summa, & ompendium Britton dictum, a juriſconſultis ce- ebrioribus[e] componebantur.

III. Quod ad nomen libri attinet; reperitur uidem in ſcriptoribus Britanniae[f] autor Guili- mus Flete ſeu Fleta dictus, exteris plerumque nglus ſeu Anglicus. Sed is theologus & theo- gica tantum ſcripſit, e ſecta Heremitarum Au- uſtinianorum. Et ſcripto hoc plane recentior , utpote qui ſub Richardo ſecundo floruit. No- inis autem ratio apud autorem in praefatione anifeſta eſt. *Tractatus iſte,* inquit, *qui merito leta poterit appellari, quia in Fleta de jure Anglicano conſcriptus eſt, in tres partes divi- itur principales. Fleta* vero hic notiſſimus eſt ud nos carcer **the Fleet** dictus, & a praeterla- ente fluviolo ſic nuncupatus. *Fluvius* enim *uctus* ſeu *aeſtuarium* **Flete** *Anglis* dictum. Un- e per metonymiam, ut Hiſpanis Naulum *Flete icitur* a fluvio ſeu *fluctu* quo navis vehitur (ita olunt aliqui[g]) ſic illis dicto, e quo habent item *letador* & *Fletamiento:* ita & nobis carcer ille i & navium pariter claſſis, ac vicus inſuper uviolo illi adjacens. Certe ſi Cicero Quaeſti- nes Tuſculanas Tuſculum nominaverat, eadem ſa qua noſter uſus fuiſſet in libro denominan- o ratione. Sic Ovidii de Ponto libri nomi- antur. Atque apud majores noſtros uſus erat on infrequens, & tempore quo floruit Fletae tor & ſuperiori, ſcripta & acta publica a loco quo tranſigerentur ea quae in eis contine- ntur, nuncupari. Sic Clarendonenſes recogni- ones, ſic *Magna Charta* Joannis regis, *Charta* **Runningmede**, ſic ſtatuta aliquot ſub Edwardo primo *Weſtmonaſterium primum, ſecundum, ter- tium* (quod & pueri ſciunt) etiam & *quartum,* ut *Gloceſtriae* ac *Exoniae* ſtatuta ſic dicta prae- termittam. Quiſnam autem in Fleta autor com- mentarii hujus fuerit nullibi quantum ſcio ape- ritur. Sed e carcerariis ſeu cuſtodiae traditis eum fuiſſe non eſt quod dubitemus. Certe ſcimus quamplurimos eorum qui judiciis ſub Edwardo primo praefuere, viros quidem maximos & aevo in illo juriſconſultos celeberrimos, repetundarum & quod lites ſuas fecerant alioſque praeter mi- niſtros forenſes aliquot merito damnatos, mulctis, exilio, ac carcere punitos eſſe, e quibus veri ſa- tis eſt ſimile autorem hunc fuiſſe. In annalium noſtrorum conſarcinatoribus[h] obvia ſunt damna- torum nomina. Et vetus quem habeo annalium ſcriptor MS. in anno MCCLXXXVIII. *Incarcera- tio juſtitiariorum domini regis, ſcilicet Thomae de Weylond, Johannis de Lovetot, Willielmi de Brampton & Adae de Stratton, de quo do- minus rex habuit quadraginta mille marcas & amplius praeter vaſa argentea & aurea.* Et de his aliiſque Petrus de Langtoft MS. vetus chro- nographus rhythmicus:

Quant le Roy Edward avoit demore
Troiz annez de la mer Dieu l' ad remene
A ſon repoir trova par pleinte preſente
Ses Juſtices & ſes clerks attaintz de fauſete.
Les uns avoient, par douns, les leys deſtourne.
Les autres la coroune avoiente viole;
Thomas de Weylaunde en banc primes nome
Par agard du court le reigne ad forjure.
En la terre de France ſans repoir eſt ale,
Ses compaignons, ſes clerks ſunt pris e mene:
A la toure de Londres, deliveres par mene;
E ſur ceo cheſcun de office eſt pryve.
E lys de Begyngham neſt pas entechele
Et Johan de Metingham le chef eſt demore.
Sire Rauf de Hengham ad taunt diſpute
Ke du baunc le roy perdu ad le fee.
Sire Adam de Stratton eſt dur demene,
Ieo cray ke ſauns deſerte neſt il pas blame
Or, argent, ſans noumbre au roy ad il done,
Avoir chaunta pur luy placebo domine,
Dilexi quoniam *fraude & fauſete.*

In numeroſa autem illa juriſconſultorum dam- natorum turba, vix dubitandum eſt quin fuerint ali- qui carceri Fletae, utpote ſupremis apud nos tribu- nalibus prae carceribus aliis idque ex jure ve- tuſtiſſimo inſervienti, traditi. E quibus ſi nega- veris noſtrum fuiſſe, non omnino contendam.

IV. Locus autem ille quem diximus apud au- torem hunc perinſignis, qui & ſatis prodigioſus mihi videtur, ad hunc modum ſe habet, ubi de donationibus agit[i]. *Res quidem coronae ſunt antiqua maneria regia, homagia, libertates & hujuſmodi, quae cum alienentur, tenetur rex ea revocare ſecundum proviſionem omnium regum Chriſtianorum apud montem Peſſoloniam, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici quarto*

[a] §. 6. [b] Lib. 2. cap. 66. §. 16. [c] Cap. 37. [d] Coke in praef. ad part. 8. Relat. alibi Cowell in Interprete. [e] 35. Hen. 6. 42. a. [f] Bal. Cent. 6. ſcrip. 41. Pitz. AEt. 14. ſcript. 648. ann. MCCCLXXX. [g] Sebaſtian. de Couuaruvia in Theſauro ling. ſtellanae. [h] Vide ex vett. MSS. Holinſhed. & J. Stowaeum anno MCCLXXXIX. [i] Lib. 3. cap. 6. §. 3.

habitam.

habitam. Alia apud eum[a] habentur, de alienatione regia, conſona. Sed vero itane? Omnium regum Chriſtianorum de patrimonii regum alienatione revocanda, proviſio habitane eſt tunc temporis apud montem Peſſulanum, urbem ſcilicet Languedokii inclytam quam nunc Mompellier dicimus? Neque enim puto alio de loco mons hic Peſſolonia intelligendus eſt. Nam & urbs ipſa etiam *Mons Pullerius*, & *Mons Piſciculanus* aliterque nonnullis pro libitu dictus eſt. Annus ille quartus Edwardi primi, quo aſſeritur hic hujuſmodi ibi proviſionem habitam partem habet annorum Chriſti MCCLXXV. & MCCLXXVI. Incepit nempe Edwardus ille die XVI. Novembris MCCLXXII. adeoque inter diem XVI. Novembris anni MCCLXXV. atque eundem in anno MCCLXXVI. diem conventus habebatur aut regum ibi omnium Chriſtianorum, aut legatorum qui vicaria hac in re poteſtate fungerentur. Reges Chriſtiani tunc erant Michael Palaeologus imperator orientis, Rodulphus primus occidentis ſeu Germaniae, Galliae Philippus audax, Caſtellae & Leonis Alphonſus decimus, ſummus ille aſtronomus & *Partitarum* autor, Scotiae Alexander tertius, Daniae Ericus octavus, Poloniae Boleſlaus, Hungariae Uladiſlaus quartus, Aragoniae Jacobus, Boemiae Ottocarus, Carolus Siciliae, Hugo Hieroſolymorum, atque alii fuere minoris nominis, qui regum Chriſtianorum vocamine tunc fruebantur. Atqui in annalibus hiſtoriiſve alibive, extra hunc autoris noſtri locum, non omnino opinor reperiri aut volam aut veſtigium horum eorumve aliquorum ibi conventus ejuſmodi, aut miſſos illuc legatos qui de ejuſmodi re aliqua tranſigerent. Certe ſub idem tempus, atque ut aliqui volunt, anno ipſo MCCLXXV.[b], conceſſit Rodulphus primus Caeſar Gregorio papae decimo Bononiam & latifundia circumquaque ampliſſima quae ante imperii Romani pars inſignis. Sed de anno ipſo non conſentiunt ſcriptores. At ſub idem tempus factum certo certius eſt. Tantundem item tam a ſucceſſoribus ſubinde quam a deceſſoribus factum, nec omnino revocatum. De re ipſa ſane ſeu de patrimonii regii alienatione revocanda occurrunt quaedam apud veteres pluribus annis quartum Edwardi primi antevertentia. Illuſtre eſt reſcriptum[c] Honorii papae tertii de Andreae ſecundi Hungariae regis alienationibus, ſub annum Chriſti MCCXX. ad archiepiſcopum Collocenſem. Azonis item juriſconſulti illius ſummi vetuſtique, ſed diu ante quartum Edwardi primi annum, demortui, eadem de re ſententia nec adeo proviſioni huic diſſimilis citatur ex ejuſdem diſputationibus[d]. Et quae huc ſpectant leguntur in[e] Alphonſinis circa annos XXV. ante quartum Edwardi noſtri editis, uti etiam in Gregorianorum Decretalium[f] corpore annis triginta ſex aut circiter ante hunc Edwardi edito, ut qui ad illud ante conſcripſere praeteream. Bractonius[g] item noſter de donationibus regiis non ita diſſimiliter monet. Adde Matthaeum Pariſium, Guilielmum Nubrigenſem, alios in initiis Henrici ſecundi. Sed vero etiam poſt illum annum ſeu tempus proviſioni jam dictae tributum eadem ipſa de re perquam diligenter diſputarunt docueruntque juriſconſulti non pauci, quorum nemini proviſionis ejuſdem mentio puto omnino aliqua. In compendio juris noſtri illo *Britton*[h] dicto, & non ita diu poſt annum illum conſcripto, expreſſa habetur doctrina de donationibus regiis, uti etiam apud Thorntonium[i], qui intra annos ſexdecim a quarto illo Summam ſuam edidit. Neque tamen aut in hoc aut illo proviſionis ejuſmodi mentio aliqua. In Thorntonio, fateor, utpote Bractonii epitomatore, illo recentiora me non reperire. At in compendio illo altero occurrit non ſemel quod ad annos quartum illum proxime inſequentes attinet. Adeoque ſi proviſio ejuſmodi revera extitiſſet, mirum eſt eam ibi neutiquam memorari. Neque ſane in librorum noſtrorum juridicorum in quibus verſamur reliquorum aliquo proviſionis hujuſmodi veſtigium habetur ullum ne quidem in Joanne Fortiſcutio[k], qui ſub Henrico ſexto de regiis donationibus revocandis di ſertius loquitur. Sed interim argumenta in libri illis noſtris reperimus ſatis luculenta, quae ejuſ modi fuiſſe plane nullam evincunt, ut ſtatim di cemus. Atque imponi ſibi paſſus eſt proculdu bio carcerarius hic noſter, ſeu Fletae autor, dun ſive a peregrinatione reduces aliqui homines le viores ac ut fieri amat locutuleii (forte a concili generali paulo ante Lugduni habito) ſive litera libellive de proviſione hujuſmodi in eorum quo rum intererat utcunque rem ſparſi, offucias il aliiſque forſan obtruſere. Hallucinationes id ge nus apud nimis credulos haud ita rarae. Et ſan prodigioſarum rerum exterarum narrationum uſ nunquam infrequens. Exterorum quidem vi perinſignes de re ipſa ſeu alienatione principun ſupremorum ſive ſtabilienda ſive reſcindenda plu rima conſcripſere, in intervallo nimirum quo ab anno Edwardi primi quarto, cui tribuitur hac proviſio, huc uſque excurrit. Veterum ſententia Caeſarum, regum ſanctiones, placita forenſia ali ea de re diligentiſſime corrogant; proviſioni quam diximus aliuſve congeneris planiſſime ign ri. Id palam docebunt tum doctores in *Ext tit. de Jurejurando c. intellecto* 33. tum Barto lus[l], & Baldus[m] reliquique fere ad titulum *qu dare feudum* poſſit. Quibus inter vetuſtiores ac de Speculatorem ſeu Durandum[n]. E recentior bus autem qui huc faciant complures ſatis ſu in ſingularibus ſuis commentariis obvii. De in perio Germanico aliiſque regnis, quantum ad har rem, Petrus Belluga[o], Reſtaurus Caſtaldus[p], A nulphus Ruzaeus[q], Regnerus Sixtinus[r], Henr cus Bocerus[s], Horatius Montanus[t], id genus al de regalibus ſcribentes, & qui donationem tra

[a] Lib. 1. cap. 8. in init. & cap. 17. §. 17. & vide Cowell. Inſtit. lib. 2. tit. 8. in princ.
[b] Vide Aventin. Annal. Boiorum, l 7. Gordon. Chronic. ann. MCCLXXV. Paul. Langium Chronic. MCCLXXIII. Durand. Specul. tit. de Reſcript. Praeſent. §. 9. num.
[c] Extr. tit. de Jurejurando c. 33. intellecto & videſis quintam compilationem Decretalium lib. 2. tit. 15. cap. 3. & ibi Innocent. Cyconiu
[d] Diſp. cujus initium An dominus rex apud, Renatum Choppin. l. 2. tit. 1. §. 6.
[e] Partit. 2. tit. 1. l. 8. & Part. 3. tit. 18. l. 2
[f] Tit. de Jurejurando cap. 33.
[g] Lib. 2. de Acquir. Rerum Dom. cap. 5. §. 7. fol. 14. a. & fol. 37. a. & vide cap. 24. 2. &c.
[h] Cap. 34. des Dones fol. 87. b.
[i] Lib. 1. cap. 19.
[k] In Tractat. de Dominio Regali & Politi MS.
[l] Ad l. perhibere §. plane D. quod vi aut clam.
[m] In c. unico §. praeterea Duc. tit. de Prohibit. Feud. Alic
[n] In tit. de Inſtrum. editione §. 11. num 11.
[o] Specul. Princ. Rubric. 8. §. 2.
[p] De Imperatore quaeſt. 1c
[q] De Jure Regal. priv. 42. n. 4.
[r] De Regalibus lib. 1.
[s] De Regalibus cap. 4. §. 36. &c.
[t] De Regalib in Praeludiis §. 28, 29. &c.

tan

t Conſtantini, Franciſcus Hotomanus [u], Jo- ... es Bodinus [x], Codex Henrici quarti juris Gal- ... & Romani [y], Petrus Tholoſanus [z], Renatus ... oppinus [a], Gregorius Lopez in Partitas [b], Bar- ... lomaeus de las Caſas [c], Alphonſus Azevedo [d], ... orgius Cabedo [e], Hugo Grotius [f], ut quos hi ... ter memorant praetermittamus, alioſque ſatis ... merofos. Diſputant ſcilicet hi quandoque eti- ... indagine diffuſiori ac diligentiſſima utentes, ... regum largitionibus donationibuſque ac ali- ... tione regaliumque uſucapione. Nec quid ad ... n rem alicubi ſive apud veteres ſive recentiores ... inens omittere volunt eorum plerique. In iis ... li, Germani, Batavi, Galli, Hiſpani, iique ce- ... errimi atque hiſtoriarum juriſque peritiſſimi; ... m interim proviſionem illam omnium regum ... riſtianorum, qualis proculdubio eos latere non ... ibat, omnino ignorent. Quid quod etiam ex ... ius anni Edwardi primi quarti, cui tribuitur ... c proviſio, comitiis parliamentariis palam con- ... t, donationes ſeu alienationes apud nos regias ... n praeteritas tum futuras pro legitimis ſatiſque ... lidis nec eo nomine omnino infirmandis cen- ... i. Habebantur comitia illa poſt feſtum S. Mi- ... aelis. Jam vero quarti illius anni finis erat dies ... ovembris XVI. proxime inſequens. Ante au- ... n comitia illa proviſionem hujuſmodi factam, ... is negat eorundem de donationibus alienationi- ... ſque regiis omnino admittendis ſanctio, quod ... *tutum de bigamis* [g] vocitamus. Et perexigu- ... n poſt illa comitia relinquitur quarti illius anni ... mpus, per quod uti & ſecula quae ſunt huc uſ- ... e inſecuta, ita obtinuere tum ſanctiones parlia- ... entariae tum regni mores, ut proviſioni ejuſmo- ... locus nunquam apud nos agnoſceretur ullus. ... donationes latifundiorum quae ſacri patrimonii ... s, regiae frequentiſſimae & pro libitu regio ... mper olim apud nos majoreſque noſtros factae ... ere, firmaeque, ſi recte alias factae, manſere, ... odo excipias eas quas aut infirmarunt ſanctiones ... iquae parliamentariae [h], quibus largitionibus re- ... m aliquorum prodigentiorum & procaciori au- ... corum importunitati frenum temporarium ſub- ... de eſt injectum, aut autoritas eadem pro re nata, ... um ampliores multo quam par erat viderentur, ... vocavit reſciditque. Alia autem omnino eſt ra- ... o ipſius regni majoribus noſtris habita. Nam ... um ſub Edwardo tertio in ordinum conſeſſu quaeſtio habebatur de donatione illa decantatiſſima Joannis regis facta Innocentio papae [i] tertio & ſucceſſoribus ejus, unde Urbanus quintus tum annuum inde natum mille marcarum, Angliae & Hiberniae ſimul nomine, cenſum ſibi tunc ſolvi petebat, tum regnum utrumque jure tantum beneficiario atque ut ſedis Romanae feudum a regibus noſtris contendebat poſſideri; ordines univerſi, idque tam generis hieratici (quod mirere) quam proceres ſeu ſenatus populuſque in comitiis illis [k], ſolenni inita deliberatione, reſponderunt unanimes irritam plane fuiſſe Joannis donationem illam, utpote tam ſine ordinum aſſenſu quam juramento ejus inaugurali adverſam: *Et outre ceo* (ſic loquuntur archiva) *les ducs, countes, barons, grandes, & commens accorderent & granterent, que en cas que le pape ſe afforceroit ou rien attempteroit, per proces ou en autre manere de fait de conſtreindre le roy ou ſes ſubgitts de perfaire ce que eſt dit q' il voet claimer celle partie, q' ils reſiſterent & contreeſteront ove toute leur peuſſance.* Ita in ſententia ipſa pronuncianda ſocii erant genus hieraticum; licet, ut vides, non in profeſſione viribus omnimodis etiam repellendi vim arteſque ſi quae uſurparentur ad extorquendum hic pontificias. Si qua autem proviſio de alienationibus regiis revocandis ejuſmodi qualem memorat noſter anteceſſiſſet, omnium regum Chriſtianorum conſenſu munita, fierine potuiſſe exiſtimandum, ut eam etiam in illuſtri hac deciſione aut adhibendam noluiſſent, aut omnino ignoraſſent. Nec minus, ut a noſtro memoratur, ad alienationes praeteritas reſcindendas quam futuras ſpectare videtur. Nec certe aliud ſic cenſuere ordines illi ſub Edwardo tertio, quam quale rex ipſe Edwardus primus in literis ſuis [l] ad Gregorium decimum eadem de re anno proximo ante illum cui tribuitur haec proviſio conſcriptis. Quale etiam eadem ipſa de re uti & de aliis ejuſmodi in tam inſignem imperii diminutionem alienationibus citra ordinum aſſenſum factis, pronunciarunt Philippus Auguſtus Galliarum rex, ejuſque proceres, cum Waloni legato pontificio Joannianam donationem illam frivolam nequitia pontificia extortam intra biennium a tempore quo facta eſt procacius obtendenti reſponſum [m] darent. Sed de his hactenus.

[u] Illuſt. quaeſt. 1. [x] De Repub. lib. 1. cap. 10. [y] Lib. 7. tit. 2. [z] Syntagm. Juris univerſ. lib. 6. cap. 6. §. 16. [a] De Domanio Franciae lib. 2. tit. 1. [b] Lib. 2. tit. 2. l. 8. [c] In quaeſt. Utrum regis vel principes alienare, &c. Tu... ingae MDCXXV. [d] Ad Conſtit. Reg. lib. 5. tit. 10. [e] Part. 2. Deciſ. Luſitan. 40. n. 6. [f] De Jure Pacis ... Belli lib. 2. cap. 6. §. 3. & cap. 14. §. 12. [g] Cap. 1, & 2. [h] Rot. parl. 11. Rich. II. Pet. Com. num. 23, & 24. 11 Hen. IV. ... et. Com. num. 25, &c. & vide ſtat. de Reſumpt. 28. Hen. VI. in Archivis Parliamentariis. [i] Matth. Paris ann. MCCXIV. [k] Rot. Parl. 40. Edw. III. num. 8. [l] Rot. Clauſ. 3. Edw. I. mem. 9. in Schedula. Et vide Coke Inſtit. part. 4. fol. 13. [m] Matth. Paris ann. MCCXVI. & videſis Arniſaeum de Donat. Conſtantini cap. 6.

F I N I S.

JUDICIUM

DE

Decem Hiſtoriae Anglicanae

SCRIPTORIBUS.

JUDICIUM
DE
Decem Historiae Anglicanae
SCRIPTORIBUS.
AD
LECTOREM
JOANNES SELDENUS,
De Scriptoribus hisce nunc primum editis.

Turgoto episcopo Sanctandreano historia ecclesiae Dunelmensis, Simeonis dicta, asseritur. Jus, per Scotiam veterem universam, perquam singulare Keledeorum seu Presbyterorum ostenditur, idemque in episcopatum illum, Turgoti aevo, seu annis abhinc amplius 530 transivisse, adeoque illis tunc prorsus esse ademptum. Scotichronicon a quo & quando scriptum, coenobii Jorevallensis origo, comitum veterum Richmondiae series, id genus, e re nata, alia, ut parerga subinde intertexuntur.

SCRIPTORUM de rebus Anglicanis veterum insequentium, qui hactenus in supellectile bibliothecarum manuscripta obscurius omnino delituere, editioni huic, praeclarae illi sane meritissimoque aestimandae, utpote, ni fallor nimium, rerum ante actarum civilisque inde, tam circa sacra quam profana disciplinae liberius & serio eliciendae amantioribus universis gratissimae acceptissimaeque, ego quidem nec praefui ipse, neque aliter interfui adfuive, quam, horis subinde obiter subsecivis, incidentes forte in manus typorum schedas aliquot, animi gratia, percurrendo & codices nonnullos veteres ei inservientes, in descriptionem collationemque cum aliis petitos, indicando communicandoque; ex instructissima scilicet maxime bibliotheca illa viri undiquaque nobilissimi Thomae Cottoni, baronetti, Roberti equitis & baronetti, nominisque, ut apprime meruit ipse, passim celebratissimi, filii. Eam dico, quae ex MSS. omnigenis, iisque optimae notae, constat, atque ex summa tam patris quam filii humanitate & indulgentia, mihi nunquam non agnoscenda, haud minus usui meo semper patuit, quam si mei ipsius plane fuisset. Simulac autem typographus destinatos tomo huic absolverat, instantius efflagitare a me coepit bibliopola, cujus sumptibus eduntur, ut de eis eorumque scriptis hisce ac seculis aliquid praefarer ipse. Officiolo hujusmodi, utpote homini profecto in quolibet mercis literariae genere indies, nec infeliciter, versatissimo, indeque de literatorum

gente haud parum revera merenti praestando ut deessem, sustinere nequibam. De singulis igitur, ordine suo.

I. Simeon Dunelmensis, monachus ibi Benedictinus & ecclesiae praecentor, atque viris illius aevi doctioribus merito connumerandus, circa partem seculi duodecimi mediam floruit. Quae de eo aliisve hic conjunctis habent Balacus[a], Pitseus[b], Vossius[c], huc describere visum non est, cum nempe biographi illi studiosis sint passim satis obvii. Nondum autem typis editam ejusdem vitam a Joanne Lelando conscriptam praetermittere noluimus. Ea ad hunc modum se habet[d]:

Simeon praecentor Dunelmensis, cum primariis seculi sui monachis jure conferendus, optime intelligens res Transabrinorum gestas, tum scriptorum negligentia socordiaque; praevalentibus tot Danicis bellis, tum iniquitate temporis ita obscuras & in silentio pressas delitere, ut brevi ad oblivionem interitumque, nisi eas diligentis aliqua docti investigatoris cura repararet, colligeret, in ordinem referret, pervenirent; quare rationem sollicitus apud se inibat, qua malo instanti occurreret. Multa tandem cogitanti hoc succurrit, inprimis & necessarium & utile, ut reliquias bibliothecarum a Danis spoliatarum anxie disquireret. Nam monachi Lindisfarnenses, Coquedani, Tinomuthenses, Girovenses, Veromutenses, Hagulstadenses, Sinuspharenses, Vetandunenses, Lestingani, Ripodunenses, Deirosylvani, denique Eboracenses, Danorum tyrannidem misere fugientes, aliquam veteris historiae supellectilem & cognitionis rerum sui temporis secum detulerant & in dies conservaverant, quas felicius aliquando futuras sperabant. Haec omnia perquisivit, invenit, excussit curiosa Simeonis diligentia, atque adeo, ut, ante ardorem studii nulla ex parte remiserit, quam historiam gentis Nortabrinae a tempore Bedae Girovienśis, ad Stephani tyranni regnum accurate perduxisset. Non hic decrevi Simeonis encomiastes esse. Ejus immortale opus est, atque adeo erit me reticente. Tantum interim lectorem admonitum volo, fuisse quendam Rogerium Hovedenum, hominem non indoctum, qui eadem qua ille serie, historiam deduxit a Beda, ad Joannis regis imperium, quem ob historiam avitam, ut merito probandum putem, ita improbandum, quod picta Simeonis prata, nulla ejus nominis mentione prorsus habita, compilaverit.

Sic ibi ille. Etiam alibi plagii similiter incusat hujusmodi Hovedenum. De Simeone verba faciens, *Hujus ego*, inquit[e], *aliquando historiam de rebus regis Anglorum legi, quam & inchoavit commode a morte Bedae, perstringens illustria facta & Anglorum & Danorum spatio quadringentorum & viginti novem annorum ac quatuor mensium, cui & alii viginti anni appendebant, autore Joanne Hagulstadensi. Hic mihi non placet Rogerius Hovedenus, vir alioquin laudandus, qui scrinia Simeonis, suppresso ejus nomine, strenue compilavit, & aliena pro suis, gloriae avidulus, supposuit.* In ore etia & scriptis aliorum subinde occurrit, Hovedenu adeo Simeonem hunc, tacito nomine, descripsi compilasseque, ut priorem annalium ejus partei uti etiam caetera usque in annum, quo finit Simeon, in parte secunda, cum Simeonis anr libus velut plane eadem esse velint. Atque i fieri solet ab hominibus, qui libentius de reb ejusmodi temere ac oscitantius pronuntiant, n rem ipsam penitius introspicere ac verum sic sequi cordatius cupiunt. Id quidem certum e Simeonis annalibus usum fuisse Hovedenum, & aliis tum Latine tum Anglosaxonice conscr tis, inchoare etiam ipsum ubi desinit Beda, quei admodum & Simeonem. Sed interim ma festius utrosque consulenti nihil erit, quam innum passim ab Hovedeno inserta, quibus caret Simec atque apud hunc itidem perplurima haberi, q Hovedenus praetermisit. Adeoque plane non t plagii, qua Simeonem spectat, reus is habend quam scriptor perquam diligens, qui ex co pluribus qui antecesserant autoribus, quorum u erat Simeon hic, unicum opus copiosius seli ret conflaretque; id sane quod ab optimis c nium seculorum historicis fieri, studiosis est tissimum. Quid quod etiam ipse Lelandus, li in Simeonis vita, ut jam ostensum est, tant eum fecisset, atque sub nomine *cujusdam Ro rii Hovedeni*[f], plagii arguisset, in eodem tan scriptorum vitarum corpore, ubi vitam Hoved ipsius postmodum inter alias exhibet, nihil c nino hujusmodi memorat? Imo eum, histo suae nomine, laudibus effert peregregiis, *Mor* inquit, *Henrico* (rege secundo, cujus in aula domesticus diu felicius egerat) *omne studium um ad historiam scribendam contulit, in negotio, si diligentiam, si antiquitatis cogni nem, si sanctam fidem spectes; non modo q quot seculis rudibus quidem illis praecesser scriptores, verum etiam seipsum superavit. Q si adjunxisset fidei, quae prima pars histo est, plusculum elegantiae Romanae, facile pal rium obtinuisset.* Etiam quod in Simeonis habet Lelandus de historia ejus, de Gestis reg Anglorum, in Stephani regis tempora perd bene ab ipso corrigitur in commentario illo ad Cantionem suam Cygneam, ubi, ut vide Bedae fine, quo incipit ille, numerantur anni cc & menses IV. Historia Bedae terminatur a Christi DCCXXXI[g]. De vero anno mortis e unde sua contexuisse Simeonem hunc perperam n nulli aiunt, non satis conveniunt scriptor Pauculis autem ab historiae fine annis, aut diu inde post, obiisse illum, certum est. cunque vero, nemo non videt, CCCC annos IV. menses exitum historiae Bedae sequentes, a satis complere MCXXX. Adeoque finis ejus h riae in posteriora Henrici regis primi tem incidit, seu circa quinquennium ante initia phani regis. Lapsus igitur erat hic etiam p Lelandus in vita ejus, utcunque postmodun commentario illo sic a seipso emendatus. nas aliquot e Beda & de eo praefixit hist

[a] Cent. 2. Script. 98. [b] AEtat. 12. Script. 226. [c] De Historicis Latinis, lib. 2. cap. 51. [d] MS. De vitis script. Ang... in bibliotheca publica Oxoniensi. [e] Comment. in Cygneam Cantionem verb. Dunelmensis. [f] MS. in bibliotheca publica ...ensi. [g] Beda Hist. Eccles. lib. 5. cap. 24. [h] Videsis Baron. Tom. 9. anno DCCXXXI. §. 23. & annales ac biographas ha... obvios.

ric ſuae Simeon[a]. Incipit hiſtoria ipſa col. 98. *is peractis gaudiis ex ſanctiſſimi doctoris*, unde mptum eſt Balaeo atque Pitſeo *Peractis ex nctiſſimi doctoris* pro initio ejus. Faciunt qui-m illi, neſcio cur, duos hic Simeonis libros. ui vero apud illos dicitur, ut alter, per ſe, uſdem liber, *Abbreviationes Malmesburienſis*, nalibus hiſce[b] per digreſſionem ab autore in-ritur, ubi initium earum idem quod biographis, *on indecens opinor ſi quiddam*, &c. Sed mi-s interea Balaei memoriae, in ejuſdem vita pſus. Cum enim primo ibi vere indicaſſet (quod alibi pariter[c] meminit) eum res ſuas hiſtori-s uſque in annum MCXXX. protendiſſe, pauculis terjectis lineis, *Claruit*, inquit (idque etiam in litione utraque[d]) *anno ab apparente in carne ei filio* MCLXIV. *quo primam finivit hiſtoriam, b Henrico rege Anglorum ſecundo.* Et quan-m ad annum quo ſic ab eo claruiſſe dicitur, quaces ſunt hic, Geſnerus, Simlerus, Poſſevinus, tſeus, Wion[e]. Certe eum tamdiu ſuperſtitem iſſe nondum didici. Nec ſatis capio illud Ba-i, *finiviſſe* tunc *hiſtoriam* aliud ſignificare, quam m illuc pertextam eſſe. Sed ita anni XXXIV. ſu-a verum hiſtoriae ejus terminum male excreſ-nt. Atque hactenus de Simeonis hujus ſcripto Geſtis regum Anglorum.

Quod autem ad hiſtoriam ejus de Dunelmenſi cleſia attinet; tametſi in apologia ſua prae-a, non ſolum *majorum autoritate juſſum* eam ſum ſe contexuiſſe fidentius profiteatur, verum iam *ea quae ſparſim in ſchedulis invenire po-it ordinatim collecta digeſſiſſe*; praefationem m, diſtinctiones librorum & capitum, aliaque quot, velut in praevium ei apparatum, adjiciat, aſi citra controverſiam opus illud integrum ſui ius plane fuiſſet atque ex disjectis ſchedis ab o, ut autore ſolo, formatum congeſtumque; de etiam *Hiſtoria Simeonis* ab exſcriptoribus que in editione hac alibique ſecurius vocita-; monendus nihilominus es, lector, omnino dendum eſſe, opus illud integrum, eodem ipſo line a libri primi initio uſque in finem quarti, tidemque etiam ubique verbis ſyllabiſque (modo cipias variantes ſubinde, ut in librariorum era fieri aſſolet, apices aliquot leviuſculos, & dae librorum recenſionem apud Simeonem con-ctiorem[f], & capitum lemmata, ac demum pe-cham unicam, ſed perinſignem, quae aper-ime mala fide, ob rationem ſtatim oſtenden-m, ab ipſo Simeone ſuam in rem plagii-e commodius celandi cauſa praetermiſſa eſt expuncta) idem, inquam, ipſum opus antea di-enter compoſitum fuiſſe a Turgoto illo, mo-cho Dunelmenſi percelebri, qui tum prioris ſdem eccleſiae per annos viginti, etiam archi-coni, vicarii, decani, vicedomini[g] ubique epiſ-o ſuo, ſeu ut ipſius ſunt verba[h], *Chriſtiani-is curam per totum epiſcopatum agentis*, tum tea Sanctandreani in Scotia epiſcopi per ſep-nium, dignitatibus claruit. Is enim ab Oſ-ldo rege ſeu fundamentis eccleſiae Dunelmen-ſi hiſtoriam illam ſuam in tempora Guilielmi ſi regis media aut circiter, ſeu annum MXCVII. ut Simeon, deducens, idem ipſum perfecerat, & in Henrici primi annum decimum quintum, ſeu Chriſti MCXV, ut mox oſtenditur, ſuperſtes tunc mortuus eſt. Audax nimium facinus, ne quid gravius dicam, Simeonis ſane qui ſcriptoris adeo ſibi nuperi vicinique, ac ejuſdem eccleſiae tum collegae tum praefecti, tantiſque dignitatibus clariſſimi, opus integrum (demptis quae diximus) ſibi ipſi quaſi plane novum, idque velut ſua ſolum Minerva congeſtum ſic arrogaret. Habetur ſcilicet in bibliotheca Cottoniana codex Turgoti, ipſius tempore manifeſto conſcriptus, cui titulus, *Libellus de exordio atque procurſu iſtius, hoc eſt, Dunelmenſis eccleſiae.* Adjicitur in ora libri, manu non ita multum recentiore, *Liber ſanctae Mariae de Fontibus.* In bibliotheca enim coenobii illius Fontanenſis in agri Eboracenſis parte, Richmondia dicta, ſiti, olim ſervabatur, & poſtmodum Cottonianae, cum aliis optimae notae codicibus, donatus eſt a viro illo praeſtantiſſimo Thoma Alleno Oxonienſi, a quo, ut bene etiam memini ipſe, pro opere Turgoti genuino ſemper ſumebatur. In ipſa item fronte, manu quidem recenti, ſed interim Roberti Cottoni, viri ut alias undiquaque eximii, ita in ſcriptoribus ejuſmodi rite feliciterque diſcernendis verſatiſſimi, annotatur, *Turgotus prior Dunelmenſis autor hujus libri*, ad quod aſſerendum loci in eo aliqui breviter ibi indicantur. Incipit Turgotus a verbis illis, *Glorioſi quondam regis Northanhymbrorum & precioſi martyris Oſwaldi*, &c. quemadmodum, poſt apologiam & reliqua in apparatum antecedentia, quae ad Turgotum nullatenus ſpectant, incipit Simeon. Eadem dein, ſed cum temperamentis quae diximus, ipſa vocabula, eaedem ſyllabae quae apud Simeonem, nec omnino aliae uſque in paginam CLXI, ut numerus ibi habetur, id eſt, uſque ad capitis XXII. libri III. medium aut circiter, juxta diſtinctionem in editis, ſeu Simeone ipſo, ubi nimirum de Turgoto fit mentio. Primae perſonae itidem, ab altero ſine injuria nullibi ullatenus aſſumendae, uſus & frequens & parilis, adeo ut quicquid nomine ſuo dixiſſet alter, alter ſibi ipſi tribuat, veluti bini Soſiae. Exempli cauſa, in prefationis fine; *Quae defectu ſcriptorum literis non fuerant tradita, ſeniorum autem veracium relatione, qui ea vel viderant, vel a patribus ſuis, viris religioſis fideque digniſſimis, qui interfuere ſaepius, audierant, ad* NOSTRAM *noticiam pervenerunt, vel quae &* NOS IPSI VIDIMUS, *his quae ex aliorum ſcriptis collecta, adjungenda credimus*; verba plane ſunt, ut ex ſui natura alteri non communicanda, ita nec honeſte uſurpanda alteri. Sic AUDIVIMUS ſaepius occurrit, ubi auditionem illam Simeonis fuiſſe, neutiquam admittendum. Sed vero hujus generis prae aliis eſt eximium hic illud de contrectato S. Cuthberti corpore[i], id quod impenſe miror ſane haud expunxiſſe aut praeteriiſſe Simeonem, ſed ita ſecure ac oſcitanter retinuiſſe, ut de ſe, alterius perſonam induens, illud obtenderet permitteretve velut in ſuo ibi dictum, cujus, ob temporis rationem, eum capacem fuiſſe haud omnino videtur exiſtimandum. Scilicet narratur ibi

[a] Vid. Col. 86. uſque in 98. [b] Col. 135. [c] Cent. 3. Script. 31. [d] Edit. priori Anno MDXLVIII. fol. 87. [e] In L io Vitae lib. 2. Cap. 77. [f] Lib. 1. Cap. 14. [g] Malmesbur. de Geſtis Pontific. Lib. 3. cap. de Epiſcopis Lindisfarnibus. [h] Lib. 4. cap. 8. infra Col. 54. [i] Lib. 1. Cap. 1[illegible].

Cuth-

Cuthbertum moribundum, corpus ſuum Dunelmenſibus permiſſione & conſilio quaſi legaſſe, eoque nomine gratias ei flexis genibus egiſſe monachos. *Cui permiſſione*, inquit ſcripti autor, NOS *quoque illi gratias referamus, quibus incorruptum corpus ejus quadringenteſimo & octavo decimo dormitionis ejus anno, quamvis indignis, divina gratia videre & manibus quoque contrectare donavit.* Dormitionis ejus annus erat Chriſti DCLXXXVII. quibus adjectis CCCCXVIII. fiunt MCV. quo tempore quidem maxime floruit Turgotus, utpote diu ante prior Dunelmenſis. Sed aegre nimis concoquendum videtur, Simeonem hunc tunc temporis ex aetate exceſſiſſe puerili, aut ephebis. Et provectioribus tantum gravioribuſque viris corpus illud contrectare etiam tunc permiſſum, idque rariſſime, certum eſt. Loco autem libri tertii jam dicto [a], ubi narratur Turgotum itineris a monaſterio Gyrvuenſi Dunelmum, Aldwino, primo ibi priori, comitem fuiſſe, Dunelmique benigne eſſe exceptum, nec habitum clericalem in monaſticum mutare diu voluiſſe, ſed ſub magiſterio Aldwini degiſſe, poſt verba illa, *Non enim habitum monachicum prius ſuſcipere audebat, quam majori ac diuturniori ſeſe diſtrictione probaſſet* (quae quidem ut a viro modeſto humilique de ſe dicta ſonant) ſequitur in codice illo manuſcripto, *Ipſe eſt qui in locum magiſtri, videlicet Aldwini, ſuccedens, hodie in hac, id eſt, Dunelmenſi eccleſia, dudum ſibi traditum a Willielmo epiſcopo prioratum tenet.* Totum hoc conſulto praetermittitur a Simeone, ut ſane in artificioſiori ratione plagii, cui locus hic perinſignis & index & clavis eſt, neceſſario oportuit. Et poſt verba illa *diſtrictione probaſſet*, proxime ita ſequitur apud Simeonem, *Hic magiſtrum de monaſterio*, &c. Certe etiam in codice alio pervetuſto, Turgoto itidem in bibliotheca Cottoniana [b] tributo, qui acephalus nihil habet poſteriora capitis quarti libri ſecundi antevertens, ſed tum omnia uſque ad finem, quemadmodum Simeon, inſequentia, tum epiſcoporum Dunelmenſium, Ranulphi, Gaufridi, ac Willielmi de Sancta Barbara inde ſucceſſiones, in eo inquam periocha pariter illa de *prioratum tunc tenente* omnino praetermittitur. Non per libros diſtinguitur codex ille; ſed per capita XCVI. quorum lemmata, idem cum Simeonianis ſatis denotantia, verbis paſſim ab illis diſcrepant. Jam vero ex loco illo ſic fide peſſima praetermiſſo, hiſtoriae hujus Dunelmenſis ſcriptionis tempus manifeſto oſtenditur; dum tenebat nimirum Turgotus prioratum Dunelmenſem poſt Aldwini mortem ſibi dudum traditum. *Hodie*, inquit, *tenet*; adeoque tempus illud incidit intra vicennium a tempore quo in priorem electus eſt. Etenim obiit Aldwinus anno Chriſti MLXXXVII. (ſeu circa exitum Willielmi regis primi) cujus in locum ſuffectus Turgotus dignitatem tenuit per annos viginti. Hiſtoria Dunelmenſis altera, quae Turgoto quidem & Simeone multo recentior eſt, ſed ex vetuſtis monimentis ejuſdem eccleſiae ſedulo congeſta [c], poſt Aldwini obitum ſic collocatum, *Aldwino*, inquit, *primo priore monaſterii Dunelmenſis mortuo, Turgotus ejus diſcipulus omnium fratrum conſenſu electus in prioratu ſucceſſit, & totius monaſterii curam intus & foris, cum Dei tremore, viginti annis nobiliter agebat.* Tantundem, ſi vicennium prioratus ejus demas, habetur in hiſce editis [d]. Dein autem inde tranſlatus eſt in Sanctandreanum in Scotia epiſcopatum. Jam dicta hiſtoria recentior; *Anno ab incarnatione Domini milleſimo* CVIII. *ac tempore regis Malcolmi & S. Margaretae* (id eſt, ſub prioratus ejus vicennii exitum) *electus fuit Turgotus, prior Dunelmenſis, in epiſcopum S. Andreae, conſecratuſque eſt Eboraci* III. *kalendas Auguſti* (a Thoma archiepiſcopo Eboracenſi, ut expreſſim etiam codex Mailroſenſis [e], aliique; profeſſione [f] eidem ſubjectionis ſolenni facta, ut, ſeculis in illis, ab epiſcopis reliquis fieri ſolitum Scoticanis) *& ſtetit per annos ſeptem. In diebus illis totum jus Keledeorum per totum regnum Scotiae tranſivit in epiſcopatum S. Andreae. Iſte ſepultus fuit apud Dunelmum in domo capitulari.* Kelede illi (quod obiter notare liceat) fuere quos *Culdeorum* & *Keldeorum* nomine vocitant ſcriptore Scoticani [g], id eſt, *Dei cultores.* Vox quiden vetuſtiſſimis, ut aiunt illi, in Scotia monachis & presbyteris Chriſtianiſmi etiam primitivi & dein ceps univerſis tributa. Et de eis expreſſim Hector: *Invaluit id nomen apud vulgus in tantum, u ſacerdotes omnes ad noſtra pene tempora, vulg* Culdei, i. *cultores Dei* ſine *diſcrimine vocita rentur.* Dein adjicit, *Pontificem inter ſe com muni ſuffragio deligebant, penes quem divinaru rerum eſſet poteſtas. Is multos deinceps anno* SCOTORUM EPISCOPUS, *uti noſtris trad tur annalibus, eſt appellatus*, quod vertit inter pres ejus Joannes Bellendenus, **Thir Preſts b generall votis cheſit ane Biſchop to have au toritie and juriſdiction above them. And h was callit the Biſchop of Scotland.** Nome illud idem denotans tam in Hibernia, aliiſqu maris occidui inſulis, quam in Scotia obtinui *Jacet*, inquit Giraldus Cambrenſis [i], *extra Lhy inſula modica, quam monachi inhabitant religi ſiſſimi, quos Coelibes vel Colideos vocant.* In ſula illa eſt, quae **Berdſey** [k] jam Anglis vocatu Et de inſula lacus Momoniae borealis, in Hibe nia, minori, *Capellam*, eſſe ait idem [h], *cui pau Coelibes, quos Coelicolas vel Colideos vocan devote deſerviunt.* De iis vide plura apud Jaco bum Uſſerium, Armachanum [l], & Henricu Spelmannum [m]. Thomas Dempſterus: *Et ſa ſecundus iis poſt regem ipſum toto regno honor ha bebatur. Illi epiſcopum e ſuo corpore eligendi pot ſtatem habebant.* Sic in Apparatu. Atque in Hiſto ria Eccleſiaſtica, *Penes hos ab initio receptae fide ſtabat epiſcoporum electio, nec ullus antiſtes eſ poterat, qui non ex eorum corpore, aut per e*

[a] Col. 45. l. 73. [b] M. S. in 4. cujus faciei inſcribitur DURHAM, ELY, Montfort, fol. 62. [c] M. S. in Bibliotheca Cot niana, anno MLXXXVII. fol. 42. 2. [d] Lib. 4. cap. 7. [e] M. S. in Biblioth. Cottoniana, ſed ann. MCIX. [f] T mas Stubbs, in Act. Pontif. Eborac. col. 1712. & 1713, [g] Hector Boethius Hiſt. Scot. lib. 6. fol. 92. & 99. 1. Buchanan. lib reg. 35. Dempſter. in Apparatu ad Hiſtoriam Scoticam lib. 1. cap. 13. & in Hiſt. Eccleſiaſtic. Scot. lib. 1. num. 45. [h] Itine Cambriae lib. 2. cap. 6. [i] Camden. Brit. pag. 838. [k] Topograph. Hiberniae diſt. 2. cap. 4. [l] De Britannicar Eccleſiarum Primordiis cap. 15. pag. 636. &c. & 659. [m] Gloſſario. verb. *Coldei*.

electis

ctus esset. Sed in Mantissa Apparatui sub-jecta [a], existimat ille eos primo revera fuisse n tam monachos quam canonicos regulares, seu esbyteros monachatu nondum indutos, idque eo quod in occidente illo monachatum seculis illis primitivis haud ita in usum receptum esse tumat. Quid vero hic *totum jus Keldeorum r totum regnum Scotiae diebus in illis,* seu argoti, ut videtur, episcopi Sanctandreani tem-re, *transivisse in episcopatum S. Andreae* de-otet, ex jam dictis forte haud ita est obscurum. empe, antea per secula compluria competierat i, ex usu seu confoederata inter se disciplina at-ue per gentem illam, qua Christianismum indu-at, admissa, jus sibi episcopum sive unicum sive ures, pro temporis locive discrimine, eligendi, dinandi, constituendique (non dissimili modo eo, quo praefectos sibi sive corporati sive coe-s qualescunque corporatorum instar qui sunt, igere, ordinare, constituere variatim pro arbi-o soliti) idque sine episcopi alicujus, qua talis, e singulari velut necessaria; quale quidem in ientis ecclesia illa, per secula itidem Christia-smi primitiva, Alexandrina, presbyterorum ibi etui, in episcopo sibi sic constituendo parilique, antum ad ordinem, presbyterorum ac episco-orum potestate admittenda, usitatum est; uti tum S. Hieronymo [b], ac commentariis S. Ambro-o [c] tributis, tum ex Eutychio patriarcha Alex-drino [d] satis aperte quidem videtur ediscendum, que a viris aliquot [e] summis Reformatorum ul-o inde & instantius nuper assertum est. Sed riter circa hanc rem, qua historica est, reluc-ntur tum ex ipsis Reformatis alii, ordinis utpote er se episcopalis assertores perquam seduli; tum ontificii aliquot, in quibus summas agit partes ionysius Petavius [f], vir quidem doctissimus, qui ctoritatem Eutychii elevans *omnino bene credu-m lectorem eum postulare* dixerat [g], & postmo-um, in Appendice tomi tertii [h] de Ecclesiastica lierarchia viros illos insignes Claudium Salma-um & Davidem Blondellum pluribus, Eutychii ausa, exagitat, me etiam ejusdem editorem simul ollius perstringens; atque ex vitis patriarcharum u episcoporum Alexandriae, a Severo Ben Maf-haho e variis AEgypti monasteriis collectis, & x Coptica lingua & Graeca Arabice anno Mar-yrum CCCCXCIV. seu Christi DCCLXXVII. id est, ib centesimum ante Eutychium annum redditis ubi paulo aliter scilicet de dignitate Alexandrina eculis in illis episcopali sit narratio) atque ex liis ab ipso disputatis, Eutychio fidem satis mi-utam esse sibi habet persuasum. Sed perpendat adicetque lector aequus. Horridulo serrae con-entionis literariae stridore haud mihi quidquam st insuavius. Abrahamus item Ecchellensis, Ma-onita [i], qui Severum illum Petavio, hanc in rem, communicavit, scripsisse profitetur se responsio-nem ad Eutychium, quam lucem hactenus vidisse nondum mihi diligentius sciscitanti compertum. Certe Culdeorum hic in occidente vetustissimum jus, Alexandrinorum illorum in oriente presbyterorum juri morique item vetustissimo videtur plane suppar, idque ut inter Scotos veteres ubique ferme locorum perquam diu receptissimum. Quinimo licet apud Bedam ipsum Scotiae priscae Christianismi, ut Angliae suae, mores diligentius enarrantem, Culdeorum nomen haud satis habeatur expressum, attamen reliquias aliquot seu vestigia ejusmodi episcopalis juris, veluti ex eorum tunc presbyterio ut autore solum legitimo, & pro constituentium arbitrio, gubernatore perpetuo pendentis, haud ita obscura exhibet ille; non modo ubi episcopos, quasi sic creatos aliquot subinde sine locis quibus praeessent singularibus, inter Scotos memorat, verum etiam ubi episcopalem vulgo dictam seu summam in sacris tum personis tum rebus regundis, abbatibus aliisve ex simplici presbyterii seu abbatiae jure, ac sine titulo episcopali, episcopive, notione vulgari, alicujus indultu aliquo, potestatem ibi competiisse scribit. Inde enim de parili episcoporum & presbyterorum, nec diverso ordine, aliisque inde consequentibus seculorum illorum illic obtinentibus, sententia apertissime cernitur. Etenim ubi de S. Columba agit ille [k], Hiberno illo, presbytero & abbate qui Pictos septentrionaliores Christianismo imbuit, & sub finem seculi sexti mortuus, in Jona insula Scoticana maris occidui, ubi monasterium sibi construxerat, sepultus est, perplurima ait & in Britannia & in Hibernia per discipulos ejus propagata esse monasteria, *in quibus omnibus idem monasterium insulanum* (jam dictae insulae Hebridum celeberrimae, *Hii* [l] illi nominatae, unde & monasterium illud scriptoribus *Huense* nuncupatum seu *Hiiense*, nec omnino diversae ab ea quae in editis Adamanni Scoti libris [m] de S. Columbae vitae toties JOVA pro JONA male exaratur) *in quo ipse requiescit corpore, principatum tenet. Habere autem solet ipsa insula* (quod etiam tum de Bedae ipsius tempore tum de seculis anterioribus dictum) *rectorem semper abbatem presbyterum, cujus juri & omnis provincia, & ipsi etiam episcopi, ordine inusitato, debeant esse subjecti, juxta exemplum primi doctoris illius, qui non episcopus sed presbyter exstitit & monachus.* Inde in Chronologia Saxonica Bedae ab viro eruditissimo Abraha Wheloco nuper ex codicibus M S. priscis subjuncta [n] legitur, Nu ꞅceal beon æꝼꞃe on Ii Abbod ⁊ na Biꞅcop. And þan ꞅculon beon undeꞃþeodde ealle Scotta Biꞅcopaꞅ. Foꞃþan þ Columbam ꝩæꞅ Abbad, na Biꞅcop; id est, *Hinc praeesse semper debet in Hii insula, abbas, non autem episcopus; cui porro omnes Scotorum episcopi subjici debent, quoniam Columbanus* (sic enim Columba hic etiam saepius nuncupatur) *abbas fuit, non episcopus.* Et in insula Hii *plurimorum*, ait Beda [o], *caput & arcem habuere Scoti coenobiorum,* velut exemplar reliquis imitandum. Ita vero abbati presbytero subjecti episcopi. *Ordine* quidem, ait Beda, *inusitato*, sed qui, ex more ibi vetustissimo

[a] Pag. 146. & vide eum Hist. Ecclef. lib. 4. cap. 386. [b] Epist. 84. ad Evagrium. [c] In Epist. ad Ephes. cap. iv. [d] In Originibus Ecclesiae suae. [e] Claudius Salmasius lib. de Episc. & Presb. & in apparatu ad lib. de Primatu Papae, David Blondellus alii. [f] In lib. de Episcopis & Presbyteris, & in Theologic. Dogmat. tom. 3. in libris de Ecclesiastica Hierarchia. [g] De Eccles. Hierarchia lib. 1. cap. 13. §. 18. [h] Subjuncta tom. 4. Theologic. Dogmat. lib. 2. cap. 2. §. 3. &c. [i] In Historia sua Arabum pag. 166. Chronico Orientali, Parisiis MDCLI. inserta. [k] Hist. Eccles. lib. 3. cap. 4. [l] Vide Camden. in Insulis Brit. pag. 848. & Jac. Usser. Armachanum in Britannicarum Eccles. Antiq. cap. 15. pag. 697. & 701. [m] Apud Canisium Antiq. Lection. tom. 5. part. 2. [n] Anno DLXIII. [o] Hist. Eccles. lib. 3. cap. 21.

seculorumque

sceculorumque illic anteriorum disciplina, receptus. Non defuere qui abbatem hunc primatem inde episcoporum omnium Hibernensium habitum esse scripserint[a]. Certe & Carolus a S. Paulo Bedae locum illum, ut de Hibernia insula dictum perperam capit[b]. De eadem itidem insula & jure monasterii ejusdem jam dicto singulari, idem paulo ante[c]: *Hujus monasterium in cunctis pene septentrionalium Scotorum* (tam Hibernensium[d] quam qui in Britannia Magna septentrionaliori) *& omnium Pictorum monasteriis non parvo tempore, arcem tenebat regendisque eorum populis praeerat* (cum omnimoda quae circa sacra versabatur sive jurisdictione sive ordinis ratione. Thomas Stapletonus in versione sua Bedae Anglicana[e], **had the soveraintie in ruling of their people**) *quae videlicet insula ad jus quidem Britanniae pertinet, non magno ab ea freto discreta, sed donatione Pictorum, qui illas Britanniae plagas incolunt jamdudum monachis Scotorum* (Hibernensium) *tradita, eo quod illis praedicantibus fidem Christi perceperunt.* Saxonica versio ibi illud *cunctis pene* facit simpliciter *cunctis*. þ mynster, inquit, on eallum norþ Scottum, ⁊ eallum Peohta mynstrum mycelne tide Ealdordom (quod plane hic presbyterium est) ⁊ heanesse onfeng; etiam Henricus archidiaconus Huntingdoniensis[f]; *Ejus monasterium septentrionalium Scotorum & omnium Pictorum arcem tenebat.* Et dein, de monasteriis in Hibernia & Anglia etiam plurimis propagatis locutus, *In quibus omnibus,* adjicit, *monasterium Hii principatum tenet. Abbati autem illius insulae omnis provincia, & etiam episcopi, ordine inusitato, solent esse subjecti, quia Columba praedicator, non episcopus fuit, sed presbyter & monachus.* Et subjungit, *Cujus successores, ejus imitatione, valde claruerunt.* Scripsit autem Henricus hic, probatissimae fidei historicus, sub annum MCXL[g], id est, diu post tempus illud, quo Keledeorum jus transiisse traditur, ut supra, in ecclesiam Sanctandreanam, & de monasterio hoc loquitur, ut suo in aevo, veteri illo, etiam in episcopos, jure utente, quod quidem advertendum est. Nec forte jure illo hactenus satis cessærant abbas ibi & monachi presbyteri, tametsi per totum regnum Scotiae jus illud transactione aliqua publica sic transivisse tempore Turgoti aut circiter, in historia illa Dunelmensi tradatur. Quid quod etiam autor, quisquis ille fuerit, historiae Jornalensis perperam dici solitae & Joanni Bromptono tributae (qua de re mox plura) totidem cum Huntingdoniensi verba[h] de insula hac atque monasterio ejusque jure singulari adhibet verba? ubi[i] legendum pro *artem tenebat*, *arcem tenebat*, & pro *de Ariano*[k], *de Armach*[l]. Sed pariter ille ibi tempore sibi praesente utitur, ac *principatum*, inquit, *tenet*, & *episcopi ordine inusitato solent esse subjecti*, quasi dum vixit ille, illud in more retentum. Porro de presbyterii ibi ac abbatiae quantum ad hanc rem jure, eti[am] Beda[m]: *Ab hac ergo insula, ab horum co[lle]gio monachorum, ad provinciam Anglorum [in]stituendam in Christo missus est Aidanus, acce[pto] gradu episcopatus, quo tempore eidem monaste[rio] Segenius abbas & presbyter praefuit.* At[que] expressius in eodem capite liquet, *in confessu [ac] concilio seniorum*, id est, presbyterorum, qua[s] diximus (versio Saxonica habet gemote heo[ra] pitena, *conventu sapientum eorum*, quos B[ed]a ipse[n] aliique[o] *majores Scotorum natu* app[el]lant; Stapletonus, **the Peers of Scotland**, [Pa]*res Scotiae*) atque ex eorum decreto, episcop[um] ab eis petente Oswaldo rege Northanhymbror[um], Aidanum pro more apud ipsos, sub Segenio [ab]bate, & presbytero, S. Columbae successore, [ob]tinente esse creatum. Ibidem Beda, *Omni[bus],* inquit, *qui considebant, ad ipsum ora & oc[uli] conversi, diligenter quid diceret discutiebant, [&] ipsum esse dignum episcopatu, ipsum ad erudi[en]dos incredulos & indoctos mitti debere decern[unt]. Qui gratia discretionis, quae virtutum mater [est], ante omnia probatur imbutus; sicque illum or[di]nantes, ad praedicandum miserunt.* Id est, pl[an]e episcopum eum illi, seu presbyterorum & abb[at]is Segenii conventus ordinabant. Saxonica, Ϸe to Biscop gehalgodon, *Illi episcopum [eu]m consecrabant.* Idem[p] paulo ante de mona[ch]is illis verba faciens, *Monachus,* inquit, *ipse epi[sco]pus Aidanus, utpote de insula, quae voca[tur] Hii, destinatus*; ubi editiones puto cunctae, [at]que sane numerosae ante Latino Saxonicam [ill]i doctissimi Abrahae Wheloci[q], prodigiosum in[su]lae habent, ex librariorum incuria, nomen [H]y-destinatus. Atque inde Nicolao Harpsfeldi[o][r] *Hidestinatus*, & Thomae Dempstero[s] *Hyd[est]inatus* fit insula ac monasterium unde prodiit [Ai]danus, quasi plane aliud omnino fuisset ab *Hii*. Sed hallucinatio egregia est[t]. Planissime leg[en]dum *Hii, destinatus*, id est, inde ab abbate & monachis presbyteris ibi constitutus, ordinatus, [in] episcopi gradum creatus missusque. Ita expre[ssi]m etiam legitur periocha illa e Bedae MSS. in hi[sto]ria quam diximus Dunelmensi recentiori[u], & [Al]fredi regis Saxonica, Eac munuc se ylca Biscop Aidan wæs he sended of ðam ealande ⁊ of þam mynstre ðe Hu is nemed. Adeoque er[ror] est manifestissimus, utcunque diu etiam a v[ir]is doctis ita receptus. Thomas Stapletonus ve[rti]t, **And the bishop himself was a monk of the [i]le which is called Hydestinate.** Plane dicendum [fu]isset, **And the bishop himself Aidan was a mo[n]k, appointed or ordained [to be a bishop] from [t]he ile called** Hii. Alii autem (ut maxime Hect[or]) conventum[x] illum seniorum, a quibus destin[at]us est seu creatus Aidanus, expressim pro episc[op]is seu eorum synodo perperam sumunt. Postmo[o]dum item de successore ejus Finano, *Successit ei,* ait Beda[y], *in episcopatum* (Lindisfarnensem [sc]ilicet) *Finan, & ipse illo ab Hii Scotorum in[su]la*

[a] Notkerus in Martyrolog. 5. id. Junii & vide Jacobi Armachani locos ante indicatos. [b] Geographia Sacra pag. 170. [c] [H]ist. Eccles. 3. cap. 3. [d] Vide Jacobum Usserium Armachanum de Brit. Eccles. Primordiis cap. 15. pag. 700. [e] Antw[er]piae MDLXV. [f] Hist. lib. 3. ann. DLXV. [g] Balaeus Cent. 2. Script. 82. [h] Infra col. 786. [i] Lin. 17. [k] Lin. 41. [l] Beda lib 3. cap. 4. Huntingdon. loco citato, &c. [m] Hist. Eccles. lib. 3. cap. 5. [n] Ibid. ca[p.] 3. [o] Florentius Wigorniensis anno DCXXXV. [p] Lib. 3. cap. 3. [q] Londini MDCXLIII. [r] Hist. Eccles. Sec[.] 7. cap. 31. [s] Apparat. lib. 1. cap. 15. [t] Videsis Jacob. Usserium Armachanum de Brit. Eccles. Primordiis cap. 15. pag. [6]97. [u] MS. in Bibliotheca Cottoniana fol. 3. 1. [x] Scot. Hist. lib. 9. fol. 175. &c. [y] Ibid. cap. 17.

ac monasterio destinatus (ubi vocabuli illius idem qui ante usus) *ac tempore non pauco in episcopatu mansit.* Atque alibi in eundem sensum dicitur ille Bedae [a], *Gradum episcopatus, a Scotis ordinatum ac missum, accepisse.* Pariter Finanus creatus est ut Aidanus, atque alios in Anglia etiam ille ordinavit [b] episcopos. *Trumhere* item Anglus, episcopus Merciorum, simul & Lindisfarnensis & mediterraneorum Anglorum, *edoctus* Bedae [c] dicitur & *ordinatus a Scotis,* ubi Alfredi regis versio ȝehalȝad ꝼram Scottum, *consecratus a Scottis.* Haec jam dicta ad seculum septimum attinent, cujus sub medium seu annum DCLX. ut expressim Beda [d], *Non erat tunc ullus excepto illo Wine* (occidentalium Saxonum seu Wintoniae episcopo) *in tota Britannia canonice ordinatus.* In Gallia [e] enim, juxta canones receptiores, ordinatus fuerat ille. Undenam vero nullus praeter eum *canonice in toto Britannia ordinatus?* Plane quoniam ex seminario illo Hiiensi seu presbyterii jure tunc Scotico, secundum am ostensa, per successiones reliqui omnes tum uperstites creati fuerant. Quae sane res tandem Anglis haud parum seculis in illis displicuit, unle Oswius Northanhymbrorum & Ecgbertus Canuariorum reges a Roma petierunt [f] viros ejusnodi, qui canonicas sanctiones hac in re aliisque àtis observarent. Hinc tandem Theodorus archipiscopus Cantuariensis circa annum DCLXX. a /italiano pontifice Romano missus, eas ita invex: observarique curavit, ut Scoticana illa seu presyteralis Culdeorum ordinatio apud Anglos diuius neutiquam admitteretur. Sed vero apud Scoorum Culdeos, maxime in monasterio illo insuano seu Hiiensi, quod velut caput & sedes priaria eorum erat, jus pristinum vetusque retineatur. Nec omnino ante mutatum fuerat ex eo uod, paulo post annum CCCCXX. Palladius a Coestino pontifice Romano *ad Scotos* [g] *in Chrium credentes missus, primus* ibi factus est inde *iscopus,* generatim item *episcopus & apostolus cotorum* dictus, & canonice ordinatus. Unde ector Boethius [h], *Erat Palladius primus omium qui sacrum inter Scotos egere magistratum summo pontifice episcopus creatus; quum ana populi suffragiis ex monachis & Culdeis ponfices assumerentur.* Etiam Buchananus [i], *Credir Palladius primus episcopos creasse. Nam l id usque tempus, ecclesiae absque episcopis r monachos* (seu Culdeos illos) *regebantur, mire quidem cum fastu & externa pompa;* & Maino, Sigeberto [k], aliis, *primus* Scotorum *episous* vocatur. Etenim disciplina a Palladio caonica sic introduci coepta mores, hanc circa n, adeo ibi receptos, nec abolere quibat nec pedire, ut ex ostensis etiam, si tempora aniadvertas, palam liquet. Et signantius quidem *bas & presbyter* vocitari solebat praefectus mosterii illius Hiiensis, uti aliorum itidem per Scotiam, ut inde denotaretur amplissima ex nominibus illis, juxta jus ejusdem singulare, potestas. Inde etiam Adamannus sub annum DCC. *Presbyter & abbas monachorum qui erant in insula Hii,* ut ex Columbae successoribus, Bedae nuncupatur [l], & Sigeberto [m], *Presbyter & abbas Scotorum,* quod generale apud illos nomen dignitati ejus singulari consonum. Plerique eundem illum faciunt cum eo qui, uti alii monachi, vixit in sanctimonialium monasterio quod [n] *Coludi urbem* cognominant, *urbem* item *Colodanam, Coludanam,* & Coludeꝛ buꝛhȝ; unde etiam *Coludius* dictus, ut Balaeo, Gesnero, Possevino, aliis [o]. Etiam *ordinis* eum vocant interdum *apostolici & monachum sine votis.* Sed Arnoldus Wion [p] binos facit Adamannos, alterum abbatem Hiiensem, alterum Coludium hunc. Dictum autem eum sic esse ait Thomas Dempsterus, *ab urbe Scotiae in Maeatis seu Merchia, Ptolemaeo Colana* (Colania) *Bedae Coldana, & Coludi. Hodie vero est* **Coldinghame**, *& non sine sanctitatis opinione, multorum monachorum pater.* Certe non suspicari nequeo in *Coludi urbe,* quae id genus etiam aliis hic ejusmodi vocibus denotatur, latere seu obscurius exhibere se veterum Culdeorum nomen, utpote eorum frequentia aut solenniori forsan conventu, prae locis aliis, nobilitata. Nec ita Colaniae Ptolemaei (quam etiam alii [q] pro **Coldingham** hic accipiunt) ratio ex sono habenda ulla. Beda autem etiam Nyniae (qui *Nimas* aliis [r] dictus & *Ninianus* [s]) velut nomine quidem episcopi ad Candidam Casam, meminit; loci scilicet in occiduo Angliae & Scotiae confinio sic nominati, *eo quod ibi ecclesiam de lapide, insolito Britonibus more* (Nynias) *ille fecerit,* ut Bedae verba sunt; unde & Scotis & Anglis eadem notione **White-hearne** etiamnum vocitatur quemadmodum olim Saxonibus æt Ƿpitan Eapne [t] unde episcopi illic etiam *Witternenses* dicti [u]. Nec alium esse conjectat vir doctissimus [x] ab Novantarum urbe Λευκοπιβία Ptolomaeo [y] sic dicta quae, pro *Luguvallum* apud Antoninum [z] sumpta, ab aliis Carleolum esse existimatur. Conjectura illa maxime nititur secura nimis lectionis Ptolemaicae (de qua etiam obiter monere liceat) mutatione. Non solum enim legit ille Λευκοπιβία, quasi sic in Ptolemaei legeretur exemplaribus, sed dum de urbe illa disquirit, *Quid ergo,* inquit, *si Candidam Casam, quam Britanni dixerunt, Ptolemaeus suo more Graece* λευκ' οἰκίδια *converterit? Id est, domicilia candida; pro quo librarii Leucopidiam nobis obtruserunt.* Sed vero Ptolemaei codices editi constanter habent hic Λευκοπιβία, non Λευγοπιβία, uti etiam codex ejusdem pervetustus optimusque MS. bibliothecae Arundellianae. Conjecturam etiam hanc in Thesauro suo Ortelius ut advertendam exhibet. Atqui cum certum sit ex ipso Beda, nomen illud Candidae Casae sub Niniano ob aedes

Ibid. cap. 25. [b] Ibid. cap. 21. & 22. & vide Hist. Eccles. Dunelm. lib. 1. cap. 4. [c] Ibid. cap. 24. [d] Lib. 3. 28. [e] Malmesbur. de Gestis Pontif. lib. 2. [f] Beda lib. 3. cap. 29. lib. 4. cap. 1. &c. [g] Beda lib. 1. cap. 13. sis Thom. Dempster. Hist. Eccles. lib. 15. cap. 998. & Baron. tom. 5. ann. CCCCXXIX. §. 1. &c. [h] Scot. Hist. lib. 7. [i] r. Scotic. lib. 5. rege 42. addesis Thom. Dempster. Hist. Eccles. lib. 3. cap. 313. [k] Ann. CCCCXXXII. [l] Beda lib. 5 ap. 16. [m] De Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 64. [n] Beda lib. 4. cap. 25. & 19. [o] Vide Thom. Dempster. Eccles. lib. 1. cap. 3. [p] In Ligno Vitae lib. 3. pag. 408. [q] Camden. Brit. pag. 682. & Ptolemaei editores, &c. [r] cuin. apud Malmesbur. de Gest. Pontif. lib. 3. in Episc. Candidae Casae. [s] Martyrolog. Rom. xvj. Septembris. Hector. Boeth. Scot. lib. 7. &c. [t] Vers. Sax. Bed. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 24. [u] Malmesb. de Gest. Pontif. lib. 3. [x] Camd Britan. pag. 693. [y] Geograph. 2. cap. 3. [z] In Itin. Londinio Luguvallum.

ibi

ibi ab eo candidas extructas, primo ortum esse, id est, non ante annos post Ptolemaeum CCCCL. aut circiter elapsos, qui fieri possit ut in nomine Ptolemaico domiciliorum illorum candidorum inde ratio fuerit habenda ulla? Adeoque lectio apud eum recepta proculdubio retinenda. Tametsi autem Nynias hic vocetur episcopus veluti per prolepsin ex sede ibi, dum Beda scripsit, episcopali adhibitam, uti etiam ab Alcuino[a] aliisque; unde Hectori[b], *Episcopus* dicitur *sanctitate & miraculis clarissimus ac Casae Candidae pontificalis in Galdia* (**Galloway**) *sedis primus institutor, ubi & aedem condidit divo Martino suo avunculo sacram*, atque Bellendenus ejus interpres, **Saint Niniane the first bischop of Galloway quhair he biggit ane kirke in the honour of S. Martyne his eyme**; atque etiam in vita ejus inter sanctos *episcopus*, & in Martyrologio Romano[c] *in Scotia episcopus* nuncupatur, & de eo Joannes Leslaeus[d] Hectoris sequax, *Sedem episcopalem in Galdia primus fixit*; nihilominus nomen illud ei sic tributum, neutiquam in episcopalem, notione vulgari, dignitatem seu canonice evectum illum, aut abbatis aut presbyteri ordine superiorem fuisse, indicare saltem apud Bedam, videtur, sed ex presbyterii & abbatiae jure illo ibi singulari episcopali neutiquam inferiori, uti etiam Columbam, tantum praefuisse. Nam expressim postmodum Beda, de loci illius aliorumque episcopatibus sui temporis verba faciens[e], atque episcopos ipsos recensens, *Pechthelm*, inquit, *in ea, quae Candida Casa vocatur; quae nuper, multiplicatis fidelium plebibus, in sedem pontificatus addita, ipsum primum habuit antistitem*, ubi Saxonica versio ⁊ he ƿæs ðære ſtoƿe ſe æreſta biſcop, *Et is erat loci illius episcopus primus*, quod ad annum spectat DCCXXIII. adeoque tempora Nynia multo recentiora. Et expressim historia Dunelmensis[f] recentior quam diximus; sub annum DCLXIV. id est, diu post Nyniam, *Candida Casa necdum episcopum habuerat.* Etiam Malmesburiensis in episcopis Candidae Casae, licet apud ipsum, ex Alcuino Ninyas (*Nimas* ibi legitur) episcopus generatim vocetur, tamen *Ibi*, inquit[g], *sub extremo Bedae tempore primus factus est episcopus Pethelmus*, id est, secundum jura episcopalia singularia & receptiora & canonica quae alibi plerumque in Christianismo obtinere tunc solebant; utcunque aliis ante, abbatum & presbyterorum nomine, aut saltem episcopi in dignitatem ita singularem, non omnino canonice, sed interim pro more loci seculique evectis, eadem quae ad episcopum vulgo sic dictum indeque discriminatum spectare existimabantur, perficere esset in more positum; idque tum quoad jurisdictionem tum ordinem. Et quidem postmodum etiam inolevit, ut abbates illi quales diximus & presbyteri, in recensione episcoporum[h], locum, illo nomine pariter, licet revera ex diversa, juxta jam dicta, origine & notione, sortirentur; id est, per prolepsin ex fama potestatis eorum per anteriora tempora, non satis animadversa, ut episcopi illic vulgares accepti, nominatique. Certe de episcopis illis Scoticanis vetustioribus haud ita juxta canones receptos, sed a presbyterio, ut dictum est, simplicius ordinatis, nec sedibus, ut alias solitum, affixis, sed *vagantibus qui parochiam non habent, nec scimus* (ut de ejusmodi etiam alibi aliis loquuntur patres Synodi Vernensis[i] anno Christi DCCLV. celebratae) *de ordinatione eorum qualiter fuit*, mentio expressior insuper habetur in concilio Cabilonensi[k] secundo, anno DCCCXIII. Christi habito, ubi legitur, *Sunt in quibusdam locis Scoti qui se dicunt episcopos esse, & multos negligentes, absque licentia dominorum suorum sive magistrorum presbyteros & diaconos ordinant: quorum ordinationem, quia plerumque in Simoniacam incidit haeresim, & multis erroribus subjacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes uno consensu decrevimus.* Et de hisce videsis etiam plura apud Carolum a S. Paulo. Quinimo sane ex jam dictis conjicere non est absonum, ideo, saltem alias inter rationes, Wilfridum, cum in archiepiscopum Eboracensem, anno DCCXX, ab omnibus electus esset, primo *perstitisse* (ut Malmesburiensis[m] verba sunt) *negare, ne a episcopis Scottis, vel ab iis quos Scotti ordinaverant, consecrationem susciperet, quorum communionem sedes aspernaretur apostolica.* Sejunxerat ab illis quidem cum aliosque schisma eorum de paschate illud notissimum. Sed accessisse etiam incertam illam ac minime, juxta sententias aliorum receptiores, canonicam eorum ordinationem, q[uae] terrae etiam alienae nimium ut vides ex synodo Cabilonensi illa turbarentur, necessum est ut ce[n]scamus. Expressim Beda, eos qui Scotos sequebantur, tradit[n] Riponensi monasterio ab Alfre[do] rege eis tunc dato maluisse cedere, *quam pasc[ha] catholicum caeterosque ritus canonicos, juxta R[o]manae & apostolicae ecclesiae consuetudinem, [re]cipere*; in quibus *ritibus caeteris* dubitandum non est singularem illam episcoporum presbyteralem ordinationem, juxta ante ostensa, locum habuisse plane primarium. Summa demum [...] penes Keledeos illos seu presbyteros ejusmodi fuisse, per Scotiam veterem, jus, ut tum sine titulo episcopali, tum titulo illo, pro suo inter[se] arbitrio, ab ipsorum aliquot variatim tributo [...] dutoque, sed ex presbyterii sui simplici jure pr[o]cunte apud illos omnino, neque ex episcopali [...] unde petita consecratione, ullatenus pende[re], tam quae ordinis quam quae jurisdictionis e[pis]copalis dici solent libere praestandi perficien[di]que; quale quidem etiam chorepiscopi in G[er]mania, Galliis, alibique, sibi saepius arrogare [so]lebant[o]; utcunque eo nomine non semel [...] quod in canones de ordinatione episcopali [...] hominibus introductos, licet non in ipsum jus [di]vinum, deliquissent, a pontificibus Romanis, [dam]nati fuerint. Certe in paganismo Romano [...] veteri e cujus exemplis, maxime circa sacra, [...]

[a] Apud Guil. Malmesbur. de Gestis Pontif. in episc. Candidae Casae. Chronolog. Sax. Bedae subjunct. anno DLXIII. Henric. Huntingd. lib. [...] DLLXV. [b] Hist. Scot. lib. 7. [c] Septemb. 16. [d] De Rebus Gestis Scot. lib. 4. pag. 133. [e] Hist. Eccles. [lib. 5.] cap. 24. [f] MS. in biblioth. Cotton. fol. 6. 1. [g] De Gestis Pontific. lib. 3. [h] Vide Ultoniens. Annal. apud Jacob. U[sser]ium Armach. in Brit. Eccles. primord. cap. 15. pag 701. [i] Cap. 13. Binius tom. 3. part 1. sect 1. pag. 398. edit MDCXVIII. Sirmondu[s] Concil. Gallican. tom 2. pag. 3[..]. [k] Cap. 43. Binius tom. 3. part. 1. sect. 2. pag. 195. Sirmondus tom. 2. pag. 317. [l] Geogra[phia] Sa[c]ra pag. 167. [m] De Gestis Pontif. lib. 3. [n] Lib. 5. cap. 20. [o] Epist. 4. Damaso tributa. Leo Magn. Epist. 88. Nic[ola]us I. in epist. ad Rudolphum Bituricensem cap. 1. Dist. 68. cap. 4. & 5. videsis Anton. Augustin. in Juris Pontificii Epitome lib. 6. tit. 1.

pica in Christianismum variatim desumpta sunt, [s]erdotes omnimodi, quasi nunc diceres presby[ter]i, pontificum itidem ac ἀρχιερέων nomine, [qua]si etiam episcoporum diceres, ex more frue[ba]ntur; ita tamen ut juxta populi jus nomina[tio]nis atque jus collegii singulare institutionis [seu] canonicae (ut juxta mores nostros dicere [lic]eat) ordinationis seu cooptationis aut de[mu]m secundum jura principum, in quos jus [ill]ud dictum populi transiit, ab eisdem pontifex [ma]ximus seu ἀρχιερεὺς μέγας uti & collegae ad[su]i crearentur. Adeoque ordo pariter illis uni[ver]sis ipsique pontifici maximo communis idem[qu]e erat, licet gradu seu dignitate hic ita a popu[lo] seu principe ac collegio creatus praecelleret. [C]ompluribus observatu, hanc circa rem, in Ro[ma] veteri dignissimis tantundem apertius osten[dit] vir doctissimus Jacobus Gutherius jurisconsul[tus] egregius [a], quem, si placet, consulas, ubi eti[am] quod habetur de pontificum seu sacerdotum [eju]smodi, διὰ βίου ad vitam seu perpetuorum [jur]e animadvertendum. Jam vero sub tempora [qu]ibus Turgotus in episcopatum S. Andreae evec[tus] est, seu circa annum MCX. jus illud totum (si [his]toriae Dunelmensi jam allatae fides) Keledeis [ad]emptum est translatumque in episcopatum illum [can]onice undiquaque institutum; adeo ut secun[du]m vim & sensum ejusmodi ademptionis transla[tio]nisque, Keledeorum conventus nullus, qua [si]mpliciter talis, jura illa pristina episcopalia ex [pre]sbyterii jure pendentia indeque ortum sortita, [ult]in legitime exercere posset, sed jura illa pristina [eo]rumque appendices universi, aut in episcopali [S.] Andreae sede illa canonica velut immergeren[tur], aut ab ea postmodum semper sibi, sed cano[nic]e, aut quasi in canonica sic versa, retinenda [ess]ent usurpandaque. *Transire* enim *jus* seu *do[mi]nium* apud jurisconsultos [b] est, sic legitime [tr]*ansferri*, ut ejus ad quem transfertur omnino [fi]at. Verum, ut in rebus hujusmodi fieri assolet, [qu]emadmodum tum chorepiscopi jam memorati, [ut]unque damnati, juribus episcopalibus dictis om[ni]modis nihilominus se, pluribus in locis, auda[ci]us postea immiscebant, tum abbates [c] etiam, [lic]et non exempti, parilia sibi, utcunque inhibiti, [ex] abbatialis presbyterii facultate, sibi jura subin[de] vendicabant (& sane etiam absque episcopali [dig]nitate abbates, qua tales, ex indulto pontificis [Ro]mani, quod plane jus humanum est, nec aliter [a]ue alia quaecunque jura humana divino fun[dat]ur, pari cum episcopis seu pleno tam ordinis [int]erdum quam jurisdictionis semper jure rite frui, [a j]urisconsultis [d] satis conceditur) ita sane com[pe]ribus post Turgoti episcopatum Sanctandrea[nu]m annis, sexaginta aut circiter, haberi videtur [K]eledeorum translationi illi per Scotiam juris [...] aut renitentium aut illam non satis admitten[tiu]m, sed jus suum pristinum aut mordicus reti[ne]ntium aut enixius revocantium, luculentissi[mu]m vestigium apud Petrum Blesensem, sub Hen[ric]o secundo seu anno MCLXX. florentem, ubi inseritur epistola ab ipso opinor conscripta [e] nomine Richardi tunc Cantuariensis antistitis ad episcopos Angliae de non admittendis episcopis illiusmodi exteris ac vagantibus, in qua legitur, *Sed & diebus istis quidam pseudoepiscopi Hibernienses aut Scoticae linguae simulantes barbariem, cum a nullo impositionem manus acceperint, episcopalia populis administrant.* Et paulo post, *Quoniam igitur ex talium administratione in eccl sia Anglicana multiplex occasio scandali jam emersit, eosque, quorum ordinatio dubia est, sacri canones non admittunt, universitati vestrae mandamus atque praecipimus quatenus per vestras dioeceses generaliter prohibere curetis ne tales ministrare permittantur episcopalia qui barbarae nationis sunt atque ordinationis incertae.* Sane apud hosce, Keledeorum jus ipsum vetus aut simile aut demum ejusdem obtentus superstes videtur diu postquam sic transivisse narratur totum eorum jus in ecclesiam Sanctandreanam. Sed vero Dempsterus, de jure eorum illo vetere locutus, id *Primum*, ait in Apparatu [f], *in electione Sanctandreani episcopi Cellachi II. abrogatum, translato jure ab iis ad clerum, Scotichron. lib. VI. cap. XXIV.* & postmodum, in Historia Ecclesiastica [g] gentis Scotorum, remansisse ait penes illos jus illud, *Donec Guilielmus Lambertonus a canonicis electus S. Andreae episcopatum tenuit, ut in Titulis Memorabilibus lib. VII. cap. III. dixi. Sed huic electioni reclamarunt Keldei & maxime Auminus eorum princeps Romam provocavit & eo se contulit, sed incassum. Nam non modo electus approbatus a pontifice sed omne jus deinceps Keldeis abrogatum, Scotichronicon lib. VI.* anno scilicet MCCXCVIII. Certe coenobitarum seu monachorum coetum in ecclesia illa, uti in aliis, per secula vetustissima ex Keledeis sic dictis constitisse verum est, si fides scriptoribus Scoticanis qui etiam scribunt Constantinum III. Ethi seu Heddi filium, Scotiae regem circa annum DCCCCXL. *summo deposito magistratu in piorum coetum qui in divi Andreae apostoli tum aedibus erant (Cultores Dei ea aetate; id est, Keledei) migrantem, tonsum se coenobio sacrasse,* ut Hectoris verba sunt [h], pro quibus substituit Bellendenus, He past to the abbay of faint Andros and scheaf him thair ane chanon. Joannes autem Fordunius, in Scotichronico MS. [i] *Regno sponte dimisso, religionis in habitu Deo serviens apud sanctum Andream, Killideorum abbas effectus, annis quinque vixit.* Scilicet post excidium illud Broningfeldiae gravissimum, ab Anglis sub Athelstano rege illatum. Habetur etiam chronicon rhythmicum MS. [k] a Scoto mihi anonymo lingua vernacula congestum, idque a seculis vetustissimis usque ad Robertum tertium regem seu annum MCCCCV. sed tam in capite quam calce mutilum, ubi, de Constantino hoc habitum apud S. Andream Keledeorum sumente, legitur:

[a] De Vetere Jure Pontificio lib. 1. cap. 6, 7, 8, &c. [b] L. 80. D. tit. de Legatis 2. L. 14. D. tit. de Rebus creditis l. 7. §. ult. [...] de Rebus eorum qui, &c. [c] C. 12. Extr. tit. de Excessibus Praelatorum, Innocent. III. in Concil. Lateran. cap. 60. [d] Vide Ascan. Tamburinium de Jure Abbatum Disp. 1. 2. & 19. & tom. 2. Disp. 14. [e] Petr. Blesensis. epist. 53. [f] Cap. 13. [g] [...] 1. cap. 45. & videsis Jacob. Usserium Armachanum de Britannic. Eccles. Primordiis cap. 15. pag. 659. [h] Hist. Scot. lib. 11. fo[l]. 217. 48. [i] In bibliotheca Cottoniana lib. 4. cap. 23. [k] Ibidem lib. 6. fol. 97. 2.

Heddis ſon, callit Conſtantin,
Kyng was thretty yhers and nine.
Kyng he ceſſit for to be
And in Sanct Androis a KYLDE
And thar he liffit yhers five
And abbot made, ended his lyve.
Of him thar war thir verſe
In Latyne written to rehers:

Conſtantinus idem cujus pater Hed *fuit Abbas*;
Bis deca rex annis vixerat atque decem.
Andreae ſancti fuit quinquennis in orbe
Religioſus ibi, &c.

Atque pro Latinis interſerta hujuſmodi Apollinis carmina hic illic habet autor hic perplurima. De rege illo Buchananus [a], *Ejerato ſponte magiſtratu ad Culdeos, hoc eſt, Dei cultores (ita enim illius aetatis homines monachos vocabant) ſe velut in portum recepit ac reliquos vitae annos quinque inter eos ad fanum Andreae tranſegit.* Adeoque, quantum video, jus illud a Keledeis per univerſum regnum Scotiae tranſlatum in eccleſiam Sanctandreanam, ita debet intelligi, ut quicquid ad reliquos alibi Keledeos, juxta priſtina eorum jura attineret, id totum jam ad Keledeos Sanctandreanos ſeu illorum coetum ibi cum epiſcopo ſuo conjunctum transfunderetur. Sed vero dum non ſecundum hiſtoriam quam citavimus Dunelmenſem de *diebus illis* in quibus ſic tranſlatum eſt jus illud, id eſt, Turgoti epiſcopi aevo ſeu circa annum MCXV. tranſlationis ſeu ceſſationis ejuſmodi juris collocat ex Scotichronico ſuo Dempſterus, ſed ſub annum MCCXCVIII. perquam mirum mihi videtur, ſi modo eouſque Keledeorum per Scotiam jus priſtinum illud ſingulare duraſſet, quod nullam eorum mentionem nedum res juxta jus illud geſtas ullas comperiamus apud ſcriptores Scoticos ubi diligentius interdictum illud Scotiae univerſae, uti & Angliae, ab hirudine illa nummorum nequiſſima, Gualone cardinale, Innocentii tertii circa annum MCCXVIII. ſeu tempore Alexandri regis ſecundi diuque, ut vides, ante annum illum MCCXCVIII. in Britanniam legato illatum, excommunicationeſque tam cleri totius, excepto Guilielmo epiſcopo Sanctandreano in Galliis tunc agente, quam populi conjunctas uti & abſolutiones enarrant [b]. De praelatis & clericis & omnibus clericis tam religioſis quam ſecularibus tyrannide Gualonis, etiam rege & laicis univerſis, graviſſima oppreſſis; de hiſce per ſe ab archiepiſcopo Eboracenſi & epiſcopo Dunelmenſi, ut alii, alii Sariſburienſi, impetrata prius a Gualone, uti legato, venia, Berwici abſolutis; de illis in ampliorem nebulonis praedam, uſque dum ſe nummorum vi redimerent, interdicto & excommunicatione conſtringi juſſis; & demum de ſingulis ob intolerabilem rei nequitiam conquerentibus affatim loquuntur. Et Chronicon Scoticum MS [c]. quod diximus rhythmicum:

The archebuſchoppe of York that yher
Be autorite and power
Off the pope aſſoiled then
Alexander our king and his lawit men.
Bot the biſchopis and the clergy
Yhit he leit in curſing ly
Al bot of Saint Andrewis ſe
The biſchop Wilyam; for cauſe that he
In the kynrik was of Frawns
Al the time of this diſtans
That was betwyn the realmys twa
Scotland and Inglande; bath war ya
Of this diſſeſe. Gut tretois paſt
To this legat at the laſt.
His power he commytted then
Tyl twa commendyt famous men,
The tane was priour of Durame
The tother archedeyn of York, Gawte be name
Was the tother, and to thir twa
Furme and power he gaf allwa
That the clergi of Scotland
That in this curſing was lyande,
Tham til bring til his preſens
That had but litil til their diſpens.
Qwhen thai herde qwhar the depputis be,
Bathe hewid and fut and ſhanks bar
Sullde kneyl and ask in thar preſens
To be aſſoilyende of that ſentens,
And bind them til halykirkys law.
Than fyrſt the deputis ſulde til them ſea
Thar fra them in furtheryng mar
Thay ſulde never be contrar
To the kynrik of Inglande
Na to the kyng in it regnande,
In makyn, helpe, nor in counſayle,
Favor, rede, nor ſuppowale,
Bot gif it war in thar defens
Under the payne of reincidens.
To this thai fande a cawtion
And tuke thar abſolution.
The deputis al thus chargit paſt
Into Scotlande allſa faſt
Northe attour the wattyr of Tay
Til Abbyrbrothole, and thar bad thai,
And thar gaf abſolution
As thai had in commiſſion
To the clerks that come of the Northlandis
That to them ſoucht in thar erandis
That thai pure and ſympil thoucht
And litil had to gif, or noucht.
The biſchopis and the gret prelatis
And rentyt clerks of gret ſtatis
And the kyngs famyliers,
Clerks gret, in to thar yhers
That bundyn war in that ſentens,
He bad them cum til his preſens,
Sin thai war bettyr bodyn to pay,
He aſſignyt thaim a ſet day
And ſtode, that was at Allerton
To take thar abſolution,
Sum of tha that riche he kende,
For malis to the cowrt he ſende,
And part he aſſoilyende thar
That tyl hym moſt pleaſſand war

[a] Rer. Scotic. lib. 6. Rege 75. [b] Hector Boeth. Scot. Hiſt. lib. 13. fol. 282. Jo. de Fordun in Scotichron. lib. 6. cap. 23, &c. Buchan Rerum Scotic. lib. 7. Rege 94. Chronic. Melroſenſe MS. in biblioth. Cottoniana anno MCCXVII, &c. [c] In biblioth. Cottoniana lib. 7. fol 31. 2.

Be

Be giftis or be othir thyngis
As acquyntans, slychtis or flechingis.
All thus he oppist his malice
Agayne Scotlande mony wisse.

Cleri per Scotiam tunc universi, ejusque generum singulorum, in jam dictis gerendis, gravissime turbatorum, sic mentio amplissima apud scriptores illos habetur; nihilo omnino de Keledeorum jure aut more interea adjecto, utpote diu, ut ostensum est, ante adempto & in ecclesiam Sanctandreanam translato. Haud pauca in historiis Scotorum occurrunt alia, per intervallum illud a Turgoti aevo ad annum illum MCCXCVIII, quae tantundem manifesto satis exhibere videntur; maxime vero quae saepius in Chronico Melrosensi[a] prae aliis reperiuntur de episcoporum Sanctandreanorum, Glascuensium, Candidae Casae, aliorum complurium uti & abbatum priorumque per Scotiam electionibus ac circa eas subinde controversiis aliquot subortis, idque per annos tunc retroactos quamplurimos, nulla omnino Keledeorum interventus obtentusve mentione habita, nec aliter sane quam ut inde plane sit eliciendum canonicas tunc sanctiones, cum jure regio, circa electiones ejusmodi publice illic per intervallum illud receptas esse, spreto prorsus, si quid e contra obtenderetur ex veteri illo Keledeorum jure quod sic diu ante disparuisset. Verbi gratia anno MCCLIII. *David*, inquit Chronicon illud, *episcopus S. Andreae ex hac luce transivit, post cujus transitum facta est dissensio in electione, unde facta appellatione prior S. Andreae ex una parte legatos cum suis canonicis & rex ex altera parte suos nuncios cum magistro Abel ad curiam Romanam transmiserunt. Sed magister Abel ut fertur magis diligens suam promotionem quam regis aut regni honorem, a summo pontifice se ipsum in episcopum consecrari fecit & sic a curia discessit. Obiit dominus Gillebertus episcopus Candidae Casae, post quem electus est dominus Henricus Abbas de Sancta Cruce; & de Sancta Cruce factus est abbas dominus Radulfus ejusdem domus canonicus.* Et dein anno MCCLIV. *Magister Abel, regis consilio inprimis contradicente, sed postea annuente, Scotiam ingreditur & in episcopatu suo honorifice suscipitur, qui eodem anno ex hac luce eripitur, post quem magister Gamelinus regis cancellarius a priore & conventu S. Andreae eligitur & a rege & consiliariis ejus in episcopatu confirmatus.* De jure tunc tam regio quam canonico, in electionibus consecrationibusque obtinente, testimonium est luculentum. Nec omnino Keledeorum juris, quoniam ante publice evanuerat, vestigium aliquod ibi cernitur, & ejusmodi sunt in chronico illo alia perplura. Imo etiam in Joannis Fordunii Scotichronico MS[b]. ubi Guilielmus Lambertonus cujus electioni in episcopatum Sanctandreanum reclamasse Keledeos ait e Scotichronico suo Dempsterus, memoratur, hoc tantum de electione ejus habetur, *Obiit reverendae memoriae dominus Willielmus Fraisar, episcopus S. Andreae, &c. eodem anno* III. *nonas Novemb. electus est Willielmus de* **Lambirton** *ad eandem sedem episcopalem.* Nec quid omnino de Keledeorum aut Aumini provocatione habet is adjectum. Qualinam Dempsterus sit hic usus Scotichronico, fateor me nescire pariter atque nescio plane, uti & mecum puto alii, unde non pauca ei temere nimis effusa habeantur. Joannis quidem Fordani (sic eum vocat) ut autoris Scotichronici meminit[c], cujus continuatorem etiam & exscriptorem facit magnum Macullochum[d], qui a secretis Guilielmo **Shewes** archiepiscopo S. Andreae floruit Edinburgi, anno MCCCCLXXXII. Vixisse autem ait Fordanum suum sub annum MCCX. seu tempore Joannis regis. Pitseus[e] item uti ex eo doctissimus Vossius[f] habet Johannem de Forda vel **Fordeham**, vel **Fordon**, coenobii nempe Fordensis in Devonia abbatem, eidem tempori assignatum, cui etiam Scotichronicon MS. in bibliotheca collegii apud Cantabrigienses Benedictini expressim tribuunt. Sed vero hallucinatio est manifesta. Joannem de Forda, seu abbatem illum Fordensem tunc vixisse & Joanni regi ab confessionibus fuisse satis est merito receptum, & opera ejus recensentur a Lelando, Balaeo[g], Gesnero, Possevino tum theologica tum historica aliquot, quibus Scotichronicon recte non connumerant illi. Etenim ejus plane alius & seculis aliquot recentior autor erat Joannes de Fordun (nec dubitandum quin Scotus fuerit) qui ab origine in Britannia Scotorum suorum historiam suam libris sex usque in annum MCCCLX. aut circiter deducit seu Edwardi tertii tempora plusquam media, & Vicentium Bellovacensem etiam & Polychronicon Ranulphi Cestrensis citat[h], unde etiam palam liquet de eorum errore qui sub Joanne rege eum collocant. Initium in MS. Cottoniano est, *Ex variis quippe veterum scriptis cronographorum intelligitur quod gentis antiquissimae natio Scotorum a Graecis & AEgyptiorum reliquiis caeteris mari rubro cum rege submersis primum ceperat exordium.* De autoris nomine praefigitur tristichon ad hunc modum,

Incipies opus hoc Adonai, nomine nostri
Exceptum scriptis dirigat Emanuel.
Fauces ornate ructent, dum verbula nectant.

Et adposita sic hujus explicatio,

J. o. h. a. n. n. e. s. d. e. f. o. r. d. u. n.

Subjungitur item

Compilatoris nomen superis elementis
Construe, quem lector, precor ora scandere coelum
Atque Pater Noster offer amore Dei.

In tristicho priori vides literas cujusque vocis initiales compactas Johannes de Fordun reddere. Adeoque de nomine ejus plane securi, de aetate qua scripsit haud ita incerti sumus. Sub Edwardo nostro tertio aut Richardo secundo, ne quidem ambigendum. Locus, unde nomen sumpsit, haberi dicitur in Marni regiuncula Scotiae mari orientali obversa. Guilielmus Camdenus[i]; *A*

[a] MS. in bibliotheca Cottoniana. [b] In bibliotheca Cottoniana lib. 6. cap. 71. [c] Hist. Eccles. Gent. Scot. lib. 6. cap. 543. & n Scriptorum Scot. Nomenclatura. [d] Hist. Eccles. lib. 12. cap. 911. [e] AEtat. 13. Script. 297. [f] De Historicis Latinis lib. 2. cap. 56. [g] Cent. 3. Script. 66. [h] Lib. 4. cap. 36, &c. [i] Britannia pag. 712.

mari

mari remotior Fordon *locatur cui a Joanne de* Fordon (*maluit ipse* Fordun) *aliqua gloria qui hinc oriundus Scotichronicon magno labore sedulo congessit. Cujus studio recentiores Scotorum historici plurimum debent.* Codex ille Fordunii Cottonianus, non manu unica exaratus, in fronte prima, ut possessoris nomen, adscriptum habet Scheves uti etiam in pagina una & altera sequente, quod sane mihi pro eodem accipiendum videtur ipso Guilielmo Schewes, Sevesio Buchanano[a] dicto, qui archiepiscopus Sanctandreanus sub annum MCCCCLXXX. seu sub Richardo Angliae & Jacobo Scotiae regibus tertiis quasi primus (nam vix dici potest Patricius Grahamus, qui antecessit, archiepiscopus, licet nomen illud Romae primo impetrasset) a secretis sibi habuit magnum illum Machullochum Scotichronici hujus exscriptorem & continuatorem Dempstero, dictum. Habetur etiam penes virum praestantissimum Jacobum Usserium Armachanum, codex Scotichronici ejusmodi MS. acephalus quidem, sed pariter in Edwardi nostri tertii seu Davidis II. regis Scotorum tempora deducti; ita tamen ut liber in Fordunio jam dicto sextus qui a rebus Malcolmi III. incipit, hic velut per se operis singularis initium, utcunque antecedentibus conjunctus, faciat. Neque enim ibi carmen illud librariis in codicum initiis solenne, *Assit principio sancta Maria meo,* solum habetur, verum etiam titulus adjicitur, *Incipit liber Cronicorum regni Scotiae incipiens ad Malcolmum Canmor maritum sanctae Margaritae reginae Scotiae.* Certe aevo illo Turgoti, id est, Malcolmi tertii & S. Margaretae tempore compluria momenti plane gravissimi quae receptis alibi in Christianismo canonibus moribusque adversarentur reformata fuisse legitur tum in obviis de eis Scotorum historiis tum in S. Margaretae vita, licet in illis de Keledeorum jure vetusto tunc adempto nihil ullatenus compareat, quale quidem omnino agnoscendum, sive editos sive MS. quos mihi videre contigit, Scoticarum rerum scriptores spectes, modo Dempsteri nimis incerta excipias; ut de annalibus aliorum ecclesiasticis, qui prorsus itidem hic silent, nihil adjiciamus. Adeoque Historiae illi Dunelmensi, quam diximus, terminum prisci Keledeorum juris legitimum, utcunque postmodum mordicus a nonnullis retineretur, omnino debemus. Caeterum a Keledeis, quorum causa, digressione tanta non ita opinor aut contemnenda aut intempestiva usi sumus, ad Turgotum ipsum historiamque ejus ita ei plagio surreptam redeamus. Dignitatem ejus in Scotia episcopalem memorat Hector Boethius[b] cui dicitur *Vir sanctissimus eruditissimusque.* Biographi[c] etiam & historici alii similiter de dignitate illa loquuntur, ac elogiis eum subinde non imparibus ornant. Idem est qui Florentio Wigorniensi dicitur *Thurgodus,* ubi[d] eum in episcopatum illum narrat consecratum. Mortuum igitur esse eum ex superius ostensis liquet anno Christi MCXV. & per complures ante annos cum primis sui seculi claruisse. Etiam Simeoni[e] dicitur *Episcopus Scottorum* (apud quem itidem eodem moritur anno) & pariter Hovedeno[f]; qui plane titulus ante erat ipse episcopi Keledeorum seu Culdeorum jam memorati, quoties nempe unicum vellent ordinare, velut nationis primatem. Et sane titulus ille singularis, juris Keledeorum superius ostensi in episcopatum illum translationem, haud parum sapere videtur. Atque inde sumitur quidem, nec immerito, viris doctissimis, illo ir aevo seu Malcolmi tertii ac Turgoti seculo, id est, *diebus in illis,* ut verba sunt Historiae Dunelmensis recentioris, primum episcopos Scoticanos suas habuisse distinctas dioeceses, quum ante qui episcopi, quales diximus, ex jure Keledeorum essent, locis ut sedibus assignati, nedum affixi reperirentur nulli. Guilielmus Camdenus[g]; *Scotorum episcopi munera episcopalia, quocunque fuerant loco sine discrimine obierunt usque ad Malcolmi tertii tempora, circa annum scil. restauratae salutis* MLXX. *cum suis finibus & limitibus dioeceses essent conscriptae. Postea de cursu temporis haec constabilita fuit in Scoti hierarchia.* Scilicet ea quam ibi recenset archiepiscoporum & episcoporum per Scotiam dispositorum. Episcopatus autem ille Sanctandreanus qui, ut alii per Scotiam, antistiti ut metropolitano suberant Eboracensi idque usque in Jacobi tertii tempora seu annum quasi MCCCCLXX tandem non solum in archiepiscopatum sed & *in primatum totius Scotiae,* titulum sane translationi in illum veteris Keledeorum juris apprime consonum, ex indultu regio & Sixti quarti pontificis Romani, migravit[h]. Se vero demum ex eo quod dictum est, ipsum tenuisse prioratum Dunelmensem tempore quo conscripta est haec ecclesiae illius historia, manifestum satis fit, intra prioratus ejus vicennium, id est inter annum MLXXXVII. & MCVIII. conscriptam eam fuisse, quo sane tempore Simeonem scriptorem fuisse non videtur omnino admittendum maxime si, ut recipi solet biographis, floruerit ipse anno MCLXIV. Quid quod verba illa, *Qui dudum sibi traditum prioratum tenet,* id est, *hodie, jam nunc, dum scribuntur haec, tenet,* seorsim sumpta, satis innuere possent, annis prioratus ejus prioribus seu etiam ante annum MXC. historiam illam esse saltem inchoatam atque ad locum illum perductam. *Dudum* enim electionis tempus hic designans, de tempore paulo ante elapso usurpari solet. Caeterum palam est e illo quod ante de contrectati S. Cuthberti corporis tempore advertitur, annum MCV. aut concurrisse aut velut praeteriisse dum scriptum hoc molitus est autor, quisquis is fuerit. Adeoque intra vicennii prioratus ejus triennium postremum, absolutum est, quod sane Simeonis scribendi tempus haud parum videtur antevertere. Haud igitur omnino postmodum in schedulis sparsim disjectae jacuere res Dunelmenses Simeonis tempore, nedum ab ipso, ut autore primo, digestae sunt (ut loquitur ipse in apologia su

[a] Rer. Scotic. lib. 12. [b] Hist. Scotorum lib 12. fol. 259. 2. [c] Balaeus Cent. 2. Script. 60. Pitseus Aet. 12. Script. Vossius de Historicis Latinis lib. 2. cap. 48. Arnoldus Wion Ligno Vitae lib. 2. cap. 18. Thom. Dempster. Hist. Eccles. Gentis Scot. lib. cap. 1143. Jo. Leslaeus Rossensis de Gestis Scotorum lib 6. reg. 86. [d] Chronic. ann. MCIX. [e] De Gestis Regum ann. MCX. [f] Anno MLXXIII. [g] Britannia pag. 683. [h] J. Ferrerius in App. ad Hectorem fol. 389. 2. Jo. Leslaeus de Reb. Gest. Scot. lib. 8. rege 103. Buchanan. Rerum Scotic. lib. 12.

·d complaribus ante annis, plane ab alio, atque, : non credere nequeo, ab ipſo Turgoto conſcrip-e & dein a Simeone, ſui in gloriam, nomine o falſo inſignitae. Accedat, licet *Turgoti* no-ıen ejuſque res ſingulares hic aliquoties occur-ınt, ut in loco jam ante allato, de eo quod eſt omitem illum fuiſſe Aldwino, ac ſub magiſterio us in prioratu diu degiſſe, etiam prioratum po-ea, idque tempore hiſtoriae hujus conſcriptionis ım tenuiſſe, & alibi [a] ſolenni more in dignita-m illam eſſe evectum, & demum ampliſſimam lam archidiaconalem &, quantum ad juriſdictio-em, plane epiſcopalem dignitatem per Dunelmen-m dioeceſim ab Willielmo epiſcopo ei conceſ-ım eſſe, aliaque, ut illud de Boſonis viſione, ad ım ſpectantia inſerantur; elogia nihilominus aut udes aliquas ei nullibi adjectas eſſe, sed narrati-nem ſimpliciorem eis omnino, velut de ſcripto-s ipſius induſtria, carentem paſſim haberi; cum ıterim nomina alia illic non raro occurrentia ob nctitatem, mores, doctrinam aliterve haud pa-ım laudentur elogiiſque evehantur. Quod ſane ihi eſt character inter alios admodum luculentus, nde facile elici cernique queat ſcriptorem ipſum uiſſe, qui ita ſolus non laudatur. Certe ſi quis ius de Turgoto eadem ſcripſiſſet, illum opinor oſtinere non potuiſſe ab encomiis, ut fieri ſolet, hiſtoria hac ei, quemadmodum revera meruit, ibuendis. Nec, ut vides, in ſui tempora, uti iſtoriam regum, Dunelmenſem hanc ſic ab alio rreptam deducit Simeon, ſed in annum tantum xcvi. qui in Turgoti codice eſt MXCVII. Diſ-riminis leviculi genus in monachorum aliorum-ue chronologia, etiam dum idem ipſum, pro pputandi diverſitate innuitur, ſolenne. Id au-m certum eſt, mortuo Willielmo epiſcopo Du-elmenſi cui chariſſimus erat Turgotus, ſucceſſiſſe epiſcopatum Ranulphum, tyrannum illum ex la inſignem, cui plane tam pietas ſanctitaſque urgoti quam juriſdictio ab Willielmo indulta uſque in ea ſeveritas adeo erat exoſa, ut ipſe in uſa eſſet primaria epiſcopalis illius in Scotia dig-itatis acceſſionis, unde nempe prioratu ſubmo-eretur adeoque etiam famam ibi priſtinam exiſti-ationemque deperderet. Conſulas ea de re uilielmum Malmesburienſem [b]. Tametſi autem tra prioratus ejus vicennium conſcriptus eſſet odex ille Cottonianus (ſane ni conjectura me llat, etiam autographus ipſe, aut tunc unicus) hilominus in ſcriniis pluteiſve autoris, quamdiu xit Turgotus, diuque poſt delituiſſe illum, nec r exemplaria deſcripta, juxta edendi tunc mo-m, omnino publici juris factum eſſe aut cui-ıam ferme cognitum, aequum eſt ut autume-us. Tantundem certe ſuadet Simeonis in cu-s manus ita deliteſcens incidit, ingens plagii curitas. Atque ita unicus videtur tunc codex c, nec inter deſcriptos in editionem, aliterve que a Simeone ſibi compilatus eſt, cenſitus, ut ıaſi ſemper inter deliteſcentes, quantum ad au-rem verum, forſan etiam in ſeculum noſtrum, cum habuiſſe illum ſit merito dicendum. Fato ıidem feliciori tandem evenit ipſum codicem ſimplicem phaleriſque apparatus ornatuſque Sime-oniani carentem, ſed ſine nomine autoris prae-fixo (quae itidem modeſtia Turgoti erat) e tene-bris priſtinis ita emerſiſſe, ut bibliothecae coeno-bii illius S. Mariae de Fontibus ordinis Ciſterci-enſis a Thurſtano archiepiſcopo Eboracenſi fun-dato donatus eſſet, ibique dum ſtetit ipſum coe-nobium, puto, ſervatus. Fundationis illius an-nus erat MCXXXII. [c] ſeu decimus ſeptimus ab obitu Turgoti. Et ſatis eſt credibile, haud ita diu poſt Simeonis mortem, codicem autoris nomine ſic in fronte carentem, in lucem e ſcriniis ſive ipſius ſive alterius cujuſpiam apud quem celan-dum voluit, ut anonymi opus exiiſſe, de quo jux-ta morem ſeculi, diſquiſitio accuratior nulla. Sane manus vetuſta, qua librum fuiſſe monaſterii il-lius in fronte adnotatur, ſatis indicat, in ipſo funda-tionis illius ſeculo, illum monachis ibi donatum. Sed vero & mirum eſt illud, hiſtoriae MS. quam ſupra memoravimus Dunelmenſi recentiori & ſeculis a Turgoto & Simeone aliquot elapſis con-ſcriptae, eandem praefationem ipſam quae Tur-goti eſt, ſeu caput primum Simeonis libri primi, praefigi, vocabulis primae perſonae, ut reliquis ubique eiſdemque illic ſyllabis, etiam ut in Sime-one, retentis. Vocatur ibi praefatio illa, *Prologus in librum de Exordio & Statu Eccleſiae Cathedra-lis quondam Lindisfarnenſis, poſt Concheſtrenſis, demum Dunelmenſis de Geſtis Pontificum ejuſdem.* De *Concheſtrenſis* hic titulo conſulas Turgotum ip-ſum [d], Rogerum Hovedenum [e], & vitam S. Cuth-berti hic [f] & in Legendis. Prologum ſtatim ſe-quitur initium hoc hiſtoriae ipſius, *Ad ampliorem noticiam ſupra in prologo dictorum & etiam infra dicendorum ſunt hic aliqua de Northumbriae provincia, necnon de regibus qui, ante ſanctum Oſwaldum & ſedis epiſcopalis Lindisfarnenſis exordium, in eadem regnabat provincia, prae-mittenda.* E Beda dein, Turgoti hiſtoria hac (ſed interim nec ipſum nec Simeonem, quantum ob-ſervavi, ejuſdem autorem agnoſcens) Henrico eti-am Huntingdonienſi, Joanne Eboracenſi, Ranul-phi Polychronico, aliis compluria in rem ſuam fuſius deſcribens, res quidem Angliae, maxime ſeptentrionales, nec ſolum Dunelmenſes, diligen-ter exhibet uſque in annum MCXCIV.

Atque apud ſcriptores nuperos recipitur, Tur-gotum nihil aut parum ſcripſiſſe lingua alia quam vernacula. Inde Balaeus editione in utraque, *Vernacula quidem lingua coacervavit de Scoto-rum Regibus lib. I. Chronica Dunelmenſia lib. I.* (quo forſan ex fama aliqua innuitur codex ipſe jam dictus *de Exordio Dunelmenſis eccleſiae*, qui plane Chronicon eſt Dunelmenſe) *Annales ſui temporis lib. I. Vitam Malcolmi Regis lib. I. Vitam Margaretae Reginae.* Citat quidem ille autorem Hectorem Boethium, quaſi eadem tradi-diſſet ipſe. Certe apud Hectorem, tantum hac de re legitur [g], eum S. Andreae epiſcopum fac-tum *Vitam ſanctae Margaretae & Malcolmi Re-gis conſcripſiſſe vernacula quidem lingua* (Joan-nes Bellendenus vertit **in bulgaire language** quae plane Turgoto Anglicana erat) *ſed non minori*

[a] Vide lib. 4. cap. 7, 8, & 9. [b] De Geſtis Pontificum lib. 3. [c] Ealredus Rievallenſis infra col. 338. Joannes Hagul-ſtenſis anno MCXXXII. Hiſt. Jornallenſis dicta col. 1028. Guil. Nubrigens. lib. 1. cap. 14. [d] Infra lib. 2. cap. 13, 16. 20. lib. 3. cap. 1. [e] Part. priore anno DCCCLXXXII. [f] In Hiſt. Cuthberti col. 73. [g] Hiſt. Scotorum lib. 12, 259. 2.

elegantia quam pietate veritateque. Attamen etiam Pitseus scripsit, *Si Hectori Boethio credimus, lingua quidem materna, sed elegantia quadam Demosthenianâ, veritate sincera.* Et libros jam à Balaeo memoratos subjungit, ut sic scriptos. Inde etiam Vossius [a] de Historicis Anglicanis verba faciens; *Etsi praeclare de historia patria meritus sit* (Turgotus) *tamen vix ei hic locus esse potest, quia Britannica lingua* (quae plerumque pro Cambrica seu Wallica sumitur) *scripsit ut Hector Boethius ait, nec quod sciam interpretem Latinum hactenus est nactus, nisi quatenus eum Boethius atque alii exscribunt.* Certe Joannes Fordunius ille [b] ita Turgotum sibi autorem adhibet de S. Margareta aliisque ei coaevis, id est, ita non semel eorum res ex Turgoto ut ab eo congestas describit, ut vix sit existimandum hunc non Latine, seu non ipsa quae affert Fortunius illic vocabula, in annalibus puto sui temporis, scripsisse. Verbi gratia, ubi capitis lemma est, *De felici applicatione Edgari* **Ethlin** *in Scotia & sororis suae Margaretae*, incipit caput, Turgotus; *Cernens autem Edgarus* **Etheling** *res Anglorum undique perturbari, ascensa navi cum matre & sororibus in patriam reverti qua natus erat conabatur. Sed summus imperator qui ventis imperat & mari, mare commovit*, &c. Lemma capitis proximi est, *De conjugio Malcolmi regis & sanctae Margaretae*, quod incipit, *Item Turgotus*; *Rex igitur utcunque Margaretam viderat eamque de regio semine similiter & imperiali genitam esse didicerat, ut eam in uxorem ducere petiit & obtinuit tradente Eadgaro*, &c. Dein *de filiis & filiabus quos de Margareta genuit*, cujus lemmatis caput incipit, *Turgotus*; *Huic illustrissimo viro regi Scotorum Malcolmo ab incarnationis Dominicae anno* MLXX. *suaeque regenerationis* (sic nuncupatur ibi tempus quo *regnum paternum* unde pulsus erat fugatusque *reparavit*) [c] XIV. *quidam tamen scripserunt anno Domini* MLXVII. *Margareta, sicut praemissum est, matrimonio copulatur. Genuit autem ex ea sex filios, Edwardum*, &c. atque ibi quidem interseritur, ut inter Turgoti verba, *Qualis vero & quanti meriti fuerat illa beata regina Margareta apud Deum & homines, vitam ejus laudabilem & mortem ac miracula, liber inde confectus legentibus declarabit.* Haec ille. Historiam igitur seu annales Latine conscripsit, de Malcolmo, Eadgaro, Margareta, aliis, qua sic usus est Fordunius, a Margaretae vitae seu Legendae diversam. Nam & idem paulo post, *De illius magnifici regis Malcolmi virtutum operibus & eleemosynarum largitione sicut in Legenda vitae beatae reginae Turgotus testatur, hic aliqua breviter recitabo.* Et tunc pauculis interjectis, *Fateor, inquit Turgotus, fateor, magnum misericordiae Dei miraculum. Mirabar cum viderem interdum tantam orandi regis intentionem, tantam inter orandum, in pectore viri secularis, compunctionem.* Aliis similibus subjunctis, adjicit ibi *Haec Turgotus*, uti & in sequentibus aliquot pariter ejusdem nomen praefigit ut tam linguae ipsius ibi exhibitae quam rerum narratarum autoris. Etiam Dempstero [d] dicitur cum vita Malcolmi & S. Margaretae (juxta Hectorem) vernacule edidisse & eleganti stylo, sed *Annales sui temporis* Latine. Vossius autem operibus ejus adjicit, *Chronica Dunelmensia quae orditur ab anno* DCXXXV. *& perducit ad annum* MXCVII. quod plane indicat codicem quem diximus (cujus idem initium & finis) ab eo, Turgoto indubitanter tribui, quo nomine itidem aliis [e], a viris apud nos summis edoctis, & demum etiam incomparabili viro Jacobo Usserio Armachano, expressim [f], ac non semel citatur, ut praeteream quod superius de Roberti Cottoni & Thomae Alleni sententiis memoravimus. Antonio Possevino Scotus dicitur. Etiam Thomae Dempstero bini fiunt Turgoti, alter monachus Mailrosensis, alter hic noster (ni fallor ita in binos temere ab illo dissectus) quorum utrumque inter Scotorum sanctos atque velut Scotos citra controversiam sibi similis recenset [g]. Etiam utrique idem dies festus seu Octobris XXII. in Menologio Scotico assignatur. Sed Anglum eum plane nec ignobilem, etiam in juventute clarissimum fuisse dubitare nequeo. Rogerus Hovedenus, ubi de ecclesiasticis pluribus, maxime ex regionibus septentrionalibus accitis, loquitur qui per Angliam ecclesias ac monasteria Danorum irruptionibus diruta & fermè ad nihilum passim redacta, enixius Turgoti aevo instauratum ibant, *Horum Turgotus*, inquit [h], *et unus, postea Scotorum episcopus. Is prosapiam de genere Anglorum non infimo trahens unus erat inter alios obsides qui nuper, subjugata Normannis Anglia, pro tota Lindisseia in Lincollnio castro custodiebantur. Ille pecunia emolliens custodem cum magno suorum periculo fugit clanculo ad Norwegenses*, &c. Summa denique est, ex historia ejus Dunelmensi sic illi vindicata, ipsam etiam in hac Simeonis haberi integram, exceptis ut ante paucissimis aliquot, quae ex eis quae supra attulimus dignoscere satis & supplere cuique bet fas est. Praeterire autem locum in ea de S. Cuthberti Evangeliorum codice libenter nequimus, utpote e quo obiter monendum, quod curiosioribus forsan haud fuerit scitu injucundum. Codicem illum in mari diu demersum postmodum, non sine miraculo, recedente modo insolito aestu, juxta Candidam Casam repertum esse narratur [i], atque ab aquarum injuria omnino illaesum mansisse, etiam in ecclesia Dunelmensi postea servatum. Atque memoratur Eadfridus episcopus Lindisfarnensis, qui *in honorem Cuthberti manu propria scripserat*, etiam Ethelwaldus hujus successor qui *auro gemmisque perornari jusserat*, & demum sanctus Bilfridus anachoreta *qui vota jubentis manu artifici prosecutus egregium opus composuerat.* Totidem ferme syllabis idem traditur in historia quam diximus Dunelmensi [k] recentiori. Haec omnia perfecerant codici jam dicto, superstite Cuthberto, & honoris ejus causa; dum scilicet ecclesiae illius mo-

[a] De Historicis Latinis lib. 2. cap. 48. edit. secundae. [b] Scotichronic. MS. in biblioth. Cottoniana lib. 5. cap. 14, 15, 16. 18, 19, 20, 21. [c] Hector. Boeth. lib. 12. [d] Hist. Ecclesiastic. gentis Scotorum. lib. 18. cap. 1143. [e] ... nus Twinus Antiquitatis Oxoniens. Apologiae lib. 2. pag. 237. locus ibi memoratus habetur in editis ad initium lib. 4. [f] B... nicarum Ecclesiarum Antiquit. cap. 15. pag. 718, 931, &c. loca ibi ex eo adducta sunt in Simeonis Editis lib. 3. cap. 9. 15. 22. [g] ... menclatura Scotorum scriptorum pag. 21. Menologium Scoticum pag. 27. [h] Part. priori ad ann. MLXXIII. [i] Lib. 2 ... 12. & 13. [k] MS. in bibliotheca Cottoniana fol. 18. 1.

ii erant Eadfridus & Ethelwoldus, seu sub annum DCLXXX. Adeoque scriptus est ac sic ornatus annis abhinc DCCCCLXX. aut circiter. Jam vero monere hic visum est, codicem hunc ipsum, tam vetustum tantique semper ibi pretii habitum, proculdubio etiamnum inter bibliothecae Cottonianae cimelia esse visendum. Nempe habetur ibi perpulcherrimus Evangeliorum ejus seculi codex, splendidissime scriptus ornatusque, cui Eusebii & Hieronymi praefationes canones praefiguntur, interserta etiam Saxonica inter lineas versione Aldredi presbyteri, ut ex Saxonicis statim allatis liquet. In calce codicis, ubi ad Joannis Evangelii finem, adjicitur manu coaeva:

✠ *Litera me pandat sermonis fida ministra,*
Omnes alme meos fratres voce saluta.

Ubi claudicat versus secundus; & dein,

✠ *Trinus & Unus Deus Evangelium hoc ante secula constituit.*
✠ *Mattheus ex ore Christi scripsit.*
✠ *Marcus ex ore Petri scripsit.*
✠ *Lucas de ore Petri apostoli scripsit.*
✠ *Johannes in prochemio deinde eructavit verbum; Deo donante & Spiritu Sancto, scripsit.*

Sequitur ibi scriptum Saxonicum in quo expressa operae jam dictae Eadfridi, Ethelwoldi, & Bilfridi in codice illo scribendo ornandoque, juxta quae Turgotus narrat, mentio, uti & Aldredi presbyteri, tum versionis tum scripti hujus Saxonici reliquorumque conjunctorum, sed post Cuthberti ac Eadfridi obitum, autoris. Saxonica idem indicantia ad hunc modum se habent.

✠ Eadfrið Biscop Lindisfearnensis eccle- [he] his Boc awritt aet fruma Gode ⁊ sanc- Cuðberhte ⁊ allum ðaem halgum ða ðe in [ea]londe sint. And Eðilwald Lindisfearneolondingu hit uta giðryde. And gibelde swa he [we]l cuðe; ⁊ Bilfrið se oncre he gismodade [ða] gihrino ða ðe utun on sint ⁊ hit gihrinade mið golde ⁊ mið gimmum aec mið sylfre gylded fuconleasfeh; ⁊ Aldred presbyter [in]digtus ⁊ misernimus (ubi in ora paginae, *Alfredi natus Aldredus vocor, bonae mulieris [fili]us eximius loquor*) mið godes fultume ⁊ [sa]ncti Cuðberhtes hit of gloesade on [en]glisc ⁊ hine gehamadi mið ðaem ðrim daelin. Matheus dael Gode ⁊ sancte Cuðberhti Marcus dael ðaem Bisc. And Lucas dael m hiorode ⁊ aehtora seolfres mið to in[ng]e; ⁊ sancti Iohannis dael fhine seolfne feouer ona seolfres mið Gode ⁊ sancti [Cu]ðberti. ðat te he haebbe onfong ðerh des milsie on heofnum seel ⁊ sibb on eorðo [fo]rðgeong ⁊ giðyngo wisdom ⁊ snyttro [ðe]rh sancti Cuðberhtes earnunga.

✠ *Eadfrid, Oethilwald, Billfrith, Aldred, hoc Evangelium Deo & Cuthberto construxerunt & ornaverunt.* Ex hisce puto nemo dubitabit hunc eundem esse ipsum Cuthberti codicem a Turgoto & Simeone sic memoratum, quod, monimentum adeo venerandum quisquis introspexerit, facile satis ut concedat necesse est. Et demum de Simeone Dunelmensi, hactenus.

II. De Joanne prioreHagulstadensi seu de Hexham, quem elogiis efferunt biographi obvii [a] non est quod plura dicamus quam quod annalium suorum, quibus Simeonis historiam de Gestis Regum per annos viginti quinque continuavit, rebus eum satis fuisse sive coaevum sive vicinum adeoque earundem testem esse perquam idoneum. Floruit sub Henrico secundo rege, etiam, ut interdum volunt, sub Ricardo primo. Sed mirum interea est viro longe praestantissimo aliasque diligentissimo [b], saltem alicui cujus post obitum ejus opera jam prodiit editio ejus altera de Historicis Latinis, excidisse [c], Joannem hunc Balaeo & Pitseo praeteritum, cum uterque eorum vitam ejus inter alios exhibeat, & Balaeus in editione [d] utraque. Etiam in editione prima [e] inter Anglicanos scriptores eum ejusque opera memorans, expressim ipse dixerat, *Alia quoque edidisse ex Balaeo cognosces.* Imo quod mirum magis est, in ipsius editionis secundae [f] libro & capite hic adnotatis eadem ipsa retinentur, sed ut debuere, vocabula; licet alio ibi in loco sic dicatur eum a Balaeo praeteritum. Hallucinatus autem est Gesnerus cui dicitur, *Scripsisse rerum in Anglia gestarum historias a nono anno Henrici secundi, usque in Ricardum primum,* cum scilicet haud ultra Stephanum regem scripsisse eum palam sit.

III. Ricardus itidem prior Hagulstadensis aevi sui historica haec sua conscripsit [g]. Floruit sub Henrico rege secundo. Sub Ricardo primo mortuus est, seu sub annum MCXC.

IV. De Serlone hoc, Bostonus Buriensis MS. [h] *Serlo* (scripsit) *de Oratione Dominica, de Dictionibus Dissyllabis lib. I.* Lelandus [i] cui quatuor inter scriptores Angliae Serlones enumerantur, hunc facit quartum; *Serlo denique quartus,* inquit, *ex canonico Eboracensi factus monachus Fontanus* (coenobii quod supra memoravimus S. Mariae de Fontibus) *deinde & Kirchstallensis* (**Kirchstede** item locus dicitur in agro Eboracensi) *quo dictante, Hugo Kirchostallensis perscripsit res gestas Fontani monasterii, ac originem una cum incremento Bernardinae in Anglia sectae.* Sic Lelandus, quem citans Balaeus [k] quasi ipsius transcriberet verba, alia quae apud Lelandum non habentur, intermiscet. Claruit sub Henrico secundo seu circa annum MCLX. Consulas de eo Chrysostomum Henriquez in Fasciculo Sanctorum [l] ordinis Cisterciensis.

V. Ailredi seu Ealredi abbatis coenobii in agro Eboracensi Rivallensis (is pariter Ethelredus, Aluredus, Adilredus, Elredus, Valredus, aliterque subinde nuncupatur) vitam item scripsit Lelandus [m].

[a] Balaeus Cent. 3. Script. 31. Pitseus aetat. 12. 261. [b] Gerard. Jo. Vossius de Historicis Latinis. [c] Lib. 3. parte altera p. 709. [d] Priori fol. 94. [e] Lib. 2. cap. 52. pag. 374. [f] Pag. 422. [g] Bal. Cent. 3. script. 3 Gesnerus, Pitseus aet. 12. script. 262. Vossius de Historicis Lat. lib. 2. cap. 52. [h] Penes Jacobum Usserium Armachanum. [i] MS. in biblioth. publica Oxoniensi. [k] Cent. 2. script. 91. & vide Cent. 3. script. 81. & Pitseum aet. 13. script. 322. [l] Lib. 2. Distinct. 26. cap. 52. [m] MS. in bibliotheca publica Oxoniensi.

Ealredus

Ealredus (sic nomen ejus illi, & bene, exaratur) *monachus Rhevesbiensis in provincia Lindiorum* (coenobium intelligit agri Lincolniensis **Revesby** dictum, a Guilielmo de Romara Lincolniae olim comite monachis[a] fundatum, ubi coenobitas fuisse sanctimoniales male traditur in Joannis Spedi Catalogo, quod nec in Latina ejusdem Nicholai Harpsfeldii versione[b] corrigitur) *educatus fuit nescio certe quo casu in Scotia cum Henrico Davidis Scotorum principis filio, usque ad ipsos adolescentiae annos, quo tempore ad suos in Angliam reversus divertebat ad Rhevesbienses monachos Cistercienſis ordinis, ubi coelestis vitae ardore totus inflammatus novae religionis jugo sponte collum subdebat, in qua talis tantusque evasit, ut brevi socios ejusdem professionis omnes, omnibus vitae ornamentis superaret. Accessit ad haec literarum cognitio quam una cum Henrico Davidis Scotti filio imbiberat. Quae res tanto illi postea ad omne genus doctrinae incitamento fuit, ut nullum scientiae genus intactum relinqueret. Jamque abbas solo virtutis nomine factus, tanquam clarissimum suae religionis sydus, inter minora lumina eminuit, monachos exemplo docens, literis purioribus informans; quo factum est ut regni nobilibus non minus quam suis charus esset, & abbas secundus Rievallensis designaretur. Atque ne suos tandem abiens desereret, egregia apud illos eruditionis monimenta reliquit, in quibus scribendis praecipua usus est opera Gualterii Danielis diaconi[c], ejusdem collegii monachi, de quo mox plura dicemus, interim connumeraturi libros quos scripsit.* Adjecta dein librorum ejus recensione, quae & Balaeana[d] & Pitseana amplior est, pergit Lelandus; *Fuit in maximo pretio regnantibus Stephano & Henrico secundo regibus, claruitque post obitum miraculis & in sanctorum catalogum relatus. Sepulchrum ejus vidi in ecclesia Rhievallensis coenobii, auro & argento exornatum. Cum haec scripsissem incidit mihi suspicio Ealredum in Scotia fuisse natum ac deinde in Angliam pervenisse. At interim nihil temere adfirmo, veritate nondum excussa.* De eo quod est utrum Scotus fuerit an Anglus, consulas Thomam Dempsterum[e]. Ut sancti[f], vita ejus, nomine Alredi habetur in Legenda Sanctorum Anglicanorum Capgravii. Et in menologiis aliquot dies ei assignatur 12 Januarii. Chrysostomus Henriquez[g]; *In Anglia sanctus AElredus Rievallis abbas, qui postquam dignitates sibi oblatas humiliter contempsisset, omnium virtutum genere decoratus, migravit a seculo, sanctorum numero postmodum ascriptus.* Memoratur item Molano[h], Arnoldo Wion[i], aliis. Confundi autem illum a nonnullis bene ibi notat Chrysostomus ille cum Ethelredo abbate itidem Cistercienſi coenobii Wardonensis[k] in agro Bedfordiensi; quod ex nominis & seculorum utriusque vicinitate evenit. Nec Adilredus Tritemio[l] ac Sixto Senensi[m] memoratus alius est a Wardonensi illo, qui sub Henrico rege tertio seu an- no MCCXX. floruit. Hic autem Rhievallensis su[b] Henrico secundo seu anno MCLXVI. quo mortu[us] est. Videsis de eo etiam Vossium[n], & Chrys[o]stomi Henriquez Phoenicem reviviscentem[o], quo laudibus perquam eximiis effertur, adject[a] etiam e Nicolao Rivallensi monacho veteri q[ui] sub annum MCCXX. fuit sui seculi poeta, & h[a]betur MS. in S. Victoris bibliotheca Parisiis, e[n]comio ejusdem rhythmico:

Inclitus Aelredus conditus aromate morum,
Et mellis favus & dulcedo fuit monach[o]rum,
Flore juventutis hunc regis[p] *regia fovit*
Quaeque nociva, procul animoque manuque r[e]movit, &c.

Haec & reliqua ejusmodi de illo ibi occurrent, e jam dicto Nicolao, cum ejusdem de Ealre[do] aliis aliquot, ante evulgaverat etiam Johannes [Pi]cardus in notis ad Guilielmum Nubrigensem [de] rebus Anglicis scriptorem. Guilielmus ille E[al]redo coaevus epistolam praefigit ad *E. abbat[i] Rievallis*, qui hic ipse est Ealredus noster. Ej[us]dem theologica quaedam, circa annos abhinc [vi]ginti, typis edidit[q] Ricardus Gibbonius e soc[ie]tate Jesu. Et sane vita quaedam Edwardi co[n]fessoris autore Ealredo Anglo monacho & abb[ate] in Rhievalle (qui ipse est hic noster) habetur ap[ud] Capgravium & Surium[r]. Sed vero tum in pr[in]cipio & fine tum saepius in mediis adeo illa c[ar]ta & manca est, ut primae confessoris illius vi[tae] ab Ailredo conscriptae editionis nomen haec q[uae] jam prodit satis mereatur.

VI. Radulphus de Diceto, Dicetensis itid[em] nuncupatus, decanus Londini Paulinus claru[isse] dicitur etiam sub Joanne rege seu circa ann[um] MCCX. Vir erat sui seculi tum ob doctrinam t[um] ob pietatem singularem percelebris. Praeter [bio]graphos editos[s], memorat eum Bostonus Burie[nsis] MS. *Radulphus de Diceto decanus ecclesiae sa[nc]ti Pauli London. Floruit anno Christi* MCXC[VI]. *& scripsit librum cronicorum qui dicitur Ima[gi]nes Historiarum. Cronica sunt Imagines Hi[sto]riarum* (quod pro initio, ut fieri solet, adnotat[ur] in editis hic habetur col. 434. atque etiam [in] MS. Abbreviationum ejus initium idem est, [ut] & Balaeo & Pitseo, quod quidem ab eo sumpt[um] ex Cassiodoro[t] *& finit anno Christi* MCXCV. [qui] numerus biennio est major fine ejus in edit[is][u] hisce cum nomine ejusdem inter alios scripto[res] memorato, etiam & quinquennio eo qui in [op]timis MSS. sic reperitur, sed demum quadrien[nio] minor ipso historiae ejus fine. Inter primarios [An]gliae historicos habitus est sub Edwardo primo r[eg]e, quando simul cum Mariano, Guilielmo Malme[sbu]riensi, Hovedeno, Huntingdonio, ad regum Ang[li]ae in regno Scotiae, ut ejusdem dominorum supre[mo]rum, jus avitum asserendum, inter alia rei tam [ex]-

[a] Videsis Rot. Patentium 9 Edwardi. II. part. 1. memb. 5. Rot. Patentium 24 Hen. VI. part. 2. membrana 21. &c.
[b] Sub[je]cta Historiae ejus Ecclesiasticae.
[c] Videsis Balaeum Cent. 3. script. 3. Pitseum aet. 12. script. 233.
[d] Cent. 2. script. 99 [P]its. aet. 12. script. 227.
[e] Apparatu ad Historiam Scoticam, Menologio Jan. 5. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 457.
[f] De Hi[sto]ric. Latinis lib. 2. cap. 51.
[g] In Menologio Cisterciensium Jan. 12.
[h] In annot. ad Usuvardum.
[i] Ligno [v]itae lib. 2. cap. 48.
[k] Bal. Cent. 3. script. 80. Pits. aetat. 13. script. 318.
[l] De Scriptor. Ecclesiasticis.
[m] Bib[l]ioth. Sanct. lib. 4. in A.
[n] De Historicis Latinis lib. 2. cap. 51.
[o] Cap. 7.
[p] Scotiae.
[q] Duaci [an]no MDCXXXI.
[r] Tom. 1. Jan. 5.
[s] Bal. Cent. 3. script. 62. Pits. aet. 13. script. 300. Vossius de Historicis Lat. [l]. 2. cap. 56.
[t] Divinarum Lectionum lib. 1. cap. 17.
[u] Col. 432. & vide col. 405.

pl[...]

rati juris teſtimonia, adhibitae ſunt ejus pariter toriae, qua de re Thomas Walſinghamius[a]; cujus tum Londini tum Francofurti editis perram vocatur *Radulphus de Luzeto*, uti & ud Poſſevinum *e Rizeto*, in MSS. aliquot Pohronici Ranulphi Ceſtrenſis[b] *de Byzeto*, & in rſione Polychronici Anglicanae veteri Joannis Treviſa typis editae Ralf le Bruyn, Joanni sſo Warwicenſi[c] non ſemel *de Duceto*, & in dice veteri[d] cui titulus eſt, *Suppletio hiſtoriae gum Angliae quantum ad reges Saxonum, anorum & Normannorum extracta per Joanm Pyke de compendio brevi*, dicitur *Radulus de Doiceto*; ubi legitur, *Commendatur a provincia a quodam hiſtoriographo, ſcilicet agiſtro Radulpho de Doiceto decano de Lonnienſi eccleſia; qui compoſuit librum qui diur Imagines Hiſtoriarum, in hunc modum; Brinnia, ſicut legitur, inter inſulas omnes eſt vel ima vel maxima; quam natura benignior a eo reddidit ad inhabitandum acceptam, ut icquid uſus deſiderat vel appetit luxus, ex ea oveniat aut aliunde tranſvehatur ad eam. dvenas etiam quovis deſiderio accedentes ad m allicit, eouſque quod ſi moram in ea faendi nacti fuerint, qualibet ratione vix ulteus animum repatriandi concipiant.* Quod quim initium eſt Imaginum Hiſtoriarum Radulphi MSS. aliquibus[e]. Laus quidem ut egregia & vera ſatis. Atque ob adeo ſingulares inſurum Britannicarum dotes, ingentemque earunm etiam apud exteros famam, olim a complubus iiſque viris magnis exiſtimatum eſt, *Fortuatarum inſularum* nomine eas veniſſe. *Cum im, ut eſt apud Robertum Aveſburienſem* (ſic uilielmus Camdenus[f]; nec vero mihi praeſto eſt veſburienſis ipſe) *Clemens* VI. *pontifex Roanus Ludovicum de Hiſpania Fortunatarum ſularum principem deſignaſſet* (comitem ſcilicet laremontis[g], ſub annum MCCCXLIV, & Philippi aleſii Galliarum regis apud pontificem legatum[h]; iis dicitur[i] *comes de Telamon, princeps Fornae* item inde vocitatus) *& in ejus ſubſidium dectus in Gallia & Italia haberet, perſuaſiſſium noſtris erat, illum Britanniae principem ſignatum eſſe, & in Britanniam quaſi unam Fortunatis, ut inquit ille, omnem iſtum apratum fieri. Ipſique viri prudentiſſimi, noſtri ud pontificem legati ita hanc opinionem imberunt, ut ſtatim ſe Roma ſubduxerint, & in ngliam, ut ſuos certiores facerent, advolarint. ec aliud nunc judicarit, qui fortunatas & atas Britanniae dotes penitus noverit.* Leti illi ad pontificem miſſi ſunt ab Edwardo ter ſub annum MCCCXLIV. ut de jure ejus in gno Gallico induciiſque cum Philippo Valeſio orogandis finiendiſve ab eis illic ageretur. uin ſane & numeroſi erant illi & viri periam illuſtres, qui ſic opinionem illam imbibeat. Comites quatuor, barones ſex, adjectis iner quatuor pluribuſque e primariis adeoque pro doctioribus habitis tum theologis tam juriſconſultis. Nomina eorum in tabulis illius aevi publicis[k] ita habentur; Henricus de Lancaſtria comes Derbiae, *conſanguineus noſter chariſſimus*, Richardus Arundelliae, Thomas Warwici, Robertus Suffolciae, Willielmus Huntingdoniae comites, Hugo le Deſpenſer, Radulphus de Nevill, Bartholomaeus de Burghershe, Joannes le Grey de Ruffin (ſic exaratur; ſed proculdubio pro Ruthin) *conſanguineus noſter*; Reginaldus de Cobham, Thomas de Bradeſton, barones; magiſtri Willielmus de Norwico decanus Lincolnienſis, Joannes de Offord Elienſis, Henricus de Chaddesden Stowenſis, & Robertus Herward Tantonienſis archidiaconi. Alii etiam hiſce adjuncti. Certe mirum ſatis eſt tot tantoſque viros de nomine inſularum Fortunatarum in conceſſione pontificia ita ſenſiſſe, indeque ſe ut ex Aveſburienſi narratur ſic geſſiſſe. Sed vero etiam celebratiſſimas fuiſſe olim apud Graecos veteres Latinoſque τὰς Μακάρων νήσους, *Beatorum, felicium, ſeu fortunatorum inſulas*, nemo neſcit, quae ita variatim illis intellectae ut interdum etiam locis, quae inſulae non eſſent, ob felicitatem aliquam ſingularem ſuſpiciendis, nomen illud tribueretur, ſicut a Lycophrone in Alexandra, in veteri epigrammate[l] & a Parmenide aliiſque, ut ex Heſychio & Suida liquet, Thebae Boeotorum ſeu urbis illius arx νῆσος & νῆσοι μακάρων nominantur, ob Jovis natales ibi creditos. Aliis inſulae aliquot maris AEgaei ſic appellatae[m]. Alii elyſium idem cum eis faciunt[n], quod in medio inferorum collocabant alii, alii in lunari circulo, ut theologi. Nimirum *Fortunata* Virgilio dicta *nemora ſedeſque beatae*, atque *arva beata* & *inſulae divites* Horatio[o], pro inſulis Fortunatis, ut beatiſſimis mortuorum ſedibus[p], ſumptae. Ut autem inoleverat apud perplurimos ſententia, ſedes illas haberi in occiduis telluris partibus ſeu in oceano circa πείρατα γαίης, *ultima terrae*, ubi elyſium ſuum collocat Homerus[q], & inſulas Fortunatas, ſeu beatorum eadem in notione, Heſiodus[r], ita partes illas occiduas ipſiſſimas eo nomine fuiſſe Britannias antiquitus exiſtimatum eſt, eaſque inſulas ſeu in eis fuiſſe ipſum elyſium ſeu paradiſum. Inde apud Iſacium Tzetzem in commentariis ad Lycophronem, uti & Joannem fratrem ad Heſiodum, fabula quidem, ingenii plane Graecanici, habetur de eis inſignis ſimul & perquam ridicula, ſed ejuſmodi, ut ex ea opinio apud Graecos admodum hanc circa rem recepta aperte cerni poſſit. Lycophronem ſuum qui Thebarum urbem hoc nomine indigitaſſet, ideo refutat Iſacius Tzetzes quia inſulae illae beatorum ſunt παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνην, *ad oceanum profundum*, juxta Heſiodum alioſque Graecorum ſcriptores vetuſtos quos ibi citat. Et dein, Περὶ γὰρ, inquit, τὸν ὠκεανόν ἐστιν ἡ Βρεττανία νῆσος, μεταξὺ τῆς τε ἐν δύσει κειμένης Βρεττανίας, καὶ Θούλης τῆς πρὸς ἀνατολὴν, *Eſt enim in oceano inſula illa Brettania, inter Brettaniam illam quae ſita*

[a] Anno MCCXCII. [b] Lib. 7. cap. 39. [c] MS. in bibliotheca Cottoniana fol. 76. 2. 232. 2. [d] MS. in bibliotheca undelliana B. 54. fol. 91. [e] In bibliothecae Cottonianae vol. ampliori. [f] Brit. pag. 3. [g] Mariana de rebus Hiſpalib. 16. cap. 14. [h] Thom. Walſingham ann. MCCCXLIV. [i] Hieronym. Surita Annal. Aragon. lib. 8. cap. 4. [k] Rot. mae anno XVII. Ed. III. membran. 2 & 3. & Rot. Franciae 17. Ed. III. memb. 12. & vide Rot. Romae 18. Ed. III. memb. 2. & Th. ſingham ann. MCCCXLIII. [l] Iſiacus Tzetzes ad Lycophronem pag. 155. edit. Baſil. [m] Mela lib. 2. cap. 7. Diodorus Silib. 5. cap. 83. [n] Servius ad AEneid. 5. & 6. [o] Epod. 16. [p] Lucian. de vera conſcribend. Hiſt. lib. 2. Scho. ad Ariſtoph. Ranas act. 1. ſcen. 2. Schol. vet. in Horatii Epod. 16, &c. [q] Odyſſ. δ & videſis Saluſt. apud Servium in AEneid. 5. [r] Ἔργ. καὶ ἡμέρ.

est in occidente & Thylen quae ad orientem magis vergit. Id est, Britannia magna seu Albion, quam sic collocat ille inter Britanniam alteram seu parvam, quae Hibernia est, & Thulen, de cujus situ haud parum discrepant chorographi tum veteres tum recentiores. Sed Tzetzi puto hic cum Procopio[a] sumitur pro Scandinavia. Et de Thule copiose nuper prae aliis Isacius Pontanus[b]. Hiberniam autem hic alteram esse Britanniam, palam est, utpote quae sic itidem Ptolemaeo & Dionysio Afro nominatur aliisque tum Graecis, Latinis & Arabibus (qua de re alibi[c] item diximus) tum Ebraeis; unde Rabbi Abraham Ben Chaija in Sphaera sua mundi [d] habet, inter האיים שכים אוקינוס *insulas maris oceani*, ברטנייא רבה וברטנייא זעירה *Britanniam Magnam & Britanniam Parvam*, id est, plane Albionem & Hiberniam, pro quibus satis infeliciter substituit Oswaldus Schreckenfuchsius interpres, *Parthaniam Magnam & Parthaniam Parvam*. Atque illinc etiam insulae minores innumerae circumjacentes tam magnae quam parvae, Britannicae dictae. Joannes autem Tzetzes[e] Hiberniam Bretanidum (ut ille cum aliis vocat) primam, & Albionem, quae Ἀλουβίων illi dicta, secundam seu ut minorem facit. Pergit autem Isacius Tzetzes; Λέγουσι δὲ τὰς τῶν ἀποθνησκόντων ψυχὰς ἐκεῖσε διακομίζεσθαι· παρὰ γὰρ τὴν ἀκτὴν τοῦ ὠκεανοῦ τοῦ παρὰ τὴν Βρεττανίαν ταύτην νῆσον, ἰχθυόθηροι ἄνθρωποι κατοικοῦσιν, ὑπήκοοι μὲν Φράγγοις, φόρον δὲ μὴ τελοῦντες αὐτοῖς διὰ τὸ παραπέμπειν τὰς τῶν τελευτώντων ψυχάς, ὥς φασιν. Οὗτοι γὰρ ἀπελθόντες ἐν ταῖς τῶν αὐτῶν οἰκίαις περὶ ἑσπέραν καθεύδουσιν. Ἀρασσομένων δὲ μετὰ μικρὸν αἰσθάνονται τῶν θυρῶν, καὶ φωνῆς ἀκούουσιν ἐπὶ τὸ ἔργον καλούσης αὐτούς. Ἀναστάντες δὲ πρὸς τὸν αἰγιαλὸν βαδίζουσιν, οὐκ εἰδότες ποία ἄγει αὐτοὺς ἀνάγκη. Ὁρῶσι δὲ ἀκάτους παρασκευασμένας, ἀλλ᾽ οὐ τὰς αὐτῶν, κενὰς μέντοι ἀνθρώπων, ἐν αἷς εἰσελθόντες κωπηλατοῦσι, καὶ αἰσθάνονται βαρέως τῶν πλοίων, ὡς ἐξ ἐπιβατῶν, οὐδένα δὲ ὁρῶσι. Ῥοπῇ δὲ μιᾷ καταίρουσιν εἰς τὴν Βρεττανίαν νῆσον, μόλις ὅτε χρῶνται ταῖς ἰδίαις ναυσὶ νυχθημέρῳ καταίρειν δυνάμενοι. Καταίραντες δὲ πρὸς τὴν νῆσον, πάλιν οὐδένα ὁρῶσι. Φωνῆς δὲ ἀκούουσι τῶν δῆθεν ὑποδεχομένων, τοὺς αὐτῶν ἐπιβάτας ἀπαριθμουμένων, αὐτοὺς καὶ πατρόθεν καὶ μητρόθεν, ἔτι δὲ καὶ ἐξ ἀξίας καὶ τέχνης καὶ ὀνόματος τὸν καθ᾽ ἕνα καλούντων. Οἱ δὲ τούτων δῆθεν ἀποφορτισάμενοι πάλιν ἐλαφροτέροις τοῖς σκάφεσι μιᾷ ῥοπῇ πρὸς τὰς οἰκείας αὐτῶν ὑποστρέφουσι. Ἐκ τούτου πολλοῖς ἔδοξεν, εἶναι τὰς μακάρων νήσους ἐκεῖσε καὶ τοὺς ἀποβεβιωκότας ἐκεῖσε διαπεραιοῦσθαι. *Fertur autem mortuorum animas illuc transvehi. Nam juxta litus oceani Brettaniam illam alluentis, homines degunt piscatui, assueti qui Francis quidem* (Graeci recentiores eo nomine Celtas veterum seu Europae populos indigitare solent) *subditi sunt. Tributum autem eis non pendunt, ideo quod transmittant mortuorum animas, ut ferunt. Hi enim a piscatu redeuntes, sub vesperam in domiciliis suis dormiunt. Et paulo post, fores pulsari sentiunt, & vocem audiunt eos ad opus praestandum invocantem. Surgentes vero ad litus se conferunt, nescientes qualisnam eos urgeat ne-cessitas. Ibi vident naves instructas, sed non suas, hominibusque vacuas, in quas ingressi migrant, & sentiunt gravitatem navigiorum, perinde atque si ea esset ex vectoribus. Sed neminem interim vident. Impetu autem uno deferuntur ad Brettaniam insulam quo, cum suis utuntur navigiis, vix deferri possunt viginti quatuor horarum spatio. Ad insulam vero delati, rursus neminem vident. Vocem autem audiunt, familiariter eorum vectores excipientium, qui enumerant ipsos & patres eorum & matres, & dignitates & artes & nominatim singulos indicant. Illi autem inde eis exonerati, levioribus navigiis, unico itidem impetu, ad propria redeunt. Hinc est quod compluribus sit existimatum, ibi haberi Beatorum insulas, atque illuc homines cum vitam hanc exuunt, sic transvehi.* Parilem habet, ut apud Graecos receptissimam, de insulis fortunatis narrationem Joannes Tzetzes[f]. Ἐκεῖσε δέ φασι, inquit, καὶ τὰς τῶν ἀποβεβιωκότων ψυχὰς διαπορθμεύεσθαι, γράφοντες τοιάδε. *Illuc aiunt etiam mortuorum animas transvehi, ad hunc modum scribentes*, & dein eadem quae ex Isacio allata sunt de Britannia subjungit. Ita incolas maritimos seu piscatores Britanniae Magnae, Charontis officium mortuis universis praestare facit prodigiosa haec narratio, haud paucis tamen Graecorum credita. Atque inde Fortunatarum insularum nomen Britannicis, aut inter eas nonnullis, ab illis tributum. Et sane si Tzetzes hosce intelligo, in litore Britanniae Magnae volunt reperiri navigia illa animabus onusta, indeque illa cum remigibus rapta, impetu unico, ad Hiberniam adpelli, tunc Scotiam eandem vocitatam. Atque huc spectare videtur illud Claudiani[g],

> *Est locus, extremum qua pandit Gallia litus*
> *Oceani praetentus aquis, quo fertur Ulysses*
> *Sanguine libato populum movisse silentem.*
> *Illic umbrarum tenui stridore volantum*
> *Flebilis auditur questus*, &c.

Et Natalis Comes[h]; *Cum Fortunatae insulae, campique Elysii in ea parte Britanniae (de communi omnium prope praestantiorum scriptorum sententia) quae est inter occidentem Britanniam & Thulem ad ortum solis dicerentur; piscatores quidam fuisse in litore maris oceani narrantur juxta hanc Britanniam insulam*, &c. Quae reliqua illic adjicit, uti etiam quae habet hac de re Antonius Muretus[i], ex Joanne Tzetze in Hesiodum sumpta sunt. Floruere Tzetzes illi sub finem seculi duodecimi[k]. Et forsan ex Graecorum illa de nomine opinione quam procul dubio didicerant Angli in bello orientis sacro inter eos versantes, atque ad posteros transmiserant, orta est legatorum illorum de insulis Britannicis sententia. Sed vero in concessione illa pontificia neutiquam Britannicas Fortunatarum nomine intellectas volunt merito alii. Thomas Walsinghamius[l]; *Illae insulae sunt in mari Me-*

[a] Gothic. lib. 2. [b] Chorographic. Daniae descript. pag. 682, &c. 741, &c. [c] In Mari Clauso lib. 2. cap. 1. [d] Cap. 5. [e] Chiliad. 8. cap. 218. [f] In Hesiod. Ἔργ. καὶ ἡμερ. [g] In Rufinum lib. 1. [h] Mytholog. lib. 3. cap. 19. [i] Var. Lect. lib. 5. cap. 1. [k] Videsis Joann. in Chiliade 11. cap. 385. & Vossium de Historicis Graecis lib. 2. cap. 27. [l] Anno MCCCXLI.

diterraneo

literraneo, valde fertiles, quarum incolae nec sunt Christiani, nec de secta Machometi do-num utique laude dignum, si possessionem pa-cificam contulisset. Adnotatur in editorum mar-gine, *creatur novus princeps insularum Ballia-rum,* proculdubio pro *Balearium.* Sed puto potius illum *Mediterraneum,* in quo sitae Ba-leares, hic adhibuisse pro Atlantico, de cujus insulis fortunatis statim. Nam certum est tum diu ante Christianismum in Balearibus receptum esse, tum Fortunatarum voce eas non denotatas. Atqui etiam annalium autor anonymus[a], *Anno,* inquit, *Domini* MCCCXLIV. *Pontificis Clementis papae* VI. *anno* III. *& Edwardi tertii post con-questum* XVIII. 17 *die Novembris, dominus papa creavit unum novum principem qui fuit am-bassador domini Philippi de* Valeys *destinatus domino papae & nominatus dominus Lodovicus de Hispania miles & soldarius praedicti Phi-lippi, quem idem papa in ipsius creatione voca-vit principem insularum Fortunatarum, quarum, seu ad quem effectum hujusmodi facta fuit cre-atio nescitur adhuc. Utinam ad honorem An-glicorum, quorum prosperitatem idem papa, ut creditur, intime non affectat.* Ita hic papae ipsi & concessioni illi contemporaneus suspicari videtur id de quo legati jam dicti vix dubitare quidem sunt visi. Sed rectius proculdubio illi qui de celebratissimis insulis Fortunatis in mari Atlantico Africae obversis seu Canariis (a maxima simul sic omnibus dictis) donationem illam pon-tificiam indubitanter sumunt. Ita scriptores His-panici[b], Gallici[c], alii, ut & Abraham Bzovius[d] qui eam in rem Clementis VI. epistolam nonam citat. Et mirum sane dictu, in concessionis il-lius tot solennibus palam & publice, nec sine papae in consistorio oratione ea de re habita[e] (cujus thema erat *Faciam principem super gen-tem magnam*) factae sensu intelligendo, dubium hujusmodi aut incertum tunc mansisse, ut cujus-nam loci princeps is factus esset adeo ignorare-tur. Etiam Franciscus Petrarcha satis concessi-onis tempori vicinus coaevusque, non dubitat de Atlantici maris insulis eam tunc captam esse. De illis loquens, *Nuper,* inquit[f], *Clemens* VI. *illi patriae principem dedit, quem vidimus Hispa-norum & Gallorum regum mixto sanguine, ge-nerosum quendam virum* (Ludovicum illum quem diximus) *qui cum eo die corona ac sceptro per urbem* (Avenionem) *spectandus incederet, re-pente tantus coelo imber effluxit, atque ita do-mum madidus rediit, ut omen esset incubuisse illi vere pluvialis & aquosae patriae principatum. Qui quidem in dominio extra orbem sito, quali-ter successerit non novi. Scio tamen quod multa tribuntur & feruntur, propter quae non plene Fortunatarum cognomini fortuna conveniat.* Sic ille. Lapsu autem memoriae Henricus Spon-danus Apamiarum episcopus, velut ex Joanne Mariana, ait[g] pontificem Fortunatas insulas, sive Canarias, dictas Alfonso XI. Castellae regi do-nasse, ea lege ut ibi Christianam legem insti-tueret. De nomine demum illo & τῶν μακάρων νήσων insulis illis antiquitus signantiusque tri-buto, obvia satis sunt atque expressissima apud Strabonem[h], Sallustium[i], Florum[k], Plini-um[l], Solinum[m], Ptolemaeum[n], Plutarchum[o], Philostratum[p], Eustathium[q], Isidorum[r], testi-monia. Sed in codice Ptolemaei optimo MS. bibliothecae Arundellianae, ita denotantur illae,

Ἀπρόσιτος νῆσος	α	ιϛ	
Ἥρας νῆσος	α	ιε	δʹ
Πλουϊτάλα νῆσος	α	ιδ	δʹ
Κασπειρία νῆσος	α	ιβ	ϛʹ
Καναρία νῆσος	α	ια	
Πιντουρία[f] νῆσος	α	ι	ϛʹ

Ubi discrepantia est tum in aliquarum nominibus, tum in longitudinibus latitudinibusque, ab editis etiam qui pro correctissimis habentur, nec ea omnino contemnenda. Editorum longitudines sunt o, α, o, o, α, o, licet versiones habeant 1, 1, 1, 1, 1, 1. Illinc enim putari locorum ibi longi-tudines nemo nescit. Sed non pauca sunt in numeris Ptolemaicis quae ex codice illo emen-dari possent. Adscribitur ibi manu vetusta جزاير السعدا *Insulae Beatorum.* Ita scilicet & جزاير السعادات tantundem denotans, Ara-bum geographis, ut Abulfedae, Achmedi Ben Magad, Chalcasendio, aliis interdum vocitantur; uti etiam saepissime جزاير الخالدات quas in-nuit Geographiae Nubiensis autor (is est, Alshe-riph Aldrisius, quo nomine aliquoties citatur Abulfedae & Chalchasendio) ubi ait[t] in بحر الظلمات *mari Tenebrarum* (ita oceanum occi-dentalem seu Atlanticum Arabes nominant) ha-beri جزيرتان تسميان بالخالدات quod vertunt Maronitae *duas insulas Perennes vocatas* seu *Alchalidath.* Idem ex Abulfeda *Fortunatas* rectius vertit Jacobus Christmannus[v]. Nec nu-merum earum alium habuit Plutarchus[x], nec, ut puto, Sallustius[y]. Sed postmodum ipse Al-drisius[z] etiam sex eas expressim facit, duabus tantum interim ut insignioribus (*Masfahan* & *Lacos* vocat) atque unde longitudines juxta Pto-lemaeum mensurari solent, nominatim memo-ratis. Nimirum, neutiquam ab earum meridi-ano cum Ptolemaeo ejusque vulgo sequace me-tiuntur Arabes longitudines locorum, sed ab ipso maris Atlantici seu Africae litore maxime occi-duo, decem gradibus orientaliori, ut etiam ex Alfragano[a] & Abulfeda[b] & inde a Jacobo

[a] MS. in biblioth. Cottoniana Otho C. 2. pag. 253. 2. [b] Mariana de Reb. Hisp. lib. 16. cap. 14. Hieronym. Surita Annal. Aragon. lib. 8. cap. 4. ...ribay lib. 14. cap. 21. [c] Nic. Vignier. tom. 3. pag. 510. [d] Annal. tom. 14. ann. MCCCXLIV. §. 16. [e] Walsingham. ...n. MCCCXLIV. [f] De vita solitaria lib. 2. sect. 6. cap. 3. [g] Auctarium Chronolog. ad epist. Baronii anno MCCCXLVI. [h] Lib. 1. ...3. [i] Citat. Acroni in Horat. Epod. 16. & Servio in Aeneid 6. [k] Lib. 3. cap. 22. [l] Lib. 6. cap. 32. [m] Polyhist. ...p. 59. [n] Lib. 4. cap. 6. [o] In Sertorio. [p] De Vita Apollonii lib. 5. cap. 1. [q] Ad Odyss. 4. pag. 1509. [r] Orig. 14. ...p. 6. [f] Vide Claud. Salmasium in Plinianis pag. 1297. & Ortel. in Thesauro Geograph. verb. Fortunatae insulae. [t] Part. 1. Clima-...1. [u] Ad Alfragani cap. 11. pag. 53. [x] In Sertorio. [y] Fragment. Histor. 6. [z] Part. 1. Clim. 2. [a] Chro-...log. Element. cap. 3. [b] In praefat, &c.

Christ-

Christmanno [a], & Roberto Huesio [b] adnotatis liquet. Atque Arabes alii, sex itidem cum Graecis aliis & Latinis agnoscunt. Sic Albategnius, *In oceano occidentali*, inquit [c], *sunt 6 insulae, in opposito Terrae Nigrorum, ex inhabitatis insulis, quae vocantur insulae Fortunatorum*, quas paulo ante interpres ejus (neque enim eum hactenus Arabicum vidi) appellari ait *Alchalidec* ut in editione vetustiore [d] & *Alchalider* ut in nupera [e]. Dubitandum non est scripsisse Albategnium

الخالدات quod nomen Arabibus usitatissimum.

Ubi vero paulo post legitur *in oceano occidentali quod Amphiterios appellatur*, persuasum habeo scripsisse illum ببحر الغربي ويقال اوقيانوس *in mari occidentali quod appellatur oceanus*. Prodigium est nominum illud *Amphiterios*. Et videtur sane, mala τοῦ اوقيانوس quae امفيتيريوس forsan simularet scriptione interpretem ibi deceptum esse. Neque enim Arabibus nomen aliquod ejusmodi mare illud denotat. Quod vero ad nominis Beatorum insularum harum, sic dictarum, rationem attinet, advertendum est quod habet vir summus Isaacus Casaubonus [f]; *Fere fit, ut insulae vicinae continenti in potestate sint eorum* [g] *qui oppositam oram habent. Itaque* Μακάρων νήσους *quum dicimus, intelligimus insulas eorum qui extremas continentis partes ad oceanum occiduum incolunt* (quemadmodum fere olim ex jure Caesareo, *praesides insularum* generatim nominati [h], Cycladum in mari AEgaeo & Ionio insularum *praesides* tantum, ob excellentiam, significasse volunt jurisconsulti) *quorum quia nota erat felicitas & rerum omnium copia ideo propinquas ipsis insulas vocarunt Beatorum insulas*. Atque ita explicat illud Strabonis qui de locis Africae & Hispaniae occiduis beatioribusque atque insulis Fortunatis locutus, adjicit, Ἐκ γὰρ τοῦ ὀνόματος δῆλον ὅτι καὶ ταύτας ἐνόμιζον εὐδαίμονας διὰ τὸ πλησιάζειν τοιούτοις χωρίοις, *Ex nomine constat eas fortunatas esse ideo creditas, quod istis essent locis vicinae*. Sed missis tandem hisce parergis, in liberiore disquirendi scribendique otio se ultro satis offerentibus, ad Radulphum Dicetensem redimus. In eodem volumine, quod in bibliotheca Arundelliana Joannem illum Pyke ante memoratum habet [i], Chronicon occurrit sane non contemnendum, ac Radulpho huic manu antiqua tributum, cujus initium est *Willielmus Bastardus dux Normannorum, subjugatis Anglis*, &c. finis vero in ipso Joannis regis exitu. Certe hoc ipsum existimo merito fuisse adhibitum inter ea quae de jure illo Angliae regum in regno Scotiae [k], sub Edwardo primo rege, ut dictum est, consulebantur. Nam ea de re in Chronico illo MS. testimonia sunt luculentissima. Admittitur autem a biographis, praeeunte Balaeo, Radulphum hunc citari Joanni Bachoni, seu Baconthorpio [l], in Sententias. Is quidem, ad problema illud revera sat mirandum, *Christianis deberi Terram sanctam multiplici de causa & ideo papam posse illam re-cuperare*, stabiliendum, affert quaedam ex *Chro-nica Hierosolymitana quae incipit*, *Terra sancta* (id est plane ex historia Hierosolymitana Jacobi de Vitriaco) de Heraclii aliorumque tempore u-que in Godefridum Boloniensem (*de Boylom* i & paulo post *Boylon* dictum) & statim subjungi *Haec in Chronicis de domo sanctae Fidei Norw-censis dioecesis quae vocantur Imagines Histori-rum post medium, ubi agitur de Vullo rege* (*Wi-lielmo* scripserat proculdubio Bachon, sed in r-bus hujusmodi negligens erat nimis Chrysostom Marasca ejus editor) *Cap. Quod autem*. Cer quid sibi velit illud, *Haec in Chronicis de dom* &c. nondum didici. Nec ibi innui Diceten Imagines, facile concedet, opinor, quisquis locu illum sive cum Imaginibus ejus hic editis si Abbreviationibus ejus (nam & illae Imaginum n mine etiam apud scriptores subinde veniunt) o nino comparaverit.

VII. De Joanne Bromtono (scriptoribus n raro, Bramptono pariter dicto) abbate, ut voc solet, Jornallensi, breviter quidem loquitur J annes Pitseus [m], atque inde Vossius [n]. Scili autoris & abbatiae ejus nomen afferunt (qu Pitseo est *Jornalensis*, alias *Jarnauxensis*, sed V sio tantum *Jornalensis*) Chroniconque ejus, Joanne rege desinens, memorant, temporis q floruit plane ignari. Nec mihi de Bromtono so hactenus quid satis compertum. Frequent in Antiquitatibus Ecclesiae Britannicae, Joa Caio, aliisque citatur codex hic nomine Histor Jornallensis; qua voce sic exarata atque in stud sorum ore passim usurpata saepius etiam cum v go, sed oscitantius fateor quam par erat, histo am hanc citans, usus sum ipse. Jorvallensis pla Bromtonus dici debuit a Jorevall, seu ut itid vocatur, Jereball & Jerevaur, monasterio stercienſi in agro illo qui Richmondshire nun patur, cujus abbas hic Joannes. Recte Chry stomus Henriquez in *Phoenice Reviviscente* Ordinis *Cistercienſis scriptorum Angliae & H-spaniae serie* [o], *Jervalla*, inquit, *titulo S. M-riae. Fundator Stephanus comes Britanniae Richmundiae. Abbatia in Richmundia*. Id qu accepit a Nicolao Harpsfeldio qui Joannis Sp monasteriorum catalogum in Henrico ejus octa insertum, transtulit Latine. Chrysostomus aut ille statim, *Jornallensis abbatia, alii Jarvax-sem vocant, in qua Joannes Bromptonus diu eg & abbatiale munus exercuit, de quo in no Fasciculo, tomo secundo*. Et tunc, *Jorava dioecesis Eboracensis*. *Jornallensis* vero ibi h omnino est aliud quam quod vulgo a *Jervalle*, *Joravallensi*, aut ejusmodi voce aliqua vicina pravatum. Et *n* in *u* facillime librariis comm tari, nemo non videt. In actis veteribus pu cis [p], saepius nominatur abbatia de Jorevall, fluvio Jor, Yor, Uro, interlabente, & recenti

[a] Ad Alfragan. cap. 3. [b] De Globis part. 4. cap. 1. [c] De Scientiis Stellarum cap. 6. [d] Norimbergae MDXXXII. [e] Bononiae MDCXLV. [f] Ad Strabonis lib. 1. [g] L. 9. D. tit. de Judiciis. [h] L. 4. alias 6. C. tit. de Navicu-lis, & novell. 8. edict. Constantinopolit. §. 46. [i] Fol. 123. [k] Et vide hic Abbreviat. Chron. ejus anno MLXXXVIII. [l] Prolog. in lib. 4. Sentent. artic. 4. [m] In Appendice Centuriae 2. num. 88. [n] De Historic. Lat. lib. 3. cap. 12. pag. 4-edit. alteia, pag. 708. [o] Cap 47. [p] Rot. Chartarum 35. Edw. I. numero 15. Rot. Patentium 5. Rich. II. part. 1. mem-na 14. alibique saepius. [q] Inquisit. 29. Henrici VIII. in Actis Curiae Augmentationis.

i: Jerebaur. Adeoque tria illa nomina apud i um ibi idem ipsum, seu eundem locum & nihil p eterea denotant. Idem Chrysostomus in Fascic o illo suo [a], nihil omnino novum de Joanne I omtono affert, sed tantum illud ipsum, eisdemc: verbis, quod a Pitsco didicerat, interserit, c cepto quod ei dicitur *Jornalensis alias Jarvauxis*, quo quidem lectio Pitsei, qui sic puto scrip- at, bene corrigitur. Sed & alibi in Phoenice [b] o Chrysostomus ille caput habet integrum de anne Bromtono abbate Jornallensi, ubi, *Joan-: Bromptonus*, inquit, *ordinis Cisterciensis ha- l um in Anglia ab adolescentia suscepit, qui vir- um & eruditionis meritis factus est abbas Jor- lensis alias Jarvaugensis coenobii. Fama est nc multa scripsisse, quorum tamen nihil, quod am, extat praeter historiarum opus, quod com- uit & suo monasterio dicavit, cui titulum prae- it*, Chronicorum librum unum; *postquam con- it Britones. Extat manuscriptus Cantabri- ae, in coll gio sancti Benedicti. Quando au- n autor claruerit, ignoratur*. Sic ille ibi. Id ro quod dixit ab Joanne Spedo edoctus, de Ste- ano comite Britanniae & Richmondiae fun- tore coenobii illius, ita intelligendum, ut neu- quam pro coenobitarum fundatore primario su- endus sit Stephanus ille, sed Acharias filius Bar- lfi vir dignitatis equestris, qui alio in viciniae co Fors dicto primo ejusdem ordinis coenobitis onasterium instituerat, quos in Jorevallem po- a, adeoque ipsum inde monasterium transferri luit Stephanus ille comes circa annum MCLX. c enim legitur in tabularii prisci comitum & comi- itatus Richmondiae, comitum veterum tum Bri- nniae Minoris tum Richmondiae serie, quam, am scriptoribus plerisque de eis editis haud pa- m sit dissona, integram interserere simul hic vi- im est. In tabulario jam dicto [c] habetur:

Genealogia comitum Richmundiae post conquestum Angliae.

udo comes Britanniae ante conquestum Angliae, lius Galfridi ducis, genuit tres filios successive st ejus mortem in comitatu Britanniae praesi- entes. Alanum scilicet dictum Rufum, vel ergaunt, *qui primo venit in Angliam cum Villielmo* Bastard *duce Normanniae cui idem Villielmus, postquam coronatus fuit in regem Angliae per conquestum, auxilio Matildis re- inae suae dedit honorem & comitatum comitis dwini in Eborakshira* (Edwini scilicet Merciorum ducis & comitis in annalibus nostris dicti) *ui modo vocatur* Richmundshire *& qui adtunc xtitit* Geldable, *& postea, regum privilegio, in bertatem est mutatus.*

Hic Alanus primo incepit facere castrum & unitionem juxta manerium suum capitale de Gilling *pro tuitione suorum contra infestationem nglorum tunc ubique exhaereditatorum, simili- r & Danorum, & nominavit dictum castrum* Richemont *suo ydiomate Gallico, quod sonat Latine divitem montem, in editiori ac fortiori loco sui territorii situatum. Et obiit sine exitu de corpore suo & apud sanctum Edmundum sepultus est.*

Alanus Niger frater suus eidem successit in honorem Richmundiae, cujus anno gubernationis XVI. *quidam miles Acharias* (memoratur etiam in actis seculorum vetustiorum publicis [d] Akarias hic) *filius Bardolfi fundavit monasterium ordinis Cisterciensis* apud Fors in Wendeslaydale, *quod postea translatum est usque in territorium de* Wurton, *& vocatur Jorevallis, per Stephanum postea comitem Richmundiae. Et obiit sine liberis.*

Stephanus frater dicti Alani eidem successit in honorem praedictum, qui transtulit abbatum de Fors [e] *usque locum qui nunc Jorevallis dicitur, genuitque filium nomine Alanum. Et obiit idus Aprilis, anno gratiae millesimo* CLXIV. *& sepultus apud Begar*, monasterium nempe Britanniae Minoris.

Alanus filius Stephani comitis eidem successit, qui obiit in Britannia tertio kal. Aprilis, anno gratiae millesimo CLXVI.

Conanus filius Alani comes Britanniae & Richmundiae successit in honorem Richmundiae & desponsavit Margaretam sororem Willielmi regis Scotiae, ex qua genuit unicam filiam & haeredem nomine Constantiam; quam Galfridus frater Richardi regis Angliae desponsavit. Iste Conanus aedificavit turrim magnam infra castellum Richmundiae. Et obiit in Britannia. Begarae sepelitur anno MCLXX.

Constantia filia Conani tenuit honorem praedictum & ex Galfrido fratre regis habuit filium nomine Arthurum quem Johannes Angliae rex occidi fecit & Alienoram incarceratam apud Corf *post mortem Arthuri fratris sui. Postea duxit eam Ranulphus comes Cestriae, quae ab eo propter adulterium divortiata & sine prole generata nupsit cuidam Guidoni de Tearcho, ex quibus processit filia nomine Adelicia quae post mortem parentum remansit in custodia regis Franciae, quam rex dedit in matrimonio domino Petro* Mauclerc *militi suo cum Britannia. Et obiit in Britannia, sepulta apud Begar, anno* MCCI.

Adelicia obiit in Britannia & sepulta apud Plonarmel, *anno gratiae* MCCXX.

Johannes filius Adeliciae obiit in Britannia, anno millesimo CCXXIV. *Nunquam fuit comes Richmundiae.*

Johannes filius Johannis comes Richmundiae desponsavit Beatricem filiam Henrici regis (tertii) *de qua genuit Arthurum, Petrum, & Johannem. Occisus fuit apud Lugdunum in coronatione domini Clementis papae, anno Domini* MCCCV. *ibidemque sepultus fuit.*

Arthurus dux, sed non comes Richmundiae filius suus obiit in Britannia & sepultus apud Plonarmel, *anno gratiae millesimo* CCCXI. *Johannes frater Arthuri comes obiit in Britannia & sepultus apud* Plonarmel, *anno* MCCCXLI.

[a] Lib. 2. distinct. 26. cap. 50. [b] Cap. 20. [c] MS. in biblioth. Cottoniana, fol. 72. [d] Ann. 12. Hen. III. in speximus Rot. part. 5. Rich. II. part. 1. membrana 14. [e] Thomas Millesius in Catalogo Honoris pag. 590. Augustin. Vincentius g. 58.

Hiſce pagina in altera conſcriptis, in altera proxime ſequente, ductu quidem vetuſto nec adeo inelegante ſedens in campo viridante Guilielmus rex primus undique armatus coronatuſque & ſago rubro binis leonibus auratis depicto indutus, atque copiis militaribus, velut in Eboraci obſidione [a], ſtipatus tradit diploma latifundiorum Edwini comitis Alano Britanniae comiti armato itidem & coronula inſignito ſagoque depicto, pro inſignibus Britanniae Minoris gentilitiis, quadratis alternatim aureis & caeruleis cum angulari, ejuſdem figurae, muris Pontici (*Ermins* dici ſolet) parte induto, & vexillum ſimiliter ornatum dextra tenenti genibuſque provoluto. Diploma autem, cui ſigillum viride appenditur, vetuſtum illic legitur; idem ſcilicet ipſum quod a ſcriptoribus tum Angliae [b], tum Britanniae Minoris [c] exhibetur. Sed demum operae pretium, puto, erit ſtudioſis qui dignitatum ejuſmodi ſucceſſionibus oblectari ſolent, allata diligentius comparare cum eis quae eiſdem de comitibus ſatis diverſimode etiam inter ſe occurrunt apud Holinſhedum [d] ex Joanne Lelando, Camdeno [e], Bertrando Argentraeo [f], Auguſtino du Paz [g], id genus aliis, ut minorum gentium apud nos recenſiones eorundem ſucceſſionum, nec illis nec inter ſe conſonas, praetermittam. Sed haec extra callem. Hiſtoriam autem ſeu Chronicon, Bromtono tributum, ex jam dictis liquet non dicendum Jornallenſe ſed Jorvallenſe, idque potius a coenobio qui ejuſdem poſſeſſor erat, ut ſtatim dicetur, quam ab abbate aut aliquo alio coenobii ſcriptore. Fateor equidem olim mihi cum aliis, Joannem illum, Bromtonum ſeu Bramtonum, abbatem hic pro autore etiam ſecure nimis admiſſum eſſe. Caeterum, re accuratius perſpecta, tum alium omnino fuiſſe autorem non exiſtimare nequeo, tum Joannis Bromtoni nomen in codice Benedictino repertum, non quidem pro autore ſed pro eo qui, dum abbas erat, monaſterio ſuo Chronicon illud comparaverat, in cauſa fuiſſe cur velut pro autore ipſo abbas ille divulgaretur. Scilicet ibi, ſed manu non antiqua, legitur; *Liber monaſterii Jorenallenſis* (pro *Jorevallenſis*) *ex procuratione domini Johannis* Bromton (vicus ſic dicitur in Richmondia unde nomen illud natum) *abbatis ejuſdem loci. Si quis hunc librum alienaverit, delebitur de libro Vitae.* Quod ſolenne eſt anathematis quo donationes hujuſmodi munire in more erat, carmen. Jam vero hinc diſcimus ex procuratione ejus, librum hunc nactum eſſe coenobium illud, neutiquam omnino, illum ſcripſiſſe. In fronte autem exemplaris Cottoniani circa annos abhinc ducentos amplius conſcripti, manu altera, etiam ſeculi noſtri ſcribitur Joralanenſis hiſtoria, cui altera adjicitur a Joanne Bramton abbate Jornalenſi. Hinc puto adeo fidenter ſcriptoribus receptum eſt, hunc Chronici fuiſſe autorem. Et adjectum illud de Bromtoni nomine, videtur quidem illuc acceſſiſſe ex illo tantum quod de Bromtoni abbatis procuratione dictum eſt, perperam ſumpto. Quid quod, quum Chronicorum ſcrip[-] toribus monaſticis ſolennius nihil fuerit quam ip[-] ſius, in quo degebant, coenobii ſingularia aliqu[-] locis opportunis inſerere, ne veſtigium quide[m] inſertionis ejuſmodi in Chronico hoc reperitur[.] Ordinis quidem Ciſtercienſis (cujus erat hoc coe[-] nobium) origo illa notiſſima anni MXCVIII. *i[n] Burgundia in loco qui dicitur Aylisſmus* (legen[-] dum plane *Moliſmus*) *in dioeceſi Cabilonenſi* m[e-] moratur ſcriptori huic [h], quiſquis ille fuerit, u[t] etiam non modo initium ejuſdem in Anglia ci[r-] ca annum MCXXX. in valle Regali ſeu Rivalle, ſe[d] etiam complurium quae ſub id tempus orta ſu[nt] ejuſdem ordinis apud nos, maxime in agro Eb[o-] racenſi, monaſteriorum fundatio; cum interi[m] nullibi Jorevallenſis abbatiae, ejuſdem itidem o[r-] dinis, originis fundatoriſve nominis, cujus tame[n] tempora ipſa tractat, apud eum mentio. Und[e] ſane decernendum videtur ſcriptorem illum no[n] Jorevallenſem omnino, nedum abbatem fuiſſ[e]. Nec quidem aut Boſtono Burienſi, aut Leland[o], aut Balaeo, nec veterum puto alicui, memorat[us] hic Joannes ut ſcriptor. Adeoque potius aut[or] anonymus dicendus, nec liber quidem Joreva[l-] lenſis aliter quam qua coenobii illius bibliothec[ae] donatus ibi aſſervatus eſt, indeque poſteritati d[e-] promptus. Nec Joannes Bromtonus abbas pr[o] autore ſed procuratore, cujus beneficio nactu[m] eſt coenobium anonymum illum, duntaxat a[g-] noſcendus. Pertexere autem hiſtoriam ſuam i[n-] ſtituerat ſcriptor hic uſque in Edwardum primu[m] ſicut ipſe expreſſim ait, licet codices ejus ſub initi[o] Joannis deſinant. Nec quidem Cottonianus qui[c-] quam habet poſt illa de Richardo rege carmin[a]. Corrigendi autem ſunt illic [i] tum MSS. tum edi[ti] in nomine Galfridi qui vocatur in eis *Galfrid[u] de Nine ſalvo*. Legendum planiſſime *de Vin[-] ſalvo*, qui Gallis Angliſque ſuis (nam An[-] glus erat, unde etiam ſubinde Galfridus Anglicu[s] dicitur) *Vinſauſe* & *Vineſalf* nominari ſolet. Per[-] celebris is ſui ſeculi poeta fuit, ſub Richardo & Joanne regibus [k], ſeu ſub annum MCC. Nome[n] illud ſortitum eum eſſe a libro de Vitibu[s] Vinis, Fructibus, &c. tuto conſervandis inter al[i-] os ab ipſo diligentius conſcripto, qui etiamnu[m] extare dicitur Cantabrigiae in archivis colleg[ii] Caii [l], bene quidem conjectavit Joannes Pitſeus [m]. Habentur autem hexametri verſus illi, non in li[-] bro aliquo ſingulari de Richardo rege, ſed in ope[-] re penes me aliosque non raro MS. necdum op[i-] nor typis edito, cui titulum dedit ipſe *de Nov[a] Poetria* (ſic enim artem poeticam vocitabant) i[d] eſt novo, ſeu reformato terſioreque poetice ſcri[-] bendi genere, reſpectu ſcilicet habito ad rhythm[i-] cum & perquam barbarum genus alterum quo[d] diu ante in uſu fuerat. Opus illud, interdu[m] etiam *de artificio loquendi* dictum, dum Roma[e] agebat, dedicavit Innocentio tertio, e quo ut h[o-] minis ingenii muſaeque ſpecimina plura cerna[s] nonnulla huc tranſcribimus. Innocentium a[d] hunc ſcilicet modum ſalutat:

[a] Anno MLXIX.
[b] Jo. Leland. apud Holinſhedum tom. 3. pag. 7. Guil. Camden. Brit. pag. 591. Thom. Milleſius Catalog. H[o]noris pag. 588.
[c] Bertrand. Argentraeus Hiſt. Britann. lib. 4. cap. 38. Gallice.
[d] Loco ante citato.
[e] Britan[n]. pag. 596.
[f] Hiſt. Britann. lib. 4. cap. 38. &c.
[g] In Genealog. illuſtrium Britanniae familiarum Gallice Pariſiis MDCXI[…]
[h] Col. 994. l. 37.
[i] Col. 1280. l. 11.
[k] Bal. Cent. 3. ſcript. 38.
[l] Vide Eclog. Oxonio Cantabrig. Archi[…] Coll. Caii num. 74.
[m] AEtat. 12. ſcript. 275.

Pap[…]

Papa stupor mundi! si dixero papa Nocenti
Acephalum nomen tribuam tibi, si caput addam
Hostis erit nomen metri; tibi vult similari.
Nec nomen metro, nec vult tua maxima virtus
Claudi mensura; nihil est quo metiar illam.
Transit mensuras hominum. Sed divide nomen,
Divide sic nomen. In praefer, & adde Nocenti,
Efficiturque comes metri sic & tua virtus
Pluribus aequatur divisa, sed integra nulli.
Egregius sanguis te confert Bartholomaeo,
Mite cor Andreae, pretiosa juventa Johanni,
Firma fides Petro, perfecta scientia Paulo;
Ista simul nulli. Superest de dotibus una
Quam nulli fas est pertingere, gratia linguae.
Augustine tace, Leo papa quiesce, Johannes
Desine, Gregori subsiste; quid eloquar omnes?
Esto quod in verbis aut hic aut ille sit ore
Aureus & totus resplendeat; os tamen ejus
Impar est, orisque tui praejudicat aurum.
Trans hominem es totus. Ubi corporis ista juventus
Tam grandis senii? vel cordis tanta senectus
Insita tam juveni? Quam mira rebellio rerum!
Ecce senex juvenis! Fidei sub tempora primae
Cum dominus Petro praeferret amore Johannem,
Papatu Petrum voluit praeferre Johanni.
In te, papa modo, nova res hiis accidit annis.
Papa senex Petrus [a], *& papa juventa Johannis.*
Suntque tui [b] *quales talem decuere. Relucent*
Et circumlucent papam, quasi sidera solem.
Tu solus mundo quasi sol, illi quasi stellae,
Roma quasi coelum. Me transtulit Anglia Romam,
Tanquam de terris ad coelum transtulit, ad vos
A tenebris velut ad lucem. Lex publica mundi,
Digneris lucere mihi. Dulcissima rerum,
Dulce tuum partire tuo. Dare grandia solus
Et potes, & debes, & vis, & scis; quia prudens,
Scis; quia clemens, vis; quia magnus origine, debes;
Et quia papa, potes, quia talis es & quia tantus.
Hic mens subsedit cum fecerit undique gyrum
Inque suis dandis te praetulit, omnibus unum,
Totum posse suum tibi destinat, accipe magne
Hoc opus exiguum, breve corpore, viribus amplum.

Dein vero orditur opus ipsum quod velut poetices etiam & rhetorices studiosis speculum sed omnino metricum facit, inventionem, dispositionem, compositionemque musae suae exemplis copiosius docens. Et pro carminis exemplo lugubris tantum versus illos de Richardo rege inserit, cum hoc lemmate:

Temporibus luctus his verbis exprime luctum;
Neustria sub clypeo regis, &c.

Et post horum finem seu verba illa *quam longa est* (nam sic supplendam nemo non videt) *lacrima mundi*, statim sequitur;

Contra ridiculos si vis insurgere, plene
Surge sub hac specie, sed lauda ridiculose;
Argue, sed lepide; gere te sed in omnibus apte;
Sermo tuus dentes habeat; mordaciter illos
Tange, sed irrisor gestus plus mordeat ore.

Atque ad hunc modum reliqua exhibet de arte loquendi monita. Lugubre autem illud ejus carmen admodum est passim hyperbolicum; & proculdubio eo nomine suggillatur a Galfrido Chaucero, ubi in monialis presbyteri fabula illa ingeniosa de Gallo gallinaceo a vulpe die quodam Veneris surrepto, instituitur ad Venerem, inter alias, querela quod die suo rem adeo atrocem patrari permiserit. Ideo autem quia vulnus mortiferum etiam acceperat Richardus rex die Veneris, Galfridus, ut vides, hic noster,

O Veneris lacrimosa dies! O sidus amarum!
Illa dies tua nox fuit, & Venus illa Venenum.
Illa dedit vulnus.

Atque inde Chaucerus, quasi parilis planctus ejusmodi, in Galli haec causa, ratio lepide habenda fuisset;

O Venus that art goddesse of pleasance!
Since that thy servant was this Chanticlere,
And in thy service did all his powere
More for delite, then the world to multiplie,
Why woldest thou suffer him on thy day to die?
O Gaulfride, deer master Soveraine,
That when that worthy king Richard was slaine
With shot, compleinedst his death so sore!
Why ne had I now thy science and thy lore,
The Friday for to chide, as did ye:
For on a Friday, [c] shortly slaine was he;
Than wold I shew you how that I could plaine,
For Chaunteclceres drede and for his paine.

Nempe locum illum Galfridi illius respexisse ibi Chaucerum dubitari nequit, quemadmodum nec dubitavit eruditissimus Camdenus [d]. Quod autem

[a] ic MS. [b] Cardinales. [c] L. Sothli ex MS. [d] In Reliquiis Anglice Londini MDCXIV. pag. 322.

autem ad chronici hujus autoris tempus attinet; certe poſt Edwardi tertii initia floruiſſe eum, quiſquis fuerit, palam eſt. Nam obiter memorat ipſe [a] Joannae Edwardi ejuſdem regis ſororis & Davidis regis poſtea Scotorum ſecundi ſponſalia ex federe inter Anglum & Robertum Bruſium regem Davidis patrem inita, quae ad annum attinent Edwardi regis ſecundum ſeu Chriſti MCCCXXVIII. adeoque ad parliamentum nimis, ob fedus illud cum Scotis, infame, tunc Northamptoniae habitum. In Buchanani editis [b], depravate vocatur Joanna illa ſoror Henrici. Certe nec de Edwardo tertio nec de aliis ibi ſimul commemoratis loqui videtur ſcriptor hic, quaſi non etiam tempore jam dicto, aliquot ſaltem annis, recentior fuiſſet ipſe. Plurima ex Hovedeno ſumpſit. Et locus ille [c] qui ſigillo Willielmi Siciliae regis caret ſupplendus eſt ex Hovedeno [d], etiam & inde corrigenda ibi [e] ſcriptio (& *logotheta* ſubſtituendum pro *logoteca*) quemadmodum etiam e Gervaſio Dorobernenſi [f]. Alia in ſubſcriptionibus illis tum ut hic habentur tum ut in Ludovici Parutae Siciliam [g] ex Hovedeno, cum ſigilli figura, ſumuntur, bene invicem collata corrigi hinc itidem queunt.

VIII. Gervaſius Dorobernenſis ſeu Cantuarienſis, monachus ibi Benedictinus, floruit ſub Joanne rege, ſeu anno Chriſti MCC. biographis [h] editis ſatis laudatus. Claruiſſe eum anno MCXXVIII. hallucinatus ſcripſit Geſnerus. Lelandus [i] autem de eo, *Gervaſius Dorobernenſis monachus fanum Servatoris, eruditione inſignis multa, illuſtravit. Studuit, ſupra quam cuiquam credibile, antiquarum rerum cognitioni, quo nomine ingentem hiſtoriographorum numerum collegit, praecipue vero eorum qui res Britannicas & Saxonicas accurate tractabant. Unde & ipſe tandem in harenam deſcendens periculum ingenii fecit edito volumine plane egregio, in quo tum Britannorum ab origine hiſtoriam tum Saxonum & Nortomannorum fortia facta uſque ad imperium Joannis regis Angliae deduxit, diligentia quidem inexhauſta. Deinde, induſtria non minori, vitas archiepiſcoporum Cantianorum perſcripſit. Praeterea, ad cumulum addidit librum de regiunculis Britanniae primae deque ſedibus pontificiis in ea conſtitutis ac denique de monaſteriis in eadem a nobilitate conſtructis. Hactenus de Gervaſiani ingenii foetura.* Sic Lelandus. Locus vero apud Gervaſium habetur perquam ſingularis, Eadmeri, ſcriptoris decadibus aliquot annorum eo antiquioris ac celeberrimi, maxime animadvertendus, nec adeo facile forſan rite intelligendus, quem praeterire hic nequibam. Eadmerum deſcripſiſſe ait in opuſculis ſuis (ubi nimirum de combuſtione & reparatione Dorobernenſis eccleſiae agit [k]) veterem eccleſiae illius, igne, bis ante combuſtionem de qua Gervaſius, etiam & antequam de ea ſcriberet Eadmerus, conſumpta. In deſcriptione illa, quam verbatim ex Eadmero affert, inter reliqua, *Sub medio,* inquit ille, *longitudinis aulae ipſius* (eccleſiae; navis ex jure pontificio nuncupari ſolitae) *duae turres erant prominentes ultra eccleſiae ala. Quarum una quae in auſtro erat ſub hono beati Gregorii papae altare in medio ſui de catum habebat, & in latere principale hoſtiu eccleſiae quod antiquitus ab Anglis & nunc u que* Suthdure *dicitur. Quod hoſtium in an quorum legibus regum ſuo nomine ſaepius exp mitur. In quibus etiam omnes querelas tot regni, quae in hundredis vel comitatibus uno v pluribus, vel certe in curia regis non poſſent galiter diffiniri, finem inibi, ſicut in curia reg ſummi, ſortiri debere diſcernitur. Alia ve turris in plaga aquilonali e regione illius co dita fuit, in honorem beati Martini, clauſtra quibus monachi converſabantur hinc inde h bens. Et ſicut in alia forenſes lites & ſe laria placita exercebantur, ita in iſta adoleſce tiores fratres in diſcendo eccleſiaſtica officia ac nocte, pro temporum vicibus, inſtituebantur,* & *Hic ſitus fuerat,* inquit, *eccleſiae Cantuarien veteris.* Suo vero tempore, ſeu ſub Henri primo, omnia ibi nova fuiſſe ait, utpote a L franco inſtaurata, poſtquam incendio periera. Adeoque etiam inſtauratum tunc oſtium ill auſtrale, cujus an tunc idem quem memorat uſus forenſis maneret, non ſatis ex eo liq. Quonam in opuſculo ſcripſerit hoc Eadme mihi nondum conſtat. Certe nec in hiſt ejus Novorum, nec in Anſelmi vita *Edineri* mine edita [l] reperitur. Suſpicor equidem S. W fridi archiepiſcopi Eboracenſis vitae ab eo c ſcriptae illud eſſe inſertum. Vitam illam n dum vidi. Sed ibi haberi hoc ſuadet illud q paulo ante apud eum occurrit de Wilfridi c poris Cantuariam tranſlatione, unde occaſio ſumpta jam allata ſcribendi. Sed interim quam mirum videtur illud, *Oſtium hoc* Suthdure, *in antiquorum legibus regum ſuo mine ſaepe exprimi.* Certe leges, qua nom illo ſupremarum poteſtatum, in regimen fu rum, conſtitutiones ac ſancita denotari ſol quamplurimae habentur & Angloſaxonice & tine ſcriptae editaeque, regum nempe qui E mero hic antiqui dicti, ſeu Inae, Alfredi, a rum etiam uſque in Willielmum primum. qui in illis tantum abeſt ut ſaepe nomen illius exprimatur, ut plane nullibi, ſic opi illic reperiatur. Adeo fidelis tamen ac gr mihi ſcriptor eſt Eadmerus, ut de re ipſa, q modocunque intelligi debeat, dubitare neque Nonne igitur alia hic, dum *in legibus expri* ait, legum vocis conſideratio ineunda? alia dem notio quaerenda? quali quidem admiſſa legibus, juxta notionem ejuſmodi, quas plur abhinc ſeculis periiſſe, nullibique in volumin ſuis jam comparere certum eſt, nomen h oſtii, in rem quam innuit Eadmerus, ſaepe primi potuerat. Nemo ſcilicet neſcit legum mine ſaepius venire non ſolum ſanctiones ac ſtitutiones, verum etiam virorum prudentum ſulta [m], unde etiam inolevit ut juriſconſultis ſareis, ad Digeſta & Codicem ſcribentibus aut quidquam citantibus, ſolenne olim fuerit

[a] Anno MLXIX. Col. 967. l. 42. [b] Rer. Scotic. lib. 8. Reg. 97. Francof. 1592. [c] Col. 114. [d] Anno MCLXVI. [e] Lin. 31. [f] Col. 1437. lin. 34. [g] Originale delle medaglie pag. 36. [h] Bal. Cent. 3. ſcript. 48. Pitſeus A ſcript. 285. Voſſius de Hiſtoricis Lat. lib. 2. cap. 56. [i] MS. in biblioth. publica Oxonienſi. [k] Col. 1291. [l] A Picardo ante Anſelmi opera Col. Agrip. 1612. [m] Papinian. l. 1. D. de legibus.

que ſit, non magis Codicis conſtitutiones quam
it veterum prudentum conſultorum, deciſionum,
pinionum, id genus aliorum fragmenta in Di-
eſtis reperta, nec tamen pro legibus ſeu con-
itutionibus confirmata, ſed utcunque illuc a
uſtiniano traducta, *leges* nuncupare, tametſi qui-
em doctis aliquot [a] eo nomine neutiquam fue-
nt irreprehenſi. Sed interea nonne cum rati-
ne exiſtimari poteſt, etiam hac notione, forte
dmeri aevo ſatis recepta, deciſiones forenſes
judiciorum formulas ſub *antiquis* ſic illi dictis
gibus, ſive in actis tunc ipſis publicis ſive in
mmentariis privatorum inde deſcriptis ſive in
riſque habitas, ab eo intelligi per verba illa in
ribus, quarum ſane, hac notione ſumptarum,
dices qualeſcunque compluria ante ſecula fun-
us periere, atque cum eis oſtii illius expreſſio
uſmodi? Quaſi dixiſſet juxta linguam noſtram
n uſitatam, **In the Rolls or Records of the or-
nary Courts of Justice, or in the Reports, or
earbooks, or Lawbooks of the ancient Kings**,
a notione **the Laws** etiamnum uſurpatur. De-
ionum, formularum & commentariorum id ge-
s illorum temporum veſtigia aliqua quidem ſed
o ſatis habentur in libro illo percelebri **Domesday**
to, ac interdum etiam in ſchedis aliquot aliis,
lites coaevae regibus illis antiquis memoran-
. Sed oſtii hujus in illis, ni fallor, nondum
erta mentio. Nec ſane quidquam quod pro
s integra forenſi illiuſmodi per ſecula illa
d Angloſaxones formula ſumendum videatur,
tenus vidiſſe me memini. Conjectare autem,
m & credere par eſt, ſub *antiquis* illis *regibus*
tam Angloſaxonicis quam Normannis, Ead-
ri ſcriptionem hanc antevertentibus, ſuperſtites
ſe formulas ejuſmodi & deciſiones ac in co-
um ſeu voluminum qualiumcunque corpora,
porum ſerie, diſpoſitas eſſe, juxta atque poſt-
dum, idque, ut videtur, exemplo vetuſtiorum
um ſeu more majorum, uſque in aevum
rum uſus obtinuit in annalibus deciſionum
diſputationum, in tribunalibus ſummis habita-
, digerendis; quos non ſolum **Yeerbooks** ſeu
ales ut regum nomine diſtingui ſolitos voci-
us, ſed etiam ſignantius **Lawbooks** *legis li-*
, ubi plane legis notio haud proprie alia quam
ua deciſio, formula, diſputatio forenſis ſigni-
ur. Neque enim libris in illis conſtitutiones,
iones, ſtatuta, aut quid ejuſmodi, qua tale,
r atque judiciis ac diſputationibus ſubinde
ſario adhibetur, omnino reperitur. Atque
riſconſultis jam noſtris habentur codices ejuſ-
i aut eorundem fragmenta aliquot paſſim pro-
a, idque ab Henrico tertio rege uſque in
ora noſtra, eaque ſive continuata ſive varia-
intercisa, ita temporum ab Henrico illo re-
putatorum uſque in Willielmum primum,
er annos 140 actorum, codicibus ejuſmodi
nt juriſconſulti apud nos veteres, idque etiam
rdi ſecundi regis ſeculo, ſeu circa annos
c 250, niſi velut hyperbola poëtica fallat
dus Chaucerus, vir plane ut alias ſcientiſſi-
ita tum juris Anglicani peritus tum ejuſ-
conſultiorum moribus, libris, ſtudiorumque
rationi, maxime in collegio juriſconſultorum quod
Interius Templum dicimus, cujus ſocius ipſe erat,
perquam adſuetus. In elegantiſſimis nempe eo-
rum quos fabularum ſuarum Cantuarienſium, ſub
tempus jam dictum conſcriptarum, facit autores,
characteribus, *ſervientis ad legem*, quo nomine
primaria juris Anglicani conſultorum dignitas,
cis eam quae eorum eſt qui pro tribunali ut ju-
dices ſummi ſedent, veluti doctoris aut ante-
ceſſoris denotatur (licet *judices* noſtros doctori-
bus & *ſervientes* bacalariis reſpondere, temere
nimis velit Joannes Roſſus Warwicenſis [b]) mores
ac doctrinam deſcribens, interſerit,

In tearmes had he case and domes all
That fro the time of King William was fall.

id eſt. *Temporibus ſtatis*, ſeu diebus, *pro more
faſtis* (quos **Terms** dicimus) *diſtinctas cauſas
habuit univerſas ac judicia, quae a tempore Wil-
lielmi regis evenere.* Certe aequum eſt ut iti-
dem ſentiamus, tempore Guilielmi regis ſeu Ead-
meri ſeculo, cauſas ejuſmodi antiquorum tunc
regum, id eſt, judicia in tribunalibus eorum lata,
e codicibus qualibuſcunque aut actis tribunalium
illorum publicis edifci potuiſſe. Et certe noti-
one jam dicta ſumendum illud ibi Eadmeri, *In
legibus regum antiquorum* ſuadet id quod in
eis *diſcerni* dicitur de *querelis, quae legaliter
non poſſent alibi diffiniri, finem inibi ſortiri de-
bentibus*, qualis locutio non tam conſtitutiones
regias ſeu leges notione magis vulgari, quam acta
eorum forenſia, juxta jam dicta, ſapere videtur.
Sed vero impenſe miranda eſt juriſdictionis hic
prodigioſa amplitudo, nec ſane minor, ut verba
ſonant, quam ſi dixiſſet ſummum ibi, quoad cau-
ſas etiam totius regni omnimodas, imo & regiis
ſuperius tribunal archiepiſcopale ibi locum tunc
habuiſſe, idque in legibus, quas diximus, diſcerni.
Res quidem aliunde perquam inaudita & juri,
apud majores noſtros, tum regio tum populi,
quale tunc & ſemper poſtea viguiſſe recipitur,
undiquaque diſſona. At nihilominus habetur
etiam, apud Petrum Bleſenſem, juriſdictionis ejuſ-
modi Cantuarienſis, ſaltem ejuſdem reliquiarum
imaginiſve ſub Henrico ſecundo rege ac Thoma
archiepiſcopo veſtigium ſane luculentum. Dege-
bat Petrus ille, ut miniſter ac famulus etiam &
archidiaconus [c] Cantuarienſis, in aedibus archie-
piſcopi illius, quod vitae genus omnino aulicum
tunc erat ſplendidiſſimumque. Eo nomine eum
acerbius literis inſectabatur neſcio quis ludima-
giſter, inſtantius illum nec ſine convitio urgens,
ut in ſcholas umbratiles & meditandi contem-
plandique ſeceſſus, inde ſe quantocius reciperet.
Quod ſane indigniſſime ferens Petrus [d], illum ut
procacem nimis ac intempeſtivum viriliter re-
darguit. Atque inter reliqua a nobis alibi [e] ex
eo adducta, collegium ibi florere oſtendit etiam
juriſconſultorum, quorum pars ipſe magna, &
Omnes, inquit, *quaeſtiones regni nodoſae refe-
runtur ad nos.* Videſis ibi caetera. Sed de hiſce
porro viderint perſpicaciores. Certe neque in
epiſtolis Lanfranci, nec Anſelmi, nec Joannis

[a] L. Valla Elegant. lib. 4. cap. 48. Vaconius a Vacuna lib. 6. Declaratione 79. §. 2. [b] MS. in bibliotheca Cottoniana fol. 90. 2.
[c] ... nt. 13. ſcript. 21. [d] Epiſt. 6. [e] Diſſertat. ad Fletam, cap. 8. §. 1.

Sarisburiensis (in quibus, utpote satis coaevis ac generis itidem hieratici hominibus atque res tunc forenses subinde tractantibus, jurisdictionis, si qua seculis illis istiusmodi fuisset, sive testimonia expressa sive vestigia ut occurrerent, cum ratione esset expectandum) nec quantum scio alibi omnino comperta sunt qualia sive hoc loco Eadmerus sive Petrus Blesensis, veluti sibi seculisque suis notissima, tradidere. Atque adversissima hisce habentur in constitutionibus illis notissimis parliamentariis Henrici secundi, seu temporis quo etiam floruit Blesensis, Clarendonensibus[a] dictis, ut id genus alia praetermittam. Locus etiam apud Gervasium singularis de legibus & causidicis primo in Angliam vocatis, dignissimus est qui hic advertatur expliceturque. Notissima est ex historicis obviis, controversia gravissima sub Stephano rege, inter Theobaldum archiepiscopum Cantuariensem & Henricum, fratrem regis, episcopum Wintoniensem de jure & commodo legationis a latere hic continuo. Ea Romae acerrime agitata, *Oriuntur hinc inde*, ut scribit Gervasius, *discordiae graves, lites & appellationes antea inauditae. Tunc LEGES & CAUSIDICI in Angliam primo vocati sunt, quorum primus erat magister Vacarius. Hic in Oxonefordia legem docuit*, &c. De juris tantum Caesarei, canonico sive conjuncti sive potius nimium immersi complicatique peritis, eorumque in Anglia tunc origine locus plane capiendus, uti & de juris ejusdem librorum usu publico, qua de re & de Rogerio illo Vacario hic memorato, fusius nos alibi[b]. Adjicere hic liceat, quasi statim postea coeptum esse codices, summa cum diligentia, utriusque juris jam dicti, monasteriorum in Anglia aliorumque ibi comparari bibliothecis, quod satis elicere est ex historia MS. monasterii Petroburgensis a Roberto de Swapham (ut credi solet) tempore Henrici tertii aut circiter conscripta. Scilicet Benedicti abbatis Petroburgensis, qui coepit anno MCLXXVII. seu 23 Henrici secundi & mortuus est MCXCIV. seu Richardi primi sexto, eximiam dignitatem (charissimus enim erat Richardo regi consiliarius atque ab eo pater dici solitus) atque res in abbatiae commodum ab eo gestas is enarrans, describi eum fecisse ait plurimos libros, quos enumerans, partim theologicos, partim juridicos aliosque, juridicos ad hunc modum recenset, *Decreta Gratiani, item Decreta Gratiani, Summa Ruffini de decretis, Summa Johannis Faguntini de decretis* (forte Joannes Faventinus innuitur, apud Gesnerum e Matthaeo Dressero memoratus; qui tamen in Nevizani, Gomesii, Fichardi, Zileti, Freymonii, Antonii Augustini, Guidi Panzirolli diligentioribus jurisconsultorum nominum collectionibus, ni fallor, non omnino reperitur) *Decretales Epistolae, item Decretales Epistolae, item Decretales Epistolae, cum Summa sic incipiente, OLIM, Institutiones Justiciani* (Justiniani) *cum Antenticis & Infortiato, Digestum vetus, tres partes, cum Digesto novo, Summa Placentini, totum corpus juris in duobus voluminibus.* Certe haud parum tunc apud Angl... crevisse studia juris utriusque, quae paulo an... hic incepta sunt, ex hisce difficile non est co... jectare. Et de Gervasio, hactenus.

IX. Sequitur Thomas Stubbes, Stobaeus i... dem interdum dictus. Is suum in aevum, ... in Edwardum tertium annumve quasi MCCC... pontificum Eboracensium successionem & actus ... duxit. Lelandus[c], *Thomas Stobaeus alias Stobb... a Leandro Alberto, libro quarto de illustri... predicatoriae sectae viris, luculente celebra... est. Scripsit librum cui titulus, Statutum con... impugnantes ecclesiasticas constitutiones; de ... pendiis praedicatoribus Verbi Dei; de perfecti... vitae solitariae; de arte moriendi.* Plura de... habes apud Balacum[d], cujus in librorum il... recensione, is qui hic editus de archiepisc... Eboracensibus memoratur. Celebratur itiden... Gesnero, atque ex eo a Possevino, uti & ab ... tonio Senensi in Praedicatorum bibliotheca, ... demum a Gerardo Vossio[e] in editione Hist... corum Latinorum secunda.

X. Guilielmus Thorne monachus coen... Cantuariae Augustiniani Benedictinus a Lela... MS. Balaeo[f], Pitseo[g], Vossio[h], celebratur. ... dem quae Lelandus habet verba ex eo affer... Balaeus, excepto tamen, mutandum esse ex ... lando illud Balaci, *Eum tanta usum fuisse ... gentia in illustrandis sui coenobii rebus, quo... clarius aut antiquius ullum habet Brita... nostra monimentum*, &c. in *eum tanta usum ... diligentia in illustrandis coenobii sui, quo... clarius aut antiquius ullum habet Britannia... tra, monimentis*, &c. Ita Lelandi sensu... verba ipsa habes. Idem est qui Gesnero ... scriptori ejus frequenti Possevino dicitur ... elmus Thorney, & tribuitur anno MCCCX... qui esse debuit MCCCLXXX. aut circiter.

XI. Henricus Knighton (sic scribi solitus ... nonicus abbatiae Leicestrensis, sub tempor... ruisse dicitur Richardi secundi regis, in ... ferme exitum historiam suam ab Willielm... mo, praemisso libri primi compendio de ... aliquot Saxonicis & Normannicis, seu in a... MCCCXCV. deduxit. Citatur Joanni Rosso ... wicensi[i] unde solum tum Lelando tum ... notus, nec eorum alterutri visus. Ipsissima ... bus uterque tantundem fatetur, verba de e... landi leguntur apud Balaeum[k], e quo etiam ... memorat Gesnerus. Exemplaria ejusdem ... habentur bina in bibliotheca Cottoniana, ... rum alteri nec ornatus in fronte ullus nec ... lus, alteri vero titulus in fronte antiquit... nio conscriptus est *Cronica Leycestrensis*, ... ora libri itidem adjicitur, *Compilatio Henr... Knyghton canonici abbatiae Leycestrensi... eventibus Angliae.* Profitetur in praefati... *Cistrensis laudiflui cronographi, libri septi... riem de verbo ad verbum inscribere pro...* suaque aliunde allata, quae quidem fusissim... intermixturum adjecturumque. Id est, ...

[a] Matth. Parisius anno MCLXIV. Ad finem Quadrilogi seu vitae Thomae archiepiscopi Cantuariensis, Jo. Sarisburiens. Epist. 159. Constit. Imperial. tom. 3. pag. 346. etiam in Chronic. Gervasii col. 1386. Et videtis eum col. 1389, &c. & compara cum Rogero part. 2. ann. MCLXV. & Gervasium itidem col. 1409.
[b] Differt. ad Fletam cap. 7. §. 3, 4, &c.
[c] MS. in bibliotheca ... Oxoniensi.
[d] Cent. 6. script. 36.
[e] Lib. 3. cap. 2.
[f] Cent. 6. script. 63.
[g] AEt. 14. script. 660.
[h] Historic. Lat. lib. 2. cap. 61. & lib. 3. cap. 3.
[i] MS. in biblioth. Cotton. fol. 112. 2.
[k] Cent. 6. script. 48.

monachi Cestrensis Pohychronici quod satis universalis est ab initio rerum historia. Ejus autem liber septimus in Willielmo rege primo incipiens, in exemplaribus aliquot extenditur etiam in postrema Edwardi regis tertii tempora seu annum MCCCLXXVII. ut in codicibus biblothecae Arundellianae aliarumque ac peroptimo penes me ejusdem codice, cui antiquitus subjicitur, *Explicit liber septimus*, *Historiae Policronicae ultimus*, & dein *Praesentem cronicam compilavit frater Ranulphus Cestrensis monachus*, quae verba quomodo ab ipso autore sibi primo in libro designata sunt, statim indicabimus. Sed vero in eodem codice ad annum MCCCXLIV. inceptum, antiquitus adnotatur, *Usque huc scripsit R.* seu *Ranulphus.* Sic etiam ante saepius Ranulphus ipse se in opere illo innui voluit. Exit autem ejusdem liber septimus Knightono [a], annis aliquot ante. Videsis quae de eo historiaeque ejus tempore habent variatim biographi [b]. Certe maximo eum apud majores nostros fuisse prae caeteris in pretio, inde satis liquet quod tot ejusdem codices veteres MSS. ac etiam perpulchre exarati, in bibliothecis tum publicis tum privatis etiamnum reperiantur, & quod prae aliis dignus habitus sit annis abhinc quamplurimis qui in linguam verteretur Anglicanam. Versio illa typis etiam superioribus seculis bis edita est, & ab interprete, Joanne scilicet de Trevisa, etiam in Edwardi quarti initia continuata. Etiam Lelandus in MS. ejus vita laudibus illum impense efferens & in Polydorum Vergilium velut minoris multo aestimandum & qui veteribus Britanniarum Anglorumque scriptoribus foede abusus fuerat acriter, dum vixit ille, invectus, *Plura hic dicerem,* inquit, *de Polydori arrogantia, nisi stomachum ejus timerem, quem tamen non usque adeo timeo quin aperte ausim adfirmare Ranulphum in eruendis mysteriis antiquitatis Britanniae* δὶς διὰ πασῶν *illo superiorem fuisse, si spectes provincias in quibus versatus fuit; nempe Salapiam, Davaniam, Luniam, Doroventaniam.* Sic ille. Quod vero ad nomen scriptoris hujus verum attinet; id quidem ediscendum monuit ipse e literis initialibus capitum sexdecem libri primi, satis imitatus etiam hac in re Ranulphum Cestrensem, cujus adeo est alias sequax. Ranulphi nempe mei, ut saepius aliorum, elegantius auro coloribusque variis ornati frons minio exhibet carmen hoc, seculi sui barbarismo consonum,

Grammata dant prima capitalia nomen agentis.

Nimirum initiales literae cujusque capituli libri primi, usque ad 52, in verba coactae ita leguntur, *Praesentem Cronicam compilavit frater Ranulphus Cestrensis*, unde tum illud quod ante memoravimus ad codicis mei finem, tum quod verbis totidem apud Pitseum habetur ex codicis alicujus veteris fronte sumptum. Haud ita dispari modo Knightonus literis initialibus capitum XVI. libri secundi (nam primus velut apparatus tantum locum sequentibus obtinet) nomen suum ad hunc modum designat, *Henricus Cnitton*, unde etiam Lelandus in vita ejus MS. *Knightoduno* suo supra scriptum habet *Cnitiodunus*, ut aliam nominis lectionem. Et de hisce tandem satis superque.

[a] Lib. 4. col. 2569. [b] Balaeus edit. priori fol. 144. 2. Cent. 6. script. 12. Gesnerus, Pitseus AEt. 14. script. 641. Vossius de Historicis Latinis lib. 3. cap. 2. Arnoldus Wion in Ligno Vitae lib. 2. cap. 77.

Ex aedibus Carmeliticis Londini
X. Maii Juliani MDCLII.

MARE

MARE CLAUSUM,

SEU

De Dominio Maris

LIBRI DUO.

Primo,

Mare, ex Jure Naturae ſeu Gentium, omnium hominum non eſſe commune, ſed Dominii privati ſeu proprietatis capax, pariter ac Tellurem, eſſe demonſtratur.

Secundo,

Sereniſſimum, Magnae Britanniae regem Maris circumflui, ut individuae atque perpetuae Imperii Britannici appendicis, Dominum eſſe, aſſeritur.

- - - - - - *Pontus quoque ſerviet illi.*

Sereniſſimo Potentiſſimoque

PRINCIPI,

CAROLO

DEI GRATIA

Magnae Britanniae, Franciae, & Hiberniae

REGI,

FIDEI DEFENSORI;

Humillimus atque devotiſſimus ejus ſubditus

JOANNES SELDENUS.

QUOD imperare pridem dedignatus non es, regum optime maxime, id propenſiſſimo obſecundandi animo quam potuit maturiſſime abſolutum, venerabundus offero. Diſſertatio eſt de *Dominio Maris*, ideo inſtituta, ut in compendio cerneretur jus illud exploratiſſimum, quo ab omni aevo oceanus Britannicus in ſacro Britannici tui patrimonio cenſitus eſt. Divi parentis tui juſſu tentata olim adumbrataque, inter ſchedas ſive neglectas ſive diſjectas per annos amplius ſedecim mecum latuit, ut imperfecta nimis, ſic etiam ceu intermortua. Poſtquam autem recognitioni ejus

ejus inſtaurationique totus, idque ea intenſiſſimi ſtudii alacritate, qua, clementiſſimis utpote majeſtatis tuae auſpiciis excitus, carere nequibam, per menſes aliquot vacaveram, non tam ut evocata revixit, quam plane renata eſt. Tot ſcilicet in ea ſunt emendata, tot diſpuncta, recocta, limata, immutata, tanta inſuper acceſſio ubique facta eſt, ut priſtino, quantum erat, lineamento plerumque diſparente, exeat omnino nova; tam nimirum ex iterata origine, quam ex natura ſui, tua. Sunt inter ſcriptores exteros, qui mare tuum auſtralius orientaliuſque principibus ſuis temere attribuunt. Nec pauci habentur, qui maria qualiacunque, ex jure naturae atque gentium, univerſitatis hominum eſſe communia, Caeſarianos aliquot jureconſultos veteres maxime ſecuti, aut adſtruere ſatagunt, aut patientius quam par eſt admittunt. Ne quid deforet, quod & utrumque genus refellat, & majeſtatis tuae cauſam rite adſerat, diffuſam teſtimoniorum indaginem inivi, eaque ſimul cum rationum momentis, ex omnimodo jure petitis, expendi, ſelegi, contexui; nec indiligenter. An vero feliciter, id perſpicacitas tua ſumma & vere regia prudentia dijudicabit. Ipſe interea in univerſum impenſiſſime contendi, ut tum ſereniſſimae majeſtati tuae, tum veritati exactiſſimae, veluti numinum pari ſacris ſocialibus colendo, tempeſtive litarem. Inexuperabilem tibi felicitatem ſanctiſſima illa majeſtas, quae tuae archetypa eſt, praeſtet conſervetque.

P R AE-

PRAEFATIO.

SUNT quae praemonenda hic duximus nonnulla, quorum pars etiam lectoribus alias scientissimis fuerit necessaria: caetera itidem iis qui solenni temeritatis vitio in ipso impingunt limine, dum libros obiter salutant, non inutilia. Spectant illa aut testimoniorum, quae adhibentur, sedem, aut dominii marini quod demonstratur circumstantias aliquot, aut operis titulum. In testimoniis, praeter typis edita & manuscripta privatorum bibliothecis latentia, non pauca (maxime in libro secundo) adducuntur e tabulis seu monumentis publicis, quorum fidem aliis testibus potiorem esse (saltem si discrimen intersit) adeoque plenam, tam, puto, concedet aequus rerum quilibet aestimator, quam senatus olim censuit [a] *Romanus. Quae privatorum bibliothecis latent, et ubinam adserventur plerumque docet margo. Quoties id non fit, penes memet habentur. Tabularum autem publicarum, e quibus crebro desumuntur testimonia, aliis similiter in margine, sive archivi, seu sacrorum scriniorum locus, sive archaeotarum scriniariorumve muneris nomen sic adjicitur, ut inde statim occurrat ubinam reperiantur. Harum vero aliis (quarum nempe usus frequentior) nullus prorsus locus nec archaeotae nomen, sed rex ut plurimum & annus, praeter vocamen earum forense, duntaxat adnotatur. Quotquot hujus sunt generis, aliae attinent ad annos qui Joannis regis initia & Edwardi quarti exitum intervenniunt, aliae ad eos qui inde ad aetatem excurrunt nostram. Quae prioris sunt intervalli, nec locum aut archaeotae nomen habent adjectum, adservantur in archivo Arcis Londinensis; quae intervalli sunt posterioris, in illo quod Capellae Rotulorum nomine est notissimum. Futile nimis fuisset tantundem eis, qui archivis Anglicanis assueti sint, hic indicasse; quippe quibus ex ipso forensi vocamine (veluti Rotulorum Patentium, Rotulorum Clausorum, Rotulorum Parliamentariorum, Rotulorum Franciae, Vasconiae, Alemanniae, id genus aliorum, quae sunt tabulae cancellariae Anglicanae) & regis nomine satis dignoscitur ipsa etiam tabularum sedes. Sed tam popularium meorum qui scriniis sacris alieni fuerint, quam exterorum gratia, inprimis erat hoc praelibandum, ut scilicet, si horum alterutri testimonii cujuscunque ex hisce allati fontem seu autographum denuo inspici ac pensiculatius consuli forte velint, eis, cum sedes ita designentur, commodius id sive praesentibus ipsis pro libitu facere sive absentibus ab amicis impetrare liceat integrum. Etenim tabularum scriniarii (quibus summa religio est ut tutissime conserventur) ex more recepto tum horis, quae intempestivae non sunt, omnimodis aditum consulentibus praebent, tum ita eas dispositas habent, ὥστε καὶ ῥᾳδίως (quod voluit de tabulis publicis etiam Justinianus* [b]*) εὑρίσκεσθαι παρὰ τῶν ἐπιζητούντων, seu* ut facile a requirentibus inveniantur. *Quod ad circumstantias, quas diximus, dominii marini attinet;*

[a] Marcellus l. 9. ff. tit. de Probationibus

[b] Novell. Constit. 15. cap. 5. §. 2.

attinet; cum binae hic demonstrentur (qua in rebus civilibus voca- lum illud ferri possit) propositiones, altera, Mare ex jure naturae gentium omnium hominum non esse commune, sed dominii privati seu pro- prietatis capax aeque ac tellurem; altera, Serenissimum Magnae Bri- tanniae regem maris circumflui, ut individuae ac perpetuae imperii Bri- tannici appendicis, dominum esse; existimandum non est, aliusmodi ad- mitti hic sive causas sive effectus dominii marini, quam quales fuer dominii insulae, continentis, portus seu cujuscunque alterius territorii provinciae, quae in sacro principum patrimonio censeri solet. Nec min ex juris inter gentes de dominio acquirendo recepti ipsiusque justit ratione, veluti ex causis, natum esse maris quam telluris dominium; ejus effectus alios esse quam qui pactis, conventis, foederibus, servitut sive constitutionibus sive praescriptionibus, id genus aliis, pariter ac eff tus dominii telluris, variatim subjaceant. Recte ille[a] *olim:*

> Nunc jam cessit pontus, & omnes
> Patitur leges.

Omnes scilicet quas patiuntur territoria qualiacunque, pro rerum, per narum, seculorum, atque juris belli pacisque discrimine. Et ad Tiberi Augustum Valerius, Penes te, *inquit*[b], hominum deorumque consen maris ac terrae regimen esse voluit. *Alia sunt apud veteres ejusm quibus ita conjungitur terrae & maris dominium, ut nullo modo invic dispar esse velint, aut dispares hujus ab illius dominii sive effectus caussas. Quin hoc, puto, cordatioribus satis manifestum est, sine moni quo tamen opus est eis qui causam dominii marini solum in praepollenti classium, interdum etiam piraticarum*[c]*, vi, effectum vero in omni aliis simpliciter perpetuoque arcendis consistere, incogitanter nimis, nu foederum fideive interpositae jurisve habita ratione, pronuntiare subin audent. Titulus autem libri defensione etiam eget apud aliquos, quor palato illum non satis placere audio. Nolunt, si diis placet,* Mare Clausum *id quod hic agitur, seu dominii maris assertionem, sed tempus quo veteri claudi maria dicebantur, utpote non navigabilia, denotare. Nemo quia nescit a* III. *iduum Novembris*[d] *usque in diem* VI. *id. Martii, seu in ejusmodi temporis hyberni initium atque exitum*[e] *alium, ita olim m clausum fuisse ac dici, ut tempore reliquo, seu aestivo, apertum, id classium magis patiens. Quo sensu dixit Cicero*[f]*, dum a Quincto fra literas expectabat,* Adhuc clausum mare scio fuisse. *Adeo ut hoc se tam Clusii & Patulcii cognomina Neptuno, quam Jano rite satis tri potuissent. Sed vero, tametsi ex hac maris clausi notione, titulus fui desumptus, non ita foret sane reprehendendus. Nam cum domini sit, suo utifrui, ut extra pacta conventa, foedera, seu jus aliquod singul superveniens, alios quoscunque ei arcere liceat; non male dixerat maria quae in cujuspiam dominium transirent, caeteris quibuscunque dominis nec jure ejusmodi singulari gaudentibus, ex lege dominii clausa e non dissimili fere modo ab eo, quo tempore illo hyemali classibus intra bilia sunt lege naturae, quemadmodum loquitur Vegetius. Nam ut creb tempestates atque hyemis inclementia, a Novembri usque ad novos in M tio navigationis natales, liberum maris usum vetabant, ita etiam e*

[a] Seneca in Medea act. 2. [b] In Prologo. [c] Videsis Ludovic. Servin. in Placit. tom. 2. p. 60. [d] Vegetius de Re Militari lib. 4. cap. 39. [e] L. 3. C. tit. de Naufragiis & l. 3. tit. cod. in Cod. Th siano; Jul. Ferret. de R. Navali lib. 11. §. 2. & 3. [f] Ad Quinctum fratrem lib. 2. epist. 5.

qui ut dominus mare privatim ac jure occupaverit, aliis liberum ejusdem usum non raro intercludere, a ratione non adeo absonum esset dicere. Sed vero alia & clarior plane tituli mens est. Ex simplice ejusdem vocabulorum vi denotatur, mare, non aliter ac tellurem seu portum, finibus, limitibus, caeterisque privati dominii notis ac circumstantiis ita claudi seu in dominium privatum secerni secludique, idque ex jure omnimodo, ut, extra domini libitum & singularia quae variatim interveniunt, evanescunt, redeunt, juris temperamenta, praecludatur aliis universis ejusdem usus. Nam claudere *non modo simplicem ipsum claudendi actum, quemadmodum in januis oculisve clausis, clauso agmine, seu ut in illo Lucani*[a]:

> Brachia nec licuit vasto jactare profundo,
> Sed clauso periere mari ----------

(quod de nautis versa carina tectis dicitur) verum etiam id quod consequens est, seu tum liberi rei clausae usus negationem, tum proprietatem seu imperium ejus qui clauserit, saepius simul significare certissimum est. Venus apud Virgilium[b] *ad Jovem:*

> Quid Troes potuere? quibus tot funera passis
> Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?

Id est, liber orbis usus eis interdicitur, seu non permittitur. Et Propertius[c]*:*

> Non clausisset aquas ipsa noverca suas.

De sacris Junonis fontibus loquitur, qui sexui sequiori velut dominabus proprii, Herculi adeoque masculis quibuscunque interdicebantur. Tencterorum item legatus ad Agrippinenses apud Tacitum[d], Vobis gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem flumina, ac terras, & coelum quodammodo ipsum, clauserant Romani, ut colloquia congressusque nostros arcerent. *Et apud eundem, Cerialis ad Treveros ac Lingonas, exceptis tributis* caetera, *inquit,* in communi sita sunt. Ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis. Ipsi has aliasque provincias regitis. Nihil separatum clausumve. *Ejusmodi sunt alia non pauca. Plinius item de ipsis maribus*[e]; Interiora maria terris clauduntur ut portu. *Et,* mare Tyrrhenum a Lucrino molibus seclusum, *habet idem*[f] *alibi. Et Tacitus*[g], tutum, seclusum mare. *De Francis etiam olim piratico more tum per mare Mediterraneum tum apertum oceanum grassantibus, panegyristes ille ad Constantium*[h], Eventu temeritatis ostenderant nihil esse clausum piraticae desperationi, quo navigiis pateret accessus. *Mare, scilicet non esse ab imperatore Romano ita eis praeclusum, quin libere eodem depraedando uterentur. Summa est; id quod D. Ambrosio*[i] *dicitur* possidere fretum, & spatia maris sibi vendicare jure mancipii, *ipsum Columellae*[k] *est* maria ipsa Neptunumque claudere; *adeoque mare clausum est mare privatim possessum, seu tam iure quam occupatione ita seclusum, ut commune esse desinat, id est, jure mancipii vendicatum. Inde anguli clausares dicebantur anguli quibus centuriae in veterum Romanorum assignationibus ita se invicem contingebant, ut ex eis quatenus dominii singularium jus exporrigeretur dignosci*

[a] Pharsal. 3. [b] AEneid. 1. [c] Lib. 4. eleg. 10. [d] Historiar. 4. [e] Hist. Nat. lib. 2. cap. 97. [f] Ibid. lib. 36. cap. 15. [g] Histor. 2. [h] Panegyric. *Si mihi.* [i] Hexaemer. lib. 5. cap. 10. [k] De Re Rustica lib. 8. cap. 16.

posset,

poſſet, uti videre eſt apud Hygenum[a]. *Neque exigendum eſt, ut ex ſu gente munimento continuo aut continuo alicujus limitis, qui emineat, duct claudatur, quod hac notione clauſum fuerit recte dicendum. Sed ficta qua liſcunque, per rigores, gammata, coxas, linea aeque in dominii priva deſignatione ſeu re poſſeſſa civiliter claudenda (quemadmodum in agris o cupatoriis atque arcifiniis non raro apud veteres) locum ſemper habu aeque ac limes qualiſcunque eminens ac continuus. Unde fiebat, quod in c loniarum aſſignationibus tum loca clauſa tum extracluſa vocabant, qu ejuſmodi etiam lineis tantum diſterminabantur. Julius Frontinus*[b]; Ag extracluſus eſt, qui intra finitimam lineam & centurias interjacet, ideoq extracluſus, quia ultra limites finitima linea clauditur. *Sic lineis per coe gradus diſpoſitis, ſeu longitudinis & latitudinis, clauduntur, ut privati occupentur, territoria aſſignata tam in coloniis hodie in Americam deduct quam in immenſo illo in ſuperiore ſeculo Alexandri* VI. *pontificis Roma dono, quod linea a polo*[c] *arctico ad antarcticum ficta terminatur. S mare Graecum, quod eſt intra inſulas Cyaneas & Chelidonias, ex foeder clauſum eſt & interdictum Perſarum imperatori ab Athenienſibus. I intra aream ſacri imperii Britannici patrimonii clauditur oceanus ci cumfuſus. Ejuſmodi ſunt paſſim alia. Sed nimius ſum in re tam man feſta. Facula igitur ſolem illuſtrare ſuperſedeo. Vale, lector.*

Ex aedibus Templi interioris
IV. Nov. MDCXXXV.

[a] Lib. de Limitibus Conſtituendis. [b] Lib. de Limitibus Agrorum. [c] Laertius Cherubinus Bul tom. 1. pag. 393. Hieronym. de Monte Brixiano, lib. de Finibus Regundis cap. 7. §. 8. [d] Plutar in Vita Cimonis.

MAR

MARE CLAUSUM,

SEU

De Dominio Maris.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

usculi distributio, & libri primi ordo.

DE Mari Clauso, seu de dominio sereniſſimi regis Magnae Britanniae, in oceano circumambiente, disceptaturo, duo inprimis capita sunt perpendenda: horum alterum juris est, rum facti: denominatione a majori parte pro re utrique tributa. Tam enim id quod juris hic plurima immista habet, quae plane sunt i, quam id quod facti est, quae sunt juris non ca. Quod juris est in eo potissimum versa- utrum scilicet mare sit dominii privati, seu prietatis, jure capax. Id vero quod facti hic cupatur, testimoniorum duntaxat est cumu- seu luculenta velut instrumentorum editio, & regis & decessorum adstrui posset atque i diuturna occupatio, seu possessio continua, usucapio legitima, cui, ut firmissimo titulo, ninium ejus innitatur; postquam nimirum mare m proprietati nullo jure adversari, sed om- odo ejusdem capax esse, manifestum satis red- um fuerit. Capitum horum utrique libellum m tribuimus. Et primo de eo quod est ju- secundo, quid facti fuerit, diligenter expen- ius. Nam nisi de prima quaestione plane con- rit, de secunda frustra & incassum contro- titur. Dicendorum autem libro primo ordi- n adhibere visum est ejusmodi, ut primo de- etur undenam orta sit & in disputationibus m habuerit illa juris quaestio, cum sententiis m qui negant mare dominii privati esse ca- , sive ita in cujuspiam ex jure transire posse prietatem, ut reliquo humano generi non in- a maneat commune. Dein praelibantur quae- , quibus ipsa quaestionis vocabula ita expli- tur, ut tam quo mediorum genere, quam qua re sit dispiciendum, dilucide inde statuatur: ne, si illud praetermittamus, in notione sive verborum sive controversiae dubia haesitemus. Apparatu hujusmodi rite tradito, non solum nullum omnino juris genus recte intellectum refragari maris dominio, sed jure omnimodo, cujus in hujusmodi disceptationibus usus esse potest, eoque exploratissimo, tam maris dominium privatum, quam telluris, agnosci demonstramus. Et demum responsione diluimus ea quae adversus qualecunque maris dominium privatum solent adduci: a quibus auspicandum. Nam secundi libri ordo commodius ipsi praefigitur.

CAP. II.

Qualia sint, quae maris dominio reluctari videntur, & adversus illud solent objici.

TRIPLICI fere in genere cernuntur quae, ut dominio maris adversantia, solent afferri: alia ex commerciorum, transitus, ac peregrinationis libertate, ex natura maris alia, atque ex disertis scriptorum testimoniis alia petuntur. Quod ad commerciorum ac peregrinationis libertatem attinet; eam adeo naturalem esse volunt nonnulli, ut tolli jure nullibi posse aiant; & jure gentium nefas esse, portu, commeatu, commercio, navigatione mercatoribus aut peregrinis interdici; justa bella ob fori usum & portum prohibitum & commercia negata coepisse. Exempla objiciunt Megarensium[a] in Athenienses, Bononiensium[b] in Venetos, Hispanorum item in occidentalis Indiae incolas. Nam justam praetexunt viri doctissimi[c] causam belli ab Hispanis in Americanos suscepti, ob communem portuum ac litorum usum prohibitum. Atque huc trahunt illud Virgilii, velut ex jure gentium pronunciatum,

[a] hucydid. lib. 1. & Diodor. Sicul. lib. 12. [b] Sigon. de Regno Italiae lib. 20. [c] Franciscus Victoria de Indis tract. 2. §. 2. 3 & annes Solorzanus de Indiarum Jure lib. 2. cap. 20. §. 34. & seqq. Gregor. Lopez in Partid. 2. tit. 23. l. 2.

Quod genus[a] *hoc hominum? quaeve hunc tam barbara morem*
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenae.

Jam vero, ſi dominium maris ejuſmodi admitteretur, ut domini arbitratu, maris ac portuum inde uſus prohiberetur, juri tunc huic commerciorum & peregrinandi, quod naturale vocant, derogatum iri aiunt; quod nolunt ferendum. Ex natura autem ſui (quod ſecundum eſt objectorum genus) mare in momenta mutari, adeoque eſſe perpetuo, aquis aliis aliiſque in priorum locum nunquam non ſuccedentibus, fluxile, & tam non ſibi omnino, ſi alveum excipias, idem, ut nec idem aut ſingularis poſſit eſſe ejuſdem dominus, dici ſolet. Quin, ubi ipſa dominii ejuſmodi natura maxime in finium ac terminorum diſtinctione conſiſtit, in mari non haberi nec haberi poſſe idoneam ejuſmodi diſtinctionis ſive materiem ſive inſtrumenta, quibus finium regundorum jus, in dominii controverſiis principem obtinens locum, ſubniti queat. Etiam & illud ex D. Ambroſio[b] afferunt, de piſcium domiciliis loquente; *Geometram audivimus, thalaſſometram nunquam audivimus; & tamen piſces menſuras ſuas norunt.* Tantam etiam maris magnitudinem eſſe, ut omnibus populis ſufficiat ad aquam hauriendam, ad piſcatum, ad navigationem: ideo privatum ejus dominium non admittendum. Tertium genus argumentorum hic, quod e ſcriptorum teſtimoniis habetur, partim ex poetis veteribus, theologis, aliiſque aliud agentibus, partim ex juriſconſultis rem ex profeſſo tractantibus deſumitur. Prioris claſſis eſt illud Grypi piſcatoris & Trachalionis ſervi, de vidulo in mari reperto diſputantium, apud Plautum[c],

Gr. *Mare quidem commune certo 'ſt omnibus.* Tr. *aſſentio;*
Qui minus hunc communem quaeſo mihi eſſe oportet vidulum?
In mari inventum eſt: commune eſt. ----

Affertur etiam Latonae ad ruſticam in Lycia turbam ſupplicis orationis pars apud Ovidium[d],

Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt.
Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues undas: in publica munera veni.

Item illud Virgilii[e],

------ *Littuſque rogamus*
Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem.

Et Phoenicides apud Athenaeum[f], τὴν μὲν θάλασσαν κοινὴν ἔναι, *Mare commune eſſe*, ait. Quibus accedat ſcitum illud Rabbinorum aliquot Hieroſolymitanorum, qui Alexandro magno quidem totius imperium agnoſcebant; ita ta ut aridae ſeu telluris tantummodo, non om maris dominium eum acquiſiviſſe ſentirent, pote ſoli Numini, ut domino, ſubjacentis. V ſunt[g], שליט בים אבל הק'בה שליט בים וביבשה *Non dominabatur in mari: ſed* O. M. *dominatur tam in mari quam in te* Claſſis ſecunda, ſeu quae apud juriſconſulto currunt, hujuſmodi ſunt: *Naturali jure om communia ſunt illa, aer, aqua profluens, & & per hoc littora maris*; item, *Nemo ad maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, tamen villis & aedificiis & monimentis neatur: quia non ſunt juris gentium, ſicu mare. Idque divus Pius piſcatoribus Form & Capienatis reſcripſit:* quae verba ſunt ciani[h] juriſconſulti, & Juſtiniani[i] in Inſti Et Ulpianus[k]; *Mari, quod natura omnibus tet, ſervitus imponi privata lege non poteſt.* alibi idem[l]; *Mare commune omnium eſt, tora, ſicut aer. Et eſt ſaepiſſime reſcrip non poſſe quem piſcari prohiberi.* Quin C *Maris*, ait[m], *communem eſſe uſum omnibus minibus, ut aeris.* Etiam ipſum Caeſarem luris, non maris dominum eſſe volunt aliqui eo quod Antoninus Caeſar reſponderit, *Se dem mundi dominum eſſe; legem autem,* (ſic vulgo intelligitur ejus reſponſio) ac ſi dominium arrogare ſibi nollet. Atque in licis[o], ſeu jure orientalis imperii, legitur, αἰγιαλοὶ ἐν τῇ πάντων ἐξουσίᾳ εἰσί, *Litora ſu omnium poteſtate.* Sic Michael Attaliates conſultus imperii orientalis[p], Τινὰ δὲ πάντων ὅιον ὁ ἀὴρ, τὸ ῥέον ὕδωρ, ἡ θάλασσα, ὁ α λὸς τῆς θαλάσσης, καὶ οἱ ποταμοί, *Quaedam omnium hominum; quemadmodum aer, aqua fluens, mare, litus maris, & fluvii.* Sc mare omnium hominum commune eſſe ex & naturali & gentium ſcribunt utriuſque perii juriſconſulti aliquot veteres. Quod ſi aut ex ſui natura, aut ex alterutro, quod mus, jure ita commune eſſet, fieri ſane neq ut id in cujuſpiam privatum tranſire poſſet minium, niſi aut jus naturae, quod prorſus mutabile dici aſſolet, immutaretur; aut gent quarum pariter intereſt, conſenſus ejuſmodi minio accederet. Et proinde non uſucapi non praeſcriptione, nullo denique titulo ac poſſe maris dominium velle videntur. N enim adverſus naturam ulla exceptio locum bet: *Neque*, ut reſpondet Papinianus[q], *praeſ tio longae poſſeſſionis ad obtinenda loca gentium publica ſolet concedi.* Juriſconſulto quos diximus, veterum ſequax eſt interpre turba non exigua; cum tamen ſint interea pauci, qui vetuſtam illam de neceſſaria n communione ſententiam non uno modo perent & reſtringant, ut infra docetur. I recentiores autem juriſconſultos, in impugna maris dominio, primas tenuere viri bini, riſſimi quidem utrique, ſed eruditione & n

[a] AEneid. 1. [b] Hexaemer. lib. 5. cap. 10. [c] In Rudente act. 4. [d] Metamor. 6. [e] AEneid. 7. [f] ...noſoph. 8. [g] Gemara Hieroſolymitan. tit. Aboda Zara ſeu de Cultu Extraneo fol. 42. col. 3. cap 3. [h] L. 2. & l. 4. ff. de Reru... viſione. [i] Tit. eodem. §. & quidem. [k] L. 13. ff. tit. Communia praedicorum. [l] L. 13. §. 7. ff. tit. de injuriis, & vid... l. 24. ff. de damno infecto. [m] L. 3. ff. Ne quid in loco publico §. 1. [n] D. D. ad l. 9. ff. ad legem Rhodiam. [o] Eclog... lic. lib. 50. tit. 1. cap. 13. [p] Pragmat. tit. 2. [q] L. 45. ff. tit. de Uſucapionibus & Uſurpationibus.

ing

ngenii impares. Fernandum dico Vasquium, Hispanum, & Hugonem Grotium, Batavum. Hispanus erat, in summo nuper dominicae rei Philippi tertii Hispaniarum regis praetorio, senator celebris. Batavus, fiscalis olim advocatus Hollandiae, Zelandiae, & Westfrisiae, aliisque honoribus patriis meritissimo auctus, vir acuminis & omnigenae doctrinae praestantia incomparabilis. Disputans autem Vasquius tum de jure naturali & gentium, tum de rerum dominio, praescriptionibus, id genus aliis; *Ex, his*, inquit [a], *apparet, quam suspecta sit sententia existimantium Genuenses aut etiam Venetos posse, non injuria, prohibere alios navigare per gulfum aut pelagus sui maris, quasi aequora praescripserint : id quod non solum est contra leges Caesareas* (jam supra citatas) *sed etiam est contra ipsum jus naturae aut gentium primaevum, quod mutari non posse diximus. Quod sit contra illud jus, constat; quia non solum maria aut aequora eo jure communia erant, sed etiam reliquae omnes res immobiles. Et licet ab eo jure postea recessum fuerit ex parte, puta quoad dominium & proprietatem terrarum, quarum dominium jure naturae commune, distinctum & divisum sicque ab illa communione segregatum fuit; tamen diversum fuit & est in dominio maris, quod ab origine mundi ad hodiernum usque diem est fuitque semper in communi, nulla ex parte immutatum, ut est notum. Et quamvis ex Lusitanis magnam turbam saepe audiverim in hac esse opinione, ut eorum rex ita praescripserit, navigationem Indici occidentalis ejusdemque vastissimi maris, ita ut reliquis gentibus aequora illa transfretare non liceat, & ex nostrismet Hispanis vulgus in eadem opinione fere esse videatur, ut per vastissimum immensumque pontum ad Indorum regiones, quas potentissimi reges nostri Hispaniarum subegerunt, reliquis mortalium navigare, praeterquam Hispanis, jus minime sit* (quasi ab eis id jus praescriptum fuerit) *tamen istorum omnium non minus insanae sunt opiniones, quam eorum qui quoad Genuenses & Venetos in eodem fere somnio esse adsolent. Quas sententias ineptire vel ex eo dilucidius apparet, quod istarum nationum singulae contra seipsas nequeunt praescribere; hoc est, non respublica Venetiarum contra semetipsam, non respublica Genuensium contra semetipsam, non regnum Hispanorum contra semetipsum, non regnum Lusitanorum contra semetipsum. Esse enim debet differentia inter agentem & patientem. Contra reliquas vero nationes longe minus praescribere possunt, quia jus praescriptionum est mere civile : ergo ille jus cessat, cum res agitur inter principes vel populos superiorem non recognoscentes in temporalibus. Jura enim civilia cujuscunque regionis, quoad exteros populos, nationes, vel etiam homines singulos, non magis sunt in consideratione, quam si revera non esset tale jus aut unquam fuisset, & ad jus commune gentium primaevum vel secundarium est recurrendum, eoque utendum; eo jure talem maris praescriptionem & usurpationem admissam non fuisse unquam constat.* Alia id genus habet ille, in privatum omne maris dominium audacissime insurgens. Prodiit autem Lugduni Batavorum anno salutis MDCIX. (id est, proximo post disceptationem prolixam inter Hollandos & Hispanum, de libera in Indias orientales navigatione, Hagae habitam) Hugonis Grotii Mare Liberum, sive *De Jure quod Batavis* (sic se habet titulus) *competit ad Indicana commercia, Dissertatio.* In ea probare nititur, jure gentium quibusvis ad quosvis adeo liberam esse navigationem, ut sine injuria per mare impediri nequeat. Dein mare Atlanticum & australe, sive jus navigandi ad Indos, proprium non esse aut esse posse Lusitanorum. *Quippe mare* (inquit [b], legibus & rationibus jam dictis usus) *proprium omnino alicujus fieri non potest. Quia natura commune hoc esse non permittit, sed jubet.* Alia ea de re habet ipse in eximiis illis de Jure Pacis & Belli libris, de quibus inferius. Et de argumentis, quae maris dominium impugnare solent, haec summatim. Quaestionis igitur ejusque vocabulorum explicatio proxime ineunda.

CAP. III.

De Maris in quaestione vocabulo. Et juris distributio, quae disquisitioni inserviat.

QUOD ad quaestionem, utrum mare sit dominii privati jure capax, attinet; *capax* sumimus eadem notione, qua usus est Trajanus Augustus, dum Plinio [c] suo *solum peregrinae civitatis capax non esse dedicationis quae fit jure nostro*, rescripsit. Sed & *maris* in quaestione, *juris* & *dominii* vocabula insuper explicanda. *Mare* intelligimus universum, & tam oceanum apertum seu exteriora quae sunt maria, quam quae interiora sunt, veluti Mediterraneum, Adriaticum, AEgaeum, Britannicum, Balticum, & quae sunt id genus alia, haud aliter ab oceano, ac uti partes undiquaque homogeneae a toto, discrepantia. *Jus* autem (quod est liciti atque illiciti norma, mensura, ac index) consideratur bifariam : aut qua obligativum est, quod & praeceptivum dicitur; aut qua permissivum est, concessivum itidem scriptoribus nuncupari solitum. Qua obligativum est, in eis quae vel jubentur vel vetantur, ut, suum cuique tribuere, non pejerare, caeteris similibus, cernitur; qua permissivum, in eis quorum nec jubetur usus nec vetatur, sed permittitur tamen; quemadmodum in ipso emtionis, venditionis, manumissionis actu, in contrahentium conditionibus pro eorum arbitratu contractui adjici solitis, id genus aliis. Utrumque autem hoc genus, aut universum genus humanum, id est, gentes universas, spectat, aut non universas. Quod universum spectat genus humanum, seu gentes universas, aut naturale est aut divinum : scilicet aut ex naturalis rationis lumine seu recto rationis usu manifestum, quod

[a] Fernandus Vasq. Controvers. Illustr. lib. 2. cap. 89. §. 30.

[b] Mari libero cap. 5.

[c] Lib. 10. epist. 59.

& Lex

& *Lex communis in publico mundi & naturalibus tabulis scripta* eleganter a Tertulliano [a], & κοινὰ τῶν ἀνθρώπων δίκαια, *Communia hominum jura* Graecis [b] nominatur, ipsumque *jus gentium primaevum* dicitur jurisconsultis; aut divinis in eloquiis, scripto mandatis, praestitutum: quorum utrumque jus gentium universale, seu omnium commune recte appellandum. Quicquid in horum alterutro obligativum est, sive ex ipsa rei natura, seu potius ex naturae parentis autoritate, habetur apud homines immutabile. Unde toties philosophis [c], theologis [d], jurisconsultis [e] pronunciatum illud asseritur, *jura naturalia esse immutabilia.* Id quod de permissivo sive naturali sive divino, ad humanum genus universum attinente, dici nequit. Hoc enim pro eorum, qui rebus praesunt, judicio, ex sui natura variatim esse mutabile, qua permissivum est, nemo non videt; ideoque obrogationes, abrogationes, temperamenta, id est, mutationes indies recipere. Cum interea obligativum genus incrementa seu additiones, utpote quibus sive firmius sive decentius possit observari; non mutationes, quibus ullatenus vis ejus minuatur, admittat. Ex obligativi hujusmodi additionibus & permissivi mutationibus conflatum est alterum illud jus, quod angustius est, & ad gentes non universas, seu non ad totum genus humanum, sed ad aliquas ejusce tantum partes, spectat, atque recte positivum (sive scilicet a Numine sive ab hominibus positum) nuncupari solet, interdum etiam [f] civile, & rectae rationis naturalis additamentum. Positivum hoc jus dispertire liceat in illud quod unicae alicui genti populove in societatem coalescenti proprium fuerit & singulare (qualis olim habita est patria illa apud Romanos [g] potestas, atque ea quae Athenis [h] in more) & illud, quod in usu pluribus. Hoc rursum quod pluribus in usu bifariam dividimus; in id cui plures simul, pariter ac communiter, seu ex communi aliqua obligatione, gentes populive subsunt; atque id cui gentes populive plures non simul, pariter, aut ex obligationis communione aliqua subsunt, sed singulatim atque ex accidente. Triplicis hujus speciei juris positivi primam jus simpliciter civile nominemus, puta ad civitatem aliquam unicam attinens; secundam jus plurium gentium commune, ob communionem obligationis ita dicendum; tertiam jus gentium aliquot seu plurium civile seu domesticum, propter obligationem qua tenentur tantum domesticam, atque sibi singulis sine obligationis communione, civilem. Leges, verbi causa, XII. tabularum Athenis Romam allatae, utramque apud gentem tam Romanam, quam Atticam obtinuere: sed ex nulla obligationis aut populorum communione. Jus igitur tabularum commodius multo harum gentium civile, quam utrarumque gentium simpliciter (quali locutio communionem indicat) erat dicendum Quod vero plures simul gentes ex obligationi communione spectat, id est, jus plurium genti um commune, bipartito est itidem tribuendum in id nempe quod gentibus populisve pluribus es imperativum, atque id quod est pluribus interve niens. Imperativum vocamus jus gentium, quo a diversis gentibus populisve, singulis alioquin im periis ac potestatibus supremis subjacentibus, e communi singulis, nec dispari sed aliunde deri vata obligatione, eaque sive a Numine sive a homine imperata, observatur, aut vim debet ha bere. Tale erat jus Dolopum, Magnetum, Phthi otarum, Thessalorum, aliorum Graeciae populo rum, qui pariter ex obligatione communi ab A crisii [i] Argivorum regis imperio accepta conven tus Amphyctionici jurisdictioni suberant. Tal item, singulare jus belli a Numine praescriptur non Ebraeis solum sed & Cananaeis [k], quibuscun bellum gerendum: nam utrique, licet diversimo de, ex imperantis autoritate tenebantur. Et ut gentes aliquot ex pontificis Romani autorita atque imperio, pariter in idem jus conveniun imperativum jus gentium id rite appellandum Interveniens autem jus gentium dicimus, quo non ex communi pluribus imperio, sed interve niente sive pacto sive morum usu natum est; jus gentium secundarium fere solet indigitar Hujus capita cernuntur in clarigationis, legat onum, captivorum, obsidum, postliminii, fo derum, commerciorum, id genus aliorum plu ribus gentibus intervenire solitorum jure. Ete nim quantum, in hisce, ex additionibus quae ju ri gentium universali obligativo & mutationibu quae permissivo universali accesserint, inter ger tes diversas est conflatum, id totum, nec ampl us, aut imperativi aut intervenientis nomen me retur. Reliquum, juris gentium universalis se primaevi nomen retinere palam est. Etiam jus Caesareum, quod adeo in dictis juris inter venientis capitibus discutiendis locum habere so let, qua cum gentium jure universali, sive natu rali sive divino, consonum est, sub eodem etiar nomine est ponendum; qua vero ex aliquot, qu bus est in usu, gentium consensu sic adhibentu ejus capita ac scita nonnulla quae juris non sur universalis, planissime juris gentibus aliquot in tervenientis vocabulo est rite denotandum. Qu demum singulis aliquot populis domi in foro e receptum, gentium plurium Jus Civile appellar dum est, seu domesticum. Juris notionis omn genae, quae in quaestione tractanda adhibenda es systemate ad hunc modum ob oculos posito, d *dominio* restat ut proxime videamus.

[a] Lib. 2. Corona Militis. [b] Thucydid. lib. 4. Polyb. lib. 2. alii. [c] Audronic. Rhodius, Michael Ephesius, Eustrati alii, ad Arist. Nicomach. 5. cap. 10. Cicero, apud Lactantium lib. 6. cap. 8. [d] D. Thom. 1, 2. q. 94. art. § &c. [e] I stit. de Jure Nat. §. sed naturalia. [f] Philo Judaeus, lib. de Joseph. seu de Viro Civili. [g] Instit. tit. de Patria Potestate, jus autem. [h] Demosthen. Orat. contra Aristocratem. [i] Pausanias in Phocicis, Strabo lib. 9. AEschines in Orat. περὶ παρ πρεσβείας. [k] Deuteron. cap. xx. 10.

CAP

Cap. IV.

e Dominio, tum Communi omnium, tum Privato. Hujus initia, sive per distributionem, sive per occupationem.

Dominium, quod est jus utendi fruendi, alienandi, libere disponendi, aut omnium ominum, pro indiviso possidentium, commune , aut aliquorum tantum privatum, id est, inter iversitates singulares, principes, personas qualesnque, privatim ita tributum, ut libertas utendi endi aliis aut intercludatur aut saltem minuar. Primi generis dominium, seu quod omnin commune est, in rerum, priscis seculis, comunione solet memorari. De ea Virgilius [a]:

Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat; in medium quaerebant--------

Seneca [b]:

----------pervium cunctis iter;
Communis usus omnium rerum fuit.

Tibullus [c] ad Messalam:

Non domus ulla fores habuit; non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arva, lapis.

usmodi sunt plura. Quae tamen ita intelligi lt Lactantius [d], *Non ut existimemus nihil omo tum fuisse privati; sed more poetico figuram, ut intelligamus tam liberales fuisse homines, natas sibi fruges non includerent, nec soli abnditis incubarent, sed pauperes ad communiom proprii laboris admitterent.* Certe non obura rerum plane communionis vestigia occurt in donatione illa Numinis, qua Noachus & s filii ejus, Semus, Chamus, & Japhetus (qui lut Adae, in generis humani post diluvium inurationem, personam jam simul induerant) doni pro indiviso rerum omnium facti sunt. rmula donationis est [e], *Crescite & multiplicani, & replete terram. Pavor vester & trer vester erit super omne animal terrae, & per cunctum volatile coeli, cum universis quae ventur super terram, & cum omnibus piscibus ris. In manum vestram tradita sunt.* Et stinus Historicus [f] apposite, *Erant*, inquit, *Sani aevo omnia communia & indivisa omnibus, luti unum cunctis patrimonium esset.* Unde in Saturnalibus bonorum communio. Neque ter Cicero [g], *Privata nulla natura; sed aut teri occupatione, ut qui quondam in vacua veunt; aut bello etiam & victoria potiti sunt: t lege, aut pactione, conditione; sorte.* Sed veri non est simile hujusmodi communionem diu obtinuisse. Privatum autem dominium, seu rerum finiumque distinctionem, qua caeteris, praeter agnitum dominum, libertas utendi fruendi aut negata est aut minuta, secula illa aurea subsecutam fuisse aiunt:

Communemque prius, ceu lumina solis & aurae,
Cautus humum longo signavit limite mensor;

Ut canit ille [h]. Et scimus ex Sacris Literis tellurem a Noachidis, seculis aliquot post diluvium, esse divisam [i]. A Japeto & filiis ejus *divisae sunt insulae gentium in terris suis, unusquisque juxta linguam suam & juxta familias suas, in nationibus suis*; quod ait Moses. Scilicet a Tanai fluvio usque in mare Atlanticum, seu per magnam Asiae occidentalis, quae in septentrionem vergit, partem, praeter totam Europam, limitibus juxta familiarum numerum designatis, sedes ut domini privati accepere. Quemadmodum Chamus posterique ejus, non dissimili modo, quod austro & africo expositum est; & Semus plagas orientales usque ad Indiam. Qua de re Josephus, Eusebius, autor Chronici Alexandrini, Zonaras, Cedrenus, Eustathius Antiochenus, Freculphus, alii. Invaluit etiam traditio, ipsum Noachum, perinde ac si totius dominus in solidum aut arbiter per compromissum fuisset, distributionis hujus seu privati hujusmodi dominii post diluvium instaurationis autorem fuisse, idque κατὰ θεῖον χρησμὸν, *juxta oraculum divinitus acceptum*, eamque anno aetatis suae DCCCCXXX. (qui a diluvio erat CCCXXX. & ante obitum ejus vigesimus) testamento firmasse, atque moribundum illud in Semi filii primogeniti manus tradidisse, cunctosque simul monuisse, *Ne quis eorum fratris fines invaderet, nec injuria alter alterum afficeret; quoniam inde, ut discordiarum atque bellorum intestinorum causa oriretur, foret necessum.* Ita diserte legitur tum apud Eusebium, tum apud Cedrenum. Utut autem se res haec habuerit, certum satis est, instaurata esse post diluvium privata rerum dominia, quae itidem, ab Adae temporibus, antea juris fuerant receptissimi. Nam ipse quidem, qualem postea habuisse diximus Noachum cum filiis, donationem a Numine acceperat [k], dominusque rerum fiebat universalis, non sine ejusmodi dominio sibi privato, quod sine illius cessione (quantum de rebus illius aevi, ex recepta apud posteros ratione, dijudicare possumus) liberos ejus excludebat. Ex donatione autem, assignatione, seu qualicunque cessione (antequam ex successione haeredem habebat mortuus) liberi ejus sua habuere territoria privati jure dominii distincta. Hinc Abeli pecora & compascua sua, Caino agri & sua sata. Dein etiam locus Nod seu Naida dictus, ubi, urbe Henochia condita, sedes fixit. Inde permutationes [l], emptiones, & venditiones, & praeter pondera ac mensuras, fidos conventuum interpretes, agris & compascuis termini seu limites accessere. Et de

[a] Georgic. 1. [b] In Octavia act. 2. [c] Eleg. lib. 1. 3. [d] Divin. Instit. lib. 5. seu de Justitia cap. 5. [e] Genes. cap. ix. 2. [f] Lib. 43. [g] Offi. lib. 1. [h] Ovid. Metam. 1. [i] Genes. x. 5, 2 & 32. [k] Genes. i. 28. [l] Joseph. Orig. Judaic. lib. 1. cap. 3. Eustath. Antioch. Hexaem. pag. 46.

Caino aiunt, Ὅρους γῆς πρῶτος ἔθετο, *Terminos agris primus posuit.* Ita demum introducta sunt dominia privata, quae ex illorum, quorum (sive ex universali tantum praeeunte unici dominio, ut in Ada; sive ex rerum communione universali, ut in Noacho filiisque ejus) intererat, donatione, assignatione, aliave cessione, sive principibus, sive universitatibus unius personam induentibus, sive aliis quibuscunque, ut dominis singularibus, primo evenere. Ut id scilicet fieret, neque expressim jubebat, nec vetuit jus sive naturale sive divinum, quod universale erat (nisi oraculum illud Noacho datum hic admittere velis) sed permisit utrumque, tam nempe rerum communionem, quam privatum dominium.

In territoriis ita distribuendis, consensus veluti humani generis corporis seu universitatis (interposita fide, quae etiam posteros obligaret) intervenit, ut a communione seu pristino jure eorum, quae ita distributim singulis dominis cederent, plane discederetur: non aliter ac ubi socii seu cohaeredes partes aliquas rerum pro indiviso possessarum inter se dividunt. At vero de reliquis, neutiquam distributim possessis, nec pro indiviso expressim retentis, id est, quae vacua seu derelicta mansere, quid dicendum? Obtinuit sane antiquitus in gentium illustriorum moribus, atque etiamnum obtinet, quae vacua sunt, ea fieri occupantis; scilicet, ut dici solet, nullius in bonis. Obvium id habetur in jure Caesareo, atque nullibi gentium, quantum scimus, non receptum est; extra quam ubi ex jure gentium aliquot civili, res hujusmodi aliquae ad principes, non ad subditos occupantes, attinent: nam ibi etiam occupationis titulo a caeteris satis est renunciatum. Et temperamenti hujus hac in re est semper habenda ratio. Sed nobilissima est, de ejusmodi bonorum occupatione, decisio vetus in causa Andriorum & Chalcidensium. Utrisque in Thraciam profectis [a] novarum sedium quaerendarum causa, renunciatum est Barbaros Acanthum reliquisse. Speculatores bini, quorum Andrius alter, alter Chalcidensis, electi, fuga & solitudine satis animadversa, coepere cursu contendere, uter urbem pro derelicto habitam prior occupando acquireret. Chalcidonensis cum vinceret pernicitate, Andrius hastam ejaculatus portis infixit. Hic jaculo, ille corpore praevenisse exclamat. Dissentione hinc orta, arbitri adsciscuntur Erythraei, Samii, ac Parii. Vicere Andrii numero sententiarum, nam pro iis censuerunt Samii & Erythraei; pro Chalcidensibus autem Parii. Rationes utrinque optime exhibet Petrus AErodius [b]. Illis hic non est locus. Sed interea manifestum est, universos, tam litigantes quam gentes, quorum in arbitrium res est permissa, occupantium fieri derelicta censuisse. Neque alia sane ratione nititur jus, quo ferae, pisces, volucres, id genus alia, sive nondum occupata sive derelicta, capientium fiunt. Quod itidem tam in Ebraeorum [c] ac Mahumedanorum [d] jure, quam in Christianorum moribus locum habet. Jam vero si communiter & pro indiviso fuere universi do[mini] ante partium aliquot distributionem, ea[rum] quae in distributionem non venerant ut manerent pariter universi, quemadmodum ante, pro indiviso domini, necessum est u[t] existimemus; nisi pactum aliquod intervenerit quo pristino omnimodo communionis titulo juri[que] ita renunciatum fuerit, ut deinceps eorum quae vacua manerent, seu in distributionem no[n] venirent, domini fierent singulares quicunqu[e] primo animo possidendi, insistendi, utendi fru[endi], corporaliter occuparent. Neque aliter i[n] causa sociorum aut cohaeredum (quales in reru[m] communione homines fuisse videntur universi) fingi potest, quomodo ea quae in distributione[m] non veniant, non ut antea maneant communi[a]. Itaque pactum ejusmodi primariis dominii priva[ti] initiis intercessisse, ejusque vim a primis, quoru[m] post diluvium intererat res distributim possider[e], ad posteros transmissam esse, puto, est statue[n]dum. Adeo ut non minus de distributione p[er] assignationem, quam de occupatione rerum d[e]relictarum ad libitum, pactum universale, si[ve] verbis disertis sive tacite ex morum usu, initu[m] esse decernamus. Quod ipsum sane amplecti [vi]detur V.C. Hugo Grotius: *Res*, inquit [e], *in pr[o]prietatem* (de cujus exordio loquitur) *ibant, n[on] animi actu solo (neque enim scire alii poterant quid alii suum esse vellent, ut eo abstinerent, & idem velle plures poterant) sed pacto quod[am] aut expresso, ut per divisionem; aut tacito, [ut] per occupationem. Simulatque enim commun[io] displicuit, nec instituta est divisio, censeri de[bet] inter omnes convenisse, ut quod quisque occup[as]set, id proprium haberet.* Parilis sane ratio [e]am ejus quod quisquam postea, ex eo quod [de]relictum erat, occuparet.

CAP. V.

Dominii effectus privati. Et qualis na[m], in vetustioribus rerum distributionib[us], maris habita fuerit ratio.

Ex dominio, ad modum jam dictum, [pri]vato introducto evenit, ut territorii [a]agri, cujus usus antea universis pariter erat [in] arando, aedificando, depascendo, arbores caed[en]do, fructus percipiendo, transcundo liber, p[ro]prietas ita possidenti, sive per distributionem [si]ve per occupationem, privatim acquireretur; ut i[l]i[]berum ejusmodi usum jure posset impedire, [ne]c ejus injussu alius licite uti posset. Atque ab [h]ac origine manavit omnis rerum proprietas seu [do]minium, quod sive alienatione, seu quacun[que] alia cessione, in alios transfertur, sive poss[essi]one continua retinetur; habita semper rati[one] specialium modorum ac temperamentorum, q[ui]ue, sive ex legibus moribusque, sive ex pacto, [do]minio solent, pro variis populorum institutis, [ac]cedere. Nam hisce restringitur & minuitu[r] li-

[a] Plutarch. in Quaest. Graecis. [b] Rerum Judicatarum lib. 5. tit. 21. [c] Misna & Gemara utraque tit. Baba. Mezia cap. 1. & Maimonides tit. Zachia Wemithna, cap. 1. [d] Alcoran. Azoar. 12. de Venatu; & Azoar. 34. de aedibus [illegible] id est, derelictis. In Arabico, Azoarae sunt 5. & 24. [e] De Jure Belli ac Pacis, lib. 2. cap. 2. §. 2.

ra, in re, domini potestas. Quae ubi prorsus finit, ita suum est, quod privatim possidet do- nus, ut alius esse, ejus injussu, omnino jure e nequeat. Atque haec omnia ex mutatione is gentium universalis seu naturalis, quod per- issivum est, orta sunt. Inde enim introductum minium privatum, ex jure nempe positivo. Sed terea stabilitum est ex jure universali obliga- o, quo pactis standum est & servanda fides.

His ita positis, videndum erit, qualisnam in rum sive primaria sive vetustiori aliqua distri- tione, maris habita sit ratio. Nam si cum ris etiam mare fuerit assignatum, certe faten- m eadem ex origine natum esse maris, qua tel- ris dominium privatum, adeoque illud esse ejus- m aeque cum hac capax. Certe in distribu- one telluris post diluvium instaurata (quantum re possumus ex veteribus qui eam tradidere) aris alicujus nomen, ut pars assignata, non di- te occurrit. Sed vero interdum ut limes parti signatae adjicitur oceanus. Quemadmodum ubi rs Chamidis primo assignata extenditur a Rhi- coruris AEgypti per Africam usque ad Her- lis columnas[a], ἤτοι ἕως τοῦ δυτικοῦ καὶ Λιβυκοῦ ωκεανοῦ, *seu usque occiduum & Africanum oce- um.* Et Cananaeorum pars (quae in Chami- rum territorio) in Pentateucho Samaritano bis describitur, ut expressim protendatur a fluvio Egypti seu Nilo ad fluvium magnum, id est, uphratem, ועד הים האחרון, *Et*[b] *usque ad mare vissimum,* seu *postremum,* quod est occidentale u magnum. Quae postrema vocabula haben- r etiam in partis illius designatione, quam ex- bet codex Judaeorum in Deuteronomio. In- rdum vero in parte assignata includi videri ssunt maria aliquot, adeo ut non minus quam llus assignari videantur. Nam Japetidis assig- ntur[c], Τὰ ἀπὸ Μηδίας πρὸς Ἄρκτον καὶ δυσμὰς ς Γαδείρων καὶ Βρεττανικῶν νήσων, *Ea quae a ledia in septentrionem & occasum vergunt us- ue ad Gades atque insulas Britannicas.* Ma- a videmus in assignationis area contineri, AEge- n, Mediterraneum, Adriaticum, Britannicum. n donata nescimus. Quin in vetusta terrae nctae designatione (cujus autor ipsum Numen) nes potius quam pars territorii assignati haberi detur mare. De plaga meridiana verba sunt; *labebit*[d] *terminos contra orientem, mare sal- ssimum.* Et paulo post; *Ibitque per gyrum rminus ab Asemona usque ad torrentem AE- pti, & magni maris littore finietur.* De oc- dentali item plaga: *Plaga autem occidentalis mari magno incipiet, & ipso fine claudetur.* a scilicet ibi vulgatus interpres; & ad eum nsum fere, recentiores. Sed de eo loco atque iis hic allatis, plura capite proximo. Sequitur in, juxta Ebraicam veritatem; *Hic erit ter- inus vester septentrionalis; a mari magno de- ribetis vobis montem Hor.* Et paulo infra: *t descendat terminus ille* (de orientali verba m fiunt) *& pertingat usque ad littus maris nereth, ad orientem; & rursus descendat ter- inus ad Jordanem, & desinent exitus termini in mari salso. Atque haec erit terra vestra cum terminis suis per circuitum.* Quae ferme iterantur in distributione a Josua instituta[e]. Atque *a mari usque ad mare*[f] alibi terminatur dominium in Sacris Literis. Et, si detur tandem maria in vetustiores illas territoriorum distributiones non venisse, restat dispiciendum utrum titulo occupationis, ut res vacuae ac derelictae, potuerint jure postmodum adquiri; id est, sive jure naturali, sive divino universali quod permissivum est, sive jure gentium plurium seu communi, seu civili, quod in rebus hujusmodi expendendis, naturalis juris, quod est permissivum, interpretis vicem obtinet praestantissimi. Nam si ex permissivo quod universale est, nihil hic adversetur, aut, quod idem ferme est, si ex jure positivo gentium, marinum dominium, quale quaerimus, fuerit seculorum populorumque illustriorum suffragiis introductum ac admissum, dubitandum, puto, non erit, quin jure quidem omnimodo dominii privati maria sint, ut tellus, undiquaque capacia.

CAP. VI.

Jus divinum, seu divina in Sacris Literis effata, dominio maris privato favere. Etiam & diffusissimum mare, occidentalem terrae sanctae plagam alluens, seu insignem saltem ejus partem, ex assignatione divina, juxta jurisconsultos Ebraeorum, territorio Israelitico cessisse.

QUOD ad jus hic attinet divinum, in eo planissime reperiuntur quae dominio marino haud parum favent. In donatione illa rerum post diluvium primaria, qua Noachum atque posteros ejus ditavit Numen, telluris universae, cujus orbis pars sunt ipsa maria, aerisque contermini non aliter concedi videtur dominium, ac qua animalium terrae, volucrumque coeli mentio adjicitur. Scilicet expressa usufructus donatione, ipsa res concessa est. Atqui nec aliter conceditur ibi maris dominium; *Pavor vester*[g] *& tremor vester* (quae vocabula sunt dominium indicantia) *etiam in omnes pisces maris.* Paulo aliter primis parentibus dictum est; *Implete*[h] *terram, & subjicite eam, &,* ירדו, id est, *dominamini in piscem maris, & in volucrem coeli, & in omne animans quod reptat super terram.* Sed res hic etiam ipsa suo usufructu indicatur. Fatemur de privato dominio, seu quod omnium hominum commune non erat, hic verba non fieri. At vero in humani generis dominium commune ita primo nec dispari formula transiit cum tellure simul mare, ut ex ea Numinis donatione, parilem utriusque, ut unius globi, pro hominum arbitrio, fuisse in futura rerum distributione seu dominio privato introducendo conditionem, fas sit dijudicare.

a African. apud Euseb. in Chronic. pag. 10. Cedrenus, pag. 10. b Pentateuch. Samaritan. MS. Genes. x, 19. & Deuteronom. xxxiv. 3. c Euseb. & Cedrenus, locis citatis. d Numer. xxxiv. 3, 6, 7, & 12. e Josua cap. xv. & seqq. f Psal. lxxii. 8. Syracid. xliv. g Gen. ix. 2. h Gen. i. 26.

Neutrius

Neutrius jubetur proprietas, neutrius communio: ſed utraque ex ipſa donationis formula aeque permitti videtur. Et frivolum nimis eſt quod opponunt nonnulli, *Terram filiis*[a] *hominum datam, mare* autem *ipſius*[b] *Numinis eſſe*; ac ſi dominium, ne quidem commune, ſed uſus tantum maris communis permitteretur ex Sacris Verbis. Quaſi vero non itidem dicatur, *Domini eſt terra*[c], *& plenitudo ejus, & cacumina montium ejus ſunt.* Quis neſcit hujuſmodi effata humanum dominium neutiquam omnino minuere? Quicquid enim acquirunt homines, reſtat ſemper Deo O. M. ut naturae univerſalis parenti, dominium illud ſupremum tam hominum quam rerum prorſus omnium: quod nemo ſanus negaverit. Sed de dominio humano controverſia eſt; eo ſcilicet quod uſumfructum & proprietatem qualemcunque, integro ſemper Numinis, quod nequit minui, dominio, complectitur. Et in ſcholis ea de re diſtinctio eſt obvia. Et primo dominii genere nihil omnino, nedum mare, eſſe in hominum bonis: ſecundo omnia quidem eſſe aut eſſe poſſe, quae prehendi, occupari, poſſideri queunt. Accedat, in Veteri Foedere expreſſim non ſemel haberi occupationis, poſſeſſionis, dominii, quale tractamus, privati maris mentionem; idque ut rei legitime introductae. Phoenicii maris principes ac domini ibi ſunt Tyrii; AEgyptiaci autem, Alexandrini. De Phoenicio, propheta ad Tyrum; *Deſcendent*[d] *de ſoliis ſuis cuncti*, נשיאי הים, ἄρχοντες τῆς θαλάσσης, id eſt, *domini ſeu principes maris*, &c. *Levabunt proinde ſuper te lamentum, & dicent tibi, Quomodo periiſti, quae habitas in mari? urbs inclyta; quae fuiſti fortis in mari?* Tyriorum hic dominium marinum plane indicatur. Et in capite[e] proximo, בלב ימים גבוליך, *In medio* ſeu *corde maris ſunt termini tui*; ut habent codices Ebraei, uti & Arabs MS.[f] qui reddit وتخوماتك في قلب البحر quod idem ipſum ſonat. Nam tam Graeca quam Vulgata verſio ab origine ibi diſcedit. Et ſequitur: *Omnes naves maris cum gubernatoribus earum fuerunt tuae ad negotiandam negotiationem tuam.* Pro quibus vocabulis poſtremis ſubſtituitur in codicibus Graecis, ἐπὶ δυσμὰς δυσμῶν *uſque ad occidens occidentis*, ſive in magnam partem maris magni, ſeu occidui, id eſt, Phoenicii ſeu Syriaci. Rurſus: *Eo quod exaltatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum: in cathedra Dei ſedi in corde maris.* Nec vero Tyrio minatur, quod maris alluentis dominium ſibi aſciverat, ſed quod ſuperbia elatus Dei nomen ſibi uſurparat. Etiam & ipſum *mare* & *fortitudo maris* nuncupatur alibi[g] in Sacris Literis Tyrius. De mari autem AEgyptiaco, alter[h] ad Niniven locutus; *Num melior es Alexandria populorum* (in origine *No* vocatur; urbs quae pro Alexandria hic ſumitur) *quae habitat in fluminibus, & ſunt aquae in circuitu ejus*, אשר חיל ים, *Cujus divitiae*; *robur*, ſeu ut Graeci habent, ἀρχὴ, id eſt, *imperium*, ſeu *dominium* it *mare?* Quin reges tam maris quam inſular n in eo memorari videntur; *Reges*[i] *Tharſis & in- ſulae dona afferent.* Etenim *Tharſis* Ebr. is mare denotat[k]; quod ab interpretibus tum Gra is tum Chaldaeis aliquoties agnoſcitur. Et temere ad locum citatum Munſterus, vir alioquin doctiſſim s, *Tharſis* ibi mare non vult ſignificare, quia *non ſ* *nt* (ſic ille) *reges maris; ſed in terris tantum regna* : Oblitus nimirum *principes maris* diſerte apud Ezekielem (quod diximus) memorari. Ad il d item[l]: *Et ponam manum ejus in mari & al- teram ejus in fluminibus*, adnotat Aben E a, Deum O. M. dominium aſſignaſſe ibi marin n Davidi regi, לגבר כהולכים על הספינות כים והנהרות, *Ut dominaretur in eos qui ve per mare ſive per flumina navigarent.* Et n Apochryphis[m]; *O viri, num praecellunt hom es qui terram & mare obtinent, & omnia qua in eis ſunt? Rex autem ſuper omnia praecellit, & dominatur eorum.* Atque alibi ad Ezdram a- gelus[n]: *Mare poſitum eſt in ſpatioſo loco, ut et altum & immenſum. Erit autem ei intro us in anguſto loco poſitus, ut eſſet ſimilis flum i- bus. Quis volens voluerit ingredi in mari, & videre eum, vel dominari ejus, ſi non tranſ it anguſtum?* Parile utroque in loco admittitur l- luris mariſque dominium. De Aſſuero et m rege memoratur[o], eum non ſolum *terram, ed & cunctas inſulas maris feciſſe tributa s,* ubi expreſſa ſane marini dominii veſtigia. ta nempe habet editio Vulgata ex origine Ebr. a, quae intercidit, deprompta. Sed Graeci ibi o- dices expreſſius, Ἔγραψε δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης, *Scripſit u- tem rex ad regnum terrae & maris.* Nec p e- tereundum eſt illud ex benedictionibus Moſis: *Et Nephthali*[p] *dixit, Nephthali abundantia r- fruetur, & plenus erit benedictionibus Dom ni:* ים ודרום ירשה, *mare & meridiem poſſidebit* eu *haereditabit*; quemadmodum locum illum er- tunt Vulgatus & Graeci. Sed vero aliis pl iſ- que *mare* pro occidentali plaga, ut non rar in Sacris Literis, ibi ſumitur. At ſane de mari a- lilaeo ſeu Tiberiadis lacu, non de mari ma no ſeu Phoenicio, quod in occidente alluit, v ba illa fieri, manifeſtum eſt ex eo quod ad la m illum, *mare* etiam dici ſolitum, Nephthali les fuere. Uti etiam liquet ex paraphraſi On li, ubi expreſſa fit mentio *maris Geneſar*, quod p- ſum eſt Tiberiadis lacus ſeu *mare Cenereth* im dictum, atque eo nomine in orientalis te ae ſanctae plagae deſcriptione ſacra[q] cum mar ſa- lis, ſeu Aſphaltitide lacu, memoratum. In co autem Deuteronomii indicato hallucinatus ge- bat Rupertus abbas Tuitienſis[r], *Mane & ne- ridiem poſſidebit*, pro *mare & meridiem.* It- cunque autem, ex allatis manifeſtum, puto fit divinis in eloquiis ejuſmodi de maris dom io teſtimonia haberi, ut non minus ac telluris ex jure univerſali permiſſivo, id poſſe quem di- piſci, interim admittatur. Certe & quae pe- riore capite de meridionali, occidentali ſeu na-

[a] Pſal. cxv. 16. [b] Pſal. xcv. 5. [c] Pſal. xxiv. 1. 50. 12; lxxxix. 11; xcv. 4. [d] Ezechiel. cap. xxvi. 16. [e] Cap. xvii. 34. [f] Bibliothecae Arundellianae. [g] Iſaias cap. xxiii. 4. [h] Nahum, cap. iii. viii. [i] Pſal. lxxii. 10. [k] iero-nym. ad Iſaiae, cap. ii. [l] Pſal. lxxxix. 25. [m] Eſdras lib. 2. cap. iv. 2, 3. [n] Idem lib. 4. cap. vii. 3, 4, 5. [o] thar cap. x. 1. [p] Deuteron. xxxiii. 23. [q] Numer. xxxiv. 11. & 3. [r] Ad Deuteron. lib. 2. cap. xviii.

rimo

no atque aquilonari terrae sanctae termino addućta sunt, ea ita Ebraeorum & jurisconsultis & theologis intelliguntur, ut aut ipsum mare magnum sive Phoenicium, aut saltem partem ejus conterminam aliquam a Numine Israelitis, ceu dominis futuris, simul assignatam velint; qua de re fusius paulo differendum. Pro eo quod ex Vulgata ibi de termino meridionali habetur, *usque ad torrentem AEgypti*; *& magni maris litore finietur*; Ebraea sunt, נחלה מצרים והיו תוצאותיו ה, *ad torrentem AEgypti* (seu Nili ostium septentrionale, quod terram Israeliticam ab AEgypto ad mare disterminabat) *& erunt exitus ejus in mare.* Adeo ut de termino illo *litore finiendo* (quod habet Vulgata) nihil ibi in origine reperiatur aliter expressum. Proxime ibi subjungitur, de termino occidentali seu qui ad mare magnum[a], וגבול ים והיה לכם הים הגדול וגבול זה יהיה לכם גבול, Quae recte ad verbum tenus sonare possunt, *Quoad terminum maritimum, sit vobis mare magnum: & terminus hic sit vobis*, seu *vester sit*, *terminus scilicet maritimus*, seu *terminus maris.* Atque ibi Graeci, ὅρια τῆς θαλάσσης ὑμῖν ἔςαι· ὁριεῖ ἡ θάλασσα μεγάλη, *Fines maris vobis erunt*, seu *vestri erunt. Mare magnum terminabit.* Ubi Samaritani codicis lectionem plane, ut saepius, sequuntur. Nam in eo legitur, וגבול ימה יהיה לכם הגדול יגבל זה יהיה לכם גבול, *Et terminus maritimus sit vobis. Terminabit mare magnum. Hic sit vobis terminus maritimus* seu *occidentalis.* Atque ex usu vocabuli *maris* tam pro plaga occidentali quam pro ipso mari, ita utcumque vertitur ille locus, ut in eadem tam brevi periocha *mare* pro utroque sumatur. *Terminus vero occidentalis sit vobis mare magnum. Et terminus hic sit vobis terminus occidentalis.* Quemadmodum expressim etiam Judaei Hispanienses; *y termino de Ponente, y sera a vos el mar el grande: y termino este sera a vos termino de Ponente.* Atque ita sane Onkelus & Arabs Erpenianus; nisi quod Onkelus habeat, *Terminus vero occidentalis sit vobis mare magnum & terminus ejus; idem erit vobis terminus occidentalis.* Tralatio autem Arabica quam bibliothecae Arundellianae debemus, post verba illa *ad torrentem AEgypti*, habet,

ويكون مخرجه الى ناحية البحر ويكون حد الـ

حدكم والبحر الاعظم بحدوده هذا حدكم

ناحية *Et erit exitus ejus ad regiones seu partes maris*; *& erit terminus maris terminus vester. Et mare magnum in terminis suis. Hic sit terminus vester ex parte maritima.* Plaga autem septentrionalis monte Hor, ut in allatis verbis in superiore, designatur. Adeo ut ex hisce manifestum, septentrionalius Nili ostium, id est Pelusiacum (ut videtur; nam de ipsissimo non satis convenit) plagae terraeIsraeliticae australi, quae maritima erat, uti & montis Hor sive promontorium sive radices ei quae boream ad mare occupabat, terminorum vices praestitisse. Mons autem ille idem est qui in Vulgata dicitur *Mons altissimus.* In commentariis Ebraeorum nuncupatur etiam, אמנה, *Amana*, &, אמנון, *Amanon*, &, אמנוס, *Amanus*, & a nonnullis pro monte in Cantico Salomonis[b] *Amana* item dicto, sumitur. Atque in Targum Hierosolymitano[c], מנוס, *Manus* pro Hor monte substituitur. Pro Libano sumitur iis qui septentrionalem terrae sanctae terminum Libanum montem in descriptionibus suis[d] facere solent. De hoc autem monte Hor seu Amano (monti qui in Issicum sinum procurrit cognomine, etiam & a nonnullis pro eodem[e] seu potius Tauro monte sumpto) ad hunc modum Salomon Jarchius, הוא במקצוע צפונית מערבית וראשו משפיע ונכנס לתוך הים ויש מרוחב הים לפנים הימינו וחוצה הימינו *Situs est in angulo qui sub Cauro ponitur. Caput ejus declive in ipsum mare protenditur. Atque hinc inde aequor habet diffusum.* Inter terminos hosce, scilicet australem, seu Nili ostium Pelusiacum, & borealem, seu montis jam dicti promontorium, mare magnum, qui terminus fit occidentalis, litus sinuosis recessibus variatum alluens, ita per milliaria amplius ducenta porrigitur, ut, si a termino boreali ad australem linea ducatur recta, plurimum maris intra eam per tot milliaria porrectum intercipiatur. Quod etiam sine tabula chorographica ob oculos posita satis intelligere est facillimum. His ita ad plagam terrae sanctae seu Israeliticae occidentatem, quae tota maritima est, idque ex veterum Ebraeorum scitis, non ex recentiorum descriptionibus, breviter, sed quantum res quae prae manibus est postulat, indicandam praeparatis; advertendum est, theologos & jurisconsultos Ebraeorum, de, מצות התלויות בארץ ישראל, *praeceptis ex terra Israelitica pendentibus*, id est, eis quibus extra terram Israeliticam ex ipsa Lege Sacra obligari se nolunt, disputantes, accuratius de territorii sui, qua sacro Numinis effato designatum est, limitibus etiam ad extimas lineas agere; scilicet de finibus territorii sui qua nomen *territorii* universitatem denotat, non solum agrorum sed fluminum etiam & aquarum qualiumcunque intra fines cujusque civitatis; quemadmodum apud jurisconsultos Caesareos[f] item recte sumitur. Praecepta quae diximus Ebraeis sunt ea quae de anni sabbatici observatione, oblationibus frugum, Levitico decimandi modo, id genus aliis habentur. Nam ex Lege Sacra nolunt haec extra territorium Israeliticum observari[g]; tametsi,ex superinductis majorum institutis, in AEgypto, Idumaea,terra Moab, & Senaar, tum ob frequentiam in eis Israelitarum tum ob viciniam observari solerent. Jam vero quod ad territorii Israelitici,qua primum a Numine assignatum est, limites occidentales seu maritimos in praeceptis hujusmodi ex Lege Sacra observandis attinet; binae in eorum commentariis occurrunt sententiae, quarum quidem utra-

[a] Num. xxxiv. 6. [b] In glossa Jarchii, ad cap. 4. Cantici Canticorum. [c] In Num. 34. & vide gloss. Talmud. ad tit. Gittin cap. 1. . a. [d] Lyran. ad Numer. 34. Andr. Masius ad Josuam, Adricomius, Jacob Bar Abraham in Tab. Chorographica terrae sanctae, &c. Et Abulens. ad Num. 34. q. 2. [e] Gloss. ordinar. ad Numer. 34. [f] Caepola de Servitutibus Rustic. praed. cap. 26. §. 26. Hieronym. Monte, lib. de Finibus regundis, cap. 6. §. 8. Alberic. Gentil. de Jure belli, lib. 3. cap. 17. Dd. in. l. 9. ff. de Judiciis. [g] Moses Maimonides h. Therumoth. cap. 1. & Mikotzi, Praecept. Affirm. 133.

que mare aeque ac tellurem Ifraelitis, ut dominis, idque a Numine, affignatum effe videbimus, licet altera ampliora ejufdem fpatia, altera multo anguftiora affignentur. Adeo ut de re confentiant omnes; de areae amplitudine tantum difcrepantes. Prior fententia eft eorum qui ipfum totum mare occidentale (quantum terrae Ifraeliticae plagae occidentali praetenditur, feu lineis rectis, a boreali & auftrali quem diximus termino, in occidentem per oceanum illum ductis utrinque introrfus finitur) fimul cum continente a Numine fuiffe eis tributum volunt; ideoque praecepta illa, in peramplo illo aequore, velut in territorio Ifraelitico, obfervanda. Hujus fententiae autor fuit primarius, jurifconfultus prifcus & celeberrimus, Rabbi Jehuda, qui & ex difertis Sacrae Legis verbis fuperius allatis, ipfum mare occidentale, ita utrinque terminatum, ait affignari. Scilicet ad hunc modum docuit ille, ut habetur in vetuftiffimis Ebraeorum juris panedictis[a], כל שכנגד ארץ ישראל הרי הוא כארץ ישראל שנ׳ וגבול ים והיה לכם הים הגדול וגבול זה יהיה לכם גבול ים והנסים שבצדדין וואין אותן כאילו חוט מתוח עליהן מקפלוריא ועד ים אוקיינוס ומנחל מערים ועד ים אוקיינוס מן החוט ולפנים ארץ ישראל ומהחוה ולחוץ חוצה לארץ, *Quicquid ex adverfo obtenditur terrae Ifraeliticae, id ipfum eft ejufdem cum terra Ifraelitica rationis; juxta id quod fcriptum eft*[b], *Quantum ad terminum occidentalem, vefter fit*, feu *vobis fit, mare magnum. Et terminus hic fit vobis*, feu *vefter fit: terminus fcilicet maris*, feu *occidentis. Etiam & infulae collaterales utrinque in eodem rigore pofitae, ejufdem funt cum lateribus rationis. Unde fi funiculus per infulas ducatur a Cephaloria in oceanum, & a torrente AEgypti in oceanum, a funiculo introrfus quod habetur, pro territorio Ifraelitico; quod extrorfus, pro eo quod eft extra territorium illud, fumendum eft.* Funiculus a Cephaloria ductus, per montis Hor feu Amani promontorium, quod fupra memoratum eft, ducebatur. Nam in vertice montis illius, qui terminus hic borealis, fedes habuit urbs illa; uti in gloffa ad locum citatum alibique adnotatur. In ea etiam ad hunc modum explicatur haec fententia, רבי יהודה אומר כל הים שכנגד אויר של ארץ ישראל ואפילו עד אוקיינוס למערב שהוא בסוף העולם הרי הוא כא״י שנ׳ ים הגדול וגבול האי וגבול קרא יתירה הוא למימר דאף רוחב הים בכלל התחום, *Ex fententia hac Rabbi Jehudae, totum ipfum mare quod obtenditur longitudini terrae Ifraeliticae, etiam in oceanum ufque ad occidentem quo orbi terrarum limes pofitus eft, in territorio Ifraelitico eft cenfendum; fecundum illud quod fcriptum eft, mare magnum, & terminus* (locus integer ex Numeris paulo ante hic exhibetur) *ubi fignantius* ET TERMINUS *adjicitur, ut fcilicet innuatur ipfam maris amplitudinem intra limitem etiam contineri.* Et poftea ibi, בין שני החוטין היו הנסין ארץ ישראל והוא הדין למים ונסין וגו׳ *Inter funiculos illos* feu *lineas* (in oceanum, ut dictum eft, utrinque ductas) *infulae funt ex territorio Ifraelitico; & idem jus eft infular*[um] *& aquarum*, &c. Hinc etiam gloffa Ebraeoru[m] ordinaria ad verba illa in Numeris, *Et fit vo*[bis] *mare magnum*, נסין שבתוך הים אף הם מן הגבול, *infulae*, inquit, *quae in medio mar*[is], *etiam & ipfae funt pars termini* feu *limit*[is]. Quin paraphrafis ibi Hierofolymitana expreffi[us], ותחום ימא רבא הוא אוקיינוס נסוי ומחדוי וספינתא עם מא קדמיא דאית בגויה, *Et terminus* [*est*] *mare magnum, id eft, oceanus, & infulae ej*[us], *& urbes, & naves, cum aquis primariis, q*[uae] *in eo.* Neque aliunde factum eft, quod Rab[bi] Aben-Ezra[c], Rabbi Bechai[d], aliique, maris t[o]tam partem affignatione illa Ifraelitis ceffiffe [pu]tarint, ut etiam per *mare*, הספרדי, id eft, *H*[if]*panicum*, tot parafangis in occidentem a co[nti]nente Ifraelitarum diffitum, *mare magnum* int[er]pretentur. Utrifque jam memoratis verba fu[nt], ים הגדול הספרדי וגבול כלומר מערב נחלתכם יהיה הים הגדול והוא הגבול בעצמו, *Mare m*[ag]*num; fcilicet Hifpanicum. Et terminus; a*[c fi] *dictum fuiffet, poffeffio veftra fit mare magn*[um], *quod ipfum per fe etiam terminus eft.* Sed [et] interea animadvertendum, mare illud occidu[um] totum, ufque in fretum Gaditanum, Arabi[bus], adeoque Ebraeis recentioribus, qui ex Arab[um] fchola prodiere, indifcriminatim nuncupari *m*[ar]*e Romanum*, mare الشام *Al-fhem* feu *Dama*[sce]*num*, (id eft, Syriacum) mare الاندلوس *Andalus* feu *Hifpanicum*, & demum *Medi*[ter]*raneum*; ab oris aliquot fingulis toto denc[om]inato. Id quod diferte liquet tum ex Geo[gra]phia Nubienfi, tum ex compendio Geograph[ico] Abu Elchafen Hali Arabis[e]. Id vero cert[iff]imum eft, neutiquam e promifcua ejufmodi [ma]ris denominatione, fed ex affignationis prima[e] territorii Ifraelitici interpretatione, qualem [co]moravimus, *maris Hifpanici* nomen apud R[ab]binos locum hic obtinuiffe. Ita fententia h[aec] prior totum mare occiduum ufque ad fauces [G]aditanas, quas orbis terrarum limitem ftatuere [v]eteres, territorii Ifraelitici partem intra line[as] a promontorio montis Hor feu Amani & o[stio] Pelufiaco in occidentem ductas inclufam, cen[feri] volebat. Sententia autem altera, quae rat[io]ni multo proximior videtur, anguftiora quidem [ma]ris hujus fpatia, fed tamen maris fpatia [la]tis diffufa, affignationem territorii Ifraelitici divi[n]am complecti defcernitur. Scilicet hac, limites [b]orealis & auftralis fub ipfum litus, feu in ex[tre]mitate promontorii, quod diximus, ad bore[a]m, atque in oftio Pelufiaco ad auftrum, finiun[tur] in occidentem non ultra porrecti. At vero [hu]jus autores lineam duci volebant rectam a [pro]montorio illo ad oftium Pelufiacum, a b[orea] nempe in auftrum, eaque claudi & termi[nari] plagam territorii Ifraelitici occidentalem; it[a ut] quicquid five maris five infularum intra hu[jus]modi lineam contineretur, feu eam ab ori[en]te refpiceret, id totum non minus territorii Ifr[aeli]tici pars effet, quam regio qualifcunque co[nti]-

[a] Gemara Babylonia, ad tit. Gittin feu de libellis Divortii & Manumiffionis, cap. 1. fol. 8. a. Idem, fed depravate, legitur in Gemara Hierofolymitana, ad tit. Shebiith, feu de anno fabbatico, cap. 6. fol. 36. col. 4. [b] Numer. xxxiv. 6. [c] Ad Numer. xxxiv. [d] Ad Numeros, pag. 199. col. 3. [e] MS. in bibliotheca Oxonienfi.

entis. Atque ad hunc modum, arcuato atque nuoſo territorii illius litori, a tribubus Aſer, phraim, Dan, Zabulon, Simeon occupato, per- npla aequoris ſpatia linea quam diximus in- luſa, atque ejuſdem cum litore ipſo juris ha- ita, per ducenta amplius milliaria praejacebat. ı pandectis juris Ebraeorum[a] ita explicatur haec ntentia; איזהו ארץ ואיזהו חוצה לארץ כל ששופע ויורד מטורי אמנון ולפנים ארץ ישראל מטורי אמנון ולהוץ הוצה לארץ הנסין שבים רוא אותן כאילו הוט מתיח עליהם מטורי אמנון ע נחל מצרים מן ההוט ולפנים ארץ ישראל מן החו ולחוץ חוצה לאר, *Ut dignoſcatur quid nomine rritorii Iſraelitici veniat, & quid extra ter- torium illud eſſe fuerit cenſendum,* (quantum l borealem & occiduam plagam) *quicquid ci- a atque intra montem Amanum exporrigitur, rritorium eſt Iſraeliticum: quod ultra mon- m illum habetur, eſt extra hoc territorium. tiam & de inſulis maris quae monti prae- nduntur, eadem ratione dijudicandum eſt. uniculus ſeu linea tranſeat ſuper eas a onte Amano uſque ad torrentem AEgypti: uod intra lineam continetur, territorium Iſraeliticum; quod extra lineam, ter- torium Iſraeliticum non eſt.* Huc ſpectat lud Ezekielis[b] de plaga terrae ſanctae mari- ma poſtquam auſtralem quae ad mare eſt ſignaverat, ופאת־ים הים הגדול מגבול עד נכח לבוא חמת זאת פאת־ים, *Et pars occi- ntalis, mare magnum; a termino uſque ad id uod adverſum eſt introitui quo ducitur ad Ha- ath. Haec pars* (ſeu *plaga*) *occidentalis, ſeu aritima.* Vulgata ibi, *Et plaga maris, mare agnum, a confinio per directum donec venias math. Haec eſt plaga maris.* Helleniſtae au- m; Τῦτο τὸ μέρος νότος καὶ λίψ, *Haec pars ſter & africus*; quae proxime praecedentium rſio eſt. Dein pro allatis ex Ebraeo ſequitur, ῦτο τὸ μέρος τῆς θαλάσσης τῆς μεγάλης διορίζει, ς κατέναντι τῆς εἰσόδου Ἡμάθ, ἕως εἰσόδου αὐτοῦ. ῦτά ἐστι τὰ πρὸς θάλασσαν Ἡμάθ. Quod ſo- it tam *haec pars*, quam *haec partem maris agni diſterminat uſque ad id quod adverſum introitui quo ducitur ad Hemath, uſque ad troitum ejus. Haec ſunt quae ad mare He- ath.* Cujuſlibet verſionis mens eadem. Ea tem quam Ebraicis ſubjecimus tum paraphraſi haldaicae tum Judaeorum Hiſpanienſium inter- petationi conſona eſt. Jam vero ex veterum tis ibi Salomon Jarchius ad hunc modum rem plicat, ממקצוע דרומית האומר למעלה והוא נחל מצרים עד נכח לבא חמת עד מקצוע צפונית מערבי הוא הר ההר שהוא נכח לבא חמת כי המת במקצו צפונית מערנית אצל הר הו, *Ab angulo meridi- ali ſuperius dicto* (ſic interpretatur illud, *a mino*) *qui eſt fluvius AEgypti, uſque ad id od adverſum eſt introitui quo ducitur ad Ha- th; nimirum uſque ad angulum ſub Cauro po- m, qui ipſe eſt Hor mons adverſus introitui ad Hamath. Quia Hamath in Cauri plaga ſita eſt juxta Hor montem.* Ita quod termino hic per directum, ut habet Vulgata, ducto a Nili oſtio ad Hor montis promontorium intercipitur, haud exiguam maris velut aſſignati partem complectitur. Atque haec ſententia, qua viciniora duntaxat maris ſpatia parili jure, ex ipſa aſſignatione divina, cum continente aeſtimantur, receptior eſt; quod ſcimus non ſolum ex ipſis pandectis vetuſtioribus, ſeu corpore utroque Talmudico, ſed ex praeſtantiſſimis illis Rabbinis Moſe Maimonide[c] & Moſe Cotzenſi[d], praeter alios minorum gentium, qui eam diſertis verbis amplectuntur. Et juxta utramque ſententiam illud, quod de provinciis tranſmarinis generatim apud Salomonem Jarchium[e], Rabbenu Niſſim[f], Obadiam Bartenorium[g], alios traditur, ſatis interea obtinet; ſcilicet, כל ח"ל קרי מדינת הים בר מבבל, *Quicquid eſt extra territorium Iſraeliticum, id totum provinciae* ſeu *civitatis maris nomine contineri, excepta Babylonia.* Ad exemplum provinciarum maritimarum procul in occidente extra lineas ſecundum ſive hanc ſive illam ſententiam ductas poſitarum, etiam & provinciae atque urbes mediterraneae, quae procul extra fines territorii Iſraelitici plagis in caeteris ſedes habuere, *provinciarum* ſeu *urbium maris* nomen, pro eo quod eſt *tellus aliena,* ſortitae ſunt. Qua de re optime Rabbenu Niſſim loco citato. Sed vero ut hae, quae extra territorium in continente poſitae, *civitates maris* ex dicto locutionis tantum uſu nominabantur, ita etiam in eadem locutione alias intra territorium etiam in ipſo mari locum habere admiſſum eſſe, ex oſtenſis liquet. Et demum ex utraque, quam exhibuimus ſententia, ſatis probatur divinae aſſignationis interpretationem ejuſmodi priſcis Ebraeorum, quibus ipſa fiebat aſſignatio, juriſconſultis receptam eſſe, ut mare, aeque ac tellurem, dominii privati capax eſſe non dubitarent; adeoque inſulas in alluente mari poſitas, velut continentes territorio Iſraelitico, ob interfluentis maris dominium, aeſtimarent. Neque obeſt quod toties τὸ *uſque ad mare* in aſſignationibus occurrat, ut ſuperiore liquet capite; aut quod mare limes fuerit. Nam non ſolum *uſque* eſt dictio ſaepe incluſiva[h], verum etiam ipſi limites limitato cedunt[i] non raro: Quemadmodum termini omnes terminati. Qua de re juriſconſulti & pontificii & Caeſarei affatim; uti etiam in jam dictis Ebraei. Ex hiſce igitur elicitur, neque quod univerſale eſt jus divinum, neque poſitivum, qua pluribus quibuſcunque gentibus, in Sacris Literis, imperativum videatur (nam in finibus jam dictis aſſignandis imperativi imago manifeſta eſt) maris dominio privato reluctari, ſed utrumque ſatis ei favere; etiam & exempla dominii ejuſmodi, ſi Ebraeis ipſis fides, exhibere luculenta. De naturali igitur & jure, quod reliquum eſt, gentium, dein videndum.

[a] Gemara Babylonia, ad tit. Gittin ſeu de libellis divortii & manumiſſionis, cap. 1. fol. 8. a. quod itidem, ſed depravate, legitur in Gemara Hiero- mitana ad tit. Shebiith. ſeu de anno ſabbatico, cap. 6. fol. 36. col. 4. [b] Cap. xlvii. 20. [c] Halach. Therumoth, ſeu de Oblati- us, cap. 1. [d] Praecept. Affirmat. 133. [e] Ad Tit. Gittin cap. 1. fol. 1. [f] Ad Alphesium, part. 2. pag. 554. [g] Ad naioth. tit. Gittin, cap. 1. ubi & vide Rabbi Jom. Tob. [h] Bartol. ad l. 35. patronus ff. tit. de legat. 3. & l. Nuptae ff. de Senatoribus. [i] chidiac. in c. Eccleſias 13. q. 1. Hieronymus de Monte, lib. de Finibus Regundis, cap. 23.

CAP. VII.

Jus naturale permiſſivum, cujus hic uſus eſt, e gentium illuſtriorum civiliorumque, tum priſci tum recentis aevi, moribus placitiſque eſſe eliciendum.

QUOD ad jus hic attinet naturale, ſeu alterum, in juris ſupra habita diſtributione, juris gentium univerſalis ſeu primaevi caput, ex recto humanae rationis uſu peti ſolitum ; id ſane non omnino dominio maris privato adverſari, ſed manifeſto illud permittere, ex eo evincetur, quod in jure gentium poſitivo omnimodo quod humanum eſt (nam de divino jam eſt dictum) id eſt, tam civili plurium gentium ſeu domeſtico, quam plurium gentium communi, ſive illud interveniens fuerit, ſive imperativum, nempe in moribus omnium fere quas exploratas habemus, atque illuſtriorum, dominium ejuſmodi marinum paſſim admittatur. Diffitendum quidem non eſt, rectum humanae rationis, quae pro naturalis juris indice haberi ſolet, uſum circa res divinas, ſeu quae ad Numinis attinent cultum, ex plurimarum gentium moribus non rite ediſci. Neque inde ſive obligativi ſive permiſſivi generis juris naturalis capita illuc ſpectantia ſtatuenda. Nam per omnia ſecula & orbis terrarum quas novimus regiones, homines de ejuſmodi rebus aut ſine examinis congrui accuratione, aut commodis ſuis aut pouplorum, qui imperio continendi, indoli inſervientes, decernere ſaepe ſunt ſoliti ; ut Pagani, Mahumedani, id genus alii tam recentioris quam priſci aevi. Et recte Antiſthenes Athenis olim [a], ut philoſophi alii non pauci, docere auſus eſt, *Populares Deos eſſe multos, ſed naturalem unum eſſe*, contra quod communiſſimus humanae, apud gentium vulgus, rationis uſus ac mores induxerant. Unde, ut in eccleſia olim Ebraica, ita etiam in Chriſtiana, uſus humanae rationis apud ipſum vulgus, alias liber, ubi in ſacrorum contemplationem ſeu diſquiſitionem aſcenderit, praeſtitutis quibuſdam axiomatis, principiis, & juris ſacri normis, velut ſanctis animae repagulis, meritiſſimo coerceri ſolitus eſt : ne ſive in veteres tum gentium tum ſeculorum plurimorum errores, ſive in nova libere diſcurrentis ingenii commenta petulcus evagaretur. Et ſimilis ſane ſemper in politia ſacra ratio ſervata eſt. At vero in rebus quae mere ſunt humanae, adeoque humanae ut mutua duntaxat hominum officia ſpectent, neque ex divino aliquo praecepto interdicantur (cujus generis nihil ſane ne fingi poteſt apertius eſſe, quam territoriorum dominii diſtinctio, ejuſque ratio, quae hominum conſenſu tota nititur) quid permiſſum fuerit ex jure naturali, non minus recte decernitur ex plurium gentium ac ſeculorum veterum recentiorumque ſcitis, placitis, moribuſque receptis, quam ex diligenti regionum, fruticum, arborum, ſatorum, caeterorum quae ad univerſam agriculturam attinent, obſervatione elicitur, quid quaeque ferat regio, quid quaeque recuſet. Quotquot enim gentes dominium, quale quaerimus, privatum ſive ex civili ſuo ſibi jure ſeu domeſtico, ſive ex jure cum vicinis ſibi gentibus communi admiſere, aut idonei habendi ſunt juris naturalis permiſſivi (quanti hic uſus eſt) teſtes, aut tot gentes, eaſque illuſtriores, per tot ſecula contra naturam commiſiſſe (quod nemo, puto, ſomniat) pronunciandum. De jure naturali Juſtinianus [b]: *Quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud apud omnes populos peraeque cuſtoditur, vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utuntur.* Et Caius [c]: *Jus gentium ratione naturali inter omnes homines peraeque ſervatur.* Sed vero ubinam omnes gentes ? Non dum quot ſint exploratum eſt, nedum quos in mores conſenſerint. Neque earum, quas habemus exploratas, omnium in moribus reperitur omnino quod nonnullis tamen eſt juris permiſſivi. Quid gentibus Mediterraneis cum jure de naufragorum bonis fiſco ſuo applicandis, quod apud Anglos, Aremoricos, Siculos, alias aliquot gentes maritimas obtinuit ? Evanuit, ut non permiſſum, apud Chriſtianas gentes in bello captorum ſervitus, quae tamen apud Mahumedanas in uſu. Fruſtra igitur ex omnium moribus petitur hic norma & index ; maxime etiam cum nec defuerint quae

> ---------- *non foedera legum*
> *Ulla colunt, placidas aut jura tenent mentes* ;

Quod ait ille [d] de Bebryciis. Quales item d[e] ferte memorat fuiſſe aliquas Ariſtoteles [e]. [Et] Salluſtius [f] ex Hiempſale de Getulis & Libyb[us] Africae vetuſtis incolis, *Neque moribus*, inqu[it], *neque lege, neque imperio cujuſquam regebantur*, alibique [g] de Aboriginibus, *Genus hominum a[grestre], ſine legibus, ſine imperio, liberum atq[ue] ſolutum.* Ad gentes igitur praeteriti praeſent[iſ]que aevi illuſtriores civilioreſque, & quorum mores habemus exploratiores, hic recurrendum. A[t]que in iis ſane non ſolum gentes illae, quas i[p]ſae, quarum hic potiſſimum intereſſe poteſt, ma[ri] ni ſemper habuere, verum & ipſae, quarum ja[m] intereſt, teſtes ſatis comperientur.

Teſtimoniorum autem, quibus uſuri ſum[us], genus eſt duplex. Alia ſunt quae imperium [&] dominium maris privatum principibus, populis, [a]liiſque, ab hiſtoricis atque aliis ſcriptoribus [per] omnia fere ſecula agnitum ac tributum oſtendu[nt]. Alia, quae maris dominium ejuſmodi, juri itid[em] conſonum ex juriſconſultis, foederibus, id gen[u]s aliis demonſtrant. Quae utraque, ut rerum [do]cit ordo, interſerimus : ita tamen ut quae [ad] mare Britannicum, ſive facti ſive juris, attine[nt], cumulo in hoc teſtimoniorum prorſus prae[ter]mittantur, librum ſecundum ſeorſim occupatu[ra]. Atque ſic demum tum quid civile gentium [s,]

[a] Cicero. de Natura Deorum lib. 1. [b] Inſtit. de Jure Nat. §. Jus Naturale. [c] L. 1. ff. de Adquir. rem dominio. [d] Val. Flaccus Argonautic. 4. [e] Nicomach. lib. 7. cap. 6. [f] In bello Jugurthino. [g] In [co]njurat. Catilinae.

quid gentium commune plurium, quid de- jus naturale permissivum (ex gentium sci- moribus hac in re eliciendum) de dominio privato statuerit, simul erit apertissimum.

CAP. VIII.

o, quo e seculorum populorumque mplurium moribus, jus de domi- io maris privato permissivum eli- etur. In seculo fabuloso expressa atis esse hujus testimonia. Et biter de Romanorum mari Me- iterraneo, cujus imperium Cn. ompeio mandatum est.

cula e quorum monimentis gestisque mores, scita, placita, quae diximus, populorum umque edilcenda sunt, bifariam tribuo; in us fabulosum, & historicum. Fabulosum n non illud quod olympiadum initia prae- t totum, cum Varrone, appellamus; sed id l vetustissimis duntaxat fabulis, fabularum fal- facie, obducitur. Dispertito interim histori- a illud quod vetustius est, & imperiorum at- rerumpublicarum quae aliquot abhinc seculis re, mores complectitur; & id quod est re- ius, atque earum gentium, quae etiamnum nt, usum hac in re ostendit. Caeterum dum losum adhibemus tempus, non e fabulis, qua lae sunt, argumenta petimus; sed involutam arum & theologorum gentium mysteriis hi- cam veritatem e vetustissimis historicis exhi- us. Nam etiam *Vera sunt quae loquuntur ae*, ut recte Lactantius [a], *sed obtentu aliquo ieque velata. Et sic veritatem mendacio verunt, ut veritas ipsa persuasioni publicae ni- derogaret.* Fabuloso quod diximus tempore, ctis scribunt Titanibus, sorte mundum divi- deos fratres, Jovem, Plutonem, Neptunum: coelum, Plutoni inferna, Neptuno mare sse. Rejectis autem nugis illis de sydereo coelo seu aethere, de infernorum seu mortu- n regno, & demum de terra tota [b] fratrum nium, post divisionem, communi, quibus pa- ter sibi imponi vulgus sinebat, res ipsa quam arvata hac historia latere veterum aliquot do- e, alia omnino erat. Non deos hosce, sed nines fuisse asserunt. Nec coeli sed plagae ntalis, ex qua mortalibus lux datur (unde & rior visa est, ideoque coelum dictum) Jovem m fuisse: Plutonem autem occidentis, quae recessum noctemque ostendit, unde inferior licta & inferna: maris denique & interjecta- insularum dominum fuisse Neptunum. Ita ninium maris privatum, non aliter ac telluris, distributione humana hic natum comperimus. se rem habuisse docuit olim Euhemerus Mes- us, autor vetustus, in historia de rebus eorum, dii putati sunt, conscripta, & ab Ennio ver- sa. Lactantius, *De Neptuni sorte*, inquit [c], *manifestum est, cujus regnum tale fuisse dicimus, quale Cnei Pompeii fuit infinitum illud imperium, cui totius orae maritimae potestatem senatus decreverat; ut praedones persequeretur, ac mare omne pacaret. Sic Neptuno maritima omnia cum suis insulis obvenerunt. Quomodo id probari potest? Nimirum veteres historiae docent. Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Jovis & caeterorum, qui dii putantur, collegit; historiamque contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Jovis Triphylii; ubi auream columnam positam esse ab ipso Jove, titulus indicabat; in qua columna sua gesta perscripsit; ut monimentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam & interpretatus est Ennius & secutus; cujus haec verba sunt; Jupiter Neptuno imperium dat maris, ut insulis omnibus, & quae loca essent secus mare, omnibus regnaret.* Sed intercidit tam Ennii versio, quam Euhemeri commentarii ipsi; nec sine Jovis caeterorumque deorum antistitum industria intercidisse putandum. Eo enim magis invisum proculdubio erat, quicquid de deorum originibus scriptum esset, quo id eas magis patefaceret, & magna quae sacrariis venditabantur nomina ex magnorum sive regum sive heroum coetu mutuo accepta & vulgo credulo obtrusa fuisse proderet. Nam hinc etiam atheus, cum Diagora & nonnullis aliis, dictus est Euhemerus, qui non Lactantio solum, sed Clementi etiam Alexandrino, Eusebio, D. Augustino, Arnobio, aliis, autor est singularis; cui, in argumentis adversus futilem gentium theologiam consarcinatis, fidem haberi scimus maximam. Idem, puto, est qui Plutarcho [d] Tegeata dicitur, ubi cum Diagora memoratur. Sed ab eodem etiam Messenius nuncupatur, ubi ut ingentem mendaciorum artificem eum suggillat [e] majorum superstitionis cum primis tenacissimus, nec Triphylios aut Panchaeos (Panchaea insula est in oceano circa Arabiam australiori sita, in quo fanum Jovis Triphylii, unde historia illa de regno marino sumpta est, collocat Euhemerus) ullibi gentium, odio, ut videtur, in Euhemerum ductus, existimat extitisse. Sane Diodorus [f] eodem, ut autore gravi, etiam utitur. Quin jurisconsultus nuperus illud Neptuni apud Homerum:

Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
Παλλομένων ----------

Ego vero ex eis quae sorte tribuebantur accepi coeruleum mare, ut in eo semper habitarem, ita interpretatur, ut de tribus Noachi filiis rem totam de tribus diis narratam fidenter capiat. Verba ejus [g] sunt, *Id proculdubio ex partitione terrarum inter tres filios Noachi, ex quibus Japheto insulae obvenerunt, causam traxit.* Adeo ut Japheto non solum insularum [h] sed etiam maris dominium in fabula illa velit assignari. Quod vero ait Lactantius de infinito Pompeii imperio,

a De Falsa Religione lib. 1. cap. 11. b Homer. Iliad. 15. seu o. c Loco jam citato. d De Placitis Philosopho- lib. 1. cap. 7. e Lib. de Iside & Osiride. f Bibliothec. lib. 6. atque apud Eusebium de Praeparat. Evangelica lib. 2. Adde Gerard. Vossium de Historicis Graecis, lib. 1. cap. 11. g Jo. Gryphiander, de insulis, cap. 31. §. 75. h Ge-

ut de Neptunii dominii exemplo, id ita intelligendum est, ut tam eorum qui imperium Pompeio mandarunt, quam ipsius cui mandatum est, simul habeatur ratio. Nimirum *Cilices invaserant maria,* quod ait Florus, *sublatisque commerciis, rupto foedere generis humani, sic maria bello quasi tempestate praecluserant.* Rei igitur frumentariae maxime prospicientes Romani, ex senatusconsulto Gabiniano Pompeium emisere Ἀφαρπασόμενον τ͂ πειρατῶν τ͂ θάλασσαν [a], *ad vindicandum a piratis mare.* Et dabatur ei ea lege, Ἄρχειν τ͂ ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης, ἠπείρου δὲ πάσης ἐπὶ σταδίους τετρακοσίους ἀπὸ θαλάττης, *Imperium maris quod intra est columnas Herculis; continentis vero totius ad quadringenta a mari stadia.* Inde classis ingentis praefectus, dispositis per imperii sui spatia pluribus legatis, mare totum a faucibus Gaditanis ad litus Cilicium ita pacavit, *Ut neque* [b] *in terra, neque in mari esset qui resistere posset.* Certe ipse Pompeius mandatum tantummodo habuit imperium, ut admirallus populi Romani; sicut biennio ante itidem M. Antonius, quod docet Paterculus. At vero ipse qui mandavit populus, maris hujus, ut territorii Romani, aeque dominus erat ac stadiorum continentis quadringentorum, quae cum mari in imperio mandando sunt pariter conjuncta, ut non magis atque mare, dominum ferentia. Et Florus [c], *Tiberius Nero* (qui e legatis erat Pompeianis) *Gaditanum fretum, qua primum maris nostri limen aperitur, obsedit. Nostrum* Romanus (uti etiam Sallustius [d] non semel) recte appellat, quod ita in Romanorum potestatem prorsus redactum. Et Dio Cassius [e], Θάλατταν τ͂ τ͂ Ῥωμαίων πᾶσαν, *Mare universum, quod Romanis parebat, pacavit.* Et Mela, de mari Mediterraneo, *Id omne,* inquit [f], *qua venit, quaque dispergitur, uno vocabulo nostrum mare dicitur.* Sic alii [g]. Et *nostri maris* nomine sic utitur Mela saepissime postea. Sed hac de re plura inferius, ubi de Romano maris imperio fusius agitur. Neque in piratas, ut humanae societatis hostes, jurisdictio tantum a Pompeio exercebatur (quemadmodum in piratas, qui in mari quocunque nondum occupato depraedantur, exerceri indies videmus) sed ipsum territorium marinum, quod invaserant Cilices, armis recipiebatur. Unde Manilius [h]:

Quis te Niliaco periturum littore, magne,
Post victas Mithridatis opes, pelagusque receptum,
Crederet? --------

Itaque non tam Pompeii, quam ipsius populi Romani, utpote maris domini, similis habendus erat a Lactantio Neptunus ille. Alia sunt in fabuloso tempore, quae de diis dicta, quid de hominum hic jure sentirent veteres, etiam indicare videantur. Nam ubi deos hominum personis induunt, quae humana sunt, de iis ferme loquuntur. Unde Hesiodus Jovem ait Hecatae permisisse

Μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.

Ut partem haberet tam maris quam tell[…] Huc spectat item, quod habet Oppianus [i] […] Amphitrite regina maris, a Neptuno constitut[…]

------ Ἁλὸς βασίλειαν ἔθηκεν,

Reginam maris eam constituit. Quin Nonn[…]

------ Βερόη κράτος ἔσχε θαλάσσης,

Beroe imperium seu *dominium habuit maris.* [S]imilia sunt innumera. Et de tempore fabulo[so] hactenus.

CAP. IX.

Primum apud Graecos in tempore historico maris dominium, id est, Minois, seu Cretense.

HIstorici temporis partem priorem, seu q[uae] regna ac respublicas, quae aliquot ab h[inc] seculis desiere, complectitur, ab imperio Cret[en]sium marino auspicamur. Dein vero non sol[um] complurium veteris Graeciae populorum, a[lio]rumque in oriente olim illustrium, imperii [ac] dominii similis in mari Syriaco, AEgyptia[co], Pamphylio, Lydio, AEgaeo, ejusque viciss[itudi]num recensionem persequimur; verum etiam [&] Romanorum & Carthaginiensium in maribus [cir]cumvicinis, veluti supero, infero, orientaliori [et]iam, aliorum id genus in occidente domini[um] plane consuetum, atque, ut juri consonum, [in] mores receptum esse ostendimus.

I. Minos Lycasti filius, Jovis dictus, Cretae r[ex], mare circumquaque Creticum & magnam AEg[aei] partem ut dominus obtinuit. Thucydides [l], *[Mi]nos,* inquit, τῆς Ἑλληνικῆς θαλάσσης ἐπὶ πλεῖ[στον] ἐκράτησεν, *maris Graeci partem maximam* [u]*t dominus obtinuit.* Ita sane κρατεῖν tum h[ic], tum in sequentibus interpretandum. Neque [e]nim *imperium habere* (quod sonat vulgo κρατεῖν) qu[i]quam ut navium aliorum numero, transitui, ve[cti]galibus, per maris spatia terminata, modum & [le]ges praestituat (non aliter ac ubi agri usus, p[ro] suo arbitratu sive impeditur sive permittitur co[lo]nis) aliud omnino fingi quidem potest, qu[am] planissime dominum esse, aut saltem ejus, qui [do]minus est, seu procuratorem seu indultu age[re]: quod in idem hic recidit. Utcunque non [ne]scimus θαλασσοκρατεῖν interdum duntaxat [m] *co[pii]s navalibus praestare* interpretandum. De Min[oi]s dominio expresse itidem Diodorus Siculus [n], N[i]colaus Damascenus [o], Strabo [p], Cedrenus [q], S[ui]das [r], alii. Apud Senecam item Phaedra [s]:

[a] Plutarch. in Pompeio, & Appianus Alexandrin. in Mithridaticis. [b] Dio. lib. 36. [c] Lib. 3. cap. 6. [d] In Jugurthino. [e] Lib. 42. [f] De Situ Orbis lib. 1. cap. 1. [g] Orosius lib. 1. cap. 2. [h] Astrono[m]. lib. 4. [i] Halieutic. lib. 1. [k] Dionysiac. lib. 43. [l] Lib. 1. [m] If. Casaubon. in Comment. ad [Po]lyb. pag. 2c9. [n] Biblioth. 4. [o] Apud Stobaeum eclog. cap 42. [p] Geograph. 10. [q] Pag. [r] In Minoe. [s] In Hippolyto act. 1.

O mag[…]

O magna vasti Creta dominatrix freti,
Cujus per omne littus innumerae rates
Tenuere pontum; quicquid Assyria tenus
Tellure Nereus pervium rostris secat.

Et primum maris dominium, id est, primam eiusce, quod nondum occupatum erat, sed in vacuo relictum, occupationem (unde ortum dominium hujusmodi) Minoi plerumque tribuunt. Sed mendum est in Hieronymiana Chronici Eusebii versione [a], de hac re; nec praetermittendum, nisi id quod celeberrimo, & primario apud Graecos maris dominatui apertis verbis reluctari videatur, oscitanter neglexerimus. *Minos* (ita versio illa) *mare obtinuit, & Cretensibus leges dedit, ut Paradius memorat, quod Plato falsum esse convincit.* Quid igitur? Falsumne esse convincit Plato Minoem leges Cretensibus dedisse, & maris imperium obtinuisse? aut eorum alterutrum falsum esse? Locus plane fallit & corruptissimus est tum in ficto autoris *Paradii* nunquam alibi audito nomine, tum in ipsa Graecorum Eusebii tralatione. *Paradius* nescio qua oscitantia (de Hieronymo viro sancto & doctissimo credere nolim; sed scioli forte alicujus, qui breviusculas ejusce in chronico illo periochas temere adaugere ausus est) ex ipso *Para Dios*, id est, *ex Jove*, quod habetur in Eusebii Graecis, natum est. Nam ibi Eusebius, *Minos*, inquit [b], ἐθαλασσοκράτει, *mare obtinuit, & Cretensibus* παρὰ Διὸς, *a Jove leges dedit, quas tulit ex antro ubi per novennium secesserat.* De legibus illis a Minoe acceptis, quae nec ante Cretam a Caecilio Metello triumphatam [c] desiere, & de antro ejus Idaeo & novennio, res est notissima ex Homero, Platone, Porphyrio, aliis. Statim autem sequitur in Graecis Eusebii, ὅπερ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις ἐλέγχει, quod certissimum est hic sonare, *id quod Plato in legibus adprobat*, seu *confirmat.* Nam ipsum librorum Platonis de legibus [d] fundamen est Minois legum ejusmodi a Jove acceptio. Tantum abest, fuisse vertendum, *quod Plato falsum esse convincit*, aut *quod Plato refellit.* Cum tamen posterius minori multo quam par erat, aut ipse adhibere est solitus, diligentia hic usus vir maximus Josephus Scaliger substitui ibi velit. Nam utcunque ex vi & usu frequentiori vocabuli ἐλέγχειν, id recte ita verti videatur; ipsa tamen res & alia vocabuli significatio versionem nostram esse veram manifesto convincit. Id ipsum vero quod habet versio Hieronymiana, legitur, ut exscriptum, apud Marianum Scotum [e] & Florentium Wygorniensem, nisi quod in Florentio legatur *Plato falsum esse affirmat.*

CAP. X.

Dominium maris Syriaci, AEgyptiaci, Pamphylii, Lydii, AEgaei, gentes in oriente illustres septendecim invicem succedaneas, per complures quamlibet annos continuos, non aliter ac continentis seu insularum, post Minoem Cretensem, obtinuisse.

POST Minois Cretensis tempora, recensitae sunt, in Eusebii atque Africani chronicis, gentes septendecim orientales, partim Europaeae partim Asiaticae, quae singulatim per annos plurimos mare interius sibi circumvicinum uti domini ita obtinuere, ut, ex jure gentium hisce universis interveniente, privatum maris dominium locum habuisse sit manifestissimum. Nam per vices & per diutinas occupationes, bello, victoria, cessioneque qualicunque mutantes, suam dominandi singulae sunt periodum sortitae, annos quingentos amplius sexaginta continuos simul implentes. Ab initiis autem Minois seu Cretensis imperii marini ad proximum, quod in chronicis, quae diximus, sequitur, intercedunt anni centum septuaginta quinque. Initia illa sub judicum Israelitarum aevo collocantur. Qui successere, ad hunc se habent modum.

II. Secundo Lydi maris fuere domini. Graeca Eusebii [f], Λυδοὶ, οἱ καὶ Μαίονες, ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη Ϟϐ, *Lydi, qui & Maeones, domini erant maris annos* XCII. Sub AEneae seculum hujus imperii initia habentur. Quod vero ad numerum attinet annorum, tametsi idem fuerit tum in universa Eusebii Historia, tum in Canone ejus chronico, cum tamen Pelasgorum imperium, quod proxime sequitur, annorum CXX. aut circiter intervallo disjungatur, corrigendus forsitan fuerit & ρκ seu CXX. substituendus. Quod dubitanter etiam monuit vir praestantissimus Isaacus Casaubonus in commentario suo ad Polybium, ubi de illis, qui in oriente maris sunt dominati, doctissime agit. Absque numero marinum Lydorum dominium memorant etiam Marianus Scotus & Florentius monachus, uti & Pelasgorum.

III. Tertii in hac recensione maris domini fuere Pelasgi. Eusebius [g], Πελασγοὶ δεύτεροι ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη πε, *Secundo mare obtinuerunt Pelasgi annos* LXXXV. Quod ad Solomonis & quae sequuntur tempora refertur. Sed Thracum, qui mox succedunt, initia poscunt ut anni hic potius LV. putentur. Secundi autem fuere Pelasgi maris domini, si aut Lydos primos cum nonnullis facias, aut primos a Minoe seu Cretensibus appellas: nam ita Pelasgi plane secundi, alioquin tertii sunt. Quod in sequentibus etiam observandum.

[a] Euseb. Hieronym. num. 765. [b] Chronic. Canon. 110. in Thesauro Temporum. [c] Eutropius lib. 6. [d] Plato legibus lib. 1. [e] Anno Mundi MMDCCCCXLIV. [f] Pag. 31. & pag. 115. num. 940. [g] Chronic. 1. pag. 34. & num. 960.

IV. Quarto maris domini fuere Thraces, annos (ut in Eusebii[a] Graecis habetur) ο θ seu LXXIX. qui tamen in versione Hieronymiana novendecim non excedunt. Sed putat Isaacus Casaubonus magis π θ seu LXXXIX. rescribendum esse, ex initiis Rhodiorum, qui proximi domini, suasus. Marianus & Florentius, versionem Eusebii sequuti, annos tantum XIX. Thracum imperio tribuunt. Atque apud hosce, ut in versione quam diximus, Thracas dominos maris fuisse non semel adnotatur. Cum Jeroboamo rege convenit.

V. Quinto Rhodii mare, ut domini, obtinuerunt annos XXIII[b]. Atque eorum hinc studium circa rem nauticam laudat Strabo[c], qui de Rhodo, ἐθαλασσοκράτησεν, inquit, πολὺν χρόνον, & τὰ λῃστήρια καθεῖλεν, *domina erat maris diu, & piratas sustulit.* In Latinis Eusebii, Rhodii dicuntur *quarto mare obtinuisse.* In Graecis vero *quartos fuisse maris dominos; & juxta nonnullos, quintos.* Unde discrimen illud ortum fuerit, liquet ex eo quod in Pelasgis est memoratum. Celeberrimi omnium sunt maris dominorum veterum Rhodii; inde inprimis quod eis acceptae feruntur leges nauticae in Pandectas a Justiniano relatae, quae in utroque imperio mire obtinere solebant. Antoninus imperator ad Eudaemonem Nicomediensem[d], τῷ νόμῳ, inquit, τῷ Ῥοδίων κρινέσθω τὰ ναυτικά, *Lege Rhodiorum decidantur lites nauticae.* Et sunt legum omnium nauticarum, quae non interciderunt, vetustissimae, ut testatur Constantinus Harmenopulus[e] judex Thessalonicensis. A Tiberii[f] tempore in Romanorum mores sunt receptae. Initia eorum sub Jehosaphati regnum collocantur. Sed praetermittuntur Rhodii tum a Mariano tum a Florentio.

VI. Sexto maris sunt dominati Phryges, annos XXV. sed, ut habent Eusebii[g] Graeca; secundum alios VI. Latinis occurrunt tantum XXV. uti in Mariano & Florentio. Sed vero cum in Graecis Eusebii quinti numerentur (ratione superius dicta) maris domini Phryges, numerum illum senarium non annos sed imperii ordinem recte, opinor, animadvertit Isaacus Casaubonus denotare. Lycurgi seculo dominatus hic tribuitur.

VII. Septimo Cyprii mare obtinuerunt, ut alii, annos XXIII. ut alii, XXXI. Hoc enim in nonnullis Hieronymianae Eusebii versionis exemplaribus[h] reperitur: illud in Mariani & Florentii chronicis, ex Eusebio & Hieronymo plerumque compilatis. Sed neque in Graecis, quae extant, Eusebii, neque in versione quam edidit Josephus Scaliger, locum habent Cyprii: nec sane in Isaaci Casauboni recensione. Cum Joasi seculo convenit.

VIII. Octavo Phoenices mare[i] obtinuerunt. Sic Eusebius, Marianus, Florentius; nisi quod septimos faciant, ob diversam, quae ostensa est, numerandi rationem. De horum dominio maris satis aperte loquuntur Sacrae Literae: quod & supra notavimus, ubi de jure divino verba fiunt. Collocatur hujus dominii memoria sub Uzia Judaeae rege. Quin ipsa gens Phoenicum in gloria magna navalium artium; quod docet Plinius, alii. Atque huc forsan referendum est illud ab Antipatro Tarsensi & Mnasea, scriptoribus vetustis, traditum de Gatide regina Syrorum (qui & ipsi Phoenices) quam ideo *Atergatin* dictam volunt, quoniam edicto jusserit[k], ἄτερ Γάτιδος μηδένα ἰχθὺν ἐσθίειν, (ut Antipater) id est, *sine Gatide,* seu *ejus injussu, neminem piscem comedere,* ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν ἀναφέρειν, *sed ut quisque pisces captos ad ipsam perferret,* quemadmodum Mnaseas. Quod de etymo habent ridiculum satis videtur, dum nomen Syrum seu Phoenicium e Graeco petunt fonte. Res autem ipsa, quam, opinor, voluere, haec est; Atergatim non Syriae modo, seu Phoeniciae, (quae maritima Syriae pars) sed & praejacentis maris ita reginam seu dominam fuisse, ut neque libere piscari in eo, saltem non piscationis commodo frui, nisi ea annuente, cuiquam liceret. Unde etiam ei, apotheosi postea donatae, aureos & argenteos pisces sacrare consuetum.

IX. Nono AEgyptii post Phoenices mare[l] obtinuerunt sub regibus suis Psammide & Bocchoride qui olympiadum initia proxime antevertunt. Habent etiam Marianus & Florentius.

X. Decimo maris sunt dominati[m] Milesii. Annorum numerum non exhibent codices Eusebiani. Caeterum tam apud Marianum quam Florentium legitur, *Mare obtinuerunt Milesii annis* XVIII. Stephanus de Urbibus, *Naucratis,* inquit, *urbs AEgypti condita est* ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλαττοκρατούντων, *a Milesiis tum mare obtinentibus.* Et civitatis illius conditum, cum imperio horum marino, memorat simul Eusebius sub tempora Romuli. Ab illis item Sinope ad pontum Euxinum sita, condita est, quae ὑπὸ... (quod ait Strabo[n]) τῆς ἐντὸς Κυανέων θαλάττης *in sua habuit potestate mare, quod intra Cyaneas insulas volvitur.*

XI. Undecimo mare obtinebant[o] Cares. Horum dominii marini meminit etiam Diodorus Siculus[p]. Sub Ezekiae regis aevum.

XII. Duodecimo, & Caribus proximi, obtinuerunt mare Lesbii[q] annos LXIX. Sic in Latinis Eusebii. Sed Marianus habet, *annis* LVIII.

XIII. Decimotertio Phocaeenses mare obtinuerunt: circa captivitatem Babylonicam. In anno XLIV. protenditur eorum imperium. Graeca Eusebii[r], Φωκαεῖς ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη μδ, *Phocaenses domini maris fuere annos* XLIV. quibus verbis praefigitur numerus ιβ, seu duodenarius, qui duodecimos eos a Lydis fuisse, & a Minoe decimos tertios, denotatur.

XIV. Decimoquarto Corinthii fuere maris domini. Eos ita collocatos quidem non reperio. Sed manifesto liquet ex Thucydide[s], mari praepotentes eos fuisse, & copiis navalibus latrocinia maritima ita coercuisse, ut tam a mari, quam a terra emporium sibi nanciscerentur amplissimum. Et egregiam eorum in re nautica instauranda i-

[a] Chronic. lib. 1. p. 34. & num. 1014. [b] Chron. Canon. pag. 128. & num. 1100. [c] Lib. 4. [d] Ad legem Rhodiam ff. ... ἀξίωσις. De legibus hisce vide etiam Basilic lib. 53. tit. 8. [e] Prochiri Juris lib. 2. tit. 11. [f] Jus Graec. Rom. tom. 2. pag. ... [g] Chron. Canon. pag. 129. num. 1127. [h] Edit. Basil. 1549. [i] Euseb. num. 1192. [k] Apud Athenaeum Dipnosoph. ... [l] Euseb. num. 1230. [m] Idem num. 1265. [n] Lib. 12. [o] Euseb. num. 1284. [p] Biblioth. 5. [q] ... [q] ...eb. num. 1341. [r] Chron. lib. 1. pag. 42. [s] Lib. 1.

dustria

ſtriam idem memorat autor. Nec refragatur npus, quin recte hunc locum occupent ipſi, & Iones proximum. Sed decimos quartos s & decimos quintos nondum in eorum, qui mare obtinuerunt, catalogum a ſcriptoribus :eptos comperimus.

XV. Decimoquinto Iones vicini maris domini :re, ſeu Ionii. De iis Thucydides[a], *Multo poſt* ilicet poſt Corinthiorum vires maritimas) *pe-* r *Iones res navalis fuit, aetate Cyri primi* :rſarum regis, *ejuſque filii Cambyſis*; τῆς τε ϑ' ἑαυτοὺς θαλάσσης Κύρῳ πολεμοῦντες ἐκράτη- τινὰ χρόνον, *Etiam & cum Cyro pugnantes* *mari aliquandiu potiti ſunt.* Ubi adnotat ɩoliaſtes vetus, γείτονος· οὐ γὰρ πάσης, *mari vi-* *o: neque enim toto.*

XVI. Decimoſexto domini maris fuere Naxii. Eu- ɩius[b]; Νάξιοι ἐθαλασσοκράτησαν ις' ἔτη ι. *De-* ɩoquinto mare obtinebant Naxii, annos de-* ɩ. Sub Cambyſis tempora. De Naxiis in- ɩae cognominis, quae e Cycladibus una eſt, litur.

XVII. Decimoſeptimo Eretrienſes in dominium ɩ marinum ſucceſſere. Euſebius, ubi de Naxiis lo- ɩtur, καὶ μεθ' αὐτοὺς, inquit, Ἐρετριεῖς ις, ἔτη ζ, *poſt illos Eretrienſes, decimoſeptimo, annos* VII. E tria urbs erat olim inſignis opibuſque po- ɩs in Euboea inſula.

XVIII. Et demum in hac recenſione ultimi ſeu dimi octavi maris domini fuere AEginetae. La- ti Euſebii[c]; *Mare obtinuerunt AEginetae an-* ɩ XX. *uſque ad tranſitum Xerxis*; quod in ompiadis LXVII. anno IV. adnotatur. Caete- ɩ olympiade LXXV. tranſiit Xerxes, ejuſque o primo. Intercedunt igitur anni XXVIII. vero animadvertit hic Joſephus Scaliger, hac in annis putandis ſupinitate, nugatoria quae habent Latina. *Et ex Graecis,* in- , *arguuntur,* in quibus legitur tantum, Αἰ- γινῆται ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη ι *AEginetae ma-* *ri dominium obtinuere annos* X. Quod quidem occurrit tam in Chronico Euſebii priore, quam in Canone; nec aliter collocatum ac in Latinis. Horum item poteſtatis marinae meminere Strabo[d] & AElianus[e].

CAP. XI.

De Laconico atque Attico dominio ma- *rino; quin & hoc non a Graecis,* *verum etiam a Perſis, in foedere,* *agnito.*

NEQUE ſolum in moribus dominioque marino tot gentium illuſtrium (quorum im- rum anni a mari ſubjugato putari ſoliti) ita em continuato reperiuntur quae ex oriente afferenda, ſed in aliorum etiam, quae ſane uſtriores; tametſi recenſione ejuſmodi nul- contexantur. Notiſſimus ille Samiorum rex rates, ſub imperii Perſici initia, devictis na- praelio Lesbiis & Mileſiis, adeo maris dominium adfectaſſe ſcribitur, ut dominii is capax eſſe palam interim agnoſceretur. Herodotus, *Polycrates,* inquit[f], ἐστὶ πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Ἑλλήνων, ὃς θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη, παρὲξ Μίνωός τε τοῦ Κνωσσίου, καὶ εἰ δή τις ἄλλος πρότερος ἦρξε τῆς θαλάσσης, *primus eſt eorum, quos novimus, qui maris imperium ſibi adquirere in animum induxerat, praeter Minoem Cnoſſium, & ſiquis alius illo prior mari potitus eſt.* De regibus loquitur, puto. Nam aut democratici aut ariſtocratici formula imperii gubernabantur fere Graeci illi, penes quos dominium marinum, ut ſupra oſtenſum eſt, toties variabatur. Neque eorum dominium, opinor, ignorare potuit Herodotus magis, ac Minois regis. Etenim floruit ipſe poſt finitum AEginetarum, quod diximus, imperium, ſeu ſub olympiadem LXXX. Aut igitur de regibus tantum eſt locutus, aut mire hallucinatus.

Circa olympiadem LXXX. & ſequentia in monarchiam Graecam tempora, nobiliſſimi illi Graecorum populi, non ſolum Athenienſes, ſed & Lacedaemonii, interdum dominium circumfluentis maris occupavere. De Lacedaemoniis Demoſthenes[g], Θαλάττης, inquit, μὲν ἦρχον, καὶ γῆς ἁπάσης, *maris dominabantur, & terrae univerſae.* Alii tantundem. De Athenienſibus ſive idem, ſive Hegeſippus, in oratione illa de Haloneſo, verba faciens de Philippo Macedonum rege maris imperium affectante, *De praedonibus,* inquit, *aequum eſſe ait Philippus, ut communiter & ille nempe & vos eos qui in mare delinquunt, pellatis,* οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο ἀξιῶν, ὑφ' ὑμῶν εἰς τὴν θάλατταν καταστῆναι, καὶ ὁμολογῆσαι ὑμᾶς, ὡς ἄνευ Φιλίππου οὐδὲ τὴν ἐν τῇ θαλάττῃ φυλακὴν δυνατοί ἐστε φυλάττειν, *nihil aliud quam hoc poſtulans, ut a vobis mari ipſe praeficiatur, utque confiteamini vos ſine Philippo nec mare* hactenus veſtrum *tueri & cuſtodire poſſe.* Modum etiam qualitati & quantitati navigiorum, quibus vicinis uti liceret, foedere ponebant. Caput eſt foederis cum Laconibus icti[h], mari quidem Laconas & ſocios uti poſſe, ſed πλεῖν μὴ μακρᾷ νηΐ, ἄλλῳ δὲ κωπήρει πλοίῳ ἐς πεντακόσια τάλαντα ἄγοντι μέτρα, *minime navigare navi longa, verum alio navigio quod remis actum vecturam talentorum quingentorum non excederet.* Non ſcilicet navi uno remorum verſu, nedum biremi, triremi, aliiſque bellicis, ſed navigiis utcunque remorum paribus aliquot agendis & onerariis, illiſque ſatis exiguis. Id genus ſunt alia apud Thucydidem. Huc ſpectat illud AEmylii Probi, de Timotheo Athenienſium praefecto illuſtri: *Corcyram,* inquit, *ſub imperium Athenienſium redegit, ſocioſque idem adjunxit Epirotas, Athamanas, Chaonas, omneſque eas gentes quae mare illud adjacent. Quo facto Lacedaemonii de diutina contentione deſtiterunt, & ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt, pacemque his legibus conſtituerunt, ut Athenienſes mari duces eſſent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum arae PACI publicae ſint factae, eique Deae pulvinar ſit inſtitutum.* Et Demoſthenes[i]

[a] L. citato. [b] Chronic. lib. 1. pag. 43. [c] Num. 1508. [d] Lib. 8. [e] Var. Hiſtor. lib. 12. [f] In Thali. [g] Philippic. 3. Vide etiam Themiſtoclem, Epiſt. 14. [h] Thucydid. lib. 4. [i] Orat. adverſ. Leptinem.

de Archebio & Heraclide, Οἱ Βυζάντιον παραδόντες Θρασυβούλῳ, κυρίους ὑμᾶς ἐποίησαν τοῦ Ἑλλησπόντου, ὥστε τὴν δεκάτην ἀποδόσθαι, *Qui Byzantium Thrasybulo cum tradidissent, dominos vos* (Athenienses alloquitur) *maris fecerunt, adeo ut decimam venderetis.* Vectigalia scilicet, ἐκ τῶν φορτίων τῶν ἐμπόρων τοῦ Ἑλλησπόντου, *mercium mercatorum qui Hellesponto uterentur*, quod adnotat ibi Ulpianus rhetor. Hinc etiam manasse vult Cicero durius illud populi hujus decretum de AEginetis, maris interdum dominis; *Durius*, inquit[a], *Athenienses, qui sciverunt, ut AEginetis, qui classe valebant, pollices praeciderentur.* Ne scilicet in posterum classe valerent, aut mare jam Atheniensium occuparent. Nam in codicibus nonnullis legitur, *quia classe valebant*; quod notat Carolus Langius. Tametsi ab AEliano[b] intelligatur decretum ideo factum, ut hastam non ferre, remos vero adhuc agere possent. Crudelitatem detestantur scriptores: sed manifestum est maris usum liberum eis ita esse praereptum. Neque tantum inter ipsos Graeciae populos, dominium hujusmodi marinum comprobatum est; verum etiam a Persis, qui tunc rebus orientis potiebantur, idque in foedere illo nobili post victoriam ad Eurymedontem icto. Nimirum devictis Artaxerxis Longimani Persarum imperatoris copiis navalibus (quae mare circa insulas Chelidonias infestum reddiderant) a Cimone Atheniensium duce, adeo fractus est regis animus, ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηῒ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλεῖν, *ut nobilem illam pacem iniret* (sic Plutarchus[c]; & Aristides[d] fere idem) *ut semper a mari Graeco curriculum equi abstineret, neque intra insulas Cyaneas & Chelidonias longam navem vel rostratam haberet.* Toto igitur abstinendum erat regi a mari AEgaeo, Rhodio, Carpathio, Lydio, & quod inde in occidentem versus Athenas vergit. Quippe cujus plane domini Athenienses. Nam mare Graecum, quod antiquitus *Caricum*[e] dictum, a Caria seu occidentalioris Asiae partis litore, latissime diffunditur. Etiam servitus imposita est mari Pamphylio ac Lycio, uti etiam Ponto; ut nec in hoc citra Cyaneas insulas, nec in illo citra Chelidonias, navis regia, quae aut longa aut rostrata (id est, bellica) foret, ex foedere admitteretur. Id ipsum sane voluit Isocrates[f], ubi, de Atheniensi imperio verba faciens, barbaris non licuisse ait, μακροῖς πλοίοις ἐπὶ τάνδον πλεῖν Φασήλιδος, *longis navibus citra Phaselidem navigare.* Nam Phaselis eundem cum Chelidoniis rigorem in metiendo obtinet, sive Lyciae sive Pamphyliae oppidum. Contexuerat autem historiam, περὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων, *eorum qui maris dominium obtinuere* vetustus scriptor Castor Rhodius; quod memorat Suidas. Ex eo Julium Africanum & Eusebium suos hausisse maris dominos, superiori capite recensitos, merito existimant viri docti[g]. Etiam & Atheniensium atqu Lacedaemoniorum dominatus marinos adjecis eum, vix dubitandum. Floruit Castor sub Au gusti Caesaris tempora. Opus ejus illud om nino periit.

CAP. XII.

Alia quae sparsim occurrunt, de mar dominio in orientalium moribus, test monia.

ETIAM in scriptis quae ad orientalium ge tium mores attinent, plurima sparsim o currunt, quae receptissimam fuisse de privato m ris dominio sententiam luculenter comproba Antiochus Epiphanes Syriae rex, הלא הים והיבשה לי *Nonne*, inquit[h], *& mare & tellus mea sun* De mari Syriaco locutus. Et Xerxes ille P sarum, cum ridicule Hellesponto verbera infli ret, stigmata inureret, & in aquas par compedu demitteret, Δεσπότης, ait[i], τοι δίκην ἐπιτ τήνδε, *Dominus tibi hanc poenam irrogat.* Q ubi mare rubrum seu Erythraeum ita dict tradit Agatharcides, Boxi Persae narrationem cutus, ab Erythra rege seu Erythro (id est, Edomo accola, qui ipse & Esau erat[k], atque id quod *Erythrus* seu *rubrus* Ebraice denotat) nuere hoc etymon simul adjungit[l], κρατεύσα τῆς θαλάττης ἄνδρα, *Virum maris ejusce do nium obtinentem.* Certe & apud Philostratu legitur vetus fuisse de mari rubro pactum, qu βασιλεὺς Ἐρυθρᾶς ἐνόμισεν ὅτε τῆς θαλάσσης ἐ νης ἦρχε, *rex Erythras, quando mari illi do nabatur, contraxerat* neminem AEgyptium illud navi longa ingredi debere, oneraria una tantum ibi uti. Et de Tyro urbe Qui Curtius[n], *Condita*, inquit, *ab Agenore, diu, non vicinum modo, sed quodcunque classes adierunt, ditionis suae fecit.* Unde & T *maria*, pro mari ita occupato, ut, injussu do ni, liber per id transitus non esset, abiit[o] in verbium. Quid quod etiam in oriente mos tinuit veterrimus, ut cum reges magni, gente suam potestatem redacturi, imperii ac dominii rhas sibi tradi imperarent, *aquam & terran* mul poscere solebant? Scilicet eas volebant, ρειν γῆν καὶ ὕδωρ, *adferre terram & aquam*, ἑτοιμάζειν γῆν καὶ ὕδωρ, *praeparare terram & aq* Tam maris quam telluris eorum dominium bolo ejusmodi designari existimabant. Ita a tharum rege Indathyrso poscebat[p] Darius te & aquam; ita Xerxes[q] a Lacedaemoniis; uterque a Cois, quod ipsi testantur Coi in biscito seu epistola qua Artaxerxi Hippocr reddi imperiosissime petenti respondent: regis magni negligentes Coi nullo pacto, quid periculi sibi imminere videretur, Hipp tem reddendum esse decernunt. Decreto

[a] De officiis lib. 3. sic, Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. [b] Var. Hist. lib. 2. cap. 9. [c] Ex Cratero, in Cimonis vita. [d] In Panathenaico. [e] Scholiast. ad Thucydid. lib. 1. adde Dionys. Halicarnass. lib. 1. [f] In Panathenaico. [g] Jos. Scaliger Eusebianis ad num. 840. Gerard. Vossius de Historicis Graecis lib. 1. cap. 25. alii. [h] Joseph Ben. Gorion. lib. 3. cap. 12. Edit. Munster. Lat. in fol. [i] Herodotus lib. 7. [k] Jos. Scaliger ad Festum, verb. AEgyptinos, & Nicol. Fuller. Miscellan. lib. 4. c [l] Apud Photium cod. 250. [m] De vita Apollonii lib. 3. cap. 11. [n] De rebus Alexandri lib. 4. [o] Afranius apud verb. Tyria Maria. [p] Herodotus lib. 4. [q] Polybius lib. 9.

aiciunt[a], Καὶ γὰρ Δαρείῳ καὶ Ξέρξῃ ἀπὸ πατέρων ἐπιστολὰς γραψάντων, γαῖαν καὶ ὕδωρ αἰτεόντων, οὐκ ἔδωκεν ὁ δῆμος, σφέων αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις θνητοὺς ἐόντας ἐπ' αὐτοὺς ἴοντας, *Nam & cum Darius & Xerxes decessores ejus epistolis terram & aquam postularant, neutiquam dedidit populus Cous; quippe cui satis erat exploratum, illos qui ad se misissent, pariter ac homines caeteros, esse mortales.* Atque in Graecis codicibus historiolae Judith Nabuchodonosor, illum vicinis gentibus indicturus, deditionis, quam expectaret, formulam diserte ait esse *ut*[b] *praeberent ei terram & aquam.* Nisi aquarum pende ac telluris dominos se esse putarent, quamobrem & aquam & terram velut universalis dominii insignia sibi poscerent non satis video. Nam de mari ex Indorum, Persarum, atque Ægyptiorum disciplina in Onirocriticis scribens Achmes Ben Seirim Arabs, Εἰ δὲ ἴδῃ τις, inquit[c], ὅτι ἐδέσποσε τὴν θάλασσαν, κληρονόμος ἔσται τῆς βασιλείας πάσης, καὶ βασιλεύσει, *Si quis in somniis visus fuerit sibi factus maris dominus, haeres erit universi regni, & imperabit.* Accedat huc etiam illud de Atheniensium dominio marino oraculum: Delo sacrificantibus Atheniensibus, puer, dum lavandis manibus aquam hauriebat, e phiala simul cum aqua pisces effudit: inde a vatibus oraculum redditum, ὡς κυριεύσουσι τῆς θαλάττης, *maris fore eos dominos.* Autor est scriptor vetustus Semus apud Athenaeum[d]. Ubi Phylarchus etiam memorat, cum Patroclus Ptolemaei Lagi filii dux ad Antigonum regem pisces simul & recentes ficus misisset, atque ambigerent adstantes quid illo munere significaretur, Antigonum lepide dixisse, satis ipsum intelligere quid sibi vellet Patroclus: Aut enim, inquit, vult Patroclus, θαλαττοκρατεῖν ἡμᾶς, ἢ τὰ σῦκα τρώγειν, *imperium seu dominium maris nobis esse obtiundum, aut rodendas ficus:* aut ignavum & mollem videri, aut maris dominum fieri. De dominio igitur maris privato non dubitabat. Atque ibi etiam gulo apud Antiphanem Comicum, nec vitae conducibile esse ait, nec ferendum,

Τῆς μὲν θαλάττης ἀντιποιεῖσθαί τινας
Ὑμῶν, ἀναλίσκειν τε πολλὰ χρήματα, &c.

Mare quosdam ex vobis peculiare sibi vendicare, & in id pecuniae multum impendere; obsonii vero adnavigare nihil, ne gry quidem. Adjice Theocriteum illud de Ptolemaei Philadelphi AEgypti regis dominio marino aeque ac telluris,

Πολλᾶς[e] δὲ κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσας,

Multae telluris est dominus, multi item maris. Et paulo post,

----- Θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ,

Mare totum (de Lycio, Pamphylio, & quod interius est reliquum, loquitur) *& tellus & fluvii sonori regno Ptolemaei subjecti sunt.* Et Philo Judaeus, Non glorientur, inquit[f], principes ob devictas multas gentes, aut quod *omnia flumina,* καὶ τὰ ἄπειρα πλήθει καὶ μεγέθει πελάγη προσεκτήσαντο, *& maria numero & magnitudine diffusissima in suam potestatem redegerunt.* Dein, tametsi in oratione de pace velle videtur Isocrates imperium ac dominatum marinum, quod retinere studebant Athenienses, malorum eis non paucorum esse causam, etiam & interdum tyrannidem ab eis in civitates Graeciae vicinas inde exerceri; id tamen, ut quod sub utilis atque inutilis, &c, ex accidenti, injusti ratione in examen veniat, disputat; nec omnino ex rei ipsius natura injustum esse contendit. Imo alibi dominatum illum satis laudat, quanquam non omnia in eo conservando. Et de utraque civitate & Laconica & Attica diserte idem[g], Συνέβη, inquit, ἑκατέραν κυρίαν γίνεσθαι τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν· ἣν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν ὑπηκόους ἔχουσι τὰς πλείστας τῶν πόλεων, *Evenit ut utraque civitas maris imperio potiretur; quod utri tenuerint, urbium plerasque dicto audientes habent.* Etiam disceptationem legimus apud Aristotelem[h] περὶ τῆς πρὸς τὴν θάλατταν κοινωνίας, *de maris communione;* utrum scilicet civitati bene institutae commoda fuerit necne. Utrum conducibilius esset manere illud omnium hominum commune, adeo ut nemini omnino transitus, negotiatio, mercatura, piscatio negaretur; an ita usum ejus coerceri, ut in civitatis dominium, quo exteri arcerentur, recipiendum esset. Qua hoc utile inutileve fuerit, disputat; non omnino qua injusti ne speciem quidem obtenderit; ex gentium circumquaque positarum moribus de maris non minus ac telluris proprietate abunde edoctus. Quin discipulus ejus Alexander Macedo, victoria in oriente potitus, expeditionem moliebatur in Europam, ὅπως γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάττης κύριος γένοιτο, *ut cunctae telluris ac maris dominus fieret,* quod ait Julianus[i] imperator. Et sane apud Greciae populos, in primis maris accolas, atque ejusmodi in oriente alios, idem fere habitum est summum prae caeteris imperium & dominatum obtinere, & maris dominatu potiri: neque sine hoc illud assequendum existimabant. Unde consilium illud Themistocleum, quod Cn. Pompeius etiam Romae amplexus est, *Qui*[k] *mare teneat, eum necesse esse rerum potiri.* Et *omnino magnae potentiae praesidium & quasi pignus est, semperque fuit, maris dominari* (sic in Polybium Isaacus Casaubonus[l]) *quod Graecis* θαλαττοκρατεῖν *dicitur. Propterea antiqui chronicorum apud Graecos scriptores, cum nullum extaret summum imperium ullius Graeci populi, cujus factis, ante olympiadum institutionem, doctrina temporum inniteretur, inter alia tempora, quibus ad seriem temporum designandam sunt usi, istud non praetermiserunt, sed populos diligenter recensuerunt, penes quos imperium maris quondam fuisset, atque omnes mutationes quae in ea re contigerunt*

[a] Hippocrates Epistol. 9. [b] Judith. cap. ii. 7. Graece. [c] Cap. 178. [d] Dipnosoph. lib. 8. [e] Idyllio 17. [f] Lib. de Plantatione Noe. [g] In Panathenaico. [h] Politic. lib. 7. cap. 6. [i] In Oratione 3. seu Eusebiae Encomio. [k] Cicero ad Atticum, lib. 10. epist. 7. Plutarch. in Themistocle. [l] Comm. in Polybium pag. 199.

accurate

de Archebio & Heraclide, Οἱ Βυζάντιον παραδόντες Θρασυβούλῳ, κυρίους ὑμᾶς ἐποίησαν τοῦ Ἑλλησπόντου, ὥστε τὴν δεκάτην ἀποδόσθαι, *Qui Byzantium Thrasybulo cum tradidissent, dominos vos* (Athenienses alloquitur) *maris fecerunt, adeo ut decimam venderetis.* Vectigalia scilicet, ἐκ τῶν φορτίων τῶν ἐμπόρων τοῦ Ἑλλησπόντου, *mercium mercatorum qui Hellesponto uterentur*, quod adnotat ibi Ulpianus rhetor. Hinc etiam manasse vult Cicero durius illud populi hujus decretum de AEginetis, maris interdum dominis; *Durius*, inquit[a], *Athenienses, qui sciverunt, ut AEginetis, qui classe valebant, pollices praeciderentur.* Ne scilicet in posterum classe valerent, aut mare jam Atheniensium occuparent. Nam in codicibus nonnullis legitur, *quia classe valebant*; quod notat Carolus Langius. Tametsi ab AEliano[b] intelligatur decretum ideo factum, ut hastam non ferre, remos vero adhuc agere possent. Crudelitatem detestantur scriptores: sed manifestum est maris usum liberum eis ita esse praereptum. Neque tantum inter ipsos Graeciae populos, dominium hujusmodi marinum comprobatum est; verum etiam a Persis, qui tunc rebus orientis potiebantur, idque in foedere illo nobili post victoriam ad Eurymedontem icto. Nimirum devictis Artaxerxis Longimani Persarum imperatoris copiis navalibus (quae mare circa insulas Chelidonias infestum reddiderant) a Cimone Atheniensium duce, adeo fractus est regis animus, ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηῒ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλεῖν, *ut nobilem illam pacem iniret* (sic Plutarchus[c]; & Aristides[d] fere idem) *ut semper a mari Graeco curriculum equi abstineret, neque intra insulas Cyaneas & Chelidonias longam navem vel rostratam haberet.* Toto igitur abstinendum erat regi a mari AEgaeo, Rhodio, Carpathio, Lydio, & quod inde in occidentem versus Athenas vergit. Quippe cujus plane domini Athenienses. Nam mare Graecum, quod antiquitus *Caricum*[e] dictum, a Caria seu occidentalioris Asiae partis litore, latissime diffunditur. Etiam servitus imposita est mari Pamphylio ac Lycio, uti etiam Ponto; ut nec in hoc citra Cyaneas insulas, nec in illo citra Chelidonias, navis regia, quae aut longa aut rostrata (id est, bellica) foret, ex foedere admitteretur. Id ipsum sane voluit Isocrates[f], ubi, de Atheniensi imperio verba faciens, barbaris non licuisse ait, μακροῖς πλοίοις ἐπὶ τάνδον πλεῖν Φασήλιδος, *longis navibus citra Phaselidem navigare.* Nam Phaselis eundem cum Chelidoniis rigorem in metiendo obtinet, sive Lyciae sive Pamphyliae oppidum. Contexuerat autem historiam, περὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων, *eorum qui maris dominium obtinuere* vetustus scriptor Castor Rhodius; quod memorat Suidas. Ex eo Julium Africanum & Eusebium suos hausisse maris dominos, superiori capite recensitos, merito existimant viri docti[g]. Etiam & Atheniensium atqu[e] Lacedaemoniorum dominatus marinos adjeciss[e] eum, vix dubitandum. Floruit Castor sub Au[-]gusti Caesaris tempora. Opus ejus illud om[-]nino periit.

CAP. XII.

Alia quae sparsim occurrunt, de mar[is] dominio in orientalium moribus, test[i]monia.

ETIAM in scriptis quae ad orientalium ge[n]tium mores attinent, plurima sparsim o[c]currunt, quae receptissimam fuisse de privato m[a]ris dominio sententiam luculenter comproba[nt]. Antiochus Epiphanes Syriae rex, לא הים והיבשה לי *Nonne*, inquit[h], *& mare & tellus mea sun[t].* De mari Syriaco locutus. Et Xerxes ille P[er]sarum, cum ridicule Hellesponto verbera inflig[e]ret, stigmata inureret, & in aquas par compedu[m] demitteret, Δεσπότης, ait[i], τοὶ δίκην ἐπιτίθησι τήνδε, *Dominus tibi hanc poenam irrogat.* Qu[i] ubi mare rubrum seu Erythraeum ita dict[um] tradit Agatharcides, Boxi Persae narrationem [se]cutus, ab Erythra rege seu Erythro (id est, [ex] Edomo accola, qui ipse & Esau erat[k], atque id [est] quod *Erythrus* seu *rubrus* Ebraice denotat) [in]nuere hoc etymon simul adjungit[l], κρατεύσαντα τῆς θαλάττης ἄνδρα, *Virum maris ejusce dominium obtinentem.* Certe & apud Philostratu[m][m] legitur vetus fuisse de mari rubro pactum, qu[o] βασιλεὺς Ἐρυθρᾶς ἐνόμισεν ὅτε τῆς θαλάσσης ἐκείνης ἦρχε, *rex Erythras, quando mari illi dominabatur, contraxerat* neminem AEgyptium [i]n[gr]e illud navi longa ingredi debere, oneraria v[ero] una tantum ibi uti. Et de Tyro urbe Qui[ntus] Curtius[n], *Condita*, inquit, *ab Agenore, diu, m[are] non vicinum modo, sed quodcunque classes [e]i[us] adierunt, ditionis suae fecit.* Unde & *T[yri]a maria*, pro mari ita occupato, ut, injussu d[omi]ni, liber per id transitus non esset, abiit[o] in p[ro]verbium. Quid quod etiam in oriente mos [ob]tinuit veterrimus, ut cum reges magni, gente[s in] suam potestatem redacturi, imperii ac dominii [se]rhas sibi tradi imperarent, *aquam & terram* [si]mul poscere solebant? Scilicet eas volebant, [φέ]ρειν γῆν καὶ ὕδωρ, *adferre terram & aquam*, & ἑτοιμάζειν γῆν καὶ ὕδωρ, *praeparare terram & aq[uam].* Tam maris quam telluris eorum dominium [sy]mbolo ejusmodi designari existimabant. Ita a [Scy]tharum rege Indathyrso poscebat[p] Darius ter[ram] & aquam; ita Xerxes[q] a Lacedaemoniis; [ita] uterque a Cois, quod ipsi testantur Coi in [de]biscito seu epistola qua Artaxerxi Hippocra[tem] reddi imperiosissime petenti respondent: [n]as regis magni negligentes Coi nullo pacto, [si]c quid periculi sibi imminere videretur, Hippocra[tem] reddendum esse decernunt. Decreto c[um]

[a] De officiis lib. 3. sic, Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. [b] Var. Hist. lib. 2. cap. 9. [c] Ex Cratero, in Cimonis vita. [d] In Panathenaico. [e] Scholiast. ad Thucydid. lib. 1. adde Dionys. Halicarnass. lib. 1. [f] In Panathenaico. [g] Jos. Scaliger [in Eu]sebianis ad num. 840. Gerard. Vossius de Historicis Graecis lib. 1. cap. 25. alii. [h] Joseph Ben. Gorion. lib. 3. cap. 12. Edit. Munster. [...] Lat. in fol. [i] Herodotus lib. 7. [k] Jos. Scaliger ad Festum, verb. AEgyptinos, & Nicol. Fuller. Miscellan. lib. 4. c[ap.] 20. [l] Apud Photium cod. 250. [m] De vita Apollonii lib. 3. cap. 11. [n] De rebus Alexandri lib. 4. [o] Afranius apud F[est]um, verb. Tyria Maria. [p] Herodotus lib. 4. [q] Polybius lib. 9.

a iciunt[a], Καὶ γὰρ Δαρείου καὶ Ξέρξου ἀπὸ πατέρων ἐπιστολὰς γραψάντων, γαῖαν καὶ ὕδωρ αἰτεόντων, οὐκ ἔδωκεν ὁ δῆμος, ὁρέων αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις θνητοὺς ἐόντας ἐπ' αὐτοὺς ἴοντας, *Nam & cum Darius & Xerxes decessores ejus epistolis . s terram & aquam postularant, neutiquam . ldidit populus Cous; quippe cui satis erat ex- . ratum, illos qui ad se misissent, pariter ac . mines caeteros, esse mortales.* Atque in Grae- . codicibus historiolae Judith Nabuchodonosor, . llum vicinis gentibus indicturus, deditionis, quam . pectaret, formulam diserte ait esse *ut*[b] *prae- . rent ei terram & aquam.* Nisi aquarum pe- . ide ac telluris dominos se esse putarent, quam- . rem & aquam & terram velut universalis do- . inii insignia sibi poscerent non satis video. . uin de mari ex Indorum, Persarum, atque Egyptiorum disciplina in Onirocriticis scribens . chmes Ben Seirim Arabs, Εἰ δὲ ἴδη τις, inquit[c], . ι ἐδέσποσε τὴν θάλασσαν, κληρονόμος ἔσται τῆς βασιλείας πάσης, καὶ βασιλεύσει, *Si quis in somniis . isus fuerit sibi factus maris dominus, haeres . it universi regni, & imperabit.* Accedat huc . elium illud de Atheniensium dominio marino . aculum: Delo sacrificantibus Atheniensibus, pu- . , dum lavandis manibus aquam hauriebat, e . iala simul cum aqua pisces effudit: inde a . itibus oraculum redditum, ὡς κυριεύσουσι τῆς . λάτ]ης, *maris fore eos dominos.* Autor est . riptor vetustus Semus apud Athenaeum[d]. Ubi . hylarchus etiam memorat, cum Patroclus Ptole- . aei Lagi filii dux ad Antigonum regem pisces . mul & recentes ficus misisset, atque ambige- . nt adstantes quid illo munere significaretur, . ntigonum lepide dixisse, satis ipsum intelligere . uid sibi vellet Patroclus: Aut enim, inquit, . ult Patroclus, θαλαττοκρατεῖν ἡμᾶς, ἢ τὰ σῦκων . ρώγειν, *imperium seu dominium maris nobis esse . otiundum, aut rodendas ficus:* aut ignavum & . ollem videri, aut maris dominum fieri. De . ominio igitur maris privato non dubitabat. . tque ibi etiam gulo apud Antiphanem Co- . icum, nec vitae conducibile esse ait, nec fe- . endum,

> Τῆς μὲν θαλάττης ἀντιποιεῖσθαί τινας
> Ὑμῶν, ἀναλίσκειν τε πολλὰ χρήματα, &c.

Mare quosdam ex vobis peculiare sibi vendicare, . c in id pecuniae multum impendere; obsonii . vero adnavigare nihil, ne gry quidem. Adjice . Theocriteum illud de Ptolemaei Philadelphi AE- . gypti regis dominio marino aeque ac telluris,

> Πολλᾶς[e] δὲ κρατέει γαίης, πολλᾶς δὲ θαλάσσης,

Multae telluris est dominus, multi item maris. . t paulo post,

> ----- Θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
> Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ,

Mare totum (de Lycio, Pamphylio, & quod interius est reliquum, loquitur) *& tellus & fluvii sonori regno Ptolemaei subjecti sunt.* Et Philo Judaeus, Non glorientur, inquit[f], principes ob devictas multas gentes, aut quod *omnia flumina,* καὶ τὰ ἄπειρα πλήθει καὶ μεγέθει πελάγη προσεκτήσαντο, *& maria numero & magnitudine diffusissima in suam potestatem redegerunt.* Dein, tametsi in oratione de pace velle videtur Isocrates imperium ac dominatum marinum, quod retinere studebant Athenienses, malorum eis non paucorum esse causam, etiam & interdum tyrannidem ab eis in civitates Graeciae vicinas inde exerceri; id tamen, ut quod sub utilis atque inutilis, &, ex accidenti, injusti ratione in examen veniat, disputat; nec omnino ex rei ipsius natura injustum esse contendit. Imo alibi dominatum illum satis laudat, quanquam non omnia in eo conservando. Et de utraque civitate & Laconica & Attica diserte idem[g], Συνέβη, inquit, ἑκατέραν κυρίαν γίνεσθαι τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν· ἣν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν ὑπηκόους ἔχουσι τὰς πλείστας τῶν πόλεων, *Evenit ut utraque civitas maris imperio potiretur; quod utri tenuerint, urbium plerasque dicto audientes habent.* Etiam disceptationem legimus apud Aristotelem[h] περὶ τῆς πρὸς τὴν θάλατταν κοινωνίας, *de maris communione;* utrum scilicet civitati bene institutae commoda fuerit necne. Utrum conducibilius esset manere illud omnium hominum commune, adeo ut nemini omnino transitus, negotiatio, mercatura, piscatio negaretur; an ita usum ejus coerceri, ut in civitatis dominium, quo exteri arcerentur, recipiendum esset. Qua hoc utile inutileve fuerit, disputat; non omnino qua injusti ne speciem quidem obtenderit; ex gentium circumquaque positarum moribus de maris non minus ac telluris proprietate abunde edoctus. Quin discipulus ejus Alexander Macedo, victoria in oriente potitus, expeditionem moliebatur in Europam, ὅπως γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάττης κύριος γένοιτο, *ut cunctae telluris ac maris dominus fieret,* quod ait Julianus[i] imperator. Et sane apud Greciae populos, in primis maris accolas, atque ejusmodi in oriente alios, idem fere habitum est summum prae caeteris imperium & dominatum obtinere, & maris dominatu potiri: neque sine hoc illud assequendum existimabant. Unde consilium illud Themistocleum, quod Cn. Pompeius etiam Romae amplexus est, *Qui*[k] *mare teneat, eum necesse esse rerum potiri.* Et *omnino magnae potentiae praesidium & quasi pignus est, semperque fuit, maris dominari* (sic in Polybium Isaacus Casaubonus[l]) *quod Graecis* θαλαττοκρατεῖν *dicitur. Propterea antiqui chronicorum apud Graecos scriptores, cum nullum extaret summum imperium ullius Graeci populi, cujus factis, ante olympiadum institutionem, doctrina temporum inniteretur, inter alia tempora, quibus ad seriem temporum designandam sunt usi, istud non praetermiserunt, sed populos diligenter recensuerunt, penes quos imperium maris quondam fuisset, atque omnes mutationes quae in ea re contigerunt*

[a] Hippocrates Epistol. 9. [b] Judith. cap. ii. 7. Graece. [c] Cap. 178. [d] Dipnosoph. lib. 8. [e] Idyllio 17. [f] Lib. . Plantatione Noe. [g] In Panathenaico. [h] Politic. lib. 7. cap. 6. [i] In Oratione 3. seu Eusebiae Encomio. [k] Cicero ad . tticum, lib. 10. epist. 7. Plutarch. in Themistocle. [l] Comm. in Polybium pag. 199.

accurate

accurate in suis chronologiis adnotarunt. Sed de receptis in oriente circa maris dominium moribus satis superque.

C A P. XIII.

De Spinetis, Tyrrhenis, Carthaginiensibus, aliis in occidente maris dominis.

NEC luculenter minus in occidentalium moribus vetustis dominium, quale diximus, marinum comperitur. Spinetae, quibus urbs cognominis ad Padi ostium, diu maris superi seu Adriatici domini fuere, Delphos ex proventibus maritimis decimas magnificas Apollini mittere soliti. Ita Strabo[a] & Dionysius Halicarnasseus[b]; qui itidem de Tyrrhenis, eos maris inferi, seu quod australem Italiae plagam alluit, fuisse θαλαττοκράτορας, diserte scribunt, id est, plane *maris dominos.* Et Diodorus Siculus, *Tyrrheni,* inquit[c], πολλοὺς χρόνους θαλαττοκρατήσαντες, *diu mare ut domini obtinentes, a se illud denominarunt.* Postmodum autem maris fere totius Mediterranei, quod occidentalius est, Siculi scilicet & Africani, domini fuere[d] Carthaginienses; quibus praelio devictis, eodem jure temporis aliquanto potitus est Agathocles Siculorum rex; a quo deficientibus Africanis, dominatus ille cito Carthaginiensibus restitutus est. Sub olympiade CXVIII. haec gesta sunt. Per quadraginta aut circiter annos dein fuere domini maris, eique leges dabant, Carthaginienses; usque nimirum ad bellum Punicum primum, quod olympiadis CXXVIII. anno ultimo incepit. Ita Polybius[e], τῆς θαλάττης ἀκονιτὶ τῶν Καρχηδονίων ἐπικρατούντων, *Carthaginiensibus maris dominium citra controversiam obtinentibus.* Et paulo post, habebant Carthaginienses, τὴν κατὰ θάλατταν ἡγεμονίαν ἀδήριτον ἐκ προγόνων, *maris imperium sine omni controversia a majoribus acceptum.* Sed & diu ante Agathoclis tempora idem obtinebant Carthaginienses; quod satis liquet ex foedere illo inter eos & Romanos omnium primo, sub consulum initia, seu circa olympiadem LXVIII. icto. Ejus unum est apud Polybium, qui solus illud memorat, caput, Μὴ πλεῖν Ῥωμαίους μήτε τοὺς Ῥωμαίων συμμάχους ἐπέκεινα τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, ἐὰν μὴ ὑπὸ χειμῶνος ἢ πολεμίων ἀναγκασθῶσιν, *Ne naviganto Romani Romanorumve socii ultra Pulchrum promontorium, extra quam si tempestatis aut hostium vi fuerint coacti.* Africae est promontorium illud; adeoque domini erant maris Carthaginienses, ut nec Romanis sociisve eorum ultra illud promontorium navigare vellent esse fas. Id quod icto foedere justum esse agnovere Romani. In secundo autem illustrium horum in occidente populorum foedere cautum insuper est, ne quis Romanorum aut Africam aut Sardiniam appelleret, nisi aut commeatus accipiendi gratia, aut naves reficiendi; quod docet itidem Polybius. Maris igitur usus sublatus, aut temperatus. Atque huc spectat illud Pompei Festi[f] de Poenis, *Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus navigatio esset periculosa.* Nam Carthaginienses Poenorum primarii fuere. Quinetiam de Venetis, Galliae occidentalis circa Ligeris fluvii ostium, populo, rerum nauticarum olim prae accolis studioso, Julius Caesar, *In magno,* ait[g], *impetu maris atque aperto, paucis portubus interjectis, quos tenent ipsi, omnes fere qui eodem mari uti consueverunt, habent vectigales.* Ob usum vicini maris vectigalia pendebantur illis, ut dominis. Nec praetereundum hic quod de Authari Langobardorum rege habet Paulus Warnfredus[h]. Intra maris undas Rhegium alluentes columna posita erat: *Usque ad eam,* inquit Paulus, *equo sedens accessit Autharis, eamque de hastae suae cuspide tetigit, dicens, Usque hic erunt Longobardorum fines.* De populo autem Romano, omnium illustrissimo morum jurisque exemplo, proxime agendum.

C A P. XIV.

Populi Romani, & qui in orientali imperio mores eorum sunt secuti, dominium marinum.

PAribus utrique, Carthaginienses & Romani, viribus votisque imperium orbis agitabant ante bellum Punicum primum; nisi quod ex dominio illo maris tot annos obtento potentiores illi viderentur. Tunc autem navium CLX. classis, intra sexagesimum diem, quam caesa fuerat sylva, in anchoris stantis armisque instructae, C. Duillius imperator Carthaginem fere in ipso mari delevit, atque in Romanorum potestatem hoc prorsus redegit. Et *pudebat* (quod ait Florus[i]) *nobilem populum, ablato mari, raptis insulis, dare tributa, quae jubere consueverat.* Ita, exutis dominio hujusmodi Carthaginiensibus, acquirebant jure belli ac victoria Romani; tanto imperatori & tam perpetuo, hoc nomine, honore habito, ut revertenti semper a coena tibicines canerent & funale praeferretur. Quin & Phoenicii & Cilicii maris dominabantur Romani, quod ex foedere ab Antiocho Syriae rege cum eis inito manifestum fit. In eo cautum est ad hunc modum, *Tradito Antiochus naves longas armamentaque earum; neve plures quam decem naves actuarias (nulla quarum plus quam* XXX. *remis agatur) habeto, neve monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit. Neve navigato citra Calycadnum neve Sarpedonem promontoria; extra quam siqua navis pecuniam, stipendium, aut legatos, aut obsides portabit.* Sic Livius[k]. Sed apud Polybium[l] legitur, *nullam habeto triginta remis actam navem.* Annibal item in oratione ad Scipionem habita, *Non recusamus,* inquit[m], *quin omnia propter quae bellum initum est, vestra sint, Sicilia, Sardinia, Hispania, quic-*

[a] Lib. 5. [b] Orig. Rom. lib. 1. [c] Biblioth. lib. 5. [d] Diodorus Siculus lib. 20. [e] Histor. lib. 1. & 3. adde Appian. Alexandrin. sub initiis Belli Punici. [f] In verb. Tyria Maria. [g] De bello Gallico lib. 3. cap. 8. [h] De Gestis Langobardorum lib. 3. cap. 33. quod memorat etiam Sigonius de Regno Italiae lib. 1. [i] Lib. 2. cap. 6. [k] Decad 4. lib. 8. [l] In excerptis legationibus cap. 35. [m] Liv. lib. 30.

quid

uid insularum toto inter Africam Italiamque ontinetur mari. Carthaginienses inclusi Africae itoribus, vos (quando ita diis placuit) externa tiam terra marique videamus regentes imperia. Et paulo post pace inita, quingentae Carthagi- iensium naves, quae remis agerentur, ab eis sub- atae sunt & incensae; ne scilicet mari, quod m alieni esset dominii, uterentur. Postea etiam astigatus est senatus Carthaginiensium [a] *quod ontra foedus exercitum & navales materias aberent*; & *placuit, quod extra fines exerci- um duxissent*, &c. *bellum iis indici.* Et diserte linius de Cn. Pompeio, *Oram maritimam*, in- uit [b], *a praedonibus liberavit, & imperium po- ulo Romano restituit.* Quin de latissimo po- uli Romani dominio marino Dionysius Hali- rnasseus, Πάσης, inquit [c], κρατεῖ θαλάσσης, ἐ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίτιδος, ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι, *Uni- ersi maris domina est* Roma, *non solum illius uod intra Herculis columnas habetur, verum & sius oceani quicunque est navigabilis.* Hyper- ole quidem est: sed amplissimi dominii mari- interea testimonium luculentum. Uti & il- d Appiani Alexandrini [d], *Maris Mediterranei tius tenent* Romani *dominium.* Ejusmodi sunt ia. Neque sane admittendum est illud viri aestantissimi, qui de exemplis ejusmodi, *Haec*, quit [e], *non docent occupationem maris aut ju- r navigandi. Possunt enim ut singuli, ita & puli pactis non tantum de jure quod proprie i competit, sed & de eo quod cum omnibus minibus commune habent, in gratiam ejus cu- r id interest discedere.* Et ad Ulpianum se fert, qui ex bona stipulationis fide, non ex ser- ute mari imponenda pendere vult illam pis- ionis in mari thynnariae [f] cessationem, de qua ra [g]. Certe ejusmodi, cujus quidem autor est pianus, distinctione idem dici potest de om- nodo, quod vocamus, sive dominio sive servi- e. Privatim uti frui, alios jure impedire, ar- e, si dominium non est, nihil est. Quin ssandra apud Lycophronem dominium ejus- di populo Romano fore praedixit, ubi ei uit

Γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν,

Telluris & maris sceptra & monarchiam. Huc spectant tum quae habemus supra de Cn. Pom- i imperio a P. Romano delegato, tum quae ter occurrunt apud scriptores de Romanorum dominio marino alia. De Augusto Caesare Sue- tonius [h], *Classem Miseni, & alteram Ravennae tutelam superi & inferi maris collocavit.* Aristides autem dominium hoc Romanis, non (quemadmodum olim Atheniensibus) certis fini- bus definitum esse ait [i], sed ut cingulum eorum imperio circumfundi. Et Themistius de impe- ratore Theodosio seniore, Τί φαίης ἄν, inquit [k] περὶ τοῦ πάσης σχεδὸν βασιλεύοντος γῆς καὶ θαλάτ- της; *Quid de eo diceres, qui imperator seu rex est fere universae telluris ac maris?* Procopius item de imperatoris Romani figura urbem laeva tenente loquutus, caelatoris mentem fuisse ait [l], ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται πᾶσα, *universam tellurem ipsi aeque ac mare deservire.* Tantundem ferme Nicephorus Callistus in praefatione ad Historiam Ecclesiasticam. Et Julius Firmicus de iis quorum in thematis genethliacis luna crescens tricesimam tauri partem occupaverit, prospera Jovis radiatione accedente, *Maris*, inquit [m], *& terrae dominia possidentes, quocunque feliciter exercitum ducent.* Oppianus ad Antoninum imperatorem [n]:

------ Σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
Εἱλεῖται, καὶ φῦλα Ποσειδάωνος ἀνάυλων,

Tuis enim sub sceptris, seu *legibus, mare volvitur & piscium turba per mare disposita.* Et Venus ad Jovem [o] de futuro Romanorum imperio,

Certe hinc Romanos, olim volventibus annis,
Hinc fore ductores, revocato sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quae te, genitor, sententia vertit?

Unde idem poeta alibi [p] de Augusto Caesare:

An Deus immensi venias maris, ac tua nautae
Numina sola colant; tibi serviat ultima Thule,
Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Et de Scipione Africano Claudianus [q]

Ergo seu patriis primaevus manibus ultor
Subderet Hispanum legibus oceanum,

seu quid aliud castris faceret, haerebat lateri ejus semper Ennius. Joanni item episcopo Euchaitensi, in Iambicis, Constantinus Monomachus, imperator quidem orientis, sed ex occidentalis imperii moribus nuncupatur [r]

Γῆς καὶ θαλάσσης κύριος καὶ δεσπότης,

telluris & maris dominus. Uti etiam Leo Augustus a Varadato [s] *terrae marisque dominus.* Unde in imperio Constantinopolitano, occidentalis mores sequuto, ipsum pelagus AEgaeum inter themata seu provincias, non aliter ac Samus, Cyprus, aliaeve insulae seu territoria qualiacunque recensitum est. Id liquet ex thematibus Constantini Porphyrogeniti [t], ubi etiam Hellespontus expressim AEgaei maris praefecto adscribitur cum territoriis circumjacentibus. Atque ingens sane proventus erat fiscalis ex hoc mari, piscationis tantum nomine: decem interdum aureorum millia, interdum duodecim ex ea annuatim conflabantur. Discimus ex decreto, quo Andronicus Palaeologus imperii insignia retinens, sed in thalamis palatii otiosus, in victum sui & asse-

[a] ...it. Liv. lib. 48. & 49. [b] Nat. Histor. lib. 7. cap. 26. [c] Orig. Rom. lib. 1. [d] In praefatione. [e] Hugo Gro...s de Jure Belli & Pacis lib. 2. cap. 3. §. 15. [f] L. 13. ff. tit. Communia Praediorum. [g] Cap. proximo. [h] In Augus. cap. 49. [i] In Romae Encomio. [k] Orat. 5. [l] De AEdificiis Justiniani, cap. de Augustaeo. [m] Matheseos lib. ... cap. 1. [n] Halicutic. lib. 3. [o] Virgil AEneid. 1. [p] Georgic. lib. 1. [q] Praefat. in lib. 2. de laudibus Stiliconis. [r] Eu...it. pag. 51. [s] Concil. Chalced. part. 3. tom. 2. part. 1. edit. Binianae MDCXVIII. [t] Lib. i. them. 17.

clarum annuum habuit πρόσοδον τῆς ἁλιευτικῆς ἢ περὶ τὸ Βυζάντιον τελεῖται δέκα χιλιάδων τέως, ἔγγιστα οὖσαν, *proventum piſcationis ante Byzantium pendi ſolitum uſque ad decem tunc aureorum millia*, quod ait Nicephorus Gregoras[a]. Idem nonnullis *Topiaticum*[b], *Topicum*, *Piſcinica* etiam nominatur, & *Topice*. Quin in Notitia dignitatum orientis, ſub proconſule Aſiae, trinae tantum recenſentur ad hunc modum provinciae:

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis proconſulis Aſiae provinciae infraſcriptae ;

Aſia,
Inſulae,
Helleſpontus.

Etiam *officium Helleſponti conſularis* in reſcripto Honorii & Theodoſii[c] Auguſtorum memoratur, ubi e vicarii Aſiae poteſtate in proconſulis Aſiae (qui tunc temporis Simplicius erat) transfertur. Alibi etiam in Juſtiniani Novellis occurrit Helleſpontus[d] cum Ponto Polemoniaco, provinciae ſeu praefecturae nomine, conjunctus. Scio quidem non tam pro freto illo Aſiam & Europam interluente *Helleſpontum* a viris doctis hic capi, quam pro regione Aſiae maritima. Sic Guidus Pancirollus[e], etiam ad Notitiam, *Hoc in loco*, inquit, *regio Aſiae ad Helleſponti oram ſita ſignificatur.* Certe ſatis raro, puto, occurrit alibi *Helleſponti* nominis uſus pro regione aliqua[f] Aſiae, ſed potius Helleſpontia. At vero ſi in Notitia non ipſum fretum ſed regio cognominis deſignaretur, quamobrem haec tantum regio ſigillatim cum Aſia, cujus & ipſa pars aliquantula ita eſſet, nominatur? Si pro freto ipſo accipias, res manifeſta & ſibi optime conſtans videtur. Peramplam proconſulis Aſiae provinciam Aſia ipſa, freto alluente, & inſulis denotari, rationi perquam conſonum eſt ; non ita, Aſia ipſa & inſulis, adjecta inſuper neſcio qua regiuncula ſatis obſcura quae & ipſius Aſiae pars. Et ſequentis aevi uſus vetuſtiorem hic adminiſtrationem interpretari videtur. Ipſum AEgaeum pelagus (quod vicinum totum fere hoc mare continet) inter themata, praefecturas ſeu provincias orientis expreſſim a Conſtantino, quem jam memoravimus, Porphyrogenito numeratur. Verba ejus ſunt, Τὸ δὲ καλέμενον Αἰγαῖον πέλαγος καὶ αὐτὸ χρηματίζον εἰς θέμα, &c. *AEgaeum vero pelagus etiam ipſum inter themata relatum*, &c. Et paulo poſt etiam de inſulis, Περισωκείωται δὲ τῷ ϛρατηγῷ τοῦ Αἰγαίου πελάγους αἵ τε Κυκλάδες νῆσοι καλέμεναι, καὶ τῶν Σποράδων ὧν περιέχουσιν ἥτε Μιτυλήνη καὶ Χίος καὶ αὐτὴ ἡ Λῆμνος, *Ad AEgaei autem maris praefecturam pertinent inſulae Cyclades dictae, & ex Sporadibus quae reliquas excellunt, Mitylene & Chius & ipſa Lemnus.* Adeo ut hic inſulae & mare ipſum velut ſingulares praefecturae partes ſeu provinciae non aliter ac aliae qualeſcunque regiones continerentur. Quin ex Notitia orientis obſervandum eſt, in proconſulis Aſiae inſignibus, quae codicillis quibus is praeficiebatur principalibus depingi ſolebant, trium contineri (praeter principum vultus ſeu genios ac mandatorum librum) mulierum imagines, eaſque diadematis turritis pariter cinctas ad modum quem oculis mox ſubjicimus, ita provincias illas tres, ſcilicet Aſiam, inſulas, Helleſpontum, ſimul referentes, ſuorumque nominum adjectione ſigillatim ita inſignitas, ut poſtremam primae partem ſeu regionem fuiſſe non ſit omnino cur admittamus. Quin & Pancirolli, qui non ſolum editis Alciati (unde figuram accepimus) verum etiam manuſcriptis Fulvii Urſini aliorumque Notitiae codicibus uſus eſt, imaginum illarum deſcriptionem ſubjungere viſum eſt. *Infra librum mandatorum habet hic proconſul* (ita Pancirollus) *imagines trium mulierum, quae provincias ipſi commiſſas referunt ſcilicet Aſiam, inſulas & Helleſpontum, ut nomina ipſis inſcripta indicant. Hae inſigne quoddam regium in capite* (diadema quaelibet turritum, in libris editis) *& vaſa aureis plena manibus gerunt, quae exactionem tributorum tribu. illis regionibus faciendam ad proconſulem pertinere ſignificabant. Longis aureiſque tunicis indutae ſunt. In manuſcriptis albas aut caeruleas habent. Aſia calceis caeruleoque pallio utitur : aliae calceis carent. Quae inſulas refert, purpureum pallium, quae Helleſpontum viride geſtat. Sed in codice Urſini omnes rubris cothurnis alte calceatae habitu non differunt. In Madruciano longis veſtibus demiſſis vix pedes oſtendunt.* Hactenus ille. Anne vero eſ

[a] Lib. 9. [b] Vide J. Cantacuzenum hiſt. lib. 2. cap. 1. & lib. 4. cap. 42. praeter Jo. Meurſium in Gloſſario, verb. τοπικὸν & Jul. Cae Bullinger. de Imperio Romano lib. 9. cap. 72. [c] L. unic. C. de Officio Comitis Sacri Patrimonii. [d] Novell. 20. in prae fatione. [e] In Notit. Orient. cap. 102. [f] Vide Ortelium in Theſauro Geograph. verb. Helleſpont.

ſimil



...ile veri regiunculam aliquam Asiae in insigni-bus hisce pari cum ea quae fuit Asiae ipsius ma-jestate, cum & haec illam etiam, non aliter ac ...um minutiam, complexa fuisset, depingi? ur-... singularum diademata, statura aequalis, ma-jestas & opulentia nullo modo dissimilis, talem ...ilitatem indicare videntur, ut earum nulla in hac designationis formula alterius pars videatur q...dem censenda: adeoque ut nec Hellespontus ... ibi aliud ac ipsum mare seu fretum interlu-...; quo ita Asiae proconsulatui cum insulis non ...pari dominii ratione conjuncto, Asiae & Eu-ropae provinciae fiebant civiliter sive continuae ... contiguae. Qualis provinciarum distinctio ... non erat, etiam cum continente insulae prae-jacentes ipsumque mare unicum provinciae cor-pus faciebant. Atque hinc evenit, ut insulae Italiae ...s[a] Italiae essent, uti etiam cujusque provinciae; ...quae modico freto, ut Sicilia, Italia dividerentur, ... magis inter continentes provincias[b] essent cen-...dae. Interjacentia maria non obstabant, quo ...nus ex continente ac insulis unum & conti-...atum territorium efficeretur: idque autore Ul-...no, qui mare tamen omnium hominum com-...ne esse dicere amat. Sed ea de re infra in responsis ad objecta. Etiam idem alibi Ulpia-nus[c]; *Si quis me prohibet in mari piscari, vel everriculum (quod Graece σαγήνη dicitur) ducere, an injuriarum judicio possim eum convenire? Sunt qui putent injuriarum me posse agere, & ita Pomponius, & plerique, esse huic similem eum qui in publicum lavare, vel in cavea publica sedere, vel in quo alio loco agere, sedere, conversari non patiatur, aut si quis re mea uti non permittat. Conductori autem veteres interdictum dederunt, si forte publice hoc conduxit. Nam vis ei prohibenda est, quo minus conductione sua fruatur.* Inter publica igitur, id est, quae sunt populi[d] Romani propria & privata, non omnium hominum communia, aliter ac balnea publica, caveae, id genus caetera, censebatur mare, quod a populo occupatum est. Et quid est hic *publice conducere*, nisi maris, qua ejus dominus erat ac locator populus, conductorem fieri? Neque locari aut conduci quid posse, quod non ita unius sit, ut alterius non sit, quenquam affirmare opinor. Quoniam vero loca publica privatorum, ex jure civitatis, usibus deserviunt[e], ideo & injuriarum agi potuisse hic censuit Pomponius cum aliis. Edictum insuper praetoris erat, *Nequid in loco*

[a] L. 9. ff. tit. de Judiciis, de qua vide J. Grypiand. tract. de Insulis cap. 15. [b] L. 99. ff. de verb. Signif. [c] L. 13. §. ... ff. tit. de Injuriis. [d] L. 15. ff. de V. S. [e] L. 2. ff. Ne quid in loco §. 2.

publico

publico facias, inve locum immittas, qua ex re quid illi damni detur. Ad hoc Ulpianus, *Adversus eum*, inquit[a], *qui molem in mare projecit, interdictum utile competit ei, cui forte haec res nocitura sit. Si autem nemo damnum sentit, tuendus est is qui in litore aedificat, vel molem in mare jacit. Si quis in mari piscari aut navigare prohibeatur, non habebit interdictum; quemadmodum nec is qui in campo publico ludere, vel in publico balineo lavare, aut theatro spectare arceatur. Sed omnibus his casibus injuriarum actione utendum est.* Interdicto igitur prohibitorio utendum erat, ubi moles in mare jactae, non aliter ac ubi damnum loco cuicunque publico, theatro, balneo, circo, foro illatum. Hisce, quae plane populi Romani, non communia omnium hominum, fuere, aequiparatur omnimodo mare, etiam ab ipso Ulpiano. Quin litorum & maris[b] apud eos, qui de maris communione loquuntur, eadem est ratio: neque nonnullis, seorsim de iis agentibus[c], minus communia dicuntur, ut Neratio, Ulpiano. At vero Celsus, *Litora*, inquit[d], *in quae populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror.* Quod vero ibi sequitur, *Maris communem usum omnibus, ut aeris, jactasque in id pilas ejus esse qui jecerit*, aperte temperatur, atque intra rationem dominii populi Romani manifesto coercetur verbis statim subjunctis; *Sed id concedendum non esse* (ita ibi Celsus) *si deterior litoris marisve usus eo modo futurus sit.* Certe si de omnium hominum communione verba fierent priora, qualis nempe privatum dominium, aut jus alterius non omnino permitteret, quidnam est id, *usum fore deteriorem?* Nam si ita occupantis fieret locus, ut id quod nullius antea in bonis fuerat, nec alterius dominii seu juris ratio hic haberetur, non licitum minus ei esset, qui occuparet, usum facere aliis deteriorem in sui commodum, quam ei qui agrum nondum occupatum insederit. Ita igitur voluit Celsus esse litora & mare populi Romani, ut eorum, privatorum hominum omnium usibus deservientium (idque, ut dictum est, ex ipso civitatis jure, & secundum temperamenta ex praetorum edictis aliisque id genus adjecta) conditio in fraudem reipublicae deterior, sine injuria fieri nequiret. Ad eam mentem Scaevola[e], *In litore jure gentium aedificari, nisi usus publicus impediret.* Et Aristo[f], *Quod mari occupatum est, fit publicum*: transit in populi Romani patrimonium. Nam sic *publicum* denotat; quod δημόσιον, seu *quod populi est*, non omnium hominum pariter commune, nuncupant jurisconsulti Graeci; quibus etiam ipsum mare[g] eo sensu *publicum* appellatur. Id genus sunt alia. Unde manifestum fit tam ex jurisconsultorum pronunciatis, quam foederum, historicorum, oratorum, poetarum scriptis, maris apud Romanos, quemadmodum telluris, dominium esse receptum.

CAP XV.

Privatorum hominum in imperio Ro[-]mano dominium marinum, c[u]m imperatoria in oriente sanctio[ne], qua abrogata prorsus maris co[m]munione, quae a nonnullis obt[en]debatur, perpetua, idque ut [e]injusta, etiam privatorum in [eo] dominium stabilitur.

QUAE capite superiore de dominio m[aris] traduntur, ad populi Romani seu uni[ver]sitatis dominium, id est, patrimonium public[um] (in quo non minus ac in singulorum homin[um] dominium privatum cernitur) attinent. Sunt [ve]ro de singulorum etiam hominum dominio [ma]rino in Romanorum moribus testimonia [satis] ampla; hominum scilicet singulorum, qu[ibus] aut populus aut princeps maris sui partem [ali]quam ex civili Romanorum jure usuque per[mi]serit, locaverit, concesserit. Immissum in p[rae]dia mare, suum, in piscinas late diffusas, fa[ciε]bant lautiores, nec minus illius ac praedii a[dja]centis domini habebantur. Varro[h], *Cum pi[sci]narum genera sint duo, dulcium & salsaru[m]; alterum apud plebem, & sine fructu, ubi [Ly]phae aquam piscinis nostris villaticis ministra[nt]; illae autem maritimae piscinae nobilium, qu[ibus] Neptunus ut aquam sic & pisces ministrat, [ma]gis ad oculos pertinent quam ad vesicam, & [po]tius marsupium domini exinaniunt, quam [ex]plent.* Neque erat hoc aliud quam maris, q[ua]tenus immissum est aut inclusum, fieri domi[nium]. Et refert Columella, qui sub Claudio vixit, se[cu]lis vetustioribus Romanos piscinis tantumm[odo] mediterraneis plerumque usos esse, easque m[arí]nis seminibus replesse. *Mox*, subjicit ille[i], *ist[am] curam sequens aetas abolevit, & lautitiae [lo]cupletum maria ipsa Neptunumque clauseru[nt].* Atque ejusmodi sive vivaria sive clausa ma[ria], veluti praedia, lacus, vineae, reditus villarum [ma]ritimarum annuos augebant. Idem Columel[la], *Sed quoniam*, inquit, *sic mores obcalluere, ut n[on] haec usitata* (de vivariis istis marinis loquitu[r]) *verum ut maxime laudabilia & honesta judi[ca]rentur, nos quoque, ne videamur tot jam sec[u]lorum seri castigatores, hunc etiam quaestum [vil]laticum patrisfamilias demonstrabimus. Qui[sque]ve insulas sive maritimos agros mercatus, pr[op]ter exilitatem soli, quae plerumque litori vici[na] est, fructus terrae percipere non poterit, ex m[ari] reditum constituat.* Villaticus igitur colono [e] mari quaestus erat, uti ex agris: nec horum m[a]gis ac illius dominus habebatur. Usitatum h[oc] dominii marini jus memorat etiam D. Ambro[si]us[k]: *Pro singulorum* (sic ille) *libidine inci[di]tur terra, mare infunditur, ut insulas facia[nt], ut possideant freta. Spatia maris sibi vendica[nt]*

[a] Loc. citat. §. 8. & 9. [b] Instit. de Rer. Divis. §. litorum. Marcianus l. 2. ff. de Divis. rer. [c] L. 14. ff. de acquir. rer. do[m.] l. 13. ff. de Injuriis §. 7. [d] L. 3. ff. Ne quid in loco publico. [e] L. 4. ff. Ne quid in loco publico. [f] L. 10. de Rer. [di]visione. [g] Glossae vet. juris verb. Δημόσιον. [h] De Re Rustica lib. 3. cap. 17. [i] De Re Rustica lib. 8. cap. 16, & [k] Hexaemer. lib. 5. cap. 10. & lib. de Nabuthe cap. 3.

ure mancipii; *pisciumque jura, sicut vernaculorum, conditione sibi servitii subjecta commemorant. Iste, inquit, sinus maris meus; ille alterius. Dividunt elementa sibi potentes.* Exempla sunt in lautissimi Luculli piscinis. Is, perfosso sub Neapoli monte, mare clausit, & dominus erat cursuum marinorum, quos Τροχοὺς θαλάσσης καὶ ἰχθυοτρόφους διαδρομάς, *Cursus maris & piscibus alendis curricula* vocat Plutarchus [a]. Quin Lucullum *ob injectas moles mari, & receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacete* (quod scribit Paterculus [b]) *magnus Pompeius Xerxem togatum vocare assueverat.* Et Plinius [c], *Lucullus*, inquit, *exciso etiam monte juxta Neapolim majore impendio quam villam aedificaverat, Euripum & maria admisit. Qua de causa magnus Pompeius Xerxem togatum eum appellabat.* Id quod apud Plutarchum Tuberoni Stoico attribuitur. Notissimum est illud de Xerxe [d]:

Hoc terrae fiat; hac mare, dixit, eat.

um Athos mari erat circumeundus. Et Caius Sergius Orata, *Ne gulam Neptuni arbitrio subjectam haberet, peculiaria sibi* (inquit Valerius [e]) *maria excogitavit, aestuariis intercipiendo fluctus, pisciumque diversos greges separatos molibus includendo; ut nulla tam saeva tempestas incideret, qua non Oratae mensae varietate ferculorum abundarent.* Ejusmodi jure in litore Formiano usus est Apollinaris ille, de cujus piscina Martialis [f]:

Si quando Nereus sentit AEoli regnum,
Ridet procellas tuta de suo mensa.
Piscina Rhombum pascit, & lupos vernas.

Quicquid ampliora maris spatia obsoniorum habent, id praesto exhibet piscina Apollinaris, id est, mare ex litore immissum & occupatum:

Contracta pisces aequora sentiunt,
Jactis in altum molibus -------

ait Horatius [g]: qui & alibi,

Caementis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis & mare Ponticum.

Et Sallustius, *Quid* [h] *ea memorem, quae, nisi iis qui videre, nemini credibilia sunt; a privatis compluribus subversos montes, maria constructa esse?* Hujusmodi fuere piscinae, mari immisso confectae [i] Philippo, Hortensio, aliis. Imo & inter indulta principum, maris imperium dominiumque interdum erat concessum. Tharso urbi concessit Trajanus Augustus, praeter territorium circumjacentium agrorum, leges, honorem, Ἐξουσίαν τοῦ ποταμοῦ, τῆς θαλάττης τῆς καθ' αὐτήν, ... *potestatem, ac dominium fluvii* (scilicet Cydni) *& maris adjacentis*, quod legitur apud Dionem [k] Chrysostomum. Atque ad hujusmodi originem spectasse, τὰ τῆς πόλεως θαλάσσια, *jura urbis maritima*, quae contexuisse metropolitanum Neocaesariensem testatur Theodorus Balsamon [l], veri est simile; etiam θαλάσσια δίκαια, *jura maritima*, quae concessit Emmanuel Comnenus imperator coenobitis quamplurimis, eodem autore. Neque de singulorum hominum dominio marino silent jurisconsulti veteres. Diserte Paulus, isque celeberrimus, *Sane si maris*, inquit [m], *proprium jus ad aliquem pertineat, uti possidentis interdictum ei competit, si prohibeatur jus suum exercere. Quoniam ad privatam jam causam pertinet, non ad publicam haec res: utpote cum de jure fruendo agatur, quod ex privata causa contingat, non ex publica. Ad privatas enim causas accommodata interdicta sunt, non ad publicas.* Apertius nil dici potest. Privatum etiam singulorum hominum citra controversiam admittit in mari dominium. Etiam & morem ita obtinuisse ac fuisse receptum agnoscit satis Ulpianus, cujus tamen animo toties obvolitabat id de perpetua maris communione. *Si quem* (ita ille [n]) *ante aedes meas, vel ante praetorium meum, piscari prohibeam, quid dicendum est? Me injuriarum judicio teneri, annon? Et quidem mare commune omnium est, & litora, sicut aer. Et est saepissime rescriptum, non posse quem piscari prohiberi: sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest. Usurpatum tamen & hoc est, tametsi nullo jure, ut quis prohiberi possit ante aedes meas vel praetorium meum piscari. Quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest.* In morem receptum agnoscit & usurpari, servitutem ita in mari constitui, adeoque dominium ejus privatum admitti. Quod tamen, ne a maris ita sibi dilecta communione recedat, nullo jure factum ausus est pronunciare. Sed vero & ipse alibi [o], *Venditor*, inquit, *fundi Geroniani fundo Botrojano, quem retinebat, legem dederat, ne contra eum piscatio thynnaria exerceatur, quamvis mari, quod natura omnibus patet, servitus imponi privata lege non potest; quia tamen bona fides contractus legem servari venditionis exposcit, personae possidentium aut in jus eorum succedentium per stipulationis vel venditionis legem obligantur.* Renunciat hic juri suo piscandi Botrojani agri dominus. Etiam & dixerat Ulpianus, servitutem adjacenti mari impositam, quae res est ipsa; nisi adeo tenax fuisset ipse perpetuae illius communionis marinae. Imo eousque praejacentis Botrojano maris dominus est Geroniani emptor, ut, ex hac servitute revera territorio marino constituta, piscatio thynnaria jure postmodum, ejus injussu, a Botrojani possessore exerceri nequeat. Unde apposite Stephanus Forcatulus, Tholosae olim legis Caesareae professor, *Nil vetat*, inquit [p], *mare omnibus commune, lege publica fieri principis, eo dominio quo finitimum regnum tenet, cum & lege privata fere idem eveniat.* Per *legem privatam*, illam de fundi Geroniani emptore innuit; ut ipse ibi diserte. Caeterum ita invaluit in orientalis im-

[a] In Lucullo. [b] Histor. lib. 2. [c] Nat. Hist. lib. 9. cap. 54. [d] Epigr. Vet. lib. 2. [e] Lib. 9. cap. 1. [f] Lib. 10. epig. 30. [g] Lib. 3. Od. 1. & 24. [h] In Conjurat. Catilinae. [i] Varro de Re Rustica lib. 3. cap. 3. [k] Orat. 34. [l] In Concil. Chalcedon. can. 4. & in can. 12. synod. 7. [m] L. 14. ff. de Injuriis. [n] L. 13. ff. de Injuriis § 7. [o] L. 13. ff. Communia praediorum. [p] In Cupidine jurisperito, cap. 9. §. 3.

perii jurisconsultorum sententiis Ulpiani illa de perpetua maris communione, ut nullo jure praejacens mare occupari, aut piscatio cujuscunque a praedii, quod alluebat, domino prohiberi apud illos posset: etiam impeditum, injuriarum agere. Quod satis liquet non solum ex Basilicis [a] (quae corpus erat, antequam mutilarentur, juris Graecanici seu imperii orientalis) verum etiam ex Leonis Augusti sanctionibus, quibus abolita prorsus illa, quae inoleverat, de maris communione sententia, ut aequitati minime consona, recepta est vetusta illa atque aliorum jurisconsultorum illustrium judicio firmata, de praejacentis maris legitima occupatione & dominio privato. Etiam & sanctione imperiali ita haec stabilita est, ut postmodum citra controversiam passim in mare AEgeo obtineret. Lex (inquit imperator ille [b] qui sub annum salutis DCCCC. orienti praefuit) quae maritimorum praediorum jus ita tollit, ut dominum, si illic piscantes prohibeat, injuriarum actioni subjiciat, nobis οὐ δίκαια ἐπιτρέπουσα ἐφάνη, *Non aeque* aut *justa statuere visa est*. Rationem adtexit; quia quicquid non iniquo titulo in cujuspiam dominium devenit, sive ex successione, sive ex artificio, aliove ex jure modo recepto, curnam id aliis, injussu domini, inserviret? Exploratissimi (re, ut oportet, perpensa) juris voluit fuisse titulum ejus qui maris ita partem aliquam tenuisset. Τοιγαροῦν, inquit, θεσπίζομεν, τῶν ἰδίων προθύρων ἕκαστον ἀκωλύτως δεσπόζειν καὶ κύριον εἶναι· τοὺς δὲ, εἴ τινες βουληθεῖεν, χωρὶς τῆς αὐτοῦ ἐπιτροπῆς, τῆς τῶν προθύρων ἀπολαύειν ὠφελείας, ἐκδιώκειν, *Sancimus igitur ut quisque vestibula sua*, seu *maria praejacentia, inconcusso jure possideat, eorumque, dominus sit; &, si qui sine ipsius permissu illorum emolumento frui velint, hos propellere possit.* Et in iis quae sequuntur parilem omnino facit proprietatem maris & telluris. Praejacentia haec praediis maria appellabantur, πρόθυρα τὰ θαλάττια, *vestibula marina.* Neque sanctio haec Leonina pristinos solummodo sive singularis occupationis sive alios titulos firmabat, sed generatim voluit, ut unusquisque maris vicini, quod praedium allueret seu praejaceret, tametsi nondum occupatum, dominus in futurum esset. Sic diserte intelligitur Constantino Harmenopulo judici Thessalonicensi. Περὶ προθύρων, scribit ille [c] θαλαττίων ἡ τριακοστὴ νεαρὰ τοῦ Καίσαρος Λέοντός φησιν, ὥστε δεσπόζειν ἕκαστον τοῦ παρακειμένου αὐτῷ· καὶ κύριον εἶναι τοῦ, εἴ τινες βουληθεῖεν, χωρὶς τῆς αὐτοῦ ἐπιτροπῆς, τῆς τῶν προθύρων ἀπολαύειν ὠφελείας ἐκδιώκειν, *De vestibulis marinis illud statuit tricesima Leonis Caesaris novella, ut quisque ejus dominus sit, quod sibi adjaceat; atque potestas ei detur, si qui forte voluerint absque ejus permissu vestibulorum commodis frui, eos pellendi.* Tricesimam novellam vocat Hermenopulus, quae in Codicibus editis est quinquagesima sexta, alium ordinem earum secutus. Quantum autem maris in fronte, in adjacentis praedii domini sive more antea usitato sive ex hujus sanctionis vi transierit, nondum est compertum. Neque ad rem nostram id necessarium est. Verum in latitudine, ac si in agro diceres, eosdem habebant prothyra se[u] vestibula marina limites, quos adjacentia praedia. Et frequens erat dominos singulos suas haber[e] epochas sive remoras piscatorias (quas Τράνα[ς] Graeci recentiores [d] dixere, id est, retia confixi[s] in mari palis extensa) hac tamen lege coactas, u[t] quaelibet epocha a vicina distaret, ubi praedii la[ti]tudo commode permittebat, trecentis [e] sexagin[ta] quinque ulnis: distantia utrinque aequaliter i[n] sumpta, ut a cujuslibet domini epocha centu[m] octoginta duo & semis in prothyri sui extremit[a]tem exporrigerentur. Cui tamen limitum le[ge] per decennalem praescriptionem derogabatur. A[n]nuus ex hisce, uti ex rebus aliis, fundi, prove[n]tus villae maritimae domino augebatur, quo[d] προθύριον κέρδος, *vestibularium e mari lucru[m]* & ἐπιτακτικὸν, quod *locarium* verti potest, jurisco[n]sultis orientis dici solebat. Merces nempe, qua[m] conductor stabuli, tabernae, fundi, solvebat, *[lo]carium* etiam Latinis [f] dictum. Sua ita hab[e]bant privati, ex mari praejacente, topiatica [s]/ locaria; atque ex illis vectigalia principi ann[ua] eodem nomine indigitata, valoris non conte[m]nendi (ut supra ostensum est) reddebant. Ad[eo] ut tam privatorum hominum quam principis d[o]minium (de quo quaeritur) marinum in imp[erii] orientalis moribus citra omnem controversia[m], etiam id sancientibus edictis publicis & quae il[la] negarent ut injusta abrogantibus, obtineret [per] DL. amplius annos. Tot enim ad Constanti[no]polim captam intercedunt a Leonis sanctio[ne] quam diximus, quae non solum ad Bosphor[um] Thracium, Hellespontum, mare AEgaeum, [et] quae angustiora maria sunt, attinet; sed ad u[ni]versa, quae imperatori Constantinopolitano [p]erant. Et de tempore historico, quod vetus[tis] est, seu mores & jura regnorum rerumpublicar[um]ve, quae desiere, complectitur, haec dicta sunt.

CAP. XVI.

De maris dominio in gentium [qui] etiamnum florent moribus. P[ri]mo de Venetorum mari Adriati[co], Genuensium Ligustico, Tuscor[um] Tyrrheno, & demum mari ecc[le]siae Romanae seu Romani pon[ti]ficis.

QUOD ad tempus attinet recentius, [seu] ad mores ac jura gentium quae etiam[num] florent; illustrius in eo nihil est ad rem q[uam] dispicimus, dominio maris Adriatici, quo pe[r] secula amplissima Venetorum respublica e[st] visa. Testantur illud & agnoscunt non so[lum] historici passim & chorographi, sed & juris[con]sulti quam plurimi [g], Bartolus, Baldus, Ang[elus] & illustriorum coetus qui ultra triginta exc[...] quemadmodum numerasse se memorat Franc[iscus] ille de Ingenuis in epistola ad Liberium Vi[...]

[a] Eclog. lib. 53. tit. 6. περὶ ἁλιέων seu de Piscatoribus. [b] Leo imperator in Novell. 56. [c] Prochir. Juris lib. 2. [...] [d] Michael Athaliates, Pragmatic. tit. 95. [e] Leonis Novella 57, 102, 103, 104. & Athaliates loco jam citato [f] V[...] Lingua Latina. Et de Topiatico videsis Jac. Cujacium. Observat. lib. 14. cap. 1. [g] Ad ff. tit. rer. divis. & ad l. sane 13. tit. [...] juriis.

ım ante annos aliquot conſcripta, pro Veneto-m maris Adriatici dominio, adverſus Joannem ıptiſtam Valenzolam Hiſpanum & Laurentium .otinum Romanum, qui principis, uti ille ait, ſſunenſis, proregis Neapolitani, mancipia, jus enetorum maritimum ſcriptis impugnaſſent. Paſ-n *domina maris* & *regina maris Adriatici* (de ıjus tamen limitibus lis agitatur) vocantur Ve-:tiae. Et Sannazarius [a] de hac urbe:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toto ponere jura mari.

ſeque dominium hoc ex juriſdictione in perſo-as aut navigantium tutela (ut volunt aliqui [b], :rbis Ulpiani, toties mare eſſe omnium homi-um ex naturae jure commune proferentis, miſe-: addicti) conflatur; aut quodammodo domini-m eſt (quod ait Angelus Matthaeacius, etiam rofeſſor Patavinus) ſed ita Venetorum propri-m eſt hoc mare, ut eorum injuſſu aliis eo uti ui omnino ſit minime fas. Etenim navigantes npedire, vectigalia eis imponere poſſunt, caetera uae in praediis, qua aquae proventus reddunt ıt ſerviunt, facere. De navigatione in eo mari, ro eorum arbitratu, idque jure comprobato, im-edita, teſtantur juriſperiti non pauci. Angelus : Ubaldis, *Negari non poteſt*, inquit [c], *quod r tempora longiſſima Veneti & eorum ſignoria ıerunt & ſunt in quaſi poſſeſſione dicti Gulfi. nde ratione poſſeſſionis longiſſimae, in qua fue-ınt & ſunt, circumſcripta forma pactorum, poſ-ınt Veneti Januenſibus & aliis quibuſcunque terdicere potentiam navigandi, navigare vo-ntibus per eorum Gulfum.* Sic alii citati Be-:venuto Stracchae [d], Antonio Peregrino [e], Mar-e Neapolitano [f], Julio Pacio [g], Mantuae Pata-no [h], Franciſco de Ingenuis, Fulgentio mona-ıo Veneto; qui omnes ſingularius Venetorum ju-. aſſeruerunt. Et exempla ſunt quibus conſtat :incipes, & vicinos & alios, veniam a republica enetorum petiiſſe per mare illud navigandi, quae ınc impetrata nunc negata fuit. Petiit ab ea adulphus [i] Salenſis comes, anno MCCCXCIX. De-:mbris XII. Uladiſlai regis Neapolitani & Gui-:lmi Auſtriae archiducis nomine, ut ſororem re-s archiduci deſponſatam per mare Adriaticum : Apulia ad ſponſi territoria cum triremibus & ıiis navibus liceret deducere. Neque negavit ›ſpublica; ſed hanc adjecit conditionem, ut in ıvibus illis nullus aut Venetiis proſcriptus aut eleris capitalis in eam admiſſi reus exciperetur. uod Tergeſte ſolventes Auſtriaci tam itu quam reditu bona fide praeſtiterunt. Binae etiam li-rae extant [k], quibus Fredericus Caeſar III. an-s MCCCCLXXVIII. & MCCCCLXXIX. a principe Ve-:tiarum Joanne Mocenico & republica poſtu-t licentiam ſibi fieri per mare Adriaticum ex Apulia frumentum tranſvehendi. Ejuſmodi alias memorat Franciſcus de Ingenuis ad eundem du-cem datas a regibus Hungariae: & ut rem, quae ſibi foret gratiſſima & merito compenſanda, li-centiam hujuſmodi poſcunt. Quin Matthias Hun-gariae rex, literis ad Mocenicum principem anno MCCCCLXXXII. miſſis, rempublicam ſolitam ait ſin-gulis annis licentiam facere comitibus Frangipa-nis, Zengae, & aliorum locorum maritimorum dominis advehendi per mare illud ex Apulia cer-tam frumenti copiam: &, quandoquidem in iſta ipſa loca jam ſucceſſerit ipſe, petit idem libertatis ſibi indulgeri. De jure vero Venetorum, vectiga-lium navigantibus, ut praedia ſua tranſeuntibus, imponendorum, frequens apud juriſconſultos oc-currit teſtimonium. Decretum memorat Salice-tus [l] Venetorum, quod navigantes per mare illud Venetias afferre debent merces, & vectigalia ibi ſolvere. Et Bartholomaeus Caepola, *Veneti*, in-quit [m], *in eorum imperio habent regalia & jura fiſci, nec ſuperiorem ſaltem de facto recognoſ-cunt. Ideo in mari praedicto poſſunt imponere gabellas, & confiſcare merces & bona, ſicut in civitate Venetiarum; quia tantam juriſdictio-nem habent in mari, quantam in civitate Vene-tiarum.* Antonius item Peregrinus (advocatus erat ille fiſcalis camerae Patavinae) hac re fuſius diſputata, *Sit*, ait [n], *concluſio, piſcationes & jura piſcariarum in Adriatico eſſe de regaliis princi-pis Veneti; ac ideo vetare, permittere, & ſuper eas gabellas indicere poſſe.* Julius Pacius, Marta, alii tam recentiores quam veteres eadem de re affatim. Et Neapolitanorum aliquot, qui maxime hic adverſantur, rationes [o] ex ſententia illa quae tot abhinc ſeculis e gentium moribus evanuit, mare naturaliter omnium eſſe commune, & e neſcio quo univerſali imperatoris Romani domi-nio tantum adducuntur. Certe Marta ipſe Nea-politanus juriſconſultus, *Veneti*, ſcribit [p], *ſunt do-mini maris Adriatici, quod menſuratur* LXXX. *paſſuum millia, & incipit ab Aquis olim gradua-tis uſque ad Lauretum oppidum nunc Pado proxi-mum.* Et Franciſcus Capiblancus, item Neapo-litanus, fatetur [q] *hodie flumina & maria eſſe ap-patronata.* Memoratur etiam in literis [r] Ludo-vici II. imperatoris ad Baſilium imperatorem ori-entis, Nicetas Patricius *Hadriatici freti ſervator.* Et cardinalis Tuſchus [ſ], *Gulphus maris eſt Vene-torum, quia longa poſſeſſione praeſcripſerunt, & ita inter Venetos & Januenſes extitit in pace narratum & conventnm.* Cui rei citat Ange-lum & Jaſonem. Tranſeuntibus autem mare A-driaticum vectigalia primo aiunt impoſita anno ſalutis MCCLXIII. Laurentio Theopulo Venetia-rum duce. Genuenſium armis & fame afflicta republica, nec annona juvantibus vicinis, Theo-pulus ille *Nova mari* (ſic Flavius Blondus [t]) *Adriatico navigantibus tunc primum vectigalia &, ut certiore dicam vocabulo, fraena impoſuit.*

[a] Epigr. lib. I. [b] Vide Jul. Pacium de Dominio Maris Hadriatici, Alb. Gentil. de Jure Belli lib. I. cap. 19. Roderic. Suarium de ı Maris, Angelum Matthaeacium, de via & ratione artificioſa juris univerſi, lib. I. Cap. 36. [c] Conſil. 290. idem. ad l. 13. ff. de Injuriis. [d] Tract. de Navigatione §. 8. [e] De Jure Fiſci. lib. 8. §. 14. [f] De Juriſdictione, lib. I. cap. 33. §. 25, & 26. Lib. de Dominio Maris Adriatici. [h] Fragment. de Venetiis ſubnex. epitomae de Juriſconſultis Illuſtr. [i] Franciſcus de In-ıuis in epiſt. de Venet. Jure. [k] Anton. Peregrin. de Jure Fiſci lib. 8. §. 19. [l] Ad l. 3. C. de Nautico Foenore. De Servitutibus Ruſticorum Praediorum cap. 26. §. 10. [n] De Jure Fiſci ib. 8. §. 43. & lib. I. cap. §. 18. [o] Franciſcus Ponte, de poteſtate proregis collateralis conſilii, tit. 11. §. 19. & ſeqq. [p] De Juriſdictione, part. I. cap. 33. §. 25. [q] De e Baronum Pragmatic. 14. §. 27. [r] Apud Goldaſtum in Conſtit. Imperialib. tom. I. pag. 198. & Baronium Annal. tom. 10. ı. DCCCLXXI. [ſ] De Jure Statuum in Imp. Romano, membro 25. [t] Decad. 2. lib. 8.

Lex

Lex enim tunc superinde lata in hanc usque diem servata est, ut intra Histrum Phanatici ad Polam promontorium & Ravennatium plagam navigantes ad vectigal solvendum, mercesque & onera (si magistratibus collibuisset) deponendum, Venetias se conferrent. Creatusque magistratus cum barchiis attributis, ne legi fiat fraus, die noctuque utriusque litoris plagas portusque perlustrat. Atque inprimis est adjiciendum illud de controversia intra Anconitanos & Venetos, in concilio Lugdunensi generali, sub id tempus mota. Hos illi mare, vectigalia, alia, contra jus occupasse querebantur. Causam abbati Nervosiae Gregorius pontifex decimus commisit cognoscendam. Is Anconitanos nil satis solide probantes rejecit, permissa (quod ait idem Blondus) pontificis autoritate Venetis cura, eam, de qua diximus, maris Adriatici oram a Saracenis piratisque, simul cum vectigalium portoriorumque suorum juribus, defensandi. Neque intercesserunt principum legati, qui affuerunt: sed res, nemine praeter actores dissentiente, definita est. Caeterum antiquius multo est Venetiarum in mari illo dominium, cujus insigne quidem annuum deberi aiunt Alexandro III.[a] pontifici Romano: usum dico annuli, quem festo Ascensionis Domini quotannis ritu solenni dux navi Bucentauro dicta vectus, comitante amplissimo senatu, *ad perpetuandum sibi maris dominium* (quod ait Paulus Merula[b]) in medias undas projicit, verbisque conceptis, eo munusculo, mare in manum sibi convenire justae loco sponsae declarat: *Desponsamus te*, inquit, *mare, in signum veri & perpetui dominii.* Quid igitur obstat quo minus optimo plenoque jure ut agrorum, ut urbis, sic maris dominos Venetos habitos esse non ab ipsis solum sed a principibus vicinis censeamus? Ejusmodi sunt aliis Italiae populis jura maritima. Benedictus Bonius[c], *Principes in litoribus maris census constituere valent; quia quod natura liberum esse voluit, servum & proprium fecere; ut est mare Tyrrhenum, quod Pisis & Tusciae inservit, Adriaticum Venetiis, & Ligusticum Januensibus.* De quibus itidem Angelus[d], Baldus[e], Caepola[f], alii. Etiam & pontifici Romano suum est mare, quod & *mare ecclesiae* dicitur. In bulla, quam vocitant *coenae Domini*, pridie Parasceues quotannis in delinquentium excommunicationem promulgari solita[g], habetur, *Item excommunicamus & anathematizamus omnes piratas, cursarios, ac latrunculos maritimos, discurrentes mare nostrum, praecipue a monte Argentario usque ad Terracinam.* Atque in excommunicationem hanc incidere ait Bartholomaeus Ugolinus[h], jurisconsultus celebris, *Piratas, cursarios, seu latrunculos maritimos discurrentes mare ecclesiae, praesertim a monte Argentario usque ad Terracinam.* Idem aliis dicitur *mare pontificis Romani.* Et tametsi non desit qui *mare nostrum*, mare universim Christianorum ibi denotare[i] velit, scriptorum tamen ad bullam illam celebriorum, veluti Toleti[k], Suarez[l], Ugolini, Antonii de Sousa[m], aliorum, consensus satis in hoc ponitur, ut mare, quod singularis est patrimonii pontificis pars, nomine illo significetur. Quin non modo ex depraedatione, sed ex simplici per hoc mare latrunculorum transitu, veluti ex injuria per ecclesiae solum patrata, excommunicationis hujus labem contrahi volunt, ex autoribus jam dictis, aliqui. Adeo ut jure pontificio dominium hujusmodi marinum aperte admittatur. Quod itidem firmant quae in Glossa Corporis illius occurrunt. Alecia in diebus festis capta si fuerint, congrua ex jure pontificio portio ecclesiis circumpositis debetur. Ibi Glossa[n] adjicit, *Praecipue illi in cujus territorio captio piscis facta fuit.* Ex canone etiam concilii generalis Lugdunensis, si moriatur papa extra civitatem, convenire debent cardinales in civitate, in cujus territorio seu districtu is mortuus est, ad successorem eligendum: moritur papa in mari: ejus electio fiet, ex eo canone, in civitate seu loco cui subest mare[o]; quod in Glossa docetur, atque ab aliis agnoscitur. At interea maris ecclesiae, quod vocant, seu pontificis Romani, usus civibus Romanis piscantibus permittitur liber; ut compascui agri (cujus tamen alius est dominus) sive ex pacto, sive ex consuetudine, sive ex lege, herbam depascunt accolarum non raro animalia. Lex est Romanae urbis, *Cuilibet[p] Romano civi & habitatori urbis & districtus libere liceat in cursu tam Tiberis quam Anienis & mari, quatenus fluminum ripae & maris litus se extendunt, quocunque tempore & quocunque artificio piscari: nullique prohibendi aut ab iis auferendi aliquid jus sit, dum tamen a praediis, aedificiis, & piscariis, quae proprios dominos habent, se abstineant; & pariter a ripis regionis arenulae, videlicet sanctae Severiae & Pauli in quibus sine licentia syndici piscari non licet.* Et libertas hujusmodi, sive concessione, sive foedere, sive moribus temperata, saepissime ubi maris habetur dominium, reperitur.

CAP. XVII.

De receptis apud Lusitanos & Hispanos, circa maris dominium, moribus.

In Lusitanorum moribus nemo nescit maris dominium agnosci, qui solennem regum eorum stylum observaverit. Emmanuel rex in legum Lusitanicarum prooemio, *Dom Manuel per grace de Deos rey*, &c. *Senhor de Guinee & da conquista & navigacam & commercio d' Ethiopia, Arabia, Persia, & da India a todos*, &c. Quod alibi[q] barbaro Latine ad hunc modum legitur, *Emmanuel Dei gratia rex*, &c. *Dominus Guineae & conquistae navigationis ac commercii AEthiopiae, Arabiae, Persiae*, &c. Ubi *con*-

[a] Anton. Peregrin. de Jure Fisci lib. 8. §. 18. [b] Cosmograph. part. 2. lib. 4. cap. 36. de quo more item Stephanus Forcatulus de Gallorum Imperio & Philosophia lib. 3. alii, praeter scriptores de Venetorum Republica. [c] Lib. de Censibus Attic. 16. §. 4 [d] Consil. 290. [e] Ad l. 1. C. de Sentent. ex Brevic. recitanda. [f] De Servitutibus Rustic. praed. cap. 26. [g] Laertius Cherubinus in Bullario tom 3. p. 251. [h] De Censuris Pontifici Reservatis part. 2. cap. 3. §. 1. [i] Graffius lib. 4. Decis. cap. 18. n. 53. [k] Summa lib. 1. cap. 20. [l] De Censuris disp. 21. sect. 2. num. 18. [m] Relect. de Censur. Bullae Coenae cap. 4. disp. 25. & seqq. [n] Gl. ad c. licet. 3. tit. de Feriis. [o] Gl. ad c. ubi periculum 3. §. porro 6. de Electione, & ibi Jo. Andreas. [p] Statuta Urbis Romae lib. 3. cap. 72. [q] Concil. General. Lateran. sub Leone 10. sess.

quist

iista (quod & Hispanicum est & Lusitanicum) quod acquisitum est bello denotat. Idem titlus saepius occurrit in regum veterum Lusitaae diplomatis; unde eos *commerciorum, negotiamis, & navigationis dominos & heros & esse agnosci* scribit Jacobus Valdesius[a]; *dominum* ro quem esse posse *navigationis* in mari & *mmercii*, absque maris dominio, non aliud est am agro uti frui, alios omnes jure arcere, nec men dominum esse. Sed vero disertius etiam aris dominium privatum agnoscunt leges Lusiicae, idque Atlantici, ipsiusve oceani. His im vetatur cuilibet sive extero sive Lusitano erba legis sunt[b] *assi natural como estrangeiro*) ibuscunque in navigiis adire *ditas partes, ter-r, mares de Guinee, & Indias, & qualsquer tras terras & mares & lugares de nossa conista, tratar, resgatar, nem guerrear, sem nossa ença & autoridade, sob poena que fazendo contrario moura por ello morte natural, & esso mesmo feito percapera nos todos seus ns moveis & de rays*, id est, *dictas regio-, terras, maria Guineae, & Indiarum, aut scunque alias terras, maria, loca nobis subacta, commercium seu negotiationem, seu ad arma inenda, absque licentia nostra & autoritate; poena itali ei qui contra fecerit infligenda, bonisque s universis fisco applicandis.* Adjicitur etiam aestas classium praefectorum, quibus navigandi ic libertas a principe indulta, omnes quos in ri legi huic adversum quid committentes reerint, in judicium deducendi. Acquiri igitur us oceani dominium jure potuisse nec ipsa s Lusitana dubitavit. Quin ad exteros aeque regis subditos lex haec, qua vim habuit, atbat. Acquisitum autem ejusmodi Lusitano esse exteri non agnoscunt. Sed nihil obe in jure naturali, quod obligativum est, quo ius acquiri jus ejusmodi poterit, omnes, puto, ter aliquot forsan quibus pelagus nondum est m legitime occupatum, fatentur gentes Euaeae; saltem si quid fateantur, ex receptis eo moribus rite sit eliciendum. Et acris sane Atlantici maris & australis, quod ad Indias orilles ducit, dominio, quod obtendebant Lusi, disceptatio habita est[c] inter Elizabetham Agliae reginam ac Sebastianum regem Lusita, sub initiis Elizabethae. Qua tamen non disputatum, utrum navigationis aut maris dous esse potuerit Sebastianus, sed utrum doium ejusmodi legitime acquisivisset. Jure aue Hispanico seu Castellano communi, tametsi errimus est quidem maris usus, idque perinde ac si de naturali[d] ejus communione non jus positivum derogasset; jurisconsulti ta Hispanici, nec sane obscuri, dominii capax esse, etiam & principi esse adquisitum, verpronunciant expressissimis. Gregorius Lopez Alphonsinas, *Potest*, inquit[e], *princeps per ilegium alicui concedere piscationem in certa maris.* Joannes item Garcias Hispanus, *Mare est*, inquit[f], *cujus est terra cui adjacet*, de mari aliquo Hispanico locutus. Nam in universum dictum, futile est. De principis item dominio alii aperte, ut Didacus Couvaruvias[g], Joannes de Hevia[h], tam quoad navigationem liberam quam quoad piscationis usum communem interdicendum. Et frequentia sententiae hujusmodi inter jurisconsultos tam Hispaniae quam Lusitaniae agnoscitur a Fernando Vasquio (qui tamen ipse mire hic reluctatur) ut ex verbis ejus capite secundo superius allatis constat. Etiam & exerceri sive ex consuetudine sive ex principum indultu a privatis jura, quae dominium maris comprobant apud Hispanos, satis liquet ex Roderico Suario[i], qui tamen veteris de communione perpetua sententiae, non tam gentium mores receptos quam scholarum dictata juris secutus, tenacior est. Etiam titulus regis Hispaniarum in se habet, quod ipsum oceani regem se nuncupare, videatur asserere; maxime si verba, quae in Caroli quinti Caesaris, & Hispaniarum regis titulo occurrunt interdum apud Germanos, advertas. In praefatione ad Constitutionem de Judiciis publicis in imperio Romano Germanico vocatur is---- *Insularum Canariae, necnon insularum Indiarum, & terrae firmae, maris oceani*, &c. *rex, archidux Austriae*, &c. Et in sanctionibus imperialibus Germanice editis **Konig-under Insulen** *Canariae*, **auch der Insulen** *Indiarum*, **und** *terrae firmae*, **dess Maers** *oceani*, &c. quod ita sexcenties est obvium. Adjicitur *oceani* vocabulum, ac si oceani regem se inscriberet. Sed hallucinatio est. Et Hispanica sunt, *Rey*, &c. *de las islas, y terra firma del mar oceano*, &c. Id est, *rex*, &c. *insularum, & terrae firmae maris oceani.* Scilicet sive insulas sive continentes oceani, seu in oceano positas, spectes (quas Ferdinando v. Hispaniarum regi concessit[k] Alexander sextus pontifex Romanus, universas a primo longitudinis circulo in occidenti positas) earum se regem nuncupat, non ipsius oceani.

CAP. XVIII.

Quatenus, in Gallorum moribus sententiisve, admittatur maris dominium privatum.

QUOD ad dominium maris in Gallorum moribus attinet; vetustissima ejus vestigia nonnullis haberi forsan videantur *in comitibus ad custodiendam maritimam deputatis*, qui in Capitularibus[l] occurrunt atque in Rotlando illo *litoris Britannici*, id est, Aremorici, *praefecto*, in Caroli magni vita ab Eginharto scriptore contemporaneo memorato. Sed dignitates illae non tam ad mare ipsum, quam ad litus & tractum maritimum, seu maritimum telluris limitem, at-

[a] dignitate regum Hispan. cap. 12. [b] O quinto libro des Ordenacones, tit. 112. [c] In schedis ejusd. Temp. in Biblioth. Cottoni 1. [d] Vide Alphons. Azeved. ad Constit. Regias lib. 7. tit. 8. Partid. 3. tit. 28. l. 3. Recopilat. lib. 7. tit. 10. l. 9. & Partid. 5. tit. 9. l. 7. & [e] Partid. 3. tit. 28. l. 11. [f] Lib. de Expensis & Meliorationibus cap. 21. num. 34. [g] In relect. c. peccatum part. 2. § 8 [h] Laberinto de Commercio lib. 3. cap. 1. §. 12. [i] Consil. de usu maris §. 13. [k] Laert. Cherubin. Bullar. tom. 1. pag 92. de qua donatione fuse Joannes Solorzanus, de Jure Indiarum, lib. 2. cap. 22. [l] Capitular. Caroli & Ludovici. Impp. lib. 4. tit.

tinent; utcunque Gallis superioris & hujus aevi Rotlandus tam *praefectus* [a] *maris* quam *litoris* (perinde ac si discrimen inesset nullum) temere appellari soleat. Caeterum fatendum est, in litore illo Aremorico principes olim (ut Venetos in eodem litore, de quibus supra diximus) vectigalia navibus, proximo velut aestu utentibus, imposuisse, aliaque ejusmodi jura sibi vendicasse, quae *nobilitates super navibus* appellatae. Sic diserte legitur in instrumento veteri de procerum Britanniae Aremoricae inter se loci praerogativa, anno MLXXXVII. sub Alano duce confecto. Secundum in eo locum habet vicecomes Leonensis, *qui pro tunc* (instrumenti verba legis[b]) *habebat quamplures nobilitates super navibus per mare oceanum in costeriis Occismorensis seu Leoniae navigantibus, quas* (ut dicebatur) *Budicius quondam rex Britanniae* [Aremoricae, seu Minoris] *concesserat & dederat uni praedecessorum suorum in matrimonio pro ipsius vicecomitis probitate, fidelitate, & valentia; de consensu tamen praelatorum, comitum, matibernorum & procerum Britanniae.* Qualesnam fuerint *nobilitates* hae, partim explicat Bertrandus Argentraeus, Redonensis olim provinciae praeses, earumque originem aperit, ubi de breviculorum commeatus (quae *brefs de conduicte* nominant) jure, etiamnum eo in litore usitato, agit. *Id*, inquit[c], *cum pridem principum proprium jus esset, Leoniis baronibus doti dixere* (qua de re jam ex instrumento superius allato dictum est) *mansitque id jus illi familiae gentilitium, quoad Joannes Ruffus dux de Guynomario Leonio id grandi pecunia redemit, cum armis Petrus Druydensis Mauclerc* (Britanniae dux) *ante asserere, sed frustra, contendisset. Origo traditur, cum principes nostri & reges prisci scopuloso & pleraque importuoso litore crebra naufragia fieri prospicerent, lege sanxere, ne injussu suo freto excedere liceret. Solventibus periti maris & litorum duces, veniae symbola brevicula navigaturis dabantur. Aspernantibus publicatio navis & armamentorum indicta; naufragio facto, etiam merces publicabantur. Venia facta, periculum rebus nullum a fisco; naufragium etiam colligere licebat. Σῶϛρα, quae alibi diximus, adjutoribus praestabantur, quod vocant* droit de salvage. *Talibus breviculis suum nunc, ut olim, pretium est. Et inter caeteros fisci reditus, ea quoque mancipibus vectigalium elocantur.* Hactenus Bertrandus ille; unde etiam totidem fere verba Renatus Choppinus[d]. Abrogatum autem ibi esse morem, quo ita naufragii bona omnia in commissum cecidere, idque ex edicto anni MDLXXXIII. testis est Petrus Belordaeus [e] advocatus curiae Redonensis. Verum interea haec manifesta sunt in occidui illius maris parte aliqua litori proximante sive dominii sive servitutis in mari indicia; quae sane ex accolarum moribus, mare dominii esse capax satis comprobant. Etiam de brevibus hisce controversiae interdum inter Britanniae Aremoricae principes & reges Angliae ortae sunt; quod videre est in schedis aliquot de rebus Aremoricis quae ad tempora attinen Richardi secundi nostri & Joannem quartur Aremoricae ducem. Hoc vero certo scimus, i pactis inter Edwardum nostrum quartum regen & Franciscum secundum Aremoricae ducen anno MCCCCLXVIII. de mutuis commerciis subditorum hinc inde transeuntium libertate tr ginta[g] annorum induciis, expressim quidem ca tum esse de naufragorum bonis, sed ita cautur ut parile utrinque eorum jus esset, neque ab e quod a priscis seculis in Anglicano litore obt net omnino dissimile: nulla breviculorum, qu diximus, sive juris sive usus (veluti rei ab Ang neutiquam admissae) habita in induciarum fo mula mentione. At vero jurisconsulti Galloru quidam nuperi, non solum fluctuum aliqu praediis Aremoricis vicinorum, sed & unive maris qua Galliis circumfunditur, adeoque B tannici seu Anglicani, dominum, regem sui esse perperam asserunt. Quod dum aiunt, satis q dem dominum esse posse maris interea affirma Charondas Caronaeus, *Rex*, inquit[h], *est domi supremus marium quae circa regnum ejus diff duntur. Quod ex eo evenit, quia in ejus testatem translatum est jus universum reri quae jure sive naturali sive gentium fuere c munia.* Alia habet fere similia; uti etiam phanus Paschasius[i], Ludovicus Servinus[k] re olim procurator generalis, Popellinerius[l], Si de mari Massiliensi seu Narbonensi loqu tur, non reluctamur. Sed quod ad septent nalis Gallis occiduive illis maris corpus atti seu quod Gallias & Britannicas insulas inte (nam etiam id quod in litore illo arcuato c duum eis est, seu sinus Aquitanicus, Britan rum nostrarum Galliarumque partes occiden ores revera interluit aeque ac boreale illis r Angliam & Normanniam) nec testimonia anterioris aevi afferunt, nec omnino hab Nisi quod de Venetis Aremoricis ex Cae & quod de proximo Britanniae minoris mari superius dictum est, velis hic excipiend quorum tamen utrumque magis servitutem, *bilitates super navibus* olim dictam, quam quod dominium sapiunt. Quin regibus An dominium interluentis hujus maris omnino c ut libro proximo ostendimus. Imo sane ex ribus Gallorum plerumque domi receptis seu corum civili nondum derogatum est veteri r communioni; sed restat eis hactenus non o patum mare, atque omnium hominum con ne, adeoque non in regiis bonis seu patr nio eis censendum; si nimirum credere s libro illi juris civilis Romani Gallicique a Tl Cormerio Francisci Andium ducis in sup ejus curiis Alenconiis consiliario, nuper Jus Romano Gallicum tradere instituit: mores Gallicos, principum sanctiones, priv immiscet: at vero sub lemmate [m], *De rebus munibus omnium*, mare & litora maris, ex Romanorum jurisprudentia, ac si non on

[a] Choppinus de Domanio lib. 1. tit. 15. Pasquier, en les Recerches de la France lib. 2. cap. 14. Simon Marion, Plaidoye, 5. edit. Paris. 1598
alii. [b] Apud Bertrand. Argentraum in hist. Britann. Minoris lib. 1. cap. 13. [c] Ad Consuet. Brit. art. 56. §. 44.
manio lib. 1. tit. 15. §. 10. & Thom. Cormer. Cod. Hen. 4. lib. 7. tit. 1. cap. 6. §. 106. [e] In Consuetud. Britann. art. 51.
Bibliothec. Cottoniana. [g] Ibid. & Rot. Franciae 8. Ed. 4. membran. 20. & seqq. [h] In not. ad Codic. Henrici 3. lib. 20. tit.
stit. 28. & constit. 1. [i] Recerches liv. 2. chap. 14. [k] Playdoies tom. 2. playd. 11. [l] L' Amiral de France.
Hen. 4. lib. 3. tit. 1. cap. 2.

ac in re a Gallorum discreparet, omnium communia facit. Quod certe Gallorum dominio mario refragatur. Nec praetereundum est, constitutiones olim obtendi in Galliis binas, alteram Henrici regis secundi[a], alteram Henrici tertii[b]; quibus voluere, ut naves exterorum per mare Galliis conterminum transeuntes summa vela navibus regiis summitterent, in imperii scilicet Gallorum marini recognitionem: neutram tamen a patribus admissam, seu quod aiunt simpliciter verificatam, imo nec in morem receptam: quin & posteriorem, quantum ad effectum aliquem juris, plane rejectam. Quod & ab ipsis Gallis jurisconsultis traditum est in causa illustri[c] Hamburgensium aliquot mercatorum actorum, & Michaelis Butardi, aliorumque reorum in parliamento Parisiensi sub Henrico rege IV. Turone habito. Id tamen regum Angliae navibus honoris gratia atque in dominii recogniti signum ex jure antiquissimo praestari solitum est; ut libro docetur sequenti, ubi etiam hac de re fusius. Scio quidem regia Gallorum lege[d] cautum esse, tertiam partem omnium quae e pelago extrahuntur, ad regem pertinere, alteram ad maris praefectum, tertiam demum ad classiarios repertores. Maris item praefectos seu admirallos numerare Gallos quamplurimos, idque serie nunc continua, nunc intermissa; quam a Philippi divi Ludovici filii temporibus, id est, ab anno MCCLXXXIV. plerumque auspicantur, ut videre est apud Joannem Feronium[e], Stephanum Paschasium[f], alios. Sed vero divisio illa rerum e pelago extractarum, simpliciter considerata, non magis asserit dominium ullum in ipso mari quam praedae cujuscunque maritimae ab hostibus ereptae decima[g] praefecto classis, ex indultu etiam regio, persolvenda. Personarum, nempe subditorum, consensu in regem tralato nituntur jura hujusmodi, non dominii aliquo titulo, quo mare ipsum acquiri obtendatur. Neque aliter ac portoria & vectigalia mercium, quae importantur, exportantur, haec soluta. Ex portoriis autem aut vectigalibus mercium ejusmodi, viarum, per quas transeunt antequam adveniunt mercatores, dominium asseri nemo, puto, existimabit. Neque sane ante Franciscum primum regem hujusmodi apud Gallos mos invaluit. Scilicet plane non dominus maris, eorum quae a subditis e pelago quocunque extraherentur, particeps esse voluit & factus est: cum ex ipso maris dominio rex magnae Britanniae quod in mari suo derelictum habetur, praeter alia ejusmodi emolumenta, idque ex jure vetustissimo, nec quantum scimus regni initiis recentiori, percipere soleat. Neque admiralli illi Gallorum, in mari saltem Gallias & Britannias interluente, alii fuere quam classium & personarum armorumque maritimorum & tribunalium domesticorum praefecti: non ut provinciae marinae seu territorii praesides, quales *custodes ipsius maris* apud Anglos & admiralli Angliae. Sed hac de re amplius libro secundo. Ex iis autem quae e Gallorum sive moribus, sive sententiis, sive constitutionibus jam adjecimus, satis arbitror liquet dominium maris privatum jure sive naturali sive gentium non adversum esse eos admittere; quod indagini, qua versamur, omnino sufficit.

CAP. XIX.

Dominium maris privatum in Danorum, Norwegorum, Suecorum, Polonorum, Turcarum moribus receptis.

Aliarum etiam gentium Europae moribus testimonia reperimus luculenta de dominio maris privato, Danorum, Norwegorum, Polonorum, quibus insuper accedat & Turcarum. Danorum & Norwegorum visimus in vectigalibus quae ex ipsa maris Baltici navigatione regi Daniae proveniunt (quae notissima sunt) atque ex Norwegici maris dominio Norwegiae regi (qui & ipse, seculo nostro, Daniae est) tributo. Nam & Fredericus II. Daniae & Norwegiae rex mercatoribus nostratibus corporis Muscovitici, anno MDLXXXIII. ita usum temporalem maris Hyperborei seu Norwegici indulsit, ac si usumfructum agri, cujus sibi plenum vendicasset dominium, concessisset. Etiam ex suo arbitratu indultum conditionibus temperavit. Extant de hac re tabulae publicae[h]; quibus annuo vectigali compensatur regis beneficium, mercatoribus aliis denegatur, & induciarum inter Moscum & regem pactarum fine terminatur. Etiam in vetustis Danorum historiis de Heraldo Heldetano rege legitur, *Sed nec quisquam maris dominationem absque ejus nutu usurpare praesumpsit.* Et proxime subjicitur quod est inprimis ad hanc rem notandum, *Quippe quondam in Danorum republica dividuum terrae & pelagi imperium fuit.* Et Olo, qui postea rex, a patre *recepta pelagi dominatione* LXXX. *maritimos reges nauticarum virium certamine consumpsit.* Quae scribit Saxo Grammaticus[i], uti & ejusmodi alia. Et in transactione Hafniae[k] habita inter Christiernum Daniae IV. & Gustavum Adolphum Sueciae, *renunciat rex Sueciae juri & superioritati & dominio maris, aliisque regalibus quae in Norwegia, Norlandia, & districtu Wardhusensi ad dictum oceanum vendicaverat.* Sed de Norwegorum mari, qua septentrionalius est, plura sub finem libri secundi. Ditionis item Polonicae mare, ejusque dominium, memoratur in promisso oratorum quod nomine Henrici III. Galliarum regis, in Polonorum regem electi, conceptum est. *Promittunt oratores praedicti, nomine ipsius regis serenissimi electi, quamprimum Deo volente ad regnum suum venerit, classem necessariam & sufficientem ad tuendos portus & dominium maris ditionis regni & provinciarum adjacentium, quatenus se porrigit omnis ille tractus Polonicae ditionis, suo sumptu alere*; quod legitur apud Janum Januszowskium in Statutorum Poloniae[l] syntagmate.

[a] Ann. MDLV. [b] Ann. MDLXXXIV. [c] Lud. Servinus in Placit. vol. 2. placit. 11, 12. Dec. 1592. pag. 262. b. edit. 1609. [d] Edict. Francisc. 1. promulg. 1543. art. 14. Choppin. de Dom. Franc. lib. 1. tit. 15. & edict. Franc. tom. 3. tit. 2 [e] Catalog. Admirall. Franc. [f] Recerches lib. 2. cap. 14. [g] Edict. Franc. tom. 3. tit. 2. constit. 4. & 5. [h] In Thesauro Cottoniano. [i] Daniae hist. lib. 7. [k] 20. Jan. MDCXIII. in Rot. Tract. Amicit. Temp. Jacobi regis. [l] Lib. 3. tit. 1. fol. 109.

ſyntagmate. Turcarum autem imperator (qui in imperatorum Conſtantinopolitanorum jus victor ſucceſſit, adeoque mare AEgaeum ſimul adquiſivit cum ponto; quorum hic *mare nigrum* illis dicitur, illud *mare album*) ſtylo ſibi ſolenni nuncupare ſe ſolet *dominum maris tam albi quam nigri*; quod etiam videre eſt in foedere ab Achmete imperatore Ottomanico & Henrico Galliarum rege quarto ante annos triginta inito [a], excuſoque & Gallice & Turcice. Quin eodem in foedere Gallis indulget Turca liberam piſcationem & corallium indagandi veniam in fretis ac ſinubus aliquot maris Africani intra regna ſua Algerianum & Tunetanum: atque inſuper confirmat quae a deceſſoribus, in piſcandi ibi libertatem, eis fuerant conceſſa. Coriolanus item Cippicus [b] in geſtis Petri Mocenici imperatoris Veneti; imperator Ottomanicus, *Ubi*, inquit, *maxime Helleſpontus coit, duo munitiſſima caſtella ex utraque parte invicem oppoſita aedificavit, ad quae multas bombardas mirae magnitudinis conſtituit; praefectiſque caſtrorum mandavit, ſi qua navis illis invitis tranſire vellet, bombardis fractam ſubmergerent.* Quod plane eſt maris dominari, & titulo *domini maris albi & nigri* congruum. Neque omnino contemnendum eſt hic quod occurrit in literis Davidis AEthiopiae ſeu Abaſſinorum imperatoris ad Emanuelem Luſitaniae regem. Inſcribit illum [c] *Imperatorem Africae, & Guineae, & montium atque inſulae lunae, & maris rubri, Arabiae & Perſidis & Armutiae, magnae Indiae*, &c. Hyperbole, pro more principum Africanorum, utitur; & Emanueli quae ſua non fuere tribuit. At interim non minus admittit eum eſſe potuiſſe dominum maris rubri, quam cujuſcunque alius territorii, nec titulum illum juri naturae aut gentium magis atque hunc reluctari. Ut tandem hanc, de dominio maris inter legitima admiſſo, gentiumque in mores recepto, partem concludamus; non ſolum numeroſiſſima de eo habemus, ut oſtenſum eſt, paſſim teſtimonia; ſed nec quid omnino in gentium, quarum res ſeculis floruere recentioribus, more, puto, occurrit quod hic adverſetur: extra quam ubi ipſarum aliquot, marium alieni dominii & poteſtatis accolae, naturalis & perpetuae (quae toties ex Ulpiano inculcari ſolet apud ſcriptores ſententiam illam obſoletam moribus gentium diffuſiſſimis vetuſtiſſimiſque nimium anteferentes) communionis obtentu vicinorum jura violare aut infringere contendunt. Quod genus ſane ſapit caput primum foederis ante viginti aut circiter annos ab ordinibus foederatis Belgiae & Hanſeaticis aliquot civitatibus initi: *Quod conjunctio haec aut unio* (ita foedus ipſum [d] e Belgico ſermone a Belga verſum) *non debeat eſſe directa ad offenſionem ullius, ſed tantum ad conſervationem & ſuſtentationem liberae navigationis, commerciorum & mercatorum in orientali ſeptentrionalique mari, ſimul ac in fluminibus omnibus & fluentis ſe in orientale ſeptentrionaleque mare exonerantibus; nec aliud quid acceptum hic eſſe debeat; ita ut reſpective confoederati eorum cives & ſubditi jure omnium gentium & impetratis ac obtentis libertatibus juribus, privilegiis & a majoribus traditis conſuetudinibus in praedicto orientali & ſeptentrionali mari uſque ad capita extenſo, & in praedictis fluminibus, amnibus & aquis abſque impedimento ullo uti & frui queant.* Et mutuas promittunt operas reſiſtendi eis, qui liberam hujuſmodi impedirent navigationem in ſeptentrionali illo atque orientali mari, Baltico ſcilicet, & quod Daniam, Lithuaniam, Pomeraniam, aliaſque Poloni ditiones alluit. Ubi non ſolum libertates & jura antiquitus privatim conceſſa, verum etiam ipſum omnium jus gentium obtendi videmus. Quo ſpectaret foedus illud difficile non eſt conjectare. Nam ſub id tempus in mari Baltico vectigalia auxerat rex Daniae, & in territoriis ſuis marinis itidem Poloniae rex: idque ratione, quo fruebantur, dominii; cui reluctari viſum eſt, ad hunc modum, Hanſeaticorum & foederatorum ordinum illud foedus. Sed vero, his omiſſis, cum e moribus tot gentium illuſtrium, tum veterum tum recentiorum, id eſt, ex eorum jure tam pluribus communi quam ſingulis civili ſeu domeſtico, dominium maris privatum, de quo quaeſtio ſit, tam luculenta ſortiatur teſtimonia (quibus etiam non pauca accedent alia obiter, ubi de mari Britannico libro proximo agitur) nil, puto, obſtat quo minus mare aeque ac tellurem dominii capax eſſe tam ex jure naturali permiſſivo, quam gentium plurium tum civili tum communi, paſſimque fere interveniente (quod naturalis permiſſivi index eſt in rebus hujuſmodi certiſſimus) ſtatuamus, niſi maneat quod impediat in objectis; de quibus proxime videndum.

CAP. XX.

Reſpondetur ad objectionem de libero mercatoribus, peregrinis, navigantibus, tranſitu.

QUAE objici ſolent, ut capite ſecundo ſuperiore eſt fuſius oſtenſum, alia ex commerciorum, peregrinationis, tranſeundi libertate omnium, ut praetexitur, communi; alia ex ipſa maris natura; atque ex ſcriptorum teſtimoniis alia petuntur. Quod ad genus primum attinet; humanitatis quidem officia exigunt, ut hoſpitio excipiantur peregrini, etiam ut innoxius non negetur tranſitus. Atque ex D. Auguſtino [e] Gratianus [f], *Notandum eſt, quemadmodum juſta bella gerebantur a filiis Iſrael contra Amorrhaeos. Innoxius enim tranſitus denegabatur, qui jure humanae ſocietatis aequiſſimo patere debebat.* Et Cicero [g], *Uſu urbis prohibere peregrinos, ſane inhumanum eſt.* Alia ſunt id genus plurima quae objectionem illam firmant; qua nimirum humanitatis officia bello, timore, ſuſpicione, inimici-

[a] 20. Martii MDCIV. Pariſiis MDCXV. [b] De bello Aſiatico lib. 2. [c] Apud Franciſc. Alvarum de rebus AEthiopicis, & Damian a Goes lib. de AEthiopum moribus. [d] Eman. Meteranus Hiſtor. Belgic. lib. 36. & apud Gaſpar. Klockum lib. de Contributionibus, cap. 14. [e] In Numer. q. 41. [f] Cauſ. 23. quaeſt. 2. cap. 3. & videſis Hug. Grotium de Jure Belli & Pacis lib. 2. cap. 2. §. 13. [g] Offic. Lib. 3.

tiis

ti id genus caeteris non turbata spectat. At vo quid hoc ad dominium rei, per quam transeu lum est sive mercatoribus sive peregrinis? Huic n 1 magis derogaret ejusmodi transeundi libert (si modo citra controversiam eo nomine cictis pateret) quam actus, via, iter, aliaeve e smodi servitutes in agro constitutae, ejus relicarentur dominio. Detur, ex jure gentium omn m, liberum esse transitum Hispanis per Pyrenos in Gallias, Gallis per Alpes in Italiam, lis in Germaniam: quid hoc ad Pyrenaeorum s Alpium dominium? Et quae de lumine ex l ine accendendo, non prohibendo aquarum u, id genus aliis dici solent, hic afferre, est p ne a juris disquisitione in eam quae charitati est transire. Charitatis gratia, carcere & poen imminente eximebantur aliquot, qui naves c ficiendi incognitam ante peritiam barbaris tradi erant, impetrante scilicet Asclepiade Chersonitanae civitatis episcopo, sub Arcadio[a] & Ho-rio Augustis: nec docentium ars minuta est, c eam quam docti lucrifecerant: attamen ex p estituto jure capitale erat, artem illam barb is tradere. Ejusmodi hodieque alia. Adeo u nihil de suo deperdere, dum alius participat, a dominium aut sui potestatem nihil omnino a neat. Atque ut hanc rem paucis absolva-r is, manifestissimum est ex omnium seculorum r ribus, liberum quem vocant transitum ita semp: a principibus, territorii dominis, temperari l ere, ut pro variante commodi publici cura, i: aliter omnino, permittatur interdicaturve. bericus Gentilis, ad illud de Amorrhaeis, *Te-n*, inquit[b], *cum Augustino, si nec timendum ne noceatur, & certum sit noceri non posse.* ura illa principibus incumbit, ut nec peregrinos c commercia admittant aliter ac, pro re nata, quid detrimenti respublica interim capiat, pru-nter caveant. Unde etiam in foederibus non o cautum est[c], *Non esse jus appellendi ad rtus, plagas, promontoria alterutrius partis* (lque ubi viae, per quam transitur, neuter est minus) *cum tali numero navium aut armatorm, ut justi timoris suspicio generari possit, m parari; nisi ex permissu ejus, sub cujus di-ne loca illa sita sunt, aut nisi tempestatibus aque necessitate delati illuc fuerint, ad marem vim aut naufragii periculum effugiendum.* l timore aut suspicione domini, ejusque judio, juste arcentur peregrini, mercatores, advenae alescunque, nisi jus aliud interveniat singulare. Aristoteles aperte ait[d], *Legibus cavendum esse* ας ὧ δεῖ ϰ) τίνας ἐπιμίσγεσθαι δεῖ πρὸς ἀλλή-ς, *quibuscum communicare cives oporteat, & m quibus non oporteat.* Et recte Bodinus[e], *ngularibus pactis populorum ac principum conntis commerciorum jura contineri.* Et, *Peregnum finibus arcere, atque etiam fines praeterctum ejicere licet, non modo si bellum indictum verum etiam ipso pacis tempore, ne vel ci-um mores peregrinorum consuetudine corrumpantur.* Bella autem ob commercia negata, nisi contra foedus pristinum negarentur, aut ex praeeunte aliquo titulo commercandi singulari libertas illa penderet, juste suscepta fuisse, tam facile negamus quam quis alius asseruerit. Et quantumvis ex Francisci Victoriae[f] sententia, jus dicatur competiisse Hispanis, Indos, ob commercia & hospitium negatum, debellandi, quem item inprimis sequitur Joannes Solorzanus J. V. D.[g]; diserte tamen eis adversatur Ludovicus Molina[h], qui nullam gentem seu rempublicam teneri vult, sive cum periculo sui sive sine periculo, commercia aut hospites exteros admittere, nisi gravi imminente necessitate, aut foedere aliove jure singulari interveniente. Et alii sunt non pauci, quos afferunt Hispani, de Indis subactis tituli. Jus etiam praetexunt inventionis, occupationis, conversionis, id genus alia, praeter pontificis Romani donationem. De quibus universis fuse Solorzanus ille. Et mirum est, ex commercio negato ortum esse Hispanorum jus Indias acquirendi, cum & ipsos & Lusitanos commercia jure posse se prohibere in utrisque Indiis aperte profiteri, sit[i] compertissimum. Nec obstat, quod ex jure Romano Germanici imperii princeps, vel, ex ejus concessione, habens regalia, transeuntibus via publica interdicere[k] nequeat sine justa causa, de qua in camera imperiali decernendum; quod tamen nonnulli ad maris navigandi libertatem perperam trahunt. Nam id evenit ex jure singulari, in quod imperii status convenere qui item camerae subsunt. Sed nondum convenere gentes caeterae singulis imperiis supremis subjectae, ut libera semper sit hinc inde transeundi facultas; nec in judicem (ut Germani, & si qui alii suo in territorio) compromisere.

CAP. XXI.

Respondetur objectioni de natura maris fluxili & perpetim mutante. Flumina etiam & aerem conterminum (quae magis fluxilia) in proprietatem transire.

NAturam autem maris dominio privato adversari aiunt, tum ex eo quod perpetuo est in fluxu, nec omnino idem manet; tum quia desunt finium in eo distinctionis idonea tam materies, quam instrumenta; sine quibus dominia privata non bene consistunt: etiam & quia omnibus ex amplitudine perpetuo sufficit. Quod ad fluxilem ejus naturam attinet, nonne flumina & fontes multo magis in perpetuo fluxu? In declive feruntur semper flumina, quibuscum mare collatum, ἀκλινὲς seu *immobile* fere stat, quod ait Strabo[l]. Et Homerum ideo mare τῆς λίμνης seu *paludis* nomine vocitare ait Eustathius[m], διὰ τὸ μὴ ἀπορρέειν κατὰ ποταμοὺς, ἀλλὰ λίαν μένειν, *eo quod non fluxu fertur, ut fluvii, sed perquam stabile est.* Atque alter[n] *Stat immotum mare;*

[a] C. Theodos. lib. 10. tit. 40. l. 24. & C. Just. tit. de Poenis. l. 25. [b] De Jure Belli lib. 1. cap. 19. [c] Induciae Hispan. & Or- r Foederat. Belg. ann. MDCIX. art. 12, &c. [d] Politic. lib. 7. cap. 6. [e] De Republica lib. 1. cap. 7. & 6. & vide eum lib. 4. . 1. & lib. 6. cap. 2. ubi de aditu ad Moluccas. [f] Tit. de Indis. [g] De Jure Indiarum lib. 2. cap. 20. §. 55. [h] De Justi- t & Jure tract. 2. disputat. 105. [i] Georgius de Cabedo Decis. Lusitan. part. 2. decis. 47. & Diploma Regis Hispan. Mari Libero Hugonis Gro- subnexum. [k] Rothensal de Jure Feudali cap. 5. de Regalibus, conclus. 21. Sixtinus de Regaliqus lib. 2. cap. 2, &c. [l] Geograph. 1. [m] Ad Iliad. ν. [n] Senec. Suasor. 1.

& quasi deficientis in suo fine naturae pigra moles. Sed detur adeo fluxile esse, quod de maribus maxime septentrionalibus & euripis dici solet; certe alvei, & loci e quibus effluunt aquae, iidem semper manent, variantibus perpetuo aquis ipsis. Nec tamen inde juri dominii privati fluminum ullibi derogatum esse existimatur. In imperio Romano Germanico flumina usu ex jure civili publica sunt, in privato tamen Caesaris patrimonio[a], atque inter regalia seu jura fiscalia recensentur. Unde & piscationum in eis similiter reditus, sive Caesari, sive aliis quibus ipse concesserit. Qua ratione fit, ut Longobardiae & totius Italiae populi singulares suorum territoriorum flumina omnia sibi propria habeant ex praescriptione; quod docet Caepola[b]. Nec quid magis obvium est, quam fluminum dominium non minus ac riparum asseri in legibus Hispanorum, Gallorum, Polonorum, Venetorum, gentium denique, quarum mores habemus exploratos, omnium. Nec quantum ad hanc rationem, quae e natura fluxili petitur, attinet, alia est minoris, alia majoris, alia privati, alia publici fluminis natura. Etiam ipse Ulpianus[c] de flumine, *Nec differt a caeteris locis privatis flumen privatum.* Et Martianus[d], *Si quis in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure uti prohibet.* Quin in agri assignati modum, uti partes saepe olim in imperio Romano cedebant flumina. Siculus Flaccus, *In quibusdam*, inquit[e], *regionibus fluminum modus assignatione cessit. In quibusdam vero tantum subsecivus relictus est, aliis autem exceptus; inscriptumque flumini illi tantum.* Quemadmodum etiam Aggenus Urbicus[f]. Neque enim unquam existimatum est flumina aliter ac adjacentes agros populo principive Romano acquiri, juxta illud Danubii fluvii ad Augustos;

Danubius[g] penitis caput occultatus in oris,
Totus sub vestra jam ditione fluo:
Et qua dives aquis Scythico solvo ostia ponto,
Omnia sub vestrum flumina mitto jugum.

Scimus tum insulam in flumine natam, tum alveum relictum jure veteri[h] etiam communem esse eorum, qui ad fluminis ripam praedia non limitata possident, pro modo scilicet praediorum; nisi lex aut consuetudo singularis obsistat. Et de divisione hujusmodi insulae, pro ratione sive plurium ad alteram ripam praediorum sive ad utramque, scripsit olim Bartolus in Tiberiade, & recentius Johannes Buteo, Baptista Aymus, Antonius Maria, Johannes Gryphiander, alii. Alvei igitur adeoque fluminis (utcunque ex jure civili etiam publici, quoad usum; ut agri, in quo via publica) communis erat antea in eo casu proprietas dominis utrinque positis. Qualis ferme rationis etiam analogia, insula nata in mari nondum occupato, & si quid inaedificatum fuerit, occupantis fit[i]. Universorum enim hominum p mo alveus & mare illud. Ex pacto autem, qu superius diximus, universali, quo rerum nondu occupatarum proprietas occupaturo cederet, is q ita occupaverit, velut a dominis pristinis suo ju ita renunciantibus, insulam & fundum aedium a cipit. Cum igitur fluminum proprietas & d minium privatum nullibi non agnitum fuer cur non itidem & maris cujuscunque agnosce dum est dominos esse posse? Non magis in ho quam in illis reluctante natura fluxili. Imn ipsa flumina sunt maria minora, uti etiam p ludes & lacus; quemadmodum mare ipsum aliu non est quam flumen, palus, lacus, a caete magnitudine duntaxat, quantum ad fluorem, d crepans. Atque ita veteribus est acceptum. ipsa creationis historia omnes aquarum congreg tiones maria dicuntur; quod & patres[k] ad ha rem observarunt. Etiam exempla sunt in Sac Literis illustria de lacubus binis Asphaltitide Tiberiade, quorum uterque pariter & maria dict Asphaltitis Plinio, Ptolemaeo, Josepho, Solin Vitruvio lacus est: Mosi vero, mare salsum recentioribus plerumque, mare mortuum. Tib riadis item veteribus lacus dictus, ut & D. Lucae caeteris Evangelistis *mare* nominatur, quema modum etiam Syro & Arabi in D. Lucae ve sione. Et Aristoteles, *Sub Caucaso*, inquit[n], *l cus est*, seu λίμνη, καλοῦσι δ᾽ οἱ ἐκεῖ θάλαττ *sed accolae appellant mare.* De palude loquit Maeotide; quae etiam ob aquarum copiam, q per Bosphorum Cimmerium in pontum Euxinu evolvit, *mater maris*, seu *ponti mater*, nunc patur apud veteres[o]. Unde & ita se habui Maeotidem ad Pontum, Propontidem, & ma AEgaeum, ut oceanus ad mare Mediterraneu se habet, putabant aliqui.

Oceanumque negant solas admittere Gade

quod de ea Lucanus[p]. Quin Justiniani aevo, *pa vum mare* dictum fuisse, scimus ex Agathia Et Festus Avienus[r], ad Probum,

Interrogasti, si tenes, Maeotici
Situs quis esset aequoris----

Quo factum est, ut etiam hodie *Mar delle Z bach* & *Mar della Tana* appellitetur. Sic Italia paludes Eridani septem *septem maria*[f] nu cupari solita. Et in Larium Galliae Cisalpin lacum Adduam fluvium, ut in proprium ma devolvi legitur apud Cassiodorum[t]. Hinc quod Hesychio & Suidae *lacus* seu λίμνη den tet oceanum & mare, & ποταμὸς seu *fluvi* ipsum oceanum. Neque hic nefas est, ut ποταμ θαλάσσῃ ἐρίζοι, *fluvius cum mari contenda* utcunque alias in proverbium abiit in eos q cum potentioribus certant. Etiam Homero

[a] Feud. lib. 5. tit. quae sint regalia. Rothensal de Jure Feud. cap. 5. conclus. 23. & 24. Sixtinus de Regalibus lib. 2. cap. 3, &c. [b] De S vitut. Rustic. Praediorum cap. 31. [c] L. 1. §. 4. ff. de Fluminibus. [d] L. 7. ff. de divers. temp. praescript. vide l. 45. ff. de Usucaonibus. [e] Lib. de Conditionibus Agrorum. [f] Comm. ad Jul. Frontin. de Limitibus Agrorum. [g] Ausonius Epigr. [h] L. 7. 29, 30, 65. ff. de acquir. rer. dom. & Instit. de rerum divis. §. Insula. [i] Ll. citat. & l. 1. §. 18. ff. de operis novi nuntiatione. [k] E cherius ad Genes. i. D. Hieronymus, alii. Adde Joh. Philoponum de Mundi Creatione lib. 4. cap. 6. [l] Genes. xiv. 3. [m] Cap. v [n] Meteorologic. lib. 1. cap. 13. [o] Herodot. in Melpomene, Plin. lib. 6. cap. 7. Dionys. Afer, & ad eum Eustathius. [p] Pharsal. [q] Histor. lib. 3. [r] In Oris Maritimis. [s] Plin. lib. 3. c. 16. Herodian. lib. 8. [t] Variar. lib. 11. Formul. 14. [u] Iliad

------ βαθείης βένθεσι λίμνης,

Profundo alti lacus, usurpatur pro profundo maris. Et alibi περικαλλέα λίμνην, *perpulchrum lacum* pro mari habet ille, quod & advertit Olympiodorus[a]. Immo ipsum oceanum statuere veterum aliquot unum esse[b], ex quatuor fluminibus illis maximis quae ex Tartaro, seu ejusmodi barathro, quale fingunt nonnulli[c] ad septentrionem reperiri, effluunt; caeteris tribus ad occultos terrae meatus damnatis. Quin oceanum Britannicum

------ *incerti stagna profundi*

appellat Lucanus[d]. Et Barbaro Latine passim usurpatur *mariscus*[e] pro palude, ut *maris* diminutivum; quod etiam in alias aliquot linguas transiit, pro idiomatum varietate mutatum. Alia ad hanc rem observant alii[f]. Adeo igitur re, natura, nomine eadem sunt maria, flumina, congeries caeterae aquarum, quantum ad id quod disputamus pertinet, ut quicquid de his, de illis etiam sit pariter dicendum; nisi ex amplitudine & angustiis tantummodo discrimen inducatur, quod in ratione dominii (ubi occupationi locus est) locum habet nullum. Accedat id quod de fluxili horum natura, seu aquis semper in alveo mutantibus, dici solet, ex ipsa dominii & possessionis ratione hic non magis obstare, quam quidam aeris naturam dominio & possessioni spatii fundo seu aedibus sursum contermino. Spatium illud plane velut alveus est aeri perpetuo flutianti; cujus tamen civiliter dominus plane est, qui fundum & aedes possidet. Inde servitutes de aedibus non altius tollendis, de luminibus non officiendis, seu de prospectu, id genus aliae, constitutae sunt in ipso aere contermino. Inde in opere novo nuntiato, *Tam soli quam coeli mensuram esse faciendam*, ait Pomponius[g]. Et obvium est, ejus esse coelum, seu aerem, cujus est solum. Unde ad illud Pauli, arborem in confinio natam dominis utrinque esse communem[h], *pro qua parte in fundo fuerat*, Joannes Buteo in questione de divisione fructus ejusmodi arboris, *Intellige*, inquit[i], *fundum aerem quoque fundo superfusum*, quem perpendiculis a ramorum extremitate metitur ipse. Et sane eo domini sumus fundi, aedium, spatii quod singulatim domini occupamus, ut, ex eorum commodis, suo quilibet contermino utcunque fluitante aere (quod hominum elementum est) ejusque spatio ita libere & beate utatur fruatur, aliosque inde pro libitu arceat, ut maxime ejusce dominus etiam habeatur & sit. Multo minus obstat aquarum fluor, qui adeo minor est, dominio aliquatenus reluctatur. Et quae ita fluitant naturaliter, manent tamen civiliter semper eadem, ut Thesei navis, domus, universitas, toties refecta, ut primarum partium ne unica jam reperiatur. Sed subtilitate hac futili maris dominium impugnantes ad philosophos ablegandi sunt, maxime Heraclitum[k] & Epicharmum, qui in momenta rem quamlibet ita mutari, variari, novari docuere, ut nihil omnino in terrarum orbe restet jam nunc idem cum eo quod ipso jam nunc praeterito momento temporis fuerat. *Nemo* (inquit Seneca[l], Heraclitum imitatus) *est mane qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quicquid vides currit cum tempore. Nihil ex his quae videmus, manet. Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum.* Nec solum idem flumen hominem bis non accipere, sed nec eundem hominem bis in eundem gurgitem ingredi posse, solenne erat Heracliti dictum. Unde, Εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἅπαντα ποταμὸν πράγματα ἐμβάλλειν, *Omnia in Heracliti fluvium conjicere*, usurpatum, pro eo quod est, continentem & perpetuam uniuscujusque rei a se ipsa mutationem asserere. Horum autem, in civili rerum consideratione, amplexentur sententiam ii, qui fluxilem maris naturam dominium maris privatum refellere somniant; & nec ipsos quid sive fundi, sive aedium, vestium, pecuniae aut rei cujuscunque ut dominos possidere, necesse est ut simul fateantur.

CAP. XXII.

Objectis de finium & terminorum maris defectu, ejusque magnitudine & inexhausta abundantia, respondetur.

Sequitur quod de limitum ac finium defectu objicitur. Et sane adeo optandi sunt passim, ubi dominia distinguuntur, limites aperti, ut nihil magis. Nec immerito Terminus, justitiae Deus Romanis[m] olim habitus. Finium autem ratio aut in litoribus consideratur, aut in diffuso aequore. Cur litora non tam fines sint legitimi quibus innitatur maris dominii distinctio, & dicendi & censendi, quam fossae, vepres satae, supercilia, arborum antemissarum ordo, maceriae, alia a gromaticis in agrorum finibus regundis adhiberi solita, non omnino capere possum. Nec Sylvanus ita magis tutor finium est quam Neptunus. Attamen vir magnus, *Est*, inquit[n], *naturalis ratio, quae mare consideratum ut diximus proprium fieri vetat, quia occupatio non procedit, nisi in re terminata. Unde Thucydides terram vacuam vocat* ἀόριστον *interminatam, & Isocrates terram ab Atheniensibus occupatam* τὴν ὑφ᾽ ὑμῶν ἀφορισθεῖσαν a vobis terminis finitam. *Liquida vero, quia per se non terminantur* (τὸ ὑγρὸν ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ, inquit Aristoteles) *occupari nequeunt, nisi ut contenta in re alia; quomodo lacus & stagna occupata sunt, item flumina, quia ripis tenentur. Mare vero terra non continetur, par terrae, aut terra majus: unde terram mari contineri veteres dixere.* Et testimonia

[a] Ad Aristot. Meteorologic. lib. 1. prax. 16. [b] Plato in Phaedone. [c] Vide Girald. Cambrens. Topograph. Hibern. dist. 2. cap. 14. [d] Pharsal. 2. [e] Claud. Salmas. in Plin. exercit. ad Solinum pag. 577. [f] J. Drus. Observat. 9. cap. 20. & ad difficil. loca. Num. cap. 133. & Albericus Gentilis in lectionibus Virgilianis, cap. 17. Cael. Rhodigin. Lect. Antiq. lib. 26. cap. 14. [g] L. 21. ff. tit. Quod vi aut clam §. 2. [h] L. 83. ff. tit. Pro socio. [i] Tract. de D. visione fructus arboris in confinio natae. [k] Diog. Laert. in Heraclito, &c. [l] Epist. 58. [m] Plutarch. in Numa. [n] Hugo Grotius de Jure Pacis & Belli lib. 2. cap. 2. § 3.

monia veterum dein affert, quibus oceanum cingulum seu vinculum esse orbis terrarum, ejusque ambitu terras omnes convallare, non semel affirmatur, & terram aqua seu mari contineri, finiri; ac si terra tota velut insula unica esset mari [a] circumfusa, quod toties veteribus dictum. At vero detur id recipiendum (quod puto neque doctissimum illum virum nec quem alium concessurum) non omnino video, cur tam id quod continet non revera finiatur eo quod continetur, quam hoc illo. Nonne corpus sphaericum, seu qualiscunque figurae, minus a majori, quod circumquaque contiguum est, contentum, finis & limes est dicendus majoris concavo, aeque atque hoc convexo minoris? Verum de mari ac terra rectissime Julius Scaliger [b], *Neque ab altero alterum ita continetur, quin illud quoque contineat: neque inter sese adeo sejunguntur, quin vicissim tum subeant tum abscedant.* Flexibus sinuosis vicissim se amplexantur mare & tellus; haec porrectis peninsulis & promontoriis atque finibus reductis, illud spiramenta magnitudinis suae circum exaestuans. Ita alterum alteri plane fines indiscriminatim constituit, non aliter ac ripae & lacus aut flumina; quod & in mari Caspio tellure circumdato manifestius est. Uti & in Mediterraneo, antequam ab Hercule, seu, ut volunt Arabes [c], ab Alexandro Magno, incisis montibus, immissus est per fauces jam dictas Gaditanas, oceanus Atlanticus. Inde globus ille unicus conficitur, in quo maria compluria terminantur, ut insulae ipsae seu continentes. Quod ex Sacris Literis liquidius constat. Congregantur ibi aquae, & locis suis terminisque [d] finiuntur. Et Dominus ipse de mari, *Circumdedi* [e] *illud terminis meis, & posui vectem & ostia; & dixi, Usque huc venies, & non procedes amplius.* Alibi [f], *Circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Adeo ut dubitari nequeat quin suos habeat in litore terminos mare quodcunque; ut tellus ipsa. Nec hac de re verbum fecissem, nisi rem a tanto viro impugnatam comperissem. In diffuso autem aequore vix est difficilius terminos & limites, quibus distinguantur privata dominia, invenire. Scopulos eminentes, brevia, adversa invicem promontoria, insulas hinc inde sparsas habemus, e quibus linearum rigores, versurae, coxae, gammata sumantur, ad territorium marinum terminandum:

Mille jacent mediae diffusa per aequora terrae,
Innumeri surgunt scopuli montesque per altum.

Numerantur item veteribus orbis terrarum maria non aliter ac oppida, flumina, insulae, montes; veluti non minus invicem disterminata. AEthicus, *Omnis*, inquit [g], *terrae orbis habet maria* XXX. *oppida* CCCLXX. *insulas* LXXII. *flumina* LVII. *montes* XL. &c. Dein etiam maria oceani orientalis, occidentalis, borealis, australis sigillatim, ec dem modo quo provincias ac insulas eorum, r censet. Quam vere, non disputo; sed satis n minibus ac terminis distingui interea maria no dubitavit. Accedit egregiae nauticae pyxidis, graduum coelestium sive longitudinis sive latitu dinis, atque ex hisce doctrinae triangulorum, au ilium. Etiam in coloniis ex Europa in Amer cam aevo nostro deductis, latitudinis & longitud nis gradus sunt possessoribus termini; quales i mari non difficilius habentur. Tropicus ite Cancri & aequator in mari fuere termini, quib finiri voluere aliqui [h] foedus inter ordines Belgi foederatos & Austriacos anno MDCVIII. contr hendum. Et in foedere inter Magnae Britanni & Hispaniarum reges nupero [i] aequator est mari terminus. Ejusmodi alia occurrunt. Sa pedon & Calycadnus Ciliciae promontoria su ad marinum dominium distinguendum termini foedere [k] a Romanis & Antiocho Syriae rege ir to. Ulnarum etiam in objacente praediis m numerus epochis piscatoriis statuitur in Leo imperatoris sanctione; de qua supra. Simili Cyaneae & Chelidoniae insulae in foedere At co [l] cum Persarum rege icto; de quibus eti ante. Quin de finibus hujusmodi non dubi runt aut Alexander VI. & cardinales sui, aut gis Catholici procuratores, cum impetraba bulla illa decantatissima, qua orbis occidental concessus est regi, ita finiendus, ut linea a p arctico ad antarcticum ficta, *quae distaret a q libet insularum, quae vulgariter nuncupantur* los Azores y Cabo verde, *centum leucis ver occidentem & meridiem* (quae sunt bullae v ba [m]) res donata parte citeriori terminaretur. U de Hieronymus de monte [n], *Termini in coelo aere positi sunt*, inquit, *tempore Alexandri pa* VI. *inter Lusitanos sive Portugallenses & stellanos, dividendo insulas Indiae tunc novi repertas per lineas graduum coeli; & quicq reperiebatur a parte orientali erat Portugall sium, & a parte occidentali erat Castellanor.* Certe hic non magis telluris partes, sive insu sive continentes, quam maris spatia mensurab tur finiebanturque. Quin obvium est apud ju consultos, etiam eos qui interea maris omnin di communioni sunt addictissimi, centum mil riis [o] jurisdictionem domini adjacentis reg nis praefinire. Interdum sexaginta occurru *Jure quodammodo*, inquit Bodinus [p], *pr cipum omnium maris accolarum communi rec tum est, ut sexaginta milliaribus a litore princ legem ad litus accedentibus dicere possit*; at *id judicatum est in causa ducis Allobrog* Quod ex decisionibus Cacherani Pedemont observat. Etiam & pro maris confinibus fin regundorum agi posse docent jurisconsulti Ca rei [q] celebres. Mensurae igitur & termino etiam in mari usum satis hi agnoscunt. Q vero ad illud D. Ambrosii attinet, *Geometram divimus, thalassometram nunquam audivim*

[a] Cicero in Somn. Scip. & vide Joh. Philoponum de Mundi Creatione, lib. 4. cap. 5. [b] Exercit. 37. [c] Geograph. Nu-biens. Climat. 4. part. 1. [d] Damascen. de Orthodoxa Fide lib. 2. cap. 9. [e] Job. xxxviij. 10, 11. [f] Pro-verb. viij. 29. [g] In Cosmographia. [h] Apud Emanuel. Meteranum Rer. Belgic. lib. 28. [i] Ann. MDCXX art. 2. [k] Polyb. in Eclog. de Legationibus, cap. 35. & Livius Decad. 4. lib. 8. [l] Plutarch. in Vita Cim [m] Laert. Cherubin. Bullar. tom. 1. pag. 393. [n] Tract. de Finibus Regundis cap. 7. 8. [o] Bartol. tract. de Tiberi & DD. in l. insulae Italiae ff. tit. de Judiciis. [p] De Republica lib. 1. cap. 10. [q] Hieronym. de Monte, Tract. de Fin. Regundis cap. 39. Baldus, alii ibi citati.

ſus ſane eſt vocabulorum magis quam argumenm in rem quam tractamus. Et de variis variom piſcium ſive antris ſive regionibus a Deo denatis in oceano, non de civili maris diſtributi.e, ibi loquitur vir ſanctiſſimus. Neque erat r de *thalaſſometra*, ut prorſus inaudito, ita loeretur. Scimus enim apud Graecos, quibus minia marina eorumque diſtinctiones fuere frentiſſimae & perquam variae, etiam & thalaſnetras repertos eſſe; nec minus ex geometriae ncipiis mare quam tellurem menſuratam. Proıs mathematicus inſignis de geometriae praentia agens, *Locorum*, inquit [a], *ſitus cognitos it*, μέτρα τε ὑφηγήσατο, τὰ μὲν τῶν κατὰ γῆν ὁδῶν, δὲ τῶν κατὰ θάλασσαν, *menſuras item itinerum n per mare quam per terram.* Quin inſtru:nta habuere thalaſſometrica, quas θαλασσοδομέτρας, *maritimorum itinerum menſuras* appelırunt Graeci, ſaltem recentiores, & ex Archi:dea doctrina didiciſſe atque poſteris tradidiſſe ronem, Anthemium, mathematicos alios veteſcripſere. Hoſce ſcilicet ait Joannes Tzet[b] ex Archimedis libris hydrica & pneumatica ıſiſſe inſtrumenta:

Βαρουλκά τε σύμπαντα καὶ θαλασσοδομέτρας.

machinas quibus gravia traherentur, & inımenta maris itineri menſurando thalaſſodotras dicta. Nil igitur ex maris menſurandi ione obſtat, quo minus tum materies tum inmenta, quibus diſtinguantur ejuſce dominia, eantur. Id demum quod de magnitudine maatque inexhauſta abundantia dicitur, omnino um hic valet. Detur inexhauſtum eſſe, adeo qui privatim ſibi vendicaverit, nil inde damni aliorum uſu tulerit; quid hoc ad jus dominii gis, ac detrimento non eſſe domino ignis aut delae, ut alius lumen de ſuo lumine accende? Ergone is minus ignis aut candelae ſuae ninus? Sed vero ex aliorum piſcatione, igatione, commerciis ipſum mare deteridomino caeteriſque ejus jure gaudentibus non raro videmus: ſcilicet minui, quod alinde percipi poſſet, commodum. Quod maſtius cernitur in marium uſu, quorum fructus : uniones, corallium, id genus caetera. Etiminuitur in horas marium hujuſmodi abuntia, non aliter ac ſive metalli fodinarum ac cidinarum, ſive hortorum, quando fructus eoauferuntur. Atque non minus hoc nomine n ſive piſcationis ſive navigationis proventu, ſoıe habetur Mahumedanis (gentibus diffuſiſſimis) ia ſua aeſtimare; quod videre eſt apud pſeudoohetam illum, ubi de Numine ait [c] ſanctiſſimo,

وهو الذي سخر البحر لتاكلوا منه

طريا وتستخرجوا منه حلية تلبسو

eſt qui in uſum veſtrum praeparavit mare, ut ex eo in cibum carnes ſumatis recentes, (ut piſcatu utamini) *tum ut ex eo extrahatis ornamenta quibus veſtiamini.* Ornamenta illa interpretatur praeſtantiſſimus Alcorani paraphraſtes Mahumedes Ben Achmed per اللولو والمرجان *corallium & uniones*, quae verba etiam in ipſo Alcorano alibi [d] pro primario maris commodo uſurpantur. Unde item corallii indagandi venia in foederibus imperatoris Turcarum interdum conceſſa, ut ſupra notatur. Etiam Plinius de maribus orientalioribus maxime, *Parum*, inquit [e], *fuerat in gulas condi maria, niſi manibus, auribus, capite, totoque corpore, a foeminis juxta viriſque geſtarentur.* At vero etiam in maribus occidentalibus margaritas & uniones reperiri ſaepius ſatis ſcimus; & olim repertos crebrius, docet ille. Quin *in Britannia* (ita ſcribit) *parvos atque decolores naſci certum eſt* (id quod etiam nunc ignoratum eſt noſtratium nemini) *quoniam Divus Julius thoracem, quem Veneri genetrici in templo ejus dicavit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi.* Imo Britanniam petiiſſe Caeſarem ſpe margaritarum multi prodiderunt, quod teſtatur Suetonius [f]. Pretium ejuſmodi tranſitus in Britanniam, ipſorumque ſive unionum ſive concharum, e quibus illi germinant, qualicunque in mari frequentiam minui poſſe ex promiſcuo maris uſu nemo non videt. Ubinam igitur inexhauſta commodorum maris ejuſmodi abundantia, quae deterior fieri nequit? Et ſimilis ſane ratio qualiſcunque piſcationis. Sed ea de re quid multa? Nonne ad ravim uſque paſſim apud juriſconſultos, maxime imperii Romano Germanici, hodie inculcatum eſſe comperimus, atque olim florente Romanorum imperio millies dictum, *Caeſarem* [g] *eſſe mundi*, ſeu *totius orbis, dominum?* Pro Romanorum more, Ovidius [h]:

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo:
Romanae ſpatium eſt urbis & orbis idem.

Mare, puto, non eſt magis inexhauſtus, quam orbis totus. Magnitudine, abundantia huic illud, ut pars toti, plurimum cedit. Non igitur ex hac cauſa impugnandum maris dominium; niſi & non ſolum effatum illud de univerſo Caeſaris dominio manifeſto falſum, ut oportet, ſed etiam ipſi naturali rationi adverſum ob orbis magnitudinem & abundantiam pariter aſſeramus. Rectius igitur ii, qui, ut mundi ſeu telluris dominus eſt, ex jure veteri imperator Romanus, partis ſcilicet ejus amplae, ita etiam eſſe eum maris dominum [i] volunt. Neque obſtat illud Antonini Auguſti, ubi ſe *mundi dominum*, ſed legem (ut vulgo intelligitur) *maris* appellat *dominam*; quod non aliud (ſi detur reſponſum ejus [k] ita intelligendum eſſe) ſignificat, quam ita in rebus nauticis obtinere leges Rhodias, ubi Romanis non adverſarentur, ut ſuis reſcriptis non omnino contra eaſdem, utcunque utrarumque moderator ipſe & dominus, dijudicare vellet. Neque aliter fere Al-

[a] Euclidis lib. 1. lib. 2. cap. 3. in Graecis pag. 18. [b] Chiliad. 13. cap. 457. [c] In Alcorano, Azoara 16. in Cod. Arab. Latino. [d] Azoar. 55. ſed in Cod. Latin. 65. [e] Hiſt. Nat. lib. 9. cap. 35. [f] In Julio, cap. 47. & videſis nden. in Britannia pag. 630, & 721. [g] L. 9. ff. tit. ad legem Rhodiam, &c. [h] Faſtorum lib. 2. [i] Jo. ander de Juriſdictione Inſulae cap. 14. §. 65. &c. [k] L. deprecatio 9. ff. ad legem Rhodiam,

ciatus [a], alii viri doctiſſimi illud interpretantur. Sed de reſponſo illo Antonini plura mox [b]. Adeo ut non minus aut anguſtius Romanorum imperium in decantatiſſimo illo de univerſali dominio pronunciato eſſe intelligerent veteres, quam inter eos Petronius Arbiter [c]; ubi hiſce rem explicat:

Orbem jam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terrae, qua ſidus currit utrumque.

Et vetus inſcriptio [d] de Octavio Auguſto, ORBE, MARI ET TERRA PACATO, JANO CLUSO, &c. quemadmodum item hiſtorici [e], *Janum Quirinum, terra marique pace parta, ter cluſit.* Tam maria quam tellurem ampliſſima ditionis Romanae magnitudine contineri (quod & ſuperius oſtenſum eſt fuſius) volebant.

CAP. XXIII.

Teſtimoniis quae ſcriptoribus aliud agentibus excidere, & in maris dominium afferri ſolent, reſpondetur.

Reſtat ut adverſas hic ſcriptorum ſententias ſuperius exhibitas, qua autoritatem in ſe ferant, expendamus. Quod ad illa Plauti & Phoenicidis poetarum attinet; joculariter quidem agere Trachalionem ſervum nequam cum Grypo piſcatore, apud Plautum liquet. Generatim commune eſſe omnium ait mare, quod tam nondum occupatum ſignificat, quam neceſſario & naturaliter commune; & quam hoc, illud potius eo in loco. Quin communem ſeu nondum occupatam piſcationem eſſe, intelligi poteſt; id eſt, populi ſive Romani ſive Graecorum cujuſcunque (nam utrique, ut ex ſuperioribus liquet, dominium erat alicujus maris ante Plauti tempora) dominium ejuſmodi fuiſſe, ut pro ſuo libitu quidem mari ſuo uti poſſent; praeternavigantes & ſi quae fuerint commerciorum in eo incommoda impediendo arcendoque. Piſcatione tamen nemini hactenus eos ita eo in aequore, de quo verba fiunt apud Plautum & Phoenicidem, interdixiſſe, quin communis ea ſive civibus ſive vicinis maneret, velut agri compaſcui uſus; cujus tamen revera poſſit eſſe dominus ſingularis caetera ſibi commoda percipiens, quod paſſim evenit. Sed & poſtmodum etiam, maxime in imperio orientali, ſeu apud Graecos, piſcationis marinae privatum jus in patrimonium tam privatorum quam principis tranſiiſſe, ex ſupra oſtenſis eſt manifeſtum. Adeo ut hujuſmodi dictorum vis in privatum maris dominium adducta evaneſcat cito omnis. Quod vero ex Ovidio habetur, *Quid prohibetis aquas?* &c. (quo hac in re diſputanda uſitatius fere nihil eſt) id non tam communionis aquarum aſſertio eſt, quam vehemens & hyperbolica ruſticae turbae Lyciorum inhumanitatis increpatio. Hau ſtum ſitiens & feſſa petiit Latona, idque ex lacu negant barbari: increpat eos meritiſſimo ill Sed non aliud facit haec vehementer, quam Am pelisca apud Plautum [f] placide, Sceparnioni ſe vo aquam neganti:

Cur tu, inquit Ampeliſca, *aquam grava amabo, quam hoſtis hoſti commodat?*

Quicquid enim ſine detrimento poſſeſſoris com modari, communicari poterit, id ut etiam igno poſcenti ſeu peregrino tribuatur, exigitur ſaepe officio humanitatis. *Hoſtis* enim ibi peregrin eſt, ut priſcis [g] non raro: quod etiam ex Sc parnionis quaeſtione, qua puellam ludificatur, di noſcitur:

Cur tu, ait ille, *operam gravare mihi, qua civis civi commodat?*

Civem peregrino opponit. Ex eodem humani tis officio manant illa; non prohibere aqua pr fluente, pati ab igne ignem capere, lumen de mine accendere, ejuſmodi alia, quae accipie utilia, danti ſeu permittenti non moleſta. Atq hoc morum duntaxat praecepto, quod charita eſt, nituntur tam Latonae quam Ampeliſcae ſtulata: dominium aquarum privatum non gant: non Latona lacus, cujus privatum do nium eſſe fatentur omnes, non putei, unde aqu Veneris ſacerdoti poſcebat Ampeliſca. Etiam lacu mediocris aquae Latonae illa verba fiu Ovidius ibi:

Forte lacum mediocris aquae proſpexit imis
Vallibus ---------

Et poſtquam ſe in publica munera veniſſe dixe ſubjungit:

Quae tamen ut detis, ſupplex peto.------

Non magis quid ibi reluctatur aquarum do nio, quam rerum quarumcunque, ad quas ſpe re poſſit illud Ennii:

Nihilo minus ipſi lucet, cum illi accende

Atque *hominum communia videntur, quae ejuſdem generis omnia*, ut monet Cicero. tamen communio dominio, quod diſpicimus, omnino derogat; niſi amicitiae (qua omnia loſophis communia dicta) charitatis, liberali jura, dominio privato adverſari quis temere rit. Neque magis contra facit quod e Vir affertur. Quid hoc eſt? *Cunctis patere una* dixit Virgilius, ſeu apud eum Ilioneus, de Tyrrheno locutus: ergo unda non poteſt omn unquam jure non patere. Argumentum fatis tile. Nulla tellus fuit in primariam diſtribu nem non veniens, quae ante occupationem culàrem cunctis non pateret. Quin non jus

[a] Diſpunctionum lib. 2. cap. 5.
[b] Infra cap. 25.
[e] Suetonius in Octavio cap. 22.
[f] In Rudente act. 2.
[c] In Satyrico.
[d] Emeritae; apud Gruterum pag. 1
[g] Feſtus in verb. Hoſtis & Cicero de Offic. lib. 1.

Virgil

gilium, sed officium humanitatis tantummodo a latino rege petitur. Etiam & compensatio promittitur:

Non erimus, inquit, *regno indecores; nec vestra feretur*
Fama levis, tantique abolescet gratia facti.

neficium igitur ex indultu principis accipiendum est, agnoscendumque; non ex naturae omnibus communi jure exigendum, juxta poetae mentem. Nam interdum pro ipso aquae usu vectigal seu pensionem praestari passim scimus. Quin apud Batavos habetur jus *Grutae* dictum in tractu Delfensi, quod penes comites plumarios semper exstat (Pluymgraven vocitant) quo coctores cerevisiarii pro usu aquae centesimam (ut memorat Hadrianus Junius [a]) illis persolvunt. Ejusmodi sunt alia obvia. Quod demum occurrit apud magistros Hierosolymitanos de Alexandro, id tantum evincit existimasse eos Alexandrum maris dominium nactum non fuisse: non jure potuisse nanisci, neutiquam aiunt; nec sane, nisi suo, in mari magno seu Phoenicio, juri (de quo supra ex eorum scitis jam diximus) renunciarent, sine incogitantia crassa id dicere quiverunt. Et quicquid illi de Alexandro Hierosolymitani obiter, certe Flavius Josephus ipse Judaeus, & jurisconsultus apud Ebraeos sui aevi, si ipsi fides, celeberrimus, appellat Vespasianum Caesarem δεσπότην [b] γῆς & θαλάσσης, *dominum tam maris quam telluris.* Atque affectasse regnum tam maris quam telluris Alexandrum ait Julianus [c]: quod & in deliberationem venit in Senecae Suasoriis [d]. Sed haec omnia ex scriptoribus aliud agentibus; quod & animadvertendum est. De jurisconsultorum igitur, quae reluctantur, sententiis postremo videamus.

CAP XXIV.

Ad objectionem ex jurisconsultis veteribus depromptam responsio.

JUrisconsultorum, qui adversi, sunt veteres alii, alii recentiores. Si veterum quantacunque introspiciamus testimonia, hoc solum ex illis de maris communione eliciendum est; existimasse quidem nonnullos, magni nominis viros, mare ex jure naturali & gentium esse omnium hominum semper & necessario commune; quod tamen, dum plurimorum seculorum, gentium plurimarum mores & jura, sive civilia sive intervenientia, diligenter circumspicimus, omnino aliter se habere apertissime comperitur. Nam id satis superque in jam ostensis comprobavimus: atque non solum ex historicis classicis (quorum in populorum moribus, maxime publicis, indagandis, aliisque ad ipsa jura spectantibus, saepissime usus est maximus [e]) verum etiam ex ipsis foederibus seu jure plurium gentium interveniente, etiam & jurisconsultis aliis non minoris nominis, principalibusque in imperio Constantinopolitano edictis, praeter alia non pauca, unde quid ex jure naturali permissivo sit hac in re statuendum facile quis possit ediscere. Etiam & ex jure naturali seu gentium licere voluere veterum aliquot [f] in aliena sylva vel agro venari & aucupari, atque in stagno alieno vel lacu, nedum flumine, piscari, ni dominus praeoccupatus interdiceret. *Haec*, inquit Cujacius [g], *Romani prudentes, qui jus gentium propius subsecuti sunt, ita censuerunt. Mores tamen ubique passim jus gentium subegerunt, adeo ut ne in flumine quidem publico piscari, neque in agris libere venari aut aucupari liceat.* Atque idem alibi [h], *Usurpatione tantum defendi potest fiscus, qui sibi vendicat piscarias, ut privati, contra jus gentium.* Cum tamen piscationum reditus, legibus in feudalibus, inter regalia numerentur; quod & viri docti inter vectigalia vetera fisci Romani [i] censent, ipsum Ulpianum testem adhibentes. Nam is inter publica vectigalia habet vectigalia *piscariarum* [k], quemadmodum legendum volunt nonnulli: aliis potius *picariarum* [l] substituentibus, pro locis unde effoditur pix. Certe in censibus ipse etiam Ulpianus [m] habet *lacus piscatorios.* Utcunque vero, mores gentium recentiores vetustius illud libere piscandi & venandi aucupandique jus, sive naturale (quod vocabant) sive gentium, subegere; quod scimus satis ex vivariorum, quae vocant *forestas*, & de Wildt bahne, seu *Bannum ferinum*, fluminumque diversimode se habente passim [n] jure. Et absque interdicto domini praeoccupante, libertas illa vetus multis abhinc seculis ex more receptissimo sublata est. Quod itidem dicendum de mari; quicquid sive veteres illi sive eorum sequaces in adversum scriptitaverint. Etiam in orientali imperio jus illud vetus de communione necessaria maris non sine injustitia obtensum esse, diserte, ut monstravimus, pronunciavit in edicto Leo imperator. Unde male sane Michael Attaliates, & si quis alius orientis jurisconsultus Leone posterior, dominio ejus privato est reluctatus. Nec melius sane vir magnus, qui contra juris rationem illud Leonem mutasse scribit. Et inprimis cavendum est hic illud, quod nonnulli de praestantissimis illis Justiniani libris, qui corpus veteris juris conficiunt, ausi sunt asserere, *Jus* [o] *illis praescriptum libris non civitatis tantum esse, sed & gentium & naturae; & aptatum sic esse ad naturam universum, ut imperio extincto ipsum jus diu sepultum, surrexerit tamen, & in omnes se effuderit gentes humanas. Ergo & principibus stare; etsi est privatis conditum a Justiniano.* Quasi jus naturale & gentium ex illis duntaxat libris esset hauriendum. Nam ut mittam non solum quam plurimas in ipso imperio Romano Germanico alibique passim

[a] In Historia Batav. cap. 19. [b] De Bello Judaico lib. 3. cap. 27. [c] Orat. 3. [d] Suasor. 1. [e] Vide Gaspar. Klockium lib. de Contributionibus cap. 20. §. 463. & seqq. [f] L. 3. ff. de acquir. rer. dom. & Instit. de rer. divis. §. ferae igitur bestiae, & l. injuriarum 13. ff. de injuriis §. ult. [g] Observat. lib. 4. cap. 2. [h] Ad lib. 5. Feud. tit. de Regaliis. [i] Guid. Panciroll. variar. lect. utriusque Juris lib. 3. cap. 31. [k] L. 17. ff. de V. S. [l] Cujac. ad lib. 5. Feudis; alii. [m] L. 4. §. 6. ff. tit. de Censibus. [n] Vide Sebastianum Medicem tract. de Venatione, &c. Edict. & Constitud. de Aquis & Forestis Galliarum collect. per Sanctyonium, Andream Gaill. Practic. Observat. lib. 2. 67. Matthaeum Stephani de Jurisdictione lib. 2. part. 1. cap. 7. §. 432. ejusmodi alios, de Venationis Jure in imperio Romano Germanico, &c. [o] Alberic. Gentilis de Jure Belli lib. 1. cap. 3.

sanctiones

ſanctiones moreſque introductos, mirum in modum non pauca quae in illis habentur libris mutaſſe, verum & occurrere, principes aliquot tam Hiſpaniae [a], quam Galliarum [b] omnimodum eorum olim uſum foro interdum prohibuiſſe; nonnulla ſane ſunt in ipſo jure gentium Europaearum (quibus recepti ſunt, idque meritiſſimo, tum in ſcholas tum in forum libri illi, qua ſingularia regnorum jura permiſerint) jure, inquam, earum communi, ſeu interveniente, quae non omnino jure nituntur Juſtinianeo, ſed ex moribus ei plane adverſis, juſtitiae tamen ad trutinam ſatis exactis, ſunt orta. Capti in bello non fiunt ſervi, nec jura captivitatis aut poſtliminii quoad perſonas [c] hominum omnino in uſu, quae tamen titulum occupant in Digeſtis. Naufragio naves expulſae ad litus, aut ad dominos priſtinos pertinent ex jure Juſtinianeo [d] (in imperio Romano Germanico [e] etiam firmato) aut, ut derelicta ſeu vacantia, ad repertores; nec fiſcus ſeſe interponit; cum tamen, ex gentium non paucarum jure, ipſis viciniſque interveniente, ſaepius pro conſuetudinis varietate fiſco eas applicatas eſſe ſit certiſſimum: veluti apud Anglos, Aremoricos [f], Siculos [g], Italiae litorum accolas aliquot [h], alios. Et tametſi de re tam luctuoſa compendium ſectari crudele nonnullis [i], uti & imperatori, ſive Conſtantino ſive Antonino, qui de ea re legem tulit, exiſtimatur; etiam &, praeter interdictum concilii Lateranenſis [k], bulla *Coenae Domini* quotannis fulmine exommunicationis pontificiae eos ferit, qui naufragorum bona ſibi rapiunt [l] quocunque in mari & qualicunque obtenſo jure; attamen fiſci juris hac in re origo ex ſeculis barbaris nata non eſt, ſed ex vetuſtiſſimis Rhodiorum legibus maritimis (quae, florentibus Graecorum rebus, in uſu) id primum manavit, ut infra oſtenditur, atque inde a compluribus principibus eſt receptum. Et *cum legatus Caeſaris* (quod ait Bodinus) *coram Henrico* II. *Francorum rege queſtus eſſet, duas naves ad litus ejectas, & ab Jordane Urſino* (principis nomine) *captas eſſe, eaſque reſtitui poſtularet, Annas Mommorenſius magiſter equitum reſpondit; ea quae ad litus fuiſſent ejecta, gentium omnium jure, ad principes qui litoribus imperarunt, pertinere. Ita jus invaluit, ut ne Andreas quidem Doria queſtus ſit de navibus in litus Celticum ejectis, & a praefecto claſſis Galliae direptis.* Sic ille. Balenae etiam aliique piſces grandiores in litus ejecti non occupantis fiunt, ex jure apud Anglos, Luſitanos [m], alios receptiſſimo, ſed aut fiſci ſunt, aut eorum quibus princeps (quod idem eſt) jus ejuſmodi indulſerit.

Alia poſſent adduci, quibus ſatis conſtet jus gen
tium & naturale non omne ex ſententiis ſeu ſcit
in corpore Juſtinianeo occurrentibus eruendum
adeoque nec quod de maris communione ibi in
terſeritur, vim receptorum gentium ſeculorumqu
tot morum aliquatenus minuere. Quin obſervan
dum eſt, commune in illis dici mare, ut aer, u
ferae ſunt communes. Quaſi vero non ipſe ae
conterminus in privatum dominium, ut occupa
tum flumen, tranſeat, & ferae captae. Etian
litorum & portuum communio fere apud veter
illos conjungitur, ut non diſſimilis, cum ea quan
docent maris. Quaſi vero ex vectigalibus & por
toriis, quae tum in litoribus & portubus [n] imper
Romani tum in libris [o] Juſtinianeis ſatis ſunt (u
paſſim alibi) frequentia, ipſa portuum & litorur
dominii, qua ſive populi illa Romani ſive (quo
idem hic eſt) principis erant, ratio non manifeſt
eliciatur, ſecundum id quod ſupra etiam ex Ce
ſo [p] expreſſim habetur. Nam quemadmodur
pro aedibus in ſolo reipublicae ſeu publico ex
tructis penſio [q] ſoluta, quod *ſolarium* a *ſolo* d
Graecis jureconſultis in σωλάριον [r] dictum, ipſar
rempublicam ſeu principem ſoli dominum fuiſſ
ſatis erat argumento, ita ſane & portorium pr
portuum uſu praeſtitum horum fuiſſe dominiur
non diſpar comprobabat. Et portus ipſi pro conti
nentis parte etiam recte habentur; quod alibi
occurrit. Quin & Helleſpontum ita ſuum fec
ipſe Juſtinianus, ut liber portuum ipſiuſve mar
uſus negotiatoribus naviculariiſque ſine pretio n
mis gravi ab eo non permitteretur, ſi fides Pro
copio [t], qui res ejus contexuit, coaetaneo. Ne
maris dominium a telluris populorumve domini
diſcrepare exiſtimarunt qui Frederici II. Auguſ
epitaphio ante quadringentos ferme annos in
ſcripſerunt [u]:

Qui mare, qui terras, populos & regna ſul
egit;

Scilicet in Baſilica Panormitana; ubi tamen
quemadmodum in imperio Romano Germanico
reliquo, tunc floruit jus Caeſareum. Summa eſ
jureconſultos illos veteres non ſolum quae recep
tiſſimis gentium per omnia fere ſecula moribus
ſed etiam quae invicem ſibi ſatis adverſantur, ha
de re oſcitanter tradere; maxime dum mari ip
ipſum litus adeoque portus velut communioni
non diſparis conjungunt. Unde tam ex ipſorun
inconſiderantia quam ex aliorum autoritate pari
ter refelluntur.

[a] Gregor. Lopez in Alphonſin. 3. tit. 4. l. 6. Azevedo ad Reg. Conſtit. in Rubric. tit. De las leyes. [b] Choppinus de Domanio lib. 2 tit. 15. §. 5. & Bodin. de Republica lib. 1. cap. 8. & vide Guil. Burlaeum in prooem. ad comm. in Ariſtotelis Phyſica. [c] Boerius Deciſ. 17 Alvarus Velaſc. Conſult. tom. 1. 30. Franciſcus Suarez de Legibus lib. 2. cap. 20. [d] C. tit. de Naufragiis & l. 1. & 3. ff. de Incendio, & l. 21. §. 1. ff. tit. de adquir. vel amitt. poſſeſſione. [e] Frederic. II. in C. de Furtis c. Navigia, & Conſtit. Caroli. 5. de Judiciis Capitalibu cap. 118. [f] Bertrand. Argentraeus in Conſuet. Brit. art. 56. §. 45. [g] Choppinus de Domanio lib. 1. tit. 15. §. 10. [h] Luc de Penna ad C. tit. de Naufrag. Matth. de Afflict. in Conſ. Neapolit. lib. 1. conſuet. 59. vide Garſiam Maſtrillum de Magiſtratibus lib. 3. cap. 1 §. 393. [i] Andr. Gaill. Practic. Obſervat. lib. 1. cap. 18. Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 10. Stat. Romae Urbis lib. 3. cap. 85. [k] Su Alex. 3. c. Excommunicationi extr. tit. de Raptoribus. [l] Bartholomaeus Ugolinus de Cenſuris Pontifici reſervatis part. 2. cap. 4 [m] Georg. de Cabedo Deciſ. Luſitan. part. 2. 48. [n] Cicero Orat. pro lege Manilia, Symmachus lib. 5. epiſt. 62. & 65. Tacitus Anna lib. 13. alii obiter. [o] Tit. de Publicanis in ff. & tit. de Vectigalibus in C. [p] Cap. 14. [q] L. 1. C. tit. de diverſ praediis & l. 5. ff. tit. de Operibus Publicis, §. 1. [r] Eclog. Baſilic. lib. 58. pag. 488. ut etiam ſimili notione in l. 15. ff. tit. Qui potior i Pignore. [ſ] L. 15. Caeſar. ff. tit. de Publicanis. [t] In Arcana Hiſtoria pag. 110. [u] Georgius Gualtherus in Tabu lis Antiq. Siciliae, &c. pag. 93.

CAP

CAP. XXV.

responso Antonini Augusti, se dominum esse mundi, legem autem (ut vulgo vertitur) maris, in L. Deprecatio, ff. tit. de Lege Rhodia. Verus ejusdem responsi sensus, & nova versio, sed genuina. In eo nihil comperiri quod maris dominio omnino refragetur.

QUoniam vero inter ea, quae ex jurisconsultis priscis contra maris dominium solent promi, locum habet adeo primarium Antonini Augusti ad Eudaemonem responsum illud aliquoties supra memoratum, ideo visum est seorsim de eo agere, atque genuinum ejusce sensum perscrutari, quem hactenus tum omnino fugisse interpretum turbam, tum nullatenus maris dominio reluctari, quicunque diligentius rem totam inspexerit, persuasissimum sibi, opinor, habebit. Libello supplice Eudaemon naufragus ab imperatore petierat, ut bona naufragii sui a publicanis direpta sibi restituerentur. Verba sunt, Volusio Maetiano [a] ab intimis imperatori consiliis, Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων, *Domine imperator Antonine, naufragium in Italia* (sed de lectione statim plura) *facientes, direpti sumus publicanis Cyclades insulas habitantibus.* Responsum tulit ab imperatore hujusmodi plerumque, in libris vulgatis, punctis distinctum, Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος· ὁ δὲ νόμος, τῆς θαλάσσης· τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μή τις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται· τοῦτο δὲ αὐτὸ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν. Quod verti solet, *Ego quidem mundi dominus; lex autem, maris. Lege id Rhodia quae de rebus nauticis scripta est, judicetur, quatenus ei nulla nostrarum legum adversatur. Hoc idem divus quoque Augustus judicavit.* Nec de versione aut lectione responsi controversia aliqua habita est, praeterquam in verbis illis ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, quibus respondet, *lex autem maris* periodo clausuli; ut plerumque sumitur, atque ut recepta lectione nos in objectis superius [b] memoravimus. Eorum qui ita verti volunt, fuere non pauci qui adversativo δὲ *autem* innui existimarunt, imperatorem reliqui terrarum orbis dominum quidem se esse respondisse, non autem maris; sed ejus legem tantum, non hominum quenquam, esse dominum. Andreas Alciatus, *Dum dicitur,* inquit [c], *Ego quidem mundi dominus; lex autem, maris; quidam Gallici doctores existimabant per adversativum, maris imperium ad imperatores non pertinuisse.* Subjicit vero, *Quod sane perridiculum est: tametsi Baldus* [d] *& Jason* [e] *ratione existimaverint Venetos Romano imperio subditos non esse. Sensus autem hujus legis is est,* scilicet, res maritimas lege Rhodia finiendas, ut paulo ante ipse explicat. *Nam cum imperator sit mundi dominus, certe non terra tantum sed & mare ipsius legibus parere debuerat, & ipse in eis leges statuere; cum tamen in mari non lege propria judicet, sed Rhodia, quae ab eo approbata est. Intellige ergo, dum dicitur,* Ego mundi dominus, *quia orbem terrarum ex lege mea rego.* Lex autem, *intellige Rhodia,* maris; *quoniam ex ea jus in mari redditur. Huic accedit quod particula haec* δὲ, *id est,* autem, *non ita adversatur, ut praecedentia semper excludat.* Ideo etiam vertit Alciatus, *Lex autem maris, qua lege Rhodiorum nautica judicetur,* &c. Meritissimo sane perridiculam appellat eorum sententiam, qui hinc maris imperium ad imperatores non pertinuisse elici velint. Nam detur ita respondisse imperatorem, ut vulgo vertitur; sibine ideo negat maris dominium, quia legem esse affirmat maris dominam? Nonne ipse interea mundi (ita scilicet respondit) adeoque legis ipsius dominus & arbiter? Quod illi placuit, lex [f] erat. Cujuscunque igitur rei lex domina esset, ipsius imperatorem (cui suberat ipsa lex) dominum non fuisse dicere, adeo absurdum est, ut nihil supra. Alii sensum verborum ad hunc modum reddunt, *Quamvis ego sim mundi dominus & imperator, atque ita legibus solutus, neque tenear ex praecepto aliquo subditis respondere, adhuc tamen lex sit domina & regina maris, id est, rebus quae in mari acciderunt, imperet mari, cum pertineat ad res nauticas, neque fiscus praeferatur cum subditorum damno, sed fisci & privati aequa lance debet tractari justitia, & ideo respondere tenebitur fiscus.* Ita Franciscus Amaya [g] in regio Granatensi senatu fisci regii patronus. Dominii marini negationis ne vestigium quidem ita admittitur. Sunt etiam qui sensum esse velint, ut Antoninus expressim dicat tam maris legem quam mundi dominum seipsum esse: *Ego quidem mundi dominus, lex autem sum etiam & maris.* Sic Joannes Igneus. Atque alii aliquot [h] hac propendunt. Quibus si assensum praebuerimus, etiam ipsum maris dominium imperatorem sibi satis tribuisse necesse est ut fateamur. Vir doctissimus autem Samuel Petitus Gallus, *Non negat,* inquit [i], *Antoninus se maris dominum esse, ut non possit leges dicere iis, qui navigant; vides enim velle jus dici Eudaemoni & publicanis qui in Cycladibus insulis ex lege Rhodia: neque item dicit se ita teneri hac lege Rhodia, ut non possit omnino Eudaemoni succurrere adversus hanc legem, si quid illi fiat injuriae; sed vult Eudaemoni judicium reddi ex hac quidem lege, ita tamen ut Romanarum legum nulli adversetur haec lex.* Ita interpretatur ille, etiamsi vulgata lectio retineatur; quam ille potius rejiciendam vult, atque *legis* nomen ibi dispungendum. Scilicet id quod est, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, *lex autem maris,* depravatum esse ex ὁ δὲ ἄνεμος τῆς θαλάσσης, *ventus vero maris.* Quasi imperator mundi quidem se dominum dixisset, sed ita

[a] 9. ἀξίωσις ff. de Lege Rhodia. [b] Cap. 2. [c] Dispunctionum lib. 2. cap. 5. [d] In Rub. de Rer. Divis. [e] L. : hoc jure, ff. tit. de Justitia. [f] L. 1. ff. tit. de Constitut. Principum. [g] Observat. Juris lib. 1. cap. 1. §. 76. [h] Fo ... itulus in Cupidine Jurisp. cap. 9. Mendoza, apud Amayam, loco citato. [i] Miscellan. lib. 3. cap. 11.

ventorum nihilominus imperio atque tempestatibus subesse mare, ut naufragia ne ipse quidem, etiamsi dominus, praepedire quiret. Etiam & cosmographiam deprecationis emendat Petitus. Verba illa ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ex librariorum incuria irrepsisse putat pro ἐν τῇ Τηλίᾳ (supple θαλάσσῃ) *in mari Telio*, seu AEgaeo quod circa Telum insulam. *Quid hic monstri est*, ait ille, *eos qui in mari ad Italiam naufragium fecerunt, a publicanis qui Cycladibus sunt insulis direptos fuisse? Quaenam haec est cosmographia? Unde publicani Cycladum insularum ad Italiam?* Quod appositissime dictum. Nam manifestum videtur de *Italia* ibi mendum. Et certissimum est Telon insulam, sive ex Cycladibus sive Sporadibus unam, in mari AEgaeo ita positam esse (id quod ex Strabone[a], Plinio[b], Stephano de Urbibus scimus) ut sibi res optime constet, Publicanos Cycladum naufragi in mari Telio bona invasisse; quod de mari seu litore Italico dicere, a ratione nimis est dissonum. Et forte in recensione illa marium apud AEthicum cosmographum priscum, *Mare Ionicum & AEgeum, mare Lautades* (quod pro *Leucadium* depravate legi putant viri docti) *mare Tillae*, ipsum mare Telium, etiam ex hac deprecatione, antequam depravata est, sumptum, innuebatur nomine *Tillae*. Atque de responso illo & libello supplice seu deprecatione Eudaemonis, ad hunc fere modum, quantum ad rem quam tractamus, viri docti. Ego vero cosmographiae emendationi libentissime assensum praebeo: sed lectionem veterem receptamque responsi mutandam non existimo, excepta duntaxat interpunctione. Punctorum saepissime ratio nulla habita est in codicibus priscis, neque usus ullus. Unde posteris subinde syntaxis confusio. Perquam exigua autem eorum hic mutatione (etiam & in libris editis[c] sane ipsa hic sunt) sensus mihi redditur non solum in deprecationis rem appositus & manifestus, verum etiam tum somnio illo de maris dominio imperatori ibi negato, tum commento de marino legis dominio expressim ibi tradito plane liberatus. Nec quod voluit imperator satis assecutos esse hactenus interpretes, in animum possum inducere. Nam quid hoc ad rem? *Ego sum mundi dominus quidem; lex autem, maris domina.* Si de lege generatim dicatur, certe lex aeque erat & continentis domina. Etiam in continente, ut in pelago, legis omnimodae dominus ipse Caesar. Atque ita sane nihil ad deprecationem hactenus attinuisset responsum. Si de lege Rhodia intelligas, eo sensu ut eam legem esse maris dominam vellet imperator (quemadmodum Alciatus) quid illud est quod sequitur? Lege Rhodia finiendam rem, quatenus Romanarum legum nulla adversetur. Anne lex Rhodia simpliciter maris domina, quae nihilominus, etiam dum eo insignita est titulo, legibus Romanis est coercenda? Concoqui haec nequeunt. Interpunge igitur, aut ad hunc modum, Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. Ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. Τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μή τις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται, *Ego quidem mundi dominus. Sed vero hujusmodi* seu *illa lex* seu *mos est maris. Lege Rhodia decernatur nautica, quatenus eidem nostrarum legum nulla adversatur.* Aut sic, Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. Ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τ[ῷ] νόμῳ τῶν Ῥοδίων, &c. *Ego quidem mundi sum dominus. Sed vero lex* seu *mos ille maris e[x] lege Rhodiorum nautica judicetur seu decernatu[r] quatenus*, &c. Eudaemon Asiaticus, Nicomedi[ae] Bithyniae urbe oriundus, mari in Telio (seu AE[]geo quod circa Telum) naufragium passus co[n]queritur bona sua publicanos Cyladum invasis[se] opem Augusti implorans, perinde ac si injuri[a] summa publicani ex ejus calamitate compendiu[m] sibi fecissent, dominum eum salutat & imperat[o]rem. Responso autem dominum se libenter a[g]noscit imperator, adeoque dominum, ut orb[is] terrarum, etiam ipsius mundi, dominatu suo co[n]tineri aiat. Quo etiam innuit suum esse suppl[i]cibus, qui injuria afficerentur, succurrere: at v[e]ro quod ad rem attinebat querelae, se deprec[a]tionem de naufragii bonis a publicanis dirept[is] utrum injuria id factum esset a publicanis, id n[on] satis constare. Quippe (si prior lectio nostra s[i] interpunctio admittatur) generatim, inquit, & [si]gulariter mos obtinet maritimus, seu lex mar[is] qua naufragorum bona ad publicanos pertine[nt]. Nam ita ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, *ille vero m[os]* seu *lex illa hujusmodi est maris*, refertur ad re[m] a publicanis gestam, qua in deprecatione brevi[ter] narrabatur. Quoniam vero mori seu legi h[uic] maritimae poterant esse, sive ex privilegio, s[ive] ex bonorum qualitate, sive ex alia aliqua non m[i]nus, pro re nata, obtinente lege, temperame[nta] aliquot, quorum ratione forsan aut publica[nis] esset, hac in causa bonis abstinendum, aut c[um] querenti ob temporalem aliquam exception[em] non agendum; ideo legibus Rhodiorum nava[li]bus, rem tam succincte nullisque adjectis circu[m]stantiis in libello expressam, recte voluit decern[en]dam, sed quatenus interea leges Romanae n[on] adversarentur. Neque multum discrepat sen[sus] si posterior admittatur interpunctio & ver[sio]. Mundi quidem sum dominus, & ditione mea t[am] mare quam tellus continetur. In utroque inju[ria] affectis, ut jus exigit, libenter succurro. Sed [ve]ro quodnam sit hac in causa jus maritimum, [et] an querenti fuerit succurrendum, decernatur [e] Rhodiorum legibus quae in mari, permittenti[bus] nobis, obtinent, ubi nostris non reluctantur. [Ad] priorem autem sensum, quo lex maritima [de] naufragorum bonis ac jure publicanorum (id [est] fisci, cujus jus in eos translatum) asseritur, firm[an]dum, haud parum facere mihi videtur, si co[n]terit ejusmodi legem seu morem tunc temp[oris] obtinuisse: quod interpretes hic admittere [non] solent. Id certum quidem est, jure Caesareo ([ut] nunc libris in Justinianeis illud conflatum ha[be]mus) naufragii bona[d] dominis pristinis ser[vari], adeoque & fiscum & publicanos inde arceri. [Et] tiam & morem, quo fisco applicantur, vel[ut] jure maxime alienum, tum in Romano Ger[ma]nici imperii sententiis receptis, tum in jure p[ontificio] damnari; quod superiore tetigimus ca[p]. Caeterum ipso Antonini hujus Augusti aevo (

[a] Lib. 10. [b] Lib. 4. cap. 12. [c] Vide Alciat. Disp. lib. 2. cap. 5. [d] L. 3. & 21. ff. tit. de adquir & ami[tt.] possess. l. 44. ff. de Adquir. Rer. Dom. l. 1. 3. & seqq. ff. tit. de Incendio l. 1. C. de Naufragiis.

toni[m]

tinum Pium intellige; quem scribit Julius Capitolinus in jure sanciendo usum fuisse Volusio Maetiano jurisconsulto; e cujus libris deprecatio & responsum quod tractamus in Pandectas transscriptum est) legem seu morem de naufragorum bonis fisco applicandis vim habuisse, non obscuris colligitur ex indiciis. Omnia fere quae in Pandectis occurrunt de eis pristino domino servandis, e Paulo, Callistrato, Ulpiano, qui compluribus annis post Antoninum hunc floruere, desumpta esse[a] manifestum est. Nonnihil etiam ad eandem rem e Prisco Javoleno[b], qui Antonino huic coaetaneus. Sed imperavit Augustus hic annos xxii. & sanctione, ut videtur ex Javoleno, fiscum hac in causa rigorem mitigavit. Unde facile evenire potuit, ut sub eodem & vis inesse potuerit legi seu mori qualem diximus, atque sub eodem potuerit sive abrogari, sive mitigari constitutio principalis, quae, in codice Justinianeo[c], cum hac in specie nolit se interponere, ab Antonio Contio, jureconsulto praestantissimo, Antonino Augusto ex autoritate codicis veteris MS. tribuitur; tametsi in editis *Constantini* nomen praefigatur. Verba sunt, *Si quando naufragio navis expulsa fuerit ad littus, vel si quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat. Fiscus meus sese non interponat. Quod enim jus habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur?* Etiam sub Adriano, hujus per adoptionem patre, ejusmodi quid rescriptum esse docet Ulpianus: *Licere unicuique* (sic Ulpianus[d]) *naufragium suum impune colligere constat, idque imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit.* Liquidissima sunt in hisce vestigia usus, sub id tempus, juris, quale diximus, fiscalis; quod & contra vim rescriptorum veterum repullulare solitum esse certo scimus. Nam & sub Theodosio seniore in usu fuisse illud aliquo elicitur ex Valgii, seu Victoris, naufragio apud D. Paulinum[e]. Exempla etiam similia sunt in imperii Romano Germanici libris[f]. Alia adferri queunt, ubi tamen leges aliquot in contrarium latae. Quin & rhetores prisci, tam Graeci quam Latini, dum de forensium quaestionum statibus exempla adducunt, hanc ipsam legem seu morem de naufragio moribus suis in Graecia ac Romano imperio usitatis ac vetustis immiscent, velut id quod erat receptissimum. Sopater & Syrianus[g] in Hermogenem, νόμος, Τὰ εὑρισκόμενα λάφυρα τοῦ στρατηγοῦ εἶναι· νόμος, Τὰ ναυάγια τῶν τελωνῶν εἶναι. Λάφυρα, χειμῶνος γενομένου, ἐπὶ τοὺς λιμένας ἠνέχθη, καὶ ἀμφισβητοῦσι περὶ αὐτῶν οἱ τελῶναι καὶ οἱ στρατηγοί. ἐνταῦθα οὐ δεῖ τῇ τῶν νόμων ἀναγνώσει προσέχοντας πλανηθῆναι, ἀλλὰ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων σκοπεῖν, *Lex est, Spolia quae reperiuntur, ad ducem exercitus attinere; lex item, naufragium esse publicanorum. Mari procelloso, spolia in portum feruntur. Controversia de eis oritur inter duces & publicanos. Hac in specie non oportet legum lectione frustra torqueri, sed ipsam rerum naturam introspicere.* Quaestio scilicet est, spolia an naufragia jam dicenda haec bona. Curius item Fortunatianus[h], *Quae est simplex definitio? Cum unam rem simpliciter definimus. Ut, naufragia ad publicanos pertineant. Cujusdam naufragi corpus cum ornamentis ad litus expulsum harena obrutum est: id publicani eruerunt: rei sunt sepulchri violati. Hic enim simpliciter quaeritur, quid sit violare sepulchrum.* Quin scripsisse deprecationem illam & responsum Volusium Maetianum, in *libris publicanorum ex lege Rhodia* liquet; id est, in recensione jurium sive fiscalium sive publicanorum, in quibus etiam & naufragii e fisco applicandi sive jus sive mos. Quam accommodum est hisce, ut in responso illo Antonini Augusti verba illa ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης per *lex vero illa maris* vertantur, seu *mos ille maritimus*, quem ad leges Rhodias voluit ita ille exigi atque decerni, ut interea, si quod rescriptum aliave lex Romana adversaretur, ne Rhodiae quidem vim obtinerent. Et qualisnam tunc esset Adriani rescripti (de quo Ulpianus in supra citatis) vis, forte non satis erat, sine accuratiore examine ne jurisconsultis quidem, quorum opera in responso usus est Antoninus, exploratum. Sed, ut hanc rem demum expediamus, sive vulgatam versionem, sive nostram quis malit, dominium maris in responso illo negari, aut in eo quidquam vestigii, quod dominio ejus refragetur, comperiri, nemo hominum, puto, nisi rationi ipse renunciaverit, re tota rite perpensa, existimabit.

CAP. XXVI.

Recentiorum jurisconsultorum sententiis, qua adversantur, maxime Fernandi Vasquii & Hugonis Grotii respondetur.

SIVE solutis ad hunc modum, sive merito submotis jurisconsultorum veterum aliquot sententiis, quae ad perpetuam maris communionem asserendam solent adduci, difficile non est recentiorum autoritatem pariter reluctantem diluere. Nam si turbam eorum, satis quidem ingentem, qui sive ad corpus Justinianeum sive seorsim de hac re scribentes a communione illa naturali nolunt recedendum, contemplemur, id plane eos facere deprehendemus, ut qui in Ulpiani seu cujuscunque id genus alius magistri vetusti verba, quam par est, fuerint addictiores. Nisi dicamus eorum nonnullos non tam jus ipsum hac in re quam jurisconsultorum, qua traditae sunt, opiniones explicasse. Perinde ac siquis astronomica Aristotelis, Thaletis sententiam *terram mari ut discum innatare*, Stoicorum *hoc illam ut cingulum ambire*, veterum de immenso sub aequatore calore, & quae sunt ejusmodi alia, a posteritate, cui illuxit observationum experientia, rejecta damnataque, ita explicaret, ut non tam rem ipsam disquirere, quam autoris cujus vesti-

[a] Locis superius citatis. [b] L. 21. ff. tit. de adquir. & amitt. possess. §. 1. [c] L. 1. C. de Naufragiis. [d] L. 12. ff. tit. de Incendio. [e] Epist. 37. ad Micarium. [f] Chronic. Albert. Stadensis ann. MCXII. videsis Frederic. Lindebrog. in Glossario pag. 1443. [g] Εἰς στάσεις pag. 107. Venetiis 1509. [h] Artis Rhetoricae scholicae lib. 1. pag. 46. edit. Paris. MDXCIX.

gia

gia premeret, personam (ut quid ille tantum sentiret doceatur) induere videretur. Sed ut radice succisa arbor corruit, ita summota veterum illorum autoritate, recentiorum cuncta ab ea tantum suffulta enervantur. Jam vero quod e Fernando Vasquio superius adducitur, rationibus nititur aut manifesto falsis aut ad rem non pertinentibus. Nam quid hoc est? *Mare ab origine mundi* (sic ille) *ad hodiernum usque diem esse fuisseque semper in communi nulla ex parte immutatum, ut est notum.* Certe notissimum est eis, qui gentium seculorumque mores receptos juraque introspexerint, id quod maxime est contrarium, id est, maria aliquot tum in principum tum in privatorum dominium patrimoniumque jure exploratissimo transiisse; ut ex supra ostensis luculenter comprobatur. At vero & praescriptionem cessare inter invicem exteros, neque in jure gentium, sed civili tantum, locum vult [a] habere; adeo ut inter eos qui civili, quod praescriptionem admittit, juri communiter non subsunt (veluti inter principes binos supremos) praescriptio juxta ejus sententiam vim sortiatur nullam. Quo quid absurdius dici, ne cogitari quidem potest. Omnia fere juris gentium intervenientis capita ex praescriptione seu inveterata consuetudine, annoso utentium consensu stabilita, pendent. Ut taceamus de principibus quorum territoria olim Romano suberant imperio, postea non armis solum sed & praescriptione (quae in jura gentium passim admittitur) sui juris factis. Undenam fit ut servi jam non fiant, qui apud Christianos in bello capti, nisi quia ante secula aliquot [b] Christianae fraternitatis causa jus illud exolescere coepit, & praescriptio inter gentes est firmata? Unde redemptionis captorum pretia alia principibus, alia capientibus solvenda? Scilicet ut ubi decem millia aureorum non excesserit pretium, capienti; ubi excesserit, principi sit solvendum: *Quia*, inquit Nicolaus Boerius in Decisionibus Burdegalensibus [c], *si excedit, ut est quando quis cepit unum ducem aut comitem vel alium principem aut baronem, tunc est principis: & ita servatur in regno Franciae, & Angliae, & Hispaniae.* Temporis praescriptione servatum est inter principes: ideo & in jus transiit. Et praescriptionis sane titulum prorsus inter principes negare, est ipsa jura gentium intervenientia plane tollere. Quae habet Vasquius caetera de charitate, & de inexhausta maris abundantia (unde discrimen facit inter flumina & maria) atque id genus aliis, ad dominii rationem non omnino attinent; de quo ante satis monitum est. Ad alterum illum devenimus, virum ingentis eruditionis, & rerum humanarum divinarumque scientissimum, Hugonem Grotium; cujus nomen passim in ore hominum arripitur ut naturali & perpetuae maris communioni mire patrocinantis. Rem illam tractavit ille libris in binis, *Mari libero*, & in opere illo eximio *De Jure Belli & Pacis.* Quod ad Mare Liberum attinet, in Lusitanos de commerciis per apertum mare Atlanticum & australe Indicanis conscriptum; habet quidem in eo quae jurisconsulti veteres de maris communione. Eos etiam in partes, ad amplianda patriae commoda disputans, trahit; adeoque nec dominii privati capax mare esse probare nititur. Sed hoc argumentum est ei aliis ita prudenter circumvallatum, ut hoc utcunque sive suadente sive corruente, caetera rem, quae prae manibus habuit, sustinerent. In titulum insuper quem obtendunt Lusitani, inventionis, occupationis, item eum qui est donationis pontificiae, disputat. Et fere a communione illa naturali & perpetua, quam mordicus tenere volunt jurisconsulti Caesarei quamplures, ipseque firmare in rem suam nixus est, aut interdum recedere videtur, aut aegre sustineri posse fateri. Nam de maribus apud veteres Romanos inclusis, *Maris*, inquit [d], *natura hoc differt a littore, quod mare nisi exigua sui parte nec inaedificari facile, nec includi potest; & ut posset, hoc ipsum tamen vix contingeret sine usus promiscui impedimento. Si quid tamen exiguum ita occupari potest, id occupanti conceditur.* Partis exiguae & majoris discrimen in dominio privato statuendo locum, puto, non habet. Sed & *diverticulum maris* disertis verbis excipit. Et paulo post, *Non de mari interiore hic agimus, quod terris undique infusum alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit; de quo tamen satis constat locutos Romanos jurisconsultos, cum nobiles illas adversus privatam avaritiam sententias ediderunt. De oceano quaeritur, quem immensum, infinitum, rerum parentem, coelo conterminum antiquitas vocat.* Et dein, *In hoc oceano non de sinu aut freto, nec de omni quidem eo quod e litore conspici potest, controversia est.* Inferius etiam [e], *Adjungendum est, eorum qui dissentiunt autoritatem huic quaestioni* (de praescriptione loquitur) *non posse accommodari. Illi enim de Mediterraneo loquuntur, nos de oceano: illi de sinu, nos de immenso mari, quae in ratione occupationis plurimum differunt.* Et sane ut occuparetur totus oceanus, nemo existimare potest non esse difficillimum. Si tamen occuparetur, ut fretum aut sinus, ut totus orbis veteribus occupari a principibus dictus est, aeque etiam in dominium occupantis posset transire. Utcunque fuerint etiam alii [f], qui expressim maria interiora ac vicina ab aperto pelago seu diffusiore oceano, hic ex ipso jure itidem distinguant. Sed nec praetereundum est, eos in quorum gratiam libellum istum conscripsit Hugo Grotius, id est, ordines Hollandiae suae foederatos, non illibenter, seu potius, ut videtur, secundum ipsorum vota, audiisse de maris communione atque libero in eo ex jure naturali seu gentium piscatu sententiam (inprimis qua Grotii erat) a legato Jacobi regis magnae Britanniae, publice in Hollandia habita oratione, damnatam; aliosque, ne similem tuerentur, graviter ex ejus infortunio monitos. Cujus rei Grotius ipse testis est. *Pro navigatione*, scribit ille [g], *Indicana, pro servanda apud nos pannorum politura laboravi quantum alius quisquam. Pro libero vero piscatu in oceano tantum, ut Carletonus regis Britanniarum legatus, cum ab inimicis meis inci-*

[a] Illustrium controvers. lib. 1. cap. 51. §. 23. unde & V. Cl. Hugo Grotius in Mari Libero cap. 7. [b] Suarez de Legibus lib. 2 cap. 20. [c] Decisione 173. num 4. [d] Mari libero cap 5. [e] Cap. 7. [f] Jo. Gryphiander, de Insulis cap. 25. §. 52. [g] In Apolegetico eorum qui Hollandiae praefuerunt ante mutationem MDCXVIII. pag. 387. edit. Heidelberg. cap. 19 pag. 257.

tatus

latus esset, ut contra me jam captum (carceri traditus est rebus Barneveltianis immistus) *aliquid publice diceret, nihil quod diceret aliud invenerit, quam me principium fecisse sermonum de ea libertate, ut quae & jure gentium & omnem memoriam excedente usu niteretur; cum tamen a me in eo argumento nihil dictum scriptumve fuerit diversum ab iis, quae anno* MDCX. *foederatorum procerum legati in Britannia defenderant; atque antehac majores nostri, etiam ante secula aliquot. Et tamen aiebat is legatus mei infortunii exemplo terreri alios debere, ne eam sententiam tuerentur.* Verum quidem est licentiam in reos effundendi quicquid potentioribus placuerit, usurpari solere. Sed dicta haec fuere non tam in Hugonem Grotium, quam in ipsum (quod perperam obtenditur) communionis marinae jus naturale: cui expressius & simplicius multi, quam ipse, patrocinantur, tam docte & ingeniose, nemo. Nec, quantum scimus, ut res se tunc habuere, displicuit legati oratio Hollandiae proceribus. In libris autem de Jure Belli & Pacis [a], posita quidem originis privati dominii ratione in eo quod est, loca privatim assignata universorum commodis non sufficere, propter maris magnitudinem & abundantiam inexhaustam, quae sufficiat omnibus, in proprium id jus abire non posse concludit. Alia item adjicit de interminata maris natura; de quibus utrisque satis est dictum superius. Sed tandem receptis populorum moribus se dedit, & de maris proprietate seu dominio privato, ut re extra controversiam interdum concedenda, non semel loquitur. *Terrae*, inquit [b], *& flumina & si qua pars maris in proprietatem alicujus populi venit, patere debet his qui transitu opus habent ad justas causas.* Postea etiam de [c] fluminum proprietate verba faciens; *Ad hoc exemplum videtur & mare occupari potuisse ab eo, qui terras ad latus utrumque possideat; etiamsi aut supra pateat, ut sinus; aut supra & infra, ut fretum; dummodo non ita magna sit pars maris, ut non cum terris comparata portio earum videri possit. Et quod uni populo aut regi licet, idem licere videtur & duobus, aut tribus, si pariter mare intersitum occupare voluerint. Nam sic flumina quae duos populos interluunt, ab utroque occupata sunt, ac deinde divisa.* Alia affert de maribus occupatis, ita tamen ut intra diverticula & freta plerumque se contineat. Neque ex naturali jure seu ratione, sed ex instituto provenisse ait [d] mare non occupatum esse, aut occupari jure non potuisse. Mutato instituto, si quod dominio maris privato in jure veteri obstaret, mutari etiam communionis rationem. At satis illud mutatum esse ex iis quae hactenus demonstravimus abunde, ni fallor, liquet. Etiam ipsa jura tam civilia quam intervenientia plurimarum gentium huc faciunt abunde, ut est ostensum. Quibus insuper, ne quid trutinae praeponderationi desit, accedat, praeter jurisconsultorum Caesareorum, e Galliis, Hispania, Italia sententias superius, pro maris privato dominio allatas, Mantissa haec, quae ex ejusmodi etiam jurisconsultis generatim de mari disputantibus sumpta est. Eam, ut conflavit jurisconsultus in imperio Romano Germanico non incelebris, Regenerus Sixtinus, ipse quidem privato maris dominio reluctatus, exhibeo. *Quaestionis* inquit [e], *de mari & ejus litore est, An sicut flumina navigabilia, & per quae alia navigabilia fiunt, inter regalia referantur* (nam quicquid in regalibus est, ita est principibus privatum, ut subditis quod suum est; unde res fiscales ita privatae sunt) *ita etiam ipsum mare ejusque litus de regalibus sint? Cacheranus decis.* 155. *n.* 81. *& Ferrarius Montanus De Feud. lib.* 5. *c.* 7. *versic. Tametsi jus piscandi; maris administrationem & ipsum etiam dominium ad regalia refert, nec inter mare & flumen publicum discrimen constituit. Et Mynsingerus Resp.* 1. *nu.* 162. *decad.* 11. *proprietatem maris regalium speciem esse ait.* Sed ipse Sixtinus subjecit; *Sed verius est maris & litoris proprietatem de jure communi non esse de regalibus*, rem pro more eorum, qui Ulpiani verbis addictiores hic quam par est, disputans, & autores qui adversantur enumerans. Caeterum universis, quae hactenus ex tot seculorum gentiumque moribus, ac *jure* tam *plurimarum civili* quam *communi* seu *interveniente* deprompta sunt, rite perpensis, nemo, puto, dubitabit quin neque in natura ipsius maris, neque in *jure* sive *divino*, sive *naturali*, sive *gentium* quid maneat, quod ita dominio ejus privato reluctetur, ut id non jure omnimodo atque exploratissimo queat admitti; adeoque quin jure qualicunque dominii privati capax sit qualecunque mare; quod erat demonstrandum.

[a] De Jure Belli & Pacis lib. 2. cap. 2. §. 2, & 3. [b] Ibidem §. 13. [c] Ibid. cap. 3. §. 8. [d] Ibidem §. 10. [e] De Regalibus lib. 2. cap. 4. §. 97.

Libri Primi Finis.

MARE CLAUSUM,

SEU

De Dominio Maris

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Dicendorum in libro hoc ordo. Oceanus Britannicus quadrifariam partitus.

Demonstrato, superiore in libro, mare pariter ac tellurem dominii privati capax esse, idque ex jure omnimodo, sive divinum, sive naturale, sive gentium qualecunque accuratius perpendamus; restat ut de dominio serenissimi REGIS magnae Britanniae in oceano circumambiente, & cumulatissimis quibus id firmatur fulciturque testimoniis, dissertatio instituatur. Qua in re is ordo servabitur, ut praemittatur primo maris circumflui tum distributio tum varia appellatio, quae dissertationi inserviat. Dein ostendetur, a seculis vetustissimis per omne aevum, in nostra usque continenter tempora, dominium maris illius perpetua occupatione, id est utendo privatim & fruendo, signatum, propagatumque, velut nunquam non individuam sive corporis totius patrimonii regni Britannici, sive partis ejus, pro rata dominantium, portionem, seu ut telluris appendicem nunquam disjunctam, eos, qui per toties mutantes rerum status hic regnarunt, sive Britannos scilicet, sive Romanos, sive Anglosaxones, sive Danos, Normannos, adeoque reges insequentes (quoslibet pro diversa imperii amplitudine) ob tinuisse. Regum denique magnae Britanniae ma ris circumflui, ceu termini eorum imperii no terminantis sed terminati (ut agrimensorum ve bis utatur) dominium, perinde ac ipsius insula eaeterarumque quas possident circumvicinarum esse proprium.

Circumambiens magnam Britanniam oceanu quem Britannicum universim nuncupamus, qua drifariam partitur; idque ad quatuor mundi pla gas. Ab occidente Vergivius alluit, qui & Deu caledonii nomen induit, ubi Caledonum ora pulsat. Et Vergivii, in quo Hibernia sita es pars censetur mare Hibernicum, olim *Vallis Sc thica*[a] dictum, nunc *Canalis sancti Georgii* ap pellatum. Tam scilicet id quod plagam Hibe niae occiduam alluit, quam quod magnam Br tanniam (jam ita dictam) & Hiberniam interflui *Britannicum* dicendum. Neque enim haec so lum (quae etiam antiquitus *magna Britanni* atque interdum *insula* simpliciter *magna*[b] dic batur) sed etiam Hibernia insula, caeteraequ circumjacentes, *Britanniae* vocitatae. Unde sa pius Albion & Hibernia *insulae Britannicae* *Britannides* aeque appellantur. Quod videre e apud Strabonem, Ptolemaeum, Marcianum H racleotem, Plinium, Eustathium in Dionysiu Afrum, alios. Quin Hibernia Μικρὰ Βρεττανί dicta est Ptolemaeo[c]. Et vetustus scriptor Ethe werdus, *Hiberniam*, inquit[d], *petunt, Britann dem olim a Julio magno Caesare vocatam.* For

[a] Gildas Epist. de Excidio Britanniae. cap. 4.
[b] Aristides in Oratione AEgyptiaca.
[c] Magnae Constructionis lib. 2.
[d] Lib
usi

us fuerat is codice J. Caesaris integriori: nam llibi in Commentariis ejus quibus utimur, dicta eo nomine Hibernia. Et mutilum esse interlatumque librum illum, idque a Julio quodam elso, cujus nomen exemplaria MSS. interdum ae se ferunt, observarunt viri docti[a]. Ad septntrionem oceanus hic *Hyperboreus*, *Caledonius*, *Deucaledonius* nuncupatur; in quo sparsae inlae Orcades, Thule, aliae, quae *Britannicae* u *Albionicae* item & *Britannides*[b] dictae, mari luenti nomen tribuere. Et Thule quidem (quam ii Islandiam esse; alii, idque optime[c], Shetlaniarum seu Zetlandiarum maximam, Thilensell auris[d] dictam; aliter alii conjectantur) non som *Britannica insula* antiquitus vocitata, veım etiam in ipsa Britannia a nonnullis expressim ollocata est. Mahumedes Acharranides Arabs, ui & Aracensis & Albategnius dictus, matheaticus egregius, qui ante annos DCCCC. floruit, *Terrae latitudinem*, inquit[e], *observantes a loco ineae aequalitatis* (aequinoctialis) *versus septentrionalem partem, insula Tile, quae est in Briannia, ubi est majoris diei longitudo* XX. *horaum, eam determinari deprehenderunt*. Ptolemaeus[f] scilicet & ejus sequaces, qui parallelum per Thules seu Shetlandiarum septentrionalia, id est, per gradum latitudinis borealis LXIII. praeter quadrantem, ductum, orbis habitabilis terminum esse statuerunt. Etiam & alii Thulen pro ipsa Britannia usurparunt seu Anglia. Aderant olim imperatori Constantinopolitano fidi custodes seu satellites *Barangi* dicti, idque assidui. Ex Anglia desumptos esse liquet, tum ex Niceta Choniate[g], tum ex Codino Curopalate[h], qui eos Ἰγκλινιστὶ *Anglice* vociferationes in salutem imperatoris edere solitos scribit. Atqui in historia Annae Comnenae[i], Alexii filiae, diserte ἐκ τῆς Θούλης νήσου *ex Thule insula* eos advenisse memoratur. *Britannicae* demum dictae sunt pariter omnes insulae quotquot in mari hoc septentrionali sive cognitae sive auditae; quarum ultimas oras, etiam & ipsius Thules, ad latitudinis LXVII. gradum aut circiter pertigisse volebant aliqui veterum. Et Albategnius de oceano qua ab Hispanis respicitur verba faciens, *In eo*, inquit[k], *a septentrionali parte sunt insulae Britannicae, quae sunt* XII; *& post haec ab inhabitationibus elongatur*; *& quo procedat ignoratur*. Orientalis Britanniae pars oceano Germanico (Ptolemaeo ita dicto, quia Germanico litori praejacet) pulsatur. Ab Austro Galliam & Britanniam interfluit, qui *Britannicus* singillatim Ptolemaeo in-



[a] Lipſ. Epiſtolicar. quaeſt. lib. 2. cap. 3. & Elect. lib. 2. cap. 7. [b] Jo. Tzetzes Chiliad. 8. cap. 218. [c] Guil. Camden in Inſul. Brit. pag. 850. [d] Gaſpar Peucerus lib. de Terrae dimenſione. [e] De Scientiis Stellarum lib. cap. 6. [f] Geograph. lib. 2. [g] Hiſt. Graec. lib. 2. [h] De Officiis Conſtantinop. cap. 7. [i] Alexiados lib. 2. [k] De Scientiis Stellarum cap. 6.

digetatus.

getatus. Verum & *Britannicum* appellabatur totum illud mare, quod per lunatum Gallici litoris receſſum ſeu ſinum Aquitanicum in Hiſpaniarum litora ſeptentrionalia porrigitur. Teſtis eſt Mela, qui Pyrenaei promontoria in oceanum Britannicum procurrere ait. *Pyrenaeus*, inquit[a], *primo hinc in Britannicum procurrit oceanum; tum in terras fronte converſus Hiſpaniam irrumpit.* Quem tamen ſive Gallicum, ſive Cantabricum, ſive Aquitanicum a litoribus quae alluit, itidem dici nemo neſcit. Sed ab ampliſſima ſive Britannorum in mari dominatione, ſive eorum qui jura Britannici regni acquiſierant (quod hic idem eſt) eouſque etiam protenſum eſt maris & *Britannici* & *Anglicani* nomen. Quod etiam veterum nonnullis ad promontorium Nerium exporrigitur. Geographus Arabs, *Ab aquilonari*[b] *parte*, inquit, *Andaluſiam* (ita Hiſpaniam nominare ſolent Arabes) يحيط بحر الانقليسيين من الروم *ambit mare Anglorum, qui ex Romanis*, id eſt, qui ex Europaeis ſunt. Nam tum Romanos tum Francos generatim orientalibus dici Europaeos ſolenne eſt. Et dein من طيطلة الي سنت ياقوب علي بحر الانقليسيين تسع مراحل *A Toleto ad S. Jacobum, quod ſitum eſt ſuper mare Anglorum, novem ſtationes.* Et locum, ubi ſita eſt S. Jacobi urbs, vocat[c] *promontorium maris Anglorum.* Alia habet ille ejuſmodi. Ita demum velut in corpus unicum civile Britannia magna, inſulae circumjacentes & mare circumquaque alluens coaluere, ut *Britannici* nomine ſimul totum contineatur. Et mutua ſibi ſane invicem velut dignitatis nomina reddidere oceanus hic atque magna Britannia. Haec ſcilicet *oceani inſula*, ſeu *inſula Caeruli*[d], ſimpliciter veteribus dicta eſt; ut ille, *oceanus inſulae*, ſeu *Britannicus*.

His ita praeparatis; primo de Britannorum, antequam in Romanorum poteſtatem ſunt redacti, dominio marino; dein de ejuſmodi Romanorum hic imperantium dominio imperium inſulae & aſſiduo & neceſſario comitante, agitur in ſequentibus: poſtmodum vero Angloſaxonum, atque aliorum qui in Britanniis ſumma rerum, ante Normanni adventum, ſunt potiti, dominium ejuſmodi, ſecundum ea quae ſuppetunt apud veteres teſtimonia, explicatur: poſtremo, ad quadripartitam oceani Britannici diviſionem, ſingillatim cujuſlibet maris (cis Normannorum tempora) enarratur occupatio, & diutina atque aſſidua poſſeſſio; unde verum & legitimum dominium juraque quae prae manibus ſunt marina, uſque in noſtra tempora, filo velut continuo, deducantur. Sed vero, cum & ſeptentrionalis & occiduus oceanus latiſſime excurrat; hic ad Americam, ille non ad Iſlandiam ſolum & Groenlandiae litora, ſed ad metas plane incognitas, neque totus ſit Britannicus dicendus; quoniam tamen jura ſua ampliſſima tam in hoc quam in illo mari, etiam ultra Britannici nominis m tam, habet ſereniſſimus rex magnae Britanni ideo neque haec viſum eſt omnino praetermitte

CAP. II.

Britannos oceanum cognominem, max me qui auſtralis eſt & orientalis, Romanorum poteſtatem nondum r dactos, ut dominos, cum inſula o cupaſſe.

VERUM quidem eſt illud quod habet v praeclarus, *Non*[e] *ex eo ſolo quod terr populus occuparit, mare occupatum colligi poſſe nec animi actum ſufficere; ſed actu externo e opus, unde occupatio poſſit intelligi.* Non igit a nuda terrarum, quae oceano pulſantur, occup tione ſeu dominio argumenta ſunt omnino d ſumenda: ſed ab ipſo maris uſu ejuſmodi pr vato, qui in mari navibus ad dominium ſive tuta dum ſive vindicandum ſternendo, navigationis mod tranſeuntibus praeſtituendo, caeteris quae domin cujuſcunque marini fructus ſunt, percipiendis, qu caput eſt, ſive arcendis, ſive pro arbitratu admi tendis conſiſtit. Qua de re, per ſecula anter ora ad aevum praeſens, ea quae Britannia ſpectant, diligenter exequemur.

Vetuſtiſſimam memoriam, cui de rebus Brita nicis fides fere ulla ſit habenda, Caii Julii Ca ſaris tempore antiquiorem non eſſe merito ſt tuitur, ſeculis, quae praecedunt ſqualloreo fabul rum nimium obductis. Sub illius autem adver tum, non ita obſcura circumflui maris, maxim auſtralis orientaliſque, a Britannis occupati atqu ut a dominis poſſeſſi, velut perpetuae inſulae im perii appendicis, veſtigia reperiuntur. Etenim i non duntaxat navigantes & piſcantes mari ſu tunc uſi ſunt, verum etiam neminem praete mercatores ſuo injuſſu inſulam adnavigare ſine bant, nec quenquam omnino portus & oran maritimam explorare. Certe rem ita ſe habu iſſe, non leve eſt argumentum quod ex Caeſar ſubjiciemus. Quin argumentis & conjecturis, d ſeculis adeo retro diſſitis, venia ſemper dand eſt, maxime ubi inſequentium ſeculorum uſu atque teſtimonia adſtipulantur. Et quemadmodum in longinquo nimis poſitorum ſpatia quae oculis admodum in incerto ſunt, e propinquioris trianguli certiori ratione ſolent deprehendi; ita fere quicquid incerti fuerit in probationibus illis ex adeo longinqua vetuſtate adducendis, id ex continuato inde citeriorum ſeculorum more & jure certiore (quod in ſequentibus fuſe aperietur) ſatis manifeſtum redditum iri non dubito. Quod attinet ad ſingularem, priſco illo in aevo, Britannorum navigationis uſum, ſine quo maris hujuſmodi occupatio haberi nequit; utcunque adpulſu J. Caeſaris primo, inuſitatior longarum navium ſpecies[f] timorem iis injiceret, & ſecundo, navium omni-

[a] De ſitu orbis lib. 2. cap. 6. [b] Climat. 4. part. 1. [c] Climat. 5. part. 1. [d] In Catalectis Virgilii, de Sabino. [e] Hugo Grotius, de Jure Belli & Pacis, lib. 2. cap. 3. §. 11. [f] Caeſar de Bello Gallico lib. 4. & 5.

genum

enum numero (quippe quae ad DCCC; ut nonnullis placet, at M[a] excreverant) perterriti a litore discederent, minime ad navale bellum, quale unc imminebat, neque assuetum eis erat, satis armati; suas nihilominus naves eos habuisse, quibus per vicinum mare discurrere solerent, adeoque illud corporaliter occuparent, certissimum est. Celebriora prae aliis sunt quidem apud scriptores navigia eorum, quae suo more vimine contexta (ut in populis vetustioribus alii) & coriis bubulis circumtecta in usu habebant frequenti. Etiam de vetustis OEstrymnidum insularum (Britannicarum, quae Belerio promontorio adversae, 𝔖𝔦𝔩𝔩𝔶𝔢𝔰 & veteribus *Syllinae*[b] dicuntur, & circumjacentium) incolis, Festus Avienus[c],

> ------ *rei ad miraculum,*
> *Navigia junctis semper aptant pellibus,*
> *Corioque vastum saepe percurrunt salum.*

Et quod habet ille de negotiandi illorum jugi cura, adeoque navigandi usu, ad caeteros qui Britannici fuere juris aeque pertinet. Nec praeliis sane maritimis, pro seculi & populorum finitimorum more, gerendis coriacea haec atque viminea Britannorum navigia fuisse cuncta imparia sentiendum est, nec itineribus illius aevi longis minus idonea. Nam cum illis sex dierum spatium in oceano eos emensos interdum fuisse scribit expresse Plinius[d]. Etiam in historia legitur Britannica[e] Luidum, sub Caesaris aevum, Britanniae regem, multas insulas maris bello occupasse, quod potestatem navalem insignem classemque non inermem denotat. Verum quidem est naviculas in his fuisse (ut nullibi non sunt) quae praeliis & tempestatibus proculdubio fuere impares; quales scilicet J. Caesar, in angustias ab Afraniano exercitu redactus, construxit ad milites flumen transportandos, quemadmodum *eum* (quae ejus verba sunt[f]) *superioribus annis usus Britanniae docuerat. Carinae primum & statumina ex levi materia fiebant. Reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur.* De quibus item Lucanus[g],

> *Primum cana salix madefacto vimine, parvam*
> *Texitur in puppim, caesoque inducta juvenco,*
> *Vectoris patiens, tumidum circumnatat amnem.*
> *Sic Venetus stagnante Pado, fusoque Britannus*
> *Navigat oceano.*------

Et de his alii. Sed puppes quae sex dierum spatium per oceanum emetiri solebant, parvae, puto, eo saltem seculo, non sunt dicendae, nec quales militum tantum trajectioni construxit Caesar, carrisque junctis per millia passuum XXII. devexit, uti memorat ipse. Dubitari igitur nequit, quin tunc fuerint etiam Britannis navigia & magnitudine & usu oceano peridonea, etiam e materia jam dicta. Sed vero & e materia quae multo commodior esset firmiorque, naves eis bellicas construi oceanoque suo insulisque tuendis parari solitas fuisse, merito existimandum erit ex iis quae mox de vicinis aequore alluente arcendis dicetur. Frequentis autem piscationis usus inde apud eos asseritur (tametsi non desint qui septentrionaliores Britannos pisces minime gustasse[h] scribant) quod piscium grandiorum dentibus eorum cultiores ensium capulos insignire assueti sunt. *Qui student* (inquit de eis Solinus[i]) *cultui, dentibus mari nantium belluarum insigniunt ensium capulos. Candicant enim ad eburneam claritatem. Nam praecipua viris gloria est in armorum nitela.* Absque immensa hujusmodi belluarum copia, quae sine frequenti piscatorum tum numero tum opera capi non posset, ornatui huic materies minime, puto, suffecisset apud gentem bellicosissimam; in qua nullus mas nascebatur, cui in os primos cibos, in bellici studii auspicium, paterni gladii mucrone inferre non solebat puerpera. Et solennia erant matrum vota, ut non aliter ac in bello & inter arma mortem filii oppeterent. Scio haec apud Solinum plerumque scriptoribus capi, ac si de Hiberniae incolis tantum dicta fuissent. Qua in re, si quid video, plane hallucinantur. Caput habet Solinus de Britannia. Verba ejus sunt, *Finis erat orbis ora Gallici litoris; nisi Britannia insula, non qualibet amplitudine, nomen pene orbis alterius mereretur. Octingentis enim & amplius millibus passuum longa porrigitur, ita ut eam in Caledonicum usque angulum metiamur; in quo recessu Ulyssem Caledoniae appulsum manifestat ara Graecis literis inscripta voto. Multis insulis nec ignobilibus circumdatur, quarum Hibernia ei proximat magnitudine. Inhumana est, ritu incolarum aspero; alias ita pabulosa ut pecua, nisi interdum a pascuis arceantur, in periculum agat satias. Illic nullus anguis, avis rara, gens inhospita & bellicosa. Sanguine interemptorum hausto prius, victores vultus suos oblinunt. Fas ac nefas eodem animo ducunt. Puerpera, si quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inque os parvuli summo mucrone auspicium alimentorum leviter infert, & gentilibus votis optat, non aliter quam in bello & inter arma mortem oppetat. Qui student cultui, dentibus mari nantium belluarum,* & caetera, quae superius sequuntur. De insulis dein aliquot circumjacentibus, veluti Thanato, Haebudibus, Orcadibus, Thule, agit. Et, quantum ad mores attinet, concludit Britanniam *partim tenere barbaros, quibus per artifices plagarum figuras jam inde a pueris variae animalium effigies incorporantur.* Quae res satis est ex Caesare aliisque scriptoribus nota. Jam vero si ea quae periochen illam, qua prima Hiberniae mentio fit, sequuntur, de Hibernis, non de Britanniae magnae indigenis, intelligenda forent; sequeretur sane Solinum ibi, prorsus instituti in ipso limine oblitum, ad Hiberniam insulasque vicinas e Britannia Magna statim transiisse, neque de hujus indigenarum, in ipsa insula, moribus quidquam, praeter figuras cuti incorporatas, idque sub capitis calcem, meminisse. Quod mihi nullo pacto credendum videtur. Nec fert

[a] Guil. Pictaviensis in gestis Willielmi regis I. [b] Andr. Schott. Observat. Historic. lib. 3. cap. 22. §. 6. [c] In Oris Maritimis. [d] Hist. Natur. lib. 4. cap. 16. [e] Henric. Huntingdon. hist. lib. 1. [f] De Bello Civili lib. 1. cap. 54. & videsis Solinum cap. 35. [g] Pharsal. 4. [h] Dio Cassius lib. 76. [i] Polyhist. cap. 35.

ipsa sermonis ratio tam Hiberniam quam Britanniam Magnam hic intelligi. Nam de Britannia hac, *Multis*, inquit, *insulis nec ignobilibus circumdatur, quarum Hibernia ei proximat magnitudine. Inhumana est ritu incolarum aspero*, &c. Morum haec descriptio, quae statim subjungitur fusior, non aliter Hiberniae mentioni contexitur in editione Delriana & plerisque aliis quas in citatis secuti sumus. Et quis non videt descriptionis illius initium, adeoque insequentia, majori multo ratione sic ad Britanniam, de qua ex instituto verba fiunt, quam ad Hiberniam, cujus nomen obiter tantum interseritur, referri? Nec omnino obstat quod de angue ibi legitur. Notissimum quidem id esse fatendum est, si de Hibernia dicatur, in qua animal nullum venenosum; falsum, si de Britannia. Caeterum id etiam ipsum de Britannia nostra creditum est, idque in splendidiori superioris aevi literarum luce: ut scimus non solum ex Hieronymi Cardani libris de Subtilitate (in quibus [a] negatur Britanniam ejusmodi animal aliquod admittere) verum etiam ex Julii Scaligeri in eum Exercitationibus [b], qui hoc itidem admittit, & ad causas quare Britannia careat venenatis, frustra transit. Quod mirum sane est, cum in illum hic tam acriter scripserit, & utrique viri sane praestantissimi naturaeque callentissimi aliquamdiu in Britannia egerint. Sed hallucinationes hujusmodi (quemadmodum etiam quae apud Solinum occurrit de avibus apibusque) infrequentes apud scriptores non sunt. Et Romanum scriptorem summam exteris gentibus, quibuscum amicitiam non colerent Romani, barbariem tribuere (quod facit hic Solinus) solenne erat. Quod vero in editionibus nonnullis habetur, *Multis insulis nec ignobilibus circumdatur, quarum Hibernia ei proximat magnitudine, inhumana* [c], *ritu incolarum aspero*, &c. ac si ita etiam sensu & ordine continuato, quae sequuntur, ad Hiberniam plane spectarent; id sane contra veterum aliquot codicum spectatarumque editionum fidem, ex eo natum opinor quod de Hibernia sola in sequentibus lineis aliquot agi, cum vulgo perperam creditum est. Attamen & sic etiam, quae τῷ *magnitudine* sequuntur, aeque possunt & debent ad Britanniam, non ad Hiberniam, attinere. Quin & expressim Tacitus de Hibernis illius seculi, *Ingenia*, inquit [d], *cultusque hominum haud multum a Britannia differunt.* Jam vero, ut ad cultum illum qui ex piscium dentibus erat, redeamus; Gallicis adversus Romanos bellis fere omnibus (quod ait Caesar) ex Britanniis subministrari solebant auxilia. Aut igitur Britannorum sordidos & incultos, etiam & inertes, plerosque fuisse est dicendum (quod falsissimum esse constat) aut hinc conjectandum est piscandi usum genti fuisse frequentissimum, qui, simul cum navigationis & commerciorum frequentia, oceanum corporaliter ab eis occupatum esse demonstret. Hujusmodi autem occupationi corporali, si adjiciamus etiam ita mare aliis ab iis interclusum esse, ut pro arbitratu transitum & aditum praepedirent, quid vetat quo minus eos tam ex animi quam corporis possessione dominium manifestum sibi acquisiisse concludamus? Ita autem interclusum fuisse ab eis mare satis aperte docet videtur Caesar. Cum enim is primum in Britanniam trajicere contendens, de litore ac portuum situ diligenter in Galliis disquireret, idque convocatis undique mercatoribus Gallicis; adeo ea in re frustra fuit, ut ad haec exploranda, pro[r]sus scilicet incognita, C. Volusenum cum long[a] navi necesse ei esset praemittere. Horum enim prorsus ignari erant Galli, quia aditu prohibeba[n]tur, adeoque libero maris usu. Nam diserte, ho[rum] rum *neque temere*, scribit ille [e], *praeter merca[tores] tores illo adit quisquam*; *neque iis ipsis* (merca[]toribus) *quidquam, praeter oram maritimam, a[t]que eas regiones quae sunt contra Galliam, no[]tum est.* Neque igitur adpellere, invitis Britar[n]nis, ad litus quis jure usitato potuit praeter mer[]catores; neque ipsis mercatoribus fas erat aut lo[]ca litoris exscensioni idonea aut incommoda, a[ut] quibus exciperentur portus, operosius & penitiu[s] observare. Quanquam enim oram maritima[m] novisse hos dicit, attamen, *Qui essent ad maj[o]rum navium multitudinem idonei portus*, omnin[o] nesciebant; quod idem affirmat Caesar. Et or[as] maritimas, praeternavigando atque in ipso ma[ri] commercia cum insulae incolis exercendo, inv[e]fere mercatoribus tantum, ut videtur, permissum Quin vetus Caesaris interpres Graecus ibi, Ἀλλ(ος μὲν γάρ τις ὀ ῥᾳδίως τοῖς Βρε(τ)αννοῖς ἐπιμίσγε) πλ[ὴν] ἐμπόρων, *Alius quisquam, praeter mercatore[s] Britannis non facile miscebatur.* Nec tellu[re] scilicet, nec mari, cujus, ut ostensum est, fr[e]quentissimus eis erat usus, & a quo velut a te[r]ritorii, cujus erant domini, parte, exteros omne[s] praeter mercatores, arcebant. Unde sequitur et[i]am eos qui in Britanniam e Galliis Druidum di[s]ciplinae discendae causa frequenter trajicere solit[i] id non nisi temeritatis poenae obnoxios, venia a insulae regulis non impetrata, fecisse. A reguli[s] inquam, maritimis. Nam non unius imperio tun[c] suberant Britanni. Maris domini fuere, qui ma[]ritimis civitatibus seu provinciis imperabant; ve[]luti Cingetorix, Carnilius, Taximagulus, Sego[]nax in Cantio; alii in Regnis, Belgis, Durotrigi[]bus, Damnoniis, Trinobantibus, Icenis, Coritan[is] (populis qui Suffexiam, Surriam, agrum Hampto[]niensem, Dorsetiam, Devoniam, Cornwalliam Essexiam, Norfolciam, Suffolciam, Lincolnien[]sem agrum occupabant) id genus caeteris. Nam & Caesar ipse interiorem partem insulae ab iis in[]cultam ait, quos inibi natos proditum dicebant maritimam autem partem, ab iis *qui praedae a[c] belli inferendi causa ex Belgio transierant*; *qu[i] omnes fere iis nominibus civitatum appellaban[]tur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt & bello illato ibi remanserunt, atque agros co[]lere coeperunt.* Sed ille, pro quantitate insula[e] exigua sibi cognita, maritimas civitates seu pro[]vincias, illas tantummodo appellavit, quae Tha[]mesi fluvio australes sunt; maxime Cantium Regnos, & Belgas. Tametsi vero ita in singulari distraherentur imperia tunc orae maritimae, ni[]hilominus adversus hostem, seu ad mare (cuju[s] tutela ad omnes harum principes spectabat) tu[]

[a] De Subtilitate lib. 10. [b] Exercitat. 200. [c] Edit. Claudii Salmasii. Atque ita sane Cod. MS. vet. in bibliotheca Cotto[]niana. [d] In Vita Julii Agricolae. [e] De Bello Gallico lib. 4.

tandu[m]

andum, dubitari nequit, quin communi uterenur simul consilio; quemadmodum itidem in aliis ebus in externos hostes bellicis, ut videre est apud Caesarem [a], ubi summa imperii bellique administrandi communi Britannorum consilio permissa st Cassivellauno. Nec dominatui hujusmodi Britannorum marino obstat, quod apud Caesarem le Venetis, Galliae sub Ligeris ostium populo, egitur; eorum scilicet [b] amplissimam fuisse orae naritimae Galliae occidentalis autoritatem, & scientia usuque rerum nauticarum caeteros (scilicet icinos Galliae populos) eos antecessisse; atque aves eis fuisse, in praelio navali cum Decio Bruto ommisso, totas ex robore factas, apprime ereclas, &, sive vela pellicea, sive catenas ferreas pro unibus, sive trabes spectes, ad quamvis vim perrendam accommodatas; & numero circiter ccxx. aratissimas, atque omni armorum genere ornaissimas e portu profectas, classi Romanae adveris constitisse. Credendum certe non est, harum lerasque non fuisse subsidiarias e Britannia Venes petitas, aut quantacunque fuerit Venetorum otentia navalis, majorem tamen non fuisse quam ritannorum; etiam ipso autore. Nam non olum accersita ex Britannia a Venetis tunc auxia diserte scribit ille, verum etiam plurimas fuisse lis naves, quibus in Britanniam navigare consueerunt. At vero, ut superius ex ipso ostensum t, nemo temere Britanniam, seu Britannorum ujussu, adnavigabat. Praeter pelliceas igitur seu imineas Britannorum naves, fuisse eis dubitanum non est classem strenuam, quae etiam pro bitu arceret Venetorum naves illas armatissimas. liter qui fieri potuit ut, praeter mercatores, emo ex Galliis in Britanniae oram maritimam dmitteretur? Quin omni Venetorum senatu neito a Caesare, superstites fuere post Bruti victoam caeteri, inter quos tamen ne repertus quiem est qui portum Britanniae aliquem haberet xploratum; ut ex eodem liquet scriptore. Quod admitti posset, si aut Venetorum, qui illuc nagare consueti, potentia navalis Britannicae praetisset, aut illorum non multo superasset Brinnica, non omnino capio. Ratio autem cur sequenti Caesaris adpulsu nulla ejusmodi navis mari seu litore Britannico comperta sit (quod lde miratur Petrus Ramus [c]) nec de aliis ac vimineis Britannorum navibus scriptores Romani quantur, obscura non videtur. Nam navium od ubique fuerat, unum in locum, ad praelium n dictum, coegerant Veneti, ut expresse Caesar. igitur, ut credendum est, in iis esset classis Britannica in subsidium accersita, certe tota ante Caesaris adpulsum amissa est: nam periere unirsae Venetorum vires in praelio illo navali. uin & P. Ramus, de tempestate ingenti qua lii Caesaris naves magno cum periculo in oceo hoc usquequaque disjectae sunt, verba facis, *Haec tempestas*, inquit, *maris*, *Britannos es veluti ulciscentis fuit, & novum ac peremum regem indignantis.* Ac si dixisset in ipso eano fines fuisse Britannici imperii, quod ad um principem tunc transferri indignaretur oceis ipse. Quod vero habet panegyristes ille [d], de Julii Caesaris aevo, *Illa aetate nec Britannia ullis erat ad navale bellum armata navigiis*, aut oratorie tantum dictum est, atque ad Constantii Chlori Caesaris victoriam (qua C. Allecto, qui Britanniam invaserat, occiso, recepta est insula simul cum oceano, ut inferius ostenditur) impensius attollendam, aut de ipso duntaxat Caesaris adpulsus tempore capiendum. Aliter sane rationibus jam adductis, ac autoribus bonis subnixis, planissime adversatur, nec pro vero admittendum. Postquam autem in Romanorum potestatem redacta est insula, naves proculdubio armatae Britannis, ut in officio facilius continerentur, interdictae sunt. Unde postea scriptores de vimineis tantum verba faciunt.

C A P. III.

Septentrionalis maris dominos fuisse Britannos antequam subjugati sunt Romanis. Et mare & tellurem unicum imperii Britannici corpus constituisse.

Septentrionalis item, seu Deucaledonii, dominos fuisse Britannos sub id aevum, res est satis testata. Hanc oceani partem *maris sui secretum* dixere. Tacitus, ubi Julii Agricolae in hanc plagam navigationem memorat, *Britannos*, inquit, *ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tanquam aperto maris sui secreto ultimum victis perfugium clauderetur.* Atque in animosa Galgaci Caledonii oratione, qua milites ad pugnam hortatus est, *Nunc terminus*, inquit [e], *Britanniae patet.* Maris sui secretum, seu territorium in septentrione marinum, *terminum* suum appellabant. Quin idem Galgacus, *Nullae*, ait, *ultra terrae, ac ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romana.* Hujus tutandum aeque ac insulae dominium, innuens, utpote antea acquisitum. Quid quod scriptoribus illius seculi, *vincula dare oceano* & *Britannos subjugare* idem ipsum denotabat? Ita Lucanus intelligendus [f], ubi enumerat quas victoriae facies pompa potuisset Caesar praemittere in urbem regressus, Gallorum tantum populis arctoque subacta:

--------- ut vincula Rheno
Oceanoque daret! celsos ut Gallia currus
Nobilis, & flavis sequeretur mista Britannis!

Attamen nondum vincula oceano nostro data erant a Romanis. Insulam potius ostendit tantum, quam posteris tradidit Julius Caesar: neque ante Claudium pars ejus aliqua in Romanorum potestatem satis redacta est: neque maris imperium alio devolutum. Et tametsi sub Augusto Drusus Germanicus, per eam oceani partem, quae Rheni ostia & Cimbricam interjacet Chersonesum,

[a] De Bello Gallico lib. 5. [b] Caesar de Bello Gallico lib. 3. cap. 8. & 12. [c] De C. Julii Caesaris Militia, cap. de Praelio Nali. [d] In Panegyrico Maximiano dicto; Si mihi. [e] Tacit. in Vita Agricolae. [f] Pharsal. lib. 3.

ſoneſum, navigans[a], Friſios ſubegit, ea nihilominus victoria nulla pars oceani imperio Romano adjuncta eſt: totus Britannis, nondum omnino devictis, manebat. Neque indignum eſt quod hic obſervetur, C. Caligulam, qui Britanniae imminebat, ad tranſmarinas oceani noſtri oras ex Germania interiori profectum, Ὡς δὲ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατεύσοντα, *Velut in Britannia bellum geſturum* (quae verba ſunt Dionis[b]) *directa*[c] *in litore* circa Rheni oſtia *acie, baliſtis machiniſque diſpoſitis,* ſignoque pugnae dato, *nemine gnaro aut opinante quidnam eſſet coepturus, repente ut conchylia legerent, galeaſque & ſinus replerent, imperaſſe*; atque haec *oceani ſpolia capitolio palatioque debita vocantem* animos ſuſtuliſſe, ac ſi oceanum ipſum ſubegiſſet. *In indicium* tandem ſeu trophaeum ludicrae *victoriae altiſſimam turrem, e qua, ut ex Pharo, noctu ad regendos navium curſus ignes emicarent,* juxta *excitaſſe*; cujus nondum penitus vaſtatas ruinas, ſed aquis plerumque prope Cattovicum opertas, rarius nudatas, Britenhuis & T' Huis te Britten, id eſt, ut volunt aliqui, *domum Britannicam* vocant Batavi accolae, ſeu *Britannicam arcem.* Certe de turri a Caligula tunc ibi extructa res certa eſt ex Suetonio[d]. Etiam & ruinas haſce ejuſdem fuiſſe turris contendunt viri docti, Hadrianus Junius Batavus[e], Guilielmus Camdenus noſter[f], & Richardus Vitus[g]; aliis, ut Ortelio, Goltzio, Cluverio[h], refragantibus. Et tum de origine nominis, tum de ſignificatione eſt dubitatum. Qua de re nos non diſputamus. Sed fallor nimium, niſi Caligula non tam victoriam de Britannia ipſa ſperatam, ſaltem cogitatam, dum hoc fecit, neglexerit, quam ejuſmodi victoriae compendium joculariter inveniſſe ſibi viſus fuerit. Rem geſſit ut Britanniam ſubacturus. Et conchylia, *oceani ſpolia* ei dicta, marini dominii inſignia, ac velut certiſſimam imperii Britannici arrham ratus eſt. Accedit, merito exiſtimandum eſſe, territorium fuiſſe imperii Britannici unicum e tellure ſeu continente Magnae Britanniae inſulis circumjacentibus & maribus variatim interluentibus conflatum. Quod tum ex unico nomine illo *Britannico* totum territorii ejuſmodi corpus complexo (ut ſuperius narratur) elicere fas eſt, tum ex eo quod mare ipſum nonnullis, ut Albategnio, *Britanniae* pariter ac inſula vocabulo ſit inſignitum, ubi Thulen oceani inſulam in Britannia collocat: ſcilicet, quemadmodum Sicilia, Corſica, Sardinia, aliae in mari Tyrrheno inſulae, partes[i] Italiae etiam & ei continentes in jure dictae ſunt, & Sicilia etiam *ſuburbana*[k] *regio* (poſtquam maris interfluentis & contermini erant domini facti Romani) nominabatur; & ſimul omnes cum Italia & ipſo mari unum corpus ſeu provinciam confecere: ita inſulae quas diximus omnes Britannicae cum Britannia Magna atque interluentibus circumfluiſque maribus, unum Britanniarum ſeu imperii Britannici corpus rite erat indigetandum, tam maribus quam inſulis in dominium eorum, qui rebus hic potiti, ſemper tranſeuntibus. Unde forſan evenit, quod Britannici imperii ſeorſim aeſtimati magnitudinem tantam arbitrati ſint Romani, *ut Britannia*[l] *non circumfuſa oceano, ſed complexa oceanum ipſum videretur,* ut panegyriſtes ille.

CAP. IV.

Oceani Britannici dominium ipſam Britanniam Magnam devictam ſequebatur, ſub Claudio & Domitiano Auguſtis.

Debellatis poſtmodum a Claudio Caeſar auſtralioribus Britannis, & in deditionem accepta inſula Vectae, acceſſit cum illis, velut victoriam pars neceſſario comitata, Romano imperio Britannicus oceanus; qua ſaltem ſubactae inſulae parti praetendebatur. Inde ejuſdem aevi poeta[m] anonymus ad Claudium de Britannia ſubacta:

Auſoniis nunquam tellus violata triumph
Icta tuo, Caeſar, fulmine procubuit.
Oceanuſque tuas ultra ſe reſpicit aras;
Qui finis mundo eſt, non erat imperio.

Et dein,

Eufrates ortus, Rhenus recluſerat arctos,
Oceanus medium venit in imperium.

Ipſum oceanum imperio cum Britannia Romano tunc ſubjugatum ait; ut poſt etiam expreſſius:

At nunc oceanus geminos interluit orbes;
Pars eſt imperii, terminus ante fuit.

Terminus erat Romanorum per Gallias & Germaniam imperio oceanus Britannicus; devictis Britannis, ſtatim imperii pars fiebat. Iterum,

Oceanus jam terga dedit; nec pervius ull
Caeſareos faſces imperiumque tulit.

Et,

Illa procul noſtro ſemota excluſaque coelo
Alluitur noſtra victa Britannis aqua.

Noſtram aquam oceanum appellat non min, ac inſulam ipſam, devictum. Unde & Roma cingi jam imperium Romanum oceano ſcrib, poſtquam nempe ſubacta eſt Britannia:

Quam pater invictis Nereus vallavet
undis.

Undarum imperium inſulae dominium ſemper ſecutum eſt. Et Seneca[n] de eodem Caeſare x hoc mari:

[a] Dio Caſſius lib. 54. Plin. lib. 2. cap. 67. Sueton. in Claud. cap. 1. [b] Adde Aurel. Victorem, ut emendatur ab Andrea Sch Obſervat. Hiſtoric. lib. 3. cap. 21. [c] Sueton. in Calig. cap. 46. [d] Ibid. [e] In Batavia cap. 10. Inſulis Britann. pag. 852. [g] Hiſtoriar. lib. 4. not. 56. [h] De Rheni Alveis cap. 14. & videſis Ortelium in Theſaur. graph. verb. Britanni. [i] L. 9. ff. tit. de Judiciis & l. 99. ff. tit. de V. S. [k] Cicero actione 2. in Verrem, & Florus lib. 3. cap [l] Panegyric. Maximiano dictus. Si mihi. [m] Epigr. Vett. lib. 2. & in Catalect. Vet. Poet. lib. 1. tit. 7. [n] In Octav. act.

-------pait

----------*paruit liber diu*
Oceanus, & recepit invitus rates.
En qui Britannis primus impoſuit jugum,
Ignota tantis claſſibus texit freta.

uin in ejuſdem Apocolocynthoſi,

Juſſit & ipſum
Nova Romanae
Jura ſecuris
Tremere oceanum.

ritannicus oceanus palam intelligendus. Et priſ-us autor Hegeſippus, *Plus* (inquit [a], Agrippae egis perſonam induens Claudium alloquentis) *uit tranſiiſſe ad Britannos, quam triumphaſſe de Britannis. Quid enim facerent, elementis jam Romanorum imperio ſubactis? Docuit illos oceanus ſervitutis patientiam, poſtquam transfretantibus & ipſe Romanorum navigiis inſuetam ſibi ſervitutem agnoverat.* Hinc etiam *navalis corona* in principis honorem *faſtigio domus Palatiae fixa* eſt, *trajecti & quaſi domiti oceani inſigne*, quod ait Tranquillus [b]. Verum haec ad mare auſtralius tantum pertinent: ſeptentrionalius haud navigatum eſt Claudii claſſi: neque enim ejus eouſque pertingebat victoria. Primum autem ſub Domitiano circumnavigata eſt inſula Romanis; & tunc primum illud noviſſimum mare ab eis cognitum domitumque. Tacitus de Julio Agricola in Britannia propraetore, *Hanc*, inquit, *oram noviſſimi*, Caledonii, *maris tunc primum*, ſub Domitiano, *Romana claſſis circumvecta, inſulam eſſe Britanniam affirmavit, ac ſimul incognitas ad id tempus inſulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque.* Quod itidem Juvenalis [c]:

---------*arma quidem ultra*
Littora Juvernae promovimus & modo captas
Orcadas. ---------

Modo captas dicit, id eſt, ſub Domitiano. Et error eſt manifeſtus apud Euſebium Hieronymianum, *Claudium Orcadas inſulas Romano adjeciſſe imperio.* Quem tamen ſecuti ſunt Oroſius, Caſſiodorus, Eutropius, Beda, Nennius, Ethelwerdus, alii. Sed contrarium ex unico Tacito, ſcriptore coaetaneo & graviſſimo, ſatis evincitur. Quae vero occurrunt apud Valerium Flaccum [d], Silium Italicum [e], Statium [f], alios, de Caledoniis & Thule ſubactis ante Domitiani tempora, ita tantum intelligenda ſunt, ut aut more poetico ſeptentrionaliorum nomen pro Britannis quibuſcunque per ſynecdochen uſurpari exiſtimemus, ipſamque *Thulen* pro Britanniae parte qualicunque, aut Romanis *Caledonios* generatim Britannos tantum non auſtrali litori proximantes denotaſſe. Nam & Julius Florus [g] auſtrales Britannos *Caledonias ſecutum eſſe in ſylvas* J. Caeſarem ſcribit, id eſt, plane in ſylvas Britanniae auſtralioris. At vero cum Julius Agricola ſub Domitiano inſulam tam navali quam terreſtri bello ſubegiſſet, & circumvecta claſſe oceanum Caledonium ita proprie dictum, quod *maris ſui ſecretum* (ut obſervatum eſt ſupra) appellabant Britanni, undique aperuiſſet, Orcadaſque domuiſſet; adjectum tunc fuiſſe Romano imperio mare etiam illud ſeptentrionalius, atque adeo Romanos Britannici maris totius non aliter ac inſulae dominos fuiſſe, par eſt ut cenſeamus. Quod & diſertis fere verbis teſtatur Tacitus. Is de Agricola Caledonios armis petituro verba faciens, *Claſſis*, ait, *ab Agricola primum aſſumpta in partem virium ſequebatur egregia ſpecie; cum ſimul terra ſimul mari bellum impelleretur, ac ſaepe eiſdem caſtris pedes equeſque & nauticus miles mixti copiis & laetitia, ſua quiſque facta, ſuos caſus attollerent; ac modo ſylvarum & montium profunda, modo tempeſtatum & fluctuum adverſa, hinc terra & hoſtis, hinc auctus oceanus militari jactantia compararentur. Britannos quoque (ut ex captivis audiebatur) viſa claſſis obſtupefaciebat, tanquam aperto maris ſui ſecreto ultimum victis perfugium clauderetur.* Clariſſimum dominii maris Britannici teſtimonium; quod tam Britannos Caledonios antea, quam Romanos poſtea dominos agnoſcit. Utrum *auctus* an *victus* oceanus ibi legendum, dubitarunt viri docti. Sed utraque lectio dominii acquiſitionem palam denotat. Et *auctus oceanus* mare Caledonium reliquo mari a Claudio, cum auſtraliori inſulae parte, Romano imperio adjecto jam acceſſiſſe ſignificat: quemadmodum *Auctum* dicebatur *circi ſpatium, quod ſupra definitum modum victoriae adjungebatur*, ut habetur apud Feſtum [h]. Et oceanum Britannicum ita in Romanorum poteſtatem tunc redactum, velut perpetuam inſulae ac individuam appendicem, cogitavit forſan Papinius [i], ubi Domitianum, ſub quo haec in Britannos victoria, ita alloquitur:

-------*maneas hominum contentus habenis,*
Undarum terraeque potens ---------

Certe & ſcriptor nuperus [k] ipſum ait Julium Caeſarem *Inſulae fretique Britannici imperium ſibi aſſeruiſſe.* Et tam ſumma id dicit cum ratione, dum utriuſque imperium velut individuum conjungit, quam nulla, dum inſulae imperium Julio Caeſari tribuit.


CAP V.

De Romanorum dominio in mari Britannico, ut inſulae appendice, a Domitiano ad Conſtantium Chlorum Caeſarem, ſeu Diocletianum.

SUbactis vero, ut dictum eſt ſuperius, & inſula, & qui circumvolvitur, oceano a Romanis; ut terreſtre imperium tuebantur praeſides ac

[a] De Excidio Hieroſolymit. lib. 2. cap. 9. [b] In Claudio cap. 17. [c] Satyr. 2. [d] Argonautic. lib. 1. [e] Punic. lib. 3. [f] Sylvarum lib. 5. in Protreptico ad Criſpinum, Vectii Bolani, propraetoris, ſub Vitellio, Britanniae filium. [g] Lib. 3. cap. 10. [h] In verb. *Auctum.* [i] Thebaidos lib. 1. [k] Jac. Chiffletius in epiſt. dedicat. ad libellum de Portu Iccio.

legati, ita marinum archigubernus cum classe numerosa. Eo enim nomine appellabatur praefectus classis Britannicae, seu, ut in Pandectis Florentinis [a], *archigubernius:* quod scimus ex Javoleni J. C. sub Adriano & Antonino Pio Augustis, epistolis: *Seius Saturninus*, inquit ille [b], *archigubernus ex classe Britannica, testamento fiduciarum reliquit haeredem Valerium Maximum trierarchum; a quo petiit, ut filio suo Seio oceano, cum ad annos sedecim pervenisset, haereditatem restitueret.* Verum cum in perdomandis & retinendis Britannis Caledoniis, plurimum laboris, emolumenti parum fore perspicerent Romani, ita praetenturis terrestre imperium, in austrum recedentes, relicta Barbaris septentrionali insulae parte, limitabant, ut oceani imperium juxta illis minutum esse credamus necesse sit. Praetenturae illae in historiis de Adriano, Antonino Pio & Severo Augustis obviae. Ea autem quam sive muro sive vallo ab orientali litore ad occiduum per Brigantes ducto statuit Adrianus & instauravit Severus, coercebatur Romanorum territorium intra eosdem pene fines qui Claudii victoriam terminarant. Altera vero, quae ad Glottam & Bodotriam aestuaria insulam intersecabant, Romanum imperium Britannicum sub Antonino Pio, ac postea sub Valentiniano, & Valente, & sequentibus aliquot imperatoribus, finiebat. Unde forsan nec multo septentrionalioris oceani, quam qui horum territoriorum oras allueret, postmodum Romani erant domini. Caeterum post Seium Saturninum, classis, quem diximus, sub Adriano aut Antonino Pio Britannicae praefectum, de maritimis rebus Britanniae usque ad Diocletiani tempora, pene etiam de ipsa Britannia, apud scriptores altum est silentium. Infestantibus autem sub Diocletiano mare Britannicum, per Aremoricum & Belgicum tractum, Francis & Saxonibus, ad illud pacandum missus est C. Carausius, genere quidem infimus [c], sed consilio & manu promptus. Et hanc maris praefecturam poposcisse ipsum scribit Galfredus Monumethensis, atque promisisse *tot & tanta se inde adepturum, quibus rempublicam magis augmentaret, quam si ipsi regnum Britanniae traderetur.* Ille autem, *multis Barbaris saepe captis* (quae sunt Eutropii verba; & de mare Britannicum, cui a Caesare ut ejus domino, qua Britanniae imperium tenebat, praeficiebatur, infestantibus fiunt) *nec praeda integra, aut provincialibus reddita, aut imperatoribus missa, sed sibi soli retenta, cum suspicio esse coepisset, consulto ab eo admitti Barbaros, ut transeuntes cum praeda exciperet, atque hac se occasione ditaret, a Maximiano jussus occidi, purpuram sumpsit, & Britannias occupavit.* Firmatis demum & mari & terra praesidiis, utriusque imperium, utpote semper conjunctum, septennio [d] obtinuit; extinctus a socio suo C. Allecto, qui triennio idem successor possidebat. Hic autem ductu Asclepiodoti praefecti praetorio (postquam ita incertus consiliique inops a Constantio Chloro Caesare, qui in Britanniam ad eum reprimendum trajecerat ipse, redderetur, ut tunc denique senserit, quod *non munitus esset oceano, sed inclusus*, ut loquitur Panegyrici autor [e] ad Maximianum) tandem victus & occisus est. Atque ita & insula simul & oceanus, qua Romanorum hic imperio praetendebatur, post decennium receptu[s] est. Neque aliunde, quam ab hoc decennii i[n] Britanniis imperio, excusi sunt nummi illi & C. Carausii, & C. Allecti, cum inscriptionibus IMP. C. CARAVSIVS P. F. AVG. & IMP. C. ALLECTVS P. F. AVG. Ectypum autem ex aereis Allecti adjicimus, ut eorum inscriptio in parte aversa, Triremis cum VIRTVTE AVGVSTA, simul observetur; qua imperium ejus Britannicum oceani circumflui dominio maxime subnixum esse quin vellet, vix dubito. Restitutae ita cum oceano Britanniae insigne etiam testimonium est panegyricus ille, cujus autorem alii Mamertinum, Eumenium alii putant.



O victoria multivaga, inquit ille, *& innumerabilium triumphorum, qua Britanniae restitutae, qua gentes Francorum penitus excisae, qua multis praeterea gentibus in conjuratione illius sceleris deprehensis, imposita est necessitas obsequendi; denique ad perpetuam quietem maria purgata sunt! Gloriare tu vero, Caesar invicte* (Constantium Chlorum Caesarem, jam memoratum, alloquitur) *alium te orbem terrarum peperisse; & Romanae potentiae gloriam restituendo navalem, addidisti imperio terris omnibus majus elementum. Majus elementum* orator dicit, pro ipso oceano Britannico, quem ita expressim ait cum Britannia restitutum. Et singulare sic est, Romanos de imperiis Britanniae & maris cognominis, veluti semper individuis, loqui. Et de *lue illa*, quam *solis Britanniae visceribus intabuisse* ait, seu de periculo Romano imperio tunc imminente, *Nullo certe*, inquit, *fine montium aut fluminum terminabatur, quem dispositae limitis custodiae non tuerentur. Sed ubique navis, licet nobis virtutem felicitatemque vestram haberemus, magnis tamen terroribus imminebat, qua jacent maria, qua venti ferunt.* Et mox, *Hac victoria vestra non Britannia solum servitute est liberata, sed omnibus nationibus securitas restituta, quae maritimo usu tantum in bello adire periculi poterant, quantum in pace commodi consequuntur.* Allecti etiam imperium *vim nauticae rebellionis* expresse nuncupat idem; *atque ipsam*, inquit, *Britanniam, quae sedem tam diuturno sceleri praebuisset, constat victoriam sola sui restitutione sensisse vestram.* Simul cum Britannia ipsa devicta concidit vis omnis nautica, quae in hac plaga, Britannia ab Allecto ita arrepta, necessario ut perpetua insulae comes in Augustos invaluisset. Et pergit panegyristes, *Ex aliis quidem partibus aliqua restant, quae si voluntas vel ratio desiderent, possitis ac-*

[a] Antoninus Augustin. de Nominibus propriis Pandect. Florentin. [b] ff. tit. ad senatusconsult. Trebellian. l. 46. [c] Eutropius hist. 9. [d] Orosius lib. 7. cap. 25. [e] Panegyric. Si mihi Caesar.

quirere;

urere; ultra oceanum vero quid erat praeter ritanniam? quae a vobis ita recuperata est, : illae quoque nationes terminis ejusdem in- lae cohaerentes vestris nutibus obsequantur. Iulla pragrediendi causa superest, nisi si (quod itura vetuit) fines ipsius quaerantur oceani. uaenam *nationes terminis Britanniae cohae- ntes* hic sunt praeter transmarinas, quarum li- ra terminis imperii, quod tunc Britannicum cen- batur, seu provinciae Britannicae terminis ma- nis, id est, oceano Britannico, cohaerebant? eluti Gallorum, & confinium. Nam de insu- ; exiguis quae proximant, intelligendum non t: neque enim earum incolae *nationes* dictae; :c panegyrici majestati consonum erat, e tam :iguis imperatori gloriam adaugere. Quin *na- ones illas terminis Britanniae cohaerentes*, seu haerentes Britannici imperii corpori terminis, paulo post subnexis, ipsos Galliae continentis, ujus litora terminis oceani cohaerent Britan- ci (qui civiliter ipsius insulae pars, seu territo- um cum eo conjunctum, habebatur) incolas isse ostenditur. Nam sic pergit ad explicanda a verba panegyristes, *Per victorias tuas, Con- anti Caesar invicte, quicquid infrequens Am- ano & Bellovaco & Trigastino solo Lingoni- que restabat, barbaro cultore revirescit.* Etiam eodem Carolus Sigonius, *Hac victoria*, in- uit[a], *non solum ipsa est recuperata Britannia, d Galliae quoque, Hispaniae, Italiae atque Africae orae perpetuis piratarum incursionibus beratae.* Scilicet Britannia cum oceano suo, vi eidem tuendo nautica, recepta, in tuto po- ae sunt non solum circumvicinae sed & longe ffitae provinciae maritimae, quarum universis pendebat hoc bellum, seu rebellio nautica, ae *tam late vagari & flagrare poterat, quam te omnis oceanus & Mediterranei sinus ablu- it*; quae item panegyrici verba. Britanniam stituere, recuperare, rebellionem nauticam hic mprimere, oceanum hunc purgare, ejusmodi ibita sunt, ut uno peracto caetera, ob conjunctum rpetuo insulae & maris cognominis dominium, nsequerentur. Et amissa Britannia, copiae Ro- anorum navales, quibus mare tutum, itidem iissae; restituta, etiam & hae cum oceano re- tuebantur.


CAP. VI.

De dominio maris australis & ori- entalis Britannicum comitante im- perium, a Constantini magni tem- pore usque dum insulae valedice- bant Romani. Id totum prae- fecturae comitis litoris Saxonici per Britanniam subfuisse. Et de classe sub Romanis Britannica.

EVO insequente, immutata sub Constan- tini tempora administrationis imperii formula, quemadmodum sub praefecto praetorio Galliarum vicarius Britanniae civili administrati- oni hic praeerat, & sub magistro militum occi- dentis comes Britanniarum & dux Britanniarum mediterranea insulae copiis tuebantur, ita sub ejusdem magistri dispositione vir titulo spectabi- lis, *Comes*[b] *litoris Saxonici per Britanniam*, prae- sidiis in litore australi & orientali Britanniae dis- positis, mari universo quod Gallias, Bataviam, & Cimbricam Chersonesum, & magnam Britanni- am interfluit, veluti parti seu termino terminato imperii Britannici, non aliter ac ejusdem imperii provinciae alteri, praefici est solitus. Quod in ipso nomine dignitatis est signantissime indicatum. Nam *dux Britanniarum, comes Britanniarum*, ut *co- mes Tingitanae, comes Hispaniarum*, id genus alii plurimi, a terris & regionibus quibus prae- erant, denominabantur. Atque inter dignitates illas, quae limitaneae fuere, eae a limitibus no- men semper accipiebant. Unde *comes limitis AEgypti*[c], *praefectus Euphratis*[d], *praefectus ripae Danubii*[e], *& comes Danubii*[g], & *quibus Rheni*[g] *mandata est custodia*, in Officiis Augusta- libus occurrunt. Scilicet fluvii hi Romani im- perii termini seu limites erant. Et comites seu duces Rheni verbis illis de Rheno innui putant merito viri docti[h]. Quemadmodum autem *Da- nubii, Rheni, Euphratis* nomina fines denota- bant septentrionales orientalesque imperii Roma- ni, ita planissime *litoris Saxonici* nomen seu limes orientalem australioremque finem imperii Britannici, seu quod Britannici nomine in Ro- manorum, ut corpus unum, potestatem redactum est. Adeo ut quicquid ad limitem illum pro- tendebatur, comiti litoris Saxonici per Britanni- am, ut praefecto territorii marini, seu insulae appendicis, proprie subjaceret. Jam vero pro- tensum est territorium illud seu provincia huic dignitati singulari subjacens per mare ipsum Bri- tannicum, a Britannico litore usque in litora transmarina, seu quae in Gallia, Belgia, Batavia, Cimbrica Chersoneso, Britanniae nostrae adversa sunt: ita ut quicquid a Britannico litore sive maris sive insularum interjaceret, comitis quem diximus praefecturae, veluti admiralli provincialis seu territorialis administrationi, accederet. Litora autem adversa illa *Saxonici litoris* nomine tota cognita tunc fuisse, manifestum fit tum ex Pto- lemaeo, Marciano Heracleote, Zosimo, ejus- modi aliis, tum ex Notitia dignitatum utriusque imperii. Etenim juxta Albis fluvii ostium, quod Cimbricae Chersoneso seu Daniae regni parti oc- cidentali proximat, Saxones a Ptolemaeo[i] & Marciano[k] collocantur, uti etiam in ipsa Cher- soneso Cimbrica. Atque a sedibus eorum pri- mariis & vetustis litus illud *Saxonici* nomen de- sumpsit. Gens autem inter Germanos praecipua, vicinis pulsis, in austrum per Batavicum, Belgi- cum, Gallicum litus sedes ampliabat: unde sub Rheni ostiis Batavorum agros eam etiam sub Constantini tempora occupasse, scribit Zosimus[l]. Atque ex eo quod haec insidebant litora Saxo- nes, & crebris per Galliarum tractum totum ma- ritimum exscensionibus factis & mare & tellurem inde

[a] De Occidentali Imperio lib. 1. [b] Notitia Dignitatum Imperii Occidentis. [c] Notitia Dignit. Orientis. [d] Inscript. Gruter. fol. 1090. 21. [e] Ibid. fol. 490. 2. [f] Sidonius Apollinaris in Panegyric. Anthemio dicto. [g] L. 9. C. Theod. lib. 7. tit. 1. [h] Marquard. Freher. Orig. Palatin part. 1. cap. 3. [i] Geograph. lib. 2. [k] In Periplo. [l] Histor. lib. 3.

inde infeſtabant, dictum eſt non ſolum litus illud Saxonum ipſorum ſeu limes imperii Britannici orientalis, verum & ipſum litus Belgicum & Gallicanum totum, quod Britanniae noſtrae adverſatur, Saxonicum litus, & limes Saxonicus. De Cimbrico & Batavico litore, in quo ſedes ſibi fecerant ampliores, res manifeſta eſt ex eis quae jam memorantur. De Belgico & Gallicano expreſſim itidem teſtatur Notitia dignitatum imperii. Etenim in ea habetur ſub diſpoſitione ducis tractus Aremoricani (qui totus eſt ab occidentali Gallia ſeu a Ligeris fluvii oſtio ad Sequanae oſtium) *Tribunus cohortis primae novae Armonicae, Grannona in litore Saxonico.* Ibi planiſſime litus Britanniae noſtrae auſtrali in Galliis adverſum *litus Saxonicum* appellatur. Et in eadem Notitia ſub diſpoſitione ducis Belgicae ſecundae (quae a Sequanae ad Moſae fluvii oſtium porrigitur, & Flandriam complectitur) habemus *Equites Dalmatas Marcis in litore Saxonico.* Atque in inſigniis ejuſdem ducis expreſſim item habetur *litus Saxonicum.* Ita totum quod a Cimbrica Cherſoneſo in occidentalem Galliam procurrit *litus Saxonicum* diſerte in Notitia dictum. Quod non ſolum a frequentiſſimis in ora ea maritima depraedationibus, quas exercere ſolebant [a] Saxones, ſed ab eorum exſcenſionibus ſedibuſque per totum illud litus ſubinde adquiſitis evenit. Adeo ut expreſſius nil dici potuerit, quam oceanum totum interjacentem, ut inſulae appendicem, ab auſtralioris inſulae partis domi tunc occupatum eſſe; niſi quis velit ea quae comitis, ducis, aliuſve praefecti limitanei ſedib propriis ad limites, a quibus ipſe denominab tur, protenduntur, ſive ejus imperio ſive prae cientium dominio non ſubjacuiſſe. Quod ſa abſurdum eſt, & a ſolenni imperii Romani a miniſtratione prorſus alienum. Sedes autem pr prias habuit comes ille litoris Saxonici per B tanniam, tantummodo in Britannia; &, ſub R manis, Britannicus duntaxat erat ille magiſtrat Neque Saxones ipſi alii quam hoſtes: & lit eorum, qua illud ipſi inſidebant, plane hoſticu erat. Sedes ſcilicet comiti huic, ſuo pro ar tratu, fuere in quolibet praeſidiorum, oppidoru ſeu urbium maritimarum novem, quas in lito Suſſexiano, Cantiano, Eſſexiano & Norfolcie ſitas, pro inſignibus, ad mare depictas & prin pali diplomati adjectas, ſemper habuit. Nomi harum fuere *Othona, Dubris, Lemmanis, Br nodunum, Garianum, Regulbis, Rittupae, A deridos* (ſeu *Anderida*) *Portus Adurni.* S praeterea fuere & vicario Britanniarum & du & comiti Britanniarum inſignia itidem cum ir perio data: huic, ipſa inſula arcis munitae gura in oceano depicta; duci, oppida aliqu mediterranea; & vicario, provinciae quinque quas inſula a Romanis partita. Quod videre in Notitia dignitatum. Ubi comitis litoris Sax nici, quem diximus, inſignia hac formula,



a Sidonius Apollinaris lib. 8. epiſt. 6.

ſcili

ilicet quae in codicillis depingi solebat, haben-r. Quod vero ad urbes illas in insignibus hisce aritimas seu oppida attinet; si rerum Britanni-rum peritis[a] credamus, Othona sita erat ad rinobantum litus, quod centuriae de Dengy in gro Essexiano praetenditur. Dubris idem est cum Dover. Lemannis circa Hith in litore Cantiano ollocabatur. Branodunum non aliud erat a Brancheſter in litore Norfolciensi prope Metaris stuarium. Garianum, aut Gernemutha erat, it locus proximans. Regulbium seu Regulbis, antii aquilonarem oram occupavit, Reculver jam ominatum. Rittupis seu Rhutupiae in Cantio ib Wantsumi fluvii ostium sedes habuit, forte ichborow. Anderidos Rotheri fluvii ripam te-nit, Newenden jam appellatum. Et demum ortus Adurni in viculum, nunc Aldrington vo-tum, prope Shoreham in litore Sussexiano, ansivit. Libri autem in insignibus illis figura, iae in codicibus Notitiae manuscriptis purpu-a seu lutea est, ut testatur Guidus Pancirollus[b], sa mandata Caesariana denotabat. Et, si Pan-rollo fides habenda, literae ei inscriptae nota-orum lingua significabant, *Felix liber injunctus tariis laterculi, continens mandata ordine rincipis*, seu *primicerii*, qui notariorum prin-ps. Ipsissimae eaedem literae in aliorum prae-ctorum insignibus interdum habentur. Quos-am autem in marini, quod diximus, dominii itelam sub dispositione sua haberet comes li-ris Saxonici per Britanniam, quale item offi-um, indicatur in Notitia ad hunc modum,

Sub dispositione viri spectabilis, comitis litoris Saxonici, per Britanniam.

Praepositus numeri Fortensium, Othonae.
Praepositus militum Tangricanorum, Dubris.
Praepositus numeri Turnacensium, Lemannis.
Praepositus equitum Dalmatarum Branodunensis, Branoduno.
Praepositus equitum Stablesiani Garrionensis, Gariannono.
Tribunus cohortis primae Vetasiorum, Regulbio.
Praepositus legionis II. *Aug. Rutupis.*
Praepositus numeri Abulcorum Anderidae.
Praepositus numeri exploratorum, portu Adurni.

Officium autem habet idem vir spectabilis comes, hoc modo.

Principem ex officio magistri praesentalium a parte peditum.
Numerarios duos, ut supra, ex officio supradicto.
Cornicularium;
Adjutorem;
Subadjuvam;
Regendarium;
Exceptores;
Singulares, & reliquos officiales.

Tam de militum quam ministrorum nominibus consulendus est Guidus Pancirollus. Neque hic locus est commentario, qui ea lectori inclinantis imperii Romani historia non satis versato explicaret. Numerorum vero rationem a Guido subductam, ut praesidia sub hoc comite, ad tutandam Britannici imperii tunc temporis appendicem hanc marinam adhibita, melius innotescant, adjicimus. *Sub hoc comite*, inquit[c], *erat una legio forte* M *peditum, & seni numeri, forte* MCC, *& duo ordines equitum ferme* CC. *Summa est peditum ferme* MMCC, *& equitum* CC. *praefecturam enim mille peditum hoc tempore fuisse Constantinus Porphyrogenneta*[d] *scribit.* Sic ille. Naves & classiarii, hoc saltem nomine, non memorantur in Notitia. Sed ut in hostium exscensiones, si forte acciderent, dispositi fuere ordines equitum, ita in numeris & legione classiarios contineri non est quod dubitemus. Quemadmodum etiam Flavius Vegetius, *Apud Misenum*, inquit[e], *& Ravennam singulae legiones Romani nominis cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis abscederent, &, cum ratio postulasset, ad omnes mundi partes navigio pervenirent.* In legionibus, seu harum nomine, ipsi classiarii ab eo censentur. Observandum vero interea est, diligentissimos Romanorum rerum indagatores[f], dum de classibus dispiciunt, praeter Ravennatem & Misenensem[g] (quarum haec *Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Africam, AEgyptum, Sardiniam atque Siciliam in proximo habebat*; illa *Epiron, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa navigatione consueverat*; quae sunt Vegetii verba; utraque ab Augusto Caesare[h] primum ad tuendas provincias maritimas ipsumque mare ibi instituta, & *praetoria* etiam ob dignitatem dicta) binas alias in ipso mari, sed minus celebres plerumque tantum adjicere: harum altera ad Forum Julii in Gallia Narbonensi[i], altera in ipso Ponto[k] collocabatur. Atque ita quatuor duntaxat in mari classes perpetuas seu celebriores Romanis fuisse plerumque admittitur. Alias quidem recte addunt fluminum classes etiam perpetuas, veluti Rheni, Danubii, in quibus Moesica, item & Pannonica, ejusmodi aliae. In his vero naves seu lembi, *lusoriae* seu *lusuriae*[l] dictae, ad imperii fines usque in ulteriores ripas & castella in eis extructa tuendos excubabant. Atque hac notione *lusoriarum* nomen binis Codicis Justinianei legibus[m] satis antea depravatis a praestantissimo viro Claudio Salmasio[n] restitutum est. Atque ut in fluminibus lusoriis seu navibus minoribus plerumque utebantur, ita in mari liburnis, quarum minimae remorum habebant singulos ordines, paulo majores binos, idoneae mensurae ternos vel quaternos, interdum quinos, ut docet Vegetius. Jam vero, utcunque apud veteris imperii Romani praesidii & munitionis omnigenae indagatores illos satis obscure aut negligenter verba de classe qualicunque Britannica fieri soleant; id nihilominus certissimum est, non solum singularem classem in Romano-

[a] Guil. Camden. in Sussexia, Cantio, Essexia, Norfolcia. [b] Ad Notitiam Dignitat. Occidentis, cap. 72. [c] Ibid. [d] Lib. Thematibus. [e] De Re Militari lib. 4. cap. 31. [f] Lipsius de Magnitudine Romana lib. 11. cap. 5. sed & vide Jul. Caes. linger. de Imperio Romano lib. 6. cap. 6. [g] De quibus item Tacitus lib. 4. Annalium. [h] Suetonius in Augusto cap. 49. acit. Annal. 4. Strabo lib. 4. [k] Joseph. Halos. lib. 2. cap. 26. [l] Cod. Theodos. lib. 7. tit. 17. De Lusoriis Danubii. 4. C. de Offic. Milit. Judic. & l. 4. C. de Offi. Magistri Officiorum. [n] In Notis ad Flavium Vopiscum. pag. 475.

rum praeſidiis perpetuis fuiſſe liburnarum Britannicam, qua mare de quo loquimur, velut inſulae magnae Britanniae appendicem, tutabantur, verum etiam aliam claſſem in oceano exteriore, ſeu navale aliquod alibi in maritimis ſive Hiſpaniae ſive Galliarum oris, extra mare Mediterraneum, non omnino eos habuiſſe: ſaltem nullibi apud veteres commemorari. Quod teſtimonium non contemnendum eſt, tum unicum confeciſſe Britannici imperii, jam ad Romanos devoluti, corpus mare ſimul & inſulam, tum jus ejuſmodi in mari, quo Britannicum erat, tunc obtinuiſſe, ut ſimile in plagis ſaltem occidentalioribus (utpote in quibus alia provincia non erat marina) non omnino reperiretur. Claſſis hujus Britannicae (praeter obvium illud quod de Seio Saturnino claſſis Britannicae archiguberno ſub Antonino ſeu Adriano Auguſto ex Pandectis[a] juris Caeſarei ſupra[b] habetur) expreſſa apud Tacitum etiam fit mentio, ubi de rebus cerialis & civilis ſub Veſpaſiano Auguſto locutus, *Circumſteterat*, inquit[c], *civilem & alius metus, ne quartadecima legio, adjuncta Britannica claſſe, affligaret Batavos, qua oceano ambiuntur.* Et nulla cum ratione doctiſſimus Lipſius opinatus eſt, hanc fuiſſe partem[d] claſſis luſoriarum quibus Rhenus fluvius inſtructus erat; partem ſcilicet ad exitum fluvii excubantem ſub arcem illam Britannicam, qua de nos ſupra[e]. Nam etiam Britannica integra erat & marina omnino, non fluviatilis. Marinam fuiſſe non ſolum res ipſa perſuadet, verum etiam tum jam dicta tum ea quae capite proximo dicentur de comite litoris Saxonici; qua ſaltem ex poſterioris rerum adminiſtrationis praeſidiorumque collocationis ratione, de priore, ut non raro, fuerit dijudicandum. Sibi vero integram fuiſſe hanc claſſem, ſuumque habuiſſe praefectum, teſtis eſt inſcriptionis veteris, Romae in palatio Capranicenſi, fragmentum[f], quo periit quidem ipſum nomen praefecti claſſis Britannicae. Sed ex eo liquet praefecturam ejuſmodi in Romanorum vetuſtis non incelebrem fuiſſe, eamque geſſiſſe quendam qui etiam claſſis Moeſicae & Pannonicae praefectus fuerat, uti etiam proconſul & praeſes Alpium, ſubpraefectus claſſis praetoriae, & tribunus legionis XVI. Illud ita ſe habet:

. . . .
. . . .
PRAEF. CLASS. BRIT. ET MOESIC. ET PANNONIC. PROC. ET PRAESIDI ALPIVM SVBPRAEF. CLASS. PRAET. TRIB. LEG. XVI. FL. ECPREPVSA.

Quin non ita leve eſt argumentum, claſſis illius in mari Britannico, velut provinciae Britannicae (juxta ea quae dicta ſunt) parte, tuendo, illis in ſeculis fuiſſe uſum frequentem, ex eo quod *ſcapharum exploratoriarum*, quae majoribus liburnis in excubando ſociabantur, nomen a Britannis in Romanorum ſcripta receptum fuerit, quemadmodum *copulorum*, qui[g] itidem in Rheni limite tuendo naves fuere luſoriae, nomen a Germani[s]. Eas vocaſſe Britannos *Pyctas* obſervabant R[o]mani. Flavius Vegetius, qui e commentariis C[a]tonis, Celſi, Trajani, Hadriani, ſub Valentini[a]norum aevo libros de re conſcripſit Romanoru[m] militari, *Scaphae*, inquit[h], *majoribus liburnis e[x]ploratoriae ſociantur, quae vicenos prope remig[es] in ſingulis partibus habebant; quas Britan[ni] Pyctas vocant. Per has & ſuperventus fier[i] & commeatus adverſariorum navium aliquand[o] intercipi aſſolet, & ſpeculandi ſtudio advent[us] earum vel conſilium deprehendi. Ne tamen e[x]ploratoriae naves candore prodantur, colore v[e]neto (qui marinis eſt fluctibus ſimilis) vela ti[n]guntur & funes. Cera etiam, qua ungere ſ[o]lent naves, inficitur, Nautae quoque vel m[i]lites venetam veſtem induunt, ut non ſolu[m] per noctem, ſed etiam per diem facilius latea[nt] explorantes.* Sic ille. Et libri editi habe[nt] plerumque hic *Pictas*, aut *Pyctas*. Manuſcri[p]tis vero aliquot quibus uſus eſt Godeſcalc[us] Stewechius legitur *Picatas*; uti etiam binis [in] bibliotheca ad D. Jacobi regia (quod adnota[vit] mihi vir doctiſſimus amiciſſimuſque Patricius J[u]nius) *Picatas*; unde in verſionibus Vegetii [ſu]periorum ſeculorum Gallicis habetur nunc *P[i]caces*, nunc *Pigaces*. Sed Stewechius ad cit[a]tum locum, *Mihi*, inquit, *verius videtur pinc[as] appellatas. Id enim navicularum genus etia[m] hodie Britannia & Batavia agnoſcit. Voca[nt] autem vulgo* Een Pincke. Utut vero ſe ha[c] res habuerit, exploratoriarum habes hic ap[ud] Vegetium, navium uſum cum liburnis conjun[c]tum, nomenque earum ex Britannico illius ae[vi] ſermone ita obſervatum, ut non omnino videat[ur] dubitandum, quin Britannis & in Britannica pr[o]vincia marina uſum earum fuiſſe aut perpetuu[m] aut frequentiſſimum ſimul ſentiret Vegetius. S[ed] ex vocabulis illis *Geſum*, *Trimarcia*, *Eſſedu[m]*, *Petoritum*, *Braccae*, id genus aliis ſive a Gall[is] ſive a Britannis in Romanorum linguam rece[p]tis, notiſſimum ipſarum rerum quas ſignifica[nt] ſive in Galliis ſive in Britanniis uſum ſatis i[n]dicari a nemine non agnoſcitur. Quin et[i]am tuendi maris rationem arteſque adhibit[as] ita adjungit hic Vegetius, ut eis itidem tu[n]c uſos fuiſſe Britannicos claſſiarios, ſeu qui Pyct[is] aut Picatis illis in excubiis praeerant marini[s] non ſit prorſus ut minime credamus.

CAP. VII.

Expenditur ſententia virorum ali[]quot doctorum, qui litus Saxoni[]cum, *cujus* comes *ille* per Britan[]niam *maritimus dictus eſt*, litu[s] *volunt eſſe Britannis* ciſmarinum *& plane refellitur.*

SED vero viri aliquot docti, ſive aliud [u]plerumque agentes, ſive oſcitanter nim[is] rem perpendentes, comitis litoris Saxonici p[…]

[a] L. 46. ff. tit. ad ſenatuſconſ. Trebellianic. [b] Cap. 5. hujus libri. [c] Hiſtoriar. lib. 4. [d] De Magnitudine Roma[na] lib. 1. cap. 5. [e] Cap. 3. [f] Jan. Gruterus pag. 493. [g] Videſis Lipſ. ad Tacit. Hiſt. lib. 5. num. 36. & de Magn[i]tud. Romana lib. 1. cap. 5. [h] De Re Militari lib. 4. cap. 37.

Britannia[m]

ritanniam dignitatem seu praefecturam aliter nterpretantur; atque ita, ut, si eorum sententia esset admittenda, argumentum seu testimonium de maris dominio cum insula sub Romanis in praefectura illa conjuncto superius allatum palam corrueret. Horum duplex est genus. Alii psum litus Britannicum seu cismarinum, *Saxonicum* in dignitatis hujus nomine tantum dici volunt; alii, tam Britannicum quam totum illud a Cimbrica Chersoneso in Galliam occidentalem unato recessu porrectum atque Britanniae adversum. Sed utrique largiter sane sunt hallucinati. Prioris sententiae autor est Guidus Pancirollus [a], qui a Saxonibus, quos Vortigernus Britanniae australioris rex huc sibi subsidio vocavit, ita denominatum intra insulam litus seu limitem esse scribit. *Insulae partem* (ita ille) *Saxones occuparunt, unde limes contra eos a comite creato erectus Saxonicus est dictus.* Quo nihil nscitius dici potuit, sive rem ipsam sive temporum rationem spectes. Nam ut praeteream in Notitia ipsa non omnino de limite Saxonico, sed de litore verba fieri (utcunque etiam Pancirollo praefectus, de quo loquimur, dictus sit in commentarii sui lemmate *comes limitis Saxonici per Britanniam*) scripta est Notitia sub Theodosii junioris tempora, seu annum ccccx. ut fere consentiunt viri docti. Id est, sub id empus formula universae imperii administrationis, tam in oriente quam in occidente, quae am antea inoleverat, summa cum diligentia veut in laterculum congesta est unicum. Jam vero Saxones, ut plerique veterum docent, primum in Britanniam advenerunt anno Christi ccccxlix. Detur autem, quod ex meliore calculo est forte recipiendum, adventum illorum annum ccccxxviii. sortiri debere [b], id est, xxi. Theodosii junioris; d interea (quod inprimis est hic advertendum) certissimum est, derelictam esse a Romanis praefectis Britanniam omnino, antequam illi acciti. Scilicet fuere a Vortigerno rege *ad retundendas aquilonales gentes* (Pictos, & Scotos; non Romanos, qui insulae valedixerant) *intromissi*; quod scribit Gildas [c]. Neque Romanis eorumve ducibus aut comitibus res erat intra insulam omnino cum Saxonibus. Adeo ut historiarum & temporis rationum sit ignorantia crassa, *Saxonicum* quemcunque *limitem*, aut *Saxonicum litus*, florente aut aliquatenus obtinente hic Romanorum imperio, in ipsa insula statuere. Manifestius igitur nihil est, quam transmarinum Britanniae australi & orientali adversum litus, ut superius designatum est, *Saxonicum* in ea dignitate dictum. Etiam & multo antiquior erat comes ille *litoris Saxonici per Britanniam*, & *tractus maritimi*, seu maris ejus quod Romanorum per Britanniam imperio, seu in Britannicae provinciae corpore, comprehensum est, adjectione notus. Nam sub Valentiniano I. seu circa annum Christi ccclxx. hac dignitate functus est Nectaridius; teste Ammiano Marcellino, ubi nuntium ait [d] indicasse, *Britannias barbarica conspiratione ad ultimam vexatas inopiam, Nectaridiumque comitem maritimi tractus & Buchobaudem ducem hostilibus insidiis circumventum.* Neque alia a *comitis litoris Saxonici*, hoc sensu, *per Britanniam* putanda est dignitas, quam accepit apud Bononiam (in Galliis) C. ille Carausius, de quo supra, ad pacandum per tractum Belgicae & Aremoricae mare, quod *Franci & Saxones* (ut Eutropii & Orosii verba sunt) *infestabant.* Nam praesidia etiam ipsum & sedes praefecturae in Britannia eum habuisse inde satis elicitur, quod a Maximiano jussus occidi, in Britanniis statim purpuram sumpsit, & per septennium inde imperavit. Ita praefectus hic seu comes tractus maritimi & comes litoris Saxonici, iidem ipsi semper habiti, ad Britanniae marisque sui solius administrationem attinuere. Quibus etiam, ut nomine tantum non re discrepans, adjungendus est praefectus classis sub Romanis Britannicae, de quo capite superiore. Suas autem ad tutandum mare & litus hoc transmarinum operas auxiliares ex instituto principali praebuisse fatemur ducem Belgicae secundae & ducem tractus Aremoricani, de quibus supra fit mentio. Nam & praesidia habebant illi in litore hoc Saxonico, ut observatum est, disposita. Caeterum id maxime hic observandum est, duces hosce transmarinos non tam litus aut mare quam continentem ex ipsa dignitatis natura curasse; atque inde tantum nomina, ut vides, sortitos: hunc a tractu Aremoricano & Ebruicano [e], qui per provincias quinque, Aquitaniam primam & secundam, Senoniam, secundam Lugdunensem & tertiam (quae Britanniam minorem & Normanniam complectitur) extensus totas fere Gallias jam vulgo dictas continebat; illum vero a Belgica secunda: neque alium fuisse Mediterraneorum, alium litoris aut maritimi tractus in Galliis sive comitem sive ducem: in Britannia autem distincta omnino fuisse munera sive comitum sive ducum Mediterraneorum, & comitis tractus maritimi seu litoris Saxonici, distinctas copias, insignia prorsus distincta. Perinde ac si hoc ipso Romani imperatores vellent denotatum, ut mare ipsum ad insulae semper imperium, ita res maritimas earumque tutelam ad Britannicam litoris Saxonici seu transmarini praefecturam jure singulari pertinuisse; utrumqe autem adversi Galliarum continentis ducem subsidium adversus infestantes Saxones, cum res postularet, ita praestare debuisse, ut interea sola cura maris ipsius, ut singularis mandatae provinciae, comiti litoris Saxonici per Britanniam constituto incumberet. Et si quis sive Aremoricae sive Belgicae secundae dux seu comes, *ducis* seu *comitis litoris Saxonici* (ut obiter volunt aliqui [f]) nomine appellabatur, id sane inde fiebat, quia litus Saxonicum, nobis transmarinum, provinciam eorum terrestrem terminabat; quemadmodum & comitis jam dicti per Britanniam, marinam. Nec vero magis admittenda est sententia illa altera, tam Britannicum nostrum quam adversum seu transmarinum litus, *Saxonicum* eo aevo dictum; adeoque nomen illud in comitis, de quo loqui-

[a] Ad Notitiam Dignit. Occid. cap. 72. [b] Apud Guil. Camden. in Brit. pag. 95. & vide Thomam Lidiat. in Temp. Emendat. pag 238. [c] In Epist. de Excidio Britanniae. [d] Histor. lib. 27. [e] Praeter Notitiam & Pancirollum, vide Jos. Scaligerum ad Ausonium lib. 2. cap. 6. [f] Jos. Scaliger in Lect. Ausonianis lib. 2. cap. 6. & Guil. Camden. in Brit. pag. 96.

mur,

mur, dignitate cismarinum litus denotare. Hujus est Abrahamus Ortelius [a]; *Saxonicum litus,* inquit ille, *in libro Notitiae, Cantii partem orientalem designare video; cum Dubrim, Rutupim, & alia Cantii oppida in eo describat.* Sequaces ejus sunt viri quidem praeclari, Guilielmus Camdenus [b], Paulus Merula [c], Philippus Cluverius [d], alii aliquot. Et rationem adjiciunt; quia litus utrumque, tam cismarinum quam transmarimum, a Saxonibus piraticam in hoc mari tanta frequentia exercentibus nomen desumpsit. Unde & in comitis titulo, Britannicum litus designari. Sed hallucinatio est manifesta. Scimus quidem scriptores illius aevi docere tam litus adversum, quam mare alluens, crebris depraedationibus Saxonum, eorumque exscensionibus, sedibusque ibi collocatis (ut vetustas in litore Cimbrico & Batavico sedes praetermittam) esse infestatum. Ideoque *Saxonicum* inde denominatum fuisse, doctorum vix est qui dubitat. De Saxonibus autem litus illud ita frequentantibus testes sunt omni exceptione majores. Sidonius Apollinaris [e] de tractu Aremoricano,

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat.-------

Et Ammianus Marcellinus [f], sub Valentiniano & Valente Augustis, Gallicanos ait, *Tractus Franci & Saxones iisdem confines, quo quisque erumpere potuit terra vel mari, praedis acerbis incendiisque & captivorum funeribus hominum violabant.* Adde & Saxones Baiocassinos in litore Aremoricano apud Gregorium Turonensem [g], ceu incolas vetustos, commemorari. Adeo ut res obscura non sit, quamobrem Saxonici nomen litori adverso inditum. At vero nullibi legitur Saxones tunc temporis litora Britannica sive insedisse sive adpellere solitos, aut Britannicum quid, praeter mare, infestasse. Nec vestigium quidem occurrit, unde conjicias nomen *Saxonici* litori Britannico tunc temporis fuisse aut debitum aut tributum. Atque inauditum est, puto, litora aliqua, nominis sui celebritate notissima, a praeternavigantium tantum sive transitu sive nuda maris, sine exscensione, infestatione, novum nomen desumpsisse. Maxime in dignitatis indicatione, quae non sit sine telluris etiam, cujus revera ita litus esset ipsum, nomine interim adjecto. Percurre quae habentur in Notitia utriusque imperii dignitates universas: nulla reperitur alia denominatione signata, quam aut ipso limite, ut limitaneae, aut a notiore & certiori provinciae nomine, ut reliquae. Scimus quidem portum qui in Morinis, seu transmarinus nobis est, dici olim *Britannicum,* seu *portum Morinorum Britannicum,* ut testatur Plinius [h]: quod nomen a Britannia nostra derivatum volunt [i] viri docti. Sed ob J. Caesaris ex illo portu in Britanniam trajectum (nam Iccium faciunt) ita denominatum volunt. Simili, aut aequivalente ratione litus, quod Britanniae est, *Saxonicum* sub dignitatis, de qua loquimur, tempore vocar[i] non est repertum. Certe nec a ratione est ab[...] sonum, ipsum Britannicum in Morinis portu[m] a statione navium quae tuendo sub Roman[...] mari contermino, qua Britannicum erat & Britannicae praefecturae subjacebat, Plinii seu Ve[s]pasiani Augusti (quod idem est) aevo denom[i]nari. Quin vero si ipsum litus insulae in co[...]mitis, quo de agitur, limitanei dignitate inte[l]lectum fuisset, quam compendiose dictus fuiss[et] *comes litoris Britannici?* Undenam verborum illa periphrasis singularis, *comes litoris Saxonici per Britanniam,* si litus ipsum fuisset Britann[i]cum? Palam est, quemadmodum in Officiis Augustalibus habebatur *magister militum per orientem, magister militum per Thracias, per Illyricum, peditum per occidentem,* ita comitem hun[c] dictum esse *per Britanniam:* scilicet undiquaqu[e] per Britanniam, quantum ad ejus singulare ministerium attinebat, id est, quantum ad tuendo[s] fines imperii Britannici ad ipsum litus Saxonicum seu transmarinum sitos. Atque ita verba quibus exprimitur dignitas haec, sunt distinguenda, ut *comes per Britanniam* plane dicatur, se[u] *litoris Saxonici,* seu *limitis transmarini;* qu[a] ratione caeteri duces seu comites limitanei de[...]signari soliti. Et egregium est ad hanc re[m] exemplum in Germanici imperii, quod tenuer[e] Romani, limite. Is erat Rhenus fluvius. Custodia Rheni mandari solita est praefecto; quo[d] apud Historicos [k] & ex Codice Theodosiano [l] e[st] manifestum. At vero ripa Transrhenana era[t] limes praefecturae hujus, adeoque imperii Germanici, non ripa citerior. Unde etiam Posthumius, sub Gallieno imperatore custodiae hujus praefectus, *limitis Transrhenani dux* nominatu[s] a Valeriano Augusto in epistola ad Gallos missa[,] quod discimus ex Trebellio [m] Pollione. Et *limes trans Rhenum,* id est, ripa Transrhenana memoratur Flavio [n] Vopisco. Ita fere procon[-]sul Asiae totum sub sua dispositione habeba[t] Hellespontiacum fretum usque in Europae litora[,] ut capite ostenditur decimo quarto. Non ali[o] certe modo *comes litoris Saxonici per Britanniam,* litoris seu limitis transmarini, adeoque totius interluentis maris, ut magistratus in Britanniarum administratione constitutus, comes habendus est. Id quod maxime etiam firmatur ex alio ipsius dignitatum Notitiae loco, ubi de comitum praefecturis quae sub dispositione viri illustris magistri peditum praesentalis agitur. In libris Notitiae editis ita legitur,

Sub dispositione viri illustris magistri peditum praesentalis comites militum infrascriptorum;

Italiae.
Africae.
Tingitaniae.
Tractus Argentorensis.
Britanniarum.
Litoris Saxonici per Britannias.

[a] In Thesauro Geographico. [b] In Cantio pag. 230. [c] Cosmograph. part. 2. lib. 3. cap. 31. [d] German. Antiquae lib. 1. cap. 18. [e] Panegyric. ad Avitum August. seu Carm. 7. adde eum lib. 8. epist. 6. [f] Histor. lib. 27. [g] Lib. 5. cap. 26. [h] Hist. Nat. lib. 4. cap. 23. [i] Jacob. Chiffletius in Portu Iccio cap. 6. [k] Zonaras tom. 2. alii. [l] L. 9. C. Theodos. lib. 7. tit. 1. [m] In Triginta Tyrannis. [n] In Tacito Augusto.

Tam

m in Alciati quam Pancirolli editione legi-, ut hic, *militum infrascriptorum.* Dubitari quit quin pro *militum, limitum,* fuerit sub-uendum. Neque enim ratio officiorum im-cialium patitur, ut *Militum* ibi locum habeat. certissimum est ex eis quae sequuntur, Itali-, Africam, tractum Argentoratensem, Britan-s, & litus Saxonicum suos habuisse comites, comites limitum, non aliter ac territoria quae proxime subjunguntur; velut Mauritania Cae-iensis, Tripolitani, aliae itidem provinciae, ae, praeter Britannias, suos pariter habuere du-, nomine *ducum limitum.* Jam vero tam cis quam comitis Britanniarum limes erat ip-n insulae litus. Scilicet nihil omnino erat ulae, quod eorum praefecturae non suberat, quidem extremi ipsius qua tellus erat limites. od cum ita sit, cujusnam limitis erat comes, qui *litoris Saxonici per Britannias* diceba-, si nolis eum ex adverso litore nomen sump-e? Dux & comes Britanniarum, simpliciter ita ti, praeter vicarium Britanniae, pro diversitate ministrationis totam insulam gubernabant; at-: & comiti & duci & vicario integra, sed di-sis formis, insula, diffuso oceano circumdata, insigniis in Notitia habetur; quemadmodum am insula similiter circumdata, cum oppidis ritimis seu navalibus, comiti litoris Saxonici. vicario, duci, & comiti Britanniarum admini-tionis limites fuisse ipsa insulae territoria, ade-ie etiam in ipsa litora se undiquaque per Ro-norum hic imperium extendisse liquet ex eis ie in Notitia dignitatum ostenduntur. Unde im & dux & comes Britanniarum a litore onico ut a limite pariter denominandi fuissent, eo nomine litus Britannicum tunc temporis set indigitatum. Nam Britannias ipsas, qua ulae ea voce comprehensae sunt, *limitum* no-ie expressim designari in dignitatum limitane-m, quas ex Notitia memoravimus, recensione am videmus. Extra insulam igitur, adeoque litore adverso seu transmarino, secundum id d superius differuimus, limes ille quod litus Saxonicum est etiam hinc statuendus. Nec praetermittendum est, cum in Notitia quam-ima provinciarum atque praefecturarum tam ritimarum quam mediterranearum sint insig-depicta, idque ex more, apud primicerios ali-e qui codicillos principales conficerent, ab eis summae rerum praeerant recepto, non solum a omnino, praeter ea quae sunt praefecturae annicae, in occidentis dignitatibus reperiri in ous maris habetur aliquod vestigium, nec sane dignitatibus orientis praeter comites AEgypti Isauriae, quorum utriusque insignibus prae-batur limbus marinus, sed etiam in Britan-um quatuor praefecturarum singularum, vica-nempe, ducis, comitis, & demum comitis li-Saxonici per Britanniam, insigniis perpetuo num circumfundi: perinde ac si id denotari voluissent Romani, aliam provinciam pror-nullam, praefecturam nullam aliam adeo aut ample conjunctum, commixtum, ac velut rporatum sibi maris dominium seu territo-arini tutelam habuisse.

CAP. VIII.

E Claudiano, & numismatis aliquot Antonini Pii Augusti, indicia de Britanniae insulae & oceani sui imperio & dominio individuo.

A Dominio maris Britannici cum insulae semper conjuncto, seu comite individuo (secundum ea quae dicta sunt) manarunt, ut veri est simillimum, illa Claudiani, qui vix de Britannia pacata, recepta, aut domita loquitur, quin mare ipsum, velut id quod necessario comitaretur, simul adjiciat. Ad Honorium Augustum de gentis suae origine, quae ex Iberia,

------ *Cunabula fovit*, inquit [a],
Oceanus. Terrae dominos pelagique futuros
Immenso decuit rerum de principe nasci.
Hinc processit avus-----

Scilicet Theodosius, qui post Nectaridium litoris, ut supra memoratur, Saxonici comitem & Buchobaudem insulae ducem caesos, in Britanniam missus est ab Imp. Valentiniano I. Neque quod pelago, in rerum Theodosii hujus gestis, bene respondeat, habet Claudianus, praeterquam quod *debellator Britannici litoris* ei dicatur, & *maduisse Saxone fuso Orcadas* subjungat. Quod palam de pacato mari Britannico a Saxonibus infestari solito intelligendum. Mox item de Theodosio hujus filio, seu Honorii patre, id est, Theodosio Augusto I.

Sed laudes genitor longe transgressus avitas
Subdidit oceanum sceptris-----

Quod ad recuperatam Britanniam, occiso Aquileiae maximo, qui per tyrannidem insulae imperium invaserat, quin spectet, vix dubitari potest. Ad Flavium item Stilichonem Honorii minoris tutorem, apud eundem, ipsa Britannia, *Munivit me*, inquit [b], *Stilicho*,

------ *ne litore toto*
Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.

Mare scilicet mihi pacatum reddidit; mihi tutatus est & servavit; ab ejus usu Saxonas abegit. Alibi etiam Pietas Dea ad Honorium [c],

------ *Quantum, te principe, possim,*
Non longinqua docent: domito quod Saxone Tethys
Mitior, aut fracto secura Britannia Picto.

Maris tutamen cum insulae plane hic conjunctum. Idem poeta ad Manlium Theodorum Cos.

------ *Hispana tibi, Germanaque Tethys*
Paruit, & nostro diducta Britannia mundo.

[a] negyric. de 4. Consulatu Honorii. [b] De laudibus Stilichonis lib. 2. [c] In Eutropium. lib. 1.

Idem imperium, eadem victoria, tutela eadem semper & maris seu Tethyos Britannicae & ipsius insulae. Germana enim Tethys hic oceani Britannici pars illa est, quae Belgas, Batavos, Frisios, Jutas, & Britanniam interfluit. Hisce accedat provinciae (quae praesidialis sub vetustioribus Caesaribus fuit) figura in Romanorum numismatis reperta. Ea est forma muliebris, palla seu supparo induta, nunc rupibus nunc globo in oceano insidens cum signo militari, hasta, scuto; uti ex aereis Antonini Pii nummis juxta habetur depicta. Britanniam circumambienti oceano imperare ita notabant, & Romanum imperatorem Britanniae. Neque effigiem hujusmodi comperimus ante tempora Seii Saturnini, primi (de quo mentio apud veteres fit) praefecti classis Britannicae seu copiarum navalium, quibus Britannicum oceanum tuebantur Romani. Is sub Adriano aut Antonino Pio hoc munus gessit, ut ante dictum est. Atque hinc est quod postea Claudianus, ubi Britanniam (caeruli seu oceani, jure singulari, insulam dictam) persona induit, velat eam amictu pelliceo adeo velut undulante & caeruleo glasti colore infecto, ut oceani aestus omnino imitaretur; & pedibus ejus ipsum oceanum subjicit. Ita scilicet ille, ubi plures provincias trabearum insignia Stilichoni Romae petentes inducit: Hispaniam, Britanniam, Africam. Et de Britannia seorsim[a].











Inde Caledonio velata Britannia monstro,
Ferro picta genas; cujus vestigia verrit
Caerulus, oceanique aestum mentitur amictus.
Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Munivit Stilicho; totam cum Scotus Hibernam
Movit, & infesto spumavit remige Tethys.

Hispaniae ante ibi comas palmae foliis ornat, & vestem Tago fluvio intexto. Africam spicis & ebore, quemadmodum in Antonini Pii nummis etiam designabatur. Harum utraque mari item alluitur, pene circumdatur. Sed ad neutram, ut ad Britanniam, adjacentis maris imperium spectasse tum intellexit poeta. Caeterum ut Hispaniae palmae & Tagus fluvius, ut Africae spicae & ebur propria; ita Britannicae provinciae oceanum cognominem proprium fuisse voluit innuere. Verum ita terminatum fuisse Romanorum in oceano hoc dominium existimandum est s[e]cundum litoris occupationem, ut in maris inte[rio]rim Britannici parte, quae gentium Britannic[o]rum eis minime subjacentium alluebat litor[a] parum juris habuerint. Quod de mari Hibernic[o] & quod reliquum est sub Cauro positum, max[i]me dicendum. Neque enim Hibernia solum s[ed] etiam Mannia, inclinante Romanorum imperi[o] insulaeque occidui maris ceterae & Britanni[ae] magna pars septentrionalior, a Scotis tenebat[ur] Pictisque; unde par est ut iis etiam suum fui[sse] in alluente oceano imperium avitum autumem[us]. Et de imperio seu dominio, sub Romanoru[m] tempora, oceani Britannici, velut ejus quod n[on] minus jure prisco ad insulam ejusque imperiu[m] attineret, quam sive murus sive pomoerium [ad] urbem, haec dicta sunto. Ad successorum te[m]pora transimus.

CAP. IX.

De maris Britannici dominio, po[st]quam Romanorum imperium e[x]uerant incolae.

INclinantibus, sub Theodosio juniore & H[o]norio & Valentiniano III. Augustis, rebus R[o]manis, neque urbis ipsius tutelae sufficienti[bu]s praesidiis militaribus, liberabant se omnino eor[um] imperio Britanni; circa annum a Julii Caes[ari]s adventu CCCCLXXX. seu Christi CCCCXXX. Scili[ce]t τῆς Ῥωμαίων, ut scribit Zosimus[b], ἀρχῆς ἀφ[ιστά]σαν, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐβιότευον, *Romanum im[pe]rium exuerunt, constituta pro suo arbitrio [re]publica.* Rediit igitur ad indigenas tam m[ar]is quam insulae partis a Romanis antea occup[at]ae dominium. Huic interim inhiabant Saxones [a]lii adversi litoris incolae, quibus re piratica exe[rci]tatissimis propulsandis comitem litoris Saxo[ni]ci per Britanniam praeficere (ut fusius est jam ost[en]sum) solebant Romani. Quin vero & in su[bs]idium adversus Scotos & Pictos a Britannis [au]stralioribus, Romana omnimoda ope nudatis, [a]li accersiti, summam rerum sibi hic demum ad[ep]ti sunt. Regnumque ita in notissima illa eor[u]m heptarchia semper ejusmodi habebatur, ut p[en]es unum aliquem regem esset, etiam ante Egb[er]ti regis tempora, summum imperium, quod cae[te]ri omnes agnoscerent. Hos Dani excepere. A[t]qui terrestri utrorumque imperio conjunctum fu[i]sse marinum vix est cur dubitemus. Neque e[ni]m sentiendum est eos, qui adeo *assueti salo*, & [qui]bus antea erat

---------- pelle[c] salum sulcare Britannum
Ludus, & assuto glaucum mare findere lembo;

Et *quorum quot remiges vidisses, totidem te[re] nere putasses archipiratas*, ut de Saxonibus lo[qui]tur Sidonius Apollinaris[d]; & quibus *cum di[s]minibus pelagi non notitia solum erat, sed fa[mi]liaritas*

[a] De laudibus Stilichonis lib. 2. epist. 6.

[b] Histor. lib. 6.

[c] Sidon. Apollinaris Panegyric. ad Avitum Aug. seu carm. 7.

[d] lib. 8.

aritas. Quod idem de Danis etiam & Norannis (promiſcue enim haec nomina uſurpata indem gentem ſaepius denotant) dicendum, ſtantibus ſatis Reginone, Dudone, monacho Malesburienſi, Abbone, Gemiticenſe, aliis; non eſt, inuam, ſentiendum hoſce ſive inſulam ſive litus, ui maris imperium adeo affixum erat, nactos, are item praejacens jure dominii non itidem ccupaſſe. Neque omnino forte contemnendum t, fuiſſe Saxonibus hiſce tantam & tam ſingulaem mirandamque maris & rerum marinarum onſuetudinem, ut ipſi ſoli artificioſa aeſtuum ac fluxuum maris (hos *ledones* ſeu *lidunas*, illos *alinas* appellitabant) obſervatione menſes ſibi annos putare ſolerent, etiam & annorum cylos inde conficere: prorſus ſine exemplo. Atue ut vetuſtiores agricolae tempore interjungeni boves dies horaſque, & quemadmodum caeteae fere gentes ſolis & lunae motu annos dieſque nenſurabant (utpote rebus quarum in colendis uae poſſidebant latifundiis varioque eorum uſu atio habenda erat prae caeteris maxima) ita hi oli ex ſolo oceani, cui fuere adeo aſſueti, motu eciproco diverſaque in fluxu & refluxu litoris pulatione, velut ex eo cujus in eorum vitae generis atione primaria erat habenda ratio, annales ac nenſtruos periodos diſtinguebant. Quin ut AEyptiis ex agrorum ſuorum, quos inundaverat Nius ſuus, dimenſione natam eſſe aiunt geometriae rtem, ita Saxonibus noſtris, ex maris ſui frequenıſſimo uſu & perpetua obſervatione, ortum eſſe ubitari nequit artificium hoc alibi inauditum. De quo qui plura velit, poſt venerabilem Bedam oſtrum[a], conſulat Joſephum[b] Scaligerum, Dioyſium Petavium[c], Olaum Wormium[d]. Totam ero gentem inde rebus nauticis apprime aſſuetam uiſſe, non tantum maris accolas, inde elicitur, uia aliter aegre admittitur ex vario oceani motu emporum rationes genti ipſi putandas fuiſſe. Nam ui ab oceani uſu alieni, certe quin iis computus ujuſmodi aut inutilis aut difficilis nimis fuiſſet, ieri nequibat, Etiam cauſa proculdubio erat non xigua acccerſendi in inſulam Saxones, ut rerum pſi maritimarum peritiſſimi mare, quod, quia Romana claſſis nuper id deſeruerat, hoſtium inurſibus undiquaque jam patebat, tutarentur. Tantundem ſane innuere viſus eſt antiquus ſcriptor Ethelwerdus, de eorum adventu verba faciens; *Illis diebus*, inquit[e], *agilem audierant Britanni ſſe in piratico genere gentem Saxonum in tota maritima a Rheno fluvio uſque in Doniam urbem, quae nunc vulgo* Danemarc *nuncupatur, ac in omni armatura robuſtam. His igitur immenſa er nuncios munera mittunt, auxilia petunt, ſoietatem pacis promittunt.* Qui antea mare Briannicum infeſtare ſoliti, ad ejuſdem tutamen & d pacem invitantur. Et Britannis certe rerum avalium, adeoque tutelae maris ſui curam fuiſſe o in aevo maximam inde liquet, quod in hiſtoia Britannica de Arthuro illo rege decantatiſſimo & Malgone principe legitur, eos *ſex comprovinciales oceani inſulas* (ut Galfredi Monumethenſis erba ſunt) *Hiberniam videlicet, atque Iſlandiam, Gotlandiam, Orcades, Norwegiam, Daciam, diriſſimis praeliis ſuae poteſtati ſive adjeciſſe ſive recuperaſſe*; etiam & *Groenlandiam, & omnes alias terras & inſulas orientalis oceani, uſque ad Ruſſiam, & multas alias inſulas*[f] *ultra Scantiam, uſque dum ſub ſeptentrione.* Et de hoc ſeculo eſt illud apud Nennium[g] Elvodugi diſcipulum intelligendum, Cunedam nempe Maglocuni avum, Britannum auſtraliorem, Scotos ex omnibus regionibus & inſulis Britannicis expuliſſe. Certe ut haec fierent, neceſſe eſt ut poteſtas navalis, qua mare proximum facile tutum ſemper redderetur, accederet ingens.

CAP. X.

Anglo Saxonum & Danorum Britanniae auſtralis imperium occupantium, dominium marinum, tum ex Saxonici regni initiis, tum ex copiis eorum victoriiſque navalibus elicitur.

PRaeter jam dicta de Saxonibus hic rerum potitis, ſunt etiam in veterum monimentis alia, quae tum eorum tum Danorum in Britannia regnantium imperium marinum expreſſius indicant. Ea quadrifariam tribuo; in potentiſſimi Saxonum regni initia; copias ſequentis temporis & victorias navales; tributa & fiduciariorum clientum officia ad rem nauticam pertinentia; & demum expreſſiſſima aliquot de regum tunc temporis Angloſaxonicorum dominio marino teſtimonia. In initiis regni Angloſaxonum praecipuis cenſeo cum Octhae & Ebiſſae, quos ſuadente Hengiſto Vortigernus invitarat, adventum, tum AEllae Suſſexiae regis adpulſum. Hic mare & litora auſtralia, illi ſeptentrionalia occuparunt. De copiis Octhae & Ebiſſae navalibus ita Nennius[h] Elvodugi diſcipulus, ſub Gildae nomine etiam circumferri ſolitus, *Cum quadraginta ciulis navigantes circa Pictos, vaſtaverunt Orcadas inſulas, veneruntque & occupaverunt plurimas inſulas & regiones trans mare Freſicum* (Bodotriam intelligit ſeu fretum Edinburgenſe) *quod inter nos & Scotos, & uſque ad confinia Pictorum. Et Hengiſtus ſemper ciulas* (id eſt, navigia Saxonibus plena, *pandos myoparones* Sidonio dictos) *ad ſe paulatim invitavit, ita ut inſulas quas habitabant relinquerent.* Vix expreſſius dici potuit gentem rebus nauticis belliſque maritimis aſſuetam, Britanniae partem magnam ita adeptam, etiam appendicem illam inſulae individuam, ſeu mare, inprimis fuiſſe tutatam, numeroſa, quae hoc praeſtare poſſet, vi traducta. Quod ad AEllam attinet; eum Ciſſa & Cimeno filiis, claſſe militaribus copiis inſtructiſſima, ad locum litoris Suſſexiani prope **Wittering, Cimenſhore**[i] olim ab hoc Cimeno dictum, adpuliſſe ſcribunt; oram[k] maritimam, pulſis Britannis, poſſediſſe; noviſque indies e Ger-

[a] De Natura Rerum cap. 28. [b] De Emendatione Temporum lib. 2. pag. 162. & in Appendice ad Conjectan. in Varronem ag. 181. edit. 1581. [c] De Doctrina Temp. lib. 2. cap. 70. [d] In Faſtis Danicis lib. 1. cap. 11. [e] Lib. 1. Vide Guil. Lambard. de Priſcis Anglorum legibus, pag. 137. [g] MS. in Biblioth. Cottoniana. [h] MS. in Biblioth. Cottoniana partim apud Camden. in Brit. pag. 91. [i] Cart. Cedwallae R, apud Camden. in Brit. pag. 223. [k] Ethelwerd. lib. 1. & 3. cap. 3. Henric. Huntingdon. lib. 2.

mania

mania accitis subsidiis, regnum tandem ad Humbrum fluvium per litora orientalia dilatasse; primumque fuisse Anglosaxonum, qui tam diffusi imperii hic potiretur: quin ejus posteris durasse hoc regnum annos circiter septuaginta. At vix sane evenire potuit, ut ii, quibus re nautica insigniter pollentibus adeo feliciter res in litore processisset, ipsum etiam mare non obtinerent; maxime cum sub id tempus alios quosquam re nautica in hoc tractu polluisse neutiquam omnino testatum habeamus. Copias autem navales & navales victorias insequentium regum, tam Danorum quam Anglosaxonum, videre est passim apud Joannem Asserium episcopum Schirburnensem, Guilielmum monachum Malmesburiensem, Henricum archidiaconum Huntingdoniensem, Rogerum Hovedenium, Florentium Wigorniensem, Florilegum; praecipue vero in Alfredi, Edwardi senioris, Athelstani, Edgari, Ethelredi, & Haroldi regum gestis. Certe diu post Saxonici regni initia rem nauticam, qua maris dominium tutum foret, haud parum hic floruisse existimandum est tum ex gentis moribus supra narratis, tum ex frequenti navigationis usu, qui utrinque negotiantibus interdictus est, ob ortum inter Carolum Francorum (postea Caesarem) & Offam Merciorum apud Anglosaxones regem, cui caeteri suberant, dissidium. Sed & restituta est ejusdem paulo post libertas, ex foedere in Anglosaxonum maxime gratiam & commodum, quod ex Alcuino [a] & Guilielmo Malmesburiense scimus. At vero ante Alfredum regem languescere coepit potestas eorum maritima, idque praesertim sub Ethelulpho rege, cum Dani [b] seu Normanni non litora solum, verum & totam pene insulam gravissime infestarent, & insulas plerasque Britannicas occidentaliores vi occuparent. Et patebant omnia piraticam exercentibus. Postquam autem Alfredus regnum adeptus est, instaurata est maris tutela, firmatum dominium. De eo ita Asserius ille episcopus Schirburnensis, praeceptor ejus; *Jussit cymbas & galeas, id est, longas naves, fabricari per regnum, ut navali praelio hostibus adventantibus obviaret, impositisque piratis in illis, vias maris custodiendas commisit.* Et paulo post, *Nautis quoque suis mandavit, ut in parte freti vitale hostibus subsidium denegarent.* *Piratarum* hic vocabulo (quemadmodum alii illius aevi) usus est, non pro praedonibus, ut vulgo; sed pro iis qui hostium classes arte navali adgrederentur, & marinum defenderent territorium. De vocabuli etymo scholiastes vetus ad Sophoclis Ajacem, Πεῖρα, inquit, Ἀττικῶς δόλος ἐστὶ τέχνη, ὅθεν καὶ πειραταὶ οἱ κατὰ θάλασσαν κακοῦργοι, *Pira Attice denotat dolum seu artem, unde & piratae dicuntur qui mare infestant.* Cum vero Alfredi tempore, Anglosaxones & Dani de summa rerum in Anglia subinde decertabant (nam tunc Gurmundus seu Guthrunus, rex Danorum, ut fiduciarius Alfredo cliens, suas habuit in Northumbria & Anglia orientali sedes atque territoria perampla) concertationes eorum maxime navales fuere, perinde ac si eum qui oceano Britannico dominaretur, etiam telluris seu praejacentis insulae partis dominum fore, necessario s[…] qui existimassent utrique. Unde etiam fiebat, u[…] invalescentibus in mari Danis, copias navales in[…] signiter augeret Alfredus rex, naves Danorum na[…] vibus duplo longiores, altiores, celeriores, minu[…] que nutantes, adeoque naumachiis multo magi[…] idoneas, construendo. Florentius monachus, *Eo[…] dem anno*, inquit (scilicet Christi DCCCXCVII.) *ex[…] ercitus paganorum in Eastanglia & Northum[…] bria residentium, furtivam praedam circa ripa[…] maris agentes, terram occidentalium Saxonu[…] graviter vexabant maxime longis celeribusqu[…] navibus, quas ipsi ante plures annos fabricave[…] rant. Adversum quos bis longiores, altiores[…] celeriores, minusque nutantes, ex praecepto reg[…] Alfredi fabricantur naves, quarum violenti[…] praedictae hostium naves superari possunt.* To[…] tidem verbis idem narrat Rogerus Hovedeniu[…] Henricus autem Huntingdoniensis de remorun[…] numero quibus agerentur naves hae Alfredi, ex[…] pressim, *Rex*, inquit, *Alfredus naves longas[…] scilicet* XL. *remorum vel plurium, fecit parar[…] contra puppes Dacorum.* Sed de sexaginta re[…] mis navibus, amplioribusque, ab eo tunc con[…] structis loquuntur annales Saxonice conscripti [c] unde suos consarcinarunt fere jam citati, aliiqu[…] scriptores ejusdem farinae. Verba sunt Annaliun[…] þa het Ælfred Cing timbrian lange scipu on[…] gen þa æscas þa wæron full neah twa swa lang[…] swa þa oðre. Sume hæfdon LX. ara sume ma[…] þa wæron ægðer ge swiftran geunwealdra[…] ge eac hearran þonn þa oðre. næron hi naþo[…] ne on frisisc gesceapen ne on denisc buto[…] swa him selfum þuhte þ hi nyt weorþoste be[…] on mihton, quod sonat, *Construi jussit Alfredu[…] rex naves longas, quae cum Danicis praeliaren[…] tur. Fuere autem duplo illis longiores. Qua[…] rum nonnullae remos habuere sexaginta, nonnu[…] lae plures. Celeriores item fuere illis, minus nu[…] tantes, atque altiores: nec ad formam sive Fri[…] sicam sive Danicam fabricatae, sed ea quam ip[…] se existimavit praeliis commodissimam.* Und[…] dubitandum non est quin mire instaurata fuerit eo regnante, apud Anglosaxones res navalis, qua[…] provinciae marinae tuendae inserviret. Atque in[…] ita tam ab Alfredo quam Edwardo filio suo cum Danis & Normannis praelia navalia, exitu, ut fit, vario, non sine classibus numerosis saepius occurrunt. Sub Athelstano autem rege copiis maritimis instructissimo *Gens Hibernensium* (ut habe[…] Huntingdoniensis [d]) *& puppium habitatores fa[…] tales corruerunt.* Anglosaxonica, quae in vetu[…] stis Annalibus, unde ea transtulit Hungtingdoniensis, hisce respondent, sunt Scotta leode [...] scypflotan fæge feollan, quae idem satis deno[…] tant. Nam Scotta leode seu *Gens Scotica &* Scoti pro Hibernis non raro apud veteres su[…] muntur. Is etiam, *Confertissimum*, inquit idem, *duxit exercitum terra & mari in Northumbriam & Scotiam, cui cum non esset qui resistere per[…] sisteret, ubique terrarum progrediens & pro libit[…] praedans cum triumphali rediit lauro.* Unde poeta [e] illius aevi:

[a] In Epist. apud Guil. Malmesbur. de Gestis Regum lib. 1. cap. 5. & in Operibus Alcuini, inter Epistolas, pag. 1669. [b] Gesta Normann. ann. DCCCXL. Malmesb. lib. 2. cap. 2. &c. [c] MS. Codices bini in Bibliotheca Cottoniana ann. DCCCXCVII. [d] Histor. lib. 5. [e] Apud Guil. Malmesbur. de Gestis Regum 2. cap. 6.

Jam

Jam cubat in terris fera barbaries aquilonis;
Jam jacet in campo, pelago, pirata, relicto,
Illicitas torvasque minas Analavas anhelans.

nalavus hic Hibernensium [a] multarumque insurum rex erat, qui Athelstani litora, ad Humbri vii ostium, cum classe DCXV. navium adgressus, genti accepta clade, in turpissimam fugam conersus est. Edgarus vero rex *cum ingenti classe* ic Florentius Wigorniensis [b]) *septentrionali Brinnia circumnavigata, ad Legionum civitatem* Cestriam) *appulit, ubi subreguli ejus octo, ut andarat, occurrerunt, & quod sibi fideles & rra & mari cooperatores esse vellent, juravent*; seu ut Huntingdoniensis [c] de eadem re, *mnes illi domino debitam dederunt fidem, se ter- & mari servituros ei ad ejus imperium.* regulis hisce fuit Maccusius, *plurimarum rex inarum* Hovedenio & Florentio dictus; & Florio, *rex monae & plurimarum insularum.* Eunm *archipiratam* nuncupat G. Malmesburiensis. in idem rex Edgarus, perinde ac si in re nai & maritima splendorem, magnificentiam, ac ut epitomen totius imperii sui cerni voluisset, *ipham* (cum Cestriae agebat; ita Florentius & vedenius) *ascendit, regulisque illis ad remos atis, ipse clavum gubernaculi arripiens eam cursum fluminis deae perite gubernavit, omue turba ducum & procerum simili navigio uitante, a palatio ad monasterium S. Joannis otistae navigavit, ubi, facta oratione, eadem pa ad palatium remeavit. Quod dum intra optimatibus fertur dixisse, tunc demum quem suorum successorum se gloriari posse regem glorum fore, cum, tot regibus sibi subsequenti potiretur pompa talium honorum*; seu, *cum a praerogativa honorum frueretur*, ut scribit mesburiensis eandem rem narrans. Tot regi qui ut fiduciarii clientes tam mari quam cum subsidiis ei praesto semper forent, docunque accirentur. Sed & insigne est a eundem Florentium & monachum Malmesnsem testimonium, quotannis regem hunc ssidua cura & copiarum vi mare suum cirfluum esse circumlustrando tutatum. *Omni,* it Malmesburiensis, *aestate, emensa statim hali festivitate, naves per omnia litora coari praecipiebat; ad occidentalem insulae m cum orientali classe, & illa remissa, cum entali ad borealem, inde cum boreali ad oriem remigare consuetus; pius scilicet explo, ne quid piratae turbarent*, id est, *viriloc agens* (ut ait, praeter Hovedenium, Flois) *ad defensionem contra exteros regni sui, um suorumque ad bellicos usus exercitium.* festum est hoc imperii marini tutamen. um autem, quas diximus, cuilibet naves MCC. caeque, quod expressim aiunt scrip- *robustae*, adeo ut eo rege classis Britannica ibus ejusmodi constaret MMMDC. quemadmodum expresse Florentius [d], & Hovedenius. Alii autem quater mille naves classes hasce confecisse scribunt, ut Joannes Bramtonius [e] abbas Jornallensis: aliis tribus hisce classem quartam adjicientibus, unde numerus ad MMMMDCCC. excrescit; quod videre est apud Florilegum. Ita *regni sui fines*, ut ait etiam Florentius, *prudentia, fortitudine, justitia, temperantia, quoad vixit, Deo auxiliante custodivit; & quoniam iram ferocis leonis contra inimicos habuit, insularum principes & tyranni illum pertimuerunt.* De Haraldo etiam seu Heraldo rege legitur apud Ordericum Vitalem; *Heraldus mare navium militumque copia munierat, ne quis hostium sine gravi conflictu introiret in regnum.* Adeo ut quin mari tuendo custodiendoque, ut Anglosaxonici in insula imperii appendici, dispositas fuisse copias illo in aevo has navales, & naumachias commissas existimemus, fieri quidem nequeat: maxime, si haec jam ostensa cum iis quae de eodem seculo ad hanc rem statim subjiciuntur, rite componamus.

CAP. XI.

Imperium marinum Anglosaxonum & Danorum in Britanniis regnantium ex tributis & clientum fiduciariorum officiis ad rem nauticam pertinentibus, itidem observandum. Et de tributo seu stipendio Danegeldo dicto, quod maris tutelae praestari solebat.

Tributa sequuntur & clientum officia ad rem nauticam seu maris tutelam attinentia, quae dominii item marini in Anglosaxonum aevo indicia sunt. Tributa dico ad navium incrementum & classiariorum commeatus indici solita: qualia fuere quae secundum civium fundos possidentium censum, indicta sub Ethelredo rege ad naves construendas. Tunc enim quicunque CCCX. cassatas seu hidas, terrae possidebat, is unius navis fabricandae sumptus praebuit: & pro rata ad hunc modum omnes, qui plurium pauciorumve hidarum, hidaevae partis domini. Hoc docent Marianus Scotus [f], Hovedenius, & Florentius, totidem quilibet verbis. *Rex Anglorum AEthelredus de* CCCX. *cassatis* (ita illi) *unam trierem, de novem vero loricam & cassidem fieri, & per totam Angliam naves intente praecepit fabricari. Quibus paratis, electos in eis milites cum alimentis posuit, &, ut ab exterorum irruptionibus fines regni sui defenderent, illas ad Sandwicum portum congregavit.* Henricus autem Huntingdoniensis, uti etiam Matthaeus Parisiensis [g] & Florilegus de eadem re, *Fecit rex parari per totam Angliam ex trecentis & decem hidis navem unam, & ex octo hidis, loricam & galeam.* Dein subjicit Huntingdoniensis quid

[a] R[og]er. Hovedenius annal. part. 1. ann. DCCCCXXXVII. & Florent. Wigorn. ann. DCCCCXXXVIII. [b] In ann. DCCCCXXXXVII. [c] Ann. Edgari XIII. Huntingdon. lib. 5. [d] In Ann. DCCCCLXXV. [e] MS. in Bibliotheca Cottoniana. [f] MS. anno [...]VI. in Biblioth. Cottoniana. [g] Histor. Minor MS. in Biblioth. Cottoniana.

hidae nomine veniat: *Hida autem Anglice,* ait, *vocatur terra unius aratri culturae ſufficiens per annum.* Alii de hidae quantitate aliter ſtatuunt: & pro diverſo regionum more, eam fuiſſe perquam variam, certiſſimum eſt; ſed eandem cum *Caſſata & Carucata.* Certe Annales Anglosaxonici [a] monaſterii Abingdonienſis *hidas* hic expreſſim itidem habent. Sub anno MVIII. Her bebead ſe Cing (ita illi) þ man ſceolde ofer eall angelcyn ſcipu fæſtlice ƿyrcan, þ iſ ðonn of þrim hund hidum ⁊ of Tynum ænne ſcegð. And of VIII. hidum helm ⁊ byrnan, id eſt, *Hic juſſit rex, ut per totam Angliam naves ſedulo fabricarentur, ſcilicet ut ex* CCCX. *hidis unica paſſim conſtrueretur trieris, ex octo vero hidis lorica praeberetur & galea.* Et ſolenne eſt legibus noſtris illius ſeculi hidarum numero beatiores cenſeri; quemadmodum item paſſim videmus in Notitia illa Angliae ſeu libro cenſuali **Doomes day** [b] dicto, qui ſub Guilielmo rege primo conſcriptus eſt. Addit item Huntingdonienſis, *Non fuiſſe tantum numerum navium tempore alicujus in Britannia*; quod itidem teſtantur annales, quos diximus, Saxonici. Igitur nec numeroſiſſima illa Edgari navium vis (de qua ſuperiore in capite) cum hac comparanda. At vero ex vetuſtis illius ſeculi ſchedis hidae per Angliam apud Guilielmum Camdenum [c], virum praeſtantiſſimum atque ingens Britanniae noſtrae lumen, ita numerantur, ut non ultra 243600. excreſcant. Si ita res fuiſſet, certe naves integrae ex hoc tributo tantum 785. conſtrui potuere; qui numerus millibus aliquot eſt Edgari regis numero minor. Itaque alia eſt hidarum ratio ineunda, cui locus hic non eſt. Huc ſpectat illud Huntingdonienſis de Canuto rege & Haraldo filio ejus. *In diebus illis,* inquit (ſcilicet Haraldi) *reddita fuerant* XVI. *puppibus ab unoquoque portu* VIII. *marcae argenti, ſicut & patris ſui tempore.* Quin *tributum quod claſſicae manui penderetur ſtatutum* (cum Canutus & Edmundus reges in inſula Sabrinae mediamni, Oleneja dicta, foedus percutiebant) memorat Hovedenius. Accedat, quod Hardecanuto Angliae regi, antequam biennium regnaverat, *ſunt redditae triginta duabus puppibus* 11048. *librae,* ſcilicet triginta duabus navibus conſtruendis; quod ſcribit Huntingdonienſis. Is etiam *unicuique remigi ſuae claſſis* (ita Matthaeus Weſtmonaſterienſis [d]) *octo marcas, & ſingulis rectoribus decem marcas de tota Anglia pendi praecepit.* Idem iterum de eo, *Miniſtros ſuos per omnes fines regni deſtinavit, ut tributum, quod indixerat, nulli parcentes colligerent, & piratis ſuis* (claſſiariis) *inde omnia miniſtrarent.* Et Florentius, *Octo marcas,* inquit [e], *unicuique ſuae claſſis remigi, &* 12. (ſic apud eum legitur) *unicuique gubernatori de tota Anglia praecepit dependi, tributum ſcilicet tam grave, ut vix aliquis id poſſet perſolvere.* Sed haec de Canuto, Haraldo filio ejus, atque Hardecanuto dicta, forte ad tributum ſeu ſtipendium *Danegeldum* dictum attinent. Id ſcilicet ad rem navalem & territorio marino tuendo quotannis pendebatur. Inter priſcas An[-]gliae leges occurrit, *Danegeldi redditio propte[r] piratas* (ſive depraedantes, ſive alios mare inva[-]dentes) *primitus ſtatuta eſt. Patriam enim in[-]feſtantes, vaſtationi ejus pro poſſe ſuo inſiſtebant[.] Ad eorum quidem inſolentiam reprimendam ſta[-]tutum eſt* **Danegeldum** *annuatim reddi; ſcilice[t] duodecim denarios de unaquaque hida totius pa[-]triae ad conducendos eos qui piratarum eruption[i] reſiſtendo obviarent.* Ita nonnullis legitur exem[-]plaribus [f], aliis [g] *irruptioni* habentibus. Alter[a] vero lectio denotare videtur, indictum hoc tri[-]butum ad conquirendas alendaſque copias na[-]vales, quae ita mare tutarentur, ut nec ex ad[-]verſo litore erumpere poſſent piratae hoſteſve[.] Nec aliter bene locum ibi habet *eruptionis* vox[.] Adeo ut ipſiſſima comitis litoris Saxonici dig[-]nitas vetuſta (de qua jam ſuperius dictum eſt in eo qui claſſibus illius aevi praeeſſet ut ad[-]mirallus, non obſcure inde cernatur. Originem habuit tributum hoc ſub Ethelredo illo reg[e.] Scilicet is a Swano Danorum rege miſeras tan[-]dem redactus in anguſtias, pace ab eo empt[a] etiam ex foedere conduxit puppes Danorum XLV[,] quae regnum ſuum in mari excubando tutaren[-]tur, ſtipendia quae ex tributo hoc conflarent[ur] in commeatus annuatim accepturae. Quod [u-]rite intelligatur, advertendum eſt ex hiſtoria A[n-]gloſaxonica, tributum ſeu cenſum Danis perſol[-] ſub id tempus ſolitum non unius fuiſſe generi[s.] Aliud erat tributum ſeu pecuniae vis, qua pace[m] interdum Angloſaxones ab illis inſulam gravit[er] infeſtantibus redimebant: aliud vero quod cla[ſſi] Danicae, ad tutandum mare oraſque defende[n-]das maritimas conductae, ut ſtipendium praeſt[a-]batur. Primi generis tributum in illo tum Fl[o-]rentii tum Rogeri Hovedenii cernitur ſub ann[o] MVII. *Rex Anglorum AEthelredus cum conſil[io] primatum ſuorum nuncios ad Danos legan[s] eis nunciare mandavit, quod ſumptus & trib[u-]tum eo tenore illis dare vellet, ut a rapinis d[e-]ſiſterent, & pacem cum eo firmam teneren[t.] Cujus poſtulationi conſenſerunt. Et ex eo tem[-]pore de tota Anglia ſumptus illis dabatur; e[t] tributum, quod erat* 36000 *librarum, perſolv[e-]batur.* Scilicet hoc tantum nunc fiebat, *ut p[e-]cunia pacem ad tempus, quam armis non potu[it] adquireret,* ut recte ait Florilegus. Elapſo ite[m] quadriennio, *Omnes Angliae primates utriu[ſ-]que ordinis ante paſcha Lundoniae congrega[ti] ſunt, & ibi tam diu morati ſunt, quouſque tr[i-]butum Danis promiſſum, quod erat* 48. *mil[lia] librarum, perſolveretur;* quae leguntur etia[m] tam apud Florentium quam [h] Hovedenium. H[oc] autem ideo praeſtitum eſt, *ut Dani omnes q[ui] in regno erant pacificam haberent cum Ang[lis] ubique cohabitationem, & eſſet utriuſque pop[uli] quaſi cor unum & anima una,* quemadmodu[m] Florilegus ille. Ejuſmodi ſunt alia in illius a[l-] hiſtoria, etiam & anteriora. Neque quotan[nis] pendi ſolebat hoc genus primum, ſed pro nata ſubinde praeſtitum eſt. Utcunque veru[m] forſan fuerit quod ſcribunt [i] nonnulli, *pro p[...]*

[a] MS. in Bibliotheca Cottoniana. [b] MS. penes Camerarios Scaccarii. [c] In Brit. pag. 114. [d] Ann. M[...]
[e] Ann. eodem. [f] Apud Rogerum Hoveden. part. 2. pag. 344. in edit. Londin. pag. 603. in edit. Francofurt. [g] Ad[...]
G. Lambard. de priſcis Anglorum legibus fol. 128. & G. Camden. Brit. pag 102. [h] Anno MXII. [i] Autor Chro[nici] Melroſenſis MS. in Biblioth. Cottoniana.

ulter[...]

lterius servanda XXXVI. *millium librarum tri-utum Danis singulis annis persolvere concessisse* thelredum in foedere illo anni MVII. de quo aulo ante dictum est. Concessisse hic legimus, ixta persolvisse itidem nullibi. Quod vero se-undi generis erat classi Danicae, ut dictum est, onductae solvendum, id annuum fuit, & eodem empore, saltem eodem anno, scilicet Christi IXII. quo 48 millia illa librarum ad pacem edimendam solvebantur, praestitutum. Nec erta pecuniae quantitate finiebatur, sed quanta lassiariorum victui & vestitui sufficeret. Flo-entius & Hovedenius in anno jam dicto, *Post aec, tributo soluto* (illo 48000 librarum) *& ace juramentis firmata, Danica classis ut prius rat congregata, longe lateque dispergitur. Sed um rege* XLV. *naves remansere, eique fidelita-em juravere, & adversus exteros Angliam se lefensuros eo tenore promisere, ut eis victum te-imenque praeberet.* Qua de re itidem annales Anglosaxonici monasterii Abingdonensis[a], Ða þ gafol gelæst wæs 7 friðaþas asworene wæron þa to ferde se here wide swa he ær gegaderode wæs. Ða bugon to þam cynge of þam here fif 7 feowertig scypa. And him beheton þ hi woldon þysne eard healdan 7 he hi fedan sceolde 7 scrydon. Id est, *Tri-buto soluto, & amicitiae juramentis praestitis, exercitus, ut ante erat congregatus,* seu classis, *late dispergitur. Manebant vero cum rege ex ipso exercitu quadraginta quinque naves, ipsique fide data promiserunt se terram hanc defensu-ros, modo eas aleret & vestiret rex.* Danorum rex tunc Swanus erat, quocum ita pepigit Ethel-redus. Utrumque autem praestationis, quam diximus, genus Danegelð, *Danegeldum* seu *Dana-geldum*, id est, tributum Danicum, dicebatur. Hoc nomine expressim apud Joannem Sarisbu-riensem[b] innuitur genus primum: ubi, *Suanus,* inquit, *Britanniae insulam, quam ex magna parte occupaverat, vastabat, spoliabat, & membra Christi persecutionibus multis affligebat indicti-one census, quam lingua Anglorum* Danageldum *nominant.* Secundum vero, quod pro classiario-rum commeatu solutum est, itidem eadem voce indigitabatur, tum quia ex foedere Danico na-tum, tum quia Danicae classi marino territorio tuendo conductae pendi solitum. Unde & idem retinuit nomen tam sub ipsis regibus Danicis, veluti Canuto, Haroldo I. Hardecanuto, quam sub Anglosaxonibus seu Anglicanis. Atque ea quae diximus fuisse hujus initia, testis item est omni exceptione major Ingulphus abbas Crow-landensis, qui sub idem seculum floruit. Is de rebus agens Edwardi Confessoris, *Anno,* inquit[c], MLI. (qui decimus erat Edwardi regis) *cum terra non daret solita fertilitate fructus suos, sed fame plurimos habitatores devoraret, in tantum ut bladorum carentia & panis inopia multa hominum millia morerentur, misericordia motus super populum piissimus rex Edwardus tri-butum gravissimum, quod* Danigeld *dicebatur, omni Angliae in perpetuum relaxavit. Ferunt quidam, regem sanctissimum, cum dictum* Danigeld *cubicularii sui collectum in regis cameram in-tulissent, & ad videndum tanti thesauri cumu-lum ipsum adduxissent, ad primum aspectum ex-horruisse, protestantem se daemonem super acer-vum pecuniae saltantem & nimio gaudio ex-ultantem prospexisse: unde pristinis possessoribus jussit statim reddere, & de tam fera exactione ne iota unum voluit retinere. Quin in perpe-tuum remisit, anno scilicet* XXXVIII. *ex quo, tem-pore regis Ethelredi patris sui, Swanus rex Da-norum suo exercitui illud solvi singulis annis imperavit.* Putatis retro ab anno MLI. annis XXXVIII. satis occurrit ipse annus MXII. quo, juxta superius dicta, collocatur Danegeldi hujus initium. Nec obstat omnino quod annus uni-cus forsan superesse videatur. Nam discrimen ejusmodi in monachorum Chronicis saepe obvi-um esse, maxime ob indiligentem annorum Christi ac regum (quorum initia variatim discrepare ne-mo nescit) commixtionem, satis norunt in illis versati. Nec ante annum proximum, seu MXIII. de tributo stipendiisque satis conventum fuisse est verisimile. Nam de eo anno expressim Flo-rentius, Hovedenius, aliique; *Interea Swanus tyrannus suae classi sumptus affluenter parari, & tributum fere importabile solvi praecepit. Similiter per omnia Turkillus classi, quae apud* Grenewic *jacebat, solvi mandavit.* Classis illa puppium XLV. in Thamesi juxta Grenovicum sta-tionem subinde habuit, & jam primum stipendia promissa accepit; id est, anno ipso qui trigesi-mus octavus est retro putatus, ut vult Ingulphus. Unde nec anno in illo initium ejus male posi-tum. Aulicus certe erat Ingulphus ille tempore Guilielmi primi regis, seu sub ipso, quo id quod narrat gestum est, tempore, non incelebris. Adeo ut hac in re fides ei cum primis sit habenda. Quod vero ait ille, in perpetuum Danegeldum remisisse Edwardum regem; astipulantur etiam Rogerius Hovedenius, & Matthaeus monachus Westmonasteriensis; hic, *Anno,* inquit, *gratiae* MLI. *rex Edwardus a vectigali gravissimo An-glos absolvit, quod patre vivente, Danicis sti-pendiariis triginta octo millium librarum solvi consuevit.* Quae itidem leguntur apud Matthae-um[d] Parisiensem. Hovedenius autem, *Rex Ed-wardus absolvit Anglos a gravi vectigali tri-gesimo octavo anno, ex quo pater suus rex Ethel-redus primitus id Danicis solidariis solvi man-darat.* Alii tantundem. Eandem rem in anno sequente collocant annales aliquot Anglosaxo-nici[e], adeoque annos 39, ab initiis tributi hu-jus (quod & Heregylð seu *Heregildum,* id est, *tributum militare* seu *navale,* appellant) ad illam Edwardi regis abolitionem intercessisse testantur; idem interea cum Ingulpho & Hovedenio, quan-tum ad initia attinet, asserentes. In anno sci-licet MLII. Aleðe Eadward cyng (sic annales illi) þ Heregylð þ Æþelred cyng ær astealde. þ wæs on þam nigon 7 þrittigoþan geare þæs þe heht on gannon hæfde, id est, *Abolevit Edwardus rex tributum illud militare, seu* He-

[a] In Bibliotheca Cottoniana, ann. MXII. [b] In Polycratico, seu de Nugis Curialium, lib. 8. cap. 21. [c] Edit. Londin. pag. 510. Francofurt. pag. 897. [d] Hist. Minor. in MS. Bibliotheca Cottoniana. [e] MS. in Bibliotheca Cottoniana compacti cum Guil. Gisburnensis Annalibus.

regildum,

regildum, *quod antea indixerat Ethelredus rex*; *anno nimirum* XXXIX[a]. *a tempore quo incoepit.* At vero apud autorem dialogi de Scaccario sub Henrico rege II. conscripti (eum fuisse Gervasium Tilburiensem vulgo putatur) legitur solutum esse quotannis usque ad tempora Guilielmi regis primi seu Normannorum adventum: nempe per quatuordecim annos integros, qui abolitionem illam proxime secuti sunt: nam tamdiu regnavit Edwardus rex, quem excepit Guilielmus ille. Verba autoris sunt, *Circumadjacentium insularum praedones, irruptione facta, maritima depopulantes, aurum, argentum & quaeque pretiosa tollebant. Verum cum rex & indigenae bellicis apparatibus instructi in suae gentis defensionem instarent, illi fugas adgrediebantur aequoreas. Inter hos itaque pene praecipua & semper pronior ad nocendum erat bellicosa illa & populosa gens Dacorum; qui praeter communem raptorum avaritiam acrius instabant, quia aliquid sibi de antiquo jure in ejusdem regni dominatione vendicabant, sicut Britonum plenius narrat historia. Ad hos igitur arcendos a regibus Anglicis statutum, ut de singulis hidis regni, jure quodam perpetuo, duo solidi argentei solverentur in usus virorum fortium, qui perlustrantes & jugiter excubantes maritima, impetum hostium reprimerent. Quia igitur principaliter pro Dacis institutus est hic reditus,* Danegeldum, *vel* Danegeldus, *dicitur. Hic igitur annua lege, sicut dictum est, sub indigenis regibus solvebatur usque ad tempora regis Willielmi primi de gente & genere Normannorum.* Sic autor ille, qui tributum hoc nomen, vides, sortitum esse voluit a Danis, quos maxime classis eo sustinenda Angliae finibus arceret. Sed primam nominis rationem, quemadmodum ex supra citatis adducta est, amplectendam esse non dubito; tametsi postmodum etiam simili classi ex eis qui Dani non essent seu Anglis, ad Danos ipsos reprimendos, stipendium solutum ac tributum pendi solitum idem nomen non immerito itidem indueret. De hujus post Normannorum adventum solutione, plura inferius[b]. Quod vero dicit hic ille, ex hida qualibet solidos binos argenteos quotannis praestari ad tributum hoc conflandum solitos, id alios habet autores veteres, Rogerum scilicet Hovedenium[c], & Matthaeum Parisiensem[d]. Adeo ut praestatio ei, quae ex Anglosaxonum legibus superius adducitur, apud hosce sit dupla. Apud Matthaeos item Westmonasteriensem & Parisiensem annua stipendii hujus Danici pensio triginta octo millibus librarum aestimatur, ut ex jam citatis liquet. Quod sane temere nimis ab eis scriptum est. Nec melius illi, quibus triginta millibus librarum taxatur illa pensio, velut Chronici Melrosensis[e] autori. Nam qualicunque census ratione, pro temporum varietate, tributum ipsum regi penderetur, certissimum videtur stipendia classi Danicae praeberi solita adeo incerta fuisse, ut nunc ampliora multo, nunc angustiora, pro navium & classiariorum numero tutelae marinae idoneo (quod nec aliter evenire potuisse credendum est) praestarentur. Id quod etiam exempla apud historicos docent. Florentius in anno MXIV. *Rex Ethelredus*, inquit, *classi quae apud* Grenewic *jacuit, tributum, quod erat* 30 *millia librarum pendi mandavit*; sic item Hovedenius. At annales Abingdoniensis monasterii Anglosaxonici de eodem anno, Se cyng het gyldan þam here ðe on grenawic læig XXI. þusend pund. *Rex mandavit solvi exercitui* (ita classis illa Anglosaxonice passim vocatur) *qui Grenovici stationem habuit* 21000 *libras.* Haud exiguum hic in librarum numero discrimen. Utcunque vero, si de annuo stipendio capiendum sit, minor multo erat hoc anno quam apud monachos illos qui de 38000 libris loquuntur, aestimatur. Quadriennio inde elapso, sub Canuto rege (qui ipse Danus erat) longe amplior pecuniae vis classi huic sustinendae praestabatur. Florentius ille saepe memoratus, *Hoc anno*, (scilicet MXVIII.) *de tota Anglia* 72 *millia*, *& de Lundonia* 1050 *librarum exercitui Danorum sunt persoluta; & cum rege Canuto* 40 *naves remansere. Caeterae vero Denemerciam sunt revectae.* De quo anno Hovedenius, *De tota Anglia* 72, *& de Lundonia* 410 *librae exercitui Danorum sunt persoluta. Et cum rege*, &c. De summa discrepant, non de re, uti nec annales Anglosaxonici, quos memoravimus. Sed certorum stipendiorum rationi, quam afferunt monachi quos diximus, satis adversantur hi simul omnes. De eodem autem tempore Matthæus Parisiensis[g], & alter ille Westmonasteriensis, *Canuto classem Danicam*, inquiunt, *& milites stipendiarios* (praeter 40 scilicet naves, ut ex jam dictis liquet) *remisit ad natale solum, datis eisdem ex tota Anglia octoginta duobus millibus librarum argenti.* Item anno secundo Hardecanuti regis, *Redditus est census exercitui Danorum, scilicet* 21000 *librae & 89 librae*, quod ait Huntingdoniensis. Quae omnia satis, puto, demonstrant tum ex certa pensionis annuae quantitate Danicum quod tractamus stipendium non constitisse, tum ingentem pecuniae vim ad mare regibus hujus Angliae tutandum (nam quorsum alias classis illa perpetua, & praestationes tantae in ejusdem commeatus annuae) quotannis impendi illo in aevo solitam. Sub Henrico autem II. rege nomen Danegeldi in desuetudinem abiit, tributis nihilominus ad mare tutandum aliis nominibus notissimis pendi solitis; ut infra ostenditur. Sed falluntur nimium tam qui a priore tributi Danis, pacis redimendae causa, soluti genere, Danegeldi annui, quod celebrius passim habetur, originem, sive cum Joanne Bramtonio[h] abbate Jornallensi, sive cum quopiam alio e quo ipse exscripserit, trahunt, aliisve ejusmodi, quam qui ob negatam Danis & Saxonibus navigationis libertatem, bellum ab eis in Britannos susceptum esse volunt[i], ejusque exitum fuisse, ut genti subjugatae eo nomine tributum hoc imponeretur. Clientum autem fiduciariorum officia navalibus expeditionibus & maris tutelae illo in aevo praestanda habemus in

[a] MS. penes Camerarios Scaccarii, c. 27. Idem habetur dialogus etiam in Codice Rubro penes rememoratorem regis. [b] Cap. 15. [c] Edit. Londin. pag. 276. Edit. Francofurt. pag. 482. [d] Hist. Minore MS. in Bibliotheca Cottoniana; in Stephani R. initiis. [e] MS. ibid. [f] MS. in Bibliotheca Cottoniana. [g] Histor. Minor. MS. in Bibliotheca Cottoniana. [h] MS. in Bibliotheca Cottoniana anno XIII. Ethelredi regis, seu Christi DCCCCXCI. pag. 57. [i] Apud Jacob. Thuanum, Historiar. lib. 95.

ii quae capite superiore de Edgaro rege dicta st. Juramento obstringebantur ei reguli insularn circumvicinarum, terra & mari servituros ad ei imperium. Et in Notitia illa Angliae celeberrima Domesday[a], dicta (quae usitatos sub Anglosaxonibus mores plurimos, praeter censum provinciarum, continet) Guilielmi primi tempore conscripta legitur, *Consuetudo Warwici est; si rex per mare contra hostes suos ibat, vel* IV. *butsecarles* (classiarios seu remiges) *vel* IV. *libras denariorum ei mittebant.* Et de Exonia, *quando expeditio ibat per terram aut per mare, serviebat haec civitas, quantum* V. *hidae terrae. Barnestaple, Lydeford, & Totenais serviebant quantum ipsa civitas.* Hoc est, tantum praestabant haec tria simul oppida, quantum Exonia sola. Quin, *Reddebat Glocestria* XXXVI. *dicras ferri & C virgas ferreas ductiles ad clavos navium regis.* Leicestria item, *Si per mare in hostem ibat rex, mittebat ei quatuor equos de eodem burgo usque Londoniam ad comportandum arma vel alia quibus opus esset.* De Lewes etiam agri Sussexiani oppido primario, *rex Edwardus* confessor *habebat* CXXVII. *burgenses in dominio. Eorum consuetudo erat, si rex ad mare custodiendum sine se mittere suos voluisset, de omnibus hominibus cujuscunque terrae fuisset, colligebant* XX *solidos, & hos habebant qui in navibus arma custodiebant.* Ejus maris tutelae seu custodiae expressissima hic mentio est. Et in Colcestria Essexiani agri oppido insigni, morem illius aevi offendimus *reddendi de unaquaque domo per annum* VI. *denarios, quos reddere potest, ad victum soldariorum regis ad expeditionem terrae vel maris,* &c. *hoc sit si rex soldarios habuerit, vel expeditionem fecerit.* Haec omnia in Notitia illa. Atque ejusmodi sunt inibi alia. Quin *expeditio per mare* in testimoniis hisce non bellum ad vicinorum continentes subjugandas gerendum, sed planissime apparatum, & profectionem militarem ad mare tutandum pacandumque, atque ut imperii Britannici partem retinendum, denotavit. Quod ex historiis illius temporis satis elicitur. Nam neque cum vicinis quibuscunque tunc temporis certamen aliud iniisse Anglosaxones Danosve nostros, praeter id quod aut de insulis Britannicis aut de mari suo institueretur, legimus. Quod etiam est inprimis advertendum.

CAP. XII.

Edgari & Canuti regum Angliae, aliaque expressissima de dominio eorum decessorumque marino testimonia; & de adversi litoris, illo in aevo, gentibus monitum.

Ut tandem quadruplicem de illius aevi testimoniis divisionem absolvamus, Edgari & Canuti regum disertas de dominio suo marino sententias adjicimus. Quod ad Edgarum attinet; titulus ei solennis erat, *Ego Edgarus*[b] *totius Albionis basileus, nec non maritimorum seu insulanorum regum circumhabitantium.* Britannici imperii corpus ita sane facit regna maritima circumquaque omnia, id est, in mari Britannico posita. Quod explicatius reddit, dum oceani Britannici regem se expressim appellat in tabulis, quibus ecclesiam Wigorniensem anno DCCCCLXIV. ditavit; saltem si eas recte legerint, qui ante annos plurimos typis, quantum ad hunc titulum attinet, eas mandarunt. Verba sunt, *Altitonantis*[c] *Dei largiflua clementia, qui est rex regum, ego Edgarus Anglorum basileus, omniumque regum insularum, oceanique Britanniam circumjacentis* (sic legebat olim vir sane doctrina multijugi Joannes Dee, nisi quod *Britanniani* pro *Britanniam* habet ille; aliis legentibus[d], *Insularum oceani quae Britanniam circumjacent*) *cunctarumque nationum quae infra eam includuntur imperator & dominus; gratias ago ipsi Deo omnipotenti regi meo, qui meum imperium sic ampliavit & exaltavit super regnum patrum meorum; qui licet monarchiam totius Angliae adepti sint a tempore Athelstani, qui primus regnum Anglorum & omnes nationes quae Britanniam incolunt, sibi armis subegit; nullus tamen illorum ultra ejus fines imperium suum dilatare aggressus est. Mihi autem concessit propitia divinitas cum Anglorum imperio omnia regna insularum oceani cum suis ferocissimis regibus usque Norwegiam, maximamque partem Hiberniae cum sua nobilissima civitate Dublinia, Anglorum regno subjugare. Quos etiam omnes meis imperiis colla subdere, Dei favente gratia, coegi.* Quod ait patrum suorum neminem imperium suum ultra fines Britanniae dilatare esse aggressum, ita plane intelligendum est, ut de finibus septentrionalibus occidentalibusque Britannici imperii capiatur: quod ex Hiberniae & Norwegiae mentione satis constat. Adeo ut plures quam Britanniae nomen complecteretur jam insulas, seu insulas oceani illius, cum ipso oceano, subjugatas ipse haberet omnes. Canutus autem rex suae ditionis esse oceanum Britannicum verbis expressissimis item est testatus. Is in litore Southamptoniensi[e], ad aestum maris, sedili posito discumbens, ut etiam reges ipsos homines esse assentatoribus manifestaret, mari aestuanti ad hunc modum imperasse fertur, *Tu*[f] *meae ditionis es, & terra in qua sedeo mea est. Nec fuit qui impune meo resisteret imperio. Impero igitur tibi, ne in terram meam ascendas, nec vestes nec membra dominatoris tui madefacere praesumas. Mare vero* (quod aiunt Huntingdoniensis & Florilegus, qui haec narrant) *de more conscendens, pedes regis & crura sine reverentia madefecit.* Unde rex resiliens neminem regis nomine dignum esse pronunciavit, praeter eum unicum cujus nutum tam mare quam terra observaret. Neque postea auream coronam induere voluit, sed imagini Servatoris cruci affixae

[a] MS. penes Camerarios Scaccarii. [b] Apud Guil. Malmesbur. de Gest. Reg. lib. 2. cap. 8. [c] Inspeximus in Rot. part. 1. ... IV. part. 6. Sic habetur apud Joannem Dee, in Monarch. Britannic. pag. 58. & 60. & apud Willielm. Purchasium, in Peregrinantium, ... glice editorum, part. 3. lib. 3. cap. 19. pag. 619. [d] Edwardus Coke, in Praefat. ad Commentariorum Juris lib. 4. & Ja... Usserius, archiepiscopus Armachanus, in Epistolarum Hibernicarum Sylloge, pag. 121. ubi vide item pag. 163. [e] Guil. Camd. in Brit. pag. 189. [f] Henric. Huntingdoniens. lib. 6. & Florilegus, anno MXXXV.

consecravit. Ipsum se interea maris dominatorem, aeque ac insulae, esse palam est hic professus. Huc sane spectant scriptorum aliorum testimonia aliquot, quae utcunque Anglosaxonum imperio recentiora, a viris nihilominus historiae Anglicanae receptissimarumque de dominio maris Anglicano sententiarum callentissimis, utpote a majoribus edoctis, posteritati relinquuntur. Habetur apud Galfredum Chaucerum, non celeberrimum tantum poetam, sed etiam virum sane, pro seculo quo vixit, doctrina omnigena refertissimum, fabula in itinere quod fingit versus Cantuariam a jurisconsulto suo narrata, quam ad Allae regis Northumbrorum aevum spectare voluit. Regnavit ille annos xxx. Coepit autem anno salutis[a] DLIX. Fingitur ibi, Constantiam imperatoris nescio cujus Romani filiam, Syriae regi nuptam, nave in mare propugnaculo cuidam litoris Northumbrici vicinum devectam esse, atque in arena haesisse. Christianam eam fuisse, eoque nomine extorrem, atque a propugnaculi regio praefecto captam. Inter describendum autem Constantiae infortunium, Christianismum ait (quod verum est) nondum fuisse territorio in illo ullibi receptum, sed septentrionales illas plagas tam per mare quam per terram a paganis devictas tunc esse atque occupatas. Verba ejus, quae idem sonant, sunt,

In all that lond dursten non Christen rout;
All Christen folk been fled from the Countre
Through Paynims that conquered all about,
The plagues of Northumberland by land and
Sce.

Mare vicinum aeque ac tellurem victoribus hujus insulae cessisse apposite dixit, receptissimae ea de re apud majores sententiae non nescius. Floruit ante annos CCXXX. sub Richardi secundi tempora. Nec minuitur autoritas haec, ex eo quod caetera sunt ibi fabulosa. Scimus enim ex fabulis Heliodori, Achillis Tatii, Theodori Prodromi, Eustathii, ejusmodi aliis sive eroticis sive generis qualiscunque, ritus, mores, ac receptas sententias tum hominum apud quos agi finguntur, tum seculorum quibus tribuuntur, non inutiliter subinde observari. Joannes item Hardingus, qui historiam de rebus Anglicis metrice sub Edwardo IV. rege conscripsit, ubi principes memorat qui fidei juramenta, ut clientes beneficiarii, Canuto regi praestitissent, adjicit[b],

So did the kings of Wales of hic parage,
And all the North-West Occian,
For their kingdomes and for their landes than;

id est, *Idem fecere tunc Cambro Britanniae reges nobilissimi, uti etiam totius oceani sub cauro positi, nomine regnorum & territoriorum suorum.* Oceani illius regum rex ita erat Canutus; quod satis & ipse testatur, ubi ditionis suae mare fuisse in superius adductis expressim affirmat. Et oceani Britannici a regibus tum Anglosaxoni tum Danicis (praeter ipsos Britannos, postqua Romanorum exuerant imperium) occupati tes moniis, hactenus. Quin eodem ferme usos hos fuisse consilio videtur, in firmando tutandoq tam oceani quam insulae imperio, quod Germa veteres (quorum pars & Saxones & Dani) in c vitatibus suis mediterraneis tuendis adhibere s liti. Apud eos enim *maxima laus erat* (quo scribit Caesar[c]) *quam latissimas circum se vast tis finibus solitudines habere; hoc proprium vi tutis existimantes, expulsos agris finitimos c dere, neque quemquam prope se audere consist re; simul hoc se fore tutiores arbitrantur, r pentinae incursionis timore sublato.* Ita sane ii qui in Britannia rerum sunt tunc potiti, visu est latissima circumambientis oceani spatia su reddere, circumnavigando, aliosque arcendo, ve luti ab insulae sive muro sive pomoerio. Ne que civitates illae Germanorum domini mag erant circumjacentium, in quibus nihil praete solitudines, agrorum, quam Britanniae reges oc ani cognominis. Caeterum ut de Scotis & Picti sub Romanorum tempora superius, ita hic etian de ipsis iterum Norwegis, Normannis (hi du iidem saepe sunt) aliis septentrionalibus populi monendum est; insulas nimirum Britannicas i occiduo & septentrionali oceano positas a Scoti Pictisque adeo fuisse interdum occupatas, uti etian a Norwegis, atque id genus aliis, qui mare bo reale infestum haberent, insulasque interjectas in vaderent, ut non dubitandum fuerit, hos etian pro vario terrestri suo imperio marinum simu (velut litorum qualiumcunque Britannicorum ap pendicem) dominium esse hoc temporis inter vallo adeptos. Autor incertus[d] de anno DCCCXLVI *Scothi a Normannis per annos plurimos tri butarii efficiuntur, insulis circumquaque positis nullo resistente, potiti immorantes.* Et de nau ticis in mari nostro rebus Normannorum ali occurrunt apud Reginonem Abbatem, Aimoinum & scriptores de aevo illo alios. Sed interea pro comperto satis est, ut per variantes rerum illo in seculo status ipsum insulae imperium in incerto saepius positum est, ita etiam & imperium marinum pari aut simili modo affectatum esse, turbatum, invasum, receptum, defensum, velut id quod insulae imperium dominiumque nunquam non sequebatur. Scimus autem in historiis Francorum subinde quaedam de eorum potentia navali hoc in seculo occurrere, quae & collegit Popelinerius[e]. Sed in iis nihil habetur quod dominii seu imperii marini vestigium seu specimen exhibeat. Pauca sane sunt ea; & quae sunt, aut ad tutanda adversus Normannos ac Danos per mare nostrum tum circumcursitantes, fluminum[f] ostia, aut ad Frisonum[g] eisque vicinorum aliquot subjugationem tantum fere attinent. Quo etiam tantum spectabunt nonnulla, quae infra de Francorum admirallis dicemus.

[a] Florentius Wigorniensis ann. DLIX. [b] Cap. 117. [c] De Bello Gallico lib. 6. [d] In Gestis Normannorum pag. 2. vide Aimoinum de Gestis Francorum lib. 4. cap. 90. & 100. de Normannis. [e] L' Amiral de France, chap. 6. & 7. [f] Aimoin. Monach. lib. 5. cap. 7. & Eginhart. in Vita Caroli. M. [g] Appendix. Gregorii Turonensis cap. 109.

CAP.

CAP. XIII.

Testimonia de marino regum Angliae dominio, post Normannorum adventum, per capita generatim indicantur.

DE marino Britannorum dominio cis Normannorum in Angliam adventum (eo enim ...daginis ordo deduxit) proxime dispicimus. Et ...rimo de oceani Anglicani, seu ejus quod An...liam & litora portusve vicinorum adversos in...fluit, dominio agemus. Cum autem dominium ...mne justa possessione sive occupatione, ejusque ...ontinuatione, inprimis subniti in confesso sit, ...ec possessionem adipiscamur sive per se animo, ...ve per se corpore (ut rectissime Paulus[a] olim) ...d tum corpore tum animo, & utroque ea op...me retineatur; unde in civilem seu quae jure ...t[b], & naturalem seu corporalem distribuitur; ...ominiumque illud ut insigniter firmetur necesse ... a vicinorum, quorum maxime interest, per ...ulta secula adstipulatione & libenti atque pub...a confessione seu recognitione: primo tam de ...rporali seu naturali maris hujus possessione, ...tam de ea quae civilis seu jure est atque ani...o retinetur, amplissima simul de tempore, quod ...ormannorum adventum sequitur, testimonia ex...hibebimus: dein vero ejusmodi dominium regum ...ngliae marinum etiam ab exteris seu vicinis ...ntibus, quarum maxime interest, recognitum ...e ostendemus. Quoniam vero quae de An...licano mari generatim ita dicemus, ad australe ... orientale, seu quod Gallias & Germaniam ...lsans Angliae litoribus praetenditur, potissimum ...inebunt; ideo tam de occiduo Angliae, quam ... eo quod Scoticum est & borealius, seorsim ...stea differetur. Quod ad maris hujus Angli...ni tam corporalem, quam eam quae ex ani...o est, possessionem in illo, quod jam tracta...us temporis intervallo, perpetuam, indeque ...um & retentum non dissimile dominium ...ctat; ejusce sunt insignia seu testimonia lu...centissima, quae methodi causa in capita octo ...uimus. Horum est

I. Custodia, praefectura, seu admirallatus maris Anglicani, seu territorii sive provinciae regiae.
II. Dominium insularum litori Gallicano praejacentium.
III. Impetrata exteris transeundi per hoc mare venia.
V. Libertas piscandi in eo exteris vicinisque indulta, & tutela piscatoribus praestita.
V. Leges & termini exteris, qui invicem hostes, Anglo utrique amici, per hoc mare mutuo depraedarentur, praestituti.
VI. Tabulae in sacris Scriniis publicae, quibus dominium hujusmodi obiter, idque tum a rege ipso tum ab ordinibus Angliae parliamentariis, velut aliud agentibus, ut res certissima diserte asseritur.
VII. Juris patrii commentaria moresque receptissimi, quibus sive asseritur sive admittitur ejusmodi dominium.
VIII. Veterum aliquot notae minoris testimonia.

Domestica quidem ferme sunt omnia hac in distributione comprehensa testimonia; sed adeo publica, & tam certae spectataeque fidei, ut quod possessionem tum quae animo est seu civilem, tum quae corpore seu naturalem luculentius comprobet, id quidem vix possit fingi: ut intuenti cuivis facile patebit: maxime, si ipsis exterarum gentium, quarum inprimis intererat, sententiam seu recognitionem, quae itidem mox subjicitur, adjungat. Sed de his sigillatim.

CAP. XIV.

Reges Angliae post Normannorum adventum maris circumflui dominos perpetuo fuisse, primo ex ejus veluti provinciae seu territorii custodia seu praefectura, id est, jure admirallatus Anglicani singulari, probatur.

QUOD ad custodiam seu praefecturam maris hujus attinet; tria sunt de ea maxime advertenda: nuda custodiae maris & custodum seu admirallorum in tabulis publicis & historiis mentio & natura; tributa & vectigalia ad custodiam ejusmodi sive indicta, sive pendi solita, seu postulata; & demum custodiae hujus & admirallatus Anglicani seu praefecturae marinae diplomatum tenor & varietas. Custodiae seu praefecturae ad tutandum mare institutae mentio est post Normannorum adventum frequens. Recolantur hic quae superius[c] ex Notitia Angliae Domesday dicta, de custodia hujusmodi adnotantur. Et Henricus rex primus, inquit Florentius Wigorniensis[d], *Butsecarlis suis praecepit mare custodire, & observare, nequis de partibus Normanniae fines adiret Angliae.* Totidem fere verbis Rogerus Hovedenius, excepto quod in impressis male legitur *Buzsecarlis* pro *Butsecarlis*. *Butsecarli* seu Butescarles sunt ministri nautici seu classiarii, ut *Husecarli* ministri domestici seu aulici, lingua Anglorum veteri. *Mare* autem *custodire* hic, mare ipsum classe, non regionem maritimam (ut interdum, sed raro) copiis terrestribus tueri denotasse manifestum est ex Huntingdoniensi, apud quem liquet hos ipsos, qui mare ita custodirent, missos etiam fuisse a rege ut navale bellum adversus Robertum Normanniae comitem in Angliam trajecturum gererent. Interciderunt autem tabulae publicae, in quas referri solebant codicilli regii, quibus ejusmodi praefectura mandari solebat, per totum tempus

[a] ... 3. ff. tit. de acquir. vel amitt. possessione. C. ... de acquir. possess. & retinenda.
[b] Hugo Donellus de Jure Civili lib. 5. Cujacius Observat. lib. 9. cap. 37. l. 10.
[c] Cap. 11. hujus libri.
[d] Anno MCI.

quod

quod Normannorum adventum & Joannem regem intervenit. At vero ex iis qui ad sequentia secula etiam in praesens attinent, aperte constat reges Angliae praefectos constituere solitos, qui mare Anglicanum custodirent, seu ejus custodes essent sive praefecti, non aliter ac provinciae cujuscunque terrestris. Primo autem mari, *maritimae* & *marinae* (idque ubi his vocibus non regio solum maritima, sed ipse etiam oceanus Britannicus plane continetur; quod non semper fieri fatemur) praeficiebantur[a], qui tuerentur & custodirent, nomine *custodum* (ut interdum) *navium*, frequentius vero *maritimae* seu *marinae*, sensu jam dicto. Et sub Henrico tertio nuncupatur Thomas de **Moleton**[b] *capitaneus & custos maris*; & praeficitur ipse *ad custodiam maris & partium maritimarum* litoris orientalis. Sub eodem etiam cives quinque portuum *custodiebant costeram*[c] *Angliae & mare*. Sic Hugo de **Crequeur** *custos* erat *quinque*[d] *portuum, & maris in partibus illis*. Postea *custodum* nomen saepius in *admirallorum* transiit. Edwardus primus *navigium ad custodiendum mare in tres classes distinxit, tres praeponens ei admirallios; videlicet, Gernemuthensibus & caeteris illius partis navibus, Johannem de* **Botetort**; *Portesmuthensibus, Willielmum de* **Leyburn**; *occidentalibus vero navibus & Hibernicis, militem quendam de Hibernia oriundum*; quae verba sunt Thomae Walsinghamii[e]. Sed & Joannes ille de **Butetort** *custos maritimae* nominatur in sacris illius temporis Scriniis[f], ut etiam alii. Edwardo dein secundo regnante, *tres admirallii trium plagarum Angliae, videlicet* (sic Walsinghamius[g]) *dominus Johannes* **Sturuin**, *dominus Nicolaus* **Kyriel**, *& dominus Johannes de* **Felton** *custodiam maris habebant*. Et primaria comitiorum parliamentariorum ratio, anno regis Edwardi tertii decimo quarto, est, *De treter sur la gard de la pees de la terre, & de la marche d'Escote, & de la meer*; quod legimus in tabulis publicis[h]; id est, *ut tractaretur de custodia pacis terrae, & limitis Scotici, & maris*. Non alia habebatur tutelae maris quam telluris seu terrestris provinciae ratio. Unicum ex hisce constare innuebant, regni scilicet Angliae corpus. Ejusmodi alia expressim occurrunt in tabulis ejusdem regis[i] parliamentariis, seu in consultationibus ordinum regni ea super re subinde ita habitis, ut, dum *de la saufegard de la terre*, seu *de custodia* seu *tutela telluris* sive insulae, & *de la saufegard de la mere*, seu *de custodia maris*, consilium pariter ineunt, tam hujus dominium quam illius ad regem suum pertinere, a majoribus edocti, manifesto testari videantur. Non enim de classe solum agunt, qua hostibus per mare resisteretur, sed de ipso mari tuendo aeque ac de tutela insulae, adeoque de jure in utroque regis avito defendendo. Sub Richardo rege II. Hugo **Calvecleе** *factus est admirallius maris* (sic Walsinghamius[k]) *& dominus Thomas* **Percy** *associatus est ei ad observandum semitas maris per unum annum*. Sub eodem etiam rege, & Henricis, qui sequuntur, quarto & quinto, *de custodia maris* agitur in comitiis[l] parliamentariis. Richardo item comiti Sarisburiensi, Joanni Salopiensi, Joanni Wigorniensi, Jacobo Wiltoniensi, praeter baronem Sturtonium, sub Henrico rege VI. *custodia maris*[m] mandata est cum classe numerosa, & postea Joanni duci[n] Exoniensi. Et frequentes erant illo in aevo literae regiae *protectiones* verbo forensi dici solitae, quibus indulgebatur litium vacatio eis qui maris tutelae hujusmodi incumberent, seu *super salva custodia & defensione*[o] *maris morarentur*, ut verborum erat formula quae in archivis saepe occurrit. Etiam in editis sanctionibus ejusdem regis parliamentariis[p] mentio fit *salvae custodiae maris*, seu *de la saufegard de la mier*, ut rei tum notissimae, tum cui non aliter ac provinciae cujuscunque praefecturae in more erat Anglis prospicere. Quin legem rogat plebs anno regis ejusdem XX[q]. qua lectissima classis maris tutelae praeficeretur, eo quod **It is thought fit be all the Commens of this Land that it is necessary the See be kept**, id est, *Necessarium visum est toti plebi Anglicanae, ut mare custodiretur*. Quam plurima sunt ejusmodi alia. Quin ubi inter appositissimos elegantissimosque complurium hominum generum characteres Anglice conscriptos, mercatorem sui aevi Anglicanum describit Galfredus Chaucerus (floruit ille sub Richardo secundo rege, vir rerum patriarum scientissimus) id inprimis cupivisse eum ait, ut mare custodiretur, seu tutela qua haberetur pacatum neutiquam careret. Quod ideo sane dixit, ut totum mercatorum nostratium illius aevi sic depingeret genus; utpote cui solenne erat de commerciis ante alia solicitum esse, adeoque de mari ipso, quod tutum eis iter navale non praeberet, nisi reges Angliae, pro more & jure suo, illud veluti provinciam, scilicet ejusdem domini, tutarentur. Chauceri verba sunt,

> **His reasons spake he full solemnely,**
> **Shewing alway the encrease of his winning**
> **He would the See were kept for any thing**
> **Betwixe** Middleborough **and** Orewell.

Id est, *Rationes suas gravissime elocutus lucri sui incrementa semper aperuit. Mari autem tutelam ante omnia praestari volebat inter Midleburgum & Orewellam.* Orwella portus est in maritimis Suffolciae, Middleburgum in Zelandiis. Integrum oceanum, qui interfluit Britanniam & Zelandias, tutandum voluere mercatores Angli; id solenni effato optare soliti; utpote quod ipsum, uti & tutela eorum, Angliae regum erat. Nam de transmarinorum principum hic tutela ex

[a] Rot. pat. 6. Joannis R. membr. 8. vide rot. Pat. 8. Hen. 3. part. 1. m. 3. & 4. Clauf. 9. Hen. 3. membr. 15. Pat. 9. Hen. 3. part. m. 9. [b] Rot. pat. 48. Hen. 3. part. 1. memb. 3. & Rot. Claus. 48. Hen. 3. membran. 3. [c] Rot. pat. 27. Hen. 3. part. membran. 3. in dorso. [d] Rot. pat. 19. Hen. 3. membr. 14. [e] 22 Ed. 1. seu anno MCCXCV. [f] Rot. pat. 2 Ed. 1. m. 5. [g] 18 Ed. 2. seu ann. MCCCXXVI. & vide Rot. pat. 19. Ed. 2. part. 1. mem. 12. & 20. Ed. 2. mem. 2 [h] Rot. Parliam. 14. Ed. 3. art. 2. [i] Rot. Parliam. 13. Ed. 3. part. 1. 9, 9. & 11. & Rot. Parliam. 20. Ed. 3. artic. 21. [k] 2 Rich. [l] Rot. parliam. 2. Rich. 2. part. 2. art. 39. & 7. Rich. 2. membran. 9. art. 13. & 14. & 7. Hen. 4. art. 18. & 19. & 8 Hen. 5. art. [m] Rot. parl. 33. Hen. 6. artic. 27. [n] Rot. Franciae 38. Hen. 6. m. 4. [o] Rot. Franciae 32. Hen. 6. m. 4. & 6, & [p] Stat. 20. Hen. 6. cap. 1. [q] Rot. parliam. 20. Hen. 6. artic. 29.

a portus suos ac sinuosos forte, inter insulas uas sive Germaniae sive Galliae Belgicae conterinas possidebant, flexus, anteriorum seculorum stimonia nihil omnino, quantum scimus, suppeditant. In seculis itidem sequentibus frequens t custodiae hujusmodi seu tutelae maris ejusemque praefecturae mentio, ut amplius patebit, bi de tributis & diplomatum admirallorum teore & varietate inferius agimus. Jam vero obrvandum est, & nomen & naturam hujus *custoae* non solum ex ejusdem vocabuli usu in jure m Caesareo [a] tum pontificio [b], quo diligenm rei, cujus is dominus est qui sive custodi ommodat sive eum praeficit, curam denotat; vem etiam ex obvio ejusdem vocabuli, aliis in aefecturis, apud Anglos usu optime dignosci. am constituti sunt olim, idque quando *custoum maris* nomen erat usitatius, *custodes portu*, quemadmodum hodieque, *custodes comitaum* (qui ipsi sunt provinciarum praefecti, *vicemites* dicti, & solenni verborum formula *custoum comitatus* sibi habent mandatam) *custodes archiarum* seu limitum, *custodes arcium* seu *strorum, vivariorum, aedium*, ejusmodi aliium. Etiam & Hiberniae prorex *custos Hiberiae*, & dignitas ejus *Hiberniae custodia* stilo soini, Joannis [c] & Henrici tertii [d] regum maxi: aevo, nuncupabatur. Quemadmodum & Joannes Bedfordiae & Humfredus Glocestriae duces, ibus vicissim regimen Angliae, Henrico rege into in Galliis absente, permittebatur, *custodes Angliae* vocitabantur; quod tum in historiis [e] n in tabulis publicis [f] saepissime occurrit. Sic thurus princeps Walliae *custos Angliae* [g] conutus est, Henrico rege septimo ex Anglia proto. Sic Petrus Gavestonius *custos Angliae* t, Edwardo secundo rege in Galliis agente. alii. Et praefecti insularum Caesareae, Sare (Jarsey & Garnesey) & adjacentium in : mari *custodes* itidem seculis vetustioribus [h] tum dicti, quemadmodum nunc *gubernatores, odes, & capitanei.* Quod cum ita sit, quodo fieri potest, ut non eadem notione vocai *custodis* & *custodiae* majores nostros usos esse stimemus in custodis & custodiae maris nomi qua in *custodia insulae* & caeteris jam dictis nitatibus uti solebant? Scilicet in hisce omni dominium imperiumque singulare praeficienapertissime ita signatur includiturque, adeo ut magis autoritas in personam quae praeficitur, m rei custodiendae dominium nomine hoc ne innuatur. Nec praetermittendum est, fes priscis antequam summorum admirallorum gliae autoritas a regibus nostris satis stabilita , & ita distincta, ut maris praefectura ad eos ummodo attineret; ipsos provinciarum praeos seu custodes, quos *comitatuum vicecomites* ellamus, ex ipso vicecomitatus officio etiam odiam aliquam contermini provinciis suis mavelut regni Angliae partis, habuisse. Quod (ut alia mittam) inde satis probatur, quia non raro ipsi, qui ex jure patrio ac ordinario, regia in locis sibi tantum commendatis custoditisque exequi mandata, ut nunc, solebant, etiam in ipso mari, non aliter ac in provincia quacunque mandantis terrestri, idem praestabant. Nimirum naves & classes regias a portu alio ad alium, per mare, ut per provinciae commendatae territorium, ex jussu regio ordinario, nec qui alio jure ab eo quod custodiae comitatus seu provinciae erat subniteretur, saepenumero deducebant. Quod seculis quidem citerioribus inauditum est: sed rem se ita habuisse sub Henrico tertio & Edwardo primo regibus, docent eorum tabulae [i] publicae. Postea vero omnimoda maris custodia, quae extraordinaria non est, summis admirallis Angliae, iisque solis, eorumve legatis, a regibus nostris permissa, jure nunc certissimo ad eos pertinet. Sed ubi quis custodiae praeficitur, in ipsa praefectura, regis qui praeficit, possessio ad dominium continetur. Quod etiam, ad ipsam quam tractamus rem, verbis expressissimis libelli, a plurimis gentibus vicinis, cognitoribus sub Edwardo nostro primo & Philippo Pulchro Galliarum rege exhibiti, atque inferius [k] adducti, comprobatur.

CAP. XV.

Maris Anglicani dominium ex tributis seu vectigalibus ad ejusce custodiam, seu tutelam, post Normannorum adventum indici, pendi, postulari solitis, firmatur.

De tributis seu vectigalibus ad maris Anglicani custodiam indictis, pendi solitis, postulatis, testimonia sunt amplissima, vetustissima, omnisque aevi cis Normannorum tempora: atque ea quae de custodia maris jam dicta sunt, haud parum firmant. Tributum Anglosaxonum tempore custodiae maris indictum, quod *Danegeldum* vocabant (de cujus initio ac usu superius [l] dictum est) etiam sub Normannicis regibus olim pendi subinde solitum esse liquet. Post verba ibi ex prisco dialogo de Scaccario, de ejusdem ante Normanni adventum praestatione adducta, statim sequitur in eodem dialogo, *Ipso namque regnante* (scilicet Guilielmo primo) *tam Daci quam caeteri terrae marisque praedones hostiles cohibebant incursus, scientes verum esse quod scriptum est*, Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet. *Noverant enim, quod acerrimae virtutis homines impunitas non ferent injurias. Cum igitur diu solvisset terra sub ejusdem regis imperio, noluit hoc ut annuatim solvi, quod fuerat urgente necessitate bellicae tempestatis exactum; nec tamen omnino propter inopinatos casus dimitti. Raro ergo temporibus ejus vel successorum ipsius solutus est; hoc est, cum ab exteris gentibus bella vel opiniones bellorum insurgebant*. Atque inter priscos

[a] . 5. ff. tit. commodati §. 5. & 8. [b] Extr. tit. de Officio Custodis Ecclesiae. [c] Rot. cart. 2. Joann. R. in dorf. & ot. t. 17. Joannis. [d] Rot. pat. 3. Hen. III. membran. 4. &c. [e] Tho. Walsingham. ann. MCCCCXX. &c. [f] Rot. ar. 1. 8. Hen. V. &c. [g] Rot. pat. 8. Hen. VII. part. 1. [h] Rot. pat. 3. Hen. III. in Junio; Philippo de Albiniaco, &c. [i] Rot. clauf. 7. Hen. III. dorf. 6. 14. Hen. III. membr. 22. & 17. in dorf. clauf. 17. Hen. III. membr. 7. in dorf. rot. pat. 24. Edw. I. mem. r. 17. & clauf. 25. Edw. I. membr. 12. in dorso, &c. [k] Cap. 27. & 28. [l] Cap. 11.

Anglorum leges [a] docemur, Guilielmo Rufo *a baronibus auxilium requirente, ad Normanniam requirendam & retinendam de Roberto suo fratre cognomine* Cortehose *Jerusalem proficiscente, concessum esse ei, non lege sancitum neque firmatum,* Danegeldum; scilicet ex unaquaque hida quatuor solidos, qui marinae tuendae provinciae impenderentur. Nam ex sui natura ac origine id postulabat Danegeldum. Etiam in Stephani regis tempora pendi solitum expressim testatur Rogerus Hovedenius [b]. De promissis ejus tempore coronationis suae agens ille, *Tertio,* inquit, *vovit, quod Danegeldum, id est, duos solidos ad hidam, quos antecessores sui accipere solebant singulis annis, in aeternum condonaret.* Adstipulatur item, praeter Matthaeum Parisiensem, Rogerus Wendoverius [c], e quo Matthaei Annales editi usque in annum decimum nonum Henrici tertii, seu Christi MCCXXXV. omnino desumpti sunt. *Tertio vovit,* sic illi de Stephano rege, *quod* Danegeld, *id est, de qualibet yda terrae duos solidos, quos antecessores ejus consueverant accipere, in aeternum annis singulis condonaret.* Ita nempe legitur in codicibus Matthaei hujus manuscriptis [d], unde corrigendi sunt editi, qui habent tantum, *Tertio vovit quod antecessores ejus accipere consueverant, in aeternum annis singulis condonaret.* Subjicitur autem apud Hovedenium, *Haec principaliter Deo vovit, & alia, sed nihil horum tenuit;* quod itidem testantur Parisiensis & Wendoverius. Igitur sub Willielmo primo, secundo, & Henrico primo regibus, etiam & Stephano, tributum hoc maris custodiae solvi solebat. Et sane in proventus sacri ratiociniis sub Henrico secundo subinde solutum fuisse reperitur. Quod postquam desiit, alia ad eandem rem ratio frequentissime iniri & pro moribus patriis usurpari est solita, ne stipendia & commeatus tuendae regni Angliae provinciae marinae omnino deessent. Ea de re occurrit in actis forensibus Edwardi primi regis *terrarum* [e] *ad custodiam maris agistatarum* mentio, id est, pensione seu tributo onustarum. Scimus quidem etiam ad copiarum in litore terrestrium stipendia & commeatus, sub id tempus, nomine maris itidem corrogari. Sed tam copiis navalibus mare ipsum, quam litus terrestribus tunc custoditum fuisse certum est; adeoque aut ad ipsum mare, aut ad tam litus quam mare pensionem illam attinuisse. Et in publicis regni comitiis subsidiaria pecunia a plebe poscitur *Pour* [f] *la salvation du royalme, & de eux mesmes, & auxint de la meer, de la march d'Escoce, de Gascoigne, & des isles;* id est, *ad custodiam regni, sui, maris, limitis Scotici, Vasconiae, & insularum.* Pari aestimatur jure mare ejusque custodia & dominium cum eo quod erat regni, limitanei agri, ac insularum. Id genus sunt alia non pauca. Sed inprimis hic est observandum, quod in tabulis parliamentariis Richardi secundi regis occurrit de vectigali cuilibet navi per admirallatum septentrionalem, id est, in mari quod orientali litori Angliae a Thamesis ostio in boream praetenditur, transeunti, ad maris custodiae seu tutelae stipendia & commeatus imposito. Nec navibus solum Anglicanorum sive mercatorum sive piscatorum, sed etiam jure non omnino dispari quorumcunque exterorum, non aliter ac si ob itineris, actus, seu viae, per agrum, libertatem vectigal dominus quis irrogaret. Pro doliorum, quibus mensurabatur navis quaecunque transiens, quolibet, sex denarii pendendi erant: exceptis solummodo navibus sive e Flandria merces Londinum sive aliunde intra admirallatum illum lanam & pelles Caletum portantibus. Si halecum piscaturam navis exerceret, hebdomadatim sex denarios pro quolibet dolio solvebat: si aliorum piscium, tantundem singulis tribus septimanis praestandum erat; uti ab iis quae lithanthracas a Novo Castro huc portarent, singulis tribus mensibus. Si vero in Prussiam, Norwegiam, Scandiam, aut regiones aliquas adjacentes transiret navis, pro ponderis & mensurae mercium ratione vectigal solvebat singulare. Atque a nolentibus, vi non injusta, haec exigere licuit. Scilicet exigendi autoritas mandata est iis, qui sex navibus armatis ad hujusmodi tutelam praeficiebantur. Sed rem totam ex autographo [g], eodem quo conscriptum est idiomate, id est, illius aevi Normannico, fideliter exhibemus.

C'est l'ordinance & grante per l'advis des marchaunds de Londres & des autres marchaunds vers la North, per l'assent de tout les communes de parlament, par devant le comte de Northomberland & le maire de Londres, pur la garde & tuicion du mier & costers del admiralte de North ove deux niefs, deux bargis & deux ballingers armez & arraies pur la guerre sur les coustagis que s'ensuient.

Primerement, pur prendre de chescun nief & craier, de quel portage q'il soit, qe passe per la mier dedeinz la dicte admiralte alant & returnant pur le voyage de chescun tonnetight VI[d]. *horspris neifs charges ove marchandises en Flandres qe seront frettez & dischargez a Londres, e niefs charges ove leynes et peaulx a Londres ou ailleurs dedeins la dicte admiralte que seront dischargez a Caleis; les queux niefs les gardeins de la dicte mier ne s*

[a] Apud Rogerum Hovedenium in Annal. part. 2. pag. 344. edit. Londin. & 603. in edit. Francofurt. & apud. G. Lambard. in Archaeonomia pag. 128. [b] Annal. part. 1. pag. 276. edit. Londin. pag. 482. edit. Francofurt. [c] MS. in biblioth. Cottonia [d] Ibid. [e] M. 25. Edw. I. Comm. Banc. rot. 72. penes camerarios Scaccarii. [f] Rot. Parliam. 13. Edw. III. art. [g] Rot. Parliam. 2. Rich. II. part. 2. art. 39. in schedula.

ront tenus de les conduire sans estre allovez.

[It]em, de prendre de chescun vesseau pessoner qe pessent sur la mier du dite admiralte entour harang, de quelle portage q' il soit, au un semain, de chescun tonnetight VI[d].

[It]em, de prendre des autres niefs & vesseauz pessoners que pessont entour autres pessons sur la mier dedeinz la dicte admiralte, de quele portage q' il soit, en trois semaignes, de chescun tonnetight VI[d].

[It]em, de prendre de tous autres neifs & vesseaux passanz par mier dedeinz la dicte admiralte chargez ove charbons au Novel Chastiel seur Tyne, de quel portage q' il soit, en le quarter de un an, de chescun tonnetight VI[d].

[It]em, de prendre de touz autres niefz, craiers & vesseaux, passanz per mier dedeinz la dicte admiralte, chargez ove biens de marchanz queconques en Espreux, ou en Nortwhay, ou en Scone, ou en ascune lieu en mesme les parties de pardela, pur le voyage alant et retornant, de chescun last squar ou lastas graves VI[d].

Sic tabulae publicae parliamentariae, quae illo aevo fere omnes hoc idiomate concipiuntur. [N]on appellentes ad litora, velut ex litoris dun[t]xat jure, vectigalibus hic (ut plerumque alibi) [su]nt onusti; sed ipsi transeuntes, praeternavigan[te]s, piscantes tam exteri quam subditi. Quem[a]dmodum etiam voluere sub Henrico quinto or[d]ines Angliae in legis rogatione, quam ex sacris [S]criniis inferius[a] integram exhibemus. Voluere [sc]ilicet, utpote juris ea de re vetusti regiique do[m]inii scientissimi. Neque expressius quid dici [p]otest, unde regem Angliae ipsius maris domi[ni]um esse asseratur. Pensiones enim territoriales [&] servitutes indicere plane loci domini est. Quin [su]b Henrico rege sexto, Willielmus *de la* Poole dux Suffolciensis inprimis accusatus est in comitiis[b], quod subsidia pecuniaria ad maris tutelam indicta praestitaque aliorsum interverterat. Verba sonant Anglice, **For the defence and tuycion and saufe keeping of the sea**, ut in sacris Scriniis legitur. Postulantur etiam in ejusdem regis anni XXXII. comitiis[c], quadragies mille librae, **For the defence and saufegard of the sea**, seu *In defensionem & custodiam*, seu *tutelam salvam maris*; quod itidem sacris in Scriniis legitur. Sed quid eis hic utimur? In sanctionibus[d] parliamentariis, quae typis editae passim prostant, saepius occurrit, ut regni ordinum in comitiis ore dictum, reges Angliae a tempore omnem memoriam excedente, autoritate parliamentaria accepisse pecuniae vim magnam nomine subsidii seu vectigalis mercium sive importatarum sive exportatarum, **For the defence of the realme, and the keeping and the saufegard of the seas, for the entercourse of marchandise safely to come into and to passe out of the same** (quae solennis est verborum formula) id est, *Ad tuendum regnum, & tuto conservanda & custodienda maria, ne mercatorum sive adeuntium sive exeuntium commercia omnino impediantur.* Scilicet verba haec pars sunt anteloquii quod praefigi solet legis rogationi, qua etiam vectigal, seu portorium illud notissimum a *dolio & libra* (quae ejus mensurae sunt) denominatum, indici est solitum, **For the keeping and sure defending of the seas against all persons entending or that shall entend the disturbance of us your said commons in the intercourse, and the invading of this your realme**, id est, *Ad custodienda & tuto defendenda maria adversus omnes illos qui conantur seu fuerint conati sive commercia populi vestri impedire, sive regnum hoc vestrum invadere.* Adeo ut per haec maria commerciorum arbiter & dominus ita semper fuerit habitus rex Angliae, ut injussu ejus jure impediri ea nequirent. Quod sane dominii, de quo disserimus, insigne est manifestum. Et regni, id est, insulae (nam interdum insula sola, interdum simul & mare, ut infra ostenditur, eo nomine continetur) & maris tutelam, ut eorum quae non dispari possidentur jure, conjunctam hic etiam vides. Tributum seu vectigal, quale jam diximus, ad maris tutelam indici solitum, atque integra solennis ejusdem indictionis formula, in parliamentariis Edwardi sexti regis sanctionibus editis, aliisque sequentibus habetur. Ex sacris autem Scriniis, etiam & retro putatos ab Edwardo hoc reges, quorum etiamnum tabulae publicae extant, eodem seu simili, pro vario seculorum more, gavisos esse fit certissimum.

[a] Cap. 23. [b] Rot. Parliam. 28. Hen. VI. art. 38. [c] Rot. Parliam. 32. Hen. VI. artic. 30. & 41. [d] Stat. 1. Edw. [6]. 1. Mariae reginae, 1. Elizabethae, 1. Jacobi reg[i]s.

CAP.

CAP. XVI.

Ex codicillorum regiorum seu diplomatum, quibus praefici soliti admiralli, tenore & varietate, de maris Anglicani & Hibernici dominio observationes.

SOlennis diplomatum formula, qua praefici solet admirallus Angliae summus in maris tutelam, ad hunc modum se habet hodie, uti & per quamplurimos se habuit annos anteriores :

Damus & concedimus N. officium magni admiralli nostri Angliae, Hiberniae, Walliae, ac dominiorum & insularum eorundem (quod interdum hic, uti etiam in sequentibus, ubi iterantur haec verba in diplomate, legitur *earundem* ; plane indiscriminatim) *villae nostrae Calesiae & marchiarum nostrarum ejusdem, Normanniae, Gasconiae, & Aquitaniae ; ac ipsum N. admirallum nostrum Angliae, Hiberniae, & Walliae, ac dominiorum & insularum nostrarum earundem, villae nostrae Calesiae & marchiarum nostrarum ejusdem, Normanniae, Gasconiae, & Aquitaniae, nec non praefectum generalem classium & marium dictorum regnorum nostrorum Angliae & Hiberniae, dominiorum, et insularum nostrarum earundem fecimus, constituimus, et ordinavimus, ac per praesentes facimus, constituimus et ordinamus. Et ulterius sciatis, quod nos de gratia nostra speciali ac ex certa scientia,* &c. *damus et concedimus eidem N. magno admirallo nostro Angliae, ac praefecto classium et marium nostrorum praedictorum, omnes et omnimodas jurisdictiones, autoritates, libertates, officia, feoda, proficua, vadia, emolumenta, wrecca maris, ejecta, regarda, advantagia, commoditates, praeheminentias et privilegia quaecunque eidem officio magni admiralli nostri Angliae et Hiberniae ac aliorum locorum et dominiorum praedictorum qualitercunque spectantia et pertinentia.*

Et dein sequuntur in codicillis regiis alia quamplurima praefecturam illam & jurisdictionem amplissimam explicantia. Seculis anterioribus, ut supra est ostensum, *custodes maris* praefecti hujusmodi vocitabantur, qui postea, sub Edwardi I. tempora, *admirallorum* nomen induere coeperunt. Horum autem praefecturae plagarum limitibus coerceri solebant: adeo ut tribus, occidentali, australi, boreali, singulis singuli interdum, plerumque vero occidentali & boreali plagis singuli, praeficerentur; raro utrisque unicus; antequam admiralli Angliae, Hiberniae, & Aquitaniae nomen in diplomata venit; qua de re statim. Quemadmodum vero custos maris ab ipso mari, cui ut provinciae praefectus est, denominabatur; ita admirallus (vocabulum cujus etymon in incerto nimium est; sed non in occidente solum verum etiam in orientali imperio ἀμηράλιος seu *amiralius*[a] pro *classis praefecto* antiquitus usurpatur) aut a *classe*, qua provinciam suam maris defendebat, ut olim, aut a *tellure*, quam sive alluit sive quacum conjuncta est ea provincia, ut in codicillorum formula recentiori, nomen dignitatis sumpsit. Unde ab Edwardi primi tempore usque ad Henricum quartum, per annos circiter CL. formula solenni creati sunt *admiralli flotae* (id est, *classis*) *navium nostrarum versus partes boreales*, seu *versus partes occidentales*, seu *australes*, aut, ut interdum, plagae simul utriusque. Nam australis & occidentalis plaga eandem, ut res ipsa fert, denotabat; scilicet ab ostio Thamesis plagae hinc inde porrectae. Quemadmodum autem dignitas comitis & magistri equitum occidentis, magistri equitum per Gallias, magistri militum per orientem, militum per Thracias, id genus alia in Officiis Augustalibus, non minus in provinciis imperium praeficientis, qui antea provinciarum dominus erat, denotabant, quam si comes & magister occidentis, magister per Gallias, per orientem, per Thracias dicti fuissent: ita manifestum est admirallos classium (quibus mare perinde, ac copiis terrestribus tellus possidetur, retinetur) non minus in mari imperium ac dominium civilemque possessionem praeficientium, qui antea maris domini, designasse, quam si maris ipsius custodes, praefecti, admiralli fuissent in codicillis nuncupati. Et qui utriusque plagae, seu totius classis Anglicanae, admiralli ita constituti fuere, generali nomine interdum *admiralli Angliae supra mare* dicebantur[b], antequam ea verborum formula in codicillos praefecturae regios est recepta. Et hujusmodi admirallorum classium series habetur apud V. C. Henricum Spelmannum in Glossario, ubi & caeteri sequuntur. Mutatio autem talis evenit formulae codicillorum sub Henrico quarto rege, ut non solum *classium* sed *Angliae & Hiberniae* (cujus *flotae navium*, id est, classi mari Hibernico tuendae, interdum admirallus summus singularis,

[a] Georgius Codinus, de Officiis Constantinopolit. cap. 2.

[b] Rot. Pat. 10. Rich. II. part. 2 membr. 19. & 11. Rich. II. part. 2. m. 12. ubi Richardus comes Arundelliae sic nuncupatur in protectionis revocatione.

ut

Thomas Percy [a] comes Wigorniensis, praeat) etiam & *Aquitaniae & Picardiae ad-irallus* disertis verbis simul unicus constitue-tur. Quemadmodum Thomas Beaufortius (qui dux, sub Henrico quinto, Exoniensis) anno enrici IV. decimo tertio [b], postquam diplomati io classium praefectus ante factus fuerat, renunasset. Atque is primus erat (quantum scimus) ui hac creatus est formula. Sed formula in oxima omissum est *Picardiae* nomen. Niirum Joannes dux Bedfordiae *admirallus Aniae, Hiberniae & Aquitaniae* diplomate contuitur [c], anno Henrici VI. quarto, seu Christi CDXXVI. Ea formula duravit circa annos XXVIII. seu per regna Henrici VI. Edwardi IV. chardi III. Henrici VII. & priores tres annos enrici octavi. Et per id tempus decem admili alii, plerumque perpetui, *Angliae, Hiberae & Aquitaniae* itidem constituti; quorum stremus est Joannes comes Oxoniae, qui ea rmula [d] anno Henrici octavi primo praeficitur. usdem autem regis anno quarto, seu Christi DXIII. alia secuta est mutatio, seu nominum cessio. Tunc Edwardus Howard eques auras, Thomae comitis Surriae, postea ducis Norlciae, filius, constituitur *admirallus* [e] *Angliae, alliae, Hiberniae, Normanniae, Vasconiae, & quitaniae.* Quibus verbis, in diplomate Guilmi Fitzwilliams (qui etiam comes erat Souamptoniae) anno Henrici regis octavi vigesimo tavo admiralli constituti, adjicitur [f] *Calesiae & archiarum ejusdem.* Toto inde Henrici octavi mpore ea obtinuit codicillorum formula, adtis (ut antiquitus) de jurisdictione clausulis. b initiis autem Edwardi sexti Thomas Baro S. Mauro (vulgo Seymour) de Sudeley, lwardi ducis Somersetiae frater, fit admirallus [g] dem fere verbis quibus Guilielmus ille comes uthamptoniae, interserto post *Calesiae* nomen *loniae & marchiarum earundem.* Hunc setus est Joannes comes Warwici, qui creatur Edwardo sexto, anno ejus tertio [h], *Admillus noster Angliae, Hiberniae, Walliae, Caiae, & Boloniae & marchiarum nostrarum undem, Normanniae, Gasconiae & Aquitaie, nec non praefectus generalis classium & rium nostrorum*; atque in eodem etiam dimate nuncupatur postea *magnus admirallus ter Angliae, & praefectus classium & marium trorum.* Postmodum autem, *Boloniae* nomine etermisso, proximus admirallus Angliae sumis eadem ipsa verborum formula creatus est, cae in capitis initio superius adducitur. Scit eadem [i] constituitur admirallus Guilielmus o Howard de Effingham, Thomae ducis Norciae filius, initiis Mariae reginae, seu anno LIII. Et praefectura ipsorum marium, veluti primaria dignitatis provincia, signantius, ut vides, quam in diplomate comitis Warwici exprimitur. Exinde retenta est perpetuo eadem ipsissima formula; veluti in diplomate admirallatus summi Edwardi baronis Clintonii, postea comitis Lincolniae, sub Philippo & Maria [k] regibus, Caroli baronis Effinghamiae postea Notinghamiae comitis, sub Elizabetha [l], Caroli ducis Eboraci (qui nunc serenissimus rex noster) sub Jacobo [m] rege, praeter Georgium ducem Buckinghamiae, qui totidem verbis eadem praefectura sub Jacobo [n] & Carolo regibus gavisus est. Adeo ut per annos amplius LXXX. aut circiter (id est, ab initiis Mariae reginae) formula integra superius in capitis initio ostensa semper expressim obtinuerit in admirallatus Angliae summi diplomatis, qua sive regiones sive maria sive eorundem dominium denotant. Ea autem admirallus dicitur *praefectus generalis classium & marium nostrorum* (quemadmodum diserte etiam sub Edwardo sexto generatim itidem constituitur Joannes comes Warwicensis) seu *marium nostrorum praedictorum.* At vero quaenam illa *maria* seu *maria praedicta?* Verbis expressissimis in praecedentibus vocantur illa *maria dictorum regnorum nostrorum Angliae & Hiberniae, dominiorum, & insularum nostrarum earundem*; Id est plane, *Mer d'Engleterre d'Ireland & Gales*, seu *mare Angliae, Hiberniae & Walliae*, quemadmodum in legibus nostris [o] interdum etiam designantur maria imperii Anglicani, quae apud jurisconsultos nostros [p] etiam nominantur subinde *les quatre miers d'Engleterre*, seu *quatuor maria Angliae* ad mundi plagas scilicet dispertita. Adeo ut in receptissima, post Mariae reginae initia, praefecturae hujus formula (e qua diplomatum anteriorum item interpretatio & sensus est eliciendus) possessionem continuam seu dominium regis Angliae marinum per quamplurimos annos disertis verbis indicatum habeamus. Et quod de interpretatione seu sensu anteriorum diplomatum, in quibus expressa maris praefectura deest, ex hisce quae Mariae reginae initia secuta sunt eliciendo jam diximus, id sane (ut rem ipsam, quae ex natura sui tantundem satis postulat, omittam) haud parum confirmatur ex eo quod etiam is qui proxime, antequam expressa *marium nostrorum* mentio in admirallatus summi diplomatum formula locum haberet, in eandem dignitatem evectus est, integro officii sui nomine paulo postquam est creatus (utpote nomine eodem quod admirallorum Angliae revera perpetuum erat) designetur, *Magnus admirallus Angliae, & praefectus generalis classis & marium nostrorum.* Ita scilicet nuncupatur Thomas baro de S. Mauro, quem ante memoravimus, admirallus Angliae, in Edwardi sexti codicillis ei [q] de commerciis stapulae datis.

[a] Rot. Pat. 21. Rich. II. part. 2. m. 15. [b] MS. Formularum de Rebus Maritimis, in Bibliotheca Cottoniana. 3. Maii 13. Hen. 4. [c] Rot. Pat. 4. Hen. 6. part. 2. memb. 11. 26 Julii. [d] Rot. Pat. Pat. 1. Hen. 8. part. 1. [e] Rot. Pat. 4. Hen. 8. part. 2. Augusti. [f] Rot. Part. 28. Hen. 8. part. 2. 16 Augusti. [g] Rot. Pat. 1. Ed. 6. part. 6. 17 Februarii, membran. 9. [h] Rot. Pat. 3. Ed. 6. part. 2. 28 Novembris. [i] Rot. Pat. 1. Mariae reginae part. 5. 20 Martii, memb. 3. [k] Rot. Pat. 4. Philip. & Mariae part. 1. Feb. 10. [l] Rot. Pat. 27. Elizabethae R. part. 10. 8 Julii. [m] Rot. Pat. 9. Jacobi regis 9. Januarii 27. [n] Rot. Pat. 16. Jacobi regis part. 17. [o] Stat. 20. Hen. 6. cap. 11. [p] 2 Ed. 3. fol. 9. seu pl. 6. [q] Rot. Pat. 1. Ed. 6. part. 6. membran. 5, 30 Augusti.

CAP. XVII.

Satis expressis in admiralli Angliae summi praefecturae codicillorum formula verbis, a vetusto ad nostrum aevo, mare, cujus tutelae ab Angliae rege ut domino praeficitur, Aquitanico, Normannico, Picardico litore ad austrum perpetuo terminari.

In formula autem superius ostensa, quae per tot annos obtinuit, maria vides tantummodo *regnorum nostrorum Angliae & Hiberniae, dominiorum, & insularum nostrarum earundem*, velut provinciam, cujus tutelae praeficitur admirallus, memorari; id est, ut diximus, mare Anglicanum, Hibernicum, & Wallicum, quod ipsum totum Britannici nomine venit, ut sub libri hujus initio monitum est: adjecta tamen esse & Normanniae, Gasconiae & Aquitaniae nomina, praeter Calesiam, quae adversi litoris provinciae sunt. Quod ad has hic attinet; aut spectandae sunt perinde ac si ipsas sua semper ditione, a prima earum in codicillis mentione, tenuisset Anglus, aut qua ante secula aliquot jam in illius ditione esse desiere. Detur vero primo eos perpetuo mansisse in Angli ditione possessioneque. Certe utcunque in provinciis illis tribunalia maritima, ex codicillorum hac formula, habere tunc potuisset Angliae admirallus (ut nullibi fere non habentur tribunalia maritima; etiam ubi ne obtenditur quidem maris aliquod dominium ad locum, in quo habentur, attinere) attamen maris ipsius (modo portus, & quae ejusmodi sunt aequoris angustias, veluti praediis incorporatas, excipias) sive qua Normannici dicatur juris, sive qua Aquitanici, Vasconici seu Picardici, praefectus inde dici nullo modo potuisset ipse. Sed in provinciis illis transmarinis jurisdictionem ex hac formula tunc exercuisset maritimam, non aliter fere ac hodie admirallus noster in Anglia & Hibernia, seu alii similes, in personas & res maris Africani, Mediterranei, Indici, seu cujusvis procul dissiti. Nam interminata sunt jurisdictionis ejusmodi maritimae spatia. Tutelae vero, seu maris, cui praeficitur admirallus ut custos, tutor, seu praeses ad defendendum, & sub ditione praeficientis, qui dominus est, retinendum, spatia terminata sunt. Atque ex diu usitatae codicillorum formulae verbis disertis satis liquet, nullum mare praeter illud quod aut Anglicanum, Wallicum, seu Hibernicum est, aut ad Angliam, Walliam & Hiberniam velut appendix spectat, ut provinciam tutandam in iis contineri. Unde sequitur, adversorum litorum illa nomina mare interluens in codicillis non omnino designare ut proprium litoribus illis, seu quoquo jure ad illa attinens, sed limitis transmarini duntaxat vicem, quantum ad maris Anglicani & Hibernici attinet, obtinere; uti etiam cismarini limitis obtinent ipsa simul *Angliae*, *Walliae*, & *Hiber-niae* nomina, qua mare ab admirallo tutandu[m] in codicillis denotant. Adeo etiam ut, quem admodum *comes litoris Saxonici per Brita-niam* signanter ex dignitatis suae nomine t[o]tius interfluentis Gallias & Britannias maris, [u]t provinciae singularis, praefectus erat (quod sup[e]rius[a] ostenditur) & adversi litoris nomen p[ro] tutelae limite habuit; ita admirallus Angliae sum[m]mus, seu maris ad imperium Anglicanum att[i]nentis praefectus, Normannicum, Vasconicu[m], Aquitanicum, Picardicum litus, ad limites tutel[ae] seu praefecturae suae (quatenus provinciam m[a]rinam Anglicani juris habet tutandam) transm[a]rinos tantum in adversis illis litoribus denota[n]dos, in regiis codicillis sortiatur. Nam si alit[er] se habere res dicatur, quamobrem non constitu[a]tur tam maris ab adversorum horum litorum a[b] quo denominati praefectus, quam Anglicani, H[i]bernici & Wallici, seu *marium regnorum A[n]gliae, Hiberniae, & Walliae, dominiorum & in[]sularum earundem?* Ratio est, quia mare aliu[d], qua civiliter illud consideratur (nam de geogr[a]phorum denominatione hic non loquimur) int[er] territoria in codicillis memorata cismarina transm[a]rinaque diffluit nullum. Ut igitur in Romana i[l]la dignitate, *comitis litoris Saxonici per Britanniam*, [li]tus dignitatis limes erat transmarinus, ita etiam in a[d]miralli Angliae summi praefectura (qua provi[n]ciam tantum sortitur marinam, ut praeficien[s] territorium) litora illa adversa, seu provinci[ae] quae codicillis nominantur transmarinae, ma[ris] tutandi limites censendi sunt. Id quod ex c[o]dicillorum verbis jam animadversis satis prob[a]tur, dum admittimus (ut hactenus ratiocinan[di] causa) adversas illas provincias sua, toto tempo[re] quo in usu fuit illa formula, ditione tenuisse, i[n]star Romanorum olim, reges Angliae. Sed [il]lud fit manifestius, dum observamus ita a Mar[iae] reginae saltem tempore retenta in praefectu[rae] hujus formula esse provinciarum illarum nomi[na], ut nec locus omnino post eam relinquatur il[lo]rum alicui, aliud praeter id quod diximus in c[o]dicillis significandi. Scilicet ea regnante Cale[sia] Gallis dedita est: nec tempore sequente ull[a]m in adverso circumquaque litore provinciam ten[uit] Anglus. Quin vero Henrici sexti anno xx[xi]. seu Christi MCCCCLIII. deturbati sunt Vascon[ia], Aquitania, aliisque Galliarum provinciis Ang[li], sub Carolo Francorum rege VII. Neque p[os]t Henricum hunc magistratus aliquis seu praefect[u]s insignior ab Anglo sive in Normannia sive [in] Aquitania ipsa constitutus est, aut commode p[o]tuit constitui; nec in Normannia quidem s[i]ve post sive diu ante Aquitaniam amissam. Ver[u]m quidem est, in Picardia comitatum Guisnense[m], Calesiam, & alia aliquot diu post mansisse [in] ditione regum Angliae, praeter vicina in cod[i]ce agro oppida aliquot ab Henrico octavo ar[mis] parta; etiam & aliquantulum Aquitaniae[b], [an]nis aliquot post Henricum sextum, regi Angl[iae] subinde, sed incerto, paruisse. Sed non omni[no] ducatum. Nec contra facit, interdum sub pr[in]cipibus nostris aliquot aevi recentioris, *Duc[em] generalem* seu *gubernatorem omnium subditor[um]*

[a] Cap. 6. hujus libri.

[b] Rot. Vascon. 6. & 7. Ed. 4, &c. in Capella Rotulorum.

nostror[um]

strorum in Normannia constitui; quo nomine ab Elizabetha regina [a], tum Ambrosius comes Warwici tum Adrianus Poiningus insignitur: enim hi plane copiarum, quae illuc trajectae alliarum regi subvenirent, imperatores fuere, nec omnino in ducatus Normanniae praefecturam aliquam creabantur. At vero, etiam post Henricum sextum, perpetuo retentum est in codicillis praefecturae maritimae, seu admirallatus Angliae summi, Aquitaniae nomen: nempe per annos CLXXX. aut circiter, a tempore quo pulsi sunt Aquitania Angli; ut ex superiore liquet capite. Huic demum adjectum est, ut ibi etiam ostendimus, Normanniae nomen sub initiis Henrici octavi: cum tamen nec diu antea, nec omnino post, Normanniam ipsam insederit Anglus; nec aliam, praeter Calesiae & territorii Guisnensis & Hammesensis in Picardia possessionem, in foedere paulo ante cum Galliarum rege inito [b], sibi asseruerit. Ita & haec per annos CXXII. etiam in codicillis praefecturae maritimae, seu admirallatus Angliae summi, jam duravit, nulla ne ipsius ducatus praefecturae habita ratione, sed litoris tantum quod mare domino tutandum Galliarum plagam terminaret. Nam tametsi Aquitania quidem primo Angliae & Hiberniae nominibus in codicillis illis, dum Anglus Aquitaniae ducatum possidebat, accessit; nihilominus non solum perpetuo, etiam post Angli deturbationem, ad nostra usque tempora, itidem ea ita in codicillorum formula remansit, sed & Normannia (quae nunquam antea in admirallatus Angliae codicillis nominata fuit) adjuncta est, idque seculis aliquot postquam ipse ducatus Anglis est omnino ereptus. Unde aut maris tuendi limitis vicem obtinent haec nomina, aut nihil omnino ea in codicillis tot annis denotasse, nulla cum ratione ut dicamus necesse est. Jam & a Mariae reginae exitu usque ad nostra tempora, seu per annos LXXVII. adversi litoris illa nomina retenta videmus in praefecturae codicillis, dum nihil omnino in Francia ab Anglo possessum est; quemadmodum etiam Normanniam multo antiquius adjectam, sed diu postquam eam possidere desierat Anglus. Nec ob Angli ad Franciae regnum jus inserta haec nomina temere reputet quisquam. Nimirum totius Franciae reges se stilo solenni ex avito jure inscribunt reges Angliae. Et ducatus Aquitaniae & Normanniae, caeteraeque provinciae Galliarum in codicillis hisce memoratae, illo regni nomine, ut minus in majori, comprehenduntur. Caeterum si inde causa extitisset, certe Franciae nomen fuisset admirallo nostro adjiciendum; etiam & alii regni illius magistratus ab Anglo inde deturbato pariter constituendi. Cujus rei ne vestigium quidem ullibi extat. Atque observandum est, quamprimum ab admirallorum Angliae praefecturae denominatione, quae fiebat a classibus & plagis quibus praeerant, ad eam quae fit ex regnorum & provinciarum nominibus in codicillis conficiendis transitum est, Aquitaniam adjectam esse; ut scilicet tam ulterior quam citerior maris limes litoribus designaretur: eadem ratione Normanniae nomine postmodum accedente, & cum Calesia ejusque confinio atque Aquitania etiamnum retento. At vero dum seculis codicillorum formula, qua regna & provinciae, ut supra ostensum est, expressim nominantur, anterioribus tum Normanniam tum Aquitaniam aliasque in Galliis regiones occupabant Angliae reges, non alii reperiuntur admiralli seu maritimae provinciae praefecti ab eis constituti, praeter illos quibus classes & plagae, modo jam ante indicato, mandabantur. Scilicet tunc temporis eis, qui classibus Anglicanis plagisque ita praeficiebantur, totum Britannias nostras & adversas provincias mare interluens, & qualiumcunque regum Angliae territoriorum classes, ita ex singulari in aequore Anglicani regni jure subjacebant, ut aliis ejusmodi praefectis nec locus esset, nec eorum aliquis usus. Quod similiter dicendum est de temporibus, quo reges aliquot Angliae etiam ipsum Franciae regnum possidebant; veluti Edwardus tertius, Henricus quintus, & sextus. Nec nuda conjectura est, alios eos non praefecisse mari classibusque, praeter illos quibus ex Anglicani tantum jure regni mandata est potestas (ex jure nimirum quod totum mare interluens complectebatur) sed satis etiam probatur illud ex eo, quod perpetuas illorum seculorum habemus tabulas publicas [c] de officiis in Francia provinciisque illis transmarinis a regibus nostris constitutis, quorum in amplissimo numero ne vestigium contrarii mihi occurrit. Et si quaeratur hic, undenam Britanniae Aremoricae litus (quod itidem Britanniis nostris adversum est, & cum Picardico, Normannico & Aquitanico certe satis complet totum quod mari Anglicano & Hibernico in Franciae regno obtenditur) omissum est, certe si ea quam memoravimus ratio locum habuerit, vix est ut dubitemus id inde evenisse, quia Britanniam Aremoricam Anglus non ita unquam possedit, ut ea deturbatus de finibus territorii adjacentis marini solicitior esset. Territoriorum confinium domini diversi (quales Anglus & princeps Aremoricus olim; nam suos habuit Aremorica reges & duces ante Carolum VIII. regem, sub quo, anno Christi MCCCCXCI. regno Gallicano conjuncta est) fines ita plerumque distinctos tuentur, ut aperte sint omnibus notiores; cum tamen ejusmodi territoriorum idem dominus (qualis Anglus dum sive Normanniam sive Aquitaniam aliamve in Galliis provinciam maritimam cum Anglia occupabat) alterutro deturbatus, id inprimis prospicere debeat, ne praeterita possessionis confusio futurae finium distinctioni fraudi fiet. Ne igitur provinciis illis maritimis, diu ab Anglo olim possessis & postea ereptis, obtendi potuisset etiam & mare alluens seu confine simul cum provinciis ereptum esse, cum ob praeteritam possessionis in eodem domino confusionem cunctis forte non satis constaret de finibus maris Anglicani in litore adverso, ut dictum est, positis; ideo ad fines illos designandos retentum est in praefecturae codicillis primo Aquitaniae amissae nomen, dein adjectum etiam Normanniae: & postea utrumque cum Ca-

[a] Rot. Pat. 4. Elizabethae R. Part. 1. in dorso.

[b] Rot. Franciae 2. Hen. 8.

[c] Rotuli Franciae, Normanniae, Vasconiae, in Archivo Arcis Londinensis, regum fere singulorum annis distincti.

lesiae

leſiae & confinii nomine, pro litore Picardico, ob eandem rationem uſque in noſtra tempora perpetuo duravit. Qualis ſane ratio ad Aremoricam attinere nequibat; uti neque ad Flandriam, neque ad alia in oriente adverſa litora. Quae tamen omnia non diſſimili ratione territorium Angliae marinum terminant. Etiam firmabunt hactenus obſervata, quae de admiralli officio penes Gallos ſtatim ſubjiciemus.

CAP. XVIII.

De admirallis regni Gallicani, ſeu in adverſo litore conſtitutis; eorum origine, natura, varietate. Mare ipſum Britannias & Gallias interluens, ut praeficientis territorium ſeu provinciam, ea in praefectura minime contineri, nec quid in ea haberi, quod regis Angliae dominio marino reluctetur.

ADverſo Galliarum litore admirallos etiam a rege Galliarum conſtitutos nemo neſcit. Et quemadmodum in Gallia Narbonenſi admirallus praeficitur, qui rebus maritimis ibi praeſit; ita etiam in adverſo nobis litore ſingula ſunt miniſteria admiralli Aquitaniae, Britanniae Aremoricae, & Normanniae regionumque vicinarum. Latine autem juriſconſultis Gallicis nuperis admirallus apud eos dici ſolet *praefectus maris*, ac ſi etiam praeficienti mare ſubjaceret; cum tamen, ſi res rite perpendatur, praefectura illa maris quomodocunque dicta, non praeficientis aliquod dominium, ut apud Anglos, in citeriori aliquo mari (nam de Maſſilienſi, quod huc non pertinet, minime loquimur) ſed tantummodo copiarum navalium in mari quocunque & nautarum regimen, & juriſdictionem in perſonas & res mobiles, quae ſub judice veniant *pour raiſon ou occaſion* (quod ipſi [a] aiunt) *de faict de la mer*, id eſt, *ob cauſam aliquam a re maritima* ortam tantum deſignet. Quod ut apertius intelligatur, eſt altius repetendum. Seculis in vetuſtioribus apud Gallos fuere quidem admiralli ſeu rerum maritimarum praefecti: ita tamen ut eorum ſcriptores de dignitatis initiis haud parum diſcrepent. Id plerumque aiunt; reperiri ſub Carolo magno Rotlandum *maris Britannici* [b] (Aremoricani) *praefectum*, quem ex Eginharto vitae Caroli ſcriptore contemporaneo petunt. Sed in Eginharto non *maris Britannici*, ſed tantum *Britannici litoris praefectus* expreſſe is nuncupatur, ut ſuperiore in libro [c] monuimus: quo nomine non qui mari, ut provinciae, praeeſt, ſed qui litori ut dignitatis limiti, deſignatur: id eſt, quales fuere *comites ad cuſtodiendam maritimam* [d] *deputati* illo in aevo, qui hoſtium incurſionib e mari reſiſterent. Etiam & *cuſtodiam* ha ſeu litorum tutelam ſub regibus Carolinis paulo p Caroli magni tempora *deſertam eſſe*, ſcribit a tor anonymus [e] Chronici monaſterii Beſuenſ Seculis vero inſequentibus, diviſo velut min tatim in plures ditiones Galliarum regno, quod hoc nomen ſeu *regni Franciae* diu re nuit, ita anguſtiis coactum eſt, ut Narbonenſe provinciam comites ſui juris Aquitaniam ſeu o ciduum quod auſtralius eſt litus cum Norma nia Angli, Britanniam Aremoricam ſive reg ſive duces ejuſdem, & Flandriam comites poſſiderent. Adeo ut dum ita omnis ora m ritima praeter Picardiam a regno illo didu manſerit, mare ſatis exiguum eſſet quod ei pra tendebatur. Etiam & copiae navales, quaru (antequam diffuſior acceſſit regno Gallicano r gio maritima) uſus erat maximus in belli ſa ſocietate, ſatis exiguae. Neque praefectus ali admiralli nomine tunc conſtitui ibi ſolitus e quam qui pro re nata claſſi & rei per mare b licae (etiam plerumque a maritimo aliquo p pulo, velut Liguribus, aliiſve ejuſmodi, mut acceptus) praeeſſet. Reges vero ipſos nullu tunc in mare imperium habuiſſe diſerte ſcri Johannes Tilius, curiae Pariſienſis actuarius. V ba appono [f]; *Ex quo regnum Galliae parti onibus minutum, & reges in ditiones anguſtio contracti ſunt, eo quod potentes vaſalli feu ſummo cum imperio, ſi fidem exceperis, obtineba (rex enim Angliae tenebat ducatus Normanniae Aquitaniae; Britanniae ſuus dux erat; & Fla driae, Toloſae, provinciae comites) reges G liae diu nullum imperium in mare habuerunt, propterea non fuit opus amiraliis, niſi cum e peditionem in terram ſanctam ſuſceperunt: q tempore mercenariis Genuenſibus, Hiſpanis, a iſve finitimis peritis rei navalis uſi ſunt, curam devectionis ſuſciperent, nullo conſtituto eam rem officio: eoque pacto in unica expediti ne amiralios plures habuerunt.* Poſtquam a tem Normannia ceſſerat Anglus, aucta regni G lici ora maritima, rerum nauticarum etiam u aliquantulum auctus eſt; ſub Joannis ſcilicet Henrici Angliae tertii regum tempora. Un ſub Philippo Audace Gallorum rege, ſeu cir annum MCCLXXX. in dignitatum Gallicarum ca logo, primum, cujus memoria poſteris eſt relic admirallum ſtatuunt Enguerandum Coucaeu ut habetur apud Joannem Feronium. Cujus di nitas qualis fuerit, ſatis inde dignoſcitur, qu proximi ejus ſucceſſores Matthaeus Momoranci & Joannes Haricurtius copiis tantum pro re na maritimis a Philippo Pulchro praeficiantur: que admodum ex eorum diplomate [g] ſcimus. Etia & apud Guilielmum de Nangis hi *admirallor* nomine, uti & alii ſub Philippo Pulchro ap Joannem de Beka [h], memorantur. Tametſi J anni Tilio [i] primus qui in Gallia admiralli d nitatem, ut officium perpetuum in rem nav lem conſtitutum, geſſit, Amaurius ſit viceco

[a] Arreſt. ann. MCCCLXXVII. ſub Carolo 5. Edict. Franc. tom. 3. tit. 2. [b] Choppin. de Domanio Franciae lib. 1. tit. §. 11: Paſquier en les Recerches liv. 2. cap. 14. J. Tilius de Rebus Gallicis lib. 2. alii. [c] Cap. 18. [d] Capitular. Caro Ludovici RR. lib. 5. cap. 4. [e] In Geſt. Normannorum pag. 22. [f] De Rebus Gallicis lib. 2. Adde Laurent. Bocheil. in T ſauro Juris Gallicani part. 1. pag. 90. [g] Apud Andream Cheſnium in Hiſt. Familiae Momoranciae lib. 3. pag. 183. [h] Chronic. Epiſcoporum Ultraiect. & Com. Hollandiae. [i] De Rebus Gallicis lib. 2. & vide Paſchaſium, en les Recerches lib. 2. c.

Narbonenſi

'arbonensis ; sub Joanne nempe & Carolo uinto Galliarum regibus, id est, sub annum CCCLX. aliis [a] alia de antiquitate hujus apud allos praefecturae ambitiose nimis congerentibus. ccessit postea, sub anno MCCCCLIII. regis Galarum ditioni Aquitania, pulso Henrico Angliae xto : anno autem MCCCCLXXXI. provincia Naronensis ; MCCCCXCI. ducatus Britanniae ; & deum quicquid in Picardia tenuit Anglus, annis iquot interjectis. Ita universa ora maritima, raeter Belgium, in regni Gallicani patrimonim rediit. Inde evenit, ut praefecturae maritimae u admirallatus in eo postea quatuor fuerint in su, utcunque plures interdum simul eadem perna obtineat. In his autem praefectura quae ad Normannicum & Picardicum litus attinet, etiamum dici solet *admirallatus Franciae*, eo quod ntequam provincia Narbonensis, Aquitania, & ritannia Aremorica regio patrimonio accedebant, ola erat in Franciae regno Picardiae praefectura aritima, cui postea adjuncta est Normannia, ut rovincia proxima ; caeteris tribus a provinciis uis denominatis. Rem totam optime exhibet enatus Choppinus. *Quatuor*, inquit ille [b], *mais Gallici praefecti vario nomine, variisque in ris maritimis, parem gerunt praefecturam. Prisco enim aevo Aquitaniam Angli occupaant, Britanniam Celticam duces, provinciam Phocensem comites haereditarii, non Galliae rees. Ac propterea id temporis ammiraldus Franciae praeerat solum Belgico Picardorum & Neustriae mari ad Armoricum usque tractum. Alii vero tum privatim sibi principes quique lelegerunt confines freti rectores, ceu ammirallos. Ob idque pulsis Aquitania Anglis, & rovincialibus Armoricisque in ditionem redactis Gallicae regiae, princeps nil innovandum ratus, lecrevit Aquitaniae legatum & ammiraldum ; Celticae item Britanniae praetorem, cum maris raefectura ; simul in Narbonensis Galliae provincia, distincte separatimque. Francici vero mmiraldi juridicae sedes praecipuae stant Luetiae & Rhothomagi.* Sic ille. Dynastas etim non paucos, qui beneficii jure oras obtinent naritimas, suis in territoriis admiralli potestatem ortiri scribit paulo post idem. Edicta autem & anctiones de admiralli jurisdictione in copias, es, & personas maritimas, hosticae praedae decinis, id genus aliis, quae ad res mobiles & personas, navigationis qualiscunque ratione, imperio Franciae subjacentes attinent, habemus [c] sub Carolis V. & VI. Ludovico XII. Francisco I. Henricis II. & III. aliis Galliarum regibus. Et in uisce interdum nominatur quidem a rege *nostre lieutenant* [d] *general per la mer & greves d'icelle*, id est, *Locum tenens seu legatus noster generalis per mare & litora ejusdem.* At vero legaus hic seu praefectus, quem vocare amant, maris, non omnino praefuit unquam maris Gallias & Britannias interluentis parti alicui, ut provinciae seu territorio Galliarum regi tuendo, quemadmodum Angliae admirallus ; sed in ipso mari copiis tantum, personis, & rebus Gallicae ditionis navalibus [e], modo non dissimili ab eo, quo princeps supremus in alieno territorio in sui comitatus reos animadvertit, eosque ut domi regit ; nec tamen obtenso in ipso territorio sibi dominii jure. Quod sane nemo non existimabit, qui & testimoniorum veterum de ejusmodi dominio apud Gallos defectum altumque silentium, praeter praefecturae apud ipsos qualitatem, primo observaverit, & demum integram & per mare litusque circumfusum amplissimam semper unicoque sub imperio exercitatam Angli potestatem, idque per tot seculorum periodos, comparaverit cum ita diu disjectis dissipatisque in adverso Galliarum litore imperiis, nuperaque orae maritimae ad regnum Gallicarum accessione, secundum ea quae jam de illa dicta sunt. Testimonia plane nulla sunt de dominio aliquo maris hujus, Galliarum regi competente, ante nostrum seculum : neque in hoc, aliorum praeter jurisconsultos aliquot, qui aut obiter aut oratorie tantum, non ex probationum vi asserendi modo, de eo loquuntur. De quibus libro diximus superiore. Ubi etiam adferuntur alia, quae rem quam hic tractamus firmant, inprimis observanda. Sed & adjicere jam liceat, ipsos Francorum historicos, & superioris & hujus aevi, autores esse, admirallos Galliarum regibus, vetustioribus in seculis, ideo aut defuisse aut subinde, ut res obiter exigebat tantum, fuisse constitutos, *Quia* nempe *nullum in mare imperium habuerunt*, ut expresse ait Tilius, loco supra citato. Et frustra sane eos reprehendit Popellinerius [f], dum ait illud falsum esse, eo quod Normannia, Picardia, & Flandria Galli ditioni olim suberant. Nam ut mittam diu sine Normannia & Flandria regnasse Francorum reges, nec aliud litus praeter Picardicum retinuisse (ut ex supra ostensis & historicorum fide passim liquet) anne ideo sequitur falsum esse, nullum in mare imperium eos habuisse, eo quod maritimus eis esset tractus aliquis : non magis sane quam in Galliis ideo fluminis quem esse dominum, quia praedia habet adjacentia. Cum receptum sit ex jure Gallicano [g], regem fluminum navigabilium passim dominum esse, ubi non singulari occupationis praescriptione, aliove, praeter adjacentis praedii possessionem, titulo, subdito non cesserint ; uti etiam alibi non raro recipitur. Quod vero ad qualitatem praefecturae hujus apud Gallos maritimae attinet ; advertendum est, cum praefecturis illustrioribus singulis locus debeatur in amplissima eorum parliamenti curia, idque ex ipsa praefecturae, qua provinciam aliquam aut regimen intra regni Gallici fines primario spectat, natura ; veluti comiti stabuli, hippocomo, magno magistro, aliis : admirallo tamen Franciae ea ratione esse nullum : quemadmodum decisum est sub Henrico II. [h] cum Gaspari Collignio admirallo Franciae, qua admirallus erat seu maritimam gessit praefecturam, locus ejusmodi plane est negatus ; eidem vero, qua insulae, ut vocant, Franciae sub rege praeerat, concessus. Scilicet

[a] Popelliner. en l'Amiral de France.
[b] De Domanio Franc. lib. 1. tit. 15. §. 13. Adde Popelliner. en l'Amiral de France chap. 11.
[c] Edict. Regum Franciae lib. 3. tit. 5. & Popelliner. cap. 10.
[d] Edict. Ludovici 12. MCCCCLXXX.
[e] Petrus Gregor. Tholosan. in Syntagm. Juris lib. 1. cap. 3.
[f] L'Amiral de France chap. 9.
[g] Sanctyon. des Coustomes des Eaus & Forests v. 2. chap. 1. cod. Hen. III. lib. 16.
[h] Anno MDLII. 12. Jan. ut notatur in edict. regum Franciae tom. 3. tit. 5. in margine o. Tilius lib. 2. Simon Marion in Placit. 5.

admiralli nomine intra regni fines praefecturam non geſſit primario, ſed ex eo quod admirallus claſſium ſeu maris, ſenſu jam dicto, quod extra regis imperium eſt, in perſonas & res ratione maris tantum juriſdictionem exercebat, ideo hoc nomine loco erat arcendus. Unde etiam, ut videtur, evenit quatuor quos diximus admirallos ſingulos, provinciarum, a quibus denominari ſolent, regimen itidem ſimul ſortiri; quod ſcimus e ſupra citatis ex Choppino aliiſque, qui de hac re ſcribunt. Ita intra regni fines praefecturam primario obtinentes, id eſt, intra Galliae litora, pari cum caeteris regni dignitatibus illuſtrioribus jure fruuntur. Quid quod etiam fluminum, quorum dominus eſt rex Galliarum, regimen, non admiralli praefecturae, ſed ſingulari eorum qui praeſides ſeu magiſtri [a] aquarum & vivariorum ſylveſtrium nuncupantur, ſubeſt. Scilicet publicae aquae, quae intra regni fines, & quarum regi eſt dominium, ad aliam dignitatem attinent; non omnino ad admirallum, qui provinciae ibi nulli tutandae ex generali officii natura, nedum fluminibus, ut apud Anglos, praeficitur. Natura igitur primaria dignitatis hujus eſt, tantum claſſibus in mari praeeſſe; unde etiam ante aliquot annos Henricus Momoranciùs admirallus Franciae, ſub ſtatua equeſtri Henrico patri duci Momorancio Chantilliae poſita, Latine ſe *navalis militiae magiſtrum* pro admirallo tantum [b] appellat. Adeoque nec in mari ipſo aliquid regiminis, quod praeficienti dominium afferat, unquam habuit ſive Franciae, ſive Britanniae, ſive Aquitaniae à Gallo conſtitutus admirallus; id quod itidem dicendum hinc de Belgicae viciniqne litoris, illinc de litoris Cantabrici admirallis quibuſcunque. Similis enim horum omnium, quantum ad hanc rem, fuit atque eſt autoritas. Scimus quidem dignitatem hanc in foederibus [c] inter Anglum & Gallum ictis, *admirallum Franciae & praefectum claſſis regiae*, quemadmodum eandem apud Anglos dignitatem *admirallum Angliae* & *praefectum regiae claſſis* pariter nuncupari ſolere: ſed ex jure diſpari dignitatem eodem nomine inſignitam eos gerere ex oſtenſis liquet. Atque ex provinciae natura, non ex nudo nomine, dignitatis qualitas aeſtimanda. Et de veterum teſtimoniorum defectu & praefecturae natura ſeu qualitate haec dicta hic ſunto. Jam vero quod ad Angli ampliſſimam atque integram per plurima ſecula poteſtatem, ejuſque cum adverſi hujus litoris imperiis minutatim olim diviſis comparationem attinet; certiſſimum eſt ab ipſis fere Anglosaxonum initiis unicum fuiſſe per Angliam, adeoque in toto, quod Germaniae, Galliis, Cantabriae objacet, litore imperium, idque in heptarchia illa apud ſcriptores obvia. Nam fuit ſemper qui plurimum in ea poterat, & cui caeteri parebant, ut teſtis eſt Beda [d]. Et de ea re inſigne eſt apud Alcuinum teſtimonium, ubi ob diſſidia inter Offam Merciorum, id eſt, heptarchiae partis quidem ampliſſimae, ſed plerumque mediterraneae, & Carolum Francorum regem, *magnum* dictum, navigatio i utrinque interdicta eſt [e], ut commercia omnin impedirentur; quod ne intelligi quidem potet niſi Offae etiam imperio maritima loca haec am pliſſima paruiſſent. Imo inſcriptio, qua regi Offae titulus ſolennis denotari aſſolebat, ad hun modum ſaepe habuit, *Offa* [f], *Dei gratia conce dente, rex Merciorum, ſimulque in circuitu na tionum.* Poſt Egberti autem tempora, ſeu an num Chriſti DCCC. obvia ſatis eſt regum ſive An gloſaxonum ſive Danorum perpetua ſeries, qu ſine ullo imperii conſorte in hoc litore (niſi Ec mundum Angloſaxonem & Canutum Danum quibus aliquantiſper eſt diſpertitum regnum, fru ſtra excipias) regnarunt. Mirum igitur non e reges Angliae, tam ampli litoris imperii domino integros ac in ſolidum, per tot ſecula, mar praejacentis regnum, ut inſulae appendicem, et am tuto retinuiſſe; maxime cum non ſolum i adverſo ſimul litore tam diu & tam late imp ritarent ipſi, verum etiam praeter eos qui reg unculas aliquot haberent maritimas (ſic ſane r tione diffuſi litoris imperii Anglicani habita, d cendas) eaſque diverſis imperiis ſubditas, no eſſent in vicinis qui ullo pacto reluctari potui ſent. Summa eſt, cum ante proavorum ferm memoriam litus duntaxat exiguum intra Gallica regni fines comperiatur, nec domini provinciaru maritimarum, quibus poſtea modo jam indicat regnum illud auctum eſt, ne obtenderint quiden ratione provinciarum illarum, adjacentis mar dominium ſibi competiiſſe, nec ullum in veteru monumentis habeatur de ejuſmodi dominio teſt monium, quamplurima vero de Angliae regun per mille amplius annos litus totum Anglicanu late exporrectum unico integroque ſub imperi continenter poſſidentium, dominio marino, ma riſque perpetua, ut regni appendicis, occupation occurrant; ſequitur horum jus hic eſſe quidet manifeſtum, adeoque admiralli Angliae mare ip ſum eſſe provinciam, tutandam velut regni pa tem; adverſi autem litoris admirallos, mar praefectos, eo ſenſu quo praeficientis dominiur aliquod in ipſo mari extra portus ſeu alia eju modi clauſtra denotetur, nulla cum ratione eſſe d cendos. Unde etiam aliquot abhinc ſeculis vicina gentes complures juris Anglicani ſatis conſcia diſerte de Reginero Grimbaldo admirallo reg Franciae querebantur, eo quod *L' office del ad miralte en la mier d' Engleterre per commiſſio de roy de France tourcenouſment empriſt, & uſ un an & plux*, &c. id eſt, *Officium admiralla tus in mari Anglicano ex autoritate reg Franciae ſibi arrogaſſet, & per annum unicum exercuiſſet.* Tabulae veteres integrae, unde illu deſumptum eſt, infra exhibentur; ubi plura eti am ad hanc rem facientia habes. Et de cuſtodi ſeu praefectura maris Anglicani, ut regii territo rii ſeu provinciae atque patrimonii ſacri partis hactenus.

[a] De quibus volumen grande conſcripſit Sanctyonius, & vide Cod. Hen. III. lib. 16. [b] Apud Andraeam Cheſnium in hiſt. de F milia Momoranciaca lib. 5. pag. 455. ann. MDCXII. [c] Rot. Franc. 10. Hen. VIII. ſeu MDXVIII. 4. Octob. cum Franciſco I. Re Foeder. & Tract. Jacobi regis cum Ludovico XIII. &c. [d] Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 5. & vide Camden. in Britan. pag. 97. [e] A cuinus apud G. Malmesbur. de Geſtis Regum lib. 1. cap. 5. & inter epiſt. Alcuini in operibus ejus, pag. MDCLXIX. [f] Hemming MS. in Cod. Eccleſ. Wigorn. in Bibliotheca Cotton. fol. 44. b. & 150. &c.

CA

CAP. XIX.

In dominio inſularum litori Gallicano praejacentium perpetuo a regibus Angliae retento, poſſeſſionem maris in quo ſitae ſunt, a majoribus acceptam conſpici.

Retineri etiam a vetuſtis ſeculis maris hujus auſtralioris poſſeſſionem ac dominium a egibus Angliae, non obſcure indicatur ex inſu- ırum Gallico litori praejacentium dominio. Sci- ıcet deturbatis Normannia ipſa Joanne & Hen- ico tertio regibus, inſulae Caeſarea, Sarnia, Jerſey & Garneſey vocamus) Alderneia, aliae ılıquot circumvicinae, litori Normannico ac Are- norico praejacentes, imo intra maris ſinum, uem facit hinc Aremoricum, illinc Normanni- ım litus, ſitae, ſeculis ſequentibus [a], ut ante odieque, in Angli ditione manſerunt; quod emo neſcit. At ſententia in Joannem regem, Normanniae ducem, ob Arthuri nepotis cae- m lata, toto quod Normannici juris erat eum ui volebat Gallus. Quin Normanniae poſtea nunciavit Henricus tertius [b]. Detur ſcilicet ıod vulgo recipitur, inſulas has Normannici fu- e juris, ſeu ad Normanniae ducatum attinu- e: certe & ita, neque ex ſententia eripi potu- unt, neque renunciatione Gallo ceſſere: quip- retenta eſt maris poſſeſſio, adeoque inſularum eo poſitarum; quemadmodum fere in ipſa nglia prioratus non pauci, quorum regimen iam erat Normannicum, ſub Angli tamen di- one, etiam qua Normannici regiminis fuere, m jura monaſtica apud Anglos viguere, ſemper anſerunt; utpote intra Anglicani imperii li- ites minime violatos ſita. Neque unde ita re- neri potuiſſent inſulae facile intelligitur, niſi ra Anglicani in mari imperii fines locum & ae habuiſſent. Sed vero inprimis eſt hic ad- tendum, plurimas gentes exteras, praeter or- nes Angliae, libello publice ſub Edwardo I. Philippo Pulchro regibus, in cognitorum ab conſtitutorum tribunali exhibito, diſertis ver- regem Angliae recognoviſſe dominum ſemper ſſe non ſolum maris hujus, ſed & inſularum eo poſitarum *par rayſon du roialme d'Angle- tere*, ſeu *ratione regni Anglicani*, ſive *qua es Angliae fuere*. Quod idem ſane eſt, totum uſque in adverſa litora ſeu portus, ma- hoc eis expreſſiſſime tribuere. De libello illo ra inferius. Nec praetereundum eſt, ſub ip- ı tempus, quo inſulae illae ita Normanniae atu deturbato Anglo retinebantur, primum niſſe litoris alicujus, Picardico amplioris, Gal- no regno acceſſionem. Nam ante, Aquita- um, Britannicum, & Normannicum aliis principibus paruere; Aquitanicum & Normannicum, Anglo; Britannicum, duci ſeu comiti cognomini. Adeo ut nec litus fere nec rerum navalium uſus aliquis inſignior eſſet tunc Gallo; unde facilius etiam erat avitam, quam diximus, maris atque inſularum poſſeſſionem Anglo, poſtquam ducatu ceſſerat, retinere. Quod ſatis etiam conſtat ex navali praelio geſto inter claſſem Gallicanam, cui praefuit Euſtachius monachus ſub Philippo Auguſto rege Galliarum, & Anglicanam, quam Philippus Albiniacus, inſularum quas memoravimus praefectus, & Joannes Mareſcallus, *ſemitas maris ſolerter ſpeculantes*, regebant ſub initiis Henrici noſtri tertii. Copias ſcilicet ſubſidiarias e Galliis ad Ludovicum (poſtea regem ejus nominis VIII.) in Anglia Anglum, ex conjuratorum perfidia, impugnantem trajectura erat claſſis navium octoginta Gallicana: hanc adgreſſa eſt Anglicana navium quadraginta. Sed *pars Francorum* (ut Rogeri Wendoverii [c] & Matthaei Pariſienſis, qui rem narrant, verbis utar) *quorum uſus non fuerat praelium navale conſerere, in brevi erat funditus infirmata.* Navali praelio Francos hactenus inaſſuetos eſſe aiunt. De Anglis vero; *Ab Anglis*, inquiunt, *bellatoribus & in marino praelio eruditis, telis confodiebantur & ſagittis, lanceis perfodiebantur, gladiis trucidabantur, navibus perforatis mergebantur, calce* (calcis pulvere in aerem jacto, & venti adverſi vi in oculos Francorum impulſo) *caecabantur, ſpes auxilii & ſuccurſus penitus evacuabatur, fuga non patebat.* Angli tunc marino praelio eruditi, ita mare ſuum inſulaſque in eo ſitas etiam retinebant. Nam & praelium hoc ad annum Henrici tertii ſecundum ſpectat [d], ſeu Chriſti MCCXVIII. id eſt, ad ipſum fere tempus quo primum Normannia Anglus eſt exutus. Quod vero dici ſolet, ex Normannico jure [e], ſeu jure ducatus Normanniae, primum inſulas has ad Anglum attinuiſſe, tam facile negatur quam affirmatur. Neque rationi huic vis ineſt, ſuos eas habere ſemperque habuiſſe qui Normannicos imitantur mores; ideo Normannicas eſſe. Certe & Anglia Normannicis moribus non raro utitur, ut gentes aliae interdum Romanis: unde tamen argumentum ejuſmodi fieri non poſſe, nemo non videt. Nec validius eſt, olim paruiſſe eas in eccleſiaſticis epiſcopo in Normannia Conſtantinenſi, uſque dum avorum memoria epiſcopo Wintonienſi [f] ſubjicerentur. Ob loci vicinitatem commodius quidem habebatur diu regimen eccleſiaſticum e Normannia deductum: quod initium habuiſſe ex illis ſeculis quibus utrumque litus poſſidebat Anglus, par eſt ut credamus. Non autem magis inde ſolum ſequitur, eas ad Normanniae ducatum attinuiſſe, quam prioratus olim non paucos in Anglia, quia juris erant in eccleſiaſticis exteri, ad exterorum ideo principum imperium, non ad regum Angliae qua Angliae, ſpectaſſe. AEque infirmum eſt quod de lingua inſularium Normannica afferri ſolet. Corwallenſes in Anglia lingua

Rot. clauſ. 2. Hen. III. membr. 1. part. 1. pat. 3. Hen. III. membr. 3. & 5. [b] Jo. Buchetus in Annalibus Aquitaniae part. 4. & ɔd. vett. foederum, &c. MS. in Archivo Fiſcali, fol. 1. [c] MS. in Bibliotheca Cottoniana. [d] Matth. Paris pag. 398. edit. Lo in. [e] Edw. Coke in Comm. Juris Anglic. part. 7. in Calvini caſu fol. 20. & 21. Guil. Camden. in Inſulis Brit. pag. 855. ai uod & admittitur in diplomatum aliquot recentiorum prooemiis, veluti in Rot. Pat. 7. Elizabethae R. part. 3. Herelio de Carteret, Rot. Pa 2. Jacobi part. 19. & 19. Jacobi part. 24. ubi de inſularum privilegiis. [f] Videſis Rot Pat. 11. Elizabethae R. part. 8. in rſo.

ſemper

femper ufi funt Cambrobritannica, faltem velut dialecto variata, uti etiam Aremorici in Galliis; Manniae item infulae incolae, Hibernica; unde tamen nemo eft hominum, qui velit fequi aut hanc Angliae regibus, qua Hiberniae five domini five reges fuerint, parere, aut illos ex Cambrobritannici principatus jure aliquo principibus fuis fubjacere. Scimus quidem non folum in diplomatum aliquot recentiorum prooemiis, verum etiam in fupplicibus libellis infularium vetuftis, interdum infulas illas ad Normanniae ducatum olim attinuiffe, ejufdemque juris nomine ab Angliae regibus retineri, obiter memorari: at vero non minus fcimus provinciis, quae in Galliis regibus noftris antiquitus haereditario accefferunt (quales fane hae funt dicendae infulae, fi velut Normanniae partes retineantur) permiffum fuiffe femper ita fuis uti moribus priftinifque jurifdictionis formulis, ut ordinariae tribunalium Angliae jurifdictioni [a] nunquam omnino fubjacerent: fic perpetuo Aquitanis, fic Andegavis, fic Normannis, aliis. Etiam & a feculis abhinc aliquot principibus noftris vifum eft, ut non alibi ac in facro fuo confiftorio extra infulas,lites quae ibi oriantur, deciderentur. Cum interea certiffimum fit, regnantibus Edwardo fecundo [b] & tertio [c] (feculis quibus jus illud, quo infulae hae in regum Angliae patrimonio cenfitae funt, proculdubio exploratius fuit) *juftitiarii itinerantes*, id eft, praefecti ex jure ordinario, non raro per Angliae provincias omnes, quos *comitatus* vocamus, ut de criminibus maxime atrocioribus, juribus imperii facris ufurpatis & privilegiis injuria arrogatis aliifque fere rebus in forum deduci folitis cognofcerent, antiquitus creati, *juftitiae errantes* interdum [d] etiam nuncupati, in infulas illas non aliter atque in Angliae provincias emitti folebant; reclamantibus quidem interdum, & fupplices adverfus hujufmodi jurifdictionem porrigentibus libellos, incolis. At vero id interea certiffimum eft, praefectorum illorum (qui & juris fcientiffimi) fententiam tum fuiffe, non folum vim legitimam obtinuiffe codicillos, quibus praeficerentur ipfi (id quod etiam exiftimarunt qui rebus hic tunc praeerant) verum etiam, inftar Anglicani in provinciis moris formulae, adeo continuatas fuiffe per diffufam aequoris interjacentis amplitudinem, tum ipfas infularum invicem provincias, tum cum Anglia univerfas, ut, caufa interdum ampliata, non aliter ac in mediterraneis Angliae, tam coram rege in Anglia, id eft, in tribunali quod *bancum regis* vocitant, incolis earum quibufcunque, quam alterius infulae incolis in altera, comparendi dies praeftituerent. Quod liquet in praefectura Joannis de Scardeburgh fociorumque ejus fub Edwardo tertio [e] aliorumque [f] illius feculi. Atqui inauditum eft, puto, ex ampliatione ejufmodi, jure noftro ordinario praeftitui tempus comparendi alibi quam in loco ejufdem juris (qua in regis patrimonio habetur) cujus & ipfe eft e quo ita quis amandatur. Neque ejufmodi quid, ne tentatum quidem, memini, in provinciis quae in facro imperii Anglicani patrimonio neutiquam habitae, ab Anglo tamen alio titulo poffeffae funt; veluti Andegaviae, Normanniae, ac Aquitaniae ducatus, ejufmodi aliae. Accedat etiam, in vetuftioribus aliquot regum noftrorum diplomatis, quibus firmantur infularibus privilegia [g] omnimoda, ea non femel defignari per ejufmodi privilegia, quibus gavifi fuerint ipfi, *feu antecessores feu praedecessores fui fub obedientia aliquorum progenitorum noftrorum regum Angliae exiftentium.* Certe, fi ducatus Normanniae partem infulas illas fuiffe tum creditum fuiffet, dubitari vix poteft, quin acceffiffet etiam *fi[...] ducum Normanniae*, quod in recentioribus aliquot diplomatis [h] occurrit quidem, ita tamen u[t] etiam in ipfis, *in fide & obedientia coronae noftrae Angliae* expreffim dicantur infulae illae, id que meritiffimo, retinendae. Quin, fub Edwardo tertio rege [i], libellis ipforum infularium fupplicibus, quos in comitiis parliamentariis regi, d[e] privilegiis fuis moribufque tempore omnem me moriam excedente ftabilitis, exhibebant, annec tuntur mores infularum aliquot, in quibus hi oc currunt: *Item, quod nullus de libero tenement fuo, quod annum & diem pacifice tenuerit, fin brevi domini regis de cancellaria, de tenement & tenente faciente mentionem, refpondere debe at. Item, quod non debeant coram juftitiarii domini regis, ad affifas capiendas affignatis, re fpondere, antequam tranfcripta commiffionum eo rundem fub figillis fuis eis liberent. Item, quo juftitiarii per commiffionem domini regis ad aff fas capiendas hic affignati non debeant placit hic tenere ultra fpatium trium feptimanarun* Certe mores hi vetufti etiam ita refipere videntu perinde ac fi ex Anglicani imperii jure, non No mannico, regibus noftris atque jurifdictioni e[o] rum ordinariae fubjacuiffent infulae illae; tame fi infulares eifdem libellis Normanniae vicin[a] partem fe fuiffe fimul interferant. Quid quc etiam infula Serka ab Elizabetha regina [k] co[n] ceffa fuerit Herelio de *Carteret* fibi & haeredibu fuis poffidenda fub clientelae fiduciariae formul quam *in capite* vocitamus, id eft, planiffime v[e] lut facri imperii Anglicani patrimonii feodum utcunque obiter, ne dicam ofcitanter, in conce fionis diplomate intra ducatum Normanniae e[x] iftere admittatur. Cum autem in foedere Ca nutenfi renunciabat Edwardus tertius Normanni[ae] aliifque aliquot regionibus Galliae maritimis, a[d] jectum eft, ne de infulis controverfia manere eum retenturum tamen quafcunque infulas tu[nc] poffideret, five regionibus quas retineret prae[j]acerent [l], five aliis. Nam id imperii marini r[a]tio poftulabat. Etiam tum Caefarea tum Sarn[ia] *ad regnum Angliae attinere*, & *regno Angli[ae] adjacere* [m], ut Vectis & Mannia, dicuntur in fo[e]deribus aliquot inter Angliae reges & princip[es]

[a] Vide 11. Hen. VIII. Keleway fol. 202. plac. 19. [b] Rot. Placit. de Infulis 2. Edw. II. & rot. pat. 15. Edw. II. part membran. 21. [c] Mich. 5. Edw. III. rot. 183. coram rege, & Mich. 6. Edw. III. rot. 181. coram rege; penes camerarios Sc carii. 2. Edw. III. fol. 5. feu 32. b. & Itin. Tempore Edw. III. fol. 138. a. [d] Jo. Sarisburienfis de Nugis Curialium lib. 5. 15. & 16. [e] Mich. 5. Edw. III. rot. 183. coram rege & Mich. 6. Edw. III. rot. 181. coram rege, penes camerarios Scacc [f] Rot. Placit. de Infulis 2. Edw. II. rot. 30. indorfo; in arce Londinenfi. [g] Rot. pat. 2. Edw. VI. part. 7. ubi infpeximus 1. H rici VIII. &c. [h] Rot. pat. 2. Jacobi part. 19. [i] In rot. 5. & 6. Edw. III. paulo ante citatis. [k] Rot. pat Eliz. part. 3. [l] Tho. Walfingham. ann. MCCCLX. feu 34. Edw. III. [m] Foeder. MDXLII. inter Caefarem & Hen. V & Foeder. MDLXXXV. inter Elizabeth. reginam & ordines foederatos Belgii; quorum tranfumpta in biblioth. Cottoniana.

cteros initis. Insulas item has concessit olim enricus quintus rex [a] Joanni fratri suo, duci edfordiae, *Absque aliquo nobis vel haeredibus ostris reddendo, aliqua praerogativa regia pro liqua alia tenura de nobis extra dictas insulas nta, quae ad dictas insulas, castra sive domi-a aliqualiter pertinere poterit, non obstante.* uae verba jus aliquod ducale ne admittere qui-m videntur. Et velut arra seu pignus dominii arini cum insularum conjuncti erat forsan mos e vetus, quo *Totus piscis per piscatores insu-rum nostrarum* (ita loquitur in sacris Scriniis [b] dwardus rex tertius) *de* Gernesey, Jeresey, erk & Aureney *in mari inter festa paschae S. Michaelis captus, secundum consuetudinem rtium illarum, ad nos pro rationabili pretio de solvendo dignoscitur pertinere; & quod dic- piscatores totum piscem per ipsos inter festa aedicta captum, usque certa loca in eisdem sulis deputata, deferre tenentur, ut ministri stodis insularum praedictarum inde capere pos-t, ad opus nostrum, pro pretio hujusmodi quod derint expedire.* Nec contemnendum est sane quod in chronicis coenobii Theokesburiensis currit de Henrico de *Bello Campo*, duce War-ci, in dignitatem regis, ab Henrico rege sexto, n solum insulae Vectis, verum & Sarniae & esareae, ad quas caeterae in hoc tractu civili- spectant, creato. De insula Vecti idem me-orat vir optimus Guilielmus Camdenus [c], idque eodem codice. At vero codex ipse [d] ad hunc odum, *Obiit autem dominus Henricus nobilis x Warwichiae, & primus comes Angliae, do-nus* le Dispenser *& de* Abergebenny, *rex de ulis* Wight *&* Gardsey *&* Jardsey, *domi-s quoque castri Bristoliae cum suis annexis, Idus Junii A. D.* MCCCCXLVI. *anno aetatis e 22. apud castrum de Hanleya; & sepultus in medio chori Theokesburiae.* Et paulo ante eodem, *Coronatus est in regem de* Wight *nu regia*, eo in loco nulla caeterarum insula-n expressa habita mentione, sed illis cum hac i, qua regum Angliae patrimonii pars fuerunt, e censitis. At vero credendum non est, insu- illas Normannico litori praejacentes in reg-m, utcunque imperio Anglicano subjectum, conversas fuisse, nisi & qui converterint eti- ipsi superiori, quam ducatus titulo, easdem antea possedisse existimassent; id est, plane re-. Quemadmodum Richardus rex secundus, n Robertum comitem Oxoniae (qui & mar-o Dubliniae & dux Hiberniae fuit) regem [e] Hiberniae creare destinarat, se interea insulam illam non minore quam regis (tametsi *domini* nomen tunc, uti etiam usque ad Henrici octavi tempora posteriora, regis ibi vicem [f] omnino suppleret) titulo ac dignitate possidere proculdubio non dubitavit. Ita insulas illas ac mare circumjacens cum Angliae regno unici imperii corpus, utcunque diversis illae uterentur moribus, constituisse merito existimatum est. Quo etiam spectat singulare earum, flagrante inter circumvicinas gentes bello, jus, induciarum beneficio ex regum Angliae indultu, per ipsum mare, gaudendi; de quo plura inferius [g]. Atque in tabulis forensibus, quae acta *justitiariorum*, quos diximus, *itinerantium* continet, *placita coronae* (quae phrasis Anglicanum imperium indicat) saepissime occurrunt. Item in actionibus [h] formulae illae, *Spreta dignitate coronae domini regis*, & *dominus rex seisitus fuit de praedicta advocatione tempore pacis ut de feodo & jure coronae suae*, ejusmodi aliae non paucae habentur, quae jus ducale non sapiunt. Accedat insuper, non solum quae Normannico litori, sed etiam quae Aquitanico objacent, insularum jus ita olim retinuisse Anglum (velut possessionis suae etiam ejusdem maris, qua ad Anglicani regni patrimonium attineret, pignus seu comitem) ut Henricus noster tertius, utcunque non exiguae Aquitaniae parti renunciaret, insulam tamen praejacentem illam (non minus in occidente, ac Rhodum olim, ob leges navales [i] celebrem) Uliarim scilicet, vulgo *Oleron* dictam, Edwardo filio primogenito concesserit possidendam in posterum, nunquam non ut Anglicani patrimonii sacri appendicem. Concessioni nempe adjecta est clausula, *Ita* [k] *quod eadem insula semper remaneat coronae Angliae, & nunquam alienetur ab eadem.* Literis item ad Uliarenses datis, *Nolumus*, inquit [l], *vos a corona Angliae ullatenus segregare.* Quin annis aliquot ante Vasconiam, seu Aquitanici litoris maritima, Edwardo principi similiter quidem concesserat [m] *ut integre remaneat coronae Angliae in perpetuum.* Adeo singulari voluit tam maritima quam insulam hanc jure ab eodem possideri, neque ullo pacto magis ac ipsum mare, quo pulsabantur, ab imperio Anglicano disjungi. Et tametsi postmodum tum haec insula tum aliae aliquot circumvicinae, idque a multis abhinc seculis, litora Gallicana quae proximant, varias ob causas secuta sunt, attamen integrum interea mansit Angliae regibus, ut ante, maris dominium; quod ex caeteris quae ostendimus satis comprobatur.

[a] Rot. Franciae 3. Hen. V. membran. 6. num. 12. Novemb. 27. [b] Rot. finium 31. Ed. III. membran. 18. [c] In Br n. pag. 200. & 430. [d] MS. in biblioth. Cottoniana. [e] Tho. Walsingham. in Rich. II. anno MCCCLXXXVI. pa 352. edit. Londin. [f] Statut. Hibernic. 33. Hen. VIII. cap. 1. [g] Cap. 22. [h] Rot. Placit de Insulis, 2. E. I. rot. 21. & 30. &c. in arce Londinensi. [i] De quibus consulas cap. 24. [k] Cod. Vet. Foederum &c. MS. anno M CLIX. penes camerarios Scaccarii. [l] Cod. Vet. MS. in biblioth. Cotton. de Rebus Aquitanicis, fol. 3. [m] Rot. Vasc 38. Hen. III. membr. 8. Matth. Paris pag. 1187. seu 1207. edit. Lond. Florilegus ann. MCCLIV. & Cod. Vet. MS. de Reb. Aquitanic. in biblioth. Cotton. fol. 66.

CAP. XX.

Ex venia tranſeundi ſeu praeternavigandi ſive indulgeri ſolita exteris, ſive petita, dominium & poſſeſſio maris regibus Angliae aſſeritur.

FIrmantur quae de poſſeſſione ac dominio hoc diximus, ex publicae fidei literis a regibus Angliae in veniam per mare hoc tranſeundi impetratis: quarum in ſacris Scriniis teſtimonia ſunt non obſcura: impetrantibus ſcilicet exteris. Ferrando Urtis de Sarachione, Hiſpano, conceſſit Henricus noſter quartus[a], ut tuto navigare ei liceret e portu Londinenſi *per regna, dominia, & poteſtatem noſtram uſque villam de la Rochelle*. Ad interſecans mare *dominia & poteſtas noſtra* hic manifeſto ſpectant. Et miſſis a Carolo Galliarum rege VI. ad Robertum III. Scotiae regem legatis, qui de foedere ineundo agerent, tutelae tabulae ab eodem Henrico impetrabantur, quibus tuti forent *par touz*[b] *noz povoirs, deſtrois & ſeigniories par mer & par terre*, id eſt, *per univerſas noſtras poteſtates, diſtrictus, & dominia tam per mare quam per terram*. Innumerae ſunt aliae publicae fidei literae (*ſalvos conductus* vocant) in ſacris Henricorum maxime quinti & ſexti ſcriniis, quibus tutus indulgeri ſolebat & aditus & receſſus *tam per mare quam per terram & aquas dulces*, id eſt, per totum indulgentis imperium. Atque obſervare licet literas ejuſmodi ſolenni titulo dari a regibus noſtris ſolitas ad maris praefectos, admirallos, viceadmirallos, maris capitaneos, territorii ſcilicet marini praeſides a rege conſtitutos, cum tamen in id genus publicae fidei tabulis a rege Galliarum Angliae regi in Gallias tranſmigraturo olim conceſſis, ejuſmodi praefectorum nulla reperiatur mentio. A Philippo Longo rege, Edwardo noſtro II. literae id genus datae, in fronte tantum habuere, *Phelip*[c] *par la grace de Dieu roy de France, a touz noz juſticiers & ſubgies, ſalut*. Cauſa autem obſcura non eſt, Anglum praefectos maris literis ſuis alloqui ſolitum, Gallum eo in aevo duntaxat judices ſuos & generatim ſubditos: ſcilicet per totum hoc mare, ut ejuſdem dominus, ſuos habuit etiam ipſius maris praefectos Anglus, quem, cum ipſe trajiceret, aequum non erat ut tutaretur in mari Gallus, intra ſcilicet territorii Anglicani fines. Attamen tunc temporis admirallus eſſe potuit Gallorum regi; ſed ſolum in litore Normannico & Picardico: nam Aquitanicum, Britannicum, & Narbonenſe, nondum patrimonio regio acceſſerant. Atque eo ferme tempore, ſeu paulo ante, habentur ii, qui in catalogo admirallorum Galliae primi ſunt. AEvo autem recentiori, verum quidem eſt in literis, etiam Galli[d], fidei publicae, aliorumque principum maritimorum, diſertis verbis admirallos ſolere compellari inter caetera miniſtrorum regiorum genera; ut ſcilicet in qualicunque paſſim praefectura tuti ſint ii quibus impetrantur. Sed de imperio in tranſeuntes ſeu praeternavigantes Anglicano, plura habentur ex ratione limitum navigantibus a rege noſtro in hoc mari praeſcribendorum, quam paulo poſt oſtendimus, uti etiam ex eis quae ſupra[e] e ſacris Scriniis de vectigalibus praeternavigantibus ab Anglo impoſitis traduntur. Atqui & huc ſpectat ſane, reges tum Daniae, tum Succiae, praeter urbes Hanſeaticas, enixe ſaepius ab Elizabetha Angliae regina petiiſſe, ut liber eis eſſet per mare Anglicanum tranſitus cum annona in Hiſpaniam; flagrante ſcilicet inter eam & Hiſpanum bello. Scio quidem licentiam ejuſmodi eis negatam eſſe non ſolum dominii maris cauſa, ſed inprimis ne hoſtibus commeatus adferrentur. Unde etiam naves Hanſeaticorum frumento onuſtae a claſſiariis Anglicanis in ipſis Uliſſiponis faucibus, extra territorium Angliae marinum, captae[f] ſunt: quae ſcilicet per mare Scoticum[g] & occiduum in Luſitaniam tenderant; proculdubio ne mari Anglicano injuſſu reginae temere uterentur. Sed vero clamitabant inde Hanſeatici jura gentium, commerciorum, foederum violata eſſe; navibus ab Angla ita eo ſolum nomine quod ad hoſtem commeatus deferrent, captis id eſt, in territorio cujus ſe dominam ne obtendebat quidem Angla. Et de ea re quaeſtio eſt illuſtris atque a viris doctiſſimis[h] diſputata in quantum hoſtibus ii, qui hoſtes non ſunt aut dici nolunt, res aliquas jure gentium poſſin ſubminiſtrare. At vero dum annis aliquot ant naves has captas, non ſemel negata eſt Hambu genſibus (qui caeterorum etiam Hanſeaticorum nomine liberam ſibi per hoc mare in Luſita niam & Hiſpaniam profectionem petiiſſent) om nimoda ſive frumentum ſive arma bellica tran vehendi libertas; nec jure gentium aut com merciorum petitionem ſuam tunc niti, nec re ginae negationem hujuſmodi juri adverſari om nino ſuggerebant. Scilicet primo reſponſum tulere, a tranſvehendis armis aliiſque bello cor ducibilibus & frumento abſtinerent: *In caeter vero mercibus* (ſic regina) *tranſvehendis nih vos impediemus; ſed veſtrorum ſubditorum n ves ſolito more commorari & praetervehi am cum favore permittemus, ut inſtitutam naviga tionem perficiant*. Iniquum non habere viſi ſu hoc reſponſum. Sed biennio poſt ablegatus e in Angliam Sebaſtianus a Berghen, eorum or tor, cum literis petitoriis, ut exceptio in ſuperi conceſſa libertate tolleretur, liberaque omniu mercium eſſet tranſvectio. Rurſus negatum quod petebant, adjecto, *qui auſo temerario ſec facerent, poenas penderent ſuae indomitae centiae, ſi in claſſiarios alioſve ſubditos majeſt tis Angliae inciderent, factis ipſorum rebus mercibus quibuſcunque capientis, ſic praeter*

[a] Rot. Franciae 5. Hen. 4. membr. 11. Jan. 5. [b] Ibid. membran. 14. [c] Rot. Clauſ. 13. Ed. 2. membr. 7. in do [d] Stilus & Protocoll. Cancellariae Franc. cap. de Paſſaiges & Sauf-conduits. [e] Cap. 14. hujus libri. [f] 30 Junii MDLXXX qua de re declaratio tunc Londini typis edita. [g] Thuanus Hiſtoriarum lib. 95. [h] Albericus Gentilis de Jure Belli lib. 1. cap. Hiſpanic. Advocat. lib. 1. cap. 20. & Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis lib. 3 cap. 1. §. 5. [i] MDLXXXV. ut in Declarat. reginae, MDLXXXIX.

luntat

'untatem *ſuae majeſtatis vectis & captis.* Pe-
:itionibus tantum ita ſemper agebant; pro arbi-
·ratu Anglae reſponſa referebant; jura gentium
ıut commerciorum ne praetexebant quidem, an-
·equam in alio mari, ſcilicet Luſitanico, quod
ure gentium & commerciorum, Anglae injuſſu,
ibi liberum putabant eſſe, naves ſuas viderent
interceptas. Tunc coeptum eſt de libertate
ıullo jure neganda agi, idque ab iis, qui per ali-
quot ante annos, liberum per mare Anglicanum
:ranſitum ſupplices non ſemel ab ejuſdem do-
mina tantum petierant. Adeo ut caput illud
(ut eſſe volunt nonnulli) juris gentium de com-
meatu hoſtibus ab amico non ſubminiſtrando,
non ſolum in cauſa antea eſſet ſive petitionis
Hanſeaticorum ſive reginae negationis, ſed ac-
cederet etiam dominii marini jus, quod plane
ſe violaturos ſentiebant Hanſeatici, ſi reginae in-
iuſſu per ejus maria proficiſcerentur. Huc ſpec-
tant ab eadem ratione quae occurrunt de hac re
in capitibus ab Witfeldio & Bernicovio, Chriſti-
erni IV. Daniae regis anno MDXCVII. legatis
apud Anglam expediendis. *Sereniſſimum,* aiunt[a], *regem noſtrum ſevere nobis injunxiſſe, ut apud ſereniſſimam reginam ageremus, quo frumenti aut annonae vectio Hiſpaniam verſus noſtris libera permittatur, quemadmodum etiam, ut ante fecimus, & nunc cum omni inſtantia iterum facimus ac petimus, maxime cum ſuſpicio ſit, eam licentiam frumentum vehendi etiam Anglis & Belgis interdum concedi; ne noſtri pejori conditione utantur, quam veſtri, atque ut ad minimum certis quibuſdam navibus in gratiam regiae majeſtatis annuatim libertas annonam, durante hoc bello, vehendi ſaltem concederetur: atque ut de eo, quod obtinere poſſimus, ſereniſſimi regi noſtro referre queamus.* Tulere autem reſponſum legati hi hujuſmodi, *Reginam nulla ratione poſſe induci, ut illud conſentiat fieri. Et cum ſuſpicio allegatur a vobis, licentiam interdum concedi & Anglis & Belgis vehendi frumentum, audemus nos aſſerere* (viri nempe primarii a ſacratioribus conſiliis reginae, qui reſpondebant) *nunquam tale quicquam conceſſum eſſe a regina, neque hujuſmodi eſſe conceſſuram, durante bello.* Niſi marini, per quod tranſeundum eſſet, territorii domina fuerit regina, idque Danorum (ut ſuperius Hanſeaticorum) ſententia, quorſum haec tam ambitioſa petitio, quam reſponſio imperioſa? Libertas hic nulla praeter eam quae ex reginae, velut itineris dominae, arbitratu pendebat, ſaepius iterata petitione, obtenditur. Unde etiam eſt, quod Joannes Suecorum rex literis, quibus anno MDLXXXVII. ad Elizabetham reginam datis veniam mercium in Hiſpaniam trajiciendarum Olavo Wormaeo Sueco petebat, faſſus ſit, neceſſe ei fore *maritimas reginae ditiones pertranſire,* quae literarum[b] ſunt vocabula. Neque novum eſt hujuſmodi tranſitum exteris negari. In quamplurimis publicae fidei literis, mercatoribus gentium vicinarum ab Edwardo rege I. conceſſis, exardeſcente inter eum & Gallum bello, adjicitur clauſula ſolennis, ut *nihil ad partes Franciae ducant, ſeu duci faciant, nec omnino inimicis noſtris inde communicent quoquo modo*[c], ut in ſacris legitur Scriniis. Ejuſmodi ſunt alia non pauca. Unde in mandatis ejuſdem regis habetur, ut ſumma cura atque diligentia retineretur ei ſummum maris imperium, utpote ſibi jure avito competens, ceu legum & perſonarum in eo tranſeuntium arbitro & moderatori. Verba, quae idem ſonant, ſunt, *Eſpecialment*[d] *a retenir & maintenir la ſouvereignete, qe ſes anceſtres royes d' Engleterre ſoloyent avoir en la dite mier d' Engleterre, quant a l' amendement, declaration, & interpretation des lois per eux faits a governer toutes maneres des gentz paſſanz per la dite mier.* Huc ſpectat etiam illud Joannis regis mandatum, quo imperioſe ſatis naves omnimodas, quae per mare Anglicanum (generali *maris,* utpote circumflui, nomine deſignatum) reperiri potuerint, ſiſti voluit atque ad ſua litora adduci. Nimirum ſiſti quandoque naves quorumcunque tam exterorum quam ſubditorum in portubus per omnia ſecula, tralatitium eſt. Mare autem totum, hoc mandato, ſuum non minus ac portus ipſos plane innui volebat Joannes rex. Mandati ipſius teſtimonium appono. *REX*[e] *omnibus ſturemannis & marinellis & mercatoribus Angliae, per mare itinerantibus, ſalutem. Sciatis nos miſiſſe Alanum Juvonem de* Sorham, *& Walterum* Stattun, *& Vicentium de* Haſtings, *& Wimundum de* Winchelſey, *& alios de baronibus noſtris quinque portuum, & alios fideles noſtros ſturemannos & marinellos galiarum noſtrarum, ad omnes naves quas invenerint per mare arreſtandas, & ſalvo, cum omnibus in eis inventis, ducendas in Angliam. Et ideo vobis praecipimus, quod eis de hoc ſitis intendentes, ita quod ſitis in Anglia cum omnibus navibus & merchandiſis veſtris ad portum & terminum, quos ipſi vobis nominabunt. Et ſi aliquis eis contra praeceptum noſtrum reſiſtere temptaverit, vos, fideles noſtri, ſitis eis in auxilium cum omnibus viribus veſtris, ſicut diligitis vos, & catalla veſtra, & pacem & reſidentiam in terra noſtra vobis vel alicui de generatione veſtra. Teſte Willielmo* Briwr, *apud* Lutegar, VIII. *die Februarii. Sturemanni* & *marinelli* ſunt navarchi & claſſiarii: ſed omnes naves per mare *arreſtari,* id eſt, ſiſti ſeu capi, & in Angliam adduci jubere, quid aliud erat, quam maris, per quod tranſirent, dominum ſe indubitanter profiteri? nec objiciat quis mandatum hoc ad naves tantum Anglorum, ſeu mandantis ſubditorum, attinuiſſe. Verum quidem eſt, ipſos codicillos jam adductos ad navarchos, claſſiarios, mercatores Angliae, tantum miſſos fuiſſe. Sed ex ipſis manifeſtum eſt interea, quatuor viros ibi memoratos, alioſque quinque portuum cives, & qui adjiciuntur caeteros in mandatis praecedentibus habuiſſe, *omnes naves quas invenerint per mare arreſtandas, & ſalvo, cum omnibus in eis inventis, ducendas in Angliam.* Acceſſere autem codicilli hi, ut pa-

[a] Ex tabulis legationis ejuſdem, in Bibliotheca Cottoniana. [b] In Bibliotheca Cottoniana. [c] Rot. Pat. 24. Ed. 1. memb. 5. & 25. Ed. 1. part. 1. membran. 2. 7. 16, &c. [d] Faſcic. de ſuperioritate Maris Angliae, in arce Londinenſi. [e] Rot. Pat. 9. Joann. R. membran. 1. num. 3.

lam

iam eſt, ne navarchi, claſſiarii, mercatoris cujuſcunque Anglicani mari utentis auxilium, in navibus exterorum ſiſtendis deeſſet. *Si aliquis eis contra praeceptum noſtrum reſiſtere temptaverit, vos, fideles noſtri, ſitis eis in auxilium cum omnibus viribus veſtris*, &c. *Fideles noſtri*, ſeu qui navibus ſiſtendis opem praebere debebant, hic ſunt univerſi nautae atque mercatores Anglicani per mare hoc diſcurrentes. Quorum igitur naves ſiſtendae erant, non veniebant *fidelium* ſeu ſubditorum nomine, quod & ipſam mandati hujus formulam ita comprobare, ut ea de re ulterius quid adjicere neceſſe non ſit, neminem qui diligentius intueatur, exiſtimo dubitaturum. Nec de navibus hoſtium, ſed quorumcunque verba fiunt; utpote prolata a domino, cujus tunc intererat non ſolum territorio ſuo marino, ſed etiam navibus in eo praeternavigantibus, non aliter ac in portu ſtationem habentibus, ſuam in rem & pro libitu uti. Similes habentur, atque idem probantes, codicilli temporis Edwardi III. regis, in quibus jubetur naves univerſas decem doliorum, & quae exceſſerint, in mari auſtrali atque occidentali repertas (exceptis aliquot jam antea trajectioni in Aremoricam deſtinatis) ſiſti, & armari, ut regi inſerviant. Lemma eſt, *De navibus arreſtandis & capiendis*. Formula ad hunc modum ſe habet: *REX*[a] *dilecto ſibi Thomae de* Wenlok, *ſervienti ſuo ad arma, locum tenenti dilecti & fidelis noſtri Reginaldi de* Cobham *admiralli flotae noſtrae navium ab ore aquae Thamiſiae verſus partes occidentales, ſalutem. Sciatis, quod aſſignavimus vos ad omnes naves, flimos, creieras, bargeas portagii decem doliorum & ultra, quos in admiratu praedicto* (id eſt, in mari a Thameſis oſtio in auſtrum & occidentem porrecto) *inveniri contigerit, cum omni celeritate qua fieri poterit per vos & deputandos a vobis, arreſtandos & capiendos, & ad naves, flimos, creieras & bargeas praedictos per magiſtros & dominos eorundem de guerra, bene & ſufficienter muniri & parari faciendos, & ad eos ſic bene paratos & munitos uſque Sandwicum celeriter ducendos, navibus pro paſſagio dilecti & fidelis noſtri Thomae de* Dagworth, *& hominum ſuorum verſus Britanniam profecturorum, ordinatis duntaxat exceptis; ita quod vos in propria perſona, una cum navibus, flimis, creieris, & bargeis praedictis de guerra ſic bene paratis & munitis, ſitis ibidem die ſabbati proximo ante feſtum apoſtolorum Simonis & Judae proxime futurum ad ultimum, ad proficiſcendum exinde in obſequium noſtrum, prout magiſtris & marinariis navium, flimorum, creierarum, & bargeiarum praedictorum tunc injungetur ex parte noſtra, ac ad capiendum ſufficientem equitaturam, pro vobis circa praemiſſa laborando, in locis ubi melius expedire videritis (feodo eccleſiae duntaxat excepto) pro denariis veſtris inde ſolvendis; nec non ad capiendum & arreſtandum omnes illos, quos in executione praemiſſorum contrarios inveneritis ſeu rebelles, & eos priſonis noſtris mancipandum, in eiſdem moraturos quouſque de eis aliter duxerimus ordinandum*, &c. Jubentur item cuncti in dicto admiratu miniſtri obſequium atque opem eadem in re praeſtare. Subſcriptio, autoritatem mandati originariam indicans, eſt, *Per ipſum regem & conſilium*; quae illo in aevo ſolennis erat. *Admiratus* autem nomine hic contineri ipſum mare quod diximus, ex ſupra oſtenſis liquet. Atque in eo, avito ſuo jure, non aliter ac in ipſis portubus ſeu litoribus Angliae (nam de navibus quorumcunque in portu ſeu litore ex juſſu regio ſiſtendis, exempla occurrunt innumera) ſic uſus eſt Edwardus rex tertius; quemadmodum & alii reges Angliae. Quod vero de ſiſtendis navibus, eiſque in officia regis maritima conſcribendis adductum eſt, id ſemper intelligas oportet ita ad juſtitiae normam factum, ut pro ratione tum doliorum quibus aeſtimabantur, tum pro nautarum numero ita conductorum, congrua merces eſſet praeſtanda. Qua de re teſtimonia etiam occurrunt in tabulis [b] parliamentariis.

CAP. XXI.

Piſcandi in mari veniam ab Angliae regibus exteris concedi ſolitam, piſcatoribus item tutelam ab eis, ut in ſuo territorio, praeſtitam, dominii eorum marini inſigne vetus eſſe & manifeſtum.

UT tranſeundi, ita & piſcandi libertatem a regibus Angliae, ceu territorii marini dominis, impetratam comperimus. Ejus rei teſtimonium quidem eſt luculentum in eo, quod e tabulis parliamentariis ſuperius[c] de vectigalibus quibuſcunque in mari piſcantibus impoſitis ſub Richardo rege ſecundo, adducitur. Quin in ſacris Scriniis occurrit, Henricum VI. Gallis aliiſque exteris quamplurimis ſigillatim indulſiſſe[d] *per unum annum integrum tantummodo* (interdum per ſex menſes) &c. *ire per mare piſcando omni tempore & quoties*, &c. Sed & fidei publicae ſeu ſalvi conductus nomine indulgebatur haec libertas. Etiam & navibus piſcatoriis modus praeſcribitur, *Ne* XXX. *dolia excedant*. Et verum quidem eſt, adjici velut rationem aliquam ſeu conditionem veniae, ut pari cum exteris ſecuritate aliquot alii, qui Anglo ſuberant, piſcando fruerentur. Quod ideo duntaxat in indultu locum habuit, ut ſi hoſce deturbarent illi, moleſtiaſve eis exhiberent, veniae beneficio exciderent, rationis illius ſeu conditionis, ſub diplomatum initia, verba ad hunc modum ſe habuere; *Ut factum piſcandi alecum aliorumque piſcium, pro utilitate publica, augeatur, continuetur & vigeat, nec non ut quibuſdam certis piſcatoribus obedientiae noſtrae par ſecuritas atque conſimilis praeſtetur & fiat. Certos piſcatores obedientiae noſtrae* Gallos etiam fuiſſe opinor, qui tunc in ditione Angli: cum ſcilicet omnia fere, praeter litus Picardicum, in Galliis, paulo ante ab Anglo defecerant; id eſt, ſub ex-

[a] Rot. Franciae 22. Ed. 3. membran. 5. Octobris 20.
[d] Rot. Franciae 38. Hen. 6. membran. 9. & 14.

[b] Rot. Par. 3. Hen. 5. part. 1. num. 6. ſeu 31.

[c] Cap. 15.

tremo

remo Henrici sexti. Quod vero sive hic de *ari securitate* occurrit, sive alibi interdum etiam le *publica fide*, sive ex Galli, sive Flandri, sive Aremorici codicillis[a], etiam piscatoribus Angliae raestanda; id fere evenit, cum, defervescenti-us inimicitiis, de induciis foedereve fiebat deiberatio. Utrinque interim securitas ejusmodi x pacto nonnunquam praestabatur: sed ab Anglo tam ut a domino loci, quam ut ab eo ui in amicitiam rediturus erat; ab aliis, hoc antum nomine, non illo: nisi de portuum & itorum usu rem capias: nam ita tam hos doninos quam illum esse nemo diffitetur. Etiam aevo nostro a summo maris praefecto impetrari solebat venia Gallis, qui soleas Henrici IV. Galliarum regis mensae in mari interfluente carerent; quod asserunt qui tribunali & rebus maitimis apud nos diu praefuere. Etiam & capis esse Gallorum naves, ut injuriarum reas, quae itra hujusmodi veniam piscationem ibi exercerent. In orientali autem, quod agro Eboracensi vicino praejacet, mari, libertas piscandi Hollandis & Zelandis a castri Scardeburgensis, Eboacensi in litore positi, praefecto, ex veteri initituto solitum est impetrari; quod & ante annos omplures memorat V. C. Guilielmus Camdeus de oris illis verba faciens; *Operae pretium*, nquit ille[b], *videatur adnotare uberrimam & uaestuosissimam in subjecto mari halecum (sive ucomaenidarum, aut chalcidum, si ita mavis) iscaturam Hollandos & Zelandos exercere, um veniam prius veteri instituto ex hoc castro mpetraverint. Veniam enim piscandi semper oncesserunt Angli, honore sibi reservato, utiitate vero exteris quasi per desidiam resignata. ncredibile enim fere est, quantam pecuniae vim hac in nostro litore piscatura Hollandi sibi rrogant.* Sic ille. Alter etiam rerum mariimarum peritissimus, qui libellum Anglico idioiate conscriptum, parliamentariis sub Elizabetha egina comitiis de piscaturae commodo exhibuit, landros scribit, Hollandos, Zelandos quotannis, iclinante aestate, quadringenta aut quingenta avigia (**Busses** vocant) emittere ad halecum scaturam in mari hoc orientali, **Where**[c] **before ey fish, they ask leave of Scarborough**, id est, *i antequam piscaturam exercent, a Scardeirgi praefecto veniam petunt*; quae sunt ejus erba. Edicto item cautum est sub Jacobo rege ostro[d], ne quis exterus in mari Anglicano aut ibernico, aut eo quod attinet ad insulas regni ngliae caeteras, piscaretur, venia prius a legas ad hanc rem Londini constitutis non obtenta quotannis minime novata. De venia piscndi alias item a regibus Angliae exteris imetrata, alia habent alii[e]. Causa autem, quod deo frequentes non occurrant sive transeundi e piscandi in mari Anglicano libertatis conessionum formulae, inde planissime evenit, quia foederibus cum vicinis principibus initis tos ejusmodi libertas fuerit (uti itidem portuum, orum, itinerum, aliarumque rerum) ita utrine indulta, ut, constante foedere, velut ager compascuus tam foederato utenti quam Anglo domino mare deserviret. Sed vero etiam in foederibus hujusmodi limites interdum piscaturae positi sunt; quod inprimis observandum est: limites tum loci, tum temporis. Adeo ut foederato ultra limites hosce piscari ex foedere non liceret; Anglo in mari praejacente universo dominium retinente. Egregium est sub Henrico nostro IV. exemplum. Pactum inierat Gallus & Anglus[f], piscaturam utriusque subditos libere exercere posse toto mari, quod hinc portu Scardeburgensi & Southamptoniensi, illinc Flandriae extremo & Sequanae fluvii ostio terminetur: tempus item ab autumno intra Januarias, quae sequerentur, calendas coerceri. Atque ut vi foederis tuto frui possent Galli, literas publicae fidei praefectis maritimis universis dat rex noster. Limites hic plane Gallos ab occidentaliori, & quod sub Africo positum est, mari excludebant, uti etiam ab orientali, quod in septentrionem ab illis porrigitur; utpote ab Henrico nostro, pro suo, ut domini, arbitratu, ita finito. Neque juris erat ne quidem umbra, qua in praefiniendis his limitibus Gallus domini vicem obtinere videretur; cum nec seclusum mare litus ejus ullibi in septentrione allueret, nec in austro (praeter Normanniam) aut in occidente praejacentem haberet mari regionem. Caetera scilicet aut Britanniae Aremoricae dux aut Anglus tenebat, ut supra monitum est. Hinc sane in usu fuit, reges Angliae tutelam piscatoribus etiam exteris edicto interdum, armata interdum classe praestare, ubi scilicet sive ex foedere, sive ex impetrata venia, temperamentis pro Angli arbitrio adjectis, piscatum ibant. Lemma in sacris Scriniis est, de tempore Edwardi I. *Pro hominibus Hollandiae, & Zelandiae, & Frisiae, quod piscari possunt prope* **Jernemuth.** Sequitur codicillus de eorum tutela[g] regius; *Rex dilecto & fideli suo Joanni de* **Buteturte**, *custodi maritimae suae de* **Jernemuth**, *salutem. Quia intelleximus, quod multi homines de partibus Hollandiae, & Zelandiae, & etiam Frisiae, qui sunt de amicitia nostra, ad piscandum in mari nostro prope* **Jernemuth** *his diebus sunt venturi; vobis mandamus, quod publice proclamari faciatis semel vel bis in qualibet septimana, ne aliqui, sub omni quod nobis forisfacere poterunt, eisdem inferre praesumant injuriam, molestiam, damnum, impedimentum aliquod aut gravamen; sed ipsis potius, cum indiguerint, consulentes sint & auxiliantes; ita quod absque impedimento piscari & commodum suum facere possint. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes usque ad finem S. Martini proxime futuri duraturas. Teste rege apud* **Wengham** XXVIII. *die Septembris.* Ad annum ejus attinet XXIII. seu Christi MCCXCV. Eodem etiam die in gratiam comitis Hollandiae ejusque subditorum tres naves armatas emittit in oram maris ulteriorem, *pro salvatione* (ut alio in codicillo loquitur) *navium terrae vestrae & nostrae captioni alecum vacantium seu intendentium his diebus*, &c. *ad*

[a] 8 Hen. 4. in sched. vetust. Bibliothecae Cottonianae, &c. [b] In Britannia, pag. 586. [c] **Hitchcocks New yeers-guift**, . Londinensi MDLXXX. [d] Edict. 7. Jacobi R. 6. Maii. [e] Gerard. Malinius in lege mercatoria, cap. 35. [f] Rot. nciae 5. Hen. 4. 29 Septembris. [g] Rot. Patent. 23. Ed. 1. membr. 5.

excubandum in coſtera maritimae veſtrae. Tutelam piſcandi dat: hanc bimeſtre intra tempus in codicillo utroque claudit. Piſcatores etiam tutatur ſolus tam in ora Germanica (quam *coſteram maritimae veſtrae,* ob vicinitatem, in literis ad Hollandiae comitem hic appellat) quam Anglicana. Neque alio uti navigiorum genere piſcatoribus licuit, praeter id quod a regibus noſtris praeſcriptum eſt. Unde interdicta interdum omnimoda piſcatio eſt; quae & admiſſa interdum, modo adjecto, ut navigia triginta doliis minora tantum piſcarentur. Id liquet ex codicillis Edwardi tertii regis de piſcandi legibus ad praefectos ſuos ſingulos Gernemuthae, Scardeburgi, Whitbeiae & Donwici oppidorum in litore orientali poſitorum datis. Verba ſunt[a]; *Quia dederimus licentiam piſcatoribus villae praedictae & aliis, qui ad villam praedictam cauſa piſcandi venire voluerint, quod in mari cum navibus & batellis citra pondus* XXX. *doliorum piſcari & commodum ſuum facere poſſint, quibuſcunque inhibitionibus ſeu mandatis noſtris in contrarium factis non obſtantibus; vobis mandamus, quod piſcatores villae praedictae, & alios qui ad villam praedictam cauſa piſcandi venire voluerint, in mari cum navibus & batellis citra pondus* XXX. *doliorum piſcari & commodum ſuum facere abſque impedimento permittatis, quibuſcunque inhibitionibus ſeu mandatis noſtris, vobis in contrarium factis non obſtantibus, ut eſt dictum. Teſte rege apud turrim London* X. *Auguſti.* Annus erat Edwardi tertii undecimus, ſeu MCCCXXXIX. Quin ſi qui piſcatorum in hoc mari tutelam, Angli injuſſu, olim exercerent, velut dominii jus invadentes, capiendi erant & cuſtodiae tradendi, ſententiam ob injuriam Anglo illatam exſpectaturi. Id quod videmus in tabulis publicis Edwardi regis noſtri IV. Praefecerat nimirum is triumviros cum poteſtate navali, qui piſcatores per mare Norfolciam & Suffolciam alluens tuerentur, quos *cuſtodes, conductores* & *waftores* appellant ſacra Scrinia. Ut igitur tam tutelae impenſae a piſcatoribus ſolverentur, quam alii quicunque ab hujuſmodi tutelae officio arcerentur, quatuor viros conſtituit, ſcilicet Joannem Hemingham equitem auratum, Guilielmum Hopton, Edmundum Wye, & Joannem Wansflect armigeros, tam *ad cuſtodes, conductores & waftores illos ſupervidendos* (ita tabulae ipſae[b]) *quam ad communicandum cum quibuſdam piſcatoribus cujuſcunque patriae fuerint, qui in partibus praedictis ſub ſecuritate dictorum N. N. piſcari voluerint, quod ipſi piſcatores & eorum quilibet ad omnia & omnimoda coſtas, onera, & expenſas eiſdem cuſtodibus & conductoribus pertinentia tempore piſcationis ſint contributores, & hujuſmodi coſtas, onera, & expenſas juxta ratam portent, & ad coſtas, onera, & expenſas illa de hujuſmodi piſcationibus piſcatorum praedictorum, ubicunque inveniri poterunt, levanda & colligenda; necnon ad omnes alios fore cuſtodes, conductores, ſive waftores, alios quam praenominatos, praeſumentes vel attentantes, arreſtandos & capiendos, & proximae gaolae noſtrae committendos, ibi ſalvo & ſecure, quouſque pro eorundem deliberatione ordinaverimus, cuſtodiendos.* Totidem ferme verbis, ad eandem rem, habentur diplomata aliquot Henrici ſeptimi[c] regis; etiam & Richardi tertii[d], excepto quod in hujus formula interſeratur poſt vocabula illa *& expenſas juxta ratam portent,* haec clauſula hic non contemnenda, *licet iidem piſcatores, ſive eorum aliquis vel aliqui, literas de ſalvo conductu a quocunque rege, principe ſive gubernatore cujuſcunque regni obtinuerint vel obtinuerit.* Ita ex more recepto, & pro regum noſtrorum libitu uſitato, tutelae impenſae a piſcatoribus maris hujus, utcunque ab aliis principibus qualeſcunque ſecuritatis publicae literas antea impetraſſent, praeſtandae erant. Neque alii praeter eos, qui ab Anglo conſtituti, in tutelae hujuſmodi conſortium admittendi; ne ſcilicet Angli juri ita forte derogaretur. Quod dominii atque poſſeſſionis loci character eſt manifeſtus.

CAP. XXII.


Leges & termini exteris, invicem hoſtibus, ſed Anglo amicis, in mari a regibus Angliae poni ſoliti, dominium eorum teſtantur. Et de regiis in mari conclavibus ſeu cameris. De ſingulari item perpetuarum in mari circa inſulas Normannico litori praejacentes induciarum jure.

QUOD ad leges & terminos exteris, qui invicem hoſtes, Anglo utrique amici, per hoc mare mutuo depraedarentur, praeſtitutos (nam id quintum eſt teſtimoniorum hic caput) attinet; cum ſub initiis Jacobi regis Angliae, pacato undique reliquo orbe Chriſtiano, bellum tamen inter Hiſpanum & foederatos Belgiae ordines exardeſceret, atque inde fieret, ut in mari Anglicano utrique illi, Anglo amici, mutuis ſe invicem & frequentiſſimis infeſtarent depraedationibus, de quarum jure dubia aliquot inter miniſtros regios, qui de rebus maritimis cognoſcebant, oriebantur; rex noſter, majorum exempla ſecutus, atque ut regnator legitimus moderatorque aquarum, edicto ſancivit[e] in oris Anglicanis limites intra quos utriſque ita tutam fore ſtationem, tutum tranſitum, etiam & utroſque ab ipſo ita protectum iri voluit, ut neque Hiſpanis in Belgas foederatos, neque his in illos, aliiſve cujuſcunque gentis in alios, intra hoſce vim aliquam impune exercere liceret. Verba edicti ſunt; Our pleaſure is, that within our Ports, Havens, Rodes, Creeks, or other places of our Dominion, or ſo neer to any of our ſaid Ports or Havens as may be reaſonably conſtrued to be

[a] Rot. Clauſ. 11. Ed. 3. membran. 35.
[b] Rot. Pat. 22. Ed. 4. membran. 2.
[c] Rot. Pat 3. Hen. 7. part. 2. in dorſo 15 Auguſti & part. 1. in dorſ. 18 Septembris.
[d] Rot. Pat. 2. Rich. 3. part. 1. membran. 2.
[e] Edict. 1. Martii 2. Jacobi regis ſeu MDCIV. in Rot. Pat. 2. Jacobi R. part. 32.

withi

within that title, limit or precinct, there shalbe no force, violence, surprise or offence suffered to be done, either from man of warre to man of warre, or man of warre to merchant, or merchant to merchant of either partie. But that all of what Nation soever, so long as they shalbe within those our Ports and places of our jurisdiction, or where our officers may prohibit violence, shalbe understood to be under our protection to be ordered by course of justice, and be at peace each with other; id est, *Placuit nobis, intra portus, aestuaria, stationes, sinus nostros, aliosque locos ditionis nostrae, seu qui ita ullis dictorum portuum nostrorum seu aestuariorum propinqui sunt, ut rationabiliter censeri possint esse; intra titulum illum, limitem, aut praecinctum, non iri permissum, ut vis aliqua, violentia, interceptio aut injuria inferatur sive a navi armata in armatam, sive ab armata navi in mercatorem, sive a mercatore in mercatorem, ex parte alterutra; sed universos, cujuscunque fuerint gentis, quamdiu fuerint intra illos portus nostros & locos jurisdictionis nostrae, seu ubi ministri nostri violentiam inhibere queant, censendos fore sub tutela nostra, & secundum nostram justitiae formulam gubernandos, pacemque eis invicem fore colendam.* In secluso vero mari ita tantum vim etiam inter hostes permitti volebat eodem edicto, ut si aut in aperto hoc oceano, sinubus, portubus, aestuariis, armata navis vim hosti inferendi causa prope immineret, aut ex loco aliquo ita interdicto, in oceanum navem hostis ex eodem loco transeuntem, contra edicti mentem, involaret, tunc armatae tam mercatorum Anglorum quam praefectorum regiorum naves & vim ejusmodi submoverent & ulciscerentur. Edicti verba sunt; Our pleasure therefore and commandement is to all our officers and subjects by Sea and Land, that they shall prohibit (as much as in them lyeth) all such hovering of men of warre of either side so neer the entrie of any of our Havens or our Coasts; and that they shall rescue and succour all merchants and others that shall fall within the daunger of any such as shall awaite our Coasts in so neer places, to the hindrance of trade and traffique outward and homeward from and to our kingdomes; id est, *Placuit nobis, & in mandatis damus omnibus ministris nostris subditisque per mare & per terram, ut, in quantum valeant, ipsi prohibeant cunctas naves armatas, quae ex alterutra parte ita imminuerint tam prope introitum alicujus portuum nostrorum seu orarum nostrarum, atque ut tutelam praestent succurrantque omnibus mercatoribus aliisque, qui inciderint in insidias quorumcunque imminentium oris nostris in locis adeo propinquis, unde impediatur commercium & negotiatio extrorsus & introrsus, ad regna nostra & ab eis.* Praestitutos quos diximus limites tabulae typis aeneis expressae, & jussu regio in publicum missae, denotabant. Earum ratio ita se habet, ut lineae rectae a promontorio aut adjacente insula ad proximum in litore Anglicano promontorium, aut insulam ductae, designarent tam seclusum illud mare, quam ipsos portus sinusque. Promontoria haec cum insulis ab aquilonari Angliae ora per orientem & austrum in occidentem circumeuntia, numero viginti septem, suo ordine ita recensentur. Holy Iland, the Sowter, Whitby, Flamborough-head, the Spurne, Cromer, Winterton-nesse, Easter nesse, Layestof, Estnesse, Orfortnesse, the Northforeland, the Southforeland, Dungenesse, Beach, Dunenoze, Portland, the Start, the Ramme, the Dudman, the Lizard, Lands end, Mildford, S. Davids head, Beardsie, Holyhead, *& Mona insula.* Permagnos maris sinus ab oceano circumambiente lineis hisce abscissos habemus, quos *regias cameras*, id est, The Kings Chambers, & *portus regios* vocitant. Ut in aedibus secessus reductiores, seu cubicula aut conclavia, quae *camerae* barbaro Latine nuncupari solent, habent domini; etiam & Londinum urbs *camera regis Angliae* a vetustis seculis in jure nostro etiamnum dicta est, ipso velut nominis angustioris usu, dominio ejus, quod circumquaque adjacet, diffusius, designato: ita sinus hi amplissimi simili nomine



nomine inſigniti, & pro arbitrio regum Angliae praefiniti, maris quod reliquum eſt itidem dominium indicant. Deſumpſimus autem promontoriorum & inſularum, quibus ita ſinus illi, etiam in adjecta tabella deſignati, terminari ſolent, ex inſtrumento [a] a duodecimviris rerum maritimarum callentiſſimis, atque ad hanc rem juratis ſub edicti promulgationem, Anglice conſcripto; quod exhibitum eſt ab eis V. honoratiſſimo Julio Caeſari equiti aurato, & tribunalis maritimi ſummi tunc praeſidi, nunc vero ſacrorum cancellariae Anglicanae Scriniorum magiſtro, & a ſecretioribus regi conſiliis, cui limitum hujuſmodi veterum indagandorum cura mandata erat Inſtrumento autem in illo, tum promontorii cu juſlibet capitis adinvicem diſtantia, tum rectu velificationis curſus, ſeu, uti vocari amat, rum borum, qui in pyxide nautica ab altero ad alte rum navigantem dirigant, ratio, unde areae cu juſlibet *camerae regiae* partim dijudicetur quan titas, explicatur. Ordine quem ſubjicimus, al Inſula Sacra ſeu **Holy Iland** auſpicantes duode cimviri illi a ſeptentrione per orientem & auſtrun in occidentem circumibant. Diſtantia & curſu primus eſt ab inſula illa ad **The Sowter**. Ind ſimili modo recenſentur caeteri.

M artii MDCIV. ſeu 2. Jacobi R.

Promontoriorum

Promontoriorum series.	*Rumbi.*	*Leucae.*
Ad the Sowter	in phoenicem S. S. E.	17 1/2
Ad Whitby	in notapeliotem S. E.	12
Ad Flamborough head	in notapeliotem S. E. 1/3 versus austrum.	8
Ad the Sporne	in phcenicem S. S. E. versus apeliotem.	13 1/3
Ad Cromar	in meseurum S. E. and by E.	24 1/3
Ad Winterton-nes	in hypophoenicem S. E. and by S.	4
Ad Caster-nes	in phoenicem S. S. E.	2 1/13
Ad Lapestof	in austrum S.	3 3/4
Ad East-nes	in austrum S. 1/2 versus occidentem.	1 5/6
Ad Orforth-nes	in mesolybonotum S. and by W.	6 1/6
Ad North forland	in austrum S. 1/3 versus occidentem.	15 1/6
Ad South forland	in austrum S.	6 1/3
Ad Dunge-nes	in norolybicum S. W. 1/4 versus austrum	7
Ad Beach	in africum W. S. W. 1/4 versus austrum.	13
Ad Dune-noze	in africum W. S. W. 3/4 versus occidentem.	24 5/6
Ad Portland	in hypafricum W. and by S. versus austrum.	16 1/12
Ad the Start	in africum W. S. W. 1/2 in occidentem.	18 2/3
Ad the Ramme	in occidentem W. 1/4 versus boream.	6 1/2
Ad the Dudman	in africum W. S. W. 1/2 versus occidentem.	8 2/3
Ad the Lizard	in africum W. S. W. 1/2 versus austrum.	9
Ad the Lands-end	in caurum W. N. W. versus boream.	7
Ad Milford	in boream N. 1/3 versus orientem.	31 2/5
Ad S. David's-head	in boream N. 1/2 versus occidentem.	5 5/8

Promontoriorum series.	*Rumbi.*	*Leucae.*
Ad Beardsie	in hypaquilonem N. and by E. ⅛ versus orientem.	12 ⅙
Ad Holy head	in boream N. ⅛ versus occidentem.	*9*
Ad Monam	in hypaquilonem N. and by E. ⅞ versus boream.	*26*

Perampla hic vides aequoris ſpatia, per milliaria interdum nonaginta amplius intercepta (nam e milliariis Anglicanis tribus quaelibet haec ſit leuca) e quibus camerae illae ſeu receſſus marini conficiuntur. Rem autem de cameris hiſce ſub edicti memorati tempus geſtam, ad hunc modum explicatam habemus in duodecimvirorum, qui jurati ſunt, ſubſcriptione diſtantiis & rumbis jam dictis adjecta. *Nos quorum nomina ſubſcribuntur* (ita Latine ſonant quae Anglice ſubſcripta ſunt) *evocati in praeſentiam viri clariſſimi Julii Caeſaris equitis aurati, ſummae curiae regiae admiralitatis judicis, ibique in acta conſcripti & jurati ad limites & terminos deſignandos in quos* the kings chambers, havens or ports, id eſt, *regiae camerae, aeſtuaria, ſeu portus, in oris maritimis porriguntur, hoc inſtrumento reſpondemus, &, quantum ſcimus atque intelligimus, declaramus, dictas majeſtatis ejus cameras, aeſtuaria ſeu portus eſſe totas oras maritimas quae recta linea ab altero ad alterum promontorium, circa regnum Angliae ducta intercipiuntur. Quod ut melius intelligatur, tabellam ea de re confecimus; cui hanc ſchedulam noſtram adjecimus, in qua oſtenditur quomodo in recta linea ſe habeat promontorium alterum ad alterum, ſecundum tabellam illam. Data* IV. *die Martii anno Domini* MDCIV. *& in anno ſecundo regni ſupremi domini noſtri Jacobi regis,* &c. Et ſequuntur dein in ſchedula duocecimvirorum nomina, qui univerſi rerum nauticarum ſeu maritimarum peritiſſimi. Ita ſpatia lineis rectis a promontorio ad promontorium ductis, camerae ſeu portus ſunt regis Angliae; qui ſecluſi pariter maris totius, uſque in adverſa litora ſeu portus, dominus, dum pacatiores hos volebat eſſe receſſus, id quod reliquum eſt pelagi amicorum, qui invicem hoſtes fuere, depraedationibus mutuis, ut arbiter, nec tamen ſine temperamentis aliquot de ipſo pelagi apertioris uſu adjectis, permittebat. At vero & contendebant poſtea Hiſpani, ipſos etiam in apertiori mari extra hos limites ab hoſtiſtibus tuendos; idque ex foedere, quo Hiſpanus & Anglus alter alterius ſubditos tueri debuit ubique regnorum ſuorum. Scilicet non minus id quod reliquum erat interſitum mare regni Angliae nomine venire. Quod ſcimus ex eorum advocati in Anglia diſputatione *de marino territorio tuendo* inſtituta contra Hollandos, qui *valde exclamabant* (ut inquit ille [a]) *quod interciperentur a magiſtratu regio in mari, & ſiſterentur in mari cum praeda quam confeciſſent de Hiſpanis hoſtibus. Vim eam injuſtam. Se reſtituendos, turbatos, ſpoliatos. Etiam & audiendos ſic contra Hiſpanos ipſos, qui captivi ſu[nt] ſolverentur cum captis rebus.* At ille ſive intra fines, ſive extra in mari Britannico a Britanniae rege tutelam Hiſpanorum adverſus Hollandos juſtam eſſe ad hunc modum diſceptat: *Vides quan[tum] protendatur regis noſtri,* Angliae, *imperium long[e] in meridiem, ſeptentrionem, occaſum. Britanniae* [b] *ſeptentrionalia, nullis contra terris, va[ſto] ſto atque aperto mari pulſantur. Et Hiberniae meridionalia terminantur ad Hiſpaniam; occi[den]dua, ad Hiſpaniae regna Indica. Et ſic e[ſt] immenſum lata juriſdictio regis noſtri marina. Nec eam cogit ſecutum quoddam regis edictum* (idem quod ſupra memoravimus) *quo ſint fine[s] quidam notati, ultra quos nolit rex poteſtatem porrigi territorii ſui in bellicis his geſtis Hiſpanorum & Hollandorum. Interceptos autem a magiſtratu dicunt Hollandos extra hos fines. Nam & per pacta pacis nuper inter noſtrum & regem Hiſpaniae, tueri alter ſubditos alteriu[s] debet ubique regnorum ſuorum. Et igitur ſu[os] debet tueri per immenſam illam uterque juriſdictionem. Sunt ſcilicet fines* [c] *juris, & ſunt fines conventionis. Atque de illis dictum non procedit in iſtis. Et hic ſequi debemus fines juris, de quibus pro certo pacta pacis ac foederis capi debent. Quoniam alii poſtea poſiti fin[es] non in cogitatione tum erant. Edicti autem poteſtas ad praeterita non porrigitur. Leges & conſtitutiones* [d] *futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta praeterita revocari. Neque haec eſt declaratio juris regii (itaque admittenda* [e] *facilius) facta in edicto, ſed nova prorſus diſpoſitio & lex. Nam declaratio* [f] *nihil novi inducit, & nihil mutat: at edictum hoc mutat multum; ſi multo ultra fines illo[s] nunc conſtitutos porrigit ſe vis territorii regis. Etiam* [g] *poſſit reſponderi, quod tradunt omnes nec valere declarationem in alterius praejudicium, quod hic fieret interceptae navi; cui ju[s] quaeſitum ex communi lege erat, item ex ſingulari pacto pacis, ut principes nullam paterentur in territoriis ſuis fieri vim ſubditis alter[ius] utrius. Et ex ſingulari adhuc potentius, qua*

[a] Albericus Gentilis in Advocat. Hiſpanica lib. 1. cap. 8. [b] Tacit in Vita Agricolae Caeſ. de Bello Gallico lib. 5. [c] M[e]noch. conſil. 14. [d] L. 7. C. de leg. Non. Conſ. 110. 111. [e] Cravetta conſ. 641. [f] Decian. 1. conſil. Oldrad. 318. Imol. conſ. 67. fin. [g] Decian. 1. conſ. 7.

ec deceat obligationem imminuere contractus: r quae nunc imminueretur, tamen, si sic immi- utum daretur territorium, intra quod solum veri Hispanos rex noster posset. Etiam non ocet *quod objicitur, & longe antehac longo su servatos in hujusmodi quaestionibus hos esse nes, qui expressi nunc sunt edicto. Nam ut raetereamquae traduntur difficillima in pro- ando usu*[a], *mens certe regis nostri in con- actu foederis non videtur respexisse ad usum lum, si quis fuit, aut etiam ad statutum, quod hic vetustum extare perhibetur. Neque enim unt isthaec communia & intellecta principi al- ri foederato, intellecta forsitan nec ipsi regi ostro; res nimirum facti, novo in regno.* Quae mnia, quoniam non solum ad limites hosce, nus, seu regias in mari cameras, sed ad totius uod Britannicum est maris dominium attinent, sum est hic ex Alberico Gentili adjicere. Et ale sane Gentilem intellexit Joannes Gryphian- er[b], qui de rebus maritimis fuse differens, lo- um quem citavimus ita ex eo breviter affert, si Jacobi regis edicto illo jurisdictio ejus sim- iciter finibus illis fuisset coercita. *Angliae risdictio marina* (sic Gryphiander) *quamvis in eridiem, septentrionem, & occasum porrigatur, amen edicto Jacobi hodierni regis certis fini- us in mari circumscripta est.* Autorem sub- ngit Albericum Gentilem. At vero non ju- sdictionem suam eis finibus circumscribi simpli- ter voluit edicto illo, sed tantum quoad bel- a Hispanorum & Hollandorum tunc temporis vicem gesta; reliqui maris Britannici pariter ac mper, ut decessores, dominus ac moderator. quod tum ex edicto ipso, tum e Gentili sa- s est manifestum. Neque sane facile conjec- ndum est, undenam originem habuerit jus il- d induciarum singulare ac perpetuum, quo Cae- reae, Sarniae, caeterarumque insularum Norman- co litori praejacentium incolae etiam in ipso ari fruuntur, flagrante utcunque inter circum- cinas gentes bello, nisi ab Angliae regum do- inio hoc marino derivetur. De jure illo ad nc modum breviter, ex veterum testimoniis doctus, Guilielmus Camdenus[c]: *Veteri regum Angliae privilegio perpetuae hic sunt quasi in- ciae, & Gallis aliisque, quamvis bellum ex- descat, ultro citroque huc sine periculo venire commercia secure exercere licet.* Fusius au- m in diplomatis aliquot regiis[d] idem occur- , sic de Caesarea explicatum, *quod tempore lli omnium nationum mercatores & alii, tam enigenae quam indigenae, tam hostes quam nici, libere, licite & impune queant & possint ctae insulae & locis maritimis cum navibus, ercibus & bonis suis, tam pro evitandis tem- statibus quam pro aliis licitis suis negotiis ibi peragendis, adire, accedere, commeare ac fre- uentare, ac libera commercia negotiationum ac m mercatorum ibidem exercere, ac tuto ac se- re commorari, indeque commeare ac redire to- s quoties absque damno, molestia seu hostili- te quacunque, in rebus, mercibus, bonis, aut rporibus suis, idque non solum infra insulam & locos maritimos praedictos ac praecinctum eorum, verum etiam infra spatia undique ab eisdem distantia usque ad visum hominis, id est, quatenus visus oculi possit assequi.* Et privilegium hoc nuncupatur; quod in ipsum mare vides extendi usque quo oculorum acies a litore possit diffundi. Si non a regibus Angliae qua tam maris quam insularum domini sunt (& de jure quo insulae ipsae ad eos spectant supra[e] dictum est) manavit hoc privilegium, ne cum ratione fingi quidem posse videtur, undenam ortum habuerit. Aliorum principum ne obtenditur quidem, quantum scimus, hic concessio: sed duntaxat regum Angliae; qui nisi circumluentis ubique maris ipsi domini essent, quo titulo, per tanta in eo undique spatia inducias ejusmodi inter qualiumcunque gentium hostes insulas illas adpellentes, praestituere? Quemadmodum vero non solum in sinubus, quos diximus, verum etiam per spatia inde pro libitu in territorium suum marinum extensa, hostiles quorumcunque animos cessare voluere saepius reges nostri, ita similiter per has Gallici litoris oras haud adeo dispar indulsere perpetuo privilegium, quo, veluti sub aequoris arbitri ac moderatoris alis, tutum foret quibuscunque, etiam invicem hostibus, adnavigare, e portu solvere, & demum mari ad spatia, pro libitu primum instituta, libere uti. Quod sane dominii indicatio obscura non est.

CAP. XXIII.

Tabulae sacrorum Scriniorum publicae, in quibus antiquitus dominium maris regibus Angliae obiter, & tum a rege ipso tum ab ordinibus parliamentariis aliud agentibus, idque verbis expressissimis & summa cum deliberatione, ut jus certissimum exploratissimumque, tribuitur.

Tabulae sequuntur, quae sacris Scriniis servantur, publicae, in quibus obiter, idque tum a rege ipso tum ab ordinibus Angliae parliamentariis, velut aliud agentibus, dominium ac possessio maris regi Angliae diserte asseritur. Id scilicet sextum est distributionis superioris caput. Edwardus rex tertius se, decessoresque suos, dominos maris totius circumflui nuncupat in diplomatis singulis ad Galfredum de Say maris australioris occidentalisque, & Joannem de Norwico borealioris (distinctionis termino ab ostio Thamesis, ut solebat, sumpto) praefectum datis, quorum ex sacris Scriniis hic formulam inprimis animadvertendam, quantum ad hanc rem attinere potest, subjicimus. *Rex*[f] *dilecto & fideli suo Galfredo de Say, admirallo flotae suae navium ab ore aquae Thamisiae versus partes occidentales, salutem. Cum nuper vobis per literas nostras*

Riv. 1. consil. 74. num. 10. [b] Tract. de Insulis cap. 14. §. 46. [c] In Insulis Brit. pag. 855. [d] Rot. pat. 2. Ed. VI. t. 7. Rot. pat. 2. Elizab. part. 6. & Rot. pat. 2. Jacobi regis part. 19. [e] Cap. 19. [f] Rot. Scotiae 10. Ed. III. memb. 16.

mandaverimus,

mandaverimus, quod vos una cum quibusdam navibus de quinque portubus, quas de guerra pro obsequio nostro muniri & parari mandavimus, supra mare proficisceremini ad obviandum & resistendum quibusdam galeis in diversis partibus exteris provisis & hominibus armatis munitis, quae ad partes dominii nostri ad gravandum nos & gentes nostras, vel ad partes Scotiae in inimicorum nostrorum ibidem succursum divertere, ut accepimus, properabant; & quia jam ab aliquibus est relatum quod galeae ejusmodi usque ad numerum XXVI. *ad partes Britanniae & Normanniae noviter accesserint, & ibidem adhuc se tenent ad mala (ut creditur) contra nos & nostros, quae poterunt perpetrandum, vel ad succurrendum dictis nostris, ut praedicitur, inimicis: nos advertentes quod PROGENITORES NOSTRI REGES ANGLIAE DOMINI MARIS ANGLICANI CIRCUMQUAQUE & etiam defensores contra hostium invasiones ante haec tempora extiterint; & plurimum nos taederet, si honor noster regius in defensione hujusmodi nostris (quod absit) depereat temporibus, aut in aliquo minuatur, cupientesque hujusmodi periculis, auxiliante Deo, obviare, & salvationi ac defensioni regni & populorum nostrorum providere, malitiamque hostium nostrorum refraenari; vobis in fide & legeantia quibus nobis obstricti estis, & sicut de vobis specialiter confidimus, mandamus firmiter injungendo, quod statim visis praesentibus, & absque ulteriore dilatione, naves portuum praedictorum ac alias naves quae jam paratae existunt supra mare teneatis, caeterasque naves pro obsequio nostro hujusmodi arrestetis, quas nuper dearrestari mandavimus (ita videlicet quod promptae essent & paratae ad proficiscendum in obsequium nostrum praedictum, cum magistros & marinarios navium earundem faceremus praemuniri sine dilatione, sive fuerint intra libertates sive extra, congregari, & eos de guerra hominibus & aliis necessariis bene munitas supra mare una cum navibus praedictis proficisci facere) & galeas praedictas ac alias naves contra nos guerrinas cum omni diligentia exploretis, easque, si ad partes dominii nostri vel ad partes Scotiae ex causa praedicta praesumpserint declinare, potenter & viriliter expugnetis; & si vos latenter evaserint, ita quod ipsis non poteritis obviare, tunc easdem galeas & naves contra nos guerrinas cum navibus flotae nostrae praedictis, si ad regnum nostrum vel ad partes Scotiae praedictas transierint, sine dilatione aliqua insequamini, & pro conservatione honoris nostri regii virilius destruatis. Nolumus tamen quod vos mercatoribus, aut aliis per mare transeuntibus, & nos & nostros gravare, seu hostibus nostris succurrere, non volentibus, quicquam damni vel molestiae inferatis.* Sequitur dein potestas classiarios conquirendi, id genus alia aliquot. Dies item & autoritas ad hunc modum subjungitur, *Teste rege apud villam de S. Joanne* XVI *die Augusti. Per ipsum regem & concilium.* Consimiles literae Joanni de Norwico, plagae borealioris admirallo, eodem dantur tempore atque autoritate eadem. In legis item rogatione, sub eodem Edwardo rege, parliamentaria (quae ordinum vox erat) eum ab omnibus gentibus regem maris & haberi & appellari solitum comperimus. Verba sunt[a], *qe xx ans passez & toutdiz adevant la navie le dit roialme estoit en touz portz & bones villes sur mier & sur riviers si noble & si plentinouse, qe touz les pais tenoient & appelloyent nostre avantdit seignieur, LE ROY DE LA MIER, & tout son pays dotoyent le pluis per mier & per terre per cause de la dite navie,* &c. Quae Normannice sonant, *adeo celebrem fuisse retroactis semper temporibus in omnibus regionibus maritimis rem Anglorum nauticam, classem item adeo numerosam, ut universarum regionum incolae censerent & vocitarent regem nostrum, maris regem.* Egregium itidem est hac de re testimonium in tabulis parliamentariis Henrici quinti regis, ubi ad hunc modum pro more rogatur lex, *Item priont*[b] *les Commens, que, per lou nostre tres soverain Seigneur LE ROY ET SES NOBLES PROGENITORS DE TOUS TEMPS ONT ESTE SEIGNEUR DEL MEER, & ore par la grace de Dieu est venuz que nostre dit seigneur le roy est seigneur des costes d' ambeparties del meer, ordeigner sur touts estrangers passants per mi le dit meer, tiel imposition al oeps nostre dit seigneur le roy a prendre que a luy semblera resonable pur la sauvegarde del dite meer.* Quae sonant, *Item petit universitas plebis, ut (cum rex dominus noster supremus & illustres ejus progenitores perpetuo fuerint domini maris, & jam ex gratia divina evenerit, dictum dominum nostrum regem dominum esse litorum utriusque partis maris) ex sanctione irrogetur universis exteris per mare dictum transeuntibus tale vectigal, in dicti domini nostri regis commodum praestandum, quale ipsi visum fuerit rationi consonum ad tutelam dicti maris.* Responsum quod rogationi huic subscriptum est, ita se habet, *Soit avise par le roy*, id est, *Deliberet ipse rex.* Nam in Galliis tunc rex agebat, earum haeres & victor, parliamenti praeside Humfredo duce Glocestriae, Angliae tunc custode seu legato, a quo ut a regis vicario, leges rogatae hujusmodi plerumque tulere pro more responsum, quoties assensus eis non est praebitus; quemadmodum ipso rege praesente, *Le roy s' advisera* seu *rex deliberabit*, responsi a vetustis seculis etiamnum in rogationibus, quae in sanctiones non transeunt, locum obtinet: scilicet in rogationibus quibus assensum antea praebuerint tam proceres quam plebis universitas, id est, ordines Angliae parliamentarii. Quod hic inprimis advertendum. Nam certissimum est, nullum sive a rege sive nomine regis, ex more, accedere parliamentariis legum rogationibus responsum, antequam rogatio, sive apud proceres inchoetur sive apud plebis universitatem (quippe sive apud hanc sive apud illos singillatim, non apud utrosque simul, initium sumere solet) utrosque habuerit autores, quod sciunt omnes rebus & Scriniis parliamentariis v[…]

[a] Rot. parliam. 46. Edw. III. num. 20.

[b] Rot. parliam. 8. Hen. V. mem. 3. art. 6.

ſati. Et ubi alterutrorum nomen in ipſa rogationis formula deeſt (ut in jam allata procerum) ſuppleri ſolebat, ut hodieque, id ex formula aſſentiendi breviſſima quam rogationi adjiciunt ordines apud quos rogatio inchoata non eſt. Nam ab ordine penes quem inchoatur, ad alterum tranſmittitur, qui aut aſſenſum praebet, aut eam rejicit. Ubi uterque ita aſſenſum praebuerit, poſtmodum aut aſſenſus accedit regius, unde in legem tranſit rogatio, aut in deliberationem, modo indicato, ſeponitur. Quorum neutrum a rege unquam ex more parliamentario fit, niſi praeceſſerit tam procerum quam plebis aſſenſus. Ex ipſis autem rogationis (in quibus hujuſmodi aſſenſus formulae expreſſim adjici ſolitae) membranulis in tabulas parliamentarias, quae omnimodae tranſactarum in parliamento rerum hiſtoriae ſaturae ſunt, deſcribitur ex more, eoque veterrimo, integra rogationis formula (*petitionem* ſeu *billam* nuncupant) ipſiſſimis quibus primo exhibetur verbis; praetermiſſa expreſſa mentione aſſenſus, qui extra formulae corpus accedit, tum procerum tum plebis (quippe utrorumque aſſenſus ſatis dignoſcitur ex eo quod ad regem, more parliamentario, ea ita pervenerit) & adjecto tantum regio ſive aſſenſu ſive deliberatione, ut oſtenſum eſt. Ipſae autem rogationum ejuſmodi membranulae pleraeque ad ſecula vetuſtiora attinentes periere; cum tamen tabulae in quas referri ſeu deſcribi ſolitae ſunt illae cura non indiligenti etiam per ccc. amplius annos fuerint in Scriniis aſſervatae. Quod totum ideo hic monendum duximus, ut ex rogatione jam allata ex tabulis parliamentariis de tempore Henrici quinti haec tria ad rem quam tractamus maxime facientia obſerventur. Primo, ex jure a majoribus accepto, maris dominum eſſe regem Angliae uno ore ordines parliamentarios, id eſt, & proceres univerſos & plebis univerſitatem, indubitanter, utpote rei ex veterum etiam teſtimoniis forte aliquot, quae nobis temporis injuria invidit, ſcientiſſimos, affirmaſſe. Id quod itidem habetur in priori illa quae ad Edwardi tertii regnum attinet. Nam ſimilem utraque in tabulis, quales diximus, ſortitur locum. Secundo, mare de quo loquuntur eſſe totum quod Gallias & Angliam interluit. Nam expreſſim aiunt regem Henricum maris dominum jam fuiſſe; dominum *des coſtes d'ambeparties del meer*, id eſt, *orarum* ſeu *litorum utriuſque partis maris*, ſeu quae utrinque mare includunt; quod de alio aut majori mari quam de quo antea proxime ibi dictum eſt, intelligi nequit: adeoque de toto illo mari plane ſumendum. Tertio, ordines illos non dubitaſſe quin exteris quibuſcunque per mare hoc ubicunque tranſeuntibus parliamenti Anglicani autoritate vectigalia irrogari potuiſſent; ut in portu portoria. Nec cogitaſſe omnino, regem, qua rex erat tunc Galliarum, ſed qua Angliae tantum, id eſt, qua totius interluentis maris dominus, ea de re eſſe rogandum. Atque abſimillimum eſt veri, nec omnino cum ratione admittendum, illos voluiſſe ita ex deliberato (nam ejuſmodi de rebus diu tam a proceribus quam plebis univerſitate deliberatur antequam rogationi aſſenſum praebent ipſi) voluiſſe, inquam, ita ex deliberato vectigalia ſanctione parliamentaria Anglicana irrogari in loco qui non, ut patrimonii ſacri pars, regi Angliae, qua Angliae, ſubjaceret. Hinc etiam ſereniſſimus & potentiſſimus Carolus rex noſter anno ſuperiore, titulo avito & juſtiſſimo, *ſe* pronunciavit *& progenitores ſuos reges Angliae dominos maris hujus ſemper hactenus extitiſſe*; in literis[a] nimirum ad provincias Angliae maritimas datis, quibus navium ſubſidiariarum in dominii ſui marini tutelam conſtructio irrogatur. Hiſce accedat, Guilielmum de **Leyburne**, in pactis inter regem noſtrum Edwardum primum & Guidonem comitem Flandriae initis, de inſignibus in navi unaquaque geſtandis & reis in mari puniendis[b], nuncupari *admirall de la mier du dict roy d' Engleterre*, ſeu *admirallum maris dicti regis Angliae*. Alia ex ſacris Scriniis ejuſmodi occurrunt tam ubi de maris dominio in juris patrii mores recepto ac recognito proxime, quam ubi de exterorum teſtimonio poſtea differimus.

CAP. XXIV.

De juris patrii commentariis moribuſque receptiſſimis, quibus ſive aſſeritur ſive admittitur dominium regis Angliae marinum.

Septimum in diſtributione capitum quae teſtantur regum Angliae dominium, quod diximus, eſt de juris patrii commentariis & moribus in eo receptis, qui illud a vetuſtiſſimis ſeculis adſtruant. Quae huc ſpectare poſſunt etiam habentur non pauca in eis quae de cuſtodia maris, admirallatu Anglicano, aliis ſupra tractatis, ſubinde jam aperiuntur. Sed vero in hoc capite aut juriſconſultorum noſtratium ſententiis ac commentariis, aut tabulis forenſibus eorum opiniones explicantibus potiſſimum utemur. Fateor quidem in autoribus aliquot juris noſtri, qui ante annos cccl. aut circiter conſcripſere, poſtquam, uti tunc mos erat, jus Caeſareum etiam perlegerant, ſententiarum quas de mari in libris juris illius repererant, ita fuiſſe verbo ſaltem tenus tenaces, ut eas ſua in ſcripta de acquirendo rerum dominio agentes transferrent. Inde eſt quod Henricus Bractonius, ſub poſteriora Henrici tertii tempora juriſconſultus celeberrimus, *Naturali*, inquit[c], *jure communia ſunt omnia haec, aqua profluens, aer, & mare, & litora maris quaſi maris acceſſoria.* Item, *aedificia, ſi in mari ſive in litore poſita fuerint, aedificantium ſunt de jure gentium.* Et ſtatim poſt, *Jus piſcandi omnibus commune eſt in portu & in fluminibus.* Quod itidem in aliis aliquot[d] illius aevi juriſconſultorum noſtratium libris occurrit, ut id quod exciderat ſcriptoribus Ulpiani & Juſtiniani verborum (de quibus abunde dictum eſt in libro ſuperiore) quam par erat, in generali rerum diviſione, amantioribus. Caeterum

[a] Brev. 10. Caroli R. Octob. 20. ſeu MDCXXXIV.
[b] MCCLXXXVI. ſeu 15. Ed. I. in Faſcic. de Superioritate Maris in Arce Londin.
[c] Lib. 1. ſeu de Rerum diviſione cap. 12. §. 5. & 6.
[d] Autor Fletae MS. lib. 3. cap. 1. Breton. lib. 2. cap. de Purchas.

hi ipsi aliis in locis, mores patrios indicantes, regis in mari dominium satis admittunt. Nam ipse Bractonius postea non semel loquitur de iis, qui ex indultu regio *quieti sint*[a] *de theolonio & consuetudinibus dandis per totum regnum Angliae in terra & mari*, & *per totum regnum tam per terram quam per mare*. Et ejusdem in aevo civibus Londinensibus indulgebatur praestationum aliquot immunitas[b] *per totum regnum tam per mare quam per terram*. Non minus ita Bractonius, cum ad patrios redit mores, maris quam terrae regnum regi suo agnovit. Atque hinc etiam factum est, ut inter *capitula coronae*, ut vocant, id est, articulos de quibus a judicibus per universam Angliam delegatis ad publicam pacem sartam tectam conservandam, solenni more erat inquirendum, habeatur & hoc *De purpresturis factis super dominum regem, sive in terra sive in mari, sive in aqua dulci, sive intra libertatem sive extra, sive alibi ubicunque*. Idque inter articulos hujusmodi ab ipso Bractonio[c] & codicis Fletae dictae autore[d] recensitos locum habet. *Purpresturas* autem lingua forensi appellamus ea, quibus locus publicus, quod in patrimonio est principali, veluti iter publicum, flumen, id genus caetera, fiunt deteriora. Nec igitur maris, ex recepti hujus de *purpresturis*, in generali inquisitionis formula, articuli ratione, dominium regi tribuitur minus ac telluris, itineris publici, fluminis. Concors est articulus ille de aqua qualibetcunque salsa a subdito aliquo inclusa, aliove modo occupata, quod fieri dicitur, in vetustis tribunalis nostri maritimi commentariis, *in regis exhaeredationem*. Verba sunt ibi[e], *Item soit enquis de ceulx qui acrochent a eulx eaves salees en desheretison du roy*. Hodieque de ea re ex admiralli summi autoritate inquiri solet. Robertus item Belknapius, judex sub Richardo II. rege celebris, mare ait[f] regi, uti regni sui Anglicani seu patrimonii sacri partem, subjacere. Verba ejus idiomate Normannico ita se habent, *Le mere est del ligeans del roy, come de son corone d' Angleterre*. Ne scilicet quis dubitaret, an jure regni Anglicani, an sive Normannici ducatus, sive alius in Galliis provinciae jure, id regi suo competeret, signanter *ut de corona sua Angliae*, seu *ut de sacro Angliae patrimonio*, verbis suis adjecit. Alter item, qui sub Henrico VIII. scripsit, ex more vetere traditum esse ait, regi Angliae hoc onus incumbere, ut maris Britannici domino, praedatores mari submovere, ejusque usum velut itineris publici (cujus solum in suo patrimonio) navibus tutum praestare. Sic enim Anglice loquitur[g], **The King of the ould custome of the Realme, as the Lord of the narrow Sea, is bound as it is said, to scoure the Sea of the Pirats and petit robbers of the Sea.** Tantundem, quantum ad dominium attinet, apud jurisconsultos nostros recentiores[h] citra controversiam admittitur. Et in tabulis publicis capita aliquot, de quibus sub Edwardo tertio rege, judices in reipublicae commodum erant consulendi, continentibus liquet, apud jurisconsultos nostros illius aevi, dominium regis marinum, quam *antiquam superioritatem maris* vocabant, in ambiguo non fuisse. Sed ei commodius tuendo consilium inibatur. Consulebatur nempe judicum consessus *ad finem, quod resumatur & continuetur* (sic in sacris Scriniis[i] habetur; & observandum est inprimis quod occurrit hic de Uliaris insulae, quam Oleron vocamus ad ostium Charontonis fluvii sitam in sinu Aquitanico, legum nauticarum initiis) *ad subditorum prosecutionem forma procedendi quondam ordinata & inchoata per avum domini nostri regis* (Edwardum I.) *& ejus consilium ad retinendum & conservandum antiquam superioritatem maris Angliae & jus officii admirallatus in eodem, quoad corrigendum, interpretandum, declarandum, & conservandum leges & statuta per ejus antecessores Angliae reges dudum ordinata ad conservandum pacem & justitiam inter omnes gentes nationis cujuscunque per mare Angliae transeuntes, & ad cognoscendum super omnibus in contrarium attemptatis in eodem, & ad puniendum delinquentes, & damna passis satisfaciendum. Quae quidem leges & statuta per dominum Richardum quondam regem Angliae in reditu suo a terra sancta correcta fuerunt, interpretata, declarata, & in insula Oleron publicata, & nominata in lingua Gallicana* **le ley Olyroun.** Pro receptissimo hic exploratissimoque habetur, regem Angliae maris cognominis seu circumflui dominum jure fuisse avito. De jure vero hoc rite tuendo tantum erat a jurisconsultorum consessu agendum. Neque obscurum est sane signum hujus dominii, Richardum primum regem Angliae in Uliari insula, quam ipse in mari suo sitam, non tam ut dux Aquitaniae quam rex Angliae possidebat (qua de re diximus superius) leges illas marinas seu nauticas etiamnum vim obtinentes, in insula illa sua, velut rerum marinarum solum regnatorem moderatoremque primum promulgasse, & tantam eis atque tam perpetuam inde tribuisse eo nomine autoritatem; ut quemadmodum Rhodiae leges nauticae seculis in vetustioribus Rhodios fuisse Graeci maris dominos (ut res ipsa se habet) probant, ita Uliarenses leges hujusmodi vim in mari sortitae[k], a prima earum institutione, Angliae regem utpote autorem suum maris circumvicini dominum nunquam non recognoscant. Caeterum harum legum exemplaria aliquot typis mandata, eas sexaginta aut circiter annis recentiores esse Richardo illo rege faciunt; qua fide, nescio. Latas enim memorant anno LXVI. supra millesimum & ducentesimum, qui est Henrici nostri tertii quinquagesimus. In jure item patrio inter absentium privilegia habetur, eos qui extra regnum Angliae fuerint tempore solennis de fundo aliquo in acta publica relatae transactionis (*finem* voce forensi dicimus) sive annali, ut olim, sive quinquennali, ut jure recentiori, praescriptione non ita teneri, quin

[a] Bracton lib. 2. cap. 24. §. 2. & 5. fol. 56. & 57. [b] Rot. pat. 51. Hen. 3. memb. 11. [c] Lib. 3. de Corona, cap. 1. §. 3. & cap. 2. §. 1. fol. 116 b. & 118 a. [d] Fleta MS. lib. 1. cap. 20. [e] Cod. MS. de Admirallatu fol. 18 b. Artic. in Admirallat. inquirend. edit. anno MDXCV. num. 33. [f] 6 Rich. 2. **Fitzherbert** tit. Protection 46. [g] Seingerman. lib. 2. cap. 51. [h] Ed. **Coke** part. 5. fol. 108. & in Com. ad **Litleton** sect. 439. fol. 260. [i] In fascic. de Superioritate Maris; in Arce Londinensi. [k] Edict. France, tom. 3. tit. 2. de Juribus & Privilegiis Admiralli §. 19.

domum

…num redeuntibus integrum sit jus suum, si …od eis competierit, intra similia temporis a …itu spatia vendicare. At vero *intra regnum* …eodem jure sumitur, idque solenni phrasi pro … quod est *intra* (seu, ut barbare dici solet, …*ra*) *quatuor maria* [a], nempe australe, occiden…, orientale, & septentrionale illud quod …imum, quo conjungitur Angliae Scotia, utrin… alluit. Intra nempe terminos extimos im…ii Anglicani in quatuor illis maribus, seu in… adversa orientalis & australis litora portusve …orum principum, atque intra septentrionalis … occidentalis terminos, qui aliter quidem fini…li sunt, sed tamen finiendi; velut ex occupa…nis in occidentem ultra Hiberniae litora oc…entalia amplitudine, atque ex maris quod Sco… juris est initio. Quod autem oppositum est … *intra quatuor maria*, est ipsum *extra* [b] *qua…r maria*, seu in partibus esse ita transmari…, ut terminis dominii regis Angliae marini … ulteriores; unde de finibus seu exteriori ma…m limite dijudicandum. Et utcunque *terra …gliae* pro eo quod est regnum seu imperium …um Anglicanum interdum, ut idem significans, …rpetur, locutione scilicet vulgo usitatiore & …era restrictiore pro eo quod est multo am…us, ut fieri amat, adhibita; certissimum ta…n videtur in juris patrii nostri commentariis …*ra quatuor maria* & *extra regnum* (qua sci…t *regni* nomine imperii Anglicani area qua…unque continetur; non qua ab Hibernia, …e itidem ejusdem imperii regnum est singu…, aliisve insulis quae in sacro Angliae regum …rimonio censentur, Angliae regnum in jure [c] …inde distinguitur) idem ipsum denotare. Nam …nne est in lingua forensi ita eum, qui extra …num, illo sensu fuerit, designare. Et cum …ipiebatur sub Richardo II. rege, eum, qui … nomine praescriptione annali submoveri no…at, in Scotia fuisse *intra quatuor maria*, re…nsum est & decisum [d], quoniam Scotia intra …ni Angliae fines non erat, ideo exceptionem … nullam. Adeo ut idem valeret *intra qua…r maria* & *intra regnum*; unde & idem fit …*ra regnum*, & *extra quatuor maria*. Hoc …su etiam *extra regnum esse* apud Litletonum, …s nostri scriptorum facile principem, saepius [e] …atur, non aliud significans, quam quod ipse …i [f] per eum qui *ala ouster le mere*, seu *mare …iecit*, aut *trans* seu *ultra mare se contulit*. …e etiam videtur manasse quod, cum inter reo…i aliquot apud nos in judicio sistendorum ex…tiones temporales (*essonia* in foro vocamus) …ae habeantur, quarum altera *de ultra mare*, …ra *de malo veniendi* nuncupatur, atque po…ior ei competat qui qualicunque *intra maria*, … *citra* eorum, quae Anglicani juris sunt, ter…os ulteriores, infortunio praepeditur, prior …em ei qui *extra* imperii Anglicani *maria* …; inde videtur, inquam, manasse quod secu…lis anterioribus, quando frequentior excusationum hujusmodi in foro usus erat, reus in Hibernia absens posteriori formula rite uti potuerit, non autem priori. Quam nihilominus si per inscitiam adhiberet, posterioris tantummodo naturam ea induebat, suam, id est, omnem quae ex eo, quod *ultra mare* sensu vulgatiori ageret reus, pendebat, prorsus exuens. Scilicet natura utriusque ex jure recepto ejusmodi fuit, ut ubi priori quis legitime usus esset, is etiam postmodum posterioris beneficio semel itidem gaudere posset. In dicta autem specie, priori neutiquam legitime adhibita, sed tamen in posteriorem per juris interpretationem, ne plane inutilis foret, conversa, posteriori locus non erat; ne scilicet contra morem iteraretur. Res ipsa sub Henrico tertio rege ita decisa est, teste ad hunc modum Henrico Bractonio: *Esto*, inquit ille [g], *quod quis se essoniaverit de Ibernia quasi de ultra mare; attornatur essonium illud ad simplex essonium de malo veniendi, ut coram Martino de* Patteshull *in banco, anno regis Henrici sexto, de Gilberto Mariscallo & Cecilia uxore ejus & Allano de Hyda, qui vocavit ad warrantum Willielmum Marescallum in comitatu* Pembroche, *& qui se essoniavit de Ibernia, & non fuit allocatum, & postea fecit de hoc quod aliud essonium de malo veniendi ad alium diem non fuit allocatum.* Tantundem habetur etiam apud *Fletae*, codicis ita dicti [h], autorem vetustum. Certe non minus ultra mare sita est Hibernia quam sive Gallia sive Hispania, nisi de civili tantum hujusmodi situs notione decisionem illam capias; minime nimirum sitam esse ultra mare illud quod imperii Anglicani pars & territorium est, sed in eo collocatam, & unico cum Anglia summo imperio comprehensam; adeoque excusationem *de ultra mare* haud ea in specie admittendam. In vetustis item commentariis [i] de tribunalis nostri maritimi moribus legitur, sub Henrici primi regis tempora (obiit ille anno Christi MCXXXVI.) aliorumque regum tam decessorum ejus quam successorum morem obtinuisse, ut, siquis criminis in mari capitalis reus praeconis voce quinto, legitimis semper interpositis dierum spatiis, publice vocatus se coram admirallo in tribunali non sisteret, interdiceretur ei Anglia *& de mer appurtenant au roy d'Angleterre*, seu *mari quod ad regem Angliae pertinet*, per annos, plus minus, ad arbitratum admiralli, quadraginta. Alia huc spectant de actionibus olim solitis ob res in mari hoc emergentes disertis verbis institui in tribunalibus juris nostri municipalis [k] ordinariis, quorum jurisdictio ejusmodi semper habita est, ut actio de re alibi ac intra regni fines emergente, ex stricto jure veteri, instituta nunquam non esset ab eis rejicienda. Quemadmodum jam a seculis obtinuit plurimis, rejiciendam esse nisi intra *corpus* (uti aiunt) *comitatus*, id est, intra insulae provinciam aliquam praefectis, quos *vicecomites*

…tat. 18. Ed. I. seu de modo levandi Fines. Bracton. lib. 5. de Exceptionibus cap. 30. fol. 437. 2. Ed. III. fol. 9 a. 4. Ed. III. fol. 46. pl. 30. …zherbert 8. Rich. II. tit. Continuall Claime 13. Plowden. Comment. part. 1. fol. 359 & 360, &c. [b] Bracton. ibid. & …te 7. Jacobi R. part. 8. fol. 100. cas. Rich. Lichford. [c] Coke part. 7. in cas. Calvini. fol. 23. [d] 8 Rich. 2. …zherbert tit. Continuall Claime 13. [e] Sect. 440. & 441. [f] Sect. 677. & videsis Plowden Comment. part. 1. fol. 359. & 360. [g] Lib. 5. Tract. de Essoniis, cap. 8. §. 2. [h] MS. lib. 6. cap. 8. [i] MS. fol. 12 b. [k] Temp. Ed… Fitzherbert tit. Avowrie 192. & Placit. 37. & 38. Hen. 3. Rot. 10. Devon. Itin. Sussex 47. Hen. 3. Rot. 10. Trin. 50. He… 3. Rot. 22. & Trin. 24. Ed. 3. in Brevibus Regis inter Pilk & Penoze; quae in Arcis Londinensis Archivo. Ejusmodi item sunt alia.

nuncupamus,

nuncupamus, mandari solitam, res ortum habuerit: provincia hac marina non solum quoad tutelam & custodiam, verum etiam quoad jurisdictionem, admirallo summo, sive eis qui vices ejus gerunt, jure antiquitus recepto, cedente. Adeo tandem ut manifestum sit, etiam ex juris patrii tum sententiis tum moribus, instituendarumque in ea actionum olim formulis, dominium regis Angliae marinum citra controversiam admitti asserique. Nec contra habet omnino vim quod sive Bractonius jurisconsultus nostras, ut dictum est, sive alii aliquot illius, tam recenter tam antiquitus, sed nimis oscitanter (dum Anglicani juris institutiones tradunt [a]) sequaces, de maris illa veteri in libris Justinianeis etiam & in fluminibus piscandi communione obiter effutierint; ac si in jure nostro ejusmodi communio locum haberet. Sane non tam ut juri patrio hac in re exploratissimo adversum, quod ita excidit, est habendum (nam & Bractonius alia habet ipse, quae regis dominium hoc innuunt, ut ostensum est) quam pro Ulpiani seu Juris Caesariani scholae reliquiis obiter in scriptione & nimis negligenter adhibitis aestimandum. Id quod itidem dicendum est de scriptore apud nos uno & altero [b], qui ex medii fluminis insulaeque in eo natae ratione plerumque in jure Caesareo recepta medium interfluentis aequoris terminum dominii hujus marini regibus nostris obiter sed inscienter faciunt. Etiam idem est similiter dicendum de legatis [c] Elizabethae reginae, qui Bremae cum Christierni IV. Danorum regis legatis de libera per oceanum septentrionalem navigatione agentes, perpetuam maris ex jure gentium omnimodi communionem objiciunt, dominium negant; alia ex juris Caesarei scriptoribus in argumentum trahunt, quae tum juri Anglicano, tum juri gentium intervenienti, quod a tot seculis inolevit de maris dominio, plane adversantur: aut, inquam, idem de illis est dicendum, aut eos non tam quae sibi vera argumenta, quam quae apud jurisconsultos Caesareos quibuscum agerent, vim habere majorem viderentur, pro re nata selegisse. Neque novum est jurisconsultos Caesareos de naturali ac perpetua maris communione verba facere, etiam ubi certissimum est in ditione, qua continentur ipsi, ejus dominium a vetustissimis seculis admitti; ut in superioribus declaratur. Sunt etiam quampluríma apud nos sive fisci, sive eorum quibus fisci jus a rege indulgetur, jura quae dominio quod tractamus marino subniti putant nonnulli: veluti fisci applicatio bonorum in mari derelictorum, piscium aliquot grandiorum, ut pistricum, sturionum, aliorum. Et fere vim sortitur [d],

Quicquid conspicuum pulchrumque ex aequore toto est,
Res fisci est, ubicunque natat.------

Praeter naufragorum bona in litus, ubi animal nullum ex nave superstes fuerit, ejecta. Caeterum haec non solum maris domino, verum & aliis alibi gentium interdum, competunt: & au ex continentis jure, ut in ejectis ad litus, se repertis importatisque; aut ex jure in persona quae primo occupaverint, ut in rebus quibuscun que in mari derelictis repertisve, id genus alii plerumque pendent. Ideo ea in partes hic no trahenda duximus.

CAP. XXV.

Minoris notae testimonia aliquot ve tera de dominio, quod tractamus marino.

POstremum caput in distributione superius h bita est de testimoniis aliquot minoris n tae, nummus a regibus nostris saepius cusus e aureus, *nobilis rosatus* dictus, qui in altera par navi in mari fluctuante, regeque ense & scut armato in ipsa navi ut in throno sedente insi nitur; ut ita imperii Anglorum exhiberetur m rini symbolum. Nummi forma hujusmodi es




Cujus autor primus extitit Edwardus rex terti cum classe numerosissima, navium scilicet und cies [e] centum, mare suum tutabatur; quo te pore, ut alias, victricia per Gallias ferebat arm Certe hac in re exemplum fere secuti sunt reg nostri illud Caii Allecti, qui Britannicum in perium nactus (ut supra [f] ostenditur) ejusmo nummo imperium suum denotari voluit. Typ quem adjecimus est, puto, Edwardi IV. Et i numismatum regni Gallicani volumine in Ga liis nuper [g] edito habentur nummi aliquot regu Angliae, qui & Franciae simul reges fuere. Se ad sacri Angliae patrimonii jus insignia illa n vis, maris, ensis, thronique, non omnino a Franciae attinere dubitare nequit quisquis nec v lam ejusce rei nec vestigium in numismatis Ga licanis a regibus tantum Francorum excusis r periri observaverit. Quod in Zelandorum num mis aliquot maritimae potestatis insignia etian veluti leo e mari emergens, atque id genus ali occurrunt; id sane nuperum admodum est, non omnino dominii (si portus eorum & sp tiola maris interiora insulis eorum inclusa exc pias) sed vitae generis situsque populi tantu index. Nummi autem quem diximus Angl cani partis aversae inscriptionem (quae in aure nummis nostratibus adeo rara non est) scilic *Jesus autem transiens per medium illorum iba* ex Evangeliis desumptam, alii [h] opinati sunt syn

[a] Jo. Cowellus Instit. Juris Anglicani lib. 2. tit. 1. §. 3. & 4. [b] Andreas Horn MS. in Speculo Justitiarorum lib. 2. & Joannes D in Monarch. Britann. pag. 21. [c] Anno MDCII. apud Camden. in Annalibus Tom. 2. pag. 272. Edit. Londinens. [d] Juven Satyr. 4. [e] Thom. Walsingham. MCCCLIX. seu 33. Ed. III. [f] Cap. 5. [g] Figures des Monoyes de France, fol. 13 & 132. [h] Apud Guil. Camden. Remaines pag. 206. Edit. MDCXIV.

bolu

olum fuisse chymistarum, qui, sanctissimi numi-
is & nomine & transitu ita profane satis usur-
ato, reconditam artis suae, quae aurum nummis
isce sub Edwardo tertio conficiebat, majestatem
dumbrari vellent; alii amuleti vicem obtinuisse,
e caedi & vulneribus averruncandis. Certe verba
la in iis quibus tortorum quaestioni subjecti
nterdum, dolori allevando abigendoque, utun-
ur, locum habere ex jurisconsultis[a] aliquot sci-
nus. Nec operae pretium est ea de re amplius
ic disquirere. Partis vero nummi adversae
nentem versificator anonymus, qui sub Henrici
exti tempora rhythmis scripsit Anglicanis *de Po-
tia conservativa maris*[b], ita explicat;

For foure things our Noble sheweth to me,
King, Ship, and Swerd, and Power of the See.

Quatuor indicari ait *in nummo; regem, en-
em, navem, & maris imperium.* Quin Anglo-
um inprimis interesse enixe suadet mare (cujus
omini reges Angliae) diligenter custodire, sibi-
ue ut imperii firmamentum perpetuum atque
aesidium maxime tueri. Tantundem etiam ait
nonuisse Sigismundum Augustum, cum Henri-
um nostrum V. ad conciliandum inter eum &
arolum Francorum regem VI. pacem, invise-
it. Verba ejus subjicere liceat:

The true processe of English policie
Of utterward to keep this region
Of our Englond (that no man may denie
Nor say of sooth but it is one of the best)
Is this; that who seeth South, North, East, and West,
Cherish merchandise, keep the Admiraltie,
That we be Masters of the narrow See.

For Sigismund the great Emperour,
(Which yet reigneth) when he was in this lond
With King Henry the fift, Prince of honour,
Here much glory, as him thought, he found;
A mighty land which had taken in hand
To werre in France, and make mortality,
And ever well kept round about the See.

And to the King thus he said, My brother
(When he perceivd two towns Calys and Dover)
Of all your towns to chuse, of one and other,
To keep the Sea and soon to com over
To werre outwards and your reign to recover,
Keep these two towns sure, and your Majestie,
As your twayne eyne, so keep the Narrow See.

For if this See be kept, in time of warre
Who can here passe without danger and wo?
Who can escape? who may mischief differre?
What marchandie may for by be agoe?
For needs him must take trewes every foe,
Flanders and Spaine, and other, trust to me,
Or else hindred all for this Narrow See.

uae rhythmis hisce diffusiora habentur, eorum
nsum supra pauculis contraximus. Verba red-
dere operae non est pretium. Idem etiam ver-
sificator;

But King Edward made a siege royall,
And wanne the town; and in speciall
The Sea was kept, and thereof he was Lord;
Thus made he Nobles coined of Record.

Id est, *Edwardus vero rex obsidione urbem* (Ca-
letum) *ipse praesens cepit. Custodiebatur inte-
rim mare; atque ejus ipse erat dominus. Unde
nummos nobiles dictos cudit.* Alia item testi-
monia amplissima habemus hujus rei domestica
cum vetusta exterarum de eadem re gentium
recognitione mixta; quae proxime subjunguntur.

CAP. XXVI.

Ab exteris, quorum maxime interest, dominium regum Angliae marinum solenni, ex veteri instituto, velorum demissione recognosci. Et de edictis ea de re binis regum Galliarum.

AD exteros devenimus. Quorum sane ali-
quos ex iis quae superius sive de limi-
tibus navigationi a rege Angliae praestitutis, sive
de transitu per hoc mare non semel petito differ-
runtur, dominio huic adstipulatos esse satis est
apertum. Sed bina sunt prae caeteris testimo-
nia insignia, eos sane (si vicinos, & quorum
maxime interest hic, ut oportet, potissimum spectes)
universim idem fecisse. Horum alterum est so-
lennis velorum summorum demissio, qua uti
solet quaelibet navis cujuscunque gentis exterae,
si prope classem regiam navemque aliquam ejus-
dem classis in mari hoc praetervehatur. Alte-
rum est libellus vetustus publice editus, seu actio
instituta, qua Angliae regum in mari dominium
quamplurimae gentes exterae olim simul, uno-
que cum Anglis ore, sub Edwardo nostro pri-
mo recognoverunt. Quibus accedet etiam sin-
gularis ejusmodi Flandrorum in legatione ad Ed-
wardum nostrum secundum professio. Demissio-
nem autem illam velorum non solum in hono-
rem Angli, sed & in imperii ejus dominiique
recognitionem in hoc mari fieri nemo, puto,
dubitat. Certe dubitare nequeunt Galli, qui ejus-
modi demissione se olim volebant dominos ma-
ris nostri agnosci; sed frustra. Scilicet tam frus-
tra fuere in edictis, etiam binis, ad demissionem
ejusmodi omnium sibi exterorum stabiliendam,
superiore seculo promulgandis, quam in Angli
territorio marino ita temere vindicando. De
edictis illis libro priore[c] locuti sumus. Quorum
neutrum vim aliquam in foro ibi obtinuit, ut de-
cisum est[d] in curia suprema; quod & ibi adno-
tavimus. Etiam & verba quibus elevatur apud
ipsum Ludovicum Servinum, generalem, tempore
decisionis illius, regis Galliarum advocatum, edicto-

[a] Paulus Grillandus, Tract. de Quaest. & Tortura q. 4. num. 13. & 14.
[b] MS. in Bibliotheca Cottoniana, & vide G. Camden. loco
n ante citato.
[c] Cap. 18.
[d] Ludovic. Servin. Placit. 11. tom. 2. 1592, pag. 262 b. edit. MDCIX.

rum illorum autoritas hic apponimus. Tam edictum Henrici Galliarum regis ſecundi, ſeu anni MDLV. quam Henrici tertii, ſeu anni MDLXXXIV. objiciebatur ab iis qui etiam extra oras Gallicanas (nam non tantum ad mare Galliis contermimum ſpectarunt verba edictorum) vela ſibi regis Galliarum nomine ſubmitti volebant; unde & Hamburgenſibus aliquot hoc facere detrectantibus vim intulerant, eoſque ut dignitatem atque imperium Gallicanum non ſatis obſervantes in mari ideo ceperant. Sed quantum ad hanc rem, inquit Servinus, dicendum eſt in contrarium, *que les ordonnances de ce royaume faiſants injunction d' amener, n' ont eſte obſervees, & ne le ſont encores aujourd'huy, & on ne voit, pas que celle de l' an* MDLV. *nit eſte verifiee en la cour de parlement, ains les inthimez en rapportent ſeulement un extraict du Greffe de Brouage* (quod ſatis quidem liquet ubi apud eundem [a] objicitur edictum illud) *D' ailleurs* lex erat obſoleta, *& ce que le monſtre eſt la novelle ordonnance de l' an* MDLXXXIV. *Car il n' euſt eſte beſoing d' une novelle loy, ſi la vieille avoit eſte gardee; & neantmoins la dernier n'a eſte verifiee ſimplement: mais comme elle eſtoit pourſuivie par perſones qui pouvoient lors, elle ne paſſa pas ſans reſiſtence, ains fut regiſtree & publiee avec la modification requiſe par le procureur general, a la charge de l' executer ſuivant les anciennes formes, & ſelon que les officiers de l' admiraulte avoient faict auparavant, ſans rien faire de noveau.* Edictum quod objiciebatur, prius a patribus nunquam admiſſum eſt. Nam in ſcriniis parliamentariis, qui locus eſt ejuſdem admiſſionis teſtimonii, ea de re nihil repertum. Poſterius autem admiſſum quidem eſt, ſed quantum ad juris aliquem effectum, ſive tunc primum ſanciendi introducendive, ſive antea in morem recepti, plane rejectum eſt, idque cavente procuratore regio; qui ſic illud, ut vides, temperari voluit, ut quod priſtino more ſubnixum eſſet, id tantum vim, etiam poſt edictum hoc in potentiorum aliquot gratiam ita admiſſum, ſortiretur. Prudenter id factum eſt. Nam utrumque plane vicinorum, etiam exterorum omnium, juri nimium adverſabatur. Quod vero ita ſibi ipſis imperii & dominii ſignum eſſe ſeu pignus voluere illi primo in edictis, quae tamen poſt, iterata rei deliberatione, ut non ſine injuria in vicinos emiſſa, rejecta jure (ut oſtenſum eſt) ſunt; id ſane a tot ſeculis Anglo perpetuo competiiſſe, & ab exteris, ipſiſque Gallis, praeſtari (ut quod praeſcriptione tam diutina ſubnitatur) ſolitum, argumentum, maxime apud illos, leve eſſe nequit, quo firmetur Anglo dominium quod tractamus. Certe uſitatiſſimum fuiſſe hoc velorum demiſſionis jus Anglis caeteriſque gentibus interveniens, aſſerunt omnes qui mari aſſueti; idemque vetuſtiſſimum eſſe, atque ante quadringentos abhinc annos receptum, inde liquet, quod Joannes rex Angliae anno regni ſui ſecundo (ſeu ſub Chriſti MCC.) Haſtingis, litoris Suſſexiani oppido, ex procerum aſſenſu ſancivit, ſi praefectus regiae claſſis in expeditionibus navalibus (quae omnes eo in aevo mare auſtralius occupabant) *Encontre ſur la mer* (ita ſe habent verba Normannica [b]) *aucunes nefs ou veſſeaulx charges ou voide, qui ne vevillent avaler & abeiſſer leurs triefs, au commandement du lieutenant du roy, ou de l' admirall du roy ou ſon lieutenant, mais combatant encontre ceulx de la flote, que, ſilz puent eſtre pris, quils ſoient reputez come enemies, & leurs nefs, veſſeaulx & biens pris & forfaits come biens des enemies, tout ſoit que les maiſtres ou poſſeſſours d' iceulx voudroient venir apres, & alleguer meſmes les nefs, veſſeaulx & biens eſtre biens des amies du roy noſtre ſeigneur; & que la menye eſtant en iceulx ſoient chaſtiez per empriſonement de leur corps pur leur rebellete par diſcretion*; id eſt, *Obvian habuerit in mari naves qualeſcunque, ſive onuſtas ſive onere vacuas, quae vela ſua juſſu ſive praefecti regii, ſive admiralli ejuſve legati, demittere noluerint, ſed praelium inierint cum claſſiariis, eos, ſi capi poterunt, inter hoſtes cenſendos; quin & naves eorum & bona, velut hoſtium, fiſco applicanda: idque tametſi nauclerí ſeu navium domini poſtea allegaverint eaſdem naves & bona eſſe amicorum domini noſtri regis: perſonas autem, quae in navibus hujuſmodi fuerint repertae, carcere, pro arbitratu, puniendas eſſe ob rebellionem.* Perduellio habita eſt, ſi navis qualiſcunque velorum demiſſion[e] imperium Angli ſuo in mari non agnoviſſet nec amicitiae quidem nomine tuendi erant, qu[i] contra omnino facerent. Poenae a rege Anglia adjectae ſunt, perinde ac ſi de crimine in inſulae ſuae territorio aliquo admiſſo verba fierent.

C A P. XXVII.

Quamplurimarum gentium circumvicinarum dominii regis Angliae marini, in libello antiquitus publice edito, ſeu actione ab iis ſimul cum Anglis in Reginerum Grimbaldum Franciae claſſis praefectum inſtituta, recognitio. Etiam de implicata in ipſius defenſione hujuſmodi recognitione.

Alterum de plurimarum gentium exterarum hic recognitione teſtimonium eſt libellu[s] ille ſeu actio olim a plurimis ſimul gentibus inſtituta, qua maris circumflui dominos regem Angliae deceſſoreſque ejus eſſe uno profeſſae ſunt ore, atque in judicium deduxerunt eos, qui ju[s] illud temere violarunt. Quod ut rite capiatur rem integram fuſius enarrabimus. Exardeſcente inter Edwardum noſtrum primum & Philippum Pulchrum Franciae regem bello, ita interdum pacto conventum eſt, ut libera nihilominus utrinque forent commercia, adeoque cum mercatoribus hinc illinc quibuſcunque induciae; quoad caetera, armis interea utramque invicem gentem, ut aſſolebat, infeſtantibus. Singulares ejuſmod[i] induciae *ſufferentia guerrae* [c] nuncupabatur; &

[a] Servin. Placit. citat.

[b] MS. Commentar. de rebus admirall. fol. 28 a.

[c] Rot. Clauſ. 25. Ed. I. in ſched. annex. membranae 26. Rot. Alemanniae a. 22. Ed. I. ad 31. Ed. I, &c.

flagrant[e]

flagrante alias bello, praeficiebantur ab utroque principe qui de rebus contra has inducias patratis cognoscerent, & *secundum legem mercatoriam*[a] *& formam sufferentiae* judicia exercerent. Elapsis aliquot annis (quibus interdum induciis hujusmodi locus erat, interdum nullus) foedus anno Christi MCCCIII. initum est. Is est Edwardi regis tricesimus primus. Caput ejusdem foederis primum est[b], ut non solum invicem amici essent reges ipsi, sed etiam ut alter alterius jura omnimoda tueretur contra alios quoscunque, excepta ecclesia Romana; atque ex regis Angliae parte, Joanne duce Brabantiae genero suo; ex parte vero regis Franciae, Alberto rege Romanorum & Joanne comite Hannoniae. Tertium autem ejusdem est caput (nam primi & tertii capitis in libello illo seu actione usus est singularis, ut infra patebit) *Item il est accorde, qe l'un ne receptera, ne sustendra, ne confortera, ne fera confort, ne aide as enemies de l'autre, ne soffrera qu'ils eient confort, souccors, ne aide, soit de gent d'armes, ou de vitailes, ou d'autres choses queles q'eles soient de ses terres ou de son poiar; mais idiondera sur peine de forfature de corps & d'auoir, & empeschera a tot son poair loiaument en bon foi, qe les dits enemies ne soient resceipts ne confortes es terres de sa seignurie ne de son poiar, ne q'ils en aient confort, soccours, ne aide, soit des gents d'armes, des chevaux, d'armeures, de vitailles, ou d'autres choses queles q'eles soient*: sensus est, ut ex amicitia hac contracta, neuter eos qui alteri hostes essent, omnino foveret, aut suis in territoriis opem eis subministrari ullatenus pateretur. Sopito ad hunc modum bello, quoniam non solum complures ortae erant querelae de injuriis tam in oceano apertiore, quam in mari nostro, induciarum, quas memoravimus, singularium tempore hinc inde admissis, verum & credendum erat alias ejusmodi, maxime ob inimicitias quibus Franciae rex & comes Flandriae tunc distraherentur, post foedus initum forsan orituras; ideo constituti sunt ab utroque principe cognitores, qui hasce audirent deciderentque. Et ab Anglo[c] sub id tempus Robertus de Burghershe constabularius castri Dorobornensis, & Joannes de Banquell seneschallus Pontivi, Baraldus de Sestas, & Arnaldus Apguein, equites aurati; a Gallo Saquillius Dynasta, Mittonius Blanvillius, Bertrandus Jordanus, & Guilielmus Ralastansius, equites item aurati: ut scilicet cognoscerent (sic Angli diploma) *des entreprises, mesprises, & forfaites en treve ou en sufferance, entre nos & le dit roy de France, d'un part & d'autre, es costeres de la mer d'Engleterre & autres per decea, & ausint per devers Normandie & autres costeres de la mer per de la*; id est, *de usurpationibus, injuriis & delictis tempore sive foederis sive sufferentiae*, seu, *induciarum ob commercii libertatem tantum, a nobis & dicto Franciae rege initarum, alterutrinque commissis, sive in oris maris Anglicanis, aliisve quibuscunque citerioribus, sive versus Normanniam, atque aliis quae ulteriores sunt, maris oris.* Binis autem diplomatis praeficiebantur, quos memoravimus; ita ut alterum quatuor, quatuor itidem alterum, suo ab utroque rege pari nominato, complecteretur. Tempus utrorumque est dies Junii ultimus, MCCCIII. Cognitoribus sive hisce sive aliis ejusmodi constitutis libellum conjunctim exhibent praelatorum & procerum Angliae, summi item Angliae admiralli, etiam & civitatum oppidorumque per Angliam, totius denique gentis Anglicanae, aliarumque regi Angliae subditarum procuratores; quod ut fieri potuerit aliter atque ex ordinum omnium in publicis comitiis autoritate, ne intelligendum quidem est. Cum hisce itidem conjunguntur procuratores gentium per totam ferme Europam maritimarum, veluti Genuensium, Catalaunorum, Hispanorum, Alemannorum, Zelandorum, Hollandorum, Frisiorum, Danorum & Norwegorum, praeter alios imperio Romano Germanico subjectos. Hi simul universi eo in libello actionem instituunt in Reginerum Grimbaldum, qui, flagrante bello inter Philippum regem Franciae & Guidonem Flandriae comitem, Gallicae classis praefectus, in mari hoc mercatores in Flandriam praeternavigantes interceptos bonis spoliasset. Regem Angliae & decessores ejus, a tempore quod omnem memoriam excedit, citra controversiam, aiunt actores hi simul omnes, *ratione regni sui Angliae, supremo maris Anglicani atque ejusdem insularum dominio ac imperio fuisse gavisos, praescribendo scilicet leges, statuta atque interdicta armorum naviumque alio ac mercatoriis armamentis instructarum, cautiones exigendo, tutelam praebendo ubicunque opus esset, atque alia constituendo quaecunque fuerint necessaria ad pacem, jus, & aequitatem conservandam inter omnimodas gentes tam exteras quam in imperio Anglicano comprehensas, quae per illud transierint. Supremam eisdem item fuisse atque esse tutelam, merumque & mixtum imperium in jure dicundo secundum dictas leges, statuta, praescripta & interdicta, aliisque in rebus quae ad summum imperium possint attinere in locis indicatis.* Ad praefecturam admirallorum a regibus Angliae constitui solitorum spectare jurisdictionem ex imperio ejusmodi exercendam. Dein capite, quod memoravimus, foederis nuper ante initi primo, quo utriusque regis jura invicem tuenda erant, adjecto, Grimbaldum accusant. Eum, aiunt, *Magistrum esse classis regis Franciae: appellare autem se admirallum dicti maris, eoque nomine constitutum fuisse se praetexere a Franciae rege, ratione belli in Flandros gerendi. Citra foederis initi tempus & contra ejusdem vim ac mentem admirallatus officium in dicto mari injuste eum occupasse, & supra annum usurpasse ex Franciae regis diplomatis autoritate; Anglos nimirum aliosque aliarum gentium tam mercatores quam alios per mare illud transeuntes intercipiendo, bonis eos carceri traditos spoliando, ea regis sui ministris in portubus constitutis tradendo, ut quae fisco applicanda. Atque cum haec a se sine injuria gesta esse, tum regis sui diplomatis autoritate, tum interdicto regis Angliae,*

[a] Rot. Pat. 26. Ed. I. part. 2. mem. 24. in dors.
[b] Foedus integrum habetur in Rot. Alemanniae, 31. Ed. I. membrana 2.
[c] Rot. Pat. 31. Ed. I. membr. 16. ult. Junii.

gliae,

gliae, quod juxta mentem capitis, quod diximus, *foederis tertii, per ditiones suas promulgaverat* (interdicto scilicet, quo vetitum est, regis Franciae inimicos in Angli ditione foveri, opemve eis ferri) *subnixum, in scriptis coram cognitoribus audacius asseruisse, atque ita se tueri voluisse.* Fieri hoc totum in grave damnum & praejudicium tum regis Angliae, tum praelatorum, procerum, & caeterorum universorum, qui conjunctim, ut ostensum est, agebant. Petunt igitur simul omnes, ut custodia liberati qui carceri ita traditi essent, reddita item bona nullo jure capta, jurisdictionem admiralli regis Angliae (ad quem solum tam ex jure rerum ac loci quam personarum hujusmodi jurisdictio attinebat) subirent, atque ut ex cognitorum sententia Reginerus Grimbaldus ipse damna actoribus resarciret, si nimirum solvendo esset; sin minus, tunc ut ad idem faciendum damnaretur rex Franciae, qui ejusmodi praefecturae codicillis eum donasset. Damnis autem resarcitis, tunc etiam ut Reginerus ob foederis violationem poenas daret, quales alios a simili facinore in posterum deterrere possent. Quid dein fieret a cognitoribus, non satis liquet. Tanti sane fuisse res videtur, ut pacto eam sopiri quam in foro agitari satius forsan haberetur. Atqui interea manifestius nihil est, quam regi Angliae hic a vicinis gentibus ferme universis marini dominii jus, idque avitum & longaeva praescriptione firmatum, disserte agnosci; adeoque ut pro suo arbitrio tutelam, leges limitesque navigantibus in hoc mari, eoque quomodocunque utentibus, dare posset, nec a vicinorum invicem inimicitiis, jureve aliquo belli ad alios spectante, hujusmodi mutaretur jus aut minueretur, aliter ac quocunque alio in territorio ejus ditionis. Atque observandum est, Flandros ipsos, quibuscum & Francis tunc intercesserant inimicitiae ac bellum, minime in actione illa socios fuisse, nec esse rite potuisse. Nam ex foedere jam dicto ab Anglo & Gallo inito, mutuae armorum operae praestandae erant invicem ad jura alterutrius tutanda. Mari igitur uti, ad Flandros hostes infestandos, ex foedere Gallo est permissum: non item ad eos intercipiendos, qui ex aliis quibuscunque gentibus hac transirent, aut ipsam Flandriam cum mercibus peterent. Et Paulus AEmylius[a] de hoc ipso tempore, *Gallus excidium Flandriae minabatur: Anglus Flandros texit: Edwardus enim ita Franci regis amicus erat, ut tamen Flandros eversos nollet.* Sic voluit rex noster tum sui juris utpote tutor, tum summus navigationis aliorum moderator. Nec vero praetereundum est, ipsum Grimbaldum, classis Franciae hic praefectum, non solum ex diplomatis praefecturae suae, sive regis autoritate, potestatem hanc in mari hoc arrogasse, sed expressim regis Angliae interdictum, quod juxta tertium memorati foederis caput emanarat, in partes itidem, ut eo se tueretur, perinde traxisse, ac si & ipse minime sine indultu, quo ex interdicti illius vi se gaudere existimabat, jure officium illud admirallatus in hoc mari se occupare potuisse simul agnovisset. Nimirum interdicto illo vetitum est ne in Angli ditione (id est, *per my son poer*, quae Grimbaldi verba fuere, ut in libello ipso infra exhibito est videre) foverentur Franci hostes, eisve auxilium aliquod praeberetur. Atque ita expressim interdicti vim objecerat Grimbaldus simul cum regis sui diplomate, quo praeficiebatur, ac si dixisset, Hac potestate utor, ea donatus quidem a rege Francorum, qui me classi & rebus suis maritimis etiam praefecit. Caeterum rex praeterea Angliae interdicto suo promulgato vetuit, ne cui in ditione sua Francorum hosti omnino succurreretur, juxta foedus inter regem utrumque contractum. Ideoque, cum ego nec personas alias, nec res praeter hostiles, saltem quae in hostilibus sunt, ex jure gentium interveniente censendae (nam proculdubio id ab eo obtensum est, eos qui Flandris mercibus aliterve succurrerent, cujuscunque essent gentis, velut hostes intercipiendos) in mari ceperim, satis me opinor eo defendi, quod ipse rex Angliae, edicto juxta initum foedus promulgato, nolit hostibus Franciae in aliqua ditionis suae parte succursum: unde nec hisce, quos in mari cepi. Summa est, ne finxisse Grimbaldum ex marino aliquo regis Francorum dominio admirallatum suum potestatemve mandatam pependisse, sed omnino ex diplomatis regis sui, foederis, atque regis Angliae interdicti vi. Quasi ex eo foedere interdictoque ab Anglo palam concessum fuisset sibi nullam, durante ejusmodi foedere interdictoque, fore injuriam tametsi Franci qualescunque hostes in ditione sua, seu (quod idem hic est) in mari suo a Franci ministris interciperentur. Certe nisi ita intelligas Grimbaldum, non video quamobrem interdictum illud cum regis sui diplomate, ut se tueretur, modo in libello ostenso, omnino conjungeret, aut de ditione regis Angliae, per quam interdictum illud promulgatum est, verba ibi fierent; cum de rebus in mari tantum gestis controversia oriretur. Si vero ita fuerit intelligendus, certe tunc is non solum non adversatus est avito in mari regis Angliae juri, sed etiam idem satis agnovit, dum foederis & interdicti accessione temporarium tantum eidem modum adjectum esse velle videtur. Adeo ut implicatam etiam tunc temporis Francorum ipsorum habeamus, in hoc eorum admirallo, adstipulationem. Quomodo autem foederis apices exponendi fuerint, locus hic non est disserendi. Sed dominium regum Angliae marinum in libello a tot gentibus recognitum tantum observamus. Etiam observatu sane dignum est, sub eodem ipso tempore, scilicet paulo ante foedus initum, Anglum fidei professionem, quod *homagium* appellant, nomine ducatus[b] Aquitaniae, Pontivi comitatus, aliarumque quas in Galliis possidebat provinciarum, Franco praestitisse; hisce etiam ex sententia curiae Parisiensis[c] prorsus exutum quandoque antea fuisse; etiam & sub centesimum qui praecesserat annum, Joannem regem Normannia deturbatum; atque eam tamen Anglum postmodum, idque ante foederis & libelli hujus editionis tempus, subinde insedisse: quae omnia huc

[a] De Gestis Franc. lib. 8. [b] Rot. Aleman. 30. & 31. Ed. I. Du Tillet en le recueil des traictes, &c. fol. 40 b. [c] Florilegus ann. MCCXCIII. 3. Thomas Walsingham. ann. MCCXCIV. alii.

faciunt,

aciunt, ut animadvertamus, ubi de maris Gallias & Britannias interluentis usu ac imperio controversia, quam memoravimus, illustrissima orta est, plenumque ejus dominium regi Angliae decessoribusque suis, titulo a tempore omnem memoriam excedente derivato, a tot gentibus est tributum, nullum interea omnino titulum sive ex Normanniae sive ex Aquitaniae possessionis jure, obtendi, quo maris alicujus partis dominium ullatenus adniteretur, sed ex solo jure Anglicani imperii universim petitum esse. Atque ex ipsa re palam videtur, ea de quibus in libello conquerebantur illae gentes, ab illo classis Francicae praefecto maxime in mari Francorum Flandrorumque litoribus, quae invicem hostica erant, proximante gesta fuisse. Certe mare totum, de quo loquuntur, Anglo subjacere uno aiunt ore, idque ex solo imperii Anglicani jure. Nec tueatur se Grimbaldus, sive Franciae regis dominii alicujus marini obtentu, sive praescriptionis qua Angli titulus innixus est, velut non secundum veritatem aut jus avitum enunciatae, depulsione; nec omnino praetexebat, jus quod in mari illo Galliis contermino Angliae reges haberent, id is competere sive Normanniae sive alius cujuscunque Galliarum provinciae nomine, veluti clientibus regis Franciae fiduciariis; quorum tamen omnium usus fuisset ei & commodus & perquam tempestivus, si ita se veritas habuisset. Unde illud parum firmatur item id quod supra disseruimus de adversi litoris, in admiralli Angliae summi praefecturae seculorum recentiorum codicillis, nominibus pro marini regum Angliae dominii ejusque tutandae provinciae limitibus duntaxat sumendis. Quin & circa septennium ante libellum jam dictum cognitoribus editum, cum Francorum rex ob injurias aliquot atroces subditis suis in hoc mari ab Anglis illatas, regem Angliae (qua fiduciarius erat ei cliens seu vasallus ratione Aquitaniae aliarumque provinciarum, quas in Galliis obtinebat) velut injuriarum non solum conscium sed & fundum in jus voluit vocari, atque in curia Parisiensi sisti; re fusius in citationis literis narrata, nihil eis interfuit ille, quo marinum aliquod dominium aut sibi omnino vellet arrogari aut regi Angliae minui; quod satis est videre apud Florilegum [a], qui annalibus suis earum exemplar integrum attulit. Idem etiam de eodem tempore, *In illo*, inquit [b], *tempore non erat rex, neque lex nautis posita, sed quod quisque rapere vel ferre valebat, hoc suum esse dicebat*; quod plane denotat licentem quidem depraedandi mareque infestandi licentiam; ita nihilominus intelligendam, ut incomparabilis potentia Anglorum navalis, quae dominum ex more majorum marinum defenderet, in eadem interea (rege depraedationes suis, dum bellum flagrabat, indulgentissime permittente) maxime designetur. Nam tum Francos tum Hispanos ubertim tunc temporis captos in mari ab Anglis memorat ipse Florilegus. Etiam & classem sive Francicam sive Normannicam navium ducentarum, quae per mare hoc Anglis obeundis discurrerat, a sexaginta navibus Anglis victam atque in Angliam deductam scribit sub id tempus Thomas [c] Walsinghamius. Et autor alius vetustus rebus hisce coaetaneus [d], *Mense Maii*, inquit, MCCXCIV. *mota est discordia inter nautas quinque portuum Angliae & nautas Franciae, commissumque est navale praelium, in quo Anglici cum C navibus ducentas naves Franciae ceperunt, & fere omnes nautas Franciae submerserunt seu occiderunt, propter quod Philippus rex Franciae Vasconiam a rege Angliae auferre conatus est.* Alii de his ejusmodi alia; unde facile est ediscere quid illud Florilegi fuerit, *Nec regem nec legem in illo tempore nautis esse positam.* Suis scilicet laxarat habenas Angliae rex, velut aequoris hujus moderator, idque ut non solum hostes, verum etiam eos qui hostibus quomodocunque succurrerent, aliterve mari ac pro domini arbitrio uterentur, compescerent. De Flandrorum autem dominii regum Angliae marini recognitione parili seorsim mox agimus, postquam libellum ipsum suo, id est, Normannico, idiomate e sacris Scriniis proxime ob oculos posuerimus.

CAP. XXVIII.

Libelli superiore in capite memorati exemplar & autoritas.

IN arcis Londinensis archivo, ubi tabulae publicae annorum retro amplius quadringentorum asservantur, fasciculus membranarum habetur, quae res aliquot ad tempora Henrici tertii, & Edwardorum primi & tertii spectantes complectuntur. Prima continet pactum inter Edwardum primum & Guidonem comitem Flandriae de signis navibus per mare hoc adhibendis, quibus facilius unde essent, dignosceretur. Intertexuntur dein tria libelli quem diximus sive autographa sive exemplaria eodem tempore conscripta. Nam singuli, ut videtur, gentium, quae in agendo socii fuere, procuratores sibi habebant libellos singulos, utcunque simul omnium nomine conceptos. Unde & unius tergo adscribitur *De Baiona*; quasi Baionensium libellus iste seorsim fuisset editus. Superiori autem cujusque parti adjicitur, *De superioritate maris Angliae, & jure officii admirallatus in eodem*, uti etiam pacto quod diximus inter regem & Flandriae comitem. Etiam illis verbis in libellorum uno adjungitur *retinendis & confirmandis.* Cunctis aevi, ad quod materies spectat, charactere planissime exaratis. Nec de eorum fide quaestio ulla esse potest intuenti, qui veteris scriptionis atque ejusmodi tabularum ignarus non est. Sensum sane totum, etiam & verba jam antea partim reddidimus. Ipsius autem libelli integrum exemplar, quemadmodum idiomate tunc Gallicano seu Normannico conceptus est, operae pretium duximus subjicere; quod ad hunc modum se habet:

A vous, seigneurs, auditours deputez per les rois d' Engleterre & de France, a redresser les dammages faits as gentz de leur roiaulmes & des altres terres subgitz a leur seignuries, per

[a] Anno MCCXCIII. [b] Anno MCCXCIV. [c] Anno MCCXCVII. [d] MS.

mier & per terre, en temps de pees & trewes, monstrent les procurors des praelatz & nobles, & del admirall de la mier d' Engleterre, & des comminalties des citties, & des villes, & des marchaunz, mariners, messagiers, & peleringes, & de tous autres du dit roiaulme d' Engleterre, & des autres terres subgits a la seignurie du dit roy d' Engleterre & d' aillours, si come de la marine de Genue, Cateloigne, Espagne, Alemaigne, Scland, Hoyland, Frise, Denemarch, & Norway, & de plusours autres lieux del empire, *que come LES ROYES D' ENGLETERRE PAR RAISON DU DIT ROYALME, DU TEMPS D' ONT IL NY AD MEMOIRE DU CONTRARIE, EUSSENT ESTE EN PAISIBLE POSSESSION DE LA SOUVEREIGNE SEIGNURIE DE LA MIER D' ENGLETERRE ET DES ISLES ESTEAUNS EN YCELLE, par ordinance & establisement des lois, estatuts, & defenses d' armes, & des vesseaux autrement garnies que vesseaux de marchandise, & de seurte prendre & savegarde doner en tous cas que mestier serra, & par ordinance de tous autres faits necessaries a la garde des pees, droiture, & equite entre toute manere des gentz taunt d' autre seignurie come leur propre par illeque's passanz, & par soveraigne guarde & toute manere de conisance & justice haute & basse sur les dites lois, estatuts, ordinances & defenses, & par toutz aultres faitz queux a le governement de sovereigne seignurie appertenir purront es lieux avant ditz. Et A. de B. admirall de la dite mier deputez per le roy de Engleterre, & touz les autres admiralls per meisme celui roy d' Angleterre & ses auncestres jadis rois d' Engleterre, eussent este en paisible possession de la dite soverein garde ove la conisance & justice & toutz les aultres apertenances avantdites (forspris en cas d' appell & de querele fait de eux a lour sovereigns roys d' Engleterre de deffault de droit, ou de malvais juggement) & especialment par empechement metere, & justice faire, seurte prendre de la pees de toute manere des gentz usaunts armes en la dite mier, ou menans niefs aultrement apparallez ou garniez que n' appartenoit au nief marchande, & en toutz aultres points en queux home peut aver reasonable cause de suspection vers eaux de robberie ou des autres mesfaits. Et come les maistres des neifs du dit royalme d' Engleterre, en absence des dits admiralls, eussent este en paisible possession de conustre & jugger des touz faicts en la dite mier entre toute manere des gentz solonc les lois estatuts & les defenses & custumes. Et come en le primier article de l' alliance nadgairs faite entre les dits roys, en les traitz sur la darrain pees de Paris, soient comprises les paroles que s'ensujent en un cedule annexe a yceste* (at non in schedula annexa, sed in eadem membrana descriptum est quod sequitur; unde non tam ipsos libellos, qui cognitoribus edebantur, quam sive formulas eorum archetypas sive exemplaria descripta haec esse conjiciendum forte est; uti etiam ex eo quod admiralli Angliae nomen aliter ac per *A. de B.* non inseratur; quae prima elementa non sunt nominis alicujus tunc temporis Angliae admiralli in sacris Scriniis reperti) *Primierement il est traict & accord entre nous & les messagers & les procureurs susdits, en nom des dits roys, que iceux roys serront l'un a l'autre, desores enavant, bons, vrayes, & loyaux amys, & eydans contre tout home (sauve l' Eglise de Rome) en tiele manner que si ascun ou plusieurs quicunques ils fuissent voloient depointier, empescher, ou troubler les dits royes es franchises, es liberties, privileges, es drois, es droitures, ou es custumes de eux & de leur royalmes, q'ils seront bons & loyaux amys & aydans contre tout home que puisse vivre & morir a defendre, gardir & maintenir les franchises, les liberties, les privileges, les droitures, & les custumes desusdites; except pur le dit roy d' Angleterre, monsieur Johan duc de Braban en Brabant, & ses heirs dessendans de lui & de la fille de roy d'Angleterre, & excepte, pur le dite nostre seigneur le roy de France, l' excellent prince monsieur Aubert roy d' Alemaigne & ces heirs royes d' Alemaine, & monsieur Johan count de Henau en Henau. Et que l' un ne serra en consail ne en aide ou l' autre perde vie, membre, estate ou honor; monsieur Reyner Grimbaltz maistre de la navie du dit roy de France, que se dit estre admiral de la dite mier deputez per son seignure avantdit per sa guerre contre les Flemminges, apres la dite alliance faite & affirmee, contre la forme & la fource de mesme alliance & l'entencion de ceaux que la firent, l'office de admiraulte en la dite mier d' Engleterre, per commission du dit roy de France, torcenousement emprist & usa un an & pluis, en prenant les gentz marchaunts du royaulme d' Engleterre & daillours per la dite mier passaunts ovesque lour biens, & les gens ainsi prises livere a la prison de son dit seignur le roy de France, & leur biens & marchandises a les resceivors per mesme celui roy de France a ceo deputez en les ports de son dit royalme come a lui forfaits & acquises, fist amesner per son juggement & agard, & la prise & detenue des dits gents ove leur dits biens & marchandises, & son dit juggement & agard sur le forfait de eaux & acquest, ait justifie devant vos, seignours auditours, en escripts par my la autorite de sa dite commission sur l' admiraulte avantdite, per lui aussi usurpee, & per my un defence communement faite per le roy d' Engleterre per my son poere (solonc la forme de la tiers article de l' alliance avant dite, que content les paroles desussecripts) en requerant que de ceo il en fuisse quitz & absolutz, en grand damage & prejudice du dit roy d' Engleterre & des prelatz & nobles & aultres dessus nomes, per quoi les dites procurours en les noune de leur ditz seigneurs, a vous seigneurs auditors avantdits, prient que deliverance deue & hastive des dits gents, ovesque leur biens & marchandises ainsi prises & deteinues faites estre fait al admirall du dit roy d' Angleterre, a qi conisance de ceo appartient de droit, si come dessus est dist, ainsi q'il saunz destorbance o* ...

ous & d' altri puisse de ceo conustre & faire reo que appertient a son office avant dit, & que le dit monsieur Reyner soit condemne & restreint a faire deuue satisfaction a tous le dits damages si avant come il purra suffre, & en sa defaulte son dit seigneur le roy de France, per qi il estoit deputez al dit office; & que apres deuue satisfaction faite as dites damages le dit monsieur Reyner soit si duement puniz pur le blemissement de la dite alliance que la punicion de lui soit as aultres example pur temps avenir.

Hactenus libellus tot gentium regum nostrorum imperium ac dominium marinum manifesto agnoscentium, indeque sibi tutelam poscentium. De hac re in historiis sive Francorum, sive Anglorum, aliorumve mentionem non fieri mirum non est. Acta forensia raro satis in historias conjiciuntur. Sed ipso eodem tempore Grimbaldum illum classis Francicae praefectum fuisse scimus ex Francorum historia. Paulus AEmylius [a] de Philippo Pulchro, *Sedecim triremes*, inquit, *e Liguria mercede conduxit, praefecto Reginero Grimaldo. Is in oceanum circumvectus, maritimam oram Flandriae hosti infestam fecit.* Idem ipse est *Regimerius* & *Reginerus* seu *Reinerus Grimbaldus*. Et apud Ligures clara est ejus nominis familia. Sed quia exterus erat & conductitius, ideo (ut videtur) a Joanne Feronio in admirallorum Franciae catalogo praetermittitur. Joanni Tilio [b] *Roverius Grimaldus* inter classium praefectos apud Gallos vocatur. Is etiam est admiraldus regis Franciae, quem scribit Joannes de Beka [c] praefuisse trecentis & quinquaginta triremibus a Philippo Pulchro in subsidium Hollandorum adversus Flandros anno MCCCIV. missis. Sunt etiam in Gallorum archivis quae ad lites inter Anglum & Gallum tunc ortas attinent. Et tametsi in eis non reperitur (si Tilio fides, qui tabularum ejusmodi publicarum indicem edidit) libellus iste seu ejusdem aliquod exemplar; habetur tamen in eis diploma ipsum, quo ab Anglo tunc praeficiebantur cognitores, quales diximus, ad res contra foedus patratas decidendas. Illud ad hunc modum a Tilio [d] designatur: *Pouvoir done par le roy Edovard a deux nommez & accordez de sa part pour avec les deux eleuz de la part du dit roy* Phelippe *d' enquerir & amendir les forfaictes durant lour trefue, le dernier de Juin* MCCCIII. *Ou tresor; layette procurationes, posse, & potestates Anglia;* K. Eundem habent diem & annum diplomata quibus cognitores constitutos ad hanc rem fuisse ex archivis nostris superius adnotavimus. Neque obstat hic quod ad querelas de latrociniis injuriisque aliis in mari ac terra invicem patrari a privatis solitis decidendas, ab utriusque litoris principibus cognitores, uti & a regibus jam dictis, pariter interdum [e] constituantur. Par inde in mari jus constituentium utrique esse non melius elicitur, quam alterum alterius terrae esse dominum partiarium. Et personarum quae in jus vocandae major ratio in ejusmodi cognitione habetur, quam qualiscunque territoriorum dominii; quod scilicet aliunde prorsus dignoscendum.

CAP. XXIX.

Dominii regum Angliae marini in Flandrorum ad Edwardum secundum legatione recognitio.

Hisce jam accedat Flandrorum adstipulatio & ultronea professio in parliamentariis Angliae comitiis sub Edwardo secundo rege. Dum Roberti comitis Flandriae legati de rebus in mari raptis conquerebantur, regis Angliae opem implorantes, raptas esse non semel dicebant supra mare Anglicanum versus partes de **Crauden** intra potestatem regis Angliae, atque in Angliam adductas; ad regem autem Angliae pertinere criminis cognitionem pro eo quod ipse est *dominus dicti maris, & depraedatio praedicta facta fuit supra praedictum mare infra potestatem suam.* Quae sunt tabularum publicarum verba. Sed eas, quantum ad hanc rem spectat, integras [f] adjicimus.

Memorandum quod cum super dampnis hominibus de regno Angliae per homines de potestate comitis Flandriae, & Flandrensibus per homines de regno praedicto, a tempore quo dictus noster rex regni sui gubernacula suscepit hinc inde illatis, amicabiliter reformandis inter consilium dicti domini regis & nuncios dicti comitis in Angliam ex causa praedicta pluries missos, plures tractatus habiti fuissent, qui propter aliqua impedimenta quae evenerunt, effectum optatum non sortiebantur; tandem in parliamento dicti domini nostri regis in Octabis sancti Michaelis, anno regni sui quarto decimo apud Westmonasterium convocato, quidam nuncii dicti comitis venerunt ad tractandum super dampnis praedictis in forma praedicta reformandis. Et cum dicti nuncii ad tractandum de novo super hujusmodi dampnis per dictum dominum nostrum regem admissi fuissent, ipsi nuncii, prout alii nuncii praefati comitis in tractatibus supradictis, inter caetera quae requirebant, ante omnia supplicabant, ut dictus dominus rex ad sectam suam de potestate sua regia inquiri & justitiam faceret de quadam depraedatione quibusdam hominibus de Flandria nuper de vinis & aliis diversis mercimoniis suis supra mare Anglicanum, versus partes de **Crauden** *infra potestatem dicti domini nostri regis per homines de regno Angliae, ut dicebant, facta; asserentes quod vina & mercimonia praedicta eisdem Flandrensibus depraedata, adducta fuerunt infra regnum & potestatem dicti domini regis, & quod ad ipsum regem pertinuit sic facere pro eo quod IPSE EST DOMINUS DICTI MARIS, & depraedatio praedicta facta fuit supra dictum mare infra potestatem suam. Tandem in eodem parliamento, habito super praemissis cum praelatis, comitibus, baronibus & aliis proceri-*

[a] De Gestis Francorum lib. 8. [b] De Rebus Gallicis lib. 2. [c] Chronic. Episcop. Ultraject. & Comit. Holland. pag. 93. [d] Recueil des Traictes, &c. fol. 40. [e] Rot. claus. 21. Ed. III. part. 1. membran. 25. dors. Rot. Franciae 10. Hen. VIII. &c. [f] Rot. Pat. 14. Ed. II. part. 2. membran. 26. in dorso.

bus

bus dicti regni ibidem existentibus tractatu diligenti, de consilio eorundem concordatum fuit per dictum dominum regem, quod, pro bono pacis inter subditos terrarum Angliae & Flandriae consovendo, dictus dominus rex ex potestate sua regia illa vice de bonis supra dictum mare Anglicanum versus dictum locum de Craudern *depraedatis, & infra dictum regnum adductis in locis ubi malefactores cum bonis sic depraedatis ad dictam terram Angliae devenerant, per justitiarios suos inquiri, & eandem depraedationem secundum legem & rationem audiri faciat & terminari; & quod domini navium quae dictae depraedationi interfuerunt, & alii qui depraedatores illos cum bonis sic depraedatis in toto vel in parte scienter receptarunt, inde onerentur & puniantur sicut participes depraedationis supradictae.*

Ita tabulae illae publicae. Atque codicillis regiis mandata est per provincias plerasque maritimas jurisdictio cognitoribus, qui damna resarciri facerent. Quoniam autem praeter fluminum ostia quamplurimi sunt in adversis oris (maxime in Zelandicis; & sunt etiam in litoribus aliis vicinis) sinuosi maris intermeantis flexus, quibus variatim ita intexitur terra, ut fieri commode nequeat, quin eadem cum terra sic intexta ditione contineatur, ut corpus unicum, mare itidem intermeans, quod non aliter fere atque flumen seu torrens non raro ibi tum ripas disterminat tum portus facit; ideo mentio etiam interdum fit intermeantis hujusmodi maris, ut ejus quod censetur *intra jurisdictionem & flumen* seu *fluctum* maris regionum adversarum; veluti *maris Flandriae*, seu (quemadmodum legitur in vetustis schedis[a] quae ductus archetypos literarum Henrici regis quinti tum ad comitem Carolesii, tum ad decuriones Iprae, Gandavi ac Brugarum prae se ferunt) *deins la jurisdiction & l'estrem de la meer de Flandres*; quod idem sonat. Nam dempto mari sic intermeante, aut veluti portus vicem prae litore adverso supplente, quod reliquum est, seu oceanus adversas illas regiones & Angliam interluens, Anglicani juris, juxta ea quae superius ostensa sunt, semper est habitus. Unde & plane somnio futilius est quod habet scriptor nuperus, ubi per portus Mardiccii navale dudum instauratum, *Britannici freti* (hoc de quo loquimur innuens) *imperium Hispaniarum regi restitutum vidisse* se[b] scribit. Et de exterarum vicinarumque gentium, quarum maxime interesse potuit, sententia atque recognitione marini regum nostrorum dominii hactenus.

CAP. XXX.

De regis magnae Britanniae in mari Hibernico, & quod occiduum est, dominio seorsim agitur.

DE Anglicano mari, seu Britannico, quod sacri Angliae patrimonii pars est, generatim, sed maxime qua sive orientale est sive australe, jam dictum est: de occiduo, etiam Scotico & septentrionali, toto denique, quod est reliquum, Britannico restat ut dicamus. Occidui nemo non videt partem Angliae praejacentem intelligi tam in libello illo cognitoribus a regibus Angliae & Franciae ante trecentos triginta amplius annos a tot gentibus oblato, ubi *le mer d' Engleterre* seu *mare Anglicanum* toties occurrit; quam in regio diplomate superius allato, quo reges nostri domini maris Anglicani circumquaque indigitantur; ut quod ex Bractonio de excusatione forensi ejus qui in Hibernia fuerit, habetur[c], atque id genus caetera huc in supra allatis facientia praetereamus. Etiam & insulas, quotquot in vicino hoc mari, *Britannicas* dictas passim legimus (ut sub initium hujus libri monitum est) perinde ac si freta interfluentia eas, non aliter atque flumina aut aquarum diverticula ripas, a magna Britannia disjungerent, velut ejusdem ἀποῤῥωγὰς seu *fragmenta.* Quo indicatur ipsa freta cum insulis, ut flumina cum ripis, territorii Britannici partem esse censendam. Atque huc inprimis spectat item illud in libello toties memorato, scilicet *par raison du royalme d'Angleterre*, seu *ratione regni Anglicani*, dominos fuisse semper reges Angliae tum maris Anglicani (seu Britannici qua Angliae praetenditur) tum insularum in eo positarum. Unde Mona insula, *Mannia* vulgo dicta, quae inter boreales Angliae & Hiberniae partes medio libramine (quae verba sunt Giraldi Cambrensis) porrigitur in hoc mari, inter continentes, si quid video, Angliae provincias antiquitus numerata est, ut Vectis, ut Lundeia, ut quae sunt id genus aliae. Neque enim aliud intellexisse videntur veteres illi, qui orta controversia, utri circumstipantium insularum, Angliae seu Britanniae majori an Hiberniae, jure haec insula in maris interfluentis medio posita debuerit applicari, ad hunc modum litem terminabant. Venenosos vermes advehunt: hos cum insulam hanc admittere & fovere, uti Angliam & Britanniae magnae partem reliquam, Hiberniam contra eos necare observassent, *Britanniae eam* (ita Giraldus Cambrensis[d], qui sub Henrico II. floruit) *applicandam communis omnium censura dictavit.* Nam si aut Hiberniae aut Angliae territorium, qua agro, qua mari constaret, adeo censuissent a Mona hac disjunctum, ut quod interjacet maris, id aut omnium hominum necessario esse commune, aut aliis quam sive Hiberniae sive Britanniae regibus vetere jure subjacuisse existimassent, satis ridiculam sane agitasse videntur controversiam. Nam alia non potuit esse, puto, quaestio, quam ea quae de finibus est Angliae seu Britanniae magnae, & Hiberniae. Quaestionem autem de finibus inter vicinos dominos locum habere posse, ubi territoria utrorumque non sunt continua aut contigua, non intelligo. Si via publica intervenit, vel flumen publicum, quod ad neutrum vicinorum dominorum spectat, finium agundorum agi non posse, recte docuit[e] Paulus. Et sane postquam Quintus Fabius Labeo arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri a se-

[a] MS. in Bibliotheca Cottoniana 3. Hen. V. [b] Jacobus Chiffletius in epist. dedicatoria ad comitem de Olivares, Portui Iccio praefixa. [c] Cap. 24. [d] Topograph. Hiberniae Dist. 2. cap. 15. [e] L. 4. §. 11. l. 5. & 6. ff. tit. Finium Regundorum.

natu

tu datus[a], utriſque ſeparatim regredi ita cal-e perſuaſerat, ut in medio aliquantum agri inquereretur, quod populo Romano ipſe adju-avit, neutiquam inter eos de hujus agri fini-s quaeſtio amplius oriri potuit: quippe inter os deſiit eſſe continium: ſed cum populo Ro-no poſtea, ſi quae oriretur, erat utriſque agen-m. Aliter ſentiendum non eſt de quaeſtione , utri terrarum applicari de jure debuerit Mo- inde potiſſimum nata, quod media Hibernici Britannici juris territoria interjaceret, & ad orum confinium. Nam ex argumento ab ip-ſi ſoli duntaxat natura deducto, ſine civili do-nii ratione (cujus menſuram tamen, velut de-oni ſortem, volebant hic eſſe ipſam ſoli na-ram) non magis applicari debuerat ſive Bri-niae ſive Hiberniae, quam Norwegiae, Hiſpa-e, aut Galliae, ubi perinde ac in Britannia enoſa animalia nutriri nemo dubitat. An-e igitur ſeu Britanniae applicari in deciſione vetere eſt Britannico territorio ita continen- adjici, ut vere & civiliter dici poſſit Mona vincia ſeu territorium Angliae ſeu Britanniae tinens; cum nempe Anglicanum territorium uſque in occiduas ejus partes (eo quod in oc-entem ab ipſo confinio vergit, ad Hiberniam tante) perpetuo per hoc mare protendatur. temere nimis Elizabethae reginae legatis ex-t in diſſertatione[b] cum legatis Danicis de li- navigatione & piſcatione in mari Norwe-, Bremae habita, *Reges Angliae naviga-em & piſcationem in mari Hibernico inter gliam & Hiberniam nunquam prohibuiſſe*, ac ide probari voluiſſent, nec piſcationem navi-onemve inter Iſlandiam & Norwegiam a o prohibendam, quoniam neutri maris do-i, ſed pari jure litora tantum utrinque poſſe-nt. Sed & alia non minus temere de ma- communione ibi dicta ſunt, ut ante adver-s. De navigatione & piſcatione in mari wegico mox plura, caeterum ut ratio ex ne-ria maris communione petita perperam in tionis illius diſſertatione uſurpata eſt, ita nec m eſt id quod de mari Hibernico excidit. aus enim non ſolum dynaſtas maritimos perduelles jus regium pluribus in Hiberniae uſurpantes, ob ipſam piſcandi licentiam ab ris vectigalia gravia exegiſſe, verum etiam tione parliamentaria[c] diſerte fuiſſe cautum, quis exterus in mari Hibernico piſcaretur, impetrata prius a prorege, aliove regis An- legato, ſeu magiſtratu ad hanc rem legi-, venia; etiam ut exteri pro qualibet nave toria XII. doliorum aut plurium, praeſta- quotannis tredecim ſolidos & quatuor de-s, & pro qualibet navi minore ſolidos bi- ipſis navibus, armamentis, boniſque cunctis applicandis, ſi forte praeſtationem hujuſmodi hoc aequoris regnatoris imperium detrecta- Sed integrum hac de re ſancitum, e quo tiſſimam ordinum omnium Hiberniae de re-ic jure ſententiam ediſcamus, interſero. Item e requeſte of the Commons, that where di- veſſells of other landes fro one daie to other ge to fiſhe amongſt the Kings Iriſh ene-mies in divers partes of this ſayd land, by which the Kinges ſaid enemies bee greatlye ad-vanced and ſtrengthened aſwell in vitualles, har-neys, armor, as dyvers other neceſſaries, alſo great tributes of money given by every of the ſaid veſſelles to the ſaid enemies from day to day, to the great augmentation of their power and force againſt the Kings honor and wealth, and utter diſtruction of this ſaid land, thereupon, the premiſſes conſidered, it is enacted and ordei-ned by auctority of the ſaid Parliament, that no manner veſſell of other landes ſhall bee no time nor ſeaſon of the yeere from henceforth, from the feaſt of the Nativity of our Lord Jeſus Chriſte next comming, go in no part of the ſaid land be-twixt the ſaid Iriſh enemies to no manner fiſh-ing without one ſpeciall licence of the Lieute-nant, his Deputy or Juſtice of the land for the time being, or licence of another perſon having the Kings power to graunt ſuch licence, upon paine of forfaiture of the ſhippe and goods to the King. And that whatſoever perſons or perſon that find or impeche any of the ſaid veſſells, rumpants or forfaites againſt this act by the auctoritie of the ſame, it bee lawfull to them ſo making any claime in behalfe of the King, and approving the ſaid forfaptures by any of the ſaid veſſells to be made, that the King ſhall have thone moitye of the ſaid forfeyture, and the ſaide perſons or perſon ſhall have thother without anye impechment, and that all manner veſſells of other lands comming in the ſaid land of Ireland a fiſhing, being of the burden of twelve tunnes or leſſe, haveing one Drover or boate, everye of them to paye for the maintenance of the Kings warres there xiii. s. iiii. d. by the yeer. And all other ſmall veſſells, as ſcarfes or boates, not haveing Drover nor lighter being within the ſaid burden of twelve tunnes, every of them ſhall pay twoe ſhillings going a fiſhing in the like manner. Provided alwayes that no veſſell fyſhing in the North parte of Wicklo be charged by reaſon of this act; and that the Lieu-tenant, his Deputy or Juſtice of the land for the time being, ſhall have the foreſaid ſummes and duties of mony ſo paid to be imployed in the Kings warres for the defence of the ſaid land; and that the Cuſtomers and Collectors of the ſame ſummes ſhall accoumpt before the ſaid Juſtice, Lieutenant, or Deputy for the time be-ing, or ſuch Auditors that ſhall be for the ſame appointed by the King or them, and not be-fore the Barons of therchequer in the ſaid lande; and that none of the ſaid veſſells ſo comming from other parts in the ſaide lande ſhall not depart out of the ſaide lande, till every of them pay their ſaide duties, upon pain of forfeiture of the veſſels and goods to the Kinge. Senſus ſupra redditur. Sunt etiam qui aſſerunt a Maria regina noſtra Hiſpanum veniam ad an-nos XXI. impetraſſe[d] piſcandi in ſeptentrionali-ore mari Hibernico, atque inde proventum mille librarum annuum fiſco Hibernico auctum. Cer-

[a] cero de Officiis lib. 2. [b] MDCII. apud G. Camden. in Annalibus tom. 2. pag. 273. edit. Lond. [c] Stat. Hibernic. . IV. cap. 6. [d] Gerard. Malinius in Lege Mercatoria cap. 35. pag. 189.

te & edicto vetuit [a] Jacobus Magnae Britanniae rex ne quis exterus, non impetrata prius venia, in mari hoc Hibernico piscaretur. Quaestionem autem illam de Mona insula, utcunque a Giraldo (qui sub Henrico II. scripsit) memoratam, ortam nihilominus existimandum est seculis Anglosaxonum vetustioribus, cum nempe quicquid Hiberniam & Britanniam interjacet, aut Hiberniae regibus aut Britanniae parebat, id est, cum utrisque sua seorsim erant in hoc mari, territoria de quorum finibus ambigebatur. Certe Edwinus rex Northumbrorum, seu potius omnium Anglosaxonum potentissimus, sub annum a Christo nato DCXXX. *Mevanias insulas imperio subjugavit Anglorum*, quod scribit Beda [b]; id est, tum Mevaniam quam Anglesciam vocamus, tum alteram quae Mona est, de qua sumus locuti. Citeriore autem Anglosaxonici imperii aevo, Norwegi seu Dani, quorum latrociniis frequentioribus mare & hoc & boreale habebatur infestissimum, & hanc insulam & Hebridas involabant, easque ducentos ferme annos obtinuere: adeo ut neque ad Hiberniam neque ad Britanniam interea potuerit civiliter applicari haec Mona. Ejus autem reges tam vicini maris quam insulae dominos tunc fuisse elicitur ex eorum annalibus, ubi Godredum, cognomine Crovan, Monae regem comperimus sub anno salutis MLXVI. *subjugasse* [c] *sibi Dubliniam & magnam partem de* Laynster: *Scotos vero ita perdomuisse, ut nullus, qui fabricaret navem, ausus esset plus quam tres clavos inserere.* Modum igitur ac legem rebus vicinorum navalibus praescripsit; quod aliud non est, quam ipso maris dominio gaudere, ut in jam dictis est ostensum. Atque hinc forsan est, quod vetustiora regum Monae insignia fuerit navis cum velo complicato, adjecto titulo, *Rex Manniae & insularum*; ut ex sigillis eorum observat Camdenus [d]. Nam recentiora sunt illa, tres tibiae humanae, quae passim obviae. Postea vero, subacta ab Henrico II. & Joanne regibus Hibernia, atque Reginaldo rege Manniae in Joannis regis potestatem [e] redacto (cum numerosissima classe hoc mare occupabat Anglus) non est cur omnino dubitemus quin in Angli etiam imperium circumvicinum simul mare reciperetur. Neque enim eo in aevo sui juris erat rex Monae; sed subjugatus, solenni fidei professione praestita, quam *homagium* vocant, in clientelam regis Angliae concessit. Caeterum & Scotorum imperio paulo post adjecit eam Alexander III. Scotiae rex [f], praefectumque imposuit, qui quoties opus esset cum tredecim triremibus ac quingentis classiariis subsidio ei foret. Hebridas item, pulsis Norwegis, reciperavit & ad posteros transmisit. Dein rediit iterum ad Anglos Mona. Atque ii diu Hibernia cum ea & territorio illo marino potiti sunt. Septentrionalem autem hujus occidui maris partem Hebridum & Scotiae reges, postquam Norwegos maris hic dominos expulissent, obtinuere. Atque hinc est quod, ut Scotia, Anglia, Mona haec, Hebrides, & Hibernia, praeter caeteras quae adjacent insulas, ita etiam ipse oceanus Vergivius & Deucaledonius occiduam Scotiam pulsans, atque has flexibus sinuosis intermeans, regis Magnae Britanniae avitum pa trimonium nunc sit simul censendum.

Quinimo in aperti hujus & immensi ocean parte occidentaliore aliud est regis Magnae Britanniae jus, idque latissime & per Americanum litus porrectum. Cum Elizabethae reginae auspiciis Humfredus Gilbertus, vir equestri dignitate in novum orbem coloniam deducebat, ut simu etiam terras aliquot imperio Anglicano jure sub jacentes in oris septentrionalis Americae orienta libus reciperaret; inducebatur ab eo, velut procuratore, regina in possessionem perpetuo sib posterisque retinendam tum portus D. Joanni dicti, qui in insula est quam *Baccalaos* vocant tum universi tam maris quam telluris spatium DC. milliaria circumquaque [g] occupantis. Solen ni dein ritu Anglicano, quo praediorum domi nium transfertur, tradito nimirum ei ramulo & cespite, novum hoc regnum, ut reginae benefi ciarius accepit. Neque sane necesse erat, ut ali ter possessionem (unde reginae & posterorum do minium hoc natum) adipisceretur. Haud enim est exigendum, ut *Qui* [h] *fundum possidere veli omnes glebas circumambulet* (quod bene mon Paulus) *sed sufficit quamlibet partem ejus fund introire, dum mente & cogitatione hac sit, ut fundum usque ad terminum velit possidere.* Quo tam ad maria, quam ad tellurem nondum occu patam attinere potest. Adeo ut quemadmodu Siculus Flaccus [i] de agris occupatoriis, *Terra* inquit, *nec tantum occupaverunt quod colere p tuissent, sed quantum in spe colendi reservaver* simile etiam de mari ita occupato dici qu at, quantum in spe utendifruendi reservatu est, & finitione designatum. Nec forsan init vastissimi maris hujus Americani dominii adq sitae a Gilberto possessioni debentur. Instaurav potius, & regium jus hic dilatavit. Nam & Sebastiano Cabotio [k], sub Henrico VII. Angl cano imperio insula illa *Baccalaos* dicta adject est. Et postea inolevisse morem constat, ut m nistri aliqui praefecti regiae classis, seu admiral Angliae summi (cujus in provincia sunt mar omnia regi Angliae & Hiberniae, qua Anglia & Hiberniae, subdita) a piscantibus etiam in ho mari vectigalia exigerent; quod regii seu prae cientis dominii symbolum, puto, erat expressis mum. Sed ne ejusmodi vectigalia in piscatoru detrimentum amplius praestarentur, publicoru comitiorum lege sub Edwardo rege VI. cautum est. Quantum maris coloniae nostrates in Am ricam nuper deductae sibi occupaverint, nondu satis exploratum habeo.

C A P. XXXI.

De regis Magnae Britanniae domi nio in mari Scotico, orientali ma xime & septentrionali.

QUAE supra subinde occurrunt ex Jaco Magnae Britanniae regis edicto [m] de pisc tionis prohibitione, aeque ad maria Scotica ci cumquaque fusa attinent; unde & possessione horum, marinum & avitum dominium retentu

[a] Edict. 7. Jacobi 6. Martii. [b] Hist. Eccles. lib. 2. cap. 9. [c] Chronic. Regum Manniae pag. 840. [d] Brit nia pag. 847. [e] Chronic. Manniae anno MCCX. & Rot. Cart. 14. Joannis R. membran. 1. in dorso. [f] Hector. Boet Hist. Scot. lib. 13. [g] HACKLUIT in Peregrinat. & expedit. navalibus Anglice conscript. tom. 2. pag. 151. [h] L. 3. ff. de acquir. rer. dom. [i] De Conditionibus Agrorum. [k] Diploma quo ad explorandas terras nondum cognitas, & impe Anglicano acquirendas, missus est, habetur in rot. Franc. 12. Hen. VII. [l] Stat. 2. & 3. Ed. VI. cap. 6. [m] Edict. 7. Jac R. Martii 6.

agnosc

noscas. Interdictum scilicet est exteris, mari-us in hisce piscari, licentia prius Edinburgi non npetrata. Et in Scoticis sanctionibus parliamentariis non tam conduntur novae, quam in-aurantur veteres leges, quibus cautum est that ll manner of fischeres that occupies the sea, and utheres persons quhat sumever that happenis to slay hering or quhite fish upon the past, or within the Iles, or out with the samen within the Frithes, bring them to free ports, &c. id est, *ut piscatores* [a] *qualescunque ma-i utentes, aliique omnes qui haleces aut asel-os in oris Scoticis, aut intra insulas aut extra as intra aestuaria ceperint, eos in portus libe-os inferant*, &c. ubi vaeneant civibus ejusdem egni, quhairby his Majesties customes be not efrauded, and his hienesse lieges not frustrat f the commoditie appointed to them be God, under the paine of confiscation and tynsell of the eschelles of them that cumes in the contrair hereof, and escheitting of all their movable guddes to our soveraine Lords use, id est, *ita t nec vectigalibus suis rex fraudetur, nec sub-liti ejus maris usufructu a Numine ipsis prae-tituto careant, sub poena confiscationis perdi-ionisque tum ipsarum navium eorum qui con-ra venerint, tum bonorum mobilium omnium, ideo ut patrimonio regio applicentur.* Ita ut ex ingulari in mari ipso jure ususfructus hinc ven-dicetur. Aliter sane non magis sive ad regem Scotiae sive ad subditos ejus quam ad alium quem-unque jure ususfructus ille attineret. Quin de piscatoribus universis, non Scotis magis quam ex-eris, fertur lex: utpote ab ordinibus cunctis il-ius regni, qui jus tum regium tum suum (regio scilicet subjectum) a majoribus seu ex possessio-ne atque imperio diutino, ita didicerant, ut du-bitandi locus restaret ea de re nullus. Et de pis-catione in orientali Scotiae mari jurisconsultus Scotus verba faciens, *Non possum*, inquit [b], *prae-terire quod ante seculum hoc, post cruentissimam ex occasionibus maritimis discordiam inter Sco-tos Batavosque, res in hunc modum composita fuit, ut Batavi imposterum abstinerent ab oris Scoticis ad octuaginta saltem milliaria. Et si forte vi ventorum in propinquum deferrentur, vectigal certum ante regressum ad Abredoniae portum penderent, ubi turris hac aliisque de cau-sis exstructa fuit; id quod Batavi bona fide ma-jorum nostrorum memoria usque praestiterunt, donec per frequentiora domi dissidia vectigal hoc, cum juribus aliis commodisque compluribus, par-tim gubernatorum negligentia, partimque Bata-vorum audacia evanuerunt.* Ita ex foedere ter-mini exterorum piscationi olim in hoc mari prae-scripti. Septentrionalius autem, quod Scotiae objacet, mare Norwegis & Danis insularum ibi dominis olim ferme parebat: unde & Gothice Orcadum incolae etiamnum loquuntur. Insulas eo in mari XXXII. tenuit ante annos CCCCLX. *Rex insularum* dictus, *tali tributo de rege Northwegiae, quod quando rex innovatur, rex insularum dat ei decem marcas auri; nec ali-quid facit ei in tota vita sua, nisi iterum alius rex ordinetur in Northwegia*; quod scribit Robertus de [c] Monte. Et de his Giraldus Cambrensis, *In boreali oceano*, ait [d], *trans Ultoniam & Galwediam sunt insulae variae, scilicet Orcades, & Inchades* (seu Leucades, quas Hebrides esse volunt aliqui) *& aliae multae, quarum fere omnium dominium & subjectionem Norwegienses obtinuerunt. Licet enim aliis regionibus longe propinquius adjaceant, gens magis tamen ista scrutatrix oceani prae omni genere piraticam vitam ducere solet. Unde & omnes eorum expeditiones & bella navali certamine fiunt.* Haec scripsit ille sub Henrico II. Adeo ut interdum appendices illae regni Britanniarum marinae, septentrionalibus in oris, ab exteris invaderentur. Hinc etiam Ordericus Vitalis [e] de magno Olavi filio rege Norwegorum, *Magnam potentiam in insulis oceani habebat*: quod ad Guilielmi II. regis Angliae tempora spectat. Idem etiam Ordericus, *Orcades*, inquit, *& Finlanda, Islanda quoque, & Groenlanda, ultra quam ad septentrionem terra non reperitur, aliaeque plures usque in Gothlandiam, regi Noricorum* (ita Norwegos appellat ille) *subjiciuntur, & de toto orbe divitiae navigio illuc advehuntur.* Sic Norwegorum olim tam in vicino hoc Scotiae mari, quam apertiori, imperium luculenter habemus designatum. Postmodum vero, cum inter Alexandrum Scotiae regem tertium, & Magnum Norwegiae quartum, uti & inter Robertum Brusium regem Scotiae & Haquinum Norwegiae, pacta [f] inita erant de his insulis, ut ad Scotorum imperium pertinerent; fieri nequivit, quin dominii maritimi, quod circumvicinum Norwego hic fuit, simul cessio accederet. Possidebat tamen plerumque Norwegus, & postea, junctis Norwegiae & Daniae regnis, Danus; usque dum Christiernus primus Norwegiae & Daniae rex, cum Margaretam filiam in uxorem traderet Jacobo tertio Scotiae regi, insulis hisce prorsus renunciaverit [g]; jusque suum omne tum in Orcadibus tum in Zetlandiis insulis caeterisque citerioris partis maris Hyperborei in generum atque successores circa annum salutis MCDLXX. transtulerit. Qua de re ipsa Joannis Ferrerii, Pedemontani quidem, sed cui supellex historica ab Henrico Sainclair episcopo Roffensi ex archivis Scotiae subministrata est, verba adjicio. *In mari praeterea Deucalidonico, ad circium & boream, sunt Orcadum insulae, proxime ad littus Scoticum sitae, numero* 28 *hodie tantum habitatae; atque supra Orcades ad centum milliaria & amplius Norwegiam versus reperiuntur Zetlandiae numero* 18, *quae hodie ab hominibus incoluntur, & Scotiae regi parent: de quibus magna fuit prioribus seculis inter Scotos & Danos contentio, possessore tamen Dano. Has omnes Christiernus Danorum rex, novi matrimonii gratia, Jacobo Scotorum regi cum Margareta filia possidendas pacifice tradiderat, quousque vel ipse vel posteri ejus dotis nomine quinquaginta millia florenorum Rhenensium nondum dissolutorum regi Scoto vel successoribus suis persolvant. Sic enim nos ipsi vidimus & legimus in matrimonii dominae Margaretae Danorum regis filiae tabulis cum Jacobo ejus nominis tertio Scotorum rege confectis & utriusque regni sigillis decenter consignatis, anno Dom.* MCCCCLXVIII. *&c. Postea vero, cum domina Mar-*

[a] Parliam. 4. Jacobi R. VI. cap. 60. & parliam. 6. ejusdem, cap. 86. [b] Guil. Welwodus de Dominio Maris cap. 3. [c] In Append. ad Sigebert. Gemblac. ann. MCLXVII. [d] Topograph. Hiberniae dist. 2. cap. 11. [e] Historia Ecclesiastica lib. 10. pag. 767. [f] Ex tabulis publicis, Ferrerius in Appendice hist. Hectoris Boetii subjuncta, pag. 388. [g] Munster. Cosmograph lib. 2. & Guil. Camden. in Insulis Brit. pag. 849.

gareta

gareta regina peperisset filium suum primogenitum Jacobum Scotiae principem, rex Danus foecunditati filiae suae congratulatus in perpetuum renunciavit juri suo de insulis maris Deucalidonici, nempe Orcadibus, Zetlandiis, & aliis quas sub hypotheca in matrimonio filiae regi Scotiae cum ea tradiderat. Hujus renunciationis tabulas in archivis Scotorum principum asservari audio. Atque ita demum insulae istae, marisque hujus imperium ad Scotiae reges rediit, quo etiamnum gaudent. Dominii etiam arram in hoc mari habent reges Scotiae, nempe imperata piscatoribus pro ipsa piscatione vectigalia, de quibus obiter in sanctionibus [a] eorum parliamentariis.

CAP. XXXII.

De jure quod regi Magnae Britanniae in vasto & aperto septentrionis mari competit. Et conclusio.

DE viciniore mari, quod Scotorum territorium est, capite egimus superiore. Sed vero nec praetermittendum est hic mare illud, quod in septentrionem latissime panditur, Frislandiam, Islandiam, alias item insulas Dani Norwegive imperio subjectas alluens. Nam etiam & hoc Britanno tribuerunt aliqui. Albericus Gentilis ad illud Taciti [b], *Britanniae septentrionalia nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur*; *Vides*, inquit [c], *quam protendatur regis Magnae Britanniae imperium longe in meridiem, septentrionem, & occasum.* Ac si quicquid fere maris Britanniis etiam in aperto oceano ullibi objaceret, regis Magnae Britanniae ditioni pareret. De septentrionali item, quod in cognitas ibi terras porrigitur, idem fere agnovit subditus, non ita obscuri nominis, regis Daniae in literis ad amicum Anglum ante annos aliquot conscriptis. Gudbrandum dico Thorlacium, episcopum Holensem in Islandia : qui ad Hugonem Branhamum Harwicensis ecclesiae pastorem literis anno salutis MDXCV. datis [d] Britannos prope maris illic diffusi dominos appellat : *Hodie*, inquit, *fama est, vestris Britannis, quos ego prope maris dominos appellaverim; quotannis esse in Groenlandia negotiationes.* Sed negant hoc Danorum reges; & sibi, qua Norwegiae reges sunt, septentrionalius hoc mare, quod Islandicum est, vendicant; idque ex jure, si non male obtendunt, vetusto. Observandum est ad hanc rem quod occurrit in oratione legatorum Errici X. regis Norwegiae & Daniae ad Henricum nostrum quintum habita, quae ita se habuit [e]; *Invictissime rex Angliae, scire dignemini quod gratiosissimus dominus noster rex Norwegiae, &c. praefatus habet insulas aliquas, videlicet Islandiam,* **Feroy, Hictland**, *& alias plures ad regnum suum Norwegiae pertinentes, ad quas nulli ab antiquo solebant accedere de terris alienis ex quibuscunque causis, sive piscandi sive mercandizandi, sub poena vitae & membrorum, non magis homines regni Norwegiae quam aliarum terrarum, praeter specialem licentiam regiae majestatis. Nec de aliquo alio loco post obtentam licentiam exire licebat, quam de civitate Bergensi, nec redire a eundem locum cessante inevitabili necessitate, u eos custumas & alia jura ad regium fiscum ex solvere oportebat juxta antiquissimam regni Nor wegiae consuetudinem, sine aliqua hominum i contrarium memoria penitus observatam.* Eti am Christophorus rex Daniae & Norwegiae an no MCCCCXLV. indulsit [f] Ziriczensibus in Zelan dia liberam in regnum suum navigationem, *Ex ceptis Islandia, aliisque invicem insulis prohibi tis*, quae diplomatis verba sunt. Quin ex foe dere inter Henricum nostrum VI. & eundem Er ricum Norwegiae & Daniae regem, Hafniae icto anno salutis MCDXXXII. [g], adductum est a legati regis Daniae, Bremae cum Elizabethae nostrae le gatis ibi de libero hujus maris usu anno MDCII agentibus, caput hoc in eandem fere sententiam *Caveant omnino mercatores & alii quicunqu homines & subditi regis Angliae & Franciae ne de caetero sub poena amissionis vitae & bonorum visitare praesumant terras Islandiae, Finmarchiae, Halghalandiae, seu alias quascunque terras prohibitas aut portus illegales in regnis Daciae, Sueciae, & Norwegiae.* Etiam & annis aliquot ante interdictus est maris hujus usus tam mercatoribus quam piscatoribus, nisi Northbarnam regis Northwegiae celeberrimum emporium cum mercibus adirent. Atque ea de re habetur sanctio Henrici sexti parliamentaria, qua per annos aliquot ejusmodi itidem in Norwegi gratiam interdictum [h] obtinuit. Adeo ut frequentia sint diplomata, quibus a regibus nostris [i] postea venia Islandiam, Finmarchiam, alias Norwegiae & Sueciae regis provincias adeundi Anglis indulgetur. Sed ipsa lex, cujus vis ex ejusmodi indultis pro regis arbitrio relaxabatur, sub Henrici octavi initiis [k] est antiquata. Et de eo tempore Joannes Major, *Quotannis*, inquit [l], *ad Islandiam, ultra circulum arcticum, Anglorum classis pro piscibus habendis proficiscitur.* Caeterum utcunque de borealioris hujus dominio fuerit statuendum, ejusmodi nihilominus saltem servitus perpetua olim, initis inter Norwegiae & Angliae reges pactis, ei imponebatur, ut ad Islandiam, adeundi & hoc mari utendifruendi jus item perpetuum subditis regis Angliae etiamnum permaneat. Icto enim Hafniae inter Henricum Angliae VII. & Joannem II. Daniae & Norwegiae reges foedere, anno Christi MCDXC. sancitum est [m] *Quod mercatores & homines ligii, piscatores & quicunque alii regis Angliae & Franciae subditi libere possint temporibus futuris in perpetuum ad insulam Tyle, id est, Islandiam* (nam hanc Thulen esse putabant ejus aevi plerique, ut & nunc etiam nonnulli) *cum eorum navibus & bonis & mercandisis, victualibus & aliis rebus quibuscunque, emendi, vendendi, piscandi, sive mercandisandi causa navigare, accedere & intrare, ibique morari & more mercatorio conversari, & ab eadem redire & libere revenire toties quoties eis placuerit absque prohibitione, molestatione vel impedimento nostro haeredumve nostrorum & successorum in regnis Daciae & Norwegiae, vel officialium nostrorum quorumcunque; solvendo tum in illa insula tum in*

[a] Parliam. 6. Mariae reginae Scot. cap. 54. [b] In vita Julii Agricolae. [c] In Advocat. Hispanic. lib. 1. cap. 8. [d] HACKLUIT in Peregrinat. tom. 1. pag. 590. Anglice edit. [e] 3. Hen. V. seu anno Christi MCCCCLIII. in Schedis Vetustis bibliothecae Cottonianae. [f] Isaac. Pontan. in hist. Danica, & Zuer. Boxhorn. in Apologia pro Navigat. Holland. [g] Foed. Hen. VI. Angliae & Errici X. Daniae R. MCCCCXXXII. art. 6. ex tabulis legationis Danicae, seu dissertationis Bremensis, MDCII. in Bibliotheca Cottoniana. [h] Stat. 8. Hen. VI. cap. 2. & rot. parliam. 8. Hen. VI. num. 33. [i] Rot. Franciae 18. Hen. VI. membran. 16. rotul. Franc. 12. Hen. VII. rot. Franc. 1. Ed. V. &c. [k] Stat. 1. Hen. VIII. cap. 1. [l] De Gestis Scotorum, lib. 1. [m] Foed. Danic. 11. Hen. VII. art. 4. quod in tabulis legationis MDCII. etiam habemus.

portubus

portubus ejusdem, in quibus eos appellere contigerit, jura & theolonia debita & consueta. Proviso semper, quo lapso septennio post datum praesentium immediate currente, novam licentiam a nobis & successoribus nostris regibus Daciae & Norwegiae petant & obtineant, ut sic de septennio in septennium mercatores & omnes praedicti nos & successores nostros reges Daciae & Norwegiae in impetratione novae licentiae in perpetuum recognoscant. Tempore autem non finitum fuisse foedus hoc, sed ad haeredes successoresque utrinque pertinuisse liquet, non solum partim ex jam allatis, verum ex ipsa praefationis formula, quam subjungere visum est. *Nos Joannes Dei gratia rex praememoratus de unanimi consilio & consensu dilectorum consiliariorum nostrorum & aliorum procerum & nobilium regni nostri Daciae cum oratoribus illustrissimi principis Henrici Dei gratia regis Angliae & Franciae fratris nostri charissimi Jacobo Hutton legum doctore, Thoma Clarentio armorum rege, Thoma Carter & Joanne Beliz mercatoribus de Linna, de pace reformanda & perpetua concordia inter regna nostra firmanda tractari fecimus & annuimus; qui quidem nostri consiliarii & oratores cum praenominati regis Angliae fratris nostri charissimi speciali mandato & plenissima potestate, de qua per literas ejusdem regis Angliae nos certiores reddiderunt, constituti in civitate nostra Hafnensi, pacem perpetuam & inviolabilem amicitiam & firmam concordiam inter nos, haeredes & successores nostros, fautores, amicos & consanguineos, & illustrissimum principem Henricum regem Angliae & Franciae fratrem nostrum charissimum suosque haeredes, successores, fautores, amicos & consanguineos, perpetuis futuris temporibus esse & fore conclusimus per hunc modum qui sequitur.* Etiam & renovatum est foedus illud anno MDXXIII. ab Henrico Angliae VIII. & Christierno II. Daniae & Norwegiae regibus, nec forma dissimili. Jus igitur est perpetuum, & ad haeredes regis Angliae transmissum, ut Anglis suis liber sit maris hujus septentrionalioris seu Islandici usus. At vero non infrequentes nihilominus ea de re intercessere hinc inde legationes, regnantibus Frederico II. & Christierno IV. Daniae regibus, & Elizabetha Angliae regina. Reclamabant Dani; neque jure hujusmodi uti Anglis fas esse, nisi venia prius a Daniae regibus impetrata, eaque quolibet septennio, juxta foedus illud sub Joanne II. & Henrico VII. ictum, novata. Quin obtendebat Nicolaus Cragius Christierni IV. legatus in Angliam anno MDXCIX. pactum Haderslabiense inter Fredericum II. & Elizabetham anno MDLXXXIII. initum, ac in eodem diserte cautum fuisset, ut denegata pro libitu regis Daniae licentia servitus haec in mari Islandico Anglis constituta terminaretur. Caeterum responsum est tum a proceribus domi, tum a reginae legatis Bremam ad negotium hoc transigendum missis, jus hoc sive servitutem marinam Anglis tam temporis praescriptione, quam perpetuis foederum pactis adeo confirmari, ut id quod de licentiae petitione in pactis Joannis II. & Henrici VII. regum occurrit, non eo omnino pertineat, ut sive negata ea sive non petita jus seu servitus illa minueretur; sed eo duntaxat ut Norwegicum in hoc mari jus itidem quodcunque ab Anglis solenni cujuslibet septennii petitione recognosceretur. Neque modum esse, conditionem, seu tempus servituti adjectum, sed ideo tantummodo locum ibi habere, ut seu foederis beneficii seu servitutis constitutae originis memoria tantum subinde petitione instauraretur. Imo in literis Frederici secundi ad Elizabetham reginam datis quarto Maii MDLXXXV. foederis hujus clausulae, quae ad licentiae petitionem spectat, verbis renunciatum esse expressissimis. Neque sane ex foedere illo Hafniensi jus omne in mari illo Anglis competere coepit, quicquid obtenderint Norwegi. Etenim cum antiquitus Errici X. legati apud Henricum nostrum V. de Anglorum in mari hoc piscatione conquerebantur, Anglus etiam antea sibi in mari illo jus aliquod fuisse non obscure, puto, innuit, dum in Norwegi gratiam hoc tantum tunc praestitit, ut Angli non aliter ibi per annum deinceps futurum piscaturam exercerent *quam antiquitus fieri consueverat*, idque edictis in portubus & urbibus celebrioribus promulgari jussit. Tempus praefinitum & vetus piscandi consuetudo pristinum jus aliquod aperte sonant. Ipsam autem edictorum en tibi formulam [a]. *Nullus de ligiis domini nostri regis, quibusdam certis de causis ipsum dominum nostrum regem specialiter moventibus, ex nunc in unum annum proxime jam venturum ad partes insulares regnorum Daciae & Norwegiae, & praesertim versus insulam de* Islande, *piscandi causa seu alia accedere praesumat, in praejudicium regis regnorum praedictorum, aliter quam antiquitus consueverat.* Etiam Anglos eo in mari per annos complures antea piscaturam exercuisse liquet ex tabulis ejusdem regis parliamentariis [b]. Foedus autem illud Haderslabiense (de quo Cragius ante) non ad piscationem sive in Islandico sive in Norwegico hoc mari, sed ad negotiationem & mercaturam, quam exercebat corpus mercatorum apud nos Moscoviticum, pertinet. Hoc enim duntaxat pactum est, ut libere subire possint corporis illius mercatores, tempestatibus aut aliter coacti, litora & portus tam Islandicos quam Norwegicos; *hoc tamen reservato, ne sine speciali regis Daniae licentia in portubus Norwegicis seu Islandicis ante prohibitis ulla ratione negotientur & mercaturam exerceant, neve subditis regis dictorum locorum ulla re contra hospitalitatis jura molesti sint, ac ob omni maleficio prorsus abstineant*; quemadmodum Cragio responderunt Angliae proceres. Verum de hac re luculenter omnia explicantur, & copiose defenditur jus isthoc Anglorum, in literis ab Elizabetha regina Kal. Septembris anno MDXCIX. ad Christiernum IV. datis, quarum partem huc spectantem inserere est operae pretium. *Ad requisitionem serenissimi principis patris serenitatis vestrae anno* MDLXXVII. *legatum in Germaniam misimus* (ita reginae literae loquuntur) *qui cum ipsius deputatis tractavit de omnibus controversiis, & praesertim de piscatione Islandica & Norwegica, ubi compertum est regem niti tantummodo tractatu biennalium induciarum* [c], *in quo tunc conventum fuit, ne Angli ultra Hagalandiam navigarent. At ex parte nostra exhibiti fuerunt tractatus cum regibus Joanne & Christierno, in quibus, sopitis quae praecesserant*

[a] Vet. Sched. de Temp. Hen. V. in Bibliotheca Cottoniana; & rot. clauf. 3. Hen. V. membr. 5. in dorso. [b] Rot. parliam. 3. Hen. part. 1. membr. 5. n. 33. [c] Sub Edwardo IV. Angliae R.

controversiis, aliter fuit conventum; & huic tractatui pacis generalis postea factae, non praecedentibus induciis biennalibus standum erat. Quod recognoscens serenissimus princeps parens vester petiit per literas suas, ut controversia ista referri possit ad aliam disquisitionem. At ab eo tempore nulla talis disquisitio facta est. Nihilominus accepimus subditos nostros piscantes captos & tormentis cruciatos & hostiliter tractatos fuisse. An juste hoc factum sit judicare omnes poterunt, qui aequo animo rationes nostras sunt expensuri. Non negamus, quin cum dominus cancellarius Whitfeld *& de* Barnico *ad nos venirent* (Whitfeldius & Barnicovius legatione functi sunt in Anglia anno MDXCVII.) *praetendisse eos verbis piscationem illam Islandicam & Norwegicam ab Anglis contra foedera & pacta regnorum exerceri: at cum probationem nullam protulerint neque proferre potuerint, nos vero authentica instrumenta regum Joannis & Christierni habeamus in contrarium, quibus major fides adhibenda est quam nudis allegationibus, res in aliud tempus rejecta est. Doctori quoque Cragio responsum est, transactionem quae anno Domini* MDLXXXIII. *Haderslabiae cum rege Frederico facta est, nihil ad hoc negotium pertinere*; ratione supra ostensa. Et paulo post, *Quod vero ex tractatu cum rege Joanne praetenditur* (foedere Hafniensi; de quo supra) *licentiam pro piscatione de septennio in septennium peti oportuisse (id quod nec per quamplurimos fuit omissum) respondemus ejus omissionis culpam non processisse ab Anglis, sed Danis. Nam usque ad tempus expulsionis Christierni regis, circiter annum Domini* MDXXI. *septennalis illa licentia petita fuit. Postea vero peti desiit propter incertitudinem ad quem legitime regis successio spectaret. Et a tempore dictae expulsionis Christierni regis, neque reges Fredericus abavus, Christiernus avus, neque Fredericus parens serenitatis vestrae ullam talem petitionem licentiae urserunt: sed existimantes sufficere priores tractatus qui inter reges & regna initi fuerunt, post plurimorum annorum praescriptionem (cum satis alioquin securi essent id nunquam attentandum iri, propter quod petitio primum talis licentiae instituta fuerit) nihil voluerunt innovare. Et in hunc finem doctori Cragio monstratae fuerunt literae Frederici regis patris serenitatis vestrae quarti Maii anno* MDLXXXV. *ad nos scriptae, si Angli ab injuriis abstinuerint, ipsos gavisuros libertate & solita clementia absque ulla mentione vel requisitione petitionis licentiae; cum nihilominus nos obtulimus vobis, mercatores nostros secundum antiquam & per multos annos intermissam consuetudinem deinceps a vobis de septennio in septennium petituros, quam oblationem certiores facti sumus serenitatem vestram noluisse admittere.* Neque enim voluit serenissima regina jurisdictionem & imperium regis Daniae & Norwegiae in hoc mari aliter agnoscere, quam ut integra interim (ut aviti patrimonii pars minime contemnenda) piscandi, quam diximus, servitus ibi, ut dictum est, constituta sibi ac posteris retineretur.

Aliae fuere & literae & legationes de hac re anno MDCII [a]. Sed ampliata lite nihil definitum est. At vero & in mari quod Islandia est multo septentrionalius imperium & dominium regis Magnae Britanniae comperitur; nimirum in Groenlandensi. Hoc enim mare nondum occupatum, nec piscatorias artes passum, singulari balaenarum captura, patrum memoria, quaestuosissimum primo reddidere Angli, qui Moscovitici corporis mercatores hac navigabant. Maris ita nondum occupati usus, & ejusmodi quaestus primo repertus, repertori tam corporis quam animi possessione id sibi alterius (ut hic Angliae principis) nomine vendicanti, ad modum vendicationis dominium tribuit non aliter atque aliarum quarumcunque rerum nondum possessarum prima & naturalis & civilis possessio. Unde Jacobus rex in literis, quibus viri clarissimi & ornatissimi Henrici Wottoni equitis aurati in Hollandia legati sui aliorumque procuratorum fidem atque ea de re agenda testatus est, *Piscationes* [b] *in mari boreali prope Groenlandiae litora nobis solum & nostris jure acquisitas*, meritissimo appellavit. Ut vero tandem concludamus; quicquid hactenus de regum Magnae Britanniae jure ac dominio marino atque avita eorum in oceano sacri patrimonii area disseruimus, id totum complectamur carmine ea de re olim ab ipso viro praestantissimo Hugone Grotio (de cujus scriptis juridicis, qua ad maris sive dominium privatum, sive communionem attinent, superiore in libro diximus) ad JACOBUM regem Anglicano regno inaugurandum elegantissime conscripto:

> ------ *Tria*, inquit [c], *sceptra profundi*
> *In magnum coiere ducem* ------

Et dein oceanum, a luna agitari solitum, allocutus

> *Sume animos a rege tuo, meliore levatus*
> *Sidere, nec cela populos quocunque calentes*
> *Sole, per immensum quem circumvolveris orbem*
> *Quis det jura mari.* ------

Et, ------ *licet omnia casus*

> *Magna suos metuant, Jacobo promissa potesta[s]*
> *Cum terris pelagoque manet.* ------

Paulo item post,

> ------ *rerum natura creatrix*
> *Divisit populos, & metas ipsa notavit.*
> *Sic juga Pirenae, sic olim Rhenus & Alpe[s]*
> *Imperiis mensura fuit: te flumine nullo*
> *Detinuit, nulla nimbosi verticis arce;*
> *Sed totum complexa parens hic terminus ips[a]*
> *Substitit, atque uno voluit sub limite claudi.*
> *Te sibi seposuit supremo in gurgite Nereus.*
> *Finis hic est, qui fine caret. Quae met[a]*
> *Britannis,*
> *Littora sunt aliis; regnique accessio tanti est*
> *Quod ventis velisque patet.* ------

Et verum certe est, juxta testimoniorum superius adductorum cumulum, ipsa vicinorum principum, qui transmarini sunt, litora seu portus Britannici imperii, quod marinum est, metas esse sive australes sive orientales; in aperto autem & vasto septentrionis atque occidentis oceano, post diffusissima aequora quae Anglo, Scoto, Hiberno occupata sunt, eas esse constituendas.

[a] Camden. in Annalibus Elizab. tom. 2. ann. MDCII. pag. 272. Edit. Lond.

[b] 29 Septembris, MDCXIV. ex earundem exemplari in Bibliotheca Cottoniana.

[c] Sylvarum lib. 2.

F I N I S.

Gratiae & gloria Deo Servatori.

V I N D I C I A E

Secundum Integritatem

Exiſtimationis Suae

Per Convitium de Scriptione

M A R I S C L A U S I,

Petulantiſſimum Mendaciſſimumque inſolentius laeſae

In Vindiciis

M A R I S L I B E R I

ADVERSUS

Petrum Baptiſtam Burgum, Liguſtici maritimi dominii aſſertorem, Hagae Comitum jam nunc emiſſis.

Contumeliam nec fortis poteſt nec ingenuus pati.

V.

Nobilissimo,
Doctissimo,
undiquaque praestantissimo,
vitae meae, studiorum, morumque,
ac simul praecipuorum quae
in VINDICIIS hisce paginam faciant
utramque (cum quam pluribus aliis,
viris illustribus, nobilissimis)
testi oculato & luculentissimo,
adjutori mihi assiduo,
amico longe charissimo,

Joanni Vaughano,

à Troescoed,

regionis Dimetarum Ceretecae, armigero
Interioris Templi socio,
D. D.

Existimationis Suae

PER

Convitium Mendacissimum laesae

VINDICIAE.

. *Quaestio, circa maris dominium, illustris. Vindiciarum Maris Liberi scopus. Autoris earum libri quinque, ejusdem nominis, olim in Mare Clausum conscripti.*

I. *Consilium unde scriptum hoc natum.*

II. *Lusus insolens autoris Vindiciarum Maris Liberi, de nuperrima maris Clausi scriptione, & nuperrima Anglorum dominii maritimi usurpatione.*

V. *Obiter de vetustissimo velorum in mari Britannico demissionis usu, & actis admirallitatis Angliae, de tempore Joannis regis, publicis ad eam spectantibus.*

. *Convitium ipsum, unde ortum hoc scriptum; Mare Clausum scilicet, dum carceris colonus eram, in redimendae libertatis pretium, velut fabulas quae regi placerent, me conscripsisse.*

I. *Tempus quo mare Clausum scriptum est. Obiter de praerogativae regiae capitulis Stamfordianis, in quibus solicitius quaesivit impugnator regium maris Britannici dominium, quod, quoniam non illic repertum, nullibi conclamat extare.*

VII. *Mare Clausum Jacobo regi porrectum, lectum, restitutum. Diu post sub illo carcer, mallem, custodia mea, eaque mitissima, prima, & post hebdomadas quinque liberatio.*

VIII. *Carcer meus secundus sub Carolo rege.*

IX. *E carcere illo liberatio, quinquennio amplius ante quidquam de Mari Clauso sive a rege illo sive a me cogitatum.*

X. *Nullo in carcere quid operis illius unquam scriptum esse, nec de eo illic me omnino esse meditatum.*

XI. *Utrum quae domino in pretium libertatis, placerent fabulas scripserim ego, an impugnator quae placerent populo?*

XII. *Ratio & consilium, quo semper usus sum circa scripta quaecunque me impetentia.*

INTER tranſvectos vere hoc e Belgio libros novos, occurrit mihi titulus, *Theodori J. F. Graſwinckelii J.C. Maris liberi Vindiciae, adverſus Petrum Baptiſtam Burgum, Liguſtici maritimi dominii aſſertorem*; Hagae Comitum MDCLII. Nequibam non avidius ſtatim percurrere opus ipſum, utpote quod circa quaeſtionem de dominio maris, adeo ex ſe illuſtrem, & nupere hinc inde acrius diſceptatam verſetur. Ut de Liguſtici dominio maris Petrus Burgus [a], ita etiam pridem de Adriatici & Baltici, alii, uti & nupere de Britannici, Thomas Rivius [b], & Joannes Burrhus [c], equites; de Indicani, veluti Luſitanici, Stephanus Fagundez [d], de Gallicani Claudius Moriſotus [e]; de cujuſlibet, Joannes Loccenius [f], alii itidem, diſputarunt. Legendi ardorem auxit ſcriptoris dignitas egregia, utpote S. Marci equitis & ordinum Hollandiae & Weſtfriſiae fiſci advocati; etiam & ordinibus foederati Belgii generalibus operis inſcriptio. In Petrum Burgum quidem accingere ſe videtur, ſed multo intenſius me ſaepius nominatim ferit, quaſi revera in Mare Clauſum & Anglos, nec in Burgum ſcripti inſtitutum fuiſſet. Planiſſime nihil in Ligures ipſos. Impugnator certe ille circa annos abhinc quindecim, ejuſdem tituli, ſcilicet Vindiciarum Maris Liberi (quod a viro undiquaque ſummo conſcriptum ſolum eſt ad commercii Indicani libertatem adverſus Luſitanos, Batavis aſſerendam; quo nomine etiam indigitari ſolet) opus majus, etiam ad me inſcriptum, & in libros quinque tributum, congeſſit; mare Clauſum illic more ſuo flagellans. Nec editi ſunt typis libri illi; quorum tamen exemplar tantum non integrum, compluribus abhinc annis ex Hollandia deſcriptum, amici beneficio, accepi. Hos item in Vindiciis hiſce adverſus Burgum memorat ipſe. *Dictum jam*, inquit [g], *ſupra refutatum a me Seldeni librum, quod quam candide, quam ingenue fecerim, ipſum ſi ita res ferat, vel Seldenum teſtem, judicem, aſſertorem quoque a me, ſi poterit & qua poterit vindicem fero. Eo edicto, neque invidiam ullam, neque malevolas ullas lancinationes vereor*; *quas nec meruiſſe me nec provocaſſe teſtabuntur, quae ſcripſi*; *quando illuſtriſſimis ac praepotentibus DD. ordinibus Belgii foederati viſum erit injungere, ut typis deſcribantur. Oppoſui caput capiti, argumentum argumento*, &c. Unde etiam in Carmine encomiaſtico hiſce adverſus Burgum praefixo:

Ergo Seldenum quanquam pro tempore differs,
Magno praeludens operi, tamen ungue leonem
Oſtendis.

Sane impugnatio candide & ingenue praeſtita, ingenuo & candido cuiquam non eſſe gratiſſima nequit. Utcunque, nec invidia, nec malevolae lancinationes a me omnino verendae. Mores mei illis alieniſſimi.

II. Cavillos, argutiolas, ſcommata, circa rem controverſam hallucinationes, idque genus reliqua ſive in libris illis quinque, ſive in hiſce adverſus Burgum Vindiciis, aliiſve aliorum occurrentia neutiquam omnino morari mihi conſtitutum eſt. Farinae ejuſmodi qualiſcunque fuerit vis, ut liberrimo lectorum judicio partis utriuſque rationum momenta perpendentium ea pateat, ſubſitque neceſſum eſt. Nec ſane aliorſum animis ſedatioribus provocandum. Ut, lite conteſtata, praetori aliiſve judicibus forenſibus, ita poſtquam ſtrictis invicem de re tantum controverſa utrinque calamis fuerit decertatum, lectoribus, pro indole eorum, ingenioque vario, lis relinquenda; quod utinam in omnibus etiam ſcriptorum generibus, magis obtineret: replicationes triplicationeſque in jurgii impetum veritatiſque ſimplicius & ſobrie diſquirendae negligentiam nimiam ſaepius degenerant; nec pronius adhibendae, niſi ubi alterutrinque facti alicujus nimis ignorati veritas, qualis e ratiocinatione ſola elici nequeat, fuerit forſan tempeſtive ſuggerenda. At vero ubi impugnator quiſquam honeſtioribus ſcholaſticiſque; etiam ingenuis & candidis, rationis, ingenii & literaturae ſuae qualibuſcunque armis convitiorum ac contumeliarum ſpurcarum ſive ſuarum, ſive ab aliis ultro imbibitarum ſordes ſimul in adverſarium, infamandi plane cauſa, falſo immiſcuerit, de quibus lector interea nullus, qua talis, dijudicare potis ſit; certe adverſario malitioſe & extra literarum, rationis & ingenii arenam, indignius ſic habito, etiam, velut munus humanitatis, tum ſibi tum aliis praeſtandum, incumbit, ut ſe ſibi vindicet, ac infamiam repellat, convitia ejuſmodi diluendo. Ne ſcilicet, e calami procacis inſolentia ſilentio praetermiſſa exiſtimationis ſuae, utcunque immerentis, diminutio apud veri neſcios poſteroſque inde nimis retineatur.

III. Impugnator hic elogiis quidem honore quam ut mihi rite adaptari queant, plenioribus evehere me ſubinde dignatur; vir plane doctiſſimus ampliſſimuſque. Caeterum ad illud quod Petrus Burgus [h] (qui opus ſuum Romae edidit MDCXLI.) habet de dominio *maris Britannici*: *de hoc nuperrime opus integrum edidit Jo. Seldenus* (typis edideram anno MDCXXXV.) impugnator hic [i] praetermiſſo *edidit* in verbis Burgi ibi ab eo citatis, ſtatim ea repetit quaſi Burgus ſic ſcripſiſſet, *Seldenus nuperrime integrum opus ſcripſit*, quod non omnino dixit ille; ſed, *Seldenus nuperrime* (nempe paulo ante ſcriptionem ſuam, quae ita intra ſexennium retro ab editione ejus putatum accidit) *opus integrum edidit*: quod nemo qui Mare Clauſum inſpexerat, neſcire quibat. Et paulo poſt, ad ſibi ſic fictum, ſed quaſi a Burgo ſcriptum, hic noſter, *Nuperrime ſcriptum quod dicat Burgus, quam vere dicat non inquiro, contentus ipſum nullius erroris inſimulare, cum non potuerit niſi de nuperrima uſurpatione nuperrime ſcribi.* Belle, leviterque ſatis, ad Burgum, & *nuperrime* & de *ſcriptione* cujus Burgus mentionem fecerat nullam, etiam & de *nuperrima* Anglorum *uſurpatione*, veluti re prorſus indubitabili.

IV. Obiter autem hic advertere liceat de facti

[a] Romae MDCXLI. [b] Hiſtor. Navalis Mediae lib. 3. cap. 37. Londini MDCXL. [c] Script. MDCXXXIII. edit. MDCLI Londini. [d] De Juſtitia lib. 2. cap. 8. §. 11. Lugd. MDCXLI. [e] Orbis Maritimi Hiſtor. lib. 2. cap. 18, &c. Divione MDCXLIII [f] De Jure Maritimo lib. 1. cap. 4. Holmiae MDCL. [g] Not. in cap. 6. pag. 122. [h] Lib. 1. cap. 6. pag. 39. [i] A cap. 6. pag. 118.

quan

uam *usurpationem* hic *nuperrimam* vocat, igno-ratione nimia; non omnino fuisse quod de ea a, per obliquum, insultare, adversus Anglos, bi permitteret: quicquid de juris, quae extant estimoniis dicendum fuerit (quae satis in Mari Clauso tractata) ut alia de usurpatione seu usu a seculis satis vetustis derivato praetermittam, illud imprimis, quantum ad hanc rem nuperrime con-troversam, observandum est; solennis per mare elorum demissionis, quae pro dominii qualis-unque imperii seu praerogativae marinae recog-itione sumi solet a, in mari Britannico usum, nte annos amplius abhinc 450, in testimonio mni majori exceptione, velut juris consuetudi-umque maris partem etiam tunc antiquam re-eriri. Illud quidem in Mari Clauso [b] partim litur, ut ad annum MCC. seu Joannis Angliae gis secundum attinens; quod verum est. Ip-sissima autem ex archivis admirallitatis Angli-anae verba sunt, *Item ordonne estoit a hastin-ges pur loy & custome de la mer ou [c] temps roy John, l'an de son reigne second, per advis de ses seigneurs temporels, que se le eutenant en aucun voiage ordonne per commun unsail de royalm encontre sur la mer*, &c. uae allata in loco Maris Clausi citato, praece-dunt. Neque regem Joannem, neque proceres us, de usu & jure hic dubitasse palam est; in ari nimirum Britannico, per quod expeditiones nc navales, quarum in dissidiis inter Joannem Philippum Augustum regem Galliae, usus. xistimaveritne quisquam regem illum Angliae occeresque suos, jus ejusmodi maritimum sibi nc somniasse aut finxisse, posterosve velut fictum cepisse servasseque? Citatur illic codex haec ex-bens sub titulo MS. *commentarii de rebus ad-irallitatis* fol. 28. Qui quidem commentarius ualis fuerit, publice hic interest, ut recte dig-oscatur. Descriptus est perpulchre sub Edwardi gis III. tempora, ut videtur; ex vetustiori pro-ldubio exemplari. Quo modo admirallus se rere deberet, in ministris sibi adsciscendis, fa-norosis puniendis, aliisque, capitulis in complu-ibus lingua Normannica docet, marinas item nsuetudines (quarum jam memorata pars con-ticua) & decisiones aliquot; quibus accedit com-endium Latine de judiciario causarum processu rensi, juxta juris Caesarei formulas, maxime ae ad admirallitatis forum spectant. Ita perve-stum erat atque etiamnum quidem manet, chivi admirallitatis codex hic cimelium. Sed ud me, libens fateor, per annos complures ser-tum est. Adscribitur in fronte MDLXXIX. *Li-r Guilielmi Hareward supremae curiae ad-rallitaatis Angliae registrarii.* Sed per *Guili-ni Hareward* inducitur linea, quasi nullius esse mittendus fuerit praeterquam supremae curiae miralitatis registrarii, velut in Scriniis custo-entis. Is ita registrarius illic anno XXII. Eli-bethae reginae penes se tenuit, uti & de-sores fecerant, ac fecere successores. Proxima e initium pagina habetur MDL. *Loyalte na inte*; *E. Clynton.* Id est, ut cimelio archivi admirallitatis Angliae singulari nomen suum ad-scripsit Edwardus baro Clintonius sub Philippo & Maria [d] regibus & postmodum summus An-gliae admirallus; qui comes dein Lincolniae ab Elizabetha creatus. Hujus exemplo, succes-sor ejus Carolus Howardus comes Nottinghamiae, compluribus in paginis inseruit C. H. nomen su-um, ut codicis, qua admirallus erat, domini, sic designans. Adeo de fide ac autoritate codicis non est omnino dubitandum; quae sane prae-ter alia notiora, *nuperrimae usurpationi* hic sa-tis refragantur. Morisotus [e] quidem, licet Bri-tannico maris dominio adversarius, Joannis regis edictum illud, sic ei nominatum, satis agnoscit, *quamvis*, ut recte ait ille, *historici de eo taceant*. Verum quidem est, omnimoda dominii maritimi jura cuiquam, ex velorum ejusmodi demissione sola non magis probari, quam ex homagio, feudi nomine praestito, omnimodos dominii ei, cui praestitum sit, apices competere. Dominii & im-perii temperamenta sunt non pauca, & perquam varia. Et variae ad illa spectant, ut rusticae & urbanae ita & maritimae servitutes, aliaeque do-minii sive partes sive appendices. Sed in secu-lis antiquissimis, quemadmodum fascium in oc-cursu magistratus majoris submissionis usus erat [f], ita insignia navalia in superioris dignioirisque oc-cursu detrahebantur; ut in exemplo illo singu-lari Antonii & Domitii AEnobarbi navium prae-toriarum, in mari AEgeo invicem occurrentium, ubi lictor Antonii primarius in prora stans au-dacter eis qui in AEnobarbi navi erant, Ὡς ὑπη-κόοις (sic Appianus [g]) ἢ ἐλάσσοσιν ἀνδράσι ὑπαντῶσι προσέταξε καθελεῖν τὸ σημεῖον, οἱ δὲ καθῄρουν τε καὶ τὴν ναῦν εἰς τὰ πλάγια τῆς Ἀντωνίου νεὼς πε-ριέστρεφον, *ut subditis aut inferioribus occurren-tibus imperavit, ut detraherent insignia, quod & fecerunt illi, & navem appulerunt ad latus navis Antonii.* Sed hoc etiam tantum per oc-cursum.

V. Ut vero ad rem tandem, cujus solius causa Vindicias emittimus hasce, deveniamus; inter illa adeo incogitantius & temere apud Burgum male capta, & velut pro ansa, inde per fas nefasve ar-ripienda, tantum ficta, convitium in me (ne di-cam etiam in regum Angliae nuperorum aut utrumque aut alterum, proceres item, consilia-rios regios aliosque; qua de re judicet lector) contumeliosissimum effutiit. Ad illud quasi a Burgo dictum, *Seldenus nuperrime integrum opus scripsit*, insolentissime adjicit, *Non mirum* [h]*: vi-rorum enim ille inter seculi nostri primicerios numerandus & meliore fortuna dignus, fati sui infelicitate, carceris se non digni colonus erat. Hinc ut exiret, seque libertati amissae redo-nandum sperare daretur, animum ad scribendum appulit, &*

Id sibi negotii credidit solum dari,
Domino ut placerent quas fecisset fabulas.

Neque talia agitantem successus destituit. A quocunque opprobrium hoc virulentissimum illi

[a] Videsis Joannis Loccenii de Jure Maritimo lib. 1. cap. 4. §. 10. [b] Lib. 2. cap. 26. [c] Pro *au.* [d] Rot. Patent. 4. & 5. Philip. & Mariae part. 1. Febr. 10. [e] Orbis Maritimi Histor. lib. 2. cap. 18. pag. 461. [f] Lipsius Elector. lib. 1. cap. 23. [g] Emphyliis lib. 5. [h] Ad Burgi cap. 6. pag. 118.

(cui

(cui ipsi, vitae meae fatum ac mores omnino plane ignotos cerno) suggestum fuerit, adeo comice & parodice effusum, eousque est undiquaque falsum mendaxque; ut nihil supra. Quod non dubito dejeraturos quotquot rem ipsam hic rite sciverint, adeoque genium meum studiorumque & vitae modum non ignorarint. Nec pauci quidem sunt illi, nec e vulgo, qui mecum testari queant idem ipsum, uti & caetera quae statim in praesentia sanctissimi Numinis testabor hic ipse. Certe de fati mei infelicitate, qualiscunque illa fuerit, sorte mea hactenus contentus, nullibi conquestus sum. Res est igitur juxta impugnatorem, me, si diis placet, *carceris colonum*, veluti libertatis famelicum, pusillanimum, & custodiae impatientem, *animum ad scribendum* (Mare Clausum) *appulisse, neque negotium mihi credidisse aliud dari, quam domino* (id est, regi Angliae) *ut placerent quas fecissem, aut facerem fabulas*, indeque, ut fabularum, quas vocat, praemium, consequentem successum nactum esse. Utro de domino seu rege loquatur ipse (nam & a Jacobo & a Carolo regibus in custodiam conjectus fui, qua de re mox) non indicat. Sed si sub alterutro aliasve ejusmodi quid fecissem, adeo ut sive carceris prorogandi metu, sive impotente coeli liberi amore, opus illud aliudve aliquod ejusmodi, ut ita placeret, conscripsissem, plane impostoris vaferrimi ac falsarii, nemo non meritissimo agnosceret me egisse partes; a quibus puto alieniorem quam me non haberi mortalium quenquam testabuntur universi, qui me noverint. Sed impugnatori placet, veluti rem certo certiorem afferre, me sic pretio, ad libertatem redimendam, nec sine successu, usum fuisse turpissimo, remque adeo indignam insuper regi placuisse. Strenue profecto, & satis inhumaniter sic vult, sic jubet.

VI. Jam vero ut apertius cuique, & Maris Clausi scriptionis, & carceris mei qualiscunque & libertatis restitutae vera dignoscatur historia (unde cuique de convitio hoc mendacissimo satis constet) eam compendio hic pertexere (ut Caspar Peucerus carcerum suorum olim historiam edidit singularem) necesse fuit. Neque enim sine illa, res liquido dignosci potis est. In hac etiam beneficam mihi a nobilissimis aliquot amicis, dum carcere aut incommodis inde pendentibus coercebar, operam praestitam non libentissime memorare nequibo. Ante annum MDCXVIII. Jacobi regis 16, aetatis mihi 34, ex liberrimo studiorum meorum more, & ambitione omnimoda & spe, quae horum extra cancellos evagaretur, nunquam non carente, in Templo Interiore (cujus jam socius fui per annos quasi 50.) *appuleram* quidem *animum ad scribendum*, inter alia, historiam de decimis, de die Christi natali diatribam, & de dominio maris. Edita est Londini typis, nec semel, eodem in anno historia decimarum, Angliae; quae licet hieratici generis signatura, pro more, prelo permitteretur, attamen impressa ejusdem quam plurimis, etiam & episcopis tunc aulicis displicuit cunctis, excepto doctissimo illo ac incomparabili antistite tunc Wintoniensi, Lanceloto Andraeide, cui satis placuit illa, ut recep-

tissimis apud nos moribus consona. Eo nimiru[m] quod historice inibi tradita, juri decimarum, etiam *quotam*, divino in suggestibus sacris tunc, p[...] nissime contra Christianismi leges, quae nunqua[m] non ea de re per Angliam alibique obtinuera[nt] impetuosius in proventuum sacrorum augmentu[m] inculcari solito, nimium adversarentur. Hi[c] crabrones illi asperiores (postquam furiosius m[...] sed frustra omnino, citationibus aliquot interti[...] bassent) quibus rex plerumque indulgentior, a[ni]mum ejus in me, cujus nomen illi nunqua[m] ante auditum, ita statim exacerbarunt, ut [...] tunc Novomercati agens, imperaret, ut Theob[al]dis circa duodecimum a Londino lapidem dis[...] tis, in reditu suo in urbem, me scriptumque h[...] coram se sisterem; idem ex jussu ejus, innuen[...] mihi Roberto Nantono equite ac secretari[o] Me tunc aulae alienissimum, & paucissimis ill[...] de facie notum, incomitatum Theobaldas i[...] noluere viri doctissimi, summi, mihique am[i]cissimi, & morum scriptorumque meorum etia[m] testes assidui, Edwardus Heywardus a Reiffha[m] in agro Norfolciensi, armiger, cujus suavissim[...] & semper sibi (quod in amicitia caput est) [...] mili, contubernio, ferme quinquagenario, in Te[m]plo Interiore, fruitus sum, & Benjaminus Jons[o]nius poetarum ille facile princeps. Illuc igit[ur] curru simul pergimus, medio Decembri aut c[ir]citer, ubi cum regem quidem, ob scriptum ill[ud] de decimis satis infensum esse audivissem, pr[o]curavit Jonsonius illustri heroi, Georgio tu[nc] Buckinghamiae marchioni (postea duci) summ[o] Angliae admirallo, regio favore praepollenti, [...] pretio habitus, ut ille me amicius coram re[gi] sisteret, cumque in causam meam placaret. A[t]que id sane, renitentibus interim episcopis ill[is] a marchione praestitum est. Placuit regi, sem[el] iterumque mecum de locis aliquot in scrip[to] illo allatis & docte & facete & interdum ira[te] differere; maxime de constitutione apostoli[ca] natalium Christi diem in 25 Decembris coll[o]cante[a], cujus, uti & reliquarum apostolicaru[m] dictarum autoritatem, quoniam ego, aliam [...] rem, illic elevassem, nec tamen quidquam [...] festo illo, praeterquam quod non ante quadri[n]gentos aut circiter a Christo annos ita rece[p]tum fuisset, adjecissem, suspicari se dixit re[x] me cum Scotis aliquot sentire seditiosis, q[ui] statum natalium Christi diem celebrare recus[a]rent. Reposui, tantum id abesse, ut etiam de fi[...] manda diei 25 Decembris Juliani, eo nomin[e] observatione, ut vera, temporumque calculo co[n]sentanea, opusculum Anglice jam ante quasi a[b]solvissem. Id sibi statim serenissime poscit a m[e] afferri, simul cum explicationibus aliquot loc[o]rum aliorum in historia illa. Post triduum i[n] Londinum redimus, ubi quae poposcerat r[ex] omnia intra mensem aut circiter apparata ei p[o]rexi. Et perplacuit sane diatriba illa de die n[a]tali. Nomine meo tenui humiliorique sic [...] episcopis in aulam utcunque, contra quam sp[e]rarant ipsi, evecto, studiorumque meorum ratio[ne] aliqua illic habita, inaudiverat tunc admirall[us] me de dominio maris etiam scripsisse, unde v[o]luit rex, ipse, procerumque alii, ut editioni scri[...]

[a] Constit. Apostol. lib. 5. cap. 13.

tu

...m illud pararem, regi prius exhibendum. Hoc ...mpore anni jam dicti MDCXVIII. verno factum ...t, seu circa annum & menses tres antequam ...go in carcerem, aut custodiam aliquam fueram ...nquam conjectus, aut etiam carceris alicujus ...inas mihi audiveram, extra quam quod cum ...ichardus Montacutius (postea episcopus Norwi...ensis) in se recepisset historiae decimarum rege ...nuente, confutationem, rex mihi acrius inter...cens responso aliquo, mihi dixit, *Si aut tu ...se aut quis amicorum in confutationem illam* ...quae paulo post furore plenissima Anglice ex...tit) *scripseritis, in vincula te conjiciam.* Quod ...onfutationis futurae, puto, non exigua per se ...onfutationis instar fuit. Ita autem, ut dictum ...t, opus illud de dominio maris regio seu Mare ...lausum est inchoatum, ad umbilicum dein ...ductum, &, ut regi sic offerretur, apparatum. ...eutiquam autem tunc aut postea (quod obiter ...em monere fas sit) scriptum illud illiusve pars ...iqua exhaurienda erat ex praerogativae regis sic ...ci solitae capitulis, in quae Guilielmus Stam...rdius eques, judex tandem communium apud ...os placitorum sub Maria regina celeberrimus, ...ommentaria edidit, aliaque eis aliunde undecim ...jecit; cujus moniti ut hic tempestivi ratio mox ...bjungitur. Etenim in illis, non tam ut in ...*atuto* [a] (quo nomine vulgo veniunt tantum ...ges parliamentariae; & legi quidem solet in ...rum fronte, edita ea fuisse anno XVII. Edwardi ...gis secundi seu anno MCCCXXIII.) quam ut in ...teris juris compendio jurisconsulti alicujus cele...ioris, a studiosis inter caetera supellectilis juri...cae antiquitus recepto, ea duntaxat memoran...r praerogativae capita, quae solum jurisdictio...m spectabant & imperium regium *juris*, ut ...citamus Angli *communis* (qua nempe illud ab ...e ecclesiastico sic indigitato uti & a militari ali...ue, de quibus statim, & demum jure marino ...nquam non discriminatum est, & tribunalibus ...isdem notissimis per se obtinuit) neque alia ... continentur. Nec quidem id genus praero...tivae regiae capita illic cuncta congesta sunt. ...ura eorum, in compendio illo, etiam Stam...rdiana adjectione illa aucto, omissa sunt quam ...erta, quod satis norunt juris nostri studiosi ...mnes perspicacius rem intuentes. Atque ut ec...siasticae prerogativae regiae in consistoriis epis...palibus eorumque velut coloniis per dioeceses ...ductis (sed intra mandatorum tribunalium ju...communis vim semper coercendis; idque tam ...r secula ante reformationem Henricianam, ...am post) in notissimis articulis cleri (qui ad ...num Edwardi secundi 9 spectant) in membra... Romae titulo, in archivo arcis Londinensis ...natis, etiam & in statutorum compendii titulo ...gnomine, uti etiam in cancellariae, quod vo...nus, registro, & prohibitionum & brevium & ...mularum forensium de Praemunire usu, uti ...am in juris communis subinde annalibus, sta...s parliamentariis singularibus, aliisque ejusmodi ... se cerni solitae sunt; atque sicut juris mili...s (cujus ut singularis, & ex jure Caesareo ...ul & Longobardico potissimum desumpti, usus ...inuit in curia militari, *The Court of Knight-hood*, seu *la Cour de Chivalrie*, quod constabularii & mareschalli Angliae tribunal, dum munera illa viguere fuit, duellum militariter armatum, prae caeteris probationum generibus, ex more admittens) praerogativae in archivis etiam, commentariis, decisionibus, statutis parliamentariis, illuc seorsim spectantibus habentur; atque ut similiter praerogativae juris aulici seorsim semper visuntur in peculiari quadam jurisdictione intra *virgam* (ut dici solitum) seu milliaria a cubiculo regio duodecim, ad oeconomum seu seneschallum hospitii regii attinente, adeoque in placitis aulae sic nuncupatis; quale juxta analogiam, dicendum de singulari seneschalli Angliae potestate, aliisque ejusmodi a rege dari solitis, de parliamentorum, & belli, & pacis indictione, moneta cudenda, dignitatibus conferendis, ejusmodi aliis; non omnino in Stamfordianis illis memoratis; ita demum praerogativae hic marinae singularia nequaquam omnino sive elicienda erant sive quaerenda ex capitibus illis Stamfordianis (uti nec ecclesiastica aut militaris aliqua aliave ad reliqua jam memorata spectantia) sed e testimoniis ea de re per se vetustis, ut archivis, jurisconsultorum nostrorum priscorum etiam aliud agentium placitis, regum, procerum admirallorum, constitutionibus marinis, principum exterorum agnitionibus, id genus reliquis ad jus marinum seorsim variatimque attinentibus, quae etiamnum extant, & momenti perpetuo maximi haberi sint merita, uti & rite scientibus habentur. Et frustra plane de regiis Angliae praerogativis loquitur, quisquis distinctionis jam memoratae, quam & pueri apud nos sciunt, fuerit ignarus. Jam vero in Vindiciis illis adversus me olim conscriptis, nec dum editis, speciosissima introducuntur pompa capitum illorum lemmata [b] Stamfordiana, sigillatim exhibita, quasi argumentum illinc, ut Achilleum quid magnopere spirans, deductum, de controversia plane conclamatum esse, & Mare Clausum inde funditus refellendum, satis probaret; quoniam, si diis placet, in illis nihil de dominio maris, velut praerogativa regia, repertum. Manifestius nihil est, quam nec dominio ejusmodi, nec perplurimis praerogativis tam juris communis quam ecclesiastici, militaris, maritimi, aliis, locum ibi fuisse ullum, nec esse juxta collectoris mentem, debuisse. Sollicitius autem impugnator lemmata illa singula Normannice, uti scripta sunt a Stamfordio, exhibet, ut lectores & me simul in eis edoctos jam reddat (opus mirum!) quae existimare videtur ille (si recte meum me docet librorum ejus illorum exemplar) *tantum satrapis majorum gentium aut primae atque interioris admissionis viris communicata esse*; cum interim nemini apud nos non sit notissimum, ne dupondiorum cuiquam esse ea minus trita, quam qualiacunque juris nostri elementa prima. Adeoque non minus ridiculum est, ex enumeratione illa Stamfordiana (ex se interim optima) controversiam hic diremptum ire, quam si quis ex Ptolemaei numero stellarum, quas in rem sibi tractatam accuratius & recte satis tradit, aut ex Theophrasti plantarum historia, Laertii vitis philosophorum, Aristotelis libris de animalibus (quorum 50 Graece se

[a] Videsis 18. Edw. III. Fitzherbert Tit. Scire facias 10. Plowden Comment. 1. fol. 176. b, &c.

[b] Lib. 5. cap. 23.

testatur vidisse Rogerus Baconus[a], cum nullibi quantum scio, numerus ultra 20 habeatur) aut ex martyrologio aliquo singulari, seu ex actionum vulgo dictarum numero, nullas in coelo stellas alias, utcunque telescopiis aliterque deprehensas, nullas alias in terris plantas, alios non fuisse philosophos, non animalia alia, martyres alios nullos, publicas non alias actiones seu judicia extitisse asseveraverit. Alia ejusdem illic libens praetereo, diversi quidem nec melioris commatis. De lemmatis illis monui, quia etiam literalis extra Angliam procul dubio rarissime, si omnino, audita sunt, nedum nota.

VII. In aestate autem anni jam dicti MDCXVIII. seu Jacobi regis 16. opus illud meum qualecunque, seu Mare Clausum, ut voluit ille, ab amanuensi perpulchre exaratum ei porrexi, quod serenissime accipiens, cum brevi percurrisset, summo Angliae admirallo tradidit, ut is de eo virum jurisconsultissimum Henricum Martenium equitem & curiae admirallitatis Angliae praesidem consuleret. Perlegit Henricus Martenius, nec quidquam immutandum censuit, praeter voculam, in capite postremo, unicam, *servitutem*, in *potestatem*; uti & manu sua immutavit. Restituit ille tunc admirallo, qui me in cubiculum suum accersivit, ubi post pauca de editione verba, arrepto calamo, manu sua typis erat statim mandaturus, cum subito abjecto calamo, *Potius*, inquit, *sua manu in operis honorem hoc faciat rex.* Statim in cubiculum regium me cum codice introduxit. Rem ipsam ei narrat. Rex inde etiam signaturus erat mandatum ad typos. Sed *Memini*, inquit rex, *quaedam illic dici de mari septentrionali, quae forte fatri meo regi Daniae displicuerint, quod quidem nollem libenter nunc fieri, cum magnam pecuniae vim ei jam debeam, & majorem ab eo brevi sim mutuo petiturus.* Caput igitur libri secundi postremum, quo mare illud tractatur, eximi voluit, adeoque methodum juxta immutari. In manus mihi, ut hoc fieret, reddidit codicem, quem eatenus mutatum ex admiralli dixit mandato fore typis edendum. Pro regio placito sic cito apparatum, mecum ad aulam portabam, ubi postquam in admiralli coenaculis illum saepe nimis, sed frustra praestolatus sum, nec admissione, quando, ut opinabar, debui, exceptus, me codicemque in musaeum meum retuli, exuto omni, editionis impetrandae causa, animo in aulam revertendi. Nec ad admirallum ultro unquam me postea contuli. Codicem ipsum, paulo post, ut perlustraret, facile a me impetravit illustris heros Guilielmus comes Pembrochiae, vir, sine exemplo aulico, bonis omnibus, etiam & mihi faventissimus, penes quem aliquamdiu mansit. Et post mensem unum aut alterum restitutus, per quindecim inde amplius annos penes me, velut oblivioni traditus, delituit. Auditum autem mihi est, etiam & creditum, non defuisse inter admiralli assentatores, mihi inimicius se gerentes, qui ei persuaserant, interjecta a me illic fuisse quaedam jurisdictionem curiae admirallitatis, quae quasi illius erat, minuere visa, unde & de codice typis mandando sententiam aut mutasse illum aut laxasse, etiam & in aula adversus me haud ita amice se gessisse. Ab intimae etiam admissionis aliquibus didici, regem ipsum, ex cogitationibus secundis dubitasse, mentionem quam feceram in scripto illo, foederum aliquot sibi forte praejudicio fore. Sub parliamenti dein anni regis ejusdem 17. seu anni styli nostri MDCXIX. initium vernum, memini admirallum me in aedibus procerum parliamentariis ad se accersitum, placidius interrogasse; curnam haud attulissem codicem illum, ut typis mandato suo ederetur? Ego vero; me saepius in coenacula ejus me, eam in rem juxta jussa regia, contulisse, frustra eum admissionemque expectasse, adeoque neglectus ejusmodi haud libenter patientem, me omnino abstinuisse aula; in quam quidem me tunc denuo invitavit ille. Sed plura apud eum hac de re verba nunquam feci. Exitus parliamenti jam dicti (quod quasi quadrimestre erat) incidit in Junium anni MDCXX. seu circa biennium amplius a scriptione jam dicta, cum ob res parliamentarias, quibus cum proceribus aliquot ut juris regii ita & libertatis patriae justae amantioribus, me nec temere, sed ut consiliarium ab ipsis adscitum immiscueram (neque enim hactenus comitiorum parliamentariorum ipse pars fueram unquam aliqua) regio jussu in Roberti Ducaei, decurionis Londinensis viri optimi, & tunc urbis vicecomitis, posteaque baronetti custodiam detrudebar, uti & procerum aliqui in aliorum ejusmodi custodias. Ita arcta quidem mihi fuit illa, ut libero amicorum colloquio frui non esset, pro more, permissum. Atque in ea per hebdomadas tenebar quinque. Sed non alibi quam in aedibus Ducaei Londini nitidis splendidisque. Neque aliter atque amicissime lautissimeque illic per tempus illud exceptus habebar. Sub hebdomadarum illarum finem, in aulam, ex regio jussu, vocatus sum a proceribus aliquot privati concilii, in quibus ille ὁ πάνυ, & dignitatis suae & eruditorum Coryphaeus, Lancelotus Andraeides, antistes Wintoniensis, ut cordatissime, pro more suo, munus suum, ita amantissime mihi, de parliamentaria citra regem jurisdictione, captiosius interrogato, patronum se praestitit. Hinc adeo infensus esse desiit rex. Nam ex sycophantiis aulicis aliquot, tum proceres istos custodiae traditos, tum me falso insimulatum esse satis jam perspexerat. Unde solennibus libellis supplicibus porrectis, liberabamur omnes. Hic primus mihi omnium carcer, si ita dicendus fuerit; in quo nihil omnino, uti nec diu ante, de Mari Clauso cogitatum. Animi profecto gratia impetraram, in custodia illa, librorum tantum binorum (nam codicum libertas alia prorsus ibi denegata) Annae Comnenae Alexiados, & Eadmeri novellae historiae tunc non editae, usum, qui procul a rebus maritimis, diu ante mihi, licet sine manu ultima, absolutis. Annae illic librum primum Latine vertebam. Eadmeri editionem, quae haud ita diu post secuta est, tentabam.

VIII. Obiit Jacobus rex Martii 27. MDCXXV. Dein post elapsum amplius octennium a prima illa, sub Jacobo rege, custodia, Martii 4. MDCXXVIII. juxta

[a] In Epist. ad Clement. 6. MS.

uxta ftylum noftrum Julianum, qui quartus erat Caroli regis, ego, in comitiis parliamentariis tunc & ante habitis, Lancaftriae oppidi procuratorum lter, uti & alii aliquot comitiorum eorundem collegae in arctiffimas arcis Londinenfis cuftolias, Alano Apfleio equite, viro humaniffimo, llic tum praefecto, conjiciebamur. Rapti fcilicet ad Aulam Albam, non folum caufa prorfus naudita, fed nec verbulo noftrum alicui ullatenus ermiffo, fententia procerum privati concilii fepemdecem ex juffu regio, juxta formulam foemnem in noftrum fingulos, e praefidis ore ronunciata, fatellitibus regiis figillatim ftipati, luc deducti fumus; manfuri illic pro libitu reio. Nec caufa omnino ulla in eorum literis e cuftodia hac ad praefectum expreffa eft, praeer mandatum fimpliciter regium. Circa hebomadas inde binas, privati concilii proceres aliuot, Thomas Arundelliae, Edwardus Dorfetiae, Ienricus Manceftriae comites, alii in arcem miffi unt, ut me fimul & carceris collegas meos, rictius fingulatim examinarent; Roberto Hetho quite, procuratore regio primo, quaeftiones ante pparatas, objiciente; mihi autem maxime, de ictis aliquot velut in vectigalium marinorum jus egium. Hifce fane ita refponfum dedi, ut fperarem quidem ipfe uti & tam procurator regius uam Dorfetiae comes, mihi femper amiciffimus, fperare mihi profiteretur, me propediem fore iberandum. Sed fpes illa omnino fefellit. Faftis iebus proximis, qui terminus pafchae eft, adeoue anni MDCXXIX. feu Caroli regis quinti, fub iitia Maii, amici de conditione noftra & prilegiis parliamentariis, tam atrociter in nobis lefis, perquam anxii, enixius fatagebant libertam nobis vindicare, idque per refcriptum regin forenfe, illud notiffimum *Habeas corpus cum ufa* dictum, juxta quod, nifi in mandato five gio five alio judicibus regiis a cuftodiarum praectis, pro more fuo, exhibendo (quo nempe uis in cuftodiam alias legitimam miffus fit) exeffim reperirietur caufa cuftodiae, fi vera fuerit, fficiens, carcere plane is exuendus erat, uti iam in parliamento jam dicto fuit ex jure ombus avito fatis decifum. Ut libertatis hujus dintegrandae juri hic praeveniretur, fycophantae lici a rege impetrabant, ut literis nomine, & anu fua fignatis juberet praefectum ei fic tunc uditos omnes *arcta cuftodia detinere ob notabi- contemptus ab eis in nos commiffos, & in gimen noftrum, & ob commotam in nos fedinem.* Quod factum eft literis ejufmodi res Maii jam dicti feptimi. Utcunque ex reipti ejufmodi forenfis autoritate fiftebamur com fori regii judicibus, quibus fimul caufa detionis ex literarum illarum verbis oftenfa. de evenit, ut pro judicum arbitrio, criminis objecti & perfonae qualitate rite fundato, & ore forenfi (juxta quod ferme Ulpianus de e Caefareo [a]) aut in carcerem fori illius, Macalciam Fori Regii nuncupatum, recipiendi effeis, aut in priftinum remittendi, aut, pro tem-e liberati, obligandi cum vadimonio feu fideoribus datis, ad die aliquo praefixo denuo comendum, aut omnino liberandi. Sed in carcerem priftinum remittebamur; licet difputationes ea de re in adverfum forenfes & prolixae & doctiffimae utrinque haberentur. Utcunque per fas nefafque ita judicibus, quorum navis judiciaria clavo gubernabatur aulico, ut remitteremur placuit. Haec omnia de carcere hoc in jam dicti fori archivis fufius extant. Arctiffime fic cuftodito, libri, chartae, calamus, atramentum, diu denegabantur omnino. Sed trimeftri aut circiter elapfo, in aula mihi impetratus eft ufus librorum, quos fcripto ipfe indicaram ab amicis nempe petendorum aut bibliopolis. Nam mufaeum meum tunc & diu poft obferatum manfit. Fuere ii tantum, praeter Biblia Sacra, Talmud utrumque, cum libris aliquot de difciplina Talmudica recentioribus, atque infuper Lucianus. Efflagitabam a praefecto arcis, ut chartae, calamus, atramentum mihi etiam permitterentur, quod factum quidem eft; fed ita ut chartae non aliae mihi fic permiffae fuerint, praeter fchedas novemdecim, quae praefto forte erant, figlis praefecti nominis *A. A.* fingulatim ab eo tunc fignandas; ut nimirum & de numero, & de quocunque in eis fcripto rationem is facilius exigere poffet, nec chartis aliquibus aliis uti auderem ipfe. In hafce, per otium illud carcerarium, quam plurima excerpebam (nil aliud ibi fcribens aut meditans) ex jam dictis libris, eafque fic fignatas & compactas penes me habeo. S. Trinitatis termino fequente, amici non defperantes, eadem ad libertatem redintegrandam formula, fed fruftra omnino ufi funt. Ita tamen ut fingulis diebus quatuor in breviufculo illo termino e judicum mandato, coram eis fifterer, idque per refcriptum forenfe jam memoratum. Sed mandata ejufmodi eorum formofa fuperne (nec enim audebant rogati ea non emittere) definebant in remittendo femper in carcerem [c]. AEftate dein tota & autumni parte pleraque eodem nec aliter tenebamur carcere omnes. Etiam interim a procuratore illo regio primo, in Camera Stellata, cum aliis fruftra accufatus fui, nec tamen ibi alibive unquam, Deo Servatori gratias, reus peractus, nec pro legitime reo fane, opinor, ab eorum qui tribunalibus praeerant aliquo, revera unquam habitus. Paulo poft autumni initium, adventante termino S. Michaelis, qui Octobris nono femper incipit, judices illi regii cuncti (quatuor erant fatis noti) licet in me fociofque qualefcunque meos, ne aulae gratiam fibi non firmarent, infeftiores, nihilominus, ut acrimoniae interim fuae invidiam fummam a cordatioribus ac libertatis patriae amantioribus impenfe contracta, minueretur, nec ipfi, importuna amicorum noftrorum libertatis noftrae, per refcriptum illud *Habeas corpus* dictum, efflagitatione jufta, porro palam in foro Weftmonafterienfi turbarentur, non fine permiffu regio, formula quidem illa fponte ufi, praeter Joannem Eliotum equitem & Guilielmum Strodaeum armigerum, aliofque aliquot collegas meos carcerarios, me quoque coram eis 3 die Octobris in hofpitio Servientium ad Legem (quod diebus faftis domicilium eft alterum judicibus regiis) in Fletae vico fifti voluere, ubi nobis innuebant, fe jam carcere nos liberaturos, fed ea

[a] Lib. 1. D. Tit. de cuftodia & exhibitione reorum. [b] Term. Pafch. 5. Caroli. Rot. 33. feu Anni MDCXXIX. [c] In Regulis ejusdem fori Trin. 5. Caroli.

tantum

tantum lege, ut vadibus datis obligaremur singuli, tum ad comparendum coram eis ad diem praefixum, tum ad nos bene gerendos ergá dominum regem & cunctum populum suum (cum nec judicum ipsorum quenquam, nostrum aliquem male unquam se gessisse in rebus jam sic infauste & impotentet objectis aliisve, credidisse certissimum sit) idque sub mulcta gravissima; quae quidem formula forensis, ut jurisconsultorum nostrorum nescit nemo, ab eis tantum qui facinoris alicujus, atrocitati aut infamiae saltem proximi, crederentur rei, jure usitatissimo exigi olim solita, jam tandem (ex sycophantiis aulicis sic infelicissime inoleverat) a quibuscunque sycophantiis ejusmodi adversantibus, pariter saepius exigebatur. Nos igitur satis plerique unanimes, ne dignitati parliamentariae, qua ante frueremur, adeoque populi Anglicani libertati justae, per latera nostra sic petitae, nobisve plane innocentibus, nota aliqua indignior inde inuri videretur, ideo libentissime vades qui nobiscum, ad stato aliquo tempore comparendum, obligarentur, obtulimus. Et vades singulis praesto fuere, nec e vulgo. Sed ad nos bene gerendos in foro obligari quocunque modo, ratione jam dicta, ut sordes nobis indignissimas, & tunc & semper postea, qualibuscunque premeremur angustiis, prorsus renuimus. Adeoque altercationibus pauculis initis, quae judicibus, cancellos aulicos transgredi nullatenus audentibus, displicuere, in carcerem redigebamur statim pristinum. Abstinere nihilominus noluere amici (quibuscum intervallulo in hoc colloquium habueramus) quin rescriptum illud *habeas corpus* utcunque toties (nam quinquies aut sexies illud, utpote legitimi carceris mensura, adhibitum fuerat) sed frustra tentatum, nono Octobris instaurarent. Exhibuit me tunc inde, ut alios aliquot mei collegas, praefectus arcis, ubi procurator ille regius nos non omnino, quibuscunque vadibus datis, esse liberandos institit. Vades autem futuri, ut ante semper, praesto erant ultroneique. Mihi quidem heroes illustres Henricus nunc comes Bathoniae, Robertus comes Essexiae, etiam ejusdem ordinis alii, uti & nobilissimi viri, Robertus Cottonus, ille celeberrimus eques & baronettus, & Thomas filius ejus & haeres, aliique, nec e vulgo, qui se quoquo modo sub mulctae qualiscunque poena in libertatem meam obligandos sponte exhiberent. Sed formulam illam *de bono gestu*, ut nec ante, ita neque nunc, aut omnino postea concoquere quibam. Judices interim nunquam non unanimes & antiquum obtinentes, neque aliter quam juxta transactionem aliquam aulicam rem decerni volentes, libertatem non illibenter se permittere voluisse, professi sunt, modo simul, nec omnino aliter, nisi, etiam ad nos bene gerendos obligaremur. Etiam judicum tunc primarius, nisi illud faceremus, rescripti illius forensis, qui libertatis personalis omnimodae vindex legitimus est fere solus, usum omnimodum palam pronuntiavit (sui semper similis) nobis perpetuo in posterum denegandum. Quod ut odiosissimum juris prodigium scientioribus hic universis censitum. Et objecto ab advocatis nostris tempus circa octimestre carcere nos detentos fuisse, nec interim in jus illic omnino vocatas, respondit ille octimestre tempus illud in octennium migraturum, nisi formulae illae de *bono gestu* nos submitteremus. Huc spectat ordinatio haec judicum (regulam curiae vocitant) qua ipsissima causa ob quam jam carcere dignus ab eis credi viderer, expressim, ut in actis publicis, habetur [a].

Dies Veneris proximus post Octabas sancti Michaelis, Anno Quinto Caroli regis.

Turr. London. Dominus rex *versus* Joh. Selden. *Ordinatum est quod Johannes Selden remittitur Allano Apsley, militi, locum tenenti turris London, salvo custodiendus quousque curia ulterius inde ordinaverit, quia recusavit imponere ballium pro se bene gerendo. Per curiam.*

De nostrum caeteris parile tunc ordinatum. In carcerem igitur pristinum retrudimur. Die nihilominus 17 Octobris ejusdem, nomine meo, Edwardus Littletonus, vir clarissimus, doctissimusque, mihi semper in angustiis hisce amicissimus, & tandem eques, baro, & custos sigilli magni Angliae, ab eisdem in foro judicibus petiit, ut per rescriptum illud denuo illic ego sisterer, unde res rationibus iterum adductis enucleatiusque explicatis ventilata redintegraretur. Petiit instantius. Sed frustra; uti & ejusdem Octobris 20. Nec puduit tunc judices aperte dicere, nisi manu mea ante testarer, me obligatum fore ad *me bene gerendum*, rescripti ejusmodi mihi (quod itidem de reliquis pariter intellectum) usum haud fore, ne quidem ad me sistendum, postea ullum. Nec quidem sperabamus apud judices ejusmodi rem aliter successuram. Caeterum illuc jam deventum esse, nemo non videt, ut libertate satis ampla frui potuissem (uti reliqui mecum) si obligationi illi boni gestus submittere nos voluissemus. Quod & perpetuo nobis inculcatum pro subitaneo carceris remedio. Atque id adhibere quidem facillimum fuisset. Utcunque ob rationem jam ostensam, constantius semper illud rejiciebamus. Paulo post, seu Novembris in parte posteriori, defervescente ita aliquanto amplius ira aulica, literis a privati concilii proceribus ad praefectum arcis datis, jubetur, nomine regio, nos omnes arctissima, quae ante sic duraverat, custodia exuendos esse, adeo ut libertate intra arcis muros, certe non ita angusta, & laxo tum illic tum aliunde hominum commercio nobis dein frui liceret. Cujus quidem in causa plane fuit maxima, quod sumptibus regiis, dum arctius tenebamur, victum, pro more, satis quidem lautum sortiti, nostris dein omnino essemus alendi. Et puto me & collegas meos primos fuisse, qui sic custodiae traditi, eatenus unquam ex arce sic liberarentur citra libellos supplices tantundem desiderantes, sive regi sive privati concilii proceribus porrectos, a quibus ab ipsis custodiae initiis perpetuo abstinueramus. Libertas quidem illa qualiscunque nova haud ita placuit, quin mallemus inde (quoniam difficilius multo erat e custodiae ejusmodi arcis illius limitibus ullatenus, ut ex aliis fieri assolet, exeundi, pro tempore qualicunque, facultatem nancisci) in carcerem alium, dum de libertate legitima desperandum videbatur, migrare.

[a] Regul. Fori Regii Term. Mich. Anno Caroli R. 5.

Intra

intra hebdomadas dein binas aut circiter Guilielmus Strodaeus & ego haud aegre procuravimus, ut per rescriptum illud *Habeas Corpus* dictum, in carcerem fori regii Marescalciam dictum a judicibus jam dictis, non sine regio procul dubio permissu, transmitteremur. Quod etiam sine libello aliquo supplice sive ad regem sive ad alios factum, puto, sine exemplo erat. Sed & nostrum hoc reliqui illic tunc secuti sunt. Adeoque brevi inde omnes illuc sumus pariter transvecti. Eadem etiam causa quam in nos ante in arce Londinensi judices illi obtenderant, de in *bonum gestum* scilicet (quem utinam illi, qui ad melius se gerendos, qua judices fuere, plane obligabantur ipsi, omnino servassent) vadimonio, ut carceris sic novi sola obtinuit, unde nata ordinatio illa curiae hisce syllabis[a].

Dies Martis proximus post Octabas S. Hilarii Anno Quinto Caroli regis.

Dominus rex *versus* Joh. Elliot, militem, Milonem Hobart, mil. Joh. Selden, armig. Benj. Valentine, armig. & Guilielmum Strode.	*Ordinatum est, quod defendentes stabunt commissi Marescalciae hujus curiae, & remanebunt sub salva custodia, quousque imponant sufficientem securitatem in curia hic pro se bene gerendo.*

Ita quod paulo ante judices in transmittendis nobis in novum, id est, sibi proprium carcerem, fecerant, in curiae actis sub finem Januarii insequentis, seu initium termini Hilarii, pro more, firmari voluere.

IX. In Marescalcia deinde illa usque in Maium anni sequentis seu MDCXXX. (qui Caroli regis sextus erat) tenebar quidem, sed ita, ut pro more libertate potius, dum quasi pro libitu formulis aliquot facillime observatis, exibam redibamque, fruerer, quam carceris incommodo ullatenus premerer; studiorum rerumque aliarum usu liberrimo permisso. Scripsi illic praeter alia libellum de Successionibus in bona defuncti, cujus editionis tunc factae fronti injectum illud ex Prudentio de anima, parodicum, *Et sordes arcta inter vincla recusat*, quod ab amicis aliisque nec immerito acceptum, pro eo quod erat, me sordes quibus ad *bene gerendum* obligando me judices illi implicatum voluere, recusare, nec libertatem inde redempturum. Tunc vero etiam ex amicissima viri amplissimi Tobiae Matthaei equitis, apud nobilissimum Richardum comitem Portlandiae, magnum tunc thesaurarium Angliae, mei nomine procuratione, & beneficio summo inde transferebar in aedes aliquot satis commodas ad carcerem Westmonasteriensem, *the Gate-house* nuncupatum spectantes, unde etiam libertatem ejusmodi nactus sum, ut usque autumni Octobris initium, in aedibus nobilissimi comitis Cantii, Wrestae, in agro Bedfordiensi, me libere gauderem. Unde plane natum est illud viri summi Hugonis Grotii Maris Liberi circa cujus vindicias adeo se torsit impugnator (quam feliciciter judicent alii) autoris, meique meorumque supra meritum meum semper aestimatoris amicissimi, de me & libertate mea jam dictum elogium. Is Parisiis tunc agens in literis ad virum celeberrimum Nicolaum Pereskium senatorem Aquisextiensem in Septembri illo seu MDCXXX. datis, *Ex Magna Britannia*, inquit[b], *nihil habes boni post Marmora Arundelliana, nisi hoc unum, libero coelo frui virum optimum ac civem fortissimum, Seldenum, faventibus bonis omnibus*, sic ille. Sed vero Londinum atque in carcerem illum Westmonasteriensem, ego redux, termino ineunte Michaelis seu in Octobri, cum tentabat etiam amicissime vir celebris Joannes Mainardus jurisconsultus eximius, per rescriptum toties dictum, libertatem mihi redhibere (cujus ultroneum beneficium nunquam non agnovi) sed itidem frustra; quod apud judices illos aliter hactenus fieri nequibat. AEquum petebam, sed nil praeter iniquum a foro concessum. Is interim cum viris quamplurimis egregiis aliis oculatus erat eorum, quae jam diximus, testis. Intra dies dein pauculos in pristinam Marescalciae jam dictae custodiam remittebar, ubi haud aliter atque ante est ostensum, quoad libertatem, habitus sum. Frustra postmodum efflagitatis iterum iterumque judicibus, nec libello hactenus supplici ullo cuiquam porrecto, illic me alibique, quasi pro libitu, satis undiquaque fruens (licet haud sine accusatione nova & perridicula a procuratore regio in me de effugio, sed incassum omnino, instituta) degebam usque in Maium anni MDCXXXI. qui septimus erat Caroli regis. Tunc autem forensibus aliquot dissidiis gliscentibus inter heroes illustres Thomam comitem Arundelliae & Surriae, Joannem Salopiae, Henricum Cantii, & Philippum Pembrochiae, & Montis Gomerici comites, circa jus latifundiorum aliquot domus Salopiensis controversum, cujus ex opera ante plerisque eorum diligentius praestita, notitia penes me erat singularis, tum sui tum mei causa Arundelliae & Pembrochiae comites in aula pollentes impetrabant a rege, ut vadibus datis ad intra certum tempus in foro regio aut coram judicum aliquo denuo comparendum omnimoda interim gauderem libertate. Quod hac formula forensi in archivis[c] legitur.

London scilicet.	*Marr. Ball.*
Pro comparentia sua octabis Michaelis & interim ad comparendum coram capitali justitiario vel aliquo alio justitiario curiae super monitionem viginti dierum, ex parte domini regis relinquendam, ad domum mansionalem Willielmi Lee, Stationer, situatam in Fleetstreet, London.	*Johannes Selden de Interiori Templo London, armig. traditur in Ballium pro comparentia sua, Edwardo Herbert de Interiori Templo London, armigero, Thomae Gardiner de Interiori Templo, armigero.* Uterque plegiorum sub poena D. librarum. Et pars sub poena M. librarum.

Marr. Ball. abbreviatura est, significans quenquam Marescalciae illius carcerarium in *Ballium* seu per vadimonium liberari. Vadium hic meorum secundus anno jam superiori obiit, vir eximius, urbis Londinensis olim syndicus, eques, & regi dein procurator secundus mihique semper amicissimus. Prior, amicus mihi nunquam non charissimus, vir perquam egregius eques & pro-

[a] Regul. Fori regii anni Caroli regis 5. termini Hilarii.

[b] In Epist. ad Gallos 110.

[c] Scr. Finium Pasch. VII. Caroli regis.

curator paulo poſt regi primarius, etiamnum ſuperſtes eſt, & luculentiſſimus horum teſtis. Utrique in popularibus parliamenti, anni Caroli regis XVI. comitiis, procuratores; qui cum viris illis ſummis Littletono, Roberto Maſono urbis item Londinenſis ſyndico, Joanne Vaughano, aliis aliquot, mihi a conſiliis, in hiſce ultro ſemper fuere. Nondum ſcilicet, a regiis; ſequenti tempore a judicum aliquo non omnino monitus, ſed libero fruens undiquaque mihi otio, & in octavis Michaelis ſeu termini cognominis, id eſt, Octobris initio, juxta tempus condictum comparens, uſque in S. Hilarii terminum, qui Januar. 23. ſemper incipit, parili lege, ſed citra monitionem ſic aliquam interim relinquendam, liberabar. Atque ita inde a termino quoque ad terminum [a] inſequentem per annos Caroli regis ſeptimum, octavum, nonum, & partem plerumque decimi, opera etiam amiciori procuratorum primorum regis, viri praeſtantiſſimi Guilielmi Noyi, & Joannis Bankſii equitis, & iiſdem ipſis vadibus uſus, nec incommodo aliquo carcerario ullatenus diſtrictus, prorogabar in Januarii exitum ſeu S. Hilarii termini anni regii decimi (qui ſtylo noſtro Juliano Chriſti eſt MDCXXXIV.) initium, quo ſed nec ſine libello ſupplice regi circa menſem ante porrecto (neque ante ullum omnino unquam porrexeram) impetrabam, nec ita difficulter, ut vadimonium ſic non ulterius obirem. Beneficium hoc libenter agnoſco, autores habuiſſe Guilielmum antiſtitem Cantuarienſem, & comitem Portlandiae, Angliae theſaurarium. Scilicet obligatus in termino S. Michaelis ad comparendum in S. Hilarii initiis, tunc me ſiſtens obligatione ejuſmodi omnimoda futura liberabar. Quod ex formula hac in actis publicis [b] reperta liquet.

Ad quem diem comparuit & exoneratur per curiam, &c.

London ſcilicet.	*Joannes Selden de Interiori Templo armiger, traditur in Ballium pro comparentia,*
Uſque octabas S. Hilarii; ad quem diem comparuit & exoneratur per curiam, &c.	*Edwardo Herbert de Interiori Templo praedicto armigero, Thomae Gardiner de Interiori Templo praedicto armigero.* Uterque plegiorum ſub poena CCL. librarum. Et pars ſub poena D. librarum.

Ubi obligationi forenſi priſtinae, liberatio tunc inſequens adjecta.

X. Carcerum meorum hactenus initia ac durationes, libertatis intervalla, vadimonia carcere omnimodo vacua, eorundem appendices & aulicas & forenſes, ex archivis aliiſque teſtimoniis clariſſimis, enarravi. Neque unquam omnino mihi carcer alius aut cuſtodia. Neque in ulla unquam retentus ſum diutius, aliter, aliove tempore, aliamve ob rationem, quam indicavi. Sed vero nec in carcerum horum ullo, de Mari Clauſo aut Claudendo, aut de rebus omnino maritimis meditabar, aut ullatenus cogitabam, nedum quid illuc tendens ſcribebam. Opus ſcilicet ipſum circa biennium, ut oſtendimus, ante carcerem mihi ullum, ſcriptum eſt. Libri illi de Succeſſionibus in Bona & in Pontificatum, de Jure Naturali & Gentium juxta Ebraeorum placita, Uxor Ebraica, Titulorum Honoris editio ſecunda in arcis Londinenſis otio tantum affectati, poſtmodum in carceribus reliquis & in libertate, juxta ante dicta, ſequente abſoluti ſunt. Ne quidem ſic aut in carcere aliquo, aut in libertate vadimoniis temperata, ulla habita Maris Clauſi, quod neglectum per annos complures in tenebris jacuerat, ſive ratio ſive memoria. Inclinante dein anni MDCXXXV. tempore verno, ſeu quatuor amplius menſibus poſtquam ad comparendum quater quotannis in foro regio obligari deſieram, emergentibus de jure regis maritimo, etiam qua ſubditos ſpectaret, quaeſtionibus aliquot, proceres nonnulli apud regem praepollentes, quibus ſcriptum illud olim fando auditum fuerat; in lucem revocandum cenſuere, adeoque regem perſuadebant, ut editionem mihi injungeret. Unde brevi recognita emendataque (ut in epiſtola ad regem dedicatoria) ex juſſu regio, qui jam cum proceribus illis ſcriptum inſpexerat, typis eodem in anno prodiit. Totius tum ſcriptionis, tum cuſtodiae, carcerum, & libertatis hiſtoriolae en tibi ſummam breviuſculam. Mare Clauſum

Ante annum MDCXVIII. inchoatum eſt.

Anno eodem primo abſolutum & Jacobo regi porrectum.

MDCXIX. Mihi reſtitutum.

Junio MDCXX. Cuſtodia mihi prima per hebdomadas quinque ſub Jacobo rege.

Martii IV. MDCXXVIII. Cuſtodia mea ſecunda ſeu carcer in arce Londinenſi ſub Carolo rege.

Novembri MDCXXIX. Tranſmittor in Mareſcalciam fori regii, tantum quia nollem formulam forenſem de me bene gerendo obligativam ſubire.

Per aeſtatem MDCXXX. Intervallo fruebar libertatis, de quo ſupra loquitur vir ſummus Hugo Grotius.

Tunc remittor in Mareſcalciam jam dictam.

Maio MDCXXXI. liberor, vadibus ad denuo tempore ſtato comparendum datis.

Poſtea ſeu MDCXXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV. nunquam in carcerem aliquem redux. Sed, prorogato per annos aliquot ſic vadimonio.

Januario MDCXXXIV. Vadium deſiit uſus.

Circa Junium MDCXXXV. recognitum, auctumque typis poſtea prodiit.

Nec quidem verbulum recognitionis illius alibi ſcriptum eſt, cogitatumve quam in muſaeis meis, nunc Interioris Templi (ubi amanuenſis mihi in codice regi tunc porrigendo operam praeſtitit vir doctiſſimus Henricus Jacobus) nunc aedium vicinarum Carmeliticarum, nunc Wreſtae in agro Bedfordienſi, nec unquam ante tempus jam deſignatum, nedum in carcere aliquo aut cuſtodia. Horum ſingulorum teſtes ſic fuere viri illuſtres, nobiliſſimi, alii non pauci.

XI. Atque iidem ſane aliique non minus teſtes fuere, me ut alieniſſimum perpetuo ab ambitione aulica omnimoda fuiſſe, ita & in ſtudiorum ratione qualicunque genio meo nunquam non fuiſſe indulgentiſſimum, atque inter turbationes illas conſtantiſſime, & animo ſedato ſemper ſuſque deque eas habentem, perpeſſum eſſe, nec omnino veluti *famelicum* libertatis *in carcere colonum domino* ullatenus ad lucrandam eam adulatum eſſe, nedum *ut carcerem exirem, appuliſſe animum ad ſcribendum* aut *negotium mihi datum credidiſſe*,

[a] Scr. Finium 7, 8, 9, 10. Caroli regis.

[b] Scr. Finium Michael. 10. Caroli.

domino

omino *ut placerent quas fecissem* (faceremve) *abulas*, quale est convitium ante ostensum illud, t odiosissimum calumniosissimumque, ita mentacissimum. Cuiquamne credibile (qualescunque nihi alias mores) me, qui per sesquiannum amplis carceris incommoda, nec fateor sine commodis atis libertatis intervallis aliquot, perpessus essem, dque (ut intra tempus paulo amplius semestre venit) rationem aliam ob nullam, quam quod ormulam illam obligationis forensis de *bono gesu*, ut rem mihi nimis foedam visam (licet non aucis quasi nihili haberi solitam) subire abnueem, nec de favore aulico unquam solicitum, deo existimationis secundum integritatem honeae, quam mihi ingenuitate animi summa (absit ividia verbo) nunquam non tu atus sum, adeo ordide negligentem fuisse, aut esse potuisse, ut ve *fabulas* sive alia *ut domino placerent* sycohantae instar scriptitando, libertatem mihi meritum esse, quam tam facili pretio, juxta jam icta, redimere quoquo tempore potuissem? Cer-, dum verba sic fieri vult calumniator de *fabulis d placendum fictis*, nemo, opinor, non intem ex jam ostensis videt, *fabulas* adeo temere *cisse* ipsum (licet non ut carcerem exiret) de *uperrime scripsit in Petro Burgo, de capitulis* u *lemmatibus praerogativae regiae Stamfordiais*, de *carcere* meo, & *Maris Clausi* scriptione, alias intertexam, ut *id sibi negotii credidisse ideatur, solum dari POPULO* (ut *Terentius* oi restituatur) seu nescio cui alii, *ut placerent uas fecisset* sic *fabulas*. Congeneres sunt etiam libris ejus illis quinque in Mare Clausum scrip-, licet satis populo placere sane nondum visae nt, saltem non omnes, cum tot per annos delierint libri illi, necdum a gravissimis prudenissimisque ordinibus typis permissi. In quibus iam memini eum scribere [a] *Mea in scripto illo que sibi neque ulli unquam cordato viro probam iri.* Forsan! sed cordati quorum sodalitio ita adsciscit, semper unanimes non sunt. At ro & typis prodituros libros etiam illos jam auo, de successu haud omnino solicitus.

XII. Istiusmodi autem & procaciora alia similia, quibus lectori sive aequo sive iniquo facile sa- est pro judicio suo & adfectu (nam consociari orum utrumque solere nemo nescit) decernere e in libris illis quinque sive in Vindiciis in Burm intersperfa aequanimiter omnino (cum scripm sit intactile nullum) fero, uti pariter nullo gotio satis ante tuli Joannis Isaaci Pontani histographi regis Daniae, Discussionum historicam libros duos [b] in Mare Clausum conscriptos, iam & Claudii Morisoti Divionensis, viri quim octissimi [c] in Mare Clausum argumenta quacunque facetiasque. Hi enim non convitiis me opprobriisve ullis, quantum memini, usi, n controversam ita solum, pro genii ingeniique crimine tractant, ut lectoribus non imparibus, i intueantur, judicare sit facillimum. Quale idem pariter dicendum de viris longe eximiis quot, quibus haud placuit tentamentum me- [d] (de quo obiter hic dicere liceat) circa senn legis 9. Ἀξίωσις *D. tit. de lege Rhodia* ex interpunctione nova, diversum ab ante recepto eruendum. Legis scilicet illius, in disputationibus de dominio maris veluti praerogativam sortitae, verba variatim intellecta sunt, ubi in responso Antonini Pii Augusti ad Eudaemonem in mari AEgaeo naufragum conquerentem ipsumque κύριον βασιλέα, *dominum imperatorem* nuncupantem, legitur in Florentinis, Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης· τῷ νόμῳ τῷ Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται· quod interdum in ipso [e] Digestorum corpore vertitur *Ego quidem mundi dominus, lex autem maris; lege id Rhodia, quae de rebus nauticis praescripta est, judicetur, quatenus nulla nostrarum legum adversatur.* Sic Volusius Maetianus, qui responsum illud ex lege Rhodia factum retulit, forte etiam imperatoris jussu ejusdem auctor. Nam inter primarios erat & Antonino huic & divis fratribus [f] consiliarios. Ex eo in Digesta recepta est lex illa integra, quae Graece quidem sic habetur in Florentinis editis, aliisque inde ortis editionibus, parili cum interpunctione. Sed in scriptione veteri interpunctiones ejusmodi abesse solere nemo nescit. Versio autem in Florentinis est nulla, uti nec in Ludovici Charondae editione [g]. Atqui in editionibus aliquot eisque accuratioribus [h] vetustioribusque vertitur, *Lex autem maris. Lege Rhodiorum judicetur nautica, in quibus nulla nostrarum ei lex adversetur.* Etiam in aliis [i], *Lege Rhodiorum judicentur nautica.* De lectione Graecorum vix dubitatum est, antequam vir doctissimus Samuel Petitus [k] pro ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης reponi maluit ὁ δὲ ἄνεμος τῆς θαλάσσης, adeo ut imperatorem respondisse vellet, *Se quidem mundi dominum esse, sed ventum maris esse dominum.* Quae emendatio adeo viro summo Claudio Salmasio placuit, ut adjecerit [l] *Quam si non occupasset, non aliter poteram cogitare, nec aliud excogitare.* Ego vero haud libenter olim admittens, verbum illic immutandum esse ullum, tentabam potius, aut ex alio verborum intellectu aut ex interpunctionis discrimine aliquo sensum elicere commodiorem, adeoque aut ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης vertere, *sed vero hujusmodi*, seu *illa lex* seu *mos maris est*; aut legere ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῷ Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς, &c. & vertere *Sed vero lex seu mos ille maris ex lege Rhodiorum nautica judicetur seu decernatur, quatenus*, &c. Certe secundum conjecturam meam priorem, quam pluribus annis ante praeiverat, vir praestantissimus, Joannes Bertrandus praeses Tholosanus, qui expressim vertit [m] verba illa, *Haec vero lex maris.* Et de lege quae sequitur ibi Rhodiorum nautica, τὸν νόμον ibi sumere videtur; cujus sensui quidem consoni itidem sunt & Alciatus [n] & Cujacius [o] qui inquit in L. ἀξίωσις *D. de lege Rhodia eleganter Antoninus ait terram suis legibus, mare legibus Rhodiis regi* (cum interim utriusque dominus esset, ut alii principes populique.[p]) *quatenus nulla eis legum suarum adversatur.* Nec quidem aliter ferme Dionysius Gothofredus, qui interpungit, ὁ δὲ νόμος, τῆς θαλάσσης, *lex autem, maris.* Intra biennium ve-

[a] Lib. 5. cap. 3. [b] Hardovici Celrorum MDCXXXVII. [c] Orbis Maritimi histor. lib. 2. cap. 18. Divione MDCXLIII. [d] i Mari Clauso lib. 1. cap. 25. [e] Parisiis MDLXVI. Antwerp. MDLXXV. Dionys. Gothofred, &c. [f] Capitolinus in Antoninis L. Divi. 17. D. tit. de Jure Patronatus. Politian. lib. 5. epist. ad Jacobum Modestum. [g] Antwerp. MDLXXIX. [h] Parisiis MDXXVIII. Lugduni MDLVII. &c. [i] Lugduni MDLXXXV. &c. [k] Miscell. lib. 3. cap. 11. [l] Libro de modo Usurarum cap. 6. pag. 204. [m] In Biinomico in Volusio Matiano pag. 67. [n] Dispunct. lib. 2. cap. 5. [o] Ad P i Sentent. 2. tit. 7. [p] Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis, lib. 2. cap. 3. §. 13. & notata illic.

ro

ro poſt editionem meam, vir doctiſſimus Jacobus Gothofredus, Dionyſii filius, patre optimo digniſſimus, in Hypomnemate ſuo de imperio maris, priorem conjecturam meam haud admittendam (& forſan merito) vult, ſed interim eandem mecum, in ſecunda, lectionem, licet non ſine metatheſi aliqua vocum quae ad rem non faciat recipiendam. Ita enim ille, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω, ἐν οἷς, &c. vertitque, *Sed tamen jus maris ſecundum legem Rhodiorum nauticam judicetur, in his* (videlicet) *in quibus*, &c. ubi verſionem noſtram *quatenus* reprehendit, quaſi τῷ ἐν οἷς non reſpondentem. Certe in editione paterna, ejuſdemque a filio[a] inſtauratione, *quatenus* etiam illic ſubſtituitur. Ita quidem ille mecum in lectione illa ſatis omnino conſenſit. Ita etiam eruditiſſimus Thomas Rivius[b]. Sed vero lectio ejuſmodi prorſus diſplicuit praeſtantiſſimo Salmaſio[c], qui Petito in τοῦ νόμος mutationem in ἄνεμος, omnino conſonus, ſequentia verba ſic legi vult τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τὰ ναυτικά, *lege Rhodiorum judicentur nautica*, quorum verborum ſenſus ut plane verus eſt (quod ex Hermenopulo[d], Docimio[e], aliis ſcimus) ita etiam ipſiſſima quaſi verba, velut hic legenda habentur in legum Rhodiorum navalium margine[f]. Certe & verſio illa, quae in editionibus aliquot Digeſtorum occurrit, *lege Rhodiorum judicentur nautica*, firmare videtur, interpretem ſic in Graecis ſuis legiſſe. Noſtram autem illam lectionem ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ, &c. *lex maris lege Rhodiorum judicetur*, ideo etiam rejecta eſt[g] velut abſurda nimis, nec auribus nec mente ſatis percipienda, ex eo, quod *legem lege judicari* in locutione nullo modo ſit admittendum. Certamen nullatenus ineo. Sed nondum equidem didici, non poſſe proprie ſatis dici *legem*, altera in notione, κρίνεσθαι, *judicari* ſeu *decerni lege*, in altera. Supponitur hic legem fuiſſe tam Caeſaream velut generalem maris, utpote Romani imperii partis, quam legem Rhodiam quae in rebus nauticis obtinuit, etiam velut Caeſarea, licet Rhodia, ab origine, exiſtens, quoties Caeſarea non adverſaretur. Num quid obſtat, quo minus dici poſſit *lex* ſeu *jus noſtrum maris dijudicetur* ſeu *decernatur lege* ſeu *jure Rhodio* ſeu *juxta illud*, cum exceptione adjecta? Sane *leges & jura quenquam judicare*, ſatis cernitur in illo Homeri[h] οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, & jura hoc vel illo jure, velut alio, judicare in Heſiodi[i] illis ---- δίκῃ δ᾽ ἰθύντε θέμιστας, & ---- σκολιῇς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας. Qualis ferme τοῦ κρίνειν uſus in rebus, ut bellicis, ita & medicis, in quas e foro vocem (ut vult Galenus[k]) tranſtulit antiquitas. Atque in ſenſum quem attulimus, *jus, lex, animadverti*, uſurpari videntur in illo Trajani Auguſti[l] ad Plinium, *Quo jure uti debeant Bithyniae vel Ponticae civitates in iis pecuniis, quae ex quaque cauſa reipublicae debebantur, ex lege cujuſque animadvertendum eſt*. Videtur non male dici, maritimum Angliae jus decerni, definiri, debere judicari, jure Caeſareo & Uliarenſi, ſeu ſecundum illud, aut ex eo quatenus lex Anglica illi nulla adverſatur; uti & *Luſitanica*[m] jura, in rebus non ſacris, jure Caeſareo, ubi jus patrium non obſtat, & jure in gloſſis Accurſii a doctoribus non damnatis reperto, & opinionibus Bartoli, ubi quaeſtio in jure Caeſareo non expreſſim definitur. Quale eſt, jus vetus Romanum decernendum jure XII. tabularum ſeu Attico; ubi aliud non adverſum; etiam & illud in legis hujus explicationem a Cujacio[n], allatum, *Romano jure uti nos Gallos quatenus ei lex Gallica non adverſatur*. Certe & dempto punctulo illo in Latina verſione vetuſtiore, ipſiſſima, juxta verſionem noſtram, habetur illic lectio, *lex autem maris lege Rhodiorum judicetur nautica*, id eſt, ut Accurſius *judicando ſervetur*, quaſi ille etiam ſic ſenſu continenti, ſine interpunctione, in Latinis ſuis legiſſet. Interpretes interim ibi (maxime Baldus) imperatorem dici tam maris quam telluris dominum admittunt, & de conſuetudine marina ex lege Rhodia judicanda, locum tantum capiunt, non omnino de dominio maris imperatori negato, quaſi mundi pars illa non eſſet. Utcunque autem ſe res haec habuerit, & quicquid de ὁ ἄνεμος ibi ſit ſtatuendum (neque enim mutationi illi locum dari voluit Hugo Grotius[o]); lectio illa κρινέσθω τὰ ναυτικά, adeo eſt veriſimilis, ut ad tentamina illic mea aſſerenda nihil adjecero. Tractat hanc rem impugnator in Vindiciis[p] adverſus me ſuis. Viderit lector, quem ſolum appello. Tantundem pro more meo facio de theologis aliquot petulcis meorum nonnulla inſulſius & olim & nuperrime carpentibus. Operae pretium mihi ſane nunquam viſum eſt, ſed nimius otii abuſus impugnationibus ejuſmodi, apud ſcriptores ultro polemicos & cavillandi pruritu laborantes, immiſceri ſolitis ullatenus conturbari. Et pronior ad ſerram contentionis reciprocandam nixus, in animi ingeniique morbum veritati plerumque inimiciorem vergit. AEquanimum mihi ſemper fuit, ſive mecum quis ſentiat, ſive diſſentiat. Etiam ut ex diſſenſu ſtolido tam firmetur quiſquam ex cordato & docto corrigatur, ſubinde evenire ſolet. Et pro rationum alterutrinque allatarum pondere ſtent omnia, cadantve. Perinde fere eſſet, ſi aliter facerem, anxius urgeri, quoniam quis me brevior, procerior, craſſior, macilentior, voracior, bibacior, mihi diſcolor, aut quid ejuſmodi eſſet. Ut regereretur igitur quidquam ſcriptoribus ejuſmodi, adeo opus eſſe nondum duxi. Certe neque hic in convitii falſiſſimi, quo ita laedor, compenſationem convitium regero; quanquam, juxta philoſophum[q] οἱ ἀντιποιοῦντες οὐχ ὑβρίζουσι, ἀλλὰ τιμωροῦνται, *referentes non faciunt contumeliam, ſed ulciſcuntur*. Ultoris nomen honeſtius. Convitiatoris odioſum. Famoſi libelli & ſcurrarum plauſtrique convitia ſunt inter ea quae cum ſpreta exoleſcant, prorſus ſunt contemnenda. Atqui impugnatoris hujus, utpote viri & doctrina & dignitate adeo eminentis, contumelioſiſſimum hoc convitium, infamandi cauſa, ſic egeſtum, ac velut ex inſano nimis ac malicioſiſſimo carceris, ſcriptionis liberationis temporum, horumque cauſarum anagrammatiſmo natum, non aeque publice ſcriptis, ſecundum integritatem Vindiciis retudiſſe, nimium vecordis plane & famae pariter infamiaeque impenſe prodigi fuiſſet. Vale LECTOR.

Ex aedibus Londini carmeliticis Kal. Maii Juliani, MDCLIII.

[a] Coloniis Allobrogum MDCXXIV. [b] Hiſt. Naval. Med. lib. 3. cap. 38. [c] Lib. de Modo Uſurarum cap. 5. pag. 201. [d] Prochir. lib. 2. tit. 11. [e] Juris Graec. Rom. tom. 2. pag. 278. [f] Ibid. pag. 265. [g] Vide etiam Arnoldum Vinnium in Not. ad Petri Peckii Nautica pag. 276. [h] Iliad. π. [i] In ἔργων α. [k] De Criſibus lib. 3. & in Prognoſt. Hippocratis comm. 3. [l] Lib. 10. epiſt. 110. [m] Ordonacones de Portugal lib. 2. cap. 5. [n] Ad Sentent. Pauli lib. 2. tit. 7. [o] In Sparſione Florum ad tit. de Lege Rhodia. [p] Lib. 4. cap. 6. [q] Rhetoric. 2. cap. 2.

F I N I S.

MARMORA ARUNDELLIANA;

SIVE

Saxa Graece incisa,

Ex venerandis priscae Orientis Gloriae Ruderibus,

Auspiciis & Impensis

Herois Illustrissimi THOMAE,

Comitis Arundelliae & Surriae, Comitis Marescalli Angliae,

Pridem vindicata,

Et in aedibus ejus hortisque cognominibus ad Thamesis ripam disposita.

Accedunt INSCRIPTIONES aliquot

VETERIS LATII,

EX

Locupletissimo ejusdem Vetustatis Thesauro selectae.

Auctariolum item aliunde sumptum.

Publicavit & Commentariolos adjecit

JOANNES SELDENUS, J. C.

Ipso rore mihi seges est, quo gramen onagris. Prudentius.

Viro Clarissimo & Doctissimo

PATRICIO JUNIO,

Bibliothecario Regio S. P. D. *JOANNES SELDENUS.*

TAM assidua, suavissime Juni, & amica comitate, in amplioribus Arundellianarum Inscriptionum exscribendis & fugientibus earum vestigiis feliciter revocandis mihi socius aderas, tamque docte & ingeniose id quod tuum erat praestabas, ut earum jam ex marmoreis autographis (quae nobilissimi herois, cujus nomine passim ipsa editio superbit, erga bonas artes amori & magnificentiae nos cum toto orbe literario deberi gratulantes agnoscimus) in chartaceam lucem prodeuntium aut me dominum in solidum venditare, aut te, etiam cum acuminis & eruditionis praerogativa, partiarium non profiteri, piaculum foret nulla sane expiandum hostia. Fruere igitur quod ita jure optimo tuum est; atque adeo libenter agnitum ut ne meum quidem, quicquid illud hic porro fuerit, non item tuum esse feram. Exigit ferme mos ut non sine dedicatione emittantur libelli. Quantum igitur eo titulo transferri potest, tantum omnino tuum facio. Nam utcunque hoc seculo, quo tum censore opus est tum aruspice nobis, donaria hujusmodi non raro prodiguntur magis quam rite collocantur, ab adulante scilicet editorum turba, quae propense nimis mittit lapides in acervos Mercurii, & tam fastidiosa nequitiae mancipia quam splendida ignorantiae & vecordiae pegmata bonarum literarum fructu, non minus ambitiose quam improvide, ne dicam impie, interdum dignatur; ego necdum omnino volui hac in parte reus esse. Ideoque cum delectu singulari etiam nunc te huc adscivi. Ingenium nempe sagax, liberale, & prudenter temperatum, judicium perspicax, praeter morum suavitatem cum probitate conjunctam (quibus si adest insuper eruditio qualis tua est, ne ipsa quidem praestantiae corona hic abest) hominem cui haec sacra fieri oportet, adeoque te, mi Juni, vere constituunt. Et accedit porro tum perpetua amoris inter nos reciprocatio, tum non infrequens studiorum ejusmodi, quibus humilius nostrum & innocentius vitae genus etiam jucundius multo fit, communicatio. Ita non modo egregio virtutum merito, verum etiam peculiari consuetudinis, amicitiae, societatis jure locum hunc occupas, qui eo honoratior est quo te minus habeatur indignus.

Editionis

Editionis Anſa, Cauſa, Conſilium.

SUB anni ſuperioris Epiphaniis ex Aſia advecta ſunt ad illuſtriſſimi Comitis Arundelliae aedes marmora aliquot ſatis ampla, mutila & diſrupta, ſed Graecis literis plerumque inciſa. Ex cimeliis illis erant quae accepta ferimus feliciſſimae procurationi & ſummo cum judicio praeſtitae v. cl. doctiſſimique Guilielmi Pettaei, qui ante annos aliquot a Comite, pro flagrantiſſimo ejus & incomparabili erga nobiliores artes veteremque Graecorum nitorem amore, in orientem ad illud negotii non ſine honeſto commeatu miſſus, inſigni id genus mercium frequentia (ut ſtatuas, figuras inſculptas, numiſmata, & quae ſunt ejuſmodi caetera ſelectiſſima praetermittam) geſtionis cui praeficitur ſumptus effuſiſſime repenſat. Cum primum inviſerat ea vir praeſtantiſſimus Robertus Cottonus, condus ille ac promus vetuſtatis longe locupletiſſimus, ad me advolat, & impenſius inſtat ut mane proximo (nam provectior nox erat) ad Graeca illa arcana eruenda me totum accingerem. Libentiſſime annuo. Sed ut expeditius res abſolveretur, rogo ut in operae ſocietatem adſciſcerentur amici communes, eruditiſſimus Patricius Junius Bibliothecarius Regius, & multijugae doctrinae ſtudiique indefatigabilis vir Richardus Jameſius. Utrique condicit ille. Illuceſcente die craſtino, convenimus triumviri in hortis Arundellianis, ubi Smyrnaeorum decreta, & foedus ab iis cum Magneſiis, ad Seleuci Callinici Aſiae regis majeſtatem tutius conſervandam, percuſſum, in ſtela variatim diſrupta primo comperimus. Fragmenta ſuis locis commiſſa longitudinem pedum VIII & pollicum binorum, latitudinem pedum III poll. V, craſſitiem pollicum VIII exhibent. Scriptura autem, cujus lineae utramque oram contingunt, longitudinem pedum VII & pollicum VI occupat. Lavando & ſaepius detergendo lectioni accommodam reddimus, mutuas tradimus operas, & demum quae reliqua erant exſcribimus. Hiatus enim & lacunae, ut in edito exemplari videre eſt, haud ſunt infrequentes. Sparſa ſtatim eſt, ut fieri amat, de Aſiatico hoc monimento fama; & percrebuit paſſim deſiderium ut exemplaria ejus communicarentur; quod non minus juſte etiam amiciſſimis negavi ego, quam a curioſioribus efflictim concupiebatur. Verebar enim, idque meritiſſimo, ne ea quae ex marmore mutilo accuratius deſumpta erant, & ad veritatem lectionis exacta, hiatibus interim ſcatentia, iterata ſaepius inter tranſcribendum amanuenſium incuria in depravatiſſima, ut evenire ſolet, cito degenerarent. Quod ne fieret, atque ut amicis tamen, qui deperibant ea efflagitabantque, interea ſatisfacerem, editionem promitto. Eam dum meditor, alias item in eiſdem hortis pretii non vulgaris viſendas inſcriptiones adjungere viſum eſt: Maxime vero marmoreas Graecorum veterum epochas, mutilas illas quidem (quod inprimis dolendum eſt) ſed ejuſmodi interim ut in hoc literarum genere plurimi, idque plurimis nominibus, ſint merito aeſtimandae. Etenim nullus reperitur in toto orbe codex qui compluribus ſeculis eis non cedit. Et autor eorum ipſe anonymus ſeculis etiam pluribus vetuſtior eſt vetuſtiſſimo eorum quos injuria temporis nobis non invidit chronologorum. Graecos intelligo, qui ſcriptis ſuis ex primario inſtituto tempora dinumerarunt, in queis locum principem, ſive aevum ſpectes, ſive viri autoritatem, obtinet Euſebius, quem quingentis amplius annis antevertit hic noſter, uti ex apparatu noſtro chronologico ſatis ediſcitur. Imo nec Hiſtoricus habetur Graecus, Herodoto, Thucydide & Xenophonte exceptis, cum iis quorum opera plane interciderunt, cui non multum praecedit antiquitate. Neque alibi, ſive in vetuſtis codicibus ſive marmoribus, praeter aliud unicum quod Arundellianorum eſt XVII, antiquiſſima illa numerandi formula per I Π Δ 𐅄 H 𐅅 X pro I V X L C D M occurrit, ſi Herodianum περὶ ἀριθμῶν excipias, qui eam uti obſoletam ſolus, quod ſciam, Graecorum meminit. Mos ille Atticus erat, principalem nominis numeri literam ponere & ſignificare numerum; Π ſcilicet pro Πέντε V, Δ pro Δέκα X, 𐅄 pro Πεντήκοντα L, H pro Ἑκατὸν C (nam H ipſa ibi aſpiratio eſt) & pro Χιλίοις XM, adeoque I pro unitate, quae vocabulo, ni fallor, ἶς ſeu ἲν olim, uti poſtea εἷς & ἓν, ſignabatur. Atque ad hanc rationem intelligendus, puto, eſt Scaurus Grammaticus & corrigendus, ubi H *& eſſe literam ſcribit, & apud Graecos quoque fuiſſe; quod ſignificant Attici, qui principes literas vocum, a quibus earum nomina incipiunt, numeris notantes, hac quoque in eadem ſignificatione utantur. Nam quoties unum notant* M *&* A *literam ponunt, quoniam apud illos* M *&* A *dicitur,* δύο Δ, τρία T. *Sic &* ἑκατὸν, *id eſt, centum,* H *litera notant.* Monſtrum eſt non ſolum quod de M & A hic legitur, ſed etiam quod de Δ & T. Ubinam ejuſmodi apud Graecos dinumerationis aut vola aut veſtigium? Corruptis Scauri Graecis, ut fieri ſolitum eſt, tam elementis quam vocabulis, quae hic locum habuere, ſubſtituebant, puto, ignari & oſcitantes librarii illa δύο Δ, τρία T, mentem autoris minime aſſecuti: M autem & A portentoſe forte infarciebant, quoniam cum quid ibi vere ſcribendum eſſet ne hariolari quidem potuerint, illa ex veteri ſcriptura depravata exarare, ut fit, eis viſum eſt. Scripſiſſe potius opinor Scaurum, *Quoties unum notant* ἰῶτα *literam ponunt, quoniam apud illos* ἶς *pro* A *dicebatur;* πέντε Π, δέκα Δ, *ſic &* ἑκατὸν *&c.* Sed hoc obiter. Quinetiam Chronologica haec ſtela in inſcriptionibus quae hactenus repertae ſunt pauciſſimas habemus annoſiores. In Latinis, fateor, Duiliana illa, ſi nimirum genuina eſt, & altera ante decennium ad portam Capenam effoſſa, quae elogium eſt L. Scipionis Barbati F. a v. cl. Jacobo Sirmondo explicatum, triginta aut circiter annis hac antiquiores ſunt. Et in Graecis forſan habentur aliquot ejuſmodi apud Janum Gruterum. Caeterum quanquam nonnullae ita tempore hanc praecedunt, attamen ad unum omnes, quotquot omnino viſae ſunt, niſi nimium me fallat ratio, huic unicae, ſi rei quam docet excellentiam ſpectes, multis paraſangis ſunt poſtponendae.

ponendae. Quod ferme dicendum est etiam de Smyrnaeorum & Magnetum stela, quae epocharum marmore annis amplius viginti recentior est. Neque enim tam integras & expressas decretorum simul & foederis formulas Graecas tamque vetustas alibi comperimus; ut quae caetera ad historiam Seleuci temporum attinent, hactenus prorsus ignota, omittam. In illa autem epocharum describenda opera complurium dierum collocata est. Obscurior nempe est, elementis saepius omnino detritis, fugientibus saepius. Has tamen, & perspicillorum usu adjutus & assiduo acumine & judicio suavissimi amici Patricii Junii, post bene multas iterationes, in quantum fieri potuit, revocavi. Insignem autem chronologici hujus marmoris utilitatem nemo non fusius agnoscet, nisi qui accuratiores temporum rationes, sine quibus nec consilia, nec res gestae rerumve successus, quae omnia primaria sunt civilis scientiae documenta, recte deprehendi queunt, plane negligendas esse minus cordate putet. Nobiliores in hoc habemus epochas annorum MCCC aut circiter, ab initio scilicet Attici sub Cecrope imperii usque ad tempus quod annis aliquot Alexandrum magnum proxime antecedit; ad quem saltem etiam autorem descendisse verisimillimum est. Stelae enim hujus (cujus latitudo est pedum II pollicum VII; latus quod dextram respicit pedum II, pollicum XI; quod sinistram, pedum III, pollicum VII; & crassities pollicum V) pars inferior, uti ex descriptione nostra scire etiam licet, oblique abrupta disparuit. Coaevi autem fuere (de Graecis loquor scriptoribus atque viris aliquo eruditionis genere celebribus, & non tam de momentis temporum quam de integro seculo) hisce marmoreis inscriptionibus binis Theophrastus, Menander, Pyrrho, Cratinus, Theocritus, Aratus, Apollonius Rhodius, Lycophron, Nicander, Epicurus, Zeno, Berosus, Cleanthes, Callimachus, quibus & Hellenistas illos qui LXX seniores dicuntur adjicias, ut alios minorum gentium praeteream. In utrisque typis mandandis ita lineas repraesentari curavimus, & numeris signari, &, qua fieri potuit, justam hiatuum & lacunarum proportionem exhiberi, ut tum facilior esset lectori & sua de iis supplendis conjectura, tum lineam aliquam in ipsis marmoribus, si invisere ea libuerit, citius invenire. Hisce adjungere item volui praeclaras illas C. Antonii Septimii Publii citharoedi victorias, e quibus etiam nonnulla, quae densissimis tenebris hactenus in certaminum Graecorum recensione obducta sunt, & viris doctissimis fuere cruces, lucem accipiunt non contemnendam & expediuntur. Plurima alia in pretiosissimo illo thesauro Arundelliano, quae omnia pristini aevi studiosis grata fore non dubitavi, uti & paucula quae penes me descripta in adversariis habebam, adjicienda censui. Atque ita tandem promissi reus, etiam cum foenore, fidem libero. Quod ut amplius esset, tam commentariolos aliquot quam versiones adjungo: ad epocharum scilicet sensum aperiendum, apparatum chronologicum, quo annorum quibus usus est autor rationes demonstrem; notas historicas ad breviusculas historiarum periochas illustrandas, praeter canonem chronicum, quo autoris mentem in annis potissimum periodi Julianae (quae communis est & perquam certissima temporis mensura, quam etiam linguam chronologicam appellare soleo) explico, additis etiam suis in locis & olympiadum & reparatae salutis humanae annis. In ipso etiam canone notas intersero, quibus cum primariae classis chronologis obviisque optimorum autorum de putando tempore locis anonymum marmoreum committo, ejusque autoritate pro re nata aut firmo, aut castigo, aut monita ejusmodi praebeo quae perspicaciores irritent. Magna enim est vetustissimorum apographorum ad haec praestanda autoritas; sed autographorum maxima; idque maxime in temporum ratione, quae etiam ob varias interpolationes a librariis oscitanter committi solitas saepe nimis vacillat. Unde potissimum item evenit ut nulla fere reperiatur in veterum codicibus discrepantia quae diversitatem in temporibus designandis immanem, passim occurrentem, recentioresque indies excruciantem aequet. Quod non solum de chronologia profana dicendum est, sed etiam de sacra; de qua item, dum de temporum ratione loquimur, id liceat obiter adnotare quod nullibi hactenus, in orbe christiano publicatum est, paucissimis sane auditum, sed a doctissimis viris & diu & impensissime est desideratum, & observatu inprimis ut dignissimum ita jucundissimum universis qui cum historia sacra etiam temporum, quod prudentis est, calculum variaque de eo veterum placita explorare satagunt. In Eusebii omnigena historia a viro summo Josepho Scaligero ex Georgio Syncello ante annum vicesimum primo in lucem emissa, temporum primorum patriarcharum ejusmodi est dinumeratio, ut alia secundum LXX seniorum versionem, ad Ebraicos Judaeorum codices alia, & demum *παρὰ τοῦ παρὰ Σαμαρείταις Ἑβραϊκοῦ*, seu ex Samaritanorum libris sacris, eisque mere Ebraicis, tertia fiat. Libros autem Samaritani sacros alios praeter Pentateuchum agnoscunt nullos. De eis vide plura apud Gulielmum Postellum libro de Originibus, & Scaligerum de Emendatione Temporum pagina 620. & ad numerum Eusebianum MCCLXXI. De temporum dinumeratione quae in Judaeorum libris & LXX senioribus habetur, hic plura dicere supervacaneum est. Ex libris editis satis dignoscuntur. Computum autem Samaritanum exhibet Scaliger in septimo de Emendatione Temporum, alium sane omnino ab Eusebiano, & ab aliis quibus in Europa usi sunt chronologi rationibus. Notas item eruditissimas adjicit. *Sed qui in Palaestina*, inquit, *peregrinantur possent & alia & pentateuchum ab illis adipisci. Nam sane christianae pietatis homines paulo hac in re negligentiores hactenus fuerunt, ex cujus rei uberrimi fructus redundarent. Spero non defuturos qui voto nostro satisfaciant, aut exemplo nostro haec illustraturi sunt. Nam huic conatui nostro multa deesse ad perfectionem ut non dubitamus, ita palam profitemur.* Postmodum autem in notis ad Eusebii Graeca, in queis ex Samaritanorum pentateucho patriarcharum anni traduntur; *In libris*, inquit, *nostris de Emendatione Temporum produximus χρονογράφιον quod ipsimet nobis communicarunt Samaritani. Id cum hoc in omnibus convenit praeterquam in annis Malaleel, Enoch, Mathusala; quod quidem discrimen vitio librariorum hic commissum.* Sed quicquid chronicorum communicarunt ei Samaritani; in ipso sane eorum pentateucho, quod pridem in hunc orbis angulum ex

Asia advectum summa cum voluptate amplexi sumus, patriarcharum anni multo aliter traduntur quam autoritate chronographii nimis fidenter nixus ille asserere conatur. Quod tanti certe esse puto ut nemini non fore acceptissimum non dubitarim, ideoque hic obiter animadvertendum interferendumque duxerim. Quinque primorum patriarcharum anni omnimodi, Adae nempe, Seth, Enos, Cainan, & Maleleel, idem ipsi sunt in pentateucho Samaritano cum iis quos habemus in Judaeorum. Sed de Jared in Geneseos ejusdem, cap. v. 18, 19, & 20. legitur, *Vixit Jared* שתים וששים שנה id est, *annos* LXII, *& genuit Henoch. Et vixit Jared postquam genuit Henoch* חמש ושמנים שנה ושבע מאות שנה id est, *annos* DCCLXXXV, *& genuit filios & filias. Et fuerunt cuncti dies Jared* שבע וארבעים שנה ושמנה מאות שנה i.e. DCCCXLVII *anni.* Ejusdem item capitis commate 25, & sequentibus; *vixit Methusalah* שבע וששים שנה id est, LXVII *annos, & genuit Lamech. Et vixit Methusalah postquam genuit Lamech* שלש וחמשים שנה ושש מאות שנה id est, DCLIII *annos, & genuit filios atque filias. Et fuerunt cuncti dies Methusalah* עשרים שנה ושבע מאות שנה id est, DCCXX, *& mortuus est. Lamech vero vixit* שלש וחמשים שנה, id est, LIII *annos, & genuit filium, vocavitque nomen ejus Noah.* Et paulo post; *& vixit Lamech postquam genuit Noah* שש מאות שנה seu DC *annos, & genuit filios atque filias. Fuerunt autem cuncti dies Lamech* שלש וחמשים שנה ושש מאות שנה *anni* nempe DCLIII. De Noah & Sem eadem habet quae Judaeorum codices. Sed Capite XI Geneseos post comma 11, hic legimus ויהיו כל ימי שם שש מאות שנה וימת, id est, *cuncti dies Sem erant* DC *anni; & mortuus est. Et Arphacsad vixit* חמש ושלשים ומאות שנה seu CXXXV *annos, & genuit Selah. Et vixit Arphacsad postquam genuit Selah* שלש שנים ושלש מאות שנה sive *annos* CCCIII, *genuitque filios & filias,* ויהיו כל ימי ארפכשד שמנה ושלשים שנה וארבע מאות שנה וימת id est, *& erant cuncti dies Arphacsad* CCCCXXXIII *anni, & mortuus est. Et vixit Selah* שלשים שנה ומאות שנה seu CXXX *annos, & genuit Eber. Vixit vero Selah postquam genuit Eber* שלש שניהם ושלש מאות שנה seu CCCIII *annos, & genuit filios & filias.* ויהיו כל ימי שלה שלש ושלשים שנה וארבע מאות שנה וימת id est, *& erant cuncti dies Selah anni* CCCCXXXIII; *& mortuus est. Eber vero vixit* ארבע שלשים ומאת שנה, id est, CXXXIV *annos, & genuit Peleg. Et vixit Eber postquam genuit Peleg* שבעים שנה ומאותים שנה sive CCLXX *annos, & genuit filios & filias.* ויהיו כל ימי עבר ארבע שנים וארבע מאות שנה וימת, id est, *& erant omnes dies Eber* CCCCIV *anni; & mortuus est. Peleg vero vixit* שלשים שנה ומאת שנה, id est, CXXX *annos, & genuit Reu. Et vixit Peleg postquam genuit Reu* תשע שנים ומאת שנה id est, CIX *annos, & genuit filios & filias.* ויהיו כל ימי פלג תשע ושלשים ומאותים שנה וימת, id est, *& erant cuncti dies Peleg* CCXXXIX *anni. Et vixit Reu* שתים ושלשים שנה ומאת sive *annos* CXXXII, *& genuit Sherug. Vixitque Reu postquam genuit Sherug* שבע שנים ומאת שנה sive CVII *annos, & genuit filios atque filias.* ויהיו כל ימי רעו תשע ושלשים ומאתים שנה וימת id est, *Et erant omnes dies Reu* CCXXXIX *anni; & mortuus est. Sherug vero vixit* שלשים שנה ומאת שנה sive CXXX *annos, & genuit Nachor. Et vixit Serug postquam genuit Nachor* מאת שנה seu C *annos, & genuit filios atque filias.* ויהיו כל ימי שרוג שלשים שנה ומאותים שנה וימת i.e. *& erant cuncti dies Sherug* CCXXX *anni; & mortuus est. Et vixit Nachor* תשע ושבעים שנה seu LXXIX *annos, & genuit Terah. Vixitque Nachor postquam genuit Terah* תשע שנים וששים שנה seu LXIX *annos, & genuit filios atque filias.* ויהיו כל ימי נחור שמנה וארבעים שנה ומאת שנה וימת i e. *& erant cuncti dies Nachor anni* CXLVIII; *& mortuus est.* Idem autem de Abrahae natalibus, anno Terah septuagesimo tributis, sequitur quod habent Judaeorum codices, qui a rerum conditu ad diluvium secula aliquot numerant, ut vides, plura quam Samaritani: utrique vero pauciora quam LXX seniores. Etiam cuncti dies Terah in fine capitis XI sunt חמש ארבעים ומאת שנה seu CXLV anni in Samaritano. Quot autem & qualis momenti ad Samaritanorum apud Eusebium computum, qui in annis post patriarcharum παιδοποιΐαν a librariis proculdubio depravatus est, castigandum hinc sumi possent? Atqui anni qui παιδοποιΐαν praecedunt iidem ipsissimi sunt apud Eusebium, si Mathusalae natales excipias, quos tamen male notatos & contra Eusebii mentem, sexagesimo scilicet Enochi anno, certissimum est. Legitur ibi Ἐνὼχ γενόμενος ξ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα. Planissime legendum ξε seu LXV. Nam & subductis temporum calculis ita liquet ex ipso Eusebio, quem de hisce rebus vide chronicorum Graece editorum. lib. 1. paginis 3. 4. 10. & 19. Et rationes τῆς Enochi παιδοποιΐας eaedem sunt tam in chronographio Samaritanorum Scaligeriano quam in utroque pentateucho. Sed ad chronographium illud satis corruptum minime omnino est Eusebius alias corrigendus. Neque eum corrigere voluisset magnus Scaliger, nisi pentateucho Samaritano, quo nihil, puto, impensius desideravit, prorsus caruisset. Atque ita tandem Samaritanum annorum mundi calculum, hactenus etiam viris doctissimis ignotum, atque ex ipsis abditissimis eorum fontibus petitum, & obiter hic primo in lucem emissum, boni consulas, lector, & porro, quemadmodum in sacrorum temporum rationibus res exegerit, accuratius & sobrie perpendas. Sed mirum interea forsan videatur quod in quaestionibus Ebraicis ad Genesim tradit D. Hieronymus, de Methusalae annis verba faciens. *Cum supra nongentis,* inquit, *sexaginta novem annis vixisse sit dictus, nulli dubium est quatuordecim eum annos vixisse post diluvium. Et quomodo verum est quod octo tantum animae in arca salvae factae sunt? Restat ergo ut, quomodo in plerisque, ita & in hoc sit error in numero. Siquidem & in Hebraeis & Samaritanorum libris scriptum reperi: Et vixit Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusalah postquam genuit Lamech septingentos octoginta duos annos, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathusalah anni nongenti sexaginta novem; & mortuus est. Et vixit Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit Noe.* Quae non magis consona sunt Ebraicis sive Judaeorum codicibus quam Samarita-

maritanis adverſantur, uti liquet ex iis quae ſupra tranſcripſimus. Anne igitur alii pentateuchi Samaritani hoc in loco lectio erat D. Hieronymi aevo? Aut hinc autoritati ejuſce derogatur? Id conjicere mihi nefas eſt. Patrem illum literarum orientalium callentiſſimum ſacris Samaritanorum libris uſum eſſe nullus dubito. Id quod ex aliis ejuſdem operum locis ſatis ediſcimus. Sed cum Euſebii numeros Samaritanos ante D. Hieronymum ex eorum libris collectos video ad amuſſim ſane in τῆς τεκνογονίας annis convenire cum eis quos jam ex eorum pentateucho repraeſentavimus, fieri nequit ut non memoriae lapſu illud de utrorumque libris dictum putem. Et ea de re viderint conjectores perſpicaciores. Plura autem de chronologia ſacra dicendi locus hic non eſt: Sufficit haec tantum ita indicaſſe. Codicem vero, qui haec nobis ſuppeditavit, Samaritanum magnis impenſis ante quadriennium aut circiter ex oriente ſibi comparavit reverendiſſimus antiſtes Jacobus Uſſerius archiepiſcopus Armachanus, vir ſumma pietate, judicio ſingulari, uſque ad miraculum doctus, & literis ſeverioribus promovendis natus. Mecum exemplar, quod vetuſtius eſt, & charactere Samaritano, ſcilicet vetuſtiſſimo & Ebraeis in uſu ante Eſdrae tempora, deſcriptum, pro humanitate ſua, cui plurimum me debere ſemper agnoſco, in Anglia circa id tempus communicavit. In Hiberniam ſecum poſtmodum tranſvexit, priuſquam iis quae volui inde exſcribere adverſaria mea ditaſſem. Literis igitur nuper rogatus, eas capitum V & XI Geneſeos partes quae patriarcharum tempora deſignant, ex eodem ad me ex Hibernia tranſmiſit exſcriptas, ſeu potius accuratiſſime depictas. Nam ut ipſiſſimi characterum apices ubique repraeſentarentur curavit, quod charta oleo perlita, quae facilem exſcribenti operam efficeret, praeſtitum eſt. Sed vulgaribus Ebraeorum characteribus inde ea quae ſupra notavimus fideliter deſcripſi, neque aliis edidi, uti neque Syriaca neque Arabica quae in commentariolis ſubinde adhibuimus. Alios enim praeter illos vulgares, quibus ex orientalibus linguis quid exprimatur, nondum adepti ſunt apud nos typographi. Lingua Samaritani codicis eadem ipſiſſima eſt cum Ebraica quae in ſacris Judaeorum libris habetur, & plerumque cum eiſdem libris huic convenit. Et convitium eſt ſpurciſſimum quod de Aſima creatore ipſo in initio Geneſeos Samaritanae exprobrant Judaei; ſaltem Rabbi Abenezra exprobrat ad principium Eſther. Non aliter in Samaritana legitur ברא אלהים *creavit Deus* quam in Judaica. Idem dicendum de ridiculo illo mendacio quo tria elementa *Ajin*, *Cheth*, & *He* alphabeto eorum ineſſe negat Benjamin Ben-Jona in Itinerario. Et recte D. Hieronymus in praefatione in librum Regum, quae in epiſtolis numerum occupat CVI, *Samaritani*, inquit, *pentateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitant, figuris tantum & apicibus diſcrepantes.* Quod tamen non ita intelligendum ac ſi ubique utrorumque pentateuchus ad invicem conſonus fuiſſet: Sed eandem utriuſque linguam; adeoque eaſdem vocabulis in conflandis literas, figura tantum diſſimiles, adhiberi. Nam praeter immanes illas in annorum dinumeratione diſcrepantias, aliae inſuper ſunt. In Geneſeos cap. ii. 2. Samaritani legunt, *Conſummavit Deus in die* הששי, id eſt, *ſexto, opus ſuum*, uti & LXX ſeniores ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ, ubi Judaeorum codices ſive Ebraica, quam dicimus, veritas habet השביעי. Item cap. iv. 8. ubi apud LXX ſeniores redundant illa (ſi cum Ebraica veritate committas) verba Caini ad Abelem, Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, id eſt, *tranſeamus in campum*, eadem ipſa repeperiuntur in codice Samaritano, ſcilicet נהלך לבשה quod idem ſonat; id quod etiam D. Hieronymus obſervavit. Nam in quaeſtionibus Ebraicis in Geneſim, *Et dixit Cain ad Abel fratrem ſuum. Subauditur*, ait ille, *ea quae locutus eſt Dominus. Superfluum ergo eſt quod in Samaritanorum & noſtro volumine reperitur, Tranſeamus in campum.* Haud igitur de alio libro quam ipſo Samaritanorum pentateucho intelligendum eſt illud ex Cyrillo ad hunc locum adnotatum in editionibus aliquot Helleniſtarum verſionis, ἔχει δὲ αὐτὰ καὶ τὸ Σαμαρειτικόν, *habet eadem etiam liber Samaritanus.* Nec Targum Hieroſolymitanum omnino ibi innuitur; quod tamen aſſerere perperam auſus eſt vir doctus qui notas verſioni illi adjecit. Sed de hiſce hactenus. Digreſſioni veniam datum iri a ſtudioſis non dubito. Res tanti momenti & antea a multis ſeculis prorſus fere inaudita culpam, ſi qua commiſſa eſt, uberrime compenſat. Plura de hiſce annorum dinumerationibus, & de ipſo codice, facile dici potuiſſent, quae tamen addere non imprudenter ſuperſedemus, etiam ejuſdem rei meſſem aliis libentiſſime relinquentes. Decreta porro & foedus Smyrnaeorum cum Magneſiis ictum, ſuppletis conjectura hiatibus & lacunis (ita tamen ut noſtra a marmoreis facillime & intuitu primo diſcriminentur) commentariolo qualicunque illuſtro, uti etiam marmorum pleraque quae reſtant. Plurima que ambitioſius obſervari atque tumultuoſe congeri potuiſſent, ut notiſſimas formulas, ritus, & id genus alia vix ignota quidem iis qui nondum aere lavantur, data opera praetermiſi. Neque anſam, ut fit, ſive notandi ſive animadvertendi paſſim arripere volui; iis nimirum abunde contentus quae plerumque aut neceſſaria aut nova & acceptiora etiam doctioribus fore ambigere nequibam. Otia quibus haec fere praeſtitimus inprimis nobis fecit ſumma faventia & benignitas ampliſſimi herois Henrici Comitis Cantii & vere nobiliſſimae heroinae Elizabethae conjugis ejus. Tranquillus enim ſeceſſus, quo Wreſtae, quae eorum villa eſt in agro Bedfordienſi, tum aeſtate ſuperiori tum feſto Chriſti natalitio fruebar (liberaliſſimo ſcilicet, pro inſigni eorum erga me immerentem & perpetua bonitate, ibi hoſpitio exceptus) opportuniſſime indulſit ut urbanis interturbationibus liber opus incoeptum commodiſſime abſolverem. Neque ſane minus exegit gratitudinis lex ut egregiam eorum beneficentiam, qua me ſtudiaque mea dignari ſolent, animo propenſiſſimo, ita agnoſcerem, quam editionis ratio ut hic omnino praefarer. Vale, lector.

Cal. April
MDCXXVIII.

Epochae veterum Graecorum nobiliores, seu insigniora annorum intervalla ferme universa, anno ante vulgarem D. n. Jesu Christi epocham CCLXIII, *seu periodi Julianae* MMMMCCCCLI, *conscripta.*

1 .....ΟΥ..............ΝΠΑΝ...ΩΝ...........ΝΩΝΑΝΕΓΡΑΨΑΤΟΥΣΑΝ....
2 .....ΑΡΞΑΜ...ΟΣΑΠΟΚΕΚΡΟΠΟΣΤΟΥΠΡΩΤΟΥΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΟΣΑΘΗΝ
ΩΝΕΙΩΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕΜΠΑΡΩΙ...
3 ....ΥΑΝΑΚΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΔΕΔΙΟΓΝΗΤΟΥ ΑΦΟΥΚΕΚΡΟΨΑΘΗΝΩΝΕ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΕΚΑΙΗΧΩΡΑΚΕΚΡΟΠΙΑΕΚΛΗΘΗΤΟΠΡΟΤΕΡΟΝΚΑΛΟΥ
4 ΜΕΝΗΑΚΤΙΚΗΑΠΟΑΚΤΑΙΟΥΤΟΥΑΥΤΟΧΘΟΝΟΣΕΤΗΧΗΗΗΔΠΙΙΙΑΦΟ
ΥΔΕΥΚΑΛΙΩΝΠΑΡΑΤΟΝΠΑΡΝΑΣΣΟΝΕΝΛΥΚΩΡΕΙΑΙΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕ..ΣΙΛΕ..
5 ..ΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΚΕΚΡΟΠΟΣΕΤΗΧΗΗΗΔΑΦΟΥΔΙΚΗΑΘΗΝΗΣΙ...ΝΕΤΟ
ΑΡΕΙΚΑΙΠΟΣΕΙΔΩΝΙΥΠΕΡΑΛΙΡΡΟΘΙΟΥΤΟΥΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣΚΑΙΟΤΟΠΟ
ΣΕΚΛΗΘΗ
6 ΑΡΕΙΟΣΠΑΓΟΣΕΤΗΧΗΗ𐅄ΔΠΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΚΡ...ΟΥΑΦ
ΟΥΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΣΕΠΙΔΕΥΚΑΛΙΩΝΟΣΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΔΕΥΚΑΛΙΩΝΤΟΥΣ
7 ΟΜΒΡΟΥΣΕΦΥΓΕΝΕΓΛΥΚΩΡΕΙΑΣΕΙΣΑΘΗΝΑΣΠΡΟ...ΟΝΚΑΙΤΟΥΔΙΟ..Υ
Ο...Δ...ΜΤΟΥΤΟΙΡ..ΟΝΙΔ......Ο..ΤΑΣΩΤΗΡΙΑΕΘΥΣΕΝ
8 ..ΤΗΧΗΗ𐅄ΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΚΡ..Ν..ΟΥΑ.....ΚΤΥΩΝΔΕΥΚΑΛ
ΙΩΝΟΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝΕΝΘΕΡΜΟΠΥΛΑΙΣΚΑΙΣΥΝΗΓΕ
9 ...ΟΥΣΠΕΡΙΤΟΝΟΡΟΝΟΙΚΟΥΝΤΑΣΚΑΙΩ...ΜΑΣΕΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣΚΑΙΠ
.......ΝΟΥ..ΚΑΙΝΥΝΕΤΙΘΥΟΥΣΙΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΕΣ
10 ..ΤΗΧΗΗ𐅄ΠΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥΕΛΛΗΝ
ΟΔΕΥΚ............ΩΤΙΔΟΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΚΑΙΕΛΛΗΝΕΣ
11 ...ΟΜΑΣΘΗΣΑΝΤΟΠΡΟΤΕΡΟΝΓΡΑΙΚΟΙΚΑΛΟΥΜΕΝΟΙΚΑΙΤΟΝΑΓΩΝΑ
ΠΑΝΑΘ..ΝΑΙ.........ΩΙΧΗΗ𐅄ΠΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ
12 ΑΘΗΝΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥΚΑΔΜΟΣΟΑΓΗΝΟΡΟΣΕΙΣΘΗΒΑΣΑΦΙΚ
ΕΤΟ............ΕΚΤΙΣΕΝΤΗΝΚΑΔΜΕΙ
13 ΑΝΕΤΗΧΗΗ𐅄ΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥ.........
......ΝΙΚΗΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ
14 ΕΤΗΧΗΗ𐅄ΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥΝΑΥ.......
...Η.........ΩΝΕΞΑΙΓΥΠΤΟΥ
15 ..ΙΣΤΗΝΕΛΛΑΔΑΕΠΛΕΥΣΕΚΑΙΩΝΟΜΑΣΘΗΠΕΝΤΗΚΟΝΤΟΡΟΣΚΑΙΑΙΔ
ΑΝΑΟΥΘΥΓΑΤΕΡΕΣ.............ΩΝΗΚΑΙΒΑ..
16 ..ΑΑΡΕΥΩΚΑΙΕΛΙΚΗΚΑΙΑΡΧΕΔΙΚΗΑΠΟΚΛΗΡΟΘΕΙΣΑΙΥΠΟΤΩΝΛΟΙΠΩ
Ν...............ΑΝΤ..
17 ΚΑΙΕΘΥΣΑΝΕΠΙΤΗΣΑΚΤΗΣΕΜΠΑΡΑ..ΑΔΙΕΝΛΙΝΔΩΙΤΗΣΡΟΔΙΑΣΕΤΗ
ΧΗΗΔΔΔΔΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟ.................
18 ΘΟΝΙΟΣΠΑΝΑΘΗΝΑΙΟΙΣΤΟΙΣΠΡΩΤΟΙΣΓΕΝΟΜΕΝΟΙΣΑΡΜΑΕΖΕΥΞΕΚ
ΑΙΤΟΝΑΓΩΝΑΕΔΕΙΚΝΥΕΚΑΙΑΘΗΝΑΙΟΥΣ...ΟΝ....ΑΙ...
19 ..ΕΩΝΜΗΤΡΟΣΕΦΑΝΗΕΓΚΥΒΕΛΟΙΣΚΑΙΥΑΓΝΙΣΟΦΡΥΞΑΥΛΟΥΣΠΡΩΤΟ
ΣΗΥΡΕΝΕΓΚ..ΝΑΙΩΝΤΟΥΣΦΡΥΓΑΣ.....Α
20 ΛΟΥΜΕΝΗΝΦΡΥΓΙΣΤΙΠΡΩΤΟΣΗΥΛΗΣΕΚΑΙΑΛΛΟΥΣΝΟΜΟΥΣΜΗΤΡΟΣ
ΔΙΟΝΥΣΟΥΠΑΝΟΣΚΑΙΤΟΝΕΠ..............
21 ......ΕΤΗΧΗΗΔΔΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΕΡΙΧΘΟΝΙΟΥΤΟΥΤΟΑΡ
ΜΑΖΕΥΞΑΝΤΟΣΑΦΟΥΜΙΝΩΣ..ΠΡ....ΒΑ.......
22 Δ....ΛΩΝΙΑΝΩΙΚΙΣΕΚΑΙΣΙΔΗΡΟΣΗΥΡΕΘΗΕΝΤΗΙΙΔΗΙΕΥΡΟΝΤΩΝΤΩΝΙ
ΔΑΙΩΝΔΑΚΤΥΛΩΝΚΕΛΜΙΟΣΚ......
23 ..ΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΠΑΝΔΙΟΝΟΣΑΦΟΥΔΗΜΗΤΗΡΑΦΙΚΟΜΕΝΗΕΙΣΑ
ΘΗΝΑΣΚΑΡΠΟΝΕΦΥ...ΥΕΝΚΑΙΠΡ....ΠΡΑ.....ΩΤΗΔ.....
24 ..ΡΙΠΤΟΛΕΜΟΥΤΟΥΚΕΛΕΟΥΚΑΙΝΕΑΙΡΑΣΕΤΗΧΗΔΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤ
ΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΕΡΙΧΘΕΩΣΑΦΟΥΤΡΙΠΤΟ..........
25 .....ΕΣΠΕΙΡΕΝΕΝΤΗΙΡΑΡΙΑΙΚΑΛΟΥΜΕΝΗΙΕΛΕΥΣΙΝΙΕΤΗΧ..ΔΔΔΔΠΒΑΣ
ΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝ......
26 ..ΥΙΟ...Ν...ΑΥΤΟΥΠΟΗΣΙΝΕΞ..ΘΗΚΕΚΟΡΗΣΤΕΑΡΠΑΓΗΝΚΑΙΔΗΜΗΤΡ
ΟΣΖΗΤΗΣΙΝΚΑΙΤΟΝΑΥΤΟΥ......
27 ....ΘΟΣΤΩΝΥΠΟΔΕΞΑΜΕΝΩΝΤΟΝΚΑΡΠΟΝΕΤΗΧΗΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝ
ΤΟΣΑΘΗΝΩΝΕΡΙΧΘΕΩΣ..........
28 .. .ΝΟΥΤΑΜΥΣΤΗΡΙΑΑΝΕΦΗΝΕΝΕΝΕΛΕΥΣΙΝΙΚΑΙΤΑΣΤΟΥ........ΟΥΣΑΙΟ
ΥΠΟΙΗΣ..ΣΕΞΕΘΗΚ........
29 .. ...ΩΣΤΟΥΠΑΝΔΙΟΝΟΣΑΦΟΥΚΑΘΑΡΜΟΣΠΡΩΤΟΝΕΓΕΝΕΤΟ.....ΟΥΠΡΩ
ΤΩΙΑΟΝ...ΕΑΝΤ......
30 ......ΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΠΑΝΔΙΟΝΟΣΤΟΥΚΕΚΡΟΠΟΣΑΦΟΥ..Ν
ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙΓΥΜΝΙΚΟΣ.............ΑΦΟΥ.. ....
31 ......ΑΙ..ΤΑΛΥΚΑΙΑΕΝΑΡΚΑΔΙΑΙΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΑ. ΚΚΕ.....ΛΥΚΑΟΝΟΣΕΔ
ΟΘΗΣΑΝ..ΤΟΙΣΕΛΛ..ΣΙ.....Η..Ν..ΒΑΣΙΛΕΥΟΝ

32 ΤΟΣΑ

32 ΤΟΣΑΘΗΝΩΝΠΑΝΔΙΟΝΟΣΤΟΥΚΕΚΡΟΠΟΣΑΦΟΥΚΑ....Γ.......ΗΣΙΑΙΗΡΑ
ΚΛΗΣ.....Ν.......Ω.....ΔΟΣΤ...
33 ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΙΓΕΩΣΑΦΟΥΑΘΗΝΗΣΙ.....ΣΤΩΝΚΑΡΠΩ
ΝΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΜΑΝΤΕΥΟΜΕΝΟΣ..ΑΘΗΝ....ΑΛΩΝΕΝΗ..
34 ....ΣΥΠΟΣΧΕΝ.. Α..ΑΜΜΙΝΩΣΑΞΙΩΣΕΙΕΤΗΧΔΔΔΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ
ΑΘΗΝΩΝΑΙΓ...ΑΦΟΥΘΗΣ......
35 ΑΘΗΝΩΝΤΑΣΔΩΔΕΚΑΠΟΛΕΙΣΕΙΣΤΟΑΥΤΟΣΥΝΩΙΚΙΣΕΝΚΑΙΠΟΛΙΤΕΙΑ
ΝΚΑΙΤΗΝΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΝΑΠΡΕΩ.....
36 ....ΟΣΑΘΗΝΩΝΤΟΝΤΩΝΙΣΘΜΙΩΝΑΓΩΝΑΕΘΗΚΕΣΙΝΙΝΑΠΟΚΤΕΙΝΑΣΕ
ΤΗ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔΠΑΠΟΤΗΣΑΜΜΟΝ...ΤΗ ....
37 ....ΔΔΔΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΘΗΣΕΩΣΑΦΟΥΑΡΓΕΙΟΙΝΕΥΑΔΡΑΣ.
....ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΚΑΙΤΟΝΑΓΩΝΑ.Ν..Α...ΗΘ..ΑΝ...
38 ....ΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΘΗΣΕΩΣΑΦΟΥΟΙ
.....ΝΕΣΕΙΣΤΡΟΙΑΝΕ....ΡΑΤΕΥΣ..ΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟ
ΣΑΘΗ
39 ...ΕΣΘΕΩΣΤΡΕΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥΕΤΟΥΣΑΦΟΥΤΡΟΙΑΗΛΩΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗΔ
ΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝ.......ΩΣΔΕΥΤΕΡΟΥΕΤΟΥΣΜΗΝΟΣΘ..
40 .....ΝΟΣΕΒΔΟΜΗΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣ ΑΦΟΥΟΡΕΣΤΗ..ΙΟΙΑΙΤΩΝΑΥΤΟ....
....ΙΓΙΣΘΟΥΘΥΓΑΤΡΙ....ΟΝ.....ΓΙΣΘΟΥΚΑΙΑΥ....
41 .....ΑΟΕΝΑΡΕΙΟΥΠΑΓΩΙΗΝΟΡΕΣΤΗΣΕΝΙΚΗΣΕΝ........ΩΝ....ΕΤΗ...Η
ΗΗΗΔΔΔ..ΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΔΗΜΟΦΩΝΤΟΣΑΦΟΥ..
42 .....ΚΥΠΡΩΙΤΕΥΚΡΟΣΩΙΚΙΣΕΝΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΠΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑ
ΘΗΝΩΝΔΗΜΟΦΩΝΤΟΣΑΦΟΥΝΗ..ΕΥΣΩΙΚΙΣ......Γ....ΑΛΛΗΚΑΡ...ΣΙ..
43 ......ΑΝΕΦΕΣΟΝΕΡΟΥΘΡΑΣΚΛΑΖΟΜΕΝΑΣΤ..ΗΝΚΑΤΑΓΡΟΝΟΝΥΠΟΚ
ΟΛΟΦΩΝΑ..ΙΥΟΥΝΤΑ....Α....ΣΑΜΟΝ......ΤΑ...ΙΩΝΙ..ΕΓΕΝΕΤΟΕΤ.
44 .....ΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΜΕΝΕΣΘΕΩΣΤΡΕΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ...Υ
ΣΑΦΟΥ..ΙΟΔΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣ.....ΗΕΤΗ𐅅Η𐅄ΔΔ..ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗ
ΝΩΝ..
45 .....ΑΦΟΥΟΜΗΡΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣΕΦΑΝΗΕΤΗ𐅅ΗΔΔΔΔΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟ
ΣΑΘΗΝΩ.....ΙΟΓΝΗΤΟΥΑΦΟΥΦ...ΔΩΝΟΑΡΓΕΙΟΣΕΔΗΜΕΥΣ...ΝΕΥ..
46 ......ΕΣΚΕΥΑΣΕΚΑΙΝΟΜΙΣΜΑΑΡΓΥΡΟΥΝΕΝΑΙΓΙΝΗΙΕΠΟΙΗΣΕΝΕΝΔΕΚ
ΑΤΟΣΩΝΑΦΗΡΑΚΛΕΟΥΣΕΤΗ𐅅ΗΔΔΔΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝ..
47 .....ΟΥΣΑΦΟΥΑΡΧΙΑΣΕΥΑΓΗΤΟΥΔΕΚΑΤΟΣΩΝΑΠΟΤΕΜΕΝΟΥΕΚΚΟΡΙ
ΝΘΟΥΗΓΑΓΕΤΗΝΑΠΟΙΚΙΑΝ........ΣΥΡΑΚΟΥ......
48 ....ΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΙΣΧΥΛΟΥΕΤΟΥΣΕΙΚΟΣΤΟΥΚΑΙΕΝΟΣΑΦΟΥΚΑΤ
ΕΝΙΑΥΤΟΝΗΡ..ΕΝ..Ρ..ΩΝΕΤ..ΗΗΗΗΔΔΑΦΟΥ.......Ο..Υ
49 ....ΕΤΗΗΗΗΗΔΠΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΛΥΣΙΑΑΦΟΥΤΕΡΠΑΝΔΡΟ
ΣΟΔΕΡΔΕΝΕΟΣΟΛΕΣΒΙΟΣΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΟΥ....Α...ΩΝ...Δ..ΟΥΣΘΑΙ
ΑΥΛΗΤ..
50 ...ΛΗΣΕΚΑΙΤΗΝΕΜΠΡΟΣΘΕΜΟΥΔΙΚΗΝΜΕΤΕΣΤΗΣΕΝΕΤ..ΗΗΗ𐅄ΔΔ
ΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΔΡΩΠΙΔΟΥΑΦΟΥΑ....ΣΑΥΔΟ......ΣΙΛΕΥΣ.......
51 .....ΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΑΦΟΥΣΑΠΦΩΕΓΜΙΤ
ΥΛΗΝΗΣΕΙΣΣΙΚΕΛΙΑΝΕΠΛΕΥΣΕΦΥΓΟΥΣΑ.........ΟΛ.....Θ....
52 ......ΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΜΕΝΚΡΙΤΙΟΥΤΟΥΠΡΟΤΕΡΟΥΕΝΣΥΡΑΚΟΥΣΑΙΣΔΕ
ΤΩΝΟΜΟΡΩΝΚΑΤΕΧΟΝΤΩΝΤΗΝΑΡΧΗΝ........ΤΟ......
53 .....ΟΝΤΕΣΚΥΡΡΑΝΚΑΙΟΑΓΩΝΟΓΥΜΝΙΚΟΣΕΤΕΘΗΧΡΗΜΑΤΙΤΗΣΑΠΟ
ΤΩΝΛΑΦΥΡΩΝΕΤΗΗΗ..ΔΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΣΙΜΩ..ΟΣΑΦΟΥ...
54 ....ΑΝΙΤΗΣΑΓΩΝΠΑΛΙΝΕΤΕΘΗΕΤΗΗΗΗΔΠΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗ
ΣΙΔΑΜΑΣΙΟΥΤΟΥΔΕΥΤΕΡΟΥΑΦΟΥΕΝΑΘ...ΑΙΣΚΩΜΩ....Ρ...ΕΘΗ.....ΣΑΝΙ
55 ...ΤΩΝΙΚΑΡΙΕΩΝΗΥΡΟΝΤΟΣΣΟΥΣΑΡΙΩΝΟΣΚΑΙΔΟΛΟΝ..ΤΕΘ..ΠΠΩΤ
ΟΝΙΣΧΑΔ.....ΑΡΣΙΧΟ.....ΝΟΙΝΟΥ....ΕΡ....ΟΣ.....
56 ..ΑΦΟΥΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣΑΘΗΝΩΝΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔΠΙΙΑ
ΡΧΟΝΤΟΣ.ΙΚ...ΟΥΑΦΟΥΚΡΟΙΣΟΣ..ΑΣΙΑΣ....ΔΕΛΦΟΣΑ..
57 ......ΔΔΔΔΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΤΟΥΔΗΜΟΥΑΦΟΥΚΥΡΟΣΟΠΕΡΣΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΑΡΔΕΙΣΕΛΑΒΕΚΑΙΚΡΟΙΣΟΝΥΠΟ......ΗΣΣΦΑΛ....
58 ....ΚΑΙΙΠΠΩΝΑΞΚΑΤΑΤΟΥΤΟΝΟΙΑΜΒΟΠΟΙΟΣΑΦΟΥΘΕΣΠΙΣΟΠΟΙΗΤ
ΗΣ......ΑΧΙ...ΟΣΕΔΙΔΑΞΕΝΑΛ...ΣΤΙΝ.....ΤΕΘΗΟ..ΡΑΓΟΣΕΤΗΗΗ𐅄
...ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘ....
59 ....ΝΑΙΟΥΤΟΥΠΡΟΤΕΡΟΥΑΦΟΥΔΑΡΕΙΟΣΠΕΡΣΩΝΕΒΑΣΙΛΕΥΕΜΑΓΟΥΤ
ΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣΕΤΗ....𐅄ΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗ..........ΑΦΟΥΑΡΜΟΔ
ΙΟΣΚΑΙ.........ΙΤΩΝΑΠΕΚΤΕ...
60 ..ΡΧΟΝΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥΑ.......ΟΝΚΑΙΑΘΗΝΑΙΟΙΣ..Ρ..ΗΣΑΝΤΟΥΣΠΕΙΣ
ΙΣΤΡΑΤΙΔΑΣΕΚΙ....ΚΛΑΣ..ΙΟΥΤΕΙΧΟΥΣΕΤΗΗΗΔΔΔΔΠΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΘΗΝΗΣΙ
61 ....ΑΦΟΥΧΟΡΟΙΠΡΩΤΟΝΗΓΩΝΙΣΑΝΤΟΑΝΔΡΩΝΟΝΔΙΔΑΞΑΣΥΠΟ..ΚΟΣ
ΟΧΑΛΚΙΔΕ...ΕΝΙΚ.....ΕΤΗΗΗΔΔΔ...ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΛΥΣΑΓΟΡΟ
ΥΑΦΟΥΝΕ......ΙΠΠΙΑ.......
62 ....ΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΗΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΠΥΘΟΚΡΙΤΟΥΑΦ
ΟΥΗΕΜΜΑΡΑΘΩΝΙΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤΟΑΘΗΝΑΙΟΙΣΠΡΟΣΤΟΥΣΠΕΡΣΑΣ...

ΑΡΙΕΝΤΕΑΣ....ΩΝΔΑΡΙΟΥΑΔΕΛ
63 .....ΝΤΟΝΣΤΡΑΤΗΓΟΝΕΝΙΚΩΝΑΘΕΝΑΙΟΙΕΤΗΗΗΔΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑ
ΘΗΝ......ΔΕΥΤΕΡΟΥ..Φ...Ν.ΕΝΜΑΧΗΙΣΥΝΗΓΩΝΙΣΑΤΟΑΙΣΧΥΛΟΣΟΠ
ΟΙΗΤΗΣ
64 Ω.ΩΝΔΔΔΠΑΦΟΥΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΣΙΜΩΝΙΔΟΥΠΑΠΠΟΣΤΟΥΠΟΙΗΤΟΥΠΟΙ
ΗΤΗΣΩΝΚΑΙ.......ΝΗΣΙΚΑΙΔΑΡΕΙΟΣΤΕΛΕΥΤΑΙΞΕΡΧΗΣΔΕΟΥΙΟΣΒΑΣ
ΙΛΕΥΕΙ....
65 ......ΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥΑΦΟΥΑΙΣΧΥΛΟΣΟΠΟΙΗΤ
ΗΣΤΡΑΓΩΔΙΑΙΠΡΩΤΟΝΕΝΙΚΗΣΕΚΑΙΕΥΡΙΠΙΔΗΣΟΠΟΙΗΤΗΣΕΓΕΝΕΤΟΚ
ΑΙΣΤΗΣΙΧΟΡΟΣΠΟΙΗΤΗΣ
66 ΤΗΝΕΛΛΑΔΑ..Α...ΟΕΤΗΗΗΔΔΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΑΦΟΥΞΕΡΞΗΣΤΗΝΣΧΕΔΙΑΝΕΖΕΥΞΕΝΕΝΕΛΛΗΣΠΟΝΤΩΙΚΑΙ....ΕΝΑΙΝ
ΕΝΘΕΡΜΟ
67 .....ΣΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΝΑΥΜΑΧΙΑΕΛΛΗΣΙΠΕΡΙΣΑΛΑΜΙΝΑΠΡΟΣΤΟ
ΥΣΠΕΡΣΑΣΗΝΕΝΙΚΩΝΟΙΕΛΛΗΝΕΣΕΤΗΗΗΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ
ΚΑΛ.....ΔΟΥΑΦΟΥΗΕΝ
68 ....ΤΑΙΑΙΣΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤΟΑΘΗΝΑΙΟΙΣΠΡΟΣΜΑΡΔΟΝΙΟΝΤΟΝΞΕΡΞΟ
ΥΣΤΡΑΤΗΓΟΝΗΝΕΝΙΚΩΝΑΘΗΝΑΙΟΙΚΑΙΜΑΡΔΟΝΙΟΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕ
ΝΤΗΙΜΑΧΗΙΚΑΙΤΟΠΥΡΕΡΕΥΚ...
69 .....ΕΛΙΑΙΠΕΡΙΤΗΝΑΙΤΝΙΑΝΕΤΗΗ....ΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΞΑΝΤΙ
ΠΠΟΥΑΦΟΥ...ΛΩΝΟΔΕΙΝΟΜΕΝΟΥΣ..........ΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗΔ
ΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΤΙΜΟΣΘΕΝ
70 ....ΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΛΕΩΠΡΕΠΟΥΣΟΚΕΙΟΣΟΤΟΜΝΗΜΟΝΙΚΟΝΗΥΡΩΝΕ
ΝΙΚΗΣΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΔΙΔΑΣΚΩΝΚΑΙΑΙΕΙΚΟΝΕΣΕΣΤΑΘΗΣΑΝΑΡΜΟΔΙ
ΟΥΚΑΙΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣΕΤΗΗΗ....
71 ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ......ΜΑΝΤΟΥΑΦΟΥΙΕΡΩΝΣΥΡΑΚΟΥΣΩΝΕΤΥΡΑ
ΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗΠΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΧ..Η..ΟΣΗΝΔΕΚΑΙΕΠΙΧΑ
ΡΜΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣΚΑΤΑΤΟΥ
72 ΤΟΝΑΦΟΥΣΟΦΟΚΛΗΣΣΟΦΙΛΛΟΥΟΕΚΚΟΛΩΝΟΥΕΝΙΚΗΣΕΤΡΑΓΩΔΙΑΙΕ
ΤΩΝΩΝΔΔΠΙΙΙΕΤΗΗΗΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΨΗΦΙΟΝΟΣΑΦΟΥΕΝ
ΑΙΓΟΣΠΟΤΑΜΟΙΣΟΛΙΘΟΣΕΠΕΣ..
73 ΚΑΙΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΠΟΙΗΤΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΒΙΟΥΣΕΤΗ𐅄ΔΔΔΕΤΗΗΗ
ΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΘΕΑ...ΝΙΔΟΥΑΦΟΥΑΛ....ΑΝΔΡΟΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣ
ΕΝΟΔΕΥΙΟΣΠ....ΔΙΚ
74 ΚΑΣΜΑΚΕΔΟΝΩΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΕΤΗΗ𐅄ΔΔΔΠΙΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ
ΝΕΥΘΙΠΠΟΥΑΦΟΥΑΙΣΧΥΛΟΣΟΠΟ..ΤΗΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗ𐅄ΔΠΙΙΙΕΤΕΛΕΥΤ
ΗΣΕΝΕΝ..
75 ..ΑΙΤΗΣ...ΚΕΛΙΑΣΕΤΗΗ𐅄ΔΔΔΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣ....ΑΛΛ.ΟΥ
ΤΟΥΠΡΟΤΕΡΟΥΑΦΟΥΕΥΡΙΠΙΔΗΣΕΤΩΝΩΝΔΔΔΙΙΙΤΡΑΤΩΔΙΑΙΠΡΩΤΟΝ
ΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΗ𐅄Δ......
76 ...ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΔΙΦΙ.........ΣΑΝ..ΕΚΑΤΕΥΡΙΠΙΔΗΝΣΩΚΡΑΤΗΣΚΑ
Ι...ΞΑΓΟΡΑΣΑΦΟΥΑΡΧΕΛΑΟΣΜΑΚΕΔΟΝΩΝΕΒΑΣΙΛΕΥΕΠΕΡΔΙΚΚΟΥΤ
ΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣΕΤΗΗ.....
77 ......ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΑΣΤΥΦΙΛΟΥΑΦΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΣΣΥΡΑΚΟΥΣΩΝΕΤΥ
ΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΔΔΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΕΥΚΤΗΜΟΝΟΣΑΦ
ΟΥΕΥΡΙΠΙΔΗΣΡ....
78 ...ΛΕΥΤΗΣΕΝΕΤΗΗΔΔΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΝΤΙΓΕΝΟΥΣ....Σ
Ο...ΛΗΣΟΠΟΙΗΤΗΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗ..ΔΔΔΙΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΚΑΙΚΥΡΟΣΑΝ
ΕΒ......
79 ...ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΟΥΤΟΥΠΡΟΤΕΡΟΥΑΦΟΥ..ΕΛΕΣΤΗΣΕΛ....Ν
ΙΚΗΣΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΔΔΠΙΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΜΙΚΩΝΩΣΑ
ΦΟΥ....
80 ..ΑΚΥΡΟΥΑΝΑΒΑΝΤΕΣΚΑΙΣΩΚΡΑΤΗΣΦΙΛΟΣΟΦ........ΕΛΕΥΤ......Ο..Ε
ΤΗ𐅄ΔΔΕΤΗΗΔΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΛΑΧΗ......
81 ....ΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΔΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣΑ
Φ..........ΟΣ......ΜΕ...ΡΙΑΝΟΣΔΙΘΥΡΑΜΒΩΙΕΝΙΚΗΣΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝ
ΕΤΗΗ..
82 ...ΟΥΦΙΛΟΞΕΝΟΣΔΙΘΥΡΑΜΒΟΠΟΙΟΣΤΕΛΕΥΤΑΙΒΙΟΥΣΕΤΗ𐅄ΠΕΤΗΗ.Π
ΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΠΥΘΕΟΥΑΦΟΥΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΗΣΟΚΩΜ....
83 ΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΕΟΥΑΦΟΥΑΣΤΥΔΑΜΑΣΑΘΗΝΗΣΙΝΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΗΠΙ
ΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΣΤΕ..ΟΥΚΑΤΕΚΛΗΔΕΤΟΤΕΚΑ.....
84 .....ΓΕΝΕΤΟΘΗΒΑΙΩΝΚΑΙΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝΗΝΕΝΙΚΩΝΘΗΒΑΙΟΙΕΤΗ
ΗΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΦΡΑΣΙΚΛΕΙΔΟΥ.....
85 ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΑΦΟΥΣΤΗΣΙΧΟΡΟΣΟΙΜΕΡΑΙΟΣΟΔΕΥΤΕΡΟΣΕΝΙΚΗΣΕΝΑΘ
ΗΝΗΣΙΝΚΑΙΩΙΚΙΣΘΗΜΕΓΑΛΗΠΟΛ.....
86 ΑΦΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΣΣΙΚΕΛΙΩΤΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΟΔΕΥΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΣΕΤ
ΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΚΑΙΑΛΕ...Ν...
87 ΛΕΥΕΙΕΤΗΗΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΝΑΥΣΙΓΕΝΟΥΣΑΦΟΥΦΩΚΕΙΣΤ
ΟΕΝΔΕΛΦΟΙΣ........

88 ΝΗΣΙΚ

88 ΝΗΣΙΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΥΑΦΟΥΤΙΜΟΘΕΟΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΤ..

89 ΚΕΔΟΝΩΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΚΑΙΑΡΤΟΞΕΡΞΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ.....ΣΔΕΟΥΙΟΣΒ.......

90 ..ΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΓΑΘΟΚΛΕ.....

91 ...ΝΕΤΟΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΣ........

92 .....ΣΟΦΟΣ....Τ...ΤΟΥΤΟΥΑΦΟΥΚΑ......

93 .....Η𐅄....ΑΡΧΟΝΤΟΣ............

Idem charactere communi, cum versione; qualem per lacunas licuit exhibere. Vocabula autem mutila, de quibus dubitari omnino non potest, ea, perinde ac si integra essent, redduntur.

1 .....ου.... νπαν ....ων ... νων ἀνέγραψα τοὺς ἀν................

..............descripsi.....

2 ἀρξά.. ος ἀπὸ Κέκροπος τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Ἀθηνῶν, ἕως ἄρχοντος ἐμ Πάρῳ .....

auspicatus a Cecrope primo Athenarum rege, usque ad archontem in Paro .....

3 ....υάνακτος, Ἀθήνησιν δὲ Διογνήτου. Ἀφ' οὗ Κέκροψ Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε, καὶ ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη, τὸ πρότερον καλου-

....yanactem, Athenis vero Diognetum. Ex quo Cecrops Athenis regnavit, & regio Cecropia dicta est, antea scili-

4 μένη Ἀκτικὴ ἀπὸ Ἀκταίου τοῦ αὐτόχθονος, ἔτη ΧΗΗΗΔΠΙΙΙ. Ἀφ' οὗ Δευκαλίων παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε, .. σιλε..

cet Actica ab Actaeo indigena nuncupata, anni MCCCXVIII. Ex quo Deucalion juxta Parnassum in Lycoria regnavit

5 ..ντος Ἀθηνῶν Κέκροπος, ἔτη ΧΗΗΗΔ. Ἀφ' οὗ δίκη Ἀθήνησιν .. νετο Ἄρει καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιρροθίου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη

regnante Athenis Cecrope, anni MCCCX. Ex quo Mars & Neptunus judicio egerunt de Halirrhothio Neptuni F. & locus nuncupatus est

6 Ἄρειος πάγος, ἔτη ΧΗΗ𐅄ΔΠΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ... ου. Ἀφ' οὗ κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο, καὶ Δευκαλίων τοὺς

Areopagus, anni MCCLXVIII, Athenis regnante Cranao. Ex quo diluvium sub Deucalione contigit, & is

7 ὄμβρους ἔφυγεν, ἐγ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας προ .... .. ον καὶ τοῦ διο .... υο ... δ .. μτουιορ .. ονιδ ... ο .. τὰ Σωτήρια ἔθυσεν,

imbres effugit, e Lycoria ad Athenas ....sacra pro salute fecit,

8 ..τη ΧΗΗ𐅄ΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ.ν. .ου. Ἀ..... κτύων Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν ἐν Θερμοπύλαις, καὶ ξυνῆγε

anni MCCLXV, regnante Athenis Cranao. Ex quo Amphictyon F. Deucalionis Thermopylis regnavit, & congregavit

9 .. ους περὶ τὸν ὅρον οἰκοῦντας, καὶ ὠ ... μασεν Ἀμφικτύονας, καὶ π .... νου .... καὶ νῦν ἔτι θύουσιν Ἀμφικτύονες

... accolas vicinos, & nominavit eos Amphictyonas, & P............ etiamnum sacrificant Amphictyones,

10 ..τη ΧΗΗ𐅄ΠΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. Ἀφ' οὗ Ἕλλην ὁ Δευκ..... ωτιδος ἐβασίλευσε, καὶ Ἕλληνες

anni MCCLVIII, regnante Athenis Amphictyone. Ex quo Hellen filius Deucalionis .... regnavit, & Hellenes

11 .. ομάσθησαν τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι, καὶ τὸν ἀγῶνα Παναθ .. ναι .... ω ΧΗΗ𐅄ΠΙΙ, βασιλεύοντος

nominati sunt qui antea Graeci appellati, & certamen Panathenaeorum ....MCCLVII, regnante

12 Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. Ἀφ' οὗ Κάδμος ὁ Ἀγήνορος εἰς Θήβας ἀφίκετο .... ἔκτισεν τὴν Καδμεί-

Athenis Amphictyone. Ex quo Cadmus Agenoris F. Thebas advenit .... condidit Cadmi-

13 αν, ἔτη ΧΗΗ𐅄Π, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. Ἀφ' οὗ .... νίκης ἐβασίλευσαν,

am, anni MCCLV, regnante Athenis Amphictyone. Ex quo .... regnarunt,

14 ἔτη ΧΗΗ𐅄ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. Ἀφ' οὗ ναῦ .....η..... ων ἐξ Αἰγύπτου

anni MCCLII, regnante Athenis Amphictyone. Ex quo navis ...... ex AEgypto

15 .. ις τὴν Ἑλλάδα ἔπλευσε, καὶ ὠνομάσθη πεντηκόντορος, καὶ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ... ωνη καὶ Βα ..

in Graeciam transmisit, & nuncupata est pentecontorus seu quinquagintaremis, & Danai filiae....

16 .λαρεύω καὶ Ἑλίκη καὶ Ἀρχεδίκη ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν ..... αὐτ..

& Helice & Archedice sorte lectae a caeteris filiabus ....

17 καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ Παρα .. αδι ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας, ἔτη ΧΗΗΔΔΔΠΙΙ, βασιλεύο.. ....

& sacrificabant super littus in Para .. de in Lindo, quae Rhodi urbs est, anni MCCXLVII, regnante .... Erich-

18 θόνιος, Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις, ἅρμα ἔζευξε, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐδείκνυε, καὶ Ἀθηναίους ..ον..αι..

thonius, Panathenaeis primo celebratis, currum junxit, & certamen edidit, & Athenienses .....

19 εῶν μητρὸς ἐφάνη ἐγ Κυβέλοις, καὶ Ὕαγνις ὁ Φρὺξ αὐλοὺς πρῶτος ηὗρεν, εγκ..ναίων τοὺς Φρύγας ....α-

deorum matris agi coepere in Cybelis, & Hyagnis Phryx tibias primus invenit, & ....

20 λουμένην Φρυγιστὶ πρῶτος ηὔλησε, καὶ ἄλλους νόμους Μητρὸς, Διονύσου, Πανὸς, καὶ τὸν επ ....

dictam more Phrygio primus tibiis cecinit, & alios nomos Matris, Bacchi, Panis, & ......

21 .... ἔτη ΧΗΗΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου τοῦ τὸ ἅρμα ζεύξαντος. Ἀφ' οὗ Μίνως πρ..... βα..

.... anni MCCXLII, regnante Athenis Erichthonio, qui currum conjunxit. Ex quo Minos primus regnavit ...

22 δ... λω-

..lo-

22 δ . . . λωνίαν ᾤκισε, καὶ σίδηρος ηὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ, ἐῤ-
ρόντων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, Κέλμιος κ . . . . .

. . Ionia sedes fixit, & ferrum repertum est in Ida ab Idaeis Dactylis, Celmide . . . . .

23 . . λεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος. Ἀφ' οὗ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας καρπὸν ἐφύ . . υεν καὶ πρ . .
. . πεμ . . . ωτηδ . . .

regnante Athenis Pandione. Ex quo Ceres Athenas advenit, & fruges plantavit, & . . . .
. . . . . .

24 . . ριπτολέμου τοῦ Κελέου καὶ Νεαίρας, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Ἐριχθέως. Ἀφ' οὗ Τριπτό-
. . . .

Triptolemo Celei & Neaerae filio, anni MCXLV, regnante Athenis Erichtheo. Ex quo Triptolemus . . . .

25 . . . ἔσπειρεν ἐν τῇ Ραρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι, ἔτη Χ . . ΔΔΔΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν . . . . . . υ . . .

. . seminavit in Raria, quae dicta Eleusine, anni M . . CXLV, regnante Athenis . . . .

26 . . υιο αὐτοῦ ποίησιν ἐξ . . θηκε Κόρης τε ἁρπαγὴν καὶ Δήμητρος ζήτησιν, καὶ τὸν αὐτοῦ . . . .

. . . . . Proserpinae raptum & Cereris investigationem, & ejus . . . .

27 . . . . . θος τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπὸν, ἔτη ΧΗΔΔΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθέως . . . .

eorum qui fruges exceperant, anni MCXXXV, regnante Athenis Erichtheo . . . . .

28 . . . νου τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι . . . .
καὶ τὰς τοῦ . . . . ουσαις ποιήσ . . ς . ἐξέθηκ . . .

. . . mysteria edidit in Eleusine . . . . & . . . .
. . . .

29 . . . . ως τοῦ Πανδίονος. Ἀφ' οὗ καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο . . . . ου πρώτω αον . . . .
εαυτ . . . .

. . . . Pandionis F. Ex quo lustratio primum instituta est . . . . .

30 . . . . ΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. Ἀφ' οὗ . . ν Ἐλευσῖνι ὁ γυμνικὸς . . . . . .
. . . . Ἀφ' οὗ . . . .

. . . . XII. regnante Athenis Pandione filio Cecropis. Ex quo in Eleusine gymnicus . . . .
Ex quo

31 . . . . . αι . . τὰ Λυκαῖα ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐγένετο, καὶ λ
. . . κκε . . . . Λυκάονος ἐδόθησαν τοῖς Ἕλλ . .
σι . . . . η . . ν . . . βασιλεύον-

Lycaea in Arcadia, & . . . . Lycaonis dabantur Graecis . . . . regnan-

32 τος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. Ἀφ' οὗ Κα
. . . . γ . . . . ησια Ἡρακλῆς . . . . . ν . . . .
. . ω . . . . . . δος . . . .

te Athenis Pandione filio Cecropis. Ex quo . . . . Hercules . . . . regnan-

33 βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Αἰγέως. Ἀφ' οὗ Ἀθήνησι . . . . . ς τῶν καρπῶν ἐγένετο, καὶ μαντευόμενος Ἀθην
. . . . αλωνενη . .

te Athenis AEgeo. Ex quo Athenis . . . . . frugum contigit, & consulto oraculo . . . . . subiit

34 . . . ς ὑπόσχεν . . α . . αμ Μίνως ἀξιώσει, ἔτη ΧΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Αἰγ . . . . Ἀφ' οὗ Θησ . . . .
. . . . . .

postulaverit Minos, anni MXXXI. regnante Athenis AEgeo. Ex quo Theseus . . . .

35 Ἀθηνῶν τὰς δώδεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνῴκισεν καὶ πολιτείαν καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀπέδω . . . .

Atticas duodecim urbes in unam collegit, & reipublicae formam & statum popularem . . . .

36 . . . . ος Ἀθηνῶν τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἔθηκε, Σίνιν ἀποκτείνας, ἔτη ΗΗΗΗΗΙΔΔΔΔΔΠ.
Ἀπὸ τοῦ ἀμμον . . . . τη . . . .

. . . .
. . . . Isthmiorum certamen proposuit, Sine occiso, anni DCCCCXCV. A . . . .

37 . . . . ΔΔΔΔΙΙ βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. Ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι νεδαδρας . . . . βασίλευσαν, καὶ τὸν ἀγῶνα . . ν . . α . . ηθ . . . . αν . . .

. . . . XLII, regnante Athenis Theseo. Ex quo Argivi . . . . regnarunt, & certamen
. . . . .

38 . . . ἔτη ΗΗΗΗΗΙΔΔΔΔΠΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. Ἀφ' οὗ οἱ . . . νες εἰς Τροίαν ε . . ράτευσ . . . . ἔτη ΗΗΗΗΗΙΔΙΙΙΙ, βασιλεύοντος
Ἀθη

. . . anni DCCCCLXXXVII, regnante Athenis Theseo. Ex quo Graeci in Trojam expeditionem fecerunt, anni DCCCCLIV, regnante Athe-

39 . . . . νεσθέως τρεισκαιδεκάτου ἔτους. Ἀφ' οὗ Τροία ἥλω, ἔτη ΗΗΗΗΗΔΔΔΔΠ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν . . . . έως, δευτέρου ἔτους, μηνὸς Θ . . . . . .

nis Menestheo anno ejus decimotertio. Ex quo Troja capta est, anni DCCCCXLV, regnante Athenis Menestheo, secundo ejus anno; mensis Tharge

40 . . . . . νος ἑβδόμη φθίνοντος. Ἀφ' οὗ Ὀρέστη . . ιοιαιτωναυτό . . . . ιγίσθου θυγατρ . . . . ον . .
. . . . γίσθου καὶ αὐ . . . .

lionis die vigesimo quarto. Ex quo Orestes . . . . AEgisthi filiae . . . .

41 . . . . . αι ἐν Ἀρείου πάγῳ δίκη Ὀρέστης ἐνίκησεν . . . . ων . . . . ἔτη . . ΗΗΗΗΔΔΔ . . ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. Ἀφ' οὗ . .

in Areopago, qua vicit Orestes . . . . anni . . CCCCXXX . . II, regnante Athenis Demophonte. Ex quo . .

42 . . Κύπρον Τεῦκρος ᾤκισεν, ἔτη ΗΗΗΗΗΔΔΔΠΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. Ἀφ' οὗ Νη . . εὺς ᾤκισ . . . . . γ . . . αλαηχαρ . . . . σι

. . . . . . Cypro Teucer sedes posuit, anni DCCCCXXXVIII, regnante Athenis Demophonte. Ex quo Neleus inhabitavit . . . . . .

43 . . . . . . αν Ἔφεσον, Ἐρυθρὰς, Κλαζομενὰς τ . . . . λιν κατάγρονον ὑπὸ Κολοφῶνα . . . ιυουνλα . . . α . . Σάμον . . . . τὰ . . Ἰωνί . . . ἐγένετο εἰ .

. . . . Ephesum, Erythras, Clazomenas . . . Colophonem, Myunta . . . . . Samon . . . . . . in Ioniam fiebat . . . .

44 . . . . . ΔΙΙΙ, . . . βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως τρεισκαιδεκάτου . . . . υς. Ἀφ' οὗ . . . . ιοδος ὁ ποιητὴς . . . . η, ἔτη ΗΙΔΔ . . βασιλεύοντος Ἀθηνῶν . .

. . . . . XIII. regnante Menestheo, decimo tertio ejus anno. Ex quo Hesiodus poeta floruit, anni DCLXX . . , regnante Athenis . . .

45 . . Ἀφ' οὗ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς ἐφάνη, ἔτη ΗΔΔΔΔΙΙΙ βασιλεύοντος Ἀθηνῶν . . . ιογνήτου. Ἀφ' οὗ Φ . . δων ὁ Ἀργεῖος δημεύς . . . . νευ . .

. . . . . . Ex quo Homerus poeta floruit, anni DCXLIII, regnante Athenis Diogneto. Ex quo Pheidon Argivus . . . .

46 . . . . ἐσκεύ-

. . . . &

46 .... ἐσκεύασε καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, ἑνδέκατος ὢν ἀφ' Ἡρακλέους, ἔτη ΓΗΗΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν ..

47 ...ους. Ἀφ' οὗ Ἀρχίας Εὐαγήτου δέκατος ὢν ἀπὸ Τεμένου ἐκ Κορίνθου ἤγαγεν ἀποικίαν .... Συρακούσ .....

48 .... τος Ἀθηνῶν Αἰσχύλου, ἔτους εἰκοστοῦ καὶ ἑνός. Ἀφ' οὗ κατ' ἐνιαυτὸν ηρ .. εν .. ρ ... ων ετ..... ΗΗΗΗΔΔ. Ἀφ' οὗ .. ο .. υ

49 .... ἔτη ΗΗΗΗΔΠΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιᾶ. Ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοῦ .. α .. ων .. δ .. καὶ τοὺς αὐλητ .....

50 ... λησε καὶ τὴν ἔμπροσθ' ἐμοῦ δίκην μετέστησεν, ἔτ. ΗΗΗΓΔΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δρωπίλου. Ἀφ' οὗ Α ...... ς Λυδὸ ...... σιλευσ ....

51 ..... ΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους. Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐγ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα ..... ολ .... θ ....

52 ..... τος Ἀθήνησιν μὲν Κριτίου προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν γεωμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν ..... το ......

53 ..... οντες Κύρραν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων, ἔτη ΗΗ .. ΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Σιμῶ . ος. Ἀφ' οὗ ...

54 .... αντης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη ἔτη ΗΗΗΔΠΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου. Ἀφ' οὗ ἐν Ἀθ .... αις κώμω .... ρ .... εθη ... σανι

55 ..... των Ἰκαριέων ηὑρόντος Σουσαρίωνος καὶ δόλον .. τεθ .. ππω τον . ιχα .... δ .... αρσιχο .... νοινου ... ερ ... ος .....

56 .. Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος Ἀθηνῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΓΔΔΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος ...... ικ ...... ου. Ἀφ' οὗ Κροῖσος ... Ἀσίας ..... δελφος α ..

57 ..... ΔΔΔΔΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι τοῦ δήμου. Ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε, καὶ Κροῖσον ὑπὸ ..... ης σφαλ ....

58 ... καὶ Ἱππῶναξ κατὰ τοῦτον ὁ Ἰαμβοποιός. Ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς .... αχι ..... ος ἐδίδαξεν Ἄλ .. στιν .... τέθη ὁ τράγος, ἔτη ΗΗΓ ... ἄρχοντος Ἀθ ....

59 .... ναίου τοῦ προτέρου. Ἀφ' οὗ Δαρεῖος Περσῶν ἐβασίλευε, Μάγου τελευτήσαντος, ἔτη .... ΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθή .... Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ .... των ἀπέκτε ....

60 .. ρχον Πεισιστράτου α .... ον καὶ Ἀθηναίοις ... ρ ... ησαν τοὺς Πεισιστρατίδας εκι .... κλασ .... ου τείχους, ἔτη ΗΗΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι

61 ..... Ἀφ' οὗ χοροὶ πρῶτον ἠγωνίσαντο ἀνδρῶν, ὃν διδάξας Ὑπο .. κος Χαλκιδε ..... ἐνίκ .... ἔτη ΗΗΔΔΔ ...... ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσαγόρου. Ἀφ' οὗ νε ... Ἱππία ...

62 .... ἐν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΗΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυθοκρίτου. Ἀφ' οὗ ἡ ἐμ Μαραθῶνι μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Πέρσας .. αριντεας ... ων Δαρείου ἀδελ

63 ... ν τὸν στρατηγὸν ἐνίκων Ἀθηναῖοι, ἔτη ΗΗΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθην ...... δευτέρου ... φ .. ν ... ἐν μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλος ὁ ποιητής

64 ε .. ὢν ὢν ΔΔΔΠ. Ἀφ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Σιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ ποιητὴς ὢν καὶ .... νησι καὶ Δαρεῖος τελευτᾷ, Ξέρξης δὲ ὁ υἱὸς βασιλεύει

65 .... ΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστείδου. Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο, καὶ Στησίχορος ποιητὴς

66 τὴν Ἑλλάδα .. α .. ο, ἔτη ΗΗΔΔΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλοκράτους. Ἀφ' οὗ Ξέρξης τὴν σχεδίαν ἔζευξεν ἐν Ἑλλησπόντῳ, κ .... ενααν ἐν Θερμο

67 ..... ς μάχη ἐγένετο, καὶ Ναυμαχία Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς Πέρσας, ἣν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες, ἔτη ΗΗΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλ .... δου. Ἀφ' οὗ ἡ ἐν .... ταίαις

.... & nummum argenteum in AEgina fecit, undecimus scilicet ab Hercule, anni DCXXXI, regnante Athenis ....

...... Ex quo Archias Euagiti F. decimus a Temeno, e Corintho deduxit coloniam .... Syracusas ..

. regnante Athenis AEschylo; anno ejus vigesimoprimo. Ex quo annuus archon electus est, anni CCCCXX. Ex quo .....

.... CCCCXVIII, archonte Athenis Lysia: Ex quo Terpander Derdenius, Lesbius, nomos ...... tibiis cecinit & actionem coram me depulit, anni CCC LXXXI, archonte Athenis Dropilo. Ex quo A ...... Lyd ...... reg ..

... XXXI, archonte Athenis Aristocle. Ex quo Sappho ex Mitylene in Siciliam trajecit fugiens .... archonte scilicet Athenis Critia priore, Syracusis autem rerum potientibus finitimis ....

..... Cyrrham, & certamen gymnicum editum est, quo praemia ex spoliis praebenda, anni CCC XXVII, archonte Athenis Simone. Ex quo certamen coronarium iterum factum est, anni CCCXVIII, archonte Athenis Damasia secundo. Ex quo Athenis Comoediae, ..

... Icariensium, inventore Susarione & ....

....

Ex quo Pisistratus Athenis tyrannidem exercuit, anni CCXCVII, archonte ...... Ex quo Croesus .. Asiae ...

.. XLII, archonte Athenis populo. Ex quo Cyrus Persarum rex Sardes cepit & Croesum .... Eo aevo floruit Hipponax Iamborum scriptor. Ex quo Thespis poeta .... edidit Alcestin ... proponebatur hircus, anni CCL ... archonte Athenis .... naeo primo. Ex quo Darius Persarum rex regnavit, Mago mortuo, anni ...... LIII, archonte Athenis .. Ex quo Harmodius & Aristogiton interfecerunt Hipparchum Pisistrati F .... & Atheniensibus ... . Pisistratidas ...... anni CCXLVIII, archonte Athenis .....

.... Ex quo choris primo certatum est virorum, & certamine illo Hypo .. cus Chalcidensis vicit, anni CCXXX ..., archonte Athenis Lysagora. Ex quo .. Hippias ..

... Athenis anni CCXXXI archonte Athenis Pythocrito. Ex quo pugna Marathone commissa est ab Atheniensibus contra Persas, ... Darii .....

... ducem vicerunt Athenienses, anni CCXXVII, archonte Athenis ..... secundo .... certamine contendit AEschylus poeta natus annos XXXV ... Ex quo Simonides Simonidis poetae avus, ipse etiam poeta, & ...... & Darius obiit, Xerxes autem filius ejus regnavit

.... XV, archonte Athenis Aristide. Ex quo AEschylus poeta tragoediae primum vicit, & Euripides poeta natus est, & Stesichorus poeta Graeciam .... anni CCXXII, archonte Athenis Philocrate. Ex quo Xerxes navigia junxit in Hellesponto, & .... in Thermopylis pugna commissa est, & proelium navale a Graecis adversus Persas juxta Salaminem, quo vicerunt Graeci, anni CCXVII, archonte Athenis Calliade. Ex quo ad Plataeas

68 .... ταίαις μάχη ἐμάχετο Ἀθηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν Ξέρξου στρατηγόν, ἣν ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ πῦρ ἐρρύη ...

Plataeas pugnarunt Athenienses adversus Mardonium Xerxis ducem, & victoriam reportarunt, Mardonius autem in ipsa pugna mortem obiit, & ignis erupit in

69 .... ελία περὶ τὴν Αἴτναν ἔτη Η..ΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξανθίππου. Ἀφ᾽ οὗ ... λων ὁ Δεινομένους ἐτυράννευσεν ἔτη ΗΗΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Τιμοσθένους ...

Sicilia circa AEtnam, anni C ... VI, archonte Athenis Xantippo. Ex quo Gelo Dinominis F. gravem tyrannidem exercuit, anni CCXV, archonte Athenis Timosthene.

70 ..... Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους, ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρὼν ἐνίκησεν Ἀθήνησιν διδάσκων, καὶ αἱ εἰκόνες ἐστάθησαν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ἔτη ΗΗ...

Ex quo Simonides, Leoprepis F. Ceus, qui memorandi artis inventor erat, Athenis ludis edendis vicit, & erectae sunt imagines Harmodii & Aristogitonis, anni CC ...

71 ἄρχοντος Ἀθήνησι .... μάντου. Ἀφ᾽ οὗ Ἱέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΠΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χ..η..ος. Ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦ-

archonte Athenis Adimanto. Ex quo Hiero Syracusis tyrannidem exercuit, anni CCVIII, archonte Athenis Charete, cujus etiam tempore fuit Epicharmus poe-

72 τον. Ἀφ᾽ οὗ Σοφοκλῆς Σοφίλλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ, ἐτῶν ὢν ΔΔΠΙΙΙ, ἔτη ΗΗΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀψηφίονος. Ἀφ᾽ οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε ..

ta. Ex quo Sophocles Sophilli F. ex Colono, tragoedia vicit, natus scilicet annos XXVIII, anni CCVI, archonte Athenis Apsephione. Ex quo in AEgos flumen saxum cecidit,

73 Καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη 𐅄ΔΔΔΔ ἔτη ΗΗΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεα ... νίδου. Ἀφ᾽ οὗ Ἀλ.. ανδρος ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Π.. δίκ-

& Simonides poeta, postquam vixerat annos XC, vitam finivit, anni CCV, archonte Athenis Theagenida. Ex quo Alexander vitam finivit, filius autem ejus Perdic-

74 κας Μακεδόνων βασιλεύει, ἔτη Η𐅄ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθίππου. Ἀφ᾽ οὗ Αἰσχύλος ὁ τὸ .. τῆς βιώσας ἔτη 𐅄ΔΠΙΙΙΙ, ἐτελεύτησεν ἐν ...

cas in Macedonia regnavit, anni CXCIX, archonte Athenis Euthippo. Ex quo AEschylus poeta, postquam vixerat annos LXIX, vitam finivit in ..

75 .. α τῆς ... κελίας, ἔτη Η𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Καλλίου τοῦ προτέρου. Ἀφ᾽ οὗ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ, τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν, ἔτη Η𐅄Δ ...

.... Siciliae anni CXCIII, archonte Athenis Callia primo. Ex quo Euripides annos natus XLIII, tragoedia primum vicit, anni CLX ..

76 ... οντος Ἀθήνησι Διφί .... σαν .. ε κατ᾽ Εὐριπίδην Σωκράτης καὶ ... ξαγόρας. Ἀφ᾽ οὗ Ἀρχέλαος Μακεδόνων ἐβασίλευσε Περδίκκου τελευτήσαντος, ἔτη Η ....

archonte Athenis Diphilo .... Floruerunt autem Euripidis aevo Socrates & Anaxagoras. Ex quo Archelaus in Macedonia regnavit, post mortem Perdiccae, anni C

77 ... οντος Ἀθήνησι Ἀστυφίλου. Ἀφ᾽ οὗ Διονύσιος Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκτήμονος. Ἀφ᾽ οὗ Εὐριπίδης ρ ....

.. archonte Athenis Astyphilo. Ex quo Dionysius Syracusis exercuit tyrannidem, anni CXLVII, archonte Athenis Euctemone. Ex quo Euripides .... vitam

78 .... λεύτησεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιγένους. .... Σο ..... κλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ... ΔΔΔΔΙ, ἐτελεύτησεν, καὶ Κῦρος ἀνέβη ....

finivit, anni CXLV, archonte Athenis Antigene. Ex quo .... Sophocles poeta postquam annos .... XXXXI vixerat, vitam finivit, & Cyrus .... ar-

79 .... οντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ προτέρου. Ἀφ᾽ οὗ ... ελέστης ελ .... νίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Μίκωνος. Ἀφ᾽ οὗ ......

chonte Athenis Callia primo. Ex quo Telestes ...... vicit Athenis anni CXXXXIX, archonte Athenis Micone. Ex quo ....

80 .... α. Κύρου ἀναβάντες καὶ Σωκράτης φιλόσοφ ... . ελεύτ .... ο .. ἔτη 𐅄ΔΔ, ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λάχη ....

.... & Socrates philosophus mortuus est .... annos natus LXX, anni CXXXVII, archonte Athenis Lachete ...

81 ..... Ἀθήνησιν ἔτη ΗΔΔΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκράτους. Ἀφ ..... ος .... Με... ρανος διθυράμβῳ ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη Η.......

... Athenis, anni CXXXV, archonte Athenis Aristocrate. Ex quo ..... dithyrambis vicit Athenis, anni C ....

82 Ἀφ᾽ οὗ Φιλόξενος διθυραμβοποιὸς τελευτᾷ βιοὺς ἔτη 𐅄Π, ἔτη ΗΔΠΙ, ἄρχοντος

Ex quo Philoxenus poeta dithyrambicus mortem obiit, postquam annos LV vixerat, anni CXVI, archonte

83 Ἀθήνησι Πυθέου. Ἀφ᾽ οὗ Ἀναξανδρίδης ὁ κωμ.. .... Ἀθήνησι Καλλέου. Ἀφ᾽ οὗ Ἀστυδάμας Ἀθήνησιν ἐνίκησεν, ἔτη ΗΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀστε.ου. Κατεκάη δὲ τότε κα.....

Athenis Pythea. Ex quo Anaxandrides Comicus .... Athenis Callea. Ex quo Astydamas Athenis vicit, anni CIX, archonte Athenis Asteio. Combustum est autem tunc ......

84 ..... ἐγένετο Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, ἣν ἐνίκων Θηβαῖοι, ἔτη ΗΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φρασικλείδου ....

..... commissa est pugna Thebanorum & Lacedaemoniorum, qua vicerunt Thebani, anni CVII, archonte Athenis Phrasiclide ...

85 βασιλεύει. Ἀφ᾽ οὗ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ὁ δεύτερος ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, καὶ ᾠκίσθη Μεγάλη πόλ ....

regnat. Ex quo Stesichorus Himeraeus secundus vicit Athenis, & condita est Megalepolis ... ...

86 Ἀφ᾽ οὗ Διονύσιος Σικελιώτης ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν, καὶ Ἀλε .... ν ....

Ex quo Dionysius Siculus vitam finivit, & filius ejus Dionysius tyrannidem exercuit, & Alexander .... regna-

λεύει, vit,

87	λεύει, ἔτη HHII, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ναυσιγένους. Ἀφ' οὗ Φωκεῖς τὸ ἐν Δελφοῖς	vit, anni CIV, archonte Athenis Naufigene. Ex quo Phocenfes in Delphis ... Athe-
88	νησι Κηφισοδώρου. Ἀφ' οὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη ΓΔΔΔΔΔ ἐτελεύτησεν, ἔτ	nis Cephifodoro. Ex quo Timotheus poftquam annos vixerat XC, mortem obiit, anni .... Mace-
89	κεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν, ...ς ὁ υἱὸς β	donibus imperavit, & Artoxerxes vitam finivit.. .... filius verò ......
90	.. ἐνίκησεν, ἔτη ΓΔΔΔΔΔIII, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέ	.. vicit, anni XCIII, archonte Athenis Agatho- cle ......
91	... νετο, ἔτη ΓΔΔΔΔΔI, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλ-	.. anni XCI, archonte Athenis Calliftrato ....
92	λις ..... σοφος .. τ ... τούτου. Ἀφ' οὗ Κλ ..	..... Ex quo ....
93	..... η ΓΔ ...... ἄρχοντος	. anni L, ... archonte ......

II.

Foedus Smyrnaeorum & Magnetum, ad majeftatem Seleuci Callinici Afiae regis tutius confervandam, circa annum ante vulgarem D. n. Jefu Chrifti Epocham CCXLIV, feu periodi Julianae MMMMCCCCLXX, percuffum, columnis fingulis incifum, & in fano Veneris Stratonicidis alibique apud utramque rempublicam ex pacto facratum. Bina infuper foedus comitantia decreta Smyrnaeorum.

Decretum Foederi praevium.

1 ΕΔΟΞΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙΣΤΡΑΤΗΓΩΝΓΝΩ.ΗΕΠΕΙΔΗΠΡΟΤΕΡΟΝΤΕΚΑΘΟΝΚΑ
ΙΡΟΝΟΒΑΣΙΛΕΥΣΣΕΛΕΥΚΟΣΥΠΕΡ
2 ΕΒΑΛΕΝΕΙΣΤΗΝΣΕΛΕΥΚΙΔΑΠΟΛΛΩΝ.ΑΙΜΕΓΑΛΩΝΚΙΝΔΥΝΩΝΠΕΡΙΣΤΑΝ
ΤΩΝΤΗΜΠΟΛΙΝΗΜΩΝΚΑΙΤΗΝ
3 ΧΩΡΑΝΔΙΕΦΥΛΑΞΕΝΟΔΗΜΟΣΤΗΜΠΡΟΣΑΥΤΟΝΕΥΝΟΙΑΝΤΕΚΑΙΦΙΛΙΑ
ΝΟΥΚΑΤΑΠΛΑΓΕΙΣΤΗΝΤΩΝΕΝΑΝΤΙΩΝΕΦΟΔΟΝ
4 ΟΥΔΕΦΡΟΝΤΙΣΑΣΤΗΣΤΩΝΥΠΑΡΧΟΝΤΩΝΑ.ΩΛΕΙΑΣΑΛΛΑΠΑΝΤΑΔΕΥ
ΤΕΡΑΗΓΗΣΑΜΕΝΟΣΕΙΝΑΙΠΡΟΣΤΟΔΙΑΜΕΙ
5 ΝΑΙΕΝΤΗΙΑΙΡΕΣΕΙΚΑΙΑΝΤΙΛΑΒΕΣΘΑΙΤΩΜΠ.ΑΓΜΑΤΩΝΚΑΤΑΤΗΝΕΑ
ΥΤΟΥΔΥΝΑΜΙΝΚΑΘΟΤΙΕΞΑΡΧΗΣΥΠΕΣΤΗΔΙΟ
6 ΚΑΙΟΒΑΣΙΛΕΥΣΣΕΛΕΥΚΟΣΕΥΣΕΒΩΣΤΑΠΡΟΣΤΟ.ΣΘΕΟΥΣΔΙΑΚΕΙΜΕΝ
ΟΣΚΑΙΦΙΛΟΣΤΟΡΓΩΣΤΑΠΡΟΣΤΟΥΣΓΟΝΕΙΣΜΕΓΑ
7 ΛΟΨΥΧΟΣΩΝΚΑΙΕΠΙΣΤΑΜΕΝΟΣΧΑΡΙΤΑΣΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙΤΟΙΣΕΑΥΤΟΝΕ
ΥΕΡΓΕΤΟΥΣΙΝΕΤΙΜΗΣΕΝΤΗΜΠΟΛΙΝΗΜΩΝΔΙΑ
8 ΤΕΤΗΝΤΟΥΔΗΜΟΥΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΝΗΝΕΠΕΠΟΙΗΤΟΕΙΣΤΑ
ΠΡΑΓΜΑΤΑΑΥΤΟΥΚΑΙΔΙΑΤΟΤΟΜΠΑΤΕ
9 ΡΑΑΥΤΟΥΘΕΟΝΑΝΤΙΟΧΟΝΚΑΙΤΗΜΜΗΤΕΡΑΤΗΝΤΟΥΠΑΤΡΟΣΘΕΑΝΣ
ΤΡΑΤΟΝΙΚΗΝΙΔΡΥΣΘΑΙΠΑΡΗΜΙΝΤΙΜΩΜΕ
10 ΝΟΥΣΤΙΜΑΙΣΑΞΙΟΛΟΓΟΙΣΚΑΙΚΟΙΝΗΙΥΠΟΤΟΥΠΛΗΘΟΥΣΚΑΙΙΔΙΑΙΥΦ
ΕΚΑΣΤΟΥΤΩΜΠΟΛΙΤΩΝΚΑΙΕΒΕΒΑΙΩΣΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙΤΗΝΑΥΤΟ
11 ΝΟΜΙΑΝΚΑΙΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΝΕΓΡΑΨΕΝΔΕΚΑΙΠΡΟΣΤΟΥΣΒΑΣΙΛΕΙΣΚΑΙ
ΤΟΥΣΔΥΝΑΣΤΑΣΚΑΙΤΑΣΠΟΛΕΙΣΚΑΙΤΑΕΘΝΗΑΞΙ
12 ΩΣΑΣΑΠΟΔΕΞΑΣΘΑΙΤΟΤΕΙΕΡΟΝΤΗΣΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΔΟΣΑΦΡΟΔΙΤΗΣΑ
ΣΥΛΟΝΕΙΝΑΙΚΑΙΤΗΜΠΟΛΙΝΗΜΩΝΙΕΡΑΝΚΑΙΑΣΥΛΟΝΝΥΝΤΕΥΠΕΡ
13 ΒΕΒΛΗΚΟΤΟΣΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΕΙΣΤΗΝΣΕΛΕΥΚΙΔΑΟΙΣΤΡΑΤΗ..ΙΣΠΕΥΔ
ΟΝΤΕΣΔΙΑΜΕΝΕΙΝΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑΣΥΜΦΕΡΟΝΤΩΣΔΙΕ
14 ΠΕΜΨΑΝΤΟΠΡΟΣΤΟΥΣΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΤΟΙΚΟΥΣΚΑΙΠΡΟ.ΤΟΥΣΥΠ
ΑΙΘΡΟΥΣΙΠΠΕΙΣΚΑΙΣΤΡΑΤΙΩΤΑΣΚΑΙΑΠΕΣΤΕΙΛΑΝΕΞΑΥΤΩΝ
15 ΕΝΑΔΙΟΝΥΣΙΟΝΤΟΜΠΑΡΑΚΑΛΕΣΟΝΤΑΑΥΤΟΥΣΔΙΑ..ΛΑΣΣΕΙΝΤΗΜΦ
ΙΛΙΑΝΚΑΙΣΥΜΜΑΧΙΑΝΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩΙΕΙΣ
16 ΠΑΝΤΑΤΟΓΧΡΟΝΟΝΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΙΔΙΑΤΗΡΟΥΝΤΩΝΑΥΤΩ.ΤΑΠ
ΡΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΟΝΑΥΤΟΝΕΧΘΡΟΓΚΑΙΦΙΛΟΝΗΓΟΥΜΕΝΩΝΥΠΑΡΞΕΙΝΑΥ
17 ΤΟΙΣΠΑΡΑΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙΠΑΡΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΠΑΝ.ΑΤΑΦ
ΙΛΑΝΘΡΩΠΑΚΑΙΚΑΛΩΣΕΧΟΝΤΑΚΑΙΑΠΟΔΟΘΗΣΕΣΘΑΙΧΑΡΙ
18 ΤΑΣΑΥΤΟΙΣΑΞΙΑΣΤΗΣΑΙΡΕΣΕΩΣΟΙΔΕΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΠΑΡΑΚΛΗΘΕΝΤ
ΕΣΚΑΙΑΥΤΟΙΟΝΤΕΣΠΡΟΘΥΜΟΙΠΡΟΣΤΟΔΙΑΦΥΛΑΣΣΕΙΝΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΤ
ΗΝΤΕΦΙ
19 ΛΙΑΝΚΑΙΤΗΝΣΥΜΜΑΧΙΑΝΚΑΙΔΙΑΤΗΡΕΙΝΑΥΤΩΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑΤΑΤΕ
ΑΞΙΩΘΕΝΤΑΥΠΟΤΩΝΣΤΡΑΤΗΓΩΝΦΙΛΟΤΙΜΩΣΑΠΕΔΕΞΑΝΤΟΚΑΙΕΠΑΓ
ΓΕΛ
20 ΛΟΝΤΑΙΤΗΝΑΥΤΗΝΕΞΕΙΝΑΙΡΕΣΙΝΤΩΙΔΗΜΩΙΤΩΙΗΜΕΤΕΡΩΙΕΙΣΠΑΝ
ΤΑΤΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΣΥΜΦΕΡΟΝΤΑΚΑΙΑΠΕΣΤΑΛΚΑΣΙΝ

21 ΠΡΟΣ

I

21 ΠΡΟΣΗΜΑΣΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΕΓΜΕΝΤΩΓΚΑΤΟΙΚΩΝΠΟΤΑΜΩΝΑΚΑΙ.ΕΡΟ
ΚΛΗΝΕΓΔΕΤΩΝΥΠΑΙΘΡΩΝΔΑΜΩΝΑΚΑΙΑΠΟΛΛΩΝΙΚΕΤΗΝΤΟΥΣΑ...
22 ΛΕΞΟΜΕΝΟΥΣΤΕΗΜΙΝΚΑΙΑΝΟΙΣΟΝΤΑΣΤΗΝΟΜΟΛΟΓΙΑΝΚΑΘΗΝΑ
ΞΙ..ΥΣΙΝΣΥΝΘΕΣΘΑΙΤΗΜΠΡΟΣΕΑΥΤΟΥΣΦΙΛΙΑΝΕΠΑΧΘΕΝΤΕΣΔΕΚΑΙ
Ο..
23 ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙΕΠΙΤΟΝΔΗΜΟΝΣΥΝΔΕΔΛΗΚΑΣΙΝΥΠΕΡΑΠΑΝΤΩΝΑΚΟ
Λ...ΘΩΣΤΟΙΣΕΝΤΗΙΟΜΟΛΟΓΙΑΙΓΕΓΡΑΜΕΝΟΙΣΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΔΕΔΟ
ΧΘΑ..
24 ΤΗΝΤΕΦΙΛΙΑΝΣΥΝΤΙΘΕΣΘΑΙΠΡΟΣΤΟΥΣΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΕΠΙΠΑΣΙΤΟ
...ΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΣΥΜΦΕΡΟΥΣΙΝΚΑΙΑΠΟΔΕΙΣΑΙΠΡΟΣΑΥΤ
ΟΥ..
25 ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΤΡΕΙΣΟΙΤΙΝΕΣΤΗΝΟΜΟΛΟΓΙΑΝΤΕΗΤΙΣΑΝΔΟΞΗΙΤΩΙΔ
ΗΜΩΙ.ΑΝΟΙΣΟΥΣΙΝΑΥΤΟΙΣΚΑΙΠΕΡΙΤΩΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΕΝΑΥΤΗΙΔΙ..
26 ΛΕΓΗΣΟΝΤΑΙΚΑΙΠΑΡΑΚΑΛΕΣΟΥΣΙΝΑΥΤΟΥΣΔΕΧΕΣΘΑΙΚΑΙΣΥΝΤΕΛΕ
ΙΝΤΑΕΝΤΗΙΟΜΟΛΟΓΙΑΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΚΑΙΕΑΜΠΕΡΔΕΞΩΝΤΑΙΟΙΕΜ
27 ΜΑΓΝΗΣΙΑΙΟΡΚΙΣΑΤΩΣΑΝΑΥΤΟΥΣΟΙΑΠΟΔΕΙΧΘΗΣΟΜΕΝΟΙΠΡΕΣΒΕ
ΥΤΑΙΤΟΝΟΡΚΟΝΤΟΝΕΝΤΗΙΟΜΟΛΟΓΙΑΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝΠΡΟΣΔΕΞΑ
ΜΕΝ...
28 ΔΕΤΑΥΤΑΤΩΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΙΣΥΝΣΦΡΑΓΙΣΑΜΕΝΩΝΤΗΝΟΜΟΛΟΓ
ΙΑΝΚΑΙΟΜΟΣΑΝΤΩΝΚΑΙΕΠΑΝΕΛΘΟΝΤΩΝΤΩΜΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝΣΥ.....
29 ΛΕΙΣΘΩΚΑΙΤΑΛΟΙΠΑΠΑΝΤΑΤΑΕΝΤΗΙΟΜΟΛΟΓΙΑΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΚΑΙ
ΤΟΨΗΨΙΣΜΑΤΟΔΕΑΝΑΓΡΑΦΗΤΩΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΑΝΑΓΡΑΦΗΤΩΔΕ
Κ......
30 ΣΤΗΛΑΣΕΙΣΑΣΚΑΙΗΟΜΟΛΟΓΙΑΑΝΑΓΡΑΦΗΣΕΤΑΙΚΑΛΕΣΑΤΩΣΑΝΔΕ
..ΙΕΠΙΜΗΝΙΟΙΤΗΣΒΩΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΣΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΤΟΥΣΠΑΡΑΓΕΝ...
.....
31 ΕΓΜΑΓΝΗΣΙΑΣΕΠΙΞΕΝΙΣΜΟΝΕΙΣΤΟΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝΤΟΙΣΔΕΑΠΟΔΕΙΧ
ΘΕ..ΣΙΜΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙΣΔΟΤΩΜΕΘΟΔΙΟΝΚΑΛΛΙΝΟΣΟΤΑΜΙΑΣΤΟΕΚΤ
ΟΥ........
32 ΗΜΕΡΩΝΟΣΩΝΑΝΟΔΗΜΟΣΤΑΞΗΙΑΠΟΤΩΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΠΡΟΣΟΔΩΝΗ
ΜΕΡΑΙΕΤΑΓΗΣΑΜΠΕΝΤΕΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙΑΠΕΔΕΙΧΘΗΣΑΝΦΑΝΟΔΗΜΟΣ
ΜΙΚ.......
33 ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΔΙΟΝΥΤΑΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΣΠΥΘΕΟΥ.

34 ΕΠΙΙΕΡΕΩΣΗΓΗΣΙΟΥΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΔΕΠΥΘΟΔΩΡΟΥΜΗΝΟΣΛΗΝΑΙ
ΩΝΟΣΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΕΠΙΤΟΙΣΔΕΣΥΝΕΘΕΝΤΟΤΗΜΦΙΛΙΑΝΣΜΥΡΝΑ
Ι...
35 ΚΑΙΟΙΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΙΤΟΙΚΟΙΟΙΤΕΚΑΤΑΠΟΛΙΝΙΠΠΕΙΣΚΑΙΠΕΖΟΙ
ΚΑΙΟΙΕΝΤΟΙΣΥΠΑΙΘΡΟΙΣΚΑ..ΟΙΑΛΛΟΙΟΙΚΗΤΑΙΚΑΙΤΗΜΠΟΛΙΤΕΙΑΝ
ΕΔΩΚΑΝ.
36 ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΤΟΙΣΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΤΟΙΚΟΙΣΤΟΙΣΤΕΚΑΤΑΠΟ..ΙΝΙΠΠ
ΕΥΣΙΚΑΙΠΕΖΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΥΠΑΙΘΡΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΟΙΚΟΥΣΙ
37 ΤΗΜΠΟΛΙΝΕΦΟΤΩΙΤΗΜΜΕΝΣΥΜΜΑΧΙΑΝΚΑΙΤΗΝΕΥΝΟΙΑΝΤΗΝΕΙ..
..ΑΠΡΑΓΜΑΤΑΤΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΔΙΑΤΗΡΗΣΟΥΣΙΝΟΙΕΜ
38 ΜΑΓΝΗΣΙΑΙΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩΙΜΕΤΑΠΑΣΗΣΠΡΟΘΥΜΙΑΣΕΙΣΑΠΑ
ΝΤΑΤ...ΧΡΟΝΟΝΚΑΙΟΣΑΠΑΡΕΙΛΗΦΑΝΠΑΡΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟ
ΥΦΥΛΑΞΑΝΤΕΣ
39 ΕΙΣΔΥΝΑΜΙΝΕΙΝΑΙΤΗΝΑΥΤΩΝΑΠΟΔΩΣΟΥΣΙΝΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩ..
...ΙΤΕΥΣΟΝΤΑΙΔΕΜΕΤΑΣΜΥΡΝΑΙΩΝΚΑΤΑΤΟΥΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΝΟΜΟ
ΥΣ
40 ..ΣΤΑΤΙΑΣΤΩΣΤΟΝΑΥΤΟΝΕΧΘΡΟΓΚΑΙΦΙΛΟΝΗΓΟΥΜΕΝΟΙΣΜΥΡΝΑΙ
Ο.......ΟΥΝΤΑΙΔΕΚΑΙΟΙΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΑΙΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣΚΑΙΣΜΥΡΝΑΙΟ
ΙΤΟΙΣΕΜ
41 ΜΑΓΝΗΣΙΑΙΕΚΑΤΕΡΟΙΑΥΤΩΝΤΟΝΟΡΚΟΝΤΟΝΕΝΤΗΙΟΜΟΛΟΓΙΑΙΥΠ
ΟΓ..ΓΡΑΜΜΕΝΟΝΣΥΝΤΕΛΕΣΘΕΝΤΩΝΔΕΤΩΝΟΡΚΩΝΤΑΜΕΝΕΓΚΛΗΜ
ΑΤΑΑΥ
42 ΤΟΙΣΤΑΓΕΓΕΝΗΜΕΝΑΚΑΤΑΤΟΜΠΟΛΕΜΟΝΗΡΘΩΠΑΝΤΑΚΑΙΜΗΕΞΕΣ
ΤΩΜΗ..ΕΕΤΕΡΟΙΣΕΓΚΑΛΕΣΑΙΠΕΡΙΤΩΓΚΑΤΑΤΟΜΠΟΛΕΜΟΝΓΕΓΕΝΗ
ΜΕΝΩΝΜΗΤΕ
43 ΔΙΑΔΙΚΗΣΜΗΤΕΚΑΤΑΛΛΟΝΤΡΟΠΟΜΜΗΘΕΝΑΕΙΑΕΜΗ..ΑΝΙΟΕΠΙΦ...
ΟΜΕ..ΟΝΕΓΚΛΗΜΑΑΚΥΡΟΝΕΣΤΩΔΕΔΟΣΘΑΙΔΕΤΟΙΣΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙ
ΚΑΤΟΙΚ....
44 ΤΟΙΣΤΕΚΑΤΑΠΟΛΙΝΙΠΠΕΥΣΙΚΑΙΠΕΖΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΥΠΑΙΘΡΟΙΣΠΟΛΙΤΕ
Ι..ΝΕΝΣΜΥΡΝΗΙΕΦΙΣΗΙΚΑΙΟΜΟΙΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΟΛΙΤΑΙΣΟΜΟΙΩΣΔ
ΕΔΕ......
45 ..ΗΜΠΟΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ....ΙΚΟΙΥΣΙΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΟΣΟΙΑ
ΝΩΣΙΝ..ΛΕΥΘΕΡΟΙΤΕΚΑΙΕΛΛΗΝΕΣΑΝΕΝΕΓΚΑΤΩΣΑΝΔΕΤΟΥΣΜΕΓΚΑ
ΤΑΛΟΧΙΣΜ.....

46 ..ΩΝΕΜ

46 ..ΩΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΠΠΕΩ....ΕΚΑΙΠΕΖΩΝΤΩΝΤΕΚΑΤΑΠΟΛΙΓΚΑ.ΤΩ
ΝΥΠΑΙΘΡΩΝΟΙΟΝΤΕΣΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣΤΩΝΤΑΓΜΑΤΩΝΕΠΙΤΟΝΔΗΜΟΝ
ΤΩΝΔΕΑΛ...
47 ΟΙΚΗΤΩΝΤΗΓΓΡΑΦ...ΟΙΑΠΟΔΕΙΧΘΕΝΤΕΣΥΠΟΤΩΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚ
ΑΤΟΙΚΩ..ΑΝΔΡΕΣΟΤΑΝΔΕΤΙΘΩΝΤΑΙΤΟΥΣΚΑΤΑΛΟΧΙΣΜΟΥΣΟΙΓΡΑΜ
ΜΑΤΕΙΣΚΑΙΟΙ
48 ..ΝΔΡΕΣΟΙΑ...ΔΕΙΧΘΕΝΤΕΣΤΗΓΓΡΑΦΗΝΤΩΝΑΛΛΩΝΟΙΚΗΤΩΝΟΡΚΙ
ΣΑΤΩΣΑΝ... ΤΟΥΣΟΙΕΞΕΤΑΣΤΑΙΕΠΙΤΟΥΜΗΤΡΩΙΟΥΙΕΡΟΙΣΝΕΟΚΑΥ
ΤΟι.......
49 ....ΤΕΙΣΗΜΗΝΑΠΟΤΟΥΒΕΛΤΙΣΤΟΥΑΝΕΝΗΝΟΧΕΝΑΙΤΗΓΓΡΑΦΗΝ
ΤΩΝΟΝΤΩΝΤΩ..ΑΡΑΥΤΟΙΣΚΑΤΟΙΚΩΝΙΠΠΕΩΝΚΑΙ...................
50 ΥΠΑΙΘΡΑΤΑΣΣΟΜΕΝΩΝΤΟΥΣΔΕΑΝΔΡΑΣΤΟΥΣ..ΑΦΕΡΟΝΤΑΣΤΗΓΓΡ
ΑΦΗΝΤΩΝ.......................................
51 ΟΙΚΟΥΝΤΩΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΙΟΝΤΩΝΕΛΕΥΘΕΡΩΝΚΑΙΕΛΛΗΝΩΝΤΑΣ
ΔΕΑΝΕΝΕΧ..............ΕΞΕΤΑΣΤΑΙΠΑΡΑΔΟΤΩΣΑΝΤΩΙΓΡΑΜΜΑ.....ΛΑ
ΚΙΤΗΣ
52 ΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΟΔΕΘΕΣΘΩΕΙΣ.......ΣΙΟΝΕΠΙΚΛΗΡΩΣΑΤ
ΩΣΑΝΔΕΟ........ΑΙΕΙΣΤΑΣΦΥΛΑΣΤΑΑΝΕΝΕΧΘΕΝΤΑΟΝΟΜΑΤΑΠΑΝΤΑ
ΚΑΙΑΝΑ
53 ΓΡΑΨΑΤΩΣΑΝΕΙΣΤΑΚΛΗΡΩΤΗΡΙΑΚΑΙΕΣΤΩΜΕΤΟΥΣΙΑΤΟΙΣΑΝΑΓΡΑΦ
ΕΙΣΙΝΕ.........ΩΤΗΡΙΑΠΑΝΤΩΝΩΓΚΑΙΤΟΙΣΛΟΙΠΟΙΣΠΟΛΙΤΑΙΣΜΕΤΕ
ΣΤΙΝ
54 ΧΡΗΣΘΩΣΑΝΔΕΟΙΠΟΛΙΤΟΓΡΑΦΗΘΕΝΤΕΣΚΑΙΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΠΕΡΙΤΩ
ΝΣΥΝΑΛΛ.......ΩΝΚΑΙΤΩΝΕΓΚΛΗΜΑΤΩΝΤΩΜΠΡΟΣΣΜΥΡΝΑΙΟΥΣΤΟΙΣ
ΝΟΜΟΙΣ
55 ΤΟΙΣΣΜΥΡΝΑΙΩΝΔΕΧΕΣΘΩΣΑΝΔΕΚΑΙΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΤΟΝΟΜΙΣΜΑΤ
ΟΤΗΣΠΟΛΕΩΣ....ΟΜΟΝΚΑΙΑΡΧΟΝΤΑΔΕΟΝΑΝΑΠΟΣΤΕΛΛΗΙΟΔΗΜΟ
ΣΚΥΡΙΕΥΣΟΝΤΑΤΕΤ
56 ΩΓΚΛΕΙΔΩΝΚΑΙΕΣΟΜΕΝΟΝΕΠΙΤΗΣΦΥΛΑΚΗΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙΔΙΑΤΗ
ΡΗΣΟΝΤΑΤΗΜΠΟΛΙΝΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩΙΠΑΡΑΔΕΞΟΝΤΑΙΟΙΕΜΜΑ
ΓΝΗΣΙΑΙΔΟ
57 ΤΩΣΑΝΔΕΣΜΥΡΝΑΙΟΙΚΑΙΕΙΣΚΑΤΑΣΚΗΝΩΣΙΝΤΟΙΣΑΠΟΣΚΕΥΑΖΟΜΕ
ΝΟΙΣΤΩΝΕΚΜΑΓΝΗΣΙΑΣΟΙΚΙΑΣΚΛΙΝΩΝΟΣΩΝΑΝΤΩΙΔΗΜΩΙΔΟΞΗΙΑ
ΦΟΥΑΓΧΡΟΝΟΥΗΟΜΟΛΟ
58 ΓΙΑΣΥΝΣΦΡΑΓΙΣΘΗΕΙΣΕΞΑΜΗΝΟΝΜΙΣΘΟΥΣΘΩΔΕΟΤΑΜΙΑΣΤΩΝΟΣΙ
ΩΜΠΡΟΣΟΔΩΝ.ΑΣΟΙΚΙΑΣΜΕΤΑΤΩΝΣΤΡΑΤΗΓΩΓΚΑΙΤΟΑΝΗΛΩΜΑΔΙΔ
ΟΤΩΑΠΟΤΩΝΤΗ..
59 ΠΟΛΕΩΣΠΡΟΣΟΔΩΝΟΜΟΣΑΙΔΕΤΟΥΣΜΕΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΤΟΙΚΟΥΣ
ΤΩΝΤΕΚΑΤΑΠΟΛΙΝΙΠΠΕΩΝΚΑΙΠΕΖΩΝΚΑΙΤΟΥΣΕΝΤΟΙΣΥΠΑΙΘΡΟΙΣΤ
ΑΣΣΟΜΕΝΟΥΣΚΑ.
60 ΤΟΥΣΑΛΛΟΥΣΤΟΥΣΚΑΤΑΧΩΡΙΖΟΜΕΝΟΥΣΕΙΣΤΟΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΟΝΔΕ
ΤΟΝΟΡΚΟΝΟΜΝΥΩΔΙΑΓΗΝΗΛΙΟΝΑΡΗΑΘΗΝΑΝΑΡΕΙΑΝΚΑΙΤΗΝΤΑΥ
ΡΟΠΟΛΟΝΚΑΙΤΗ..
61 ΜΗΤΕΡΑΤΗΝΣΙΠΥΛΗΝΗΝΚΑΙΑΠΟΛΛΩΤΟΝΕΜΠΑΝΔΟΙΣΚΑΙΤΟΥΣΑΛΛ
ΟΥΣΘΕΟΥΣΠΑΝΤΑΣΚΑΙΠΑΣΑΣΚΑΙΤΗΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΤΥΧ
ΗΝΕΜΜΕΝΩΕΝ
62 ΤΑΙΣΣΥΝΘΗΚΑΙΣΑΙΣΣΥΝΤΕΘΕΙΜΑΙΠΡΟΣΣΜΥΡΝΑΙΟΥΣΕΙΣΑΠΑΝΤΑΤ
ΟΓΧΡΟΝΟΝ.ΑΙΔΙΑΤΗΡΗΣΩΤΗΝΤΕΣΥΜΜΑΧΙΑΝΚΑΙΤΗΝΕΥΝΟΙΑΝΤΩ
ΙΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩΙ
63 ΚΑΙΤΗΙΣΜΥΡΝΑΙΩΝΠΟΛΕΙΚΑΙΑΠΑΡΕΙΛΗΦΑΠΑΡΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕ
ΥΚΟΥΔΙΑΤΗΡΗΣΩΚΑΤΑΔΥΝΑΜΙΝΤΗΝΕΜΗΝΚΑΙΑΠΟΔΩΣΩΤΩΙΒΑΣΙΛΕ
ΙΣΕΛΕΥΚΩΙΚΑΙΟΥΘΕΝ
64 ΠΑΡΑΒΗΣΟΜΑΙΤΩΓΚΑΤΑΤΗΝΟΜΟΛΟΓΙΑΝΟΥΔΕΜΕΤΑΘΗΣΩΕΠΙΤΟΧ
ΕΙΡΟΝΤΑΓΕΓΡΑΜ.ΕΝΑΕΝΑΥΤΗΙΟΥΤΕΤΡΟΠΩΙΟΥΤΕΜΗΧΑΝΗΙΟΥΔΕ
ΜΙΑΙΚΑΙΠΟΛΙΤΕΥΣΟΜΑΙΜΕΘΟ
65 ΜΟΝΟΙΑΣΑΣΤΑΣΙΑΣΤΩΣΚΑΤΑΤΟΥΣΣΜΥΡΝΑΙΩΝΝΟΜΟΥΣΚΑΙΤΑΨΗΦ
ΙΣΜΑΤΑΤΟΥΔ.ΜΟΥΚΑΙΣΥΝΔΙΑΤΗΡΗΣΩΤΗΝΤΕΑΥΤΟΝΟΜΙΑΝΚΑΙΔΗ
ΜΟΚΡΑΤΙΑΝΚΑΙΤΑΛΛΑΤΑ
66 ΕΠΙΚΕΧΩΡΗΜΕΝΑΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣΥΠΟΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΜΕΤΑΠ
ΑΣΗΣΠΡΟΘΥΜΙΑΣΕΜΠΑΝΤΙΚΑΙΡΩΙΚΑΙΟΥΤΕΑΥΤΟΣΑΔΙΚΗΣΩΑΥΤΩΝ
ΟΥΘΕΝΑΟΥΤΕΑΛΛΩΙΕΠ.
67 ΤΡΕΨΩΟΥΘΕΝΙΚΑΤΑΔΥΝΑΜΙΝΤΗΝΕΜΗΝΚΑΙΕΑΝΤΙΝΑΑΙΣΘΑΝΩΜΑΙ
ΕΠΙΒΟΥΛΕΥΟ...ΤΗΙΠΟΛΕΙΗΤΟΙΣΧΩΡΙΟΙΣΤΟΙΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΗΤΗΝΔ
ΗΜΟΚΡΑΤΙΑΝΗΤΗΝΙΣΟ
68 ΝΟΜΙΑΝΚΑΤΑΛΥΟΝΤΑΜΗΝΥΣΩΤΩΙΔΗΜΩΙΤΩΙΣΜΥΡΝΑΙΩΝΚΑΙΒΟΙΗΘ
ΗΣΩΑΓΩ.....ΕΝΟΣΜΕΤΑΠΑΣΗΣΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΚΑΙΟΥΚΕΓΚΑΤΑΛΕΙΨΩΚ
ΑΤΑΔΥΝΑΜΙΝΤΗΝ
69 ΕΜΑΥΤΟΥΕΥΟΡΚΟΥΝΤΙΜΕΝΜΟΙΕΥΕΙΗΕΦΙΟΡΚΟΥΝΤΙΔΕΕΞΩΛΕΙΑΚΑ

ΙΑΥΤΩΙΚΑΙΓΕ....ΩΙΕΞΕΜΟΥΟΜΟΣΑΙΔΕΚΑΙΣΜΥΡΝΑΙΟΥΣΤΟΙΣΑΠΟΜΑ
ΓΝΗΣΙΑΣΤΟΝΟΡΚΟΝ
70 ΤΟΝΔΕΟΜΝΥΩΔΙΑΓΗΝΗΛΙΟΝΑΡΗΑΘΗΝΑΝΑΡΕΙΑΝΚΑΙΤΗΝΤΑΥΡΟΠΟ
ΛΟΝΚΑΙΤΗΜΜΗ...ΑΤΗΝΣΙΠΥΛΗΝΗΝΚΑΙΑΦΡΟΔΙΤΗΝΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΔΑ
ΚΑΙΤΟΥΣΑΛΛΟΥΣΘΕΟΥΣ
71 ΠΑΝΤΑΣΚΑΙΠΑΣΑΣΕΜΜΕΝΩΕΝΤΑΙΣΣΥΝΘΗΚΑΙΣΑΙΣΣΥΝΤΕΘΕΙΜΕΘΑ
ΠΡΟΣΤΟΥΣ.....ΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΤΟΙΚΟΥΣΤΟΥΣΤΕΚΑΤΑΠΟΛΙΝΙΠΠΕΙΣΚΑ
ΙΠΕΖΟΥΣΚΑΙΤΟΥΣΕΝΤΟΙΣ
72 ΥΠΑΙΘΡΟΙΣΤΑΣΣΟΜΕΝΟΥΣΚΑΙΤΟΥΣΑΛΛΟΥΣΤΟΥΣΚΑΤΑΧΩΡΙΖΟΜΕΝ
ΟΥΣΕΙΣΤΟ.....ΤΕΥΜΑΕΙΣΑΠΑΝΤΑΤΟΓΧΡΟΝΟΝΟΥΘΕΝΠΑΡΑΒΑΙΝΩΝ
ΤΩΓΚΑΤΑΤΗΜΟΜΟΛΟΓΙΑΝ
73 ΟΥΔΕΜΕΤΑΤΙΘΕΙΣΕΠΙΤΟΧΕΙΡΟΝΤΑΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΕΝΑΥΤΗΙΟΥΤΕΤΕ
ΧΝΗΙΟΥΤΕ......ΝΗΙΟΥΔΕΜΙΑΙΚΑΙΕΥΝΟΗΣΩΚΑΙΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩΙΚΑ
ΙΤΟΙΣΕΚΜΑΓΝΗΣΙΑΣΚΑ
74 ΤΟΙΚΟΙΣΤΟΙΣΤΕΚΑΤΑΠΟΛΙΝΚΑΙΤΟΙΣΥΠΑΙΘΡΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΤ
ΟΙΣΟΙΚΟ........ΜΑΓΝΗΣΙΑΙΟΣΟΙΕΙΣΙΝΕΛΕΥΘΕΡΟΙΤΕΚΑΙΕΛΛΗΝΕΣΚ
ΑΙΠΟΙΗΣΟΜΑΙΑΥΤΟΥΣ
75 ΠΟΛΙΤΑΣΠΑΝΤΑΣΚΑΙΤΟΥΣΕΓΓΟΝΟΥΣΑΥΤΩΝΕΦΙΣΗΙΚΑΙΟΜΟΙΑΙΤΟΙ
ΣΑΛΛΟΙΣΠΟΛΙ......ΚΑΙΕΙΣΦΥΛΑΣΑΥΤΟΥΣΕΠΙΚΛΗΡΩΣΑΣΚΑΤΑΧΩΡΙΩ
ΕΙΣΗΝΑΝΕΚΑΣΤΟΙΛΑΧΩΣΙΝ
76 ΚΑΙΟΥΤΕΑΥΤΟΣΑΔΙΚΗΣΩΑΥΤΩΝΟΥΘΕΝΑΟΥΤΕΑΛΛΩΙΕΠΙΤΡΕΨΩΟΥΘ
ΕΝΙΚΑΤΑΔ....ΑΜΙΝΤΗΝΕΜΗΝΚΑΙΕΑΝΤΙΝΑΑΙΣΘΑΝΩΜΑΙΕΠΙΒΟΥΛΕΥ
ΟΝΤΑΑΥΤΟΙΣΗΕΚΓΟΝΟ...
77 ΑΥΤΩΝΗΤΟΙΣΥΠΑΡΧΟΥΣΙΝΑΥΤΩΝΜΗΝΥΣΩΩΣΑΝΤΑΧΙΣΤΑΔΥΝΩΜΑΙ
ΚΑΙΒΟΙΗ.....ΩΜΕΤΑΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΚΑΙΜΕΤΟΥΣΙΑΝΑΥΤΟΙΣΔΩΣΩΤΩΝ
ΤΕΑΡΧΕΙΩΝΚΑΙΤΩΝΑΛΛ...
78 ΤΩΝΚΟΙΝΩΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΩΝΚΑΙΟΙΑΛΛΟΙΠΟΛΙΤΑΙΜΕΤΕΧΟΥΣΙΝΕΥΟ
ΡΚΟΥ......ΜΟΙΕΥΕΙΗΕΦΙΟΡΚΟΥΝΤΙΔΕΕΞΩΛΕΙΑΚΑΙΑΥΤΩΙΚΑΙΓΕΝΕΙΤ
ΩΙΕΞΕΜΟΥΑΠΟΔΕΙΞ...
79 ΤΩΣΑΝΔΕΣΜΥΡΝΑΙΟΙΤΕΚΑΙΟΙΑΠΟΜΑΓΝΗΣΙΑΣΑΝΔΡΑΣ...............
.....ΑΝΕΚΑΤΕΡΟΙΥΠΟΛΑΝΒΑΝΩΣΙΝΙΚΑΝΟΥΣΕΙΝΑΙΤΟΥΣΟΡΚΙΟΥΝΤΑ
ΣΤΟΠΛΗΘΟΣ
80 ΤΩΝΤΕΕΝΣΜΥΡΝΗΙΚΑΙΤΩΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΟΙ ΔΕ......................ΝΤ
ΕΣΤΗΙΠΡΟΤΕΡΟΝΗΜΕΡΑΙΕΝΔΗΜΕΙΝΤΟΥΣΕΝΤΗΙΠΟΛΕΙΩΣΤΟΥΟΡΚ
ΟΥΣΥΝ...
81 ΛΕΣΘΗΣΟΜΕΝΟΥΤΟΥΚΑΤΑΤΗΝΟΜΟΛΟΓΙΑΝ....ΚΙΖΕΤΩΣ..............
...ΟΝΟΙΜΕΝΕΚΜΑΓΝΗΣΙΑΣΑΠΟΔΕΙΧΘΕΝΤΕΣΣΜΥΡΝΑΙΟΥΣΟΙΔΕΕΞΣ
ΜΥΡΝΗΣΤΟΥΣΕΜ
82 ΜΑΓΝΗΣΙΑΙΤΑΔΕΙΕΡΕΙΑΤΑΕΙΣΤΑ....ΚΩΜΟΣΙΑΕΝΣΜΥΡΝ..............Λ
ΙΝΟΣΑΦΩΝΑΝΨΗΦΙΣΗΤΑΙΟΔΗΜΟΣΕΝΔΕΜΑΓΝΗΣΙΑΙΟΙΤΑΜΙΑΙΟΙΣΑ
ΝΤΟΠΛΗΘΟΣΕ
83 ΤΑΞΗΙΑΝΑΓΡΑΨΑΤΩΣ......ΚΑΙΤΗΝΟΜΟΛΟΓΙΑΝΕΝΣΤΗΛ..............
.ΕΤΩΣΑΝΣΜΥΡΝΑΙΟΙΜΕΝΕΝΤΩΙΤΗΣΑΦΡΟΔΙΤΗΣΤΗΣΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΔ
ΟΣΙΕΡΩΙΚΑΙ
84 ΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΤΗΙΠΡΟΣΤΩΙΜΑΙΑΝΔΡΩΙΕΝΤΩΙΤΗΣΑΡΤΕΜΙΔ..........
...ΝΗΣΙΕΡΩΙΟΙΔΕΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΤΟΙΚΟΙΕΝΤΕΤΗΙΑΓΟΡΑΙΠΑΡΑΤΟ
ΝΒΩΜΟΝΤΟΥ
85 ΔΙΟΝ....ΟΥΚΑΙΤΑΣΤΩΝΒΑΣΙΛΕΩΝΕΙΚΟΝΑΣΚΑΙΕΜΠΑΝΔΟΙΣΕ...........
..ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΚΑΙΕΓΓΡΥΝΕΩΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΑΝΑΓΡΑΨ
ΑΤΩΔΕΚΑΙΟΓΡΑΜ
86 ΜΑΤΟΦΥΛΑΞΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΤΑΑΝΤΙΓΡΑΦΑΤΗΣΟΜΟΛΟ
ΓΙΑΣ........ΟΣΙΟΝΣΥΝΣΦΡΑΓΙΣΑΣΘΩΣΑΝΔΕΤΑΣΟΜΟΛΟΓΙΑΣΤΗΜΜΕ
ΝΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣΔΟΘΗΣΟΜΕΝΗΝ
87 ΟΥΣΑΝΑΠΟΔΕΙΞΗΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΤΟΙΣΤΕΕΑΥΤΩΝΔΑ
ΚΤΥΛΙΟΙΣΚ....ΥΠΑΡΧΟΝΤΙΚΟΙΝΩΙΤΗΝΔΕΕΙΣΜΑΓΝΗΣΙΑΝΔΟΘΗΣΟΜ
ΕΝΗΝΣΦΡΑΓΙΣΑΣΘΩΣΑΝΣΜΥΡΝΑ....
88 ΟΙΤΕΣΤΡΑΤΗΓΟΙΚΑΙΟΙΕΞΕΤΑΣΤΑΙΤΩΙΤΕΤΗΣΠΟΛΕΩΣΔΑΚΤΥΛΙΩΙΚΑ
ΙΤΟΙΣΑΥΤΩΝΤΑΥΤΑΔΕΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣΤΟΙΣΠΛΗΘΕΣΙΝΣΥΝΤΕΤΕΛΕΙΣΘ
ΑΙΤΥΧΗΙΤΗΙΑΓΑΘΗΙ

89 ΕΔΟΞΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙΣΤΡΑΤΗΓΩΝΓΝΩΜΗΕΠΕΙΔΗΠΡΟΝΟΩΝΟΔΗΜΟΣΥ
ΠΕΡΑΠΑΝΤΩΝΤΩΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΣΥΜΦΕΡΟΝΤΩΝΔΙΕΤΕΛΕ
ΙΚΑΙΠΡΟΤΕΡΟΝΤΗΝΤΕΒΑΣΙΛΕΙΑΝ
90 ΑΥΤΟΥΣΥΝΑΥΞΩΝΚΑΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑΔΙΑΤΗΡΩΝΚΑΘΟΣΟΝΗΝΔΥΝΑΤΟ
ΣΚΑΙΠΟΛΛΑΜΕΝΠΕΡΙΕΙΔΕΝΑΠΟΛΛΥΜΕΝΑΚΑΙΚΑΤΑΦΘΕΙΡΟΜΕΝΑΤΩ
ΝΥΠΑΡΧΟΝΤΩΝΠΟΛΛΟΥΣΔΕΥΠΕΜΕΙΝ.
91 ΚΙΝΔΥΝΟΥΣΕΝΕΚΕΝΤΟΥΔΙΑΤΗΡΗΣΑΙΤΗΝΦΙΛΙΑΝΤΗΝΠΡΟΣΤΟΝΒΑΣ
ΙΛΕΑΣΕΛΕΥΚΟΝΚΑΙΝΥΝΦΙΛΟΤΙΜΟΥΜΕΝΟΣΑΥΤΩΙΣΥΝΔΙΑΤΗΡΗΣΑΙΚ
ΑΙΣΥΝΕΧΕΙΝΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑΚΑΘΟΣΟΝ

92 ΕΝΔΕΧΟ

92 ΕΝΔΕΧΟΜΕΝΟΝΕΣΤΙΝΤΗΝΤΕΠΡΟΣΤΟΥΣΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙΚΑΤΟΙΚΟ
ΥΣΚΑΙΤΟΥΣΥΠΑΙΘΡΟΥΣΙΠΠΕΙΣΚΑΙΤΟΥΣΠΕΖΟΥΣΣΤΡΑΤΙΩΤΑΣΚΑΙΤ
ΟΥΣΑΛΛΟΥΣΤΟΥΣΟΙΚΟΥΝΤΑΣΕΜΜΑ
93 ΓΝΗΣΙΑΙΣΥΝΤΕΘΕΙΤΑΙΦΙΛΙΑΝΙΝΑΔΙΑΦΥΛΑΣΣΩΣΙΝΤΗΝΣΥΜΜΑΧΙΑΝ
ΚΑΙΤΗΝΕΥΝΟΙΑΝΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩΙΝΟΜΙΖΩ.ΔΕ.ΝΑΓΚΑΙΟΝΕΙΝ
ΑΙΤΗΙΠΟΛΕΙΠΑΡΑΛΑΒΕΙΝΚΑΙΤΟ
94 ΧΩΡΙΟΝΠΑΛΑΙΜΑΓΝΗΣΙΑΝΚΑΙΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙΤΗΝΦΥΛΑΚΗΝΔΙΑΥΤΟ
ΥΙΝΑΚΑΙΤΟΥΤΟΥΠΑΡΑΛΗΦΘΕΝΤΟΣΥΠΟΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΣΦΑΛΕΣΤΕΡΟ
ΝΔΙΑΜΕΝΗΙΠΑΝΤΑΤΑΣΥΝΕΓΓΥ..
95 ΠΡΑΓΜΑΤΑΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΣΕΛΕΥΚΩΙΔΙΕΠΕΜΨΑΝΤΟΠΡΟΣΤΟΥΣΟΙΚΟΥΝ
ΤΑΣΕΝΤΩΙΧΩΡΙΩΙΚΑΙΠΑΡΕΚΑΛΕΣΑΝΑΥΤΟΥΣΑΙΡΕΙΣ.........ΦΙΛΙΑΝΤ
ΗΝΠΡΟΣΤΟΝΒΑΣΙΛΕΑΣΕΛΕΥΚΟΝ
96 ΚΑΙΠΑΡΑΔΟΥΝΑΙΤΑΣΚΛΕΙΔΑΣΤΩΙΑΡΧΟΝΤΙΤΩΙΑΠΟΣΤΑΛΕΝΤΙΥΠΟ
ΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙΠΑ..ΑΔΕΞ..ΣΘΑΙΦΥΛΑΚΗΝΤΗΝΣΥΝΔΙΑΤΗΡΗΣΟΥΣΑ
ΝΜΕΤΑΥΤΩΝΤΟΧΩΡΙΟΝΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙ
97 ΣΕΛΕΥΚΩΙΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΣΤΑΥΤΑΠΟΙΗΣΑΝΤΩΝΑΥΤΩΝΥΠΑΡΞΕΙΝ
ΑΥΤΟΙΣΠΑΡΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΠΑΝΤΑΤΑΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΚΑΙΚΑΛΩΣΕΧΟΝΤ
ΑΟΙΔΕΟΙΚΟΥΝΤΕΣΕΝΤΩΙ
98 ΧΩΡΙΩΙΕΛΟΜΕΝΟΙΤΗΝΦΙΛΙΑΝΤΗΝΠΡΟΣΤΟΝΒΑΣΙΛΕΑΣΕΛΕΥΚΟΝΜΕ
ΤΑΠΑΣΗΣΠΡΟΘΥΜΙΑΣΠΡΟΣΕΔΕΞΑΝΤΟΤΑΞΙΟΥΜΕΝΑΥΠΟΤΟΥΔΗΜ
ΟΥΚΑΙΤΑΣΤΕΚΛΕΙΔΑΣΠΑΡΑΔΕΔΩΚΑΣΙ
99 ΤΩΙΑΡΧΟΝΤΙΤΩΙΑΠΕΣΤΑΛΜΕΝΩΙΥΠΟΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙΤΗΝΦΥΛΑΚΗ
ΝΤΗΝΠΑΡΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΠΑΡΕΔΕΞΑΝΤΟΕΙΣΤΟΧΩΡΙΟΝΑΓΑΘΗΙΤΥΧ
ΗΙΔΕΔΟΧΘΑΙΠΟΛΙΤΑΣΤΕΑΥΤΟΥΣΕΙΝ....
100 ΚΑΙΥΠΑΡΧΕΙΝΑΥΤΟΙΣΤΑΑΥΤΑΟΣΑΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΟΛΙΤΑΙΣΥΠΑΡ
ΧΕΙΚΑΙΤΟΥΣΤΕΚΛΗΡΟΥΣΕΑΥΤΩΝΤΟΥΣΔΥΟΟΝΤΕΟΘΕΟΣΚΑΙΣΩΤΗ
ΡΑΝΤΙΟΧΟΣΕΠΕΧΩΡΗΣΕΝΑΥΤΟΙΣΚΑΙΠΕΡΙΟ..
101 ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΓΕΓΡΑΦΗΚΕΝΕΙΝΑΙΑΥΤΟΙΣΑΔΕΚΑΤΕΥΤΟΥΣΚΑΙΕΑΝΠΡ
ΟΣΟΡΙΣΘΗΗ..ΩΡΑΗΝΕΧΟΥΣΙΝΟΙΠΡΟΤΕΡΟΝΟΝΤΕΣΕΜΜΑΓΝΗΣΙΑΙ
ΚΑΤΟΙΚΟΙΤΗΙΠΟΛΕΙΤΗΙΗΜΕΤΕΡΑΙ
102 ΥΠΑΡΧΕΙΝΑΥΤΟΙΣΤΟΥΣΤΡΕΙΣΚΛΗΡΟΥΣΔΩΡΕΑΝΚΑΙΤΗΝΑΤΕΛΕΙΑΝ
ΑΥΤΟΙΣΜΕΝΕΙΝΤΗΝΝΥΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝΚΑΙΟΣΟΙΑΥΤΩΝΑΚΛΗΡΟΥΧΗ
ΤΟΙΔΟΘΗΝΑΙΑΥΤΟΙΣΚΛΗΡΟ..
103 ΙΠΠΙΚΟΝΔΩΡΕΑΝΤΩΝΠΑΡΑΚΕΙΜΕΝΩΝΤΩΙΧΩΡΙΩΙΥΠΑΡΧΕΙΝΔΕΚΑΙΤ
ΙΜΩΝΙΚΑ..ΤΟΙΣΠΕΖΟΙΣΤΟΙΣΤΕΤΑΓΜΕΝΟΙΣΥΠΟΤΙΜΩΝΑΤΟΙΣΑΠΟΤ
ΑΧΘΕΙΣΙΝΑΠΟΤΗΣΦΑΛΑΓΓΟ..
104 ΕΠΙΤΗΝΦΥΛΑΚΗΝΤΟΥΧΩΡΙΟΥΤΗΝΤΕΠΟΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙΤΗΝΑΥΤΗΝΑ
ΤΕΛΕΙΑΝ..ΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΥΠΑΡΧΕΙΚΑΙΕΙΝΑΙΑΥΤΟΥΣΕΝΤΩΙΧΩΡΙΩΙ
ΥΠΑΡΧΕΙΝΔΕΚΑΙΩΜΑΝΕΙΚΑΙΤΟΙΣ
105 ΠΕΡΣΑΙΣΤΟΙΣΥΠΟΩΜΑΝΗΝΚΑΙΤΟΙΣΑΠΟΣΜΥΡΝΗΣΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣΙΝ
ΕΠΙΤΗΝ..ΥΛΑΚΗΝΤΟΥΧΩΡΙΟΥΜΕΝΕΚΛΕΙΤΕΚΑΙΤΟΙΣΥΠΑΥΤΟΝΤΑΣ
ΣΟΜΕΝΟΙΣΤΗΝΤΕΠΟΛΙΤΕΙ....
106 ΚΑΙΤΑΛΛΑΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΑΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΤΟΙΣΕΚΜΑΓΝΗΣΙΑΣΕΨΗ
ΦΙΣΤΑΙΚ....ΠΡΟΝΟΗΣΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΟΠΩΣΑΥΤΟΙΣΔΙΔΩΤΑΙΕΚΒΑΣΙΛ
ΙΚΟΥΤ..ΤΕΜΕΤΡΗΜΑΤΑΚΑΙΤΑΟΨΩΝΙΑ
107 ΤΑΛΛΑΟΣΑΕΙΩΘΕΙΕΚΒΑΣΙΛΙΚΟΥΔΙΔΟΣΘΑΙΑΥΤΟΙΣΤΟΔΕΨΗΦΙΣΜΑΤ
ΟΔΕΑΝ....ΡΑΨΑΙΕΙΣΤΑΣΣΤΗΛΑΣΤΑΣΑΝΑΤΕΘΗΣΟΜΕΝΑΣΕΝΤΟΙΣΙΕΡ
ΟΙΣΥΠΟΤΕΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙ.....
108 ΕΚΜΑΓΝΗΣΙΑΣΑΝΑΓΕΓΡΑΦΘΑΙΔΕΑΥΤΟΚΑΙΕΝΤΟΙΣΔΗΜΟΣΙΟΙΣ.

Decreti quod Foedus ſubſecutum eſt finis. Foedus ipſum ſpatiola bina ampliora, quae lineas ſejungunt, interjacet.

Eadem charactere communi, cum verſione. Hiatus vero & lacunae conjectura juſtis ſpatiorum menſuris, fugientium elementorum reliquiis, & circumſtante vocabulorum textu nixa ſupplentur, & miniato charactere a caeteris diſtinguuntur.

Smyrnaeorum decretum Foederi praevium.

1	Ἔδοξεν τῷ δήμῳ στρατηγῶν γνώΜη· Ἐπειδὴ πρότερόν τε καθ' ὃν καιρὸν ὁ βασιλεὺς Σέλευκος ὑπερ-	PLacuit populo, ducum conſilio. Poſtquam nuper, quo tempore Seleucus rex expeditionem
2	έβαλεν εἰς τὴν Σελευκίδα, πολλῶν Καὶ μεγάλων κινδύνων περιστάντων τὴμ πόλιν ἡμῶν καὶ τὴν	fecit in Seleucidem, multis magniſque periculis civitati noſtrae &
3	χώραν, διεφύλαξεν ὁ δῆμος τὴμ πρὸς αὐτὸν εὔνοιάν τε καὶ φιλίαν, οὐ καταπλαγεὶς τὴν τῶν ἐναντίων ἔφοδον,	territorio circumquaque imminentibus, ſervaverit erga eum populus benevolentiam & amicitiam, &, nec hoſtium impetu territus
4	οὐδὲ φροντίσας τῆς τῶν ὑπαρχόντων ἀΠωλείας, ἀλλὰ πάντα δεύτερα ἡγησάμενος εἶναι πρὸς τὸ διαμεῖ-	nec rerum ſuarum cladem penſi habens, inprimis ante omnia optimum eſſe duxerit in hoc
5	ναι ἐν τῇ αἱρέσει, καὶ ἀντιλαβέσθαι τῶμ πΡαγμάτων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, καθ' ὅτι ἐξ ἀρχῆς ὑπέστη. διὸ	perſeverare propoſito, majeſtatique ejus pro viribus adeſſe, ſicut ab initio ſuſceperat. Unde
6	καὶ ὁ βασιλεὺς Σέλευκος εὐσεβῶς τὰ πρὸς τοΥς θεοὺς διακείμενος, καὶ φιλοστόργως τὰ πρὸς τοὺς γονεῖς, μεγα-	etiam rex Seleucus, deorum cultui religioſe deditus, pius erga parentes, magna-
7	λόψυχος ὢν καὶ ἐπιστάμενος χάριτας ἀποδιδόναι τοῖς ἑαυτὸν εὐεργετοῦσιν, ἐτίμησεν τὴμ πόλιν ἡμῶν διά-	nimus, & ad beneficia bene de ſe merentibus rependenda alacris, honorem accumulavit civitati noſtrae, tum
8	τε τὴν τοῦ δήμου εὔνοιαν καὶ φιλοτιμίαν ἣν ἐπεποίητο εἰς τὰ πράγματα αὐτοῦ, καὶ διὰ τὸ τὸμ πατέ-	ob benevolentiam & ſtudium quo populus ipſius majeſtatem affecerat, tum
9	ρα αὐτοῦ Θεὸν Ἀντίοχον καὶ τὴμ μητέρα τὴν τοῦ πατρὸς Θεὰν Στρατονίκην ἱδρῦσθαι παρ' ἡμῖν, τιμωμέ-	quod pater ejus, deus Antiochus, & mater patris, dea Stratonice, conſecrati apud nos eſſent, & hono-
10	νους τιμαῖς ἀξιολόγοις καὶ κοινῇ ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ ἰδίᾳ ὑφ' ἑκάστου τῶμ πολιτῶν· καὶ ἐβεβαίωσεν τῷ δήμῳ τὴν αὐτο-	ribus egregiis honorati tum publice a plebe tum privatim ab unoquoque civium. Et ſtabilivit populo liber-
11	νομίαν καὶ δημοκρατίαν· ἔγραψεν δὲ καὶ πρὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς δυνάστας καὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη, ἀξι-	tatem & ſtatum popularem; quin porro ſcripſit ad reges, principes, civitates & gentes, ſanci-
12	ώσας ἀποδέξασθαι τό, τε ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης ἄσυλον εἶναι, καὶ τὴμ πόλιν ἡμῶν ἱερὰν καὶ ἄσυλον. Νῦν τε ὑπερ-	viſſe ſe non modo fanum Veneris Stratonicidis inſpoliatum fore, ſed & urbem item noſtram ſacram & inſpoliatam; & cum nunc etiam ſimulac
13	βεβληκότος τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Σελευκίδα, οἱ στρατηΓΟὶ σπεύδοντες διαμένειν τῷ βασιλεῖ τὰ πράγματα συμφερόντως, διε-	expeditionem fecerat Seleucus rex in Seleucidem, duces, cupientes ut rerum ſtatus commode regi firmaretur, mi-
14	πέμψαντο πρὸς τοὺς ἐμ Μαγνησίᾳ κατοίκους καὶ πρὸΣ τοὺς ὑπαίθρους ἱππεῖς καὶ στρατιώτας, καὶ ἀπέστειλαν ἐξ αὐτῶν	ſerint ad Magneſiae incolas & eos qui in caſtris verſantur, equites & milites (amandato ex ipſis
15	ἕνα Διονύσιον τὸμ παρακαλέσοντα αὐτοὺς διαΦΥλάσσειν τὴμ φιλίαν καὶ συμμαχίαν βασιλεῖ Σελεύκῳ εἰς	quodam Dionyſio, qui invitaret eos ad amicitiam & belli ſocietatem cum rege Seleuco ſervandam
16	πάντα τὸγ χρόνον, ἐπαγγελλόμενοι, διατηρούντων αὐτῶΝ τὰ πράγματα, καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸγ καὶ φίλον ἡγουμένων, ὑπάρξειν αὐ-	perpetuam) & promiſerint, ſi conſervarent illius majeſtatem, & eundem cum illo hoſtem & amicum aeſtimarent, fore eis
17	τοῖς παρὰ τοῦ δήμου καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου πάνΤα τὰ φιλάνθρωπα καὶ καλῶς ἔχοντα, καὶ ἀποδοθήσεσθαι χάρι-	& a populo & a rege Seleuco omnimodum favorem & benevolentiam, & redditum eis iri bene-
18	τας αὐτοῖς ἀξίας τῆς αἱρέσεως. Οἱ δὲ ἐμ Μαγνησίᾳ παρακληθέντες, καὶ αὐτοὶ ὄντες πρόθυμοι πρὸς τὸ διαφυλάσσειν τῷ βασιλεῖ τήν τε φι-	ficia ejuſmodi optione non indigna; Magneſii vero invitati, etiam & ipſi ad ſervandam regi Seleuco & ami-
19	λίαν καὶ τὴν συμμαχίαν, καὶ διατηρεῖν αὐτοῦ τὰ πράγματα, τά τε ἀξιωθέντα ὑπὸ τῶν στρατηγῶν φιλοτίμως ἀπεδέξαντο, καὶ ἐπαγγέλλ-	citiam & belli ſocietatem & conſervandam ejus majeſtatem proni, ea quae poſtulabantur a ducibus avide amplexati ſint, polliciti
20	ονται τὴν αὐτὴν ἕξειν αἵρεσιν τῷ δήμῳ τῷ ἡμετέρῳ εἰς πάντα τὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου συμφέροντα, καὶ ἀπεστάλκασιν	eandem animi ſe habituros ſententiam cum populo noſtro ad omnia Seleuci regis commoda, & miſerint
21	πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτάς, ἐγ μὲν τῶγ κατοίκων Ποτάμωνα καὶ Ἱεροκλῆν, ἐγ δὲ τῶν ὑπαίθρων Δάμωνα καὶ Ἀπολλωνικέτην, τοὺς ἀΠΟ-	ad nos legatos, ex incolis ſcilicet Potamonem & Hieroclem, ex iis vero qui in caſtris verſantur Damonem & Apollonicetem, qui
	λεξομένους	nobiſcum

12 λεξομένους τε ἡμῖν καὶ ἀνοίσοντας τὴν ὁμολογίαν καθ' ἣν ἀξιΟῦσιν συνθέσθαι τὴμ πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν. Ἐπαχθέντες δὲ καὶ οἱ
13 πρεσβευταὶ ἐπὶ τὸν δῆμον συνλελαλήκασιν ὑπὲρ ἁπάντων ἀκολΟΥθως τοῖς ἐν τῇ ὁμολογίαι γεγραμμένοις· Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαΙ
14 τήν τε φιλίαν συντίθεσθαι πρὸς τοὺς ἐμ Μαγνησίαι ἐπὶ πᾶσι τοΐΣ τοῦ βασιλέως Σελεύκου συμφέρουσιν, καὶ ἀποδεῖξαι πρὸς αὐτοὺΣ
25 πρεσβευτὰς τρεῖς οἵτινες τὴν ὁμολογίαν τε ἥτις ἂν δόξῃ τῷ δήμῳ ἀνοίσουσιν αὐτοῖς, καὶ περὶ τῶγ γεγραμμένων ἐν αὐτῇ διΑ-
26 λεγήσονται, καὶ παρακαλέσουσιν αὐτοὺς δέχεσθαι καὶ συντελεῖν τὰ ἐν τῇ ὁμολογίαι γεγραμμένα. Καὶ ἐάμπερ δέξονται οἱ ἐμ
27 Μαγνησίαι, ὁρκισάτωσαν αὐτοὺς οἱ ἀποδειχθησόμενοι πρεσβευταὶ τὸν ὅρκον τὸν ἐν τῇ ὁμολογίαι γεγραμμένον. Προσδεξαμένῶ ΩΝ
28 δὲ ταῦτα τῶν ἐμ Μαγνησίαι, καὶ συνσφραγισαμένων τὴν ὁμολογίαν, καὶ ὀμοσάντων, καὶ ἐπανελθόντων τῶμ πρεσβευτῶν, συΝΤΕ-
29 λείσθω καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν τῇ ὁμολογίαι γεγραμμένα· καὶ τὸ ψήφισμα τόδε ἀναγραφήτω κατὰ τὸν νόμον, ἀναγραφήτω δὲ κΑΙ ΕΙΣ
30 στήλας εἰς ἃς καὶ ἡ ὁμολογία ἀναγραφήσεται. Καλεσάτωσαν δὲ Οἱ ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς καὶ τοὺς πρεσβευτάς, τοὺς παραγεΝΟΜΕΝΟΥΣ
31 ἐκ Μαγνησίας, ἐπὶ ξενισμὸν εἰς τὸ πρυτανεῖον. Τοῖς δὲ ἀποδεΙχθεῖσιμ πρεσβευταῖς δότω μεθόδιον Καλλῖνος ὁ ταμίας τὸ ἐκ τοῦ ΚΟΙΝΟΥ, ΕΦ
32 ἡμερῶν ὅσων ἂν ὁ δῆμος τάξῃ ἀπὸ τῶν τῆς πόλεως προσόδων. Ἡμέραι ἐτάγησαμ πέντε. Πρεσβευταὶ ἀπεδείχθησαν Φανόδημος Μικ........,
33 Διονύσιος Διονυτᾶ, Παρμενίσκος Πυθέου.

nobiscum tractarent, & apportarent foedus juxta quod postulant iniri secum amicitiam; legati vero introducti ad populum colloquium habuerint super omnia sigillatim prout in foedere sunt conscripta; cum bona fortuna censeri, ut amicitia contrahatur cum Magnesiis in omne quod Seleuco regi commodum fuerit, & ut designentur ad eos legati tres qui foedus quod populo placuerit apportabunt illis, & de iis quae in eo scripta sunt disceptabunt, & eos invitabunt ad ea adprobanda & perimplenda quae in foedere conscripta. Quod si adprobaverint ea Magnesii, jurejurando eos obstringunto legati designandi, illo scilicet quod est in foedere conscriptum. Postquam autem haec amplexati fuerint Magnesii, & foedus sigillaverint, & juraverint, & legati redierint, perimplentor item reliqua omnia quae in foedere conscripta. Hoc ipsum porro decretum, ut lex exigit, perscribitor: perscribitor etiam in columnis, quibus ipsum foedus perscribetur. Invitanto autem menstrui senatus sacrificuli etiam legatos, qui e Magnesia advenerunt, in Prytaneum ad sacras epulas. Designatis vero legatis praebeto commeatum Callinus, aerarii praefectus, ex publico in tot dies quot populus statuerit, de proventibus urbis. Dies statuti sunt quinque. Designabantur legati, Phanodemus Mic........F. Dionysius Dionytae F. & Parmeniscus F. Pytheae.

Smyrnaeorum & Magnetum Foedus.

34 ΕΠὶ ἱερέως Ἡγησίου, στεφανηφόρου δὲ Πυθοδώρου, μηνὸς Ληναιῶνος, ἀγαθῇ τύχῃ. Ἐπὶ τοῖς δε συνέθεντο τὴμ φιλίαν ΣμυρναῖΟΙ
35 καὶ οἱ ἐμ Μαγνησίαι κάτοικοι, οἵ τε κατὰ πόλιν ἱππεῖς καὶ πεζοί, καὶ οἱ ἐν τοῖς ὑπαίθροις, καΙ οἱ ἄλλοι οἰκηταί. Καὶ τὴμ πολιτείαν ἔδωκαν
36 Σμυρναῖοι τοῖς ἐμ Μαγνησίαι κατοίκοις, τοῖς τε κατὰ πόΛιν ἱππεῦσι καὶ πεζοῖς, καὶ τοῖς ὑπαίθροις, καὶ τοῖς οἰκοῦσι
37 τὴμ πόλιν, ἐφ' ὅτῳ τὴμ μὲν συμμαχίαν καὶ τὴν εὔνοιαν τὴν ΕΙΣ Τὰ πράγματα τοῦ βασιλέως Σελεύκου διατηρήσουσιν οἱ ἐμ
38 Μαγνησίαι τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ μετὰ πάσης προθυμίας εἰς ἅπαντα τΟΓ χρόνον, καὶ ὅσα παρείληφαν παρὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου φυλάξαντες,
39 εἰς δύναμιν εἶναι τὴν αὐτῶν, ἀποδώσουσιν τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ. ΠΟΛιτεύσονται δὲ μετὰ Σμυρναίων κατὰ τοὺς τῆς πόλεως νόμους
40 ἀστασιάστως, τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον ἡγούμενοι ΣμυρναίοΙΣ ΟΜοῦνται δὲ καὶ οἱ ἐμ Μαγνησίαι Σμυρναίοις καὶ Σμυρναῖοι τοῖς ἐμ
41 Μαγνησίαι, ἑκάτεροι αὐτῶν, τὸν ὅρκον τὸν ἐν τῇ ὁμολογίαι ὑπογΕγραμμένον. Συντελεσθέντων δὲ τῶν ὅρκων, τὰ μὲν ἐγκλήματα αὐ-
42 τοῖς τὰ γεγενημένα κατὰ τὸμ πόλεμον ἤρθω πάντα· καὶ μὴ ἐξέστω μηΔὲ ἑτέροις ἐγκαλέσαι περὶ τῶγ κατὰ τὸμ πόλεμον γεγενημένων, μήτε
43 διὰ δίκης μήτε κατ' ἄλλον τρόπομ μηθένα. Εἰ δὲ μή, Πᾶν ΤΟ ἐπιφΕΡόμεΝον ἔγκλημα ἄκυρον ἔστω. Δεδόσθαι δὲ τοῖς ἐμ Μαγνησίαι κατοικΟΙΣ,

POntifice Hegesia, Stephanophoro autem Pythodoro, mense Lenaeone, cum bona fortuna; hisce conditionibus amicitiam inierunt Smyrnaei & Magnesiae incolae, tum equites & pedites qui in urbe sunt, tum qui in castris, & habitatores caeteri. Civitate donarunt Smyrnaei Magnesiae incolas, tum qui in urbe sunt equites & pedites, & qui in castris, tum qui urbem inhabitant; ob quam rem, belli societatem & benevolentiam erga regis Seleuci majestatem studiosissime observabunt Magnetes regi Seleuco, idque perpetuo; & quaecunque acceperunt a rege Seleuco, ea tuebuntur pro viribus suis & reddent regi Seleuco. *Guber*nabuntur autem cum Smyrnaeis juxta leges civiles, a dissidio vacantes. Et eosdem amicos & inimicos cum Smyrnaeis habebunt. Smyrnae*is* vero *jur*abunt Magnesii, & Magnesiis Smyrnaei alterutrinque, jusjurandum in foedere subscriptum. Praestitis autem juramentis, controversiae illis natae tempore belli universae perimantur. Neque alterutris liceat controversiam movere de iis quae tempore belli facta sunt, neque in forma judicii neque ullo alio modo. Et si qua forte emerserit, plane irrita sit. Dari vero eis qui in Magnesia sunt inco*lis*,

44 τοῖς τε κατὰ πόλιν ἱππεῦσι καὶ πεζοῖς, καὶ τοῖς ὑπαίθροις, πολιτείαν ἐν Σμύρνῃ ἐφ᾽ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τοῖς ἄλλοις πολίταις. Ὁμοίως δὲ δεΔΟΣΘΑΙ

tam scilicet qui in urbe sunt equitibus & peditibus, quam qui in castris versantur, jus civitatis in Smyrna aequale nec dissimile reliquorum civium juri. Similiter *dari*

45 Τὴμ πολιτείαν καὶ τοῖς ἄλλοις ΤΟΙΣ Οἰκοῦσιν ἐμ Μαγνησίᾳ, ὅσοι ἂν ὦσιν ἐλεύθεροί τε καὶ Ἕλληνες. Ἀνενεγκάτωσαν δὲ τοὺς μὲν καταλοχισμΟΥΣ

jus civitatis etiam reliquis qui in Magnesia habitant, quotquot nimirum liberi sunt & Graeci. Exhibento autem populo coh*ortes* eorum

46 Τῶν ἐμ Μαγνησίᾳ ἱππέωΝ Τε καὶ πεζῶν, τῶν τε κατὰ πόλιν καὶ τῶν ὑπαίθρων, οἱ ὄντες γραμματεῖς τῶν ταγμάτων, ἐπὶ τὸν δῆμον. Τῶν δὲ ἄλΛΩΝ

qui in Magnesia sunt, tam equitum quam peditum, sive in urbe sive in castris, ii qui sunt agminum scribae. Reli*quorum*

47 οἰκητῶν τὴν γραΦΗΝ οἱ ἀποδειχθέντες ὑπὸ τῶν ἐμ Μαγνησίᾳ κατοίκωΝ ἄνδρες. Ὅταν δὲ τιθῶνται τοὺς καταλοχισμοὺς οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ

habitatorum descriptionem exhibento viri a Magnesiae incolis designati. Cum vero repraesentant cohortes scribae, &

48 Ἄνδρες οἱ ἀΠΟδειχθέντες τὴν γραφὴν τῶν ἄλλων οἰκητῶν, ὁρκισάτωσαν ΑΥτοὺς οἱ ἐξετασταὶ ἐπὶ τῶν μητρῴου ἱεροῖς νεοκαύτοιΣ, ΤΟΥΣ ΜΕΓ-

viri designati descriptionem caeterorum incolarum, adjurante eos quaesitores super ardentibus fani Magnae Matris victimis,

49 ΓΡΑΜΜΑτεῖς ἦ μὴν ἀπὸ τοῦ βελτίστου ἀνενηνοχέναι τὴν γραφὴν τῶν ὄντωΝ τῶΝ Παρ᾽ αὐτοῖς κατοίκων, ἱππέων καὶ ΠΕΖΩΝ ΤΩΝ ΤΕ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΓ ΚΑΙ ΤΩΓ ΚΑΤ

*scrib*as nempe se optima fide edidisse descriptionem eorum qui apud se fuerint incolarum, equitum scilicet & *peditum, tam qui in urbe quam qui in*

50 ὕπαιθρα τασσομένων, τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς ΑΝαφέροντας τὴν γραφὴν τῶν ΑΛΛΩΝ ΟΙΚΗΤΩΝ ΟΜΟΙΩΣ ΑΝΕΝΗΝΟΧΕΝΑΙ ΤΗΓ ΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ

castris fuerint dispositi: Viros autem qui caeterorum descriptionem retulerint adjuranto, *se similiter edidisse caeterorum descriptionem*

51 οἰκούντων ἐμ Μαγνησίᾳ καὶ ὄντων ἐλευθέρων καὶ Ἑλλήνων. Τὰς δὲ ἀνενεχΘΕΙΣΑΣ ΓΡΑΦΑΣ ΟΙ ἐξετασταὶ παραδότωσαν τῷ γραμματοΦΥλακι

qui Magnesiam incolunt & sunt liberi & Graeci. Exhi*bitas* autem *descriptiones* quaesitores tradunto actorum senatus

52 τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου. Ὁ δὲ θέσθω εἰς ΤΟ ΔΗΜΟσιον. Ἐπικληρωσάτωσαν δὲ οἱ ΕΞΕΤΑΣΤαὶ εἰς τὰς φυλὰς τὰ ἀνενεχθέντα ὀνόματα πάντα, καὶ ἀνα-

populique custodi: Is *publico arch*ivo reponito. Sorte vero cooptanto *quaesitores* in tribus edita nomina, & de-

53 γραψάτωσαν εἰς τὰ κληρωτήρια. Καὶ ἔστω μετουσία τοῖς ἀναγραφεῖσιν εἰΣ ΤΑ ΚΛΗΡωτήρια πάντων ὧν καὶ τοῖς λοιποῖς πολίταις μέτεστιν.

scribunto in sortium tabulas. Quin participes sint ii qui perscripti fuerint *in sorti*um tabulis rerum omnium quarum participes sunt reliqui cives.

54 Χρήσθωσαν δὲ οἱ πολιτογραφηθέντες, καὶ ἐμ Μαγνησίᾳ, περὶ τῶν συναλΛΑΓΜΑΤων καὶ τῶν ἐγκλημάτων τῶμ πρὸς Σμυρναίους, τοῖς νόμοις

Utuntur autem, postquam civium numero adscripti fuerint, etiam in Magnesia, in con*tra-ct*ibus & actionibus quae ad Smyrnaeos spectant, legibus

55 τοῖς Σμυρναίων. Δεχέσθωσαν δὲ καὶ ἐμ Μαγνησίᾳ τὸ νόμισμα τὸ τῆς πόλεως ΕΝΝομον. Καὶ ἄρχοντα δὲ ὃν ἂν ἀποστέλλῃ ὁ δῆμος κυριεύσοντά τε τ-

Smyrnaeorum. Admittunto etiam Magnesii numisma civitatis ut *legiti*mum. Excipiunto item *(Magnesii)* praefectum quem miserit populus, qui scilicet

56 ῶν κλειδῶν, καὶ ἐσόμενον ἐπὶ τῆς φυλακῆς τῆς πόλεως, καὶ διατηρήσοντα τὴμ πόλιν τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ παραδέξονται οἱ ἐμ Μαγνησίᾳ. Δό-

clavibus potietur, & praesidio erit civitati, eamque tuebitur regi Seleuco. Prae-

57 τωσαν δὲ Σμυρναῖοι καὶ εἰς κατασκήνωσιν τοῖς ἀποσκευαζομένοις τῶν ἐκ Μαγνησίας, οἰκίας, κλινῶν ὅσων ἂν τῷ δήμῳ δόξῃ, ἀφ᾽ οὗ ἂγ χρόνου ἡ ὁμολο-

bento autem Smyrnaei pro habitaculis, iis qui e Magnesia emittuntur, aedes (quibus lectorum numeris sit pro arbitratu populi) ab eo tempore quo foe-

58 γία συνσφραγίσθη εἰς ἑξάμηνον. Μισθούσθω δὲ ὁ ταμίας τῶν ὁσίωμ προσόδων Τὰς οἰκίας μετὰ τῶν στρατηγῶν. Καὶ τὸ ἀνήλωμα διδότω ἀπὸ τῶν τῆΣ

dus sigillatum fuerit, in tempus semestre. Conducito autem publici aerarii praefectus cum ducibus aedes illas, data pensione ex

59 πόλεως προσόδων. Ὀμόσαι δὲ τοὺς μὲν ἐμ Μαγνησίᾳ κατοίκους τῶν τε κατὰ πόλιν ἱππέων καὶ πεζῶν, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὑπαίθροις τασσομένους, καΙ

urbis proventibus. Juranto vero qui Magnesiae sunt incolae, tam equites & pedites in urbe & castris dispositi, quam

60 τοὺς ἄλλους τοὺς καταχωριζομένους εἰς τὸ πολίτευμα, τόνδε τὸν ὅρκον. Ὀμνύω Δία, Γῆν, Ἥλιον, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν, καὶ τὴν Ταυροπόλον, καὶ τὴΜ

caeteri in hanc administrationis formulam admissi, juramentum hujusmodi. Juro per Terram, Solem, Martem, Minervam Martiam, Dianam,

61 Μητέρα τὴν Σιπυληνὴν, καὶ Ἀπόλλω τὸν ἐμ Πάνδοις, καὶ τοὺς ἄλλους Θεοὺς πάντας καὶ πάσας, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Σελεύκου τύχην· ἐμμενῶ ἐν

Matrem Sipylenen, Apollinem in Pandis, & reliquos deos deasque omnes, & per regis Seleuci fortunam; stabo

62 ταῖς συνθήκαις ἃς συντέθειμαι πρὸς Σμυρναίους εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον. Καὶ διατηρήσω τήν τε συμμαχίαν καὶ τὴν εὔνοιαν τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ

pactis conventis quae inivi cum Smyrnaeis in perpetuum; & observabo belli societatem & benevolentiam regi Seleuco

63 καὶ τῇ Σμυρναίων πόλει. Καὶ ἃ παρείληφα παρὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου διατηρήσω κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν, καὶ ἀποδώσω τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ. Καὶ οὐθὲν

& Smyrnaeorum civitati. Et quae accepi a rege Seleuco tuebor pro viribus meis, & reddam regi Seleuco. Et nihil

64 παραβή- eorum

64 παραβήσομαι τῶν κατὰ τὴν ὁμολογίαν. οὐδὲ μεταθήσω ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ γεγραμΜένα ἐν αὐτῇ οὔτε τρόπῳ οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ. Καὶ πολιτεύσομαι μεθ' ὁ-

eorum quae in foedere ſunt tranſgrediar, neque in pejus pervertam quae in eo conſcripta ſunt, neque immutatione neque ullo commento. Vitam civilem inſtituam ani-

65 μονίας ἀστασιάστως κατὰ τοὺς Σμυρναίων νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δΗμου. Καὶ συνδιατηρήσω τήν τε αὐτονομίαν καὶ δημοκρατίαν καὶ τἄλλα τὰ

mo concordi, a diſſidio vacans, juxta Smyrnaeorum leges & decreta populi; & ſimul conſervabo libertatem & ſtatum popularem, & caetera quae

66 ἐπικεχωρημένα Σμυρναίοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως Σελεύκου μετὰ πάσης προθυμίας ἐμ παντὶ καιρῷ. Καὶ οὔτε αὐτὸς ἀδικήσω αὐτῶν οὐθένα, οὔτε ἄλλῳ ἐπΙ-

indulta ſunt Smyrnaeis a rege Seleuco, ſumma animi promptitudine, idque perpetuo. Neque ipſe eorum quempiam injuria laceſſam, nec alteri cuipiam

67 τρέψω οὐθενὶ κατὰ δύναμιν τὴν ἐμήν. Καὶ ἐάν τινα αἰσθάνωμαι ἐπιβουλεύοΝΤΑ τῇ πόλει ἢ τοῖς χωρίοις τοῖς τῆς πόλεως, ἢ τὴν δημοκρατίαν ἢ τὴν ἰσο-

id facere permittam, pro viribus nempe meis. Et ſi quem inſidias aut civitati aut civitatis caſtellis ſtruentem animadvertero, aut libertatem & ſtatum

68 νομίαν καταλύοντα, μηνύσω τῷ δήμῳ τῷ Σμυρναίων, καὶ βοηθήσω ἀγωΝΙΖΟΜενος μετὰ πάσης φιλοτιμίας· καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω κατὰ δύναμιν τὴν

popularem impugnantem, indicabo populo Smyrnaeo, & opem certatim feram, idque ſummo ſtudio, neque eum deſeram quantum in me

69 ἐμαυτοῦ. Εὐορκοῦντι μέν μοι εὖ εἴη. Ἐφιορκοῦντι δὲ, ἐξώλεια καὶ αὐτῷ καὶ γέΝΕΙ Τῷ ἐξ ἐμοῦ. Ὀμόσαι δὲ καὶ Σμυρναίους τοῖς ἀπὸ Μαγνησίας τὸν ὅρκον

fuerit. Si ſancte haec ſervavero, bene mihi ſit; ſi pejeravero, exitium & mihimet ipſi & poſteris meis. Smyrnaei vero juranto iis qui e Magneſia advenerint juramentum

70 τόνδε. Ὀμνύω Δία Γῆν, Ἥλιον, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν, καὶ τὴν Ταυροπόλον, καὶ τὴμ μηΤΕΡα τὴν Σιπυληνὴν, καὶ Ἀφροδίτην τὴν Στρατονικίδα, καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς

hujuſmodi. Juro per Terram, Solem, Martem, Minervam Martiam, Dianam, Matrem Sipylenen, Venerem Stratonicidem, & reliquos deos

71 πάντας καὶ πάσας· ἐμμενῶ ἐν ταῖς συνθήκαις αἷς συντεθείμεθα πρὸς τοὺς ΕΜ Μαγνησίᾳ κατοίκους, τούς τε κατὰ πόλιν ἱππεῖς καὶ πεζοὺς, καὶ τοὺς ἐν τοῖς

deaſque omnes; ſtabo pactis conventis quae inivimus cum Magneſiae incolis, equitibus ſcilicet & peditibus, tam in

72 ὑπαίθροις τασσομένους, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς καταχωριζομένους εἰς τὸ ΠΟΛΙτευμα, εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, οὐθὲν παραβαίνων τῶν κατὰ τὴμ ὁμολογίαν,

urbe quam in caſtris diſpoſitis, & caeteris in hanc adminiſtrationis formulam admiſſis, in tempus perpetuum; Nihil tranſgrediar eorum quae in foedere ſunt,

73 οὐδὲ μεταθεὶς ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ γεγραμμένα ἐν αὐτῇ, οὔτε τέχνῃ οὔτε ΜΗΧΑνῇ οὐδεμιᾷ· καὶ εὐνοήσω καὶ βασιλεῖ Σελεύκῳ καὶ τοῖς ἐκ Μαγνησίας κα-

neque in pejus pervertam in illo conſcripta, neque arte, neque commento aliquo. Et benevolus ero Seleuco regi & Magneſiae in-

74 τοίκοις, τοῖς τε κατὰ πόλιν καὶ τοῖς ὑπαίθροις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς οἰκοΥΣΙΝ ΕΜ Μαγνησίᾳ, ὅσοι εἰσὶν ἐλεύθεροί τε καὶ Ἕλληνες· καὶ ποιήσομαι αὐτοὺς

colis, tam iis qui in urbe quam qui in caſtris diſpoſiti ſunt, & caeteris qui in Magneſia habitant, liberis ſcilicet & Graecis; & faciam eos omnes,

75 πολίτας πάντας καὶ τοὺς ἐγγόνους αὐτῶν ἐφ' ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τοῖς ἄλλοις πολίΤΑΙΣ. Καὶ εἰς φυλὰς αὐτοὺς ἐπικληρώσας καταχωριῶ εἰς ἣν ἂν ἕκαστοι λάχωσιν·

itemque qui ex iis nati fuerint, cives pari undiquaque cum caeteris *civibus* jure. Et in tribus eos ſorte diſtribuam, atque in eam admittam quam unuſquiſque ſortitus fuerit.

76 καὶ οὔτε αὐτοὺς ἀδικήσω αὐτῶν οὐθένα, οὔτε ἄλλῳ ἐπιτρέψω οὐθενὶ κατὰ δΥΝαμιν τὴν ἐμήν· καὶ ἐάν τινα αἰσθάνωμαι ἐπιβουλεύοντα αὐτοῖς ἢ ἐκγόνοΙΣ

Eorum neminem injuria laceſſam, neque alteri cuipiam id facere permittam pro viribus meis. Et ſi quem animadvertero ſive ipſis, ſive eis qui ex ipſis nati

77 αὐτῶν ἢ τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῶν, μηνύσω ὡς ἂν τάχιστα δύνωμαι, καὶ βοηΘΗΣω μετὰ φιλοτιμίας· καὶ μετουσίαν αὐτοῖς δώσω τῶν τε ἀρχείων καὶ τῶν ἄλλΩΝ

fuerint, aut poſſeſſionibus eorum, inſidias ſtruentem, indicabo quam primum potero, & ſtudioſe opem feram. Et participes eos faciam tum magiſtratuum tum

78 τῶν κοινῶν τῆς πόλεως ὧν καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται μετέχουσιν. ΕὐορκοῦΝΤΙ ΜΕΝ μοι εὖ εἴη· ἐφιορκοῦντι δὲ, ἐξώλεια καὶ αὐτῷ καὶ γένει τῷ ἐξ ἐμοῦ. ἈποδειξΑ-

rerum caeterarum in civitate publicarum quarum reliqui cives participes ſunt. Si haec ſancte ſervavero, bene mihi ſit; ſi pejeravero, exitium & mihimet ipſi & poſteris meis. Deſignanto

79 τωσαν δὲ Σμυρναῖοί τε καὶ οἱ ἀπὸ Μαγνησίας ἄνδρας ΕΚΑΤΕΡΩΘΕΝ ΟΣΟΥΣ ἂν ἑκάτεροι ὑπολαμβάνωσιν ἱκανοὺς εἶναι τοὺς ὁρκιοῦντας τὸ πλῆθος τῶν-

porro tum Smyrnaei tum Magnetes *alterutrinque quot* idoneos fore alterutri exiſtimaverint ad plebem tum

80 τε ἐν Σμύρνῃ καὶ τῶν ἐμ Μαγνησίᾳ. Οἱ ΔΕ ΠΡΟΝΟΕΙΤΩΣΑΝ ΚΕΛΕΥΟντες τῇ πρότερον ἡμέρᾳ, ἐνδημεῖν τοὺς ἐν τῇ πόλει ὡς τοῦ ὅρκου συνΤΕ-

in Smyrna tum in Magneſia adjurandam. Hi vero pridie *edicto caveant*, ut in urbe haec maneat donec

81 λεσθησομένου τοῦ κατὰ τὴν ὁμολογίαν. ΟΡκιζέτωσΑΝ ΔΕ ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ ΤΟΝ ΑΝΩ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝον οἱ μὲν ἐκ Μαγνησίας ἀποδειχθέντες Σμυρναίους· οἱ δὲ ἐξ Σμύρνης, τοὺς ἐμ

juxta foedus juramentum perficiatur. Adjuranto autem *jam deſcripto juramento* ii quos deſignaverint Magnetes, Smyrnaeos; a Smyrnaeis vero deſignati,

Μαγνησίᾳ. Magneſios.

82 Μαγνησίᾳ. Τὰ δὲ ἱερεῖα τὰ εἰς τὰ ΟΡκωμόσια ἐν ΣμύρνΗΙ ΕΤΟΙΜΑΖΕΤΩ Ο ΚΑΛλῖνος ἀφ᾽ ὧν ἂν ψηφίσηται ὁ δῆμος. Ἐν δὲ Μαγνησίᾳ οἱ ταμίαι οἷς ἂν τὸ πλῆθος ἐ-

Magnesios. Victimas ad sacra juramenti praestanda in Smyrna *praeparet Cal*linus, unde decreverit populus: In Magnesia autem, praefecti quibus id praeceperit

83 τάξῃ. Ἀναγραψάτωσ ΑΝ καὶ τὴν ὁμολογίαν ἐν στήλ-ΑΙΣ ΕΚΑΤΕΡΟΙ. ΤΑΣ ΔΕ ΑΝΑΤΙΘέτωσαν Σμυρναῖοι μὲν ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης Στρατονικίδος ἱερῷ, καὶ

plebs. Perscribunto etiam foedus in colum*nis utrique*. *Has vero consecr*anto Smyrnaei tum in Veneris Stratonicidis fano, tum

84 ἐμ Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδ ΟΣ ΤΗΣ ΛΕΥΚΟΦΡΥΗνῆς ἱερῷ. Οἱ δὲ ἐμ Μαγνησίᾳ κάτοικοι, ἔν τε τῇ ἀγορᾷ παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ

Magnesiae ad Maeandrum in fano Dia*nae Leucophryenae:* Qui vero Magnesiam incolunt, in foro ad aram

85 ΔΙΟΝΥΣου καὶ τὰς τῶν βασιλέων εἰκόνας, καὶ ἐμ Πάνδοις ἘΝ ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΟΥ Ἀπόλλωνος, καὶ ἐγ Γρυνέῳ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἀναγραψάτω δὲ καὶ ὁ γραμ-

Bacchi, & ad regum statuas, & in Pandis *in fano* Apollinis, & in Grynaeo in Apollinis fano. Describito autem actorum

86 ματοφύλαξ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τὰ ἀντίγραφα τῆς ὁμολογίας ΕΙΣ ΤΟ ΔΗΜόσιον. Συνσφραγισάσθωσαν δὲ τὰς ὁμολογίας, τὴμ μὲν Σμυρναίοις δοθησομένην

Senatus populique custos exemplaria foederis *in archivum publi*cum. Insuper sigillanto foedera; id scilicet quod ad Smyrnaeos dabitur,

87 οὓς ἂν ἀποδείξῃ τὸ κοινὸν τῶν ἐμ Μαγνησίᾳ, τοῖς τε ἑαυτῶν δακτυλίοις κΑΙ ΤΩΙ ὑπάρχοντι κοινῷ· τὴν δὲ εἰς Μαγνησίαν δοθησομένην σφραγισάσθωσαν ΣμυρναΙΟΙ

ii qui a communi Magnesiae designati fuerint, tum suis sigillis tum eo quod communi est. Id vero quod dabitur in Magnesiam, sigillanto Smyrnaei

88 οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ ἐξετασταὶ τῷ τε τῆς πόλεως δακτυλίῳ καὶ τοῖς αὐτῶν. Ταῦτα δὲ ἀμφοτέροις τοῖς πλήθεσιν συντετελεῖσθαι τύχῃ τῇ ἀγαθῇ.

& duces & quaesitores tum civitatis sigillo tum sigillis suis. Atque haec ab alterutra plebe perimplentor cum bona fortuna.

Smyrnaeorum decretum quod foedus subsecutum est.

89 ΕΔοξεν τῷ δήμῳ στρατηγῶν γνώμη. Ἐπειδὴ προνοῶν ὁ δῆμος ὑπὲρ ἁπάντων τῶν τοῦ βασιλέως Σελεύκου συμφερόντων διετέλει, καὶ πρότερον τήν τε βασιλείαν

PLacuit populo, ducum consilio. Postquam populus universis Seleuci regis commodis constanter prospexerit, tum imperium ejus

90 αὐτοῦ συναύξων καὶ τὰ πράγματα διατηρῶν καθ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸς, καὶ πολλὰ μὲν περιεῖδεν ἀπολλύμενα καὶ καταφθειρόμενα τῶν ὑπαρχόντων· πολλοὺς δὲ ὑπέμεινΕ

olim promovendo, tum majestatem ejus conservando in quantum potis erat, & possessionum suarum multas circumspexerit deperditas & vastatas, multa item sustinuerit

91 κινδύνους ἕνεκεν τοῦ διατηρῆσαι τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Σέλευκον, καὶ νῦν φιλοτιμούμενος αὐτῷ συνδιατηρῆσαι καὶ συνέχειν τὰ πράγματα καθ᾽ ὅσον

pericula ex eo quod conservavit amicitiam cum rege Seleuco, quin nunc etiam summo contendens studio ejus conservare & tueri majestatem, in quantum

92 ἐνδεχόμενόν ἐστιν, τήν τε πρὸς τοὺς ἐμ Μαγνησίᾳ κατοίκους καὶ τοὺς ὑπαίθρους ἱππεῖς καὶ τοὺς πεζοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς οἰκοῦντας ἐμ Μα-

possibile est, amicitiam iniverit cum Magnesiae incolis, tum qui in castris sunt equitibus & peditibus militantibus tum caeteris qui Mag-

93 γνησίᾳ, συνετέθειτο φιλίαν, ἵνα διαφυλάσσωσιν τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν εὔνοιαν τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ· νομίζωΝ δὲ Αναγκαῖον εἶναι τῇ πόλει παραλαβεῖν καὶ τὸ

nesiam habitant, ut nempe belli societatem & benevolentiam regi Seleuco observent; perpendens vero necessarium esse civitati, recipere etiam

94 χωρίον Παλαιμαγνησίαν, καὶ ποιήσασθαι τὴν φυλακὴν δι᾽ αὐτοῦ, ἵνα καὶ τούτου παραληφθέντος ὑπὸ τῆς πόλεως ἀσφαλέστερον διαμένῃ πάντα τὰ σύνεγγυΣ

castellum Palaemagnesiam, & praesidium in eodem collocare, ut scilicet hoc etiam recepto commodius firmarentur omnes quae vicinae sunt

95 πράγματα τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ, διεπέμψαντο πρὸς τοὺς οἰκοῦντας ἐν τῷ χωρίῳ, καὶ παρεκάλεσαν αὐτοὺς αἱρεῖσΘΑΙ ΤΗΝ φιλίαν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Σέλευκον,

res regi Seleuco, miserit ad castelli incolas, & invitarit eos ad amplexandam amicitiam cum rege Seleuco,

96 καὶ παραδοῦναι τὰς κλεῖδας τῷ ἄρχοντι τῷ ἀποσταλέντι ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ παΡαδέξΑσθαι φυλακὴν τὴν συνδιατηρήσουσαν μετ᾽ αὐτῶν τὸ χωρίον τῷ βασιλεῖ

& claves tradendas praefecto a populo misso, & excipiendum praesidium, quod cum eis simul conservaret castellum regi

97 Σελεύκῳ, ἐπαγγελλόμενος, ταῦτα ποιησάντων αὐτῶν, ὑπάρξειν αὐτοῖς παρὰ τῆς πόλεως πάντα τὰ φιλάνθρωπα καὶ καλῶς ἔχοντα· Οἱ δὲ οἰκοῦντες ἐν τῷ

Seleuco, pollicitus, si haec facerent, fore eis & a civitate & a rege Seleuco omnimodam benevolentiam & favorem; castelli autem

98 χωρίῳ ἑλόμενοι τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Σέλευκον μετὰ πάσης προθυμίας προσεδέξαντο τὰ ἐξιούμενα ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ τάς τε κλεῖδας παραδεδώκασι

incolae amicitiam erga regem Seleucum summa animi alacritate amplexati assensum praebuerint iis quae a populo praescripta sunt, & tum claves tradiderint

99 τῷ ἄρχοντι τῷ ἀπεσταλμένῳ ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ τὴν φυλακὴν τὴν παρὰ τῆς πόλεως παρεδέξαντο εἰς τὸ χωρίον· Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι, πολίτας τε αὐτοὺς εἶν ΑΙ

praefecto a populo misso, tum praesidium a civitate receperint in castellum; cum bona fortuna censeri, cives eos fore

100 καὶ

& ad

100 ϗ ὑπάρχειν αὐτοῖς τὰ αὐτὰ ὅσα ϗ τοῖς ἄλλοις πολίταις ὑπάρχει· ϗ τούς τε κλήρους ἑαυτῶν τοὺς δύο, ὅν τε ὁ Θεὸς ϗ Σωτὴρ Ἀντίοχος ἐπεχώρησεν αὐτοῖς, ϗ περὶ οΥ
101 Ἀλέξανδρος γεγράφηκεν, εἶναι αὐτοῖς ἀδεκατεύτους· ϗ ἐὰν προσορισθῇ ἡ Χώρα ἣν ἔχουσιν οἱ πρότερον ὄντες ἐμ Μαγνησίᾳ κάτοικοι τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ,
102 ὑπάρχειν αὐτοῖς τοὺς τρεῖς κλήρους δωρεὰν, ϗ τὴν ἀτέλειαν αὐτοῖς μένειν τὴν νῦν ὑπάρχουσαν· ϗ ὅσοι αὐτῶν ἀκληρούχητοι, δοθῆναι αὐτοῖς κλῆροΝ
103 ἱππικὸν δωρεὰν, τῶν παρακειμένων τῷ χωρίῳ. Ὑπάρχειν δὲ ϗ Τίμωνι, καΙ τοῖς πεζοῖς τοῖς τεταγμένοις ὑπὸ Τίμωνα, τοῖς ἀποταχθεῖσιν ἀπὸ τῆς φάλαγγοΣ
104 ἐπὶ τὴν φυλακὴν τοῦ χωρίου, τήν τε πολιτείαν ϗ τὴν αὐτὴν ἀτέλειαν, Ἡ Καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει· ϗ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ χωρίῳ. Ὑπάρχειν δὲ ϗ Ὠμάνει, ϗ τοῖς
105 Πέρσαις τοῖς ὑπὸ Ὠμάνην, ϗ τοῖς ἀπὸ Σμύρνης ἀποσταλεῖσιν ἐπὶ τὴν Φυλακὴν τοῦ χωρίου, Μενεκλεῖ τε, ϗ τοῖς ὑπ' αὐτὸν τασσομένοις, τήν τε πολιτείΑΝ
106 ϗ τ' ἄλλα φιλάνθρωπα ἃ ϗ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκ Μαγνησίας. Ἐψήφισται κΑΙ προνοῆσαι τὸν δῆμον, ὅπως αὐτοῖς δίδωται ἐκ βασιλικοῦ τΑ τε μετρήματα ϗ τὰ ὀψώνια
107 τ' ἄλλα ὅσα εἰώθει ἐκ βασιλικοῦ δίδοσθαι αὐτοῖς. Τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀνΑΓράψαι εἰς τὰς στήλας τὰς ἀνατεθησομένας ἐν τοῖς ἱεροῖς ὑπό τε τοῦ δήμου ϗ ΤΩΝ
108 ἐκ Μαγνησίας· Ἀναγεγράφθαι δὲ αὐτὸ ϗ ἐν τοῖς δημοσίοις.

& ad eos eadem ipsa pertinere quaecunque etiam ad caeteros cives pertinent; quinetiam praedia eorum bina, tam illud scilicet quod Deus & Soter Antiochus eis concessit, quam illud de quo Alexander scripsit, fore eis decimarum immunia; & si accesserit regio quam occupant pristini Magnesiae incolae civitati nostrae,

fore eis praedia illa tria sine onere, & libertatem eis firmari eandem quam nunc obtinent. Quotquot vero eorum sunt quibus praedia nondum assignantur, traditum iri eis praedium equestre, sine onere, ex eis quae castello adjacent. Fore item Timoni, & peditibus sub Timone dispositis, qui nempe ab acie selecti sunt ad custodiam castelli, idem jus civitatis & eandem immunitatem quam alii obtinent; & permansuros eos in castello. Fore item Omani, & Persis sub Omane, & eis qui a Smyrna ablegati sunt in praesidium castelli, & Menecli, & eis qui ei subjiciuntur, idem jus civitatis atque eandem benevolentiam quae & caeteris Magnetibus. Decretum etiam est, populum praevisurum, uti eis praebeantur ex fisco demensa & annona atque alia quaecunque ex fisco praeberi eis solita. Hoc vero decretum describtum iri in columnis quae sacrabuntur in fanis tum a populo tum a Magnetibus: Quin & idem descriptum iri in archivis publicis.

III.

C. Ant. Septimii Publii Citharoedi Victoriae.

Γ.ΑΝΤ.ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ
ΠΕΡΓΑΜΕΝΟΣ ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΟΣ ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ ΜΟΝΟΣ ΚΑΙ
ΠΡΩΤΟΣ ΤΩΝ ΑΠ ΑΙΩΝΟΣ ΝΙΚΗΣΑΣ
ΤΟΥΣ ΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ
ΣΜΥΡΝΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑ Η̄ ♄ |7 ΑΔΡΙΑΝΙΑ
ΡΩΜΗΝ Β̄ ΠΟΤΙΟΛΟΥΣ Β̄. ΝΕΑΝΠΟ
ΛΙΝ Γ̄ ΑΚΤΙΑ Β̄. ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣ
ΠΙΔΑ ΝΕΜΙΑ Γ̄ ΠΑΝΤΑΣ ΚΑΘΕΞΗΣ
ΣΜΥΡΝΑΝ ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ ΠΕΡΓΑ
ΜΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ Γ̄ ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ
ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ ΚΟΜΟΔΕΙΑ Β̄. ΠΥΘΙΑ
ΤΑ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΕΦΕΣΟΝ ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ
ΕΦΕΣΟΝ :: ΕΦΕΣΗΑ. ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ
ΕΠΙΔΑΥΡΟΝ ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ ΑΘΗΝΑΣ
ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ ΣΑΡΔΕΙΣ ΧΡΥΣΑΝΘΙ
ΝΟΝ ΤΡΑΛΛΕΙΣ ΠΥΘΙΑ ΜΕΙΛΗ
ΤΟΝ ΔΙΔΥΜΕΙΑ ΡΟΔΟΝ ΑΛΕΙΑ Β̄.
ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΑ ΜΑΝΤΙΝΕΙΑΝ
ΘΕΜΑΤΙΚΟΥΣ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΛΛΑΝΤΙΑΙΟΥΣ
ΠΑΝΤΑΣ ΟΣΟΥΣ ΗΓΩΝΙΣΑΤΟ
ΥΠΟ ΦΩΝΑΣΚΟΝ Γ. ΑΙΛ. ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΝ
ΕΦΕΣΙΟΝ ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΟΝ ΚΑΙ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ ΚΙΘΑΡΩΔΟΝ ΙΕΡΟΝΕΙ
ΚΗΝ ΚΑΙ ΜΕΛΟΠΟΙΟΝ ΕΝΔΟΞΟΝ ΠΕΡΙ
ΠΑΝΤΑ ΕΥΝΟΥΝ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ ΩΣ ΦΥΣΕΙ
ΠΑΤΕΡΑ.

Idem, cum versione.

Γ. 'Αντ. Σεπτίμι☉ Πόπλι☉,
Περγαμίωὸς καὶ Σμυρναῖος καὶ 'Αθίωαῖος
καὶ 'Εφέσι☉, κιθαρωδὸς, μόν☉ καὶ
πρῶτος τ̃ ἀπ' αἰῶν☉ νικήσας
τὰς ὑπογεγραμμένους ἀγῶνας.
Σμύρναν 'Ολύμπια Η ϛ |7 'Αδριάνια
'Ρώμίω Β, Ποτιόλους Β, Νεαπό-
λιν Γ, ῎Ακτια Β, τ̃ ἐξ ῎Αργους ἀσ-
πίδα, Νέμια Γ, πάντας καθεξῆς.
Σμύρναν κοινὸν 'Ασίας, Πέργα-
μον Αὐγούστεια Γ, Τραιάνεια,
'Ασκλήπεια, Κομόδεια Β, Πύθια
τὰ ἐν Δελφοῖς, ῎Εφεσον 'Αδριάνεια,
῎Εφεσον :: 'Εφεσῆα, Βαρβιλλῆα,
'Επίδαυρον 'Ασκλήπεια, 'Αθίωας
'Ανδριάνεια, Σάρδεις Χρυσάνθι-
νον, Τράλλεις Πύθια, Μείλη-
τον, Διδύμεια, 'Ρόδον ῞Αλεια Β,
Λακεδαίμονα, Μαντίνειαν·
Θεματικοὺς ϑ̃ ἢ ταλαντιαίους
πάντας· ὅσους ἠγωνίσατο
ὑπὸ φωνασκὸν Γ. ῎Αιλ. 'Αγαθήμερον
'Εφέσιον καὶ Σμυρναῖον καὶ
Περγαμίωὸν κιθαρωδὸν, ἱερονεί-
κίω καὶ μελοποιὸν ἔνδοξον, περὶ
πάντα εὔνουν γενόμενον ὡς φύσει
πατέρα.

C. Ant. Septimius Publius, Pergamenus & Smyrnaeus & Atheniensis & Ephesius, Citharoedus, solus & primus qui post homines natos vicit subscripta certamina. Smyrnae Olympia H ϛ |7 Adrianalia Romae II, Puteolos II, Neapolin III, Actia II, ex Argis clypeum, Nemea III, omnia ordine continuo. Smyrnae commune Asiae, Pergami Augustalia III, Trajanalia, AEsculapia, Commodalia II, Pythia in Delphis, Ephesi Adrianalia, Ephesi :: Ephesia, Barbillea, Epidauri AEsculapia, Athenis Adrianalia, Sardis Chrysanthinum, Trallibus Pythia, Mileti Didymeia, Rhodo Halia II, Lacedaemonem, Mantineam. Omnia proposita praemia sua habuere, & fuere difficillima. Certavit sub moderatore C. AElio Agathemero Ephesio, Smyrnaeo & Pergameno, Citharoedo, Hieronice, & modis faciendis clarissimo, in omnibus benevolo, non aliter ac si naturalis pater fuisset.

IV.

Donariorum ad gymnasii, ut videtur, Smyrnensis ornatum recensio; sed mutila.

....ΙΑΣ
ΔΕ ΤΟΔ..............................ΠΕΣΤΟΣ ΤΟ ϛ
ΕΦΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΥΠΕΣΧΟΝΤΟΣ
ΟΙ ΔΕ ΚΛ. ΒΑΣΣΟΣ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ
ΝΕΜΕΣΕΩΝ ΣΤΡΩΣΕΙΝ ΤΗΝ ΒΑΣΙ
ΛΙΚΗΝ ΦΟΥΣΚΟΣ ΕΡΓΟΝ ΠΟΙΗΣΕΙΝ
Ӎ. Ζ. ΧΕΡΣΙΦΡΩΝ ΑΣΙΑΡΧΗΣ ΤΟΥΣ
ΚΗΠΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΟΙΝΕΙΚΩΝΑ
ΛΟΥΚΙΟΣ ΠΟΜΠΗΙΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΟΙ
ΝΕΙΚΩΝΑ Ӎ Ε ΛΟΥΚΙΟΣ ΒΕΣΤΕΙΝΟΣ
ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ ΣΤΡΩΣΕΙΝ ΤΗΝ
ΠΡΟΣ ΤΩ ΒΟΥΛΗΤΗΡΙΩ ΚΑΙ ΧΑΛ
ΚΑΣ ΤΑΣ ΘΥΡΑΣ ΠΟΙΗΣΕΙΝ
ΣΜΑΡΑΓΔΟΣ ΠΡΥΤΑΝΙΣ ΝΑΟΝ ΤΥΧΗΣ
ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΕΙΝ ΕΝ ΤΩ ΦΟΙΝΕΙΚΩ
ΝΙ ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΣ ΠΡΥΤΑΝΙΣ ΧΡΥΣΩ
ΣΕΙΝ ΤΟΝ ΟΡΟΦΟΝ ΤΟΥ ΑΛΙΠΤΗΡΙΟΥ
ΤΗΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ..ΚΑΙ ΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΧΑ
ΡΙΣΤΗΡΙΟΝ ΝΕΩ ΚΕΙΟΝΑ ΣΥΝ ΣΠΕΙ
ΡΟΚΕΦΑΛΩ. ΝΥΜΦΙΔΙΑ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ
ΚΛ. ΑΡΤΕΜΥΛΛΑ. ΚΛ. ΠΩΛΛΑ
ΚΛΑΥΔΙΑ ΝΕΙΚΗΤΟΥ ΘΕΥΔΙΑΝΟΣ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ. Β̄. ΦΛ. ΑΣΚΛΕΠΙΑΚΗ
ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ ΣΟΦΙΣΤΗΣ ΑΝΤΩΝΙΑ
ΜΑΓΝΑ ΚΛ. ΑΡΙΣΤΙΟΝ ΑΛΒΙΔΙΑ
ΜΑΓΝΑ. Ӎ ΚΛ. ΗΔΕΙΑ Ӎ ΚΛ. ΧΑΡΙΣ
Ӎ ΚΛ. ΛΕΟΝΤΙΟΝ Ӎ ΚΛ. ΑΥΡΗΛΙΑ
ΚΕΙΟΝΑΣ ΚΥΜΒΕΛΛΕΙΤΑΣ ΣΥΝ
ΣΠΕΙΡΟΚΕΦΑΛΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΟΙΝΕΙ
ΚΩΝΑ Ν̄Β̄. ΟΙ ΠΟΤΕ ΙΟΥΔΑΙΟΙ Ӎ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ ΝΕΙΚΑΝΟΡΟΣ ΕΙΣ
ΤΟΝ ΦΟΙΝΙΚΩΝΑ ✳ Ζ. Φ. ΜΟΥΡΜΟΣ
ΚΑΙ ΚΙΛΙΑΝΟΣ Ӎ ΚΑΙ ΟΣΑ ΕΠΕΤΥ
ΧΟΜΕΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΔΙ ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΠΟΛΕΜΩ
ΝΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΔΟΓΜΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ
ΚΑΘΟ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΟΙ ΓΕΓΟΝΑΜΕΝ
ΑΓΩΝΑ ΙΕΡΟΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΘΕΟΛΟΓΟΥΣ
ΥΜΝΩΔΟΥΣ ΜΥΡΙΑΔΑΣ ΕΚΑΤΟΝ
ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΕΙΟΝΑΣ ΕΙΣ ΤΟ
ΑΛΕΙΠΤΗΡΙΟΝ ΣΥΝΝΑΔΙΟΥΣ ϒ Β.
ΝΟΥΜΕΔΙΚΟΥΣ Κ ΠΟΡΦΥΡΕΙΤΑΣ ϛ
ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΘΗ ΔΕ ΚΑΙ Η ΗΛΙΟΚΑ
ΜΕΙΝΟΣ ΕΝ ΤΩ ΓΥΜΝΑΣΙΩ ΥΠΟ ΣΕΧΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ.

ΔΙΚΗΝΟΣ supra τὸ ΝΙΚΑΝΟΡΟΣ inseritur in marmore.

Idem, cum verſione,

....................ιας
δε τοδ.........πεσος τὸ Ϙ̄
ἐφ᾽ οὗ στρατηγοῦντος ὑπέσχοντο
οἱ ὑπ. Κλ. Βάσσος ἀγωνοθέτης
Νεμεσέων στρώσειν τὴν βασι-
λικήν. Φοῦσκος ἔργον ποιήσειν
Μ. Ζ. Χερσίφρων Ἀσιάρχης τοὺς
κήπους εἰς τὸν φοινεικῶνα.
Λούκιος Πομπήϊος εἰς τὸν φοι-
νεικῶνα Μ Ε. Λούκιος Βεστεῖνος
τὴν βασιλικὴν στρώσειν τὴν
πρὸς τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ χαλ-
κᾶς τὰς θύρας ποιήσειν.
Σμάραγδος Πρύτανις ναὸν Τύχης
κατασκευάσειν ἐν τῷ φοινεικῶ-
νι. Κλαυδιανὸς Πρύτανις χρυσώ-
σειν τὸν ὄροφον τοῦ ἀλειπτηρίου
τῆς γερουσίας· καὶ οἱ εἰς τὸ χα-
ριστήριον ναῷ κείονα σὺν σπει-
ροκεφάλῳ· Νυμφιδία ἀρχιέρεια,
Κλ. Ἀρτεμύλλα, Κλ. Πώλλα,
Κλαυδία Νικήτου, Θευδιανὸς
στεφανηφόρος Β. Φλ. Ἀσκληπιακή,
Εἰσίδωρος σοφιστής, Ἀντωνία
Μάγνα, Κλ. Ἀρίστιον, Ἀλβιδία
Μάγνα Μ Κλ. Ἡδεῖα Μ Κλ. Χάρις
Μ Κλ. Λεόντιον Μ Κλ. Αὐρηλία
κείονας κυμβελλείτας σὺν
σπειροκεφάλοις εἰς τὸν φοινει-
κῶνα ΝΒ. Οἱ ποτὲ Ἰουδαῖοι Μ
Μητρόδωρος Νεικάνορος Δίκηνος εἰς
τὸν φοινεικῶνα Ж Ζ. Φ. Μοῦρμος
καὶ Κιλιανὸς Μ καὶ ὅσα ἐπετύ-
χομεν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος
Ἀδριανοῦ δι᾽ Ἀντωνίου Πολέμω-
νος, δεύτερον δόγμα συγκλήτου,
καθ᾽ ὃ δὶς νεωκόροι γεγόναμεν,
ἀγῶνα ἱερὸν, ἀτέλειαν, θεολόγους,
ὑμνῳδοὺς, μυριάδας ἑκατὸν
πεντήκοντα, κείονας εἰς τὸ
ἀλειπτήριον Συνναδίους ΩΒ̄.
Νουμεδικοὺς Κ. Πορφυρείτας Ϙ̄.
Κατεσκευάσθη δὲ καὶ ἡ ἡλιοκά-
μεινος ἐν τῷ γυμνασίῳ ὑπὸ Σέξτου
ἀρχιερέως.

....
....
ſub cujus praetura polliciti ſunt;
Cl. Baſſus certaminum praeſes
Nemeſium dearum pala-
tium tegere; Fuſcus, opus facere
minarum VII. Cherſiphron Aſiarcha,
hortos ad palmetum;
Lucius Pompeius, in pal-
metum minas V. Lucius Veſtinus,
eam palatii partem tegere
quae curiae proximat, & oſtia
aenea facere;
Smaragdus Prytanis, Fortunae fanum
exſtruere in palme-
to; Claudianus Prytanis, inau-
rare tectum loci ungendis ſenatoribus
deſtinati. Et alii, in
templi pulvinar, *ſeu locum ſupplicandi*, columnam
cum capitulo tortili. Nymphidia ſacerdos ſumma
Cl. Artemilla, Cl. Polla,
Claudia Niceta, Theudianus
ſtephanophorus II. Fl. Aſclepia,
Iſidorus ſophiſta, Antonia
Magna, Cl. Ariſtion, Albidia
Magna, minam I. Cl. Hedia, minam I. Cl. Charis,
minam I. Cl. Leontion, minam I. Cl. Aurelia,
columnas ſtriatas cum
capitulis tortilibus in pal-
metum, LII. Qui nuper affuere Judaei minam I.
Metrodorus Nicanoris F. Dicenus, in
Palmetum, denariorum VIICIↃ. F. Murmus
& Cilianus, minas II. & quae acce-
pimus a domino Caeſare
Adriano per Antonium Polemo-
nem, ſecundum nempe ſenatuſconſultum,
quo bis aeditui eramus,
certamen ſacrum, immunitatem, theologos,
hymnorum cantores, myriadas centum
quinquaginta, columnas in
ungendi locum Synnadaeas DCCCII.
Numidicas XX. Porphyritas XC.
Sed conſtructum eſt etiam ſolarium
in gymnaſio a Sexto
pontifice ſummo

V.

....ΕΣΣΙΟΣ
...ΛΑΚΚΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ
ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΟΠΛΟ
ΦΥΛΑΚΙ.
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΝ
ΤΟΣ Γ. ΠΟΡΚΙΟΥ ΔΟ
ΜΙΤΙΟΥ ΚΛΕΟΔΗΜΟ..
ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΥ ΝΕΟΥ
ΣΑΓΑΡΕΙΤΟΥ.
ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΤΗΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΣ F. ΑΟΥΙ
ΔΙΟΣ ΝΙΓΕΡ ΜΗΝΟ
ΦΑΝΤΟΣ ΤΕΙΜΑΙΟΣ

....έσσιος
...λακκος
στρατηγὸς
ἐπὶ τῶν ὅπλων,
Ἡρακλεῖ ὁπλο-
φύλακι.
Στεφανηφοροῦν-
τος Γ. Πορκίου Δο-
μιτίου, Κλεοδήμου
Φλαουιανοῦ νέου
Σαγαρείτου.
Ἐπίτροπος τῆς
στρατηγίας F. Ἀουί-
διος, Νίγερ, Μηνό-
φαντος Τειμαῖος

....eſſius
...laccus
praefectus
armorum,
Herculi armo-
rum cuſtodi.
Stephanophori magiſtra-
tum gerente C. Porcio Do-
mitio, Cleodemo
Flaviano juvene
Sagarita.
Curator
Praefecturae F. Avi-
dius Niger, Meno-
phantus Timaeus,

ΜΑΡΚΟΣ

ΜΑΡΚΟΣ ΤΑΜΙΑΣ ΚΑΙ
ΟΙ ΣΥΝΑΡΞΑΝΤΕΣ ΑΥ
ΤΩ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ ΚΛ.
ΡΟΥΦΕΙΝΟΣ ΚΑΡΤΩΡΙΑ
ΝΟΣ ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ
ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ
ΑΙΝΕΙΑΣ ΜΥΣΤΙΚΟΥ
ΠΟ. ΑΙΛΙΟΣ ΜΗΤΡΟΒΙΟΣ
ΝΕ. Α. ΤΟΝΝΙΟΣ ΚΑΡ
ΡΙΑΝΟΣ Μ. ΡΑ. ΡΟΥΦΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ
ΔΗΜΟΥ ΒΕΙΒΙΟΣ
ΜΕΙΠΗΤΟΣ ΝΕ.
ΟΙΚΟΝΟΜΟΣ
ΠΑΜΦΙΛΟΣ ΝΕ.
ΕΠΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΑΙ.

Μάρκος ταμίας καὶ,
οἱ συνάρξαντες αὐ-
τῷ κατὰ τὴν τοῦ δήμου
χειροτονίαν, Κλ.
Ῥουφεῖνος Καρτωρια-
νὸς, Ἑρμογένης
Ζωσίμου, Ἱερώνυμος
Αἰνείας Μυστικοῦ,
Πο. Αἴλιος Μητρόβιος
Νε. Α. Τόννιος Καρ-
ριανὸς Μ. Ρα. Ροῦφος
γραμματεὺς βουλῆς
δήμου, Βείβιος
Μείπητος Νε.
οἰκονόμος,
Πάμφιλος Νε.
ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ
εὐεργέται.

Marcus aerarii praefectus, &
collegae ejus
suffragiis populi
electi, Cl.
Ruffinus Cartoria-
nus, Hermogenes
Zosimi F. Hieronymus
AEneas F. Mystici,
Pu. AElius Metrobius
juvenis, A. Tonnius Car-
rianus, M. Ra. Rufus
scriba comitiorum
populi, Bibius
Mipetus juvenis
dispensator,
Pamphilus juvenis,
in fanum
benefici.

VI.

ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑ......ΜΙΩΝ ΟΙ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣΕΝΔΗΛΩΙ
ΚΑΙ ΟΙ ΕΜΠΟΡΟΙ ΚΑΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΥ ΧΛΥΕ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ
....
....
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ ΔΗΜΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙ ΖΗΝΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑ
ΥΤΩΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

Idem.

Ἀθηναίων κα.....μίων οἱ
κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ
καὶ οἱ ἔμποροι καὶ ναύκληροι
Ἀλέξανδρον Πολυκλείτου....
ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ δικαιοσύνης
....
....
ἐπιμελητὴν δήμου γενόμενον
ἐν τῷ ἐπὶ Ζήνωνος ἄρχοντος
ἐνιαυτῷ.
Ἀπόλλωνι.

Id est.

Athenienses &........qui
Delum incolunt, &
mercatores & naucleri
Alexandrum Polycliti...
virtutis & justitiae causâ
....
....
cum procurator esset populi,
anno Zenonis archontis.
Apollini.

VII.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΥ ΘΕΟΔΟΡΟΥ ΒΗΡΥΤΙΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ
ΘΕΟΙΣ ΠΑ
ΤΡΙΟΙΣ

VIII.

Ο ΙΕΡΕΥΣ ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ
ΦΙΛΑΙΝΕΤΟΥ ΙΣΙΔΙ
ΟΣΙΡΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Id est.

Sacerdos Archidamus
Philaeneti F. Isidi,
Osiridi, Anubidi,
Donarium.

IX.

....
....
......ΣΙΑΝΩ ΥΜΝΩΔΑ.....
ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΥΜΝ......
, , , , , , , , , , , , , , , , , , , ,
ΕΚΠΡΟΓΟΝ......
ΥΙΟΣ Γ. ΚΛ......
ΠΟΜΠΗΙΟΥ
ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ
ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ
ΕΚΓΟΝΟΥ
Γ. ΚΛ. ΟΥΑΛΕΡΙΟΥ
ΛΙΚΙΝΝΙΑΝΟΥ
ΙΕΡΕΩΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ
ΚΑΙ ΑΛΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΙΣΑΙΩΝ
ΤΟΙΣ ΓΝΗΣΙΟΙΣ
ΣΥΝΥΜΝΩΔΟΙΣ
ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ
ΚΩΝ
....ΑΓΩ............
....

X.

ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ ΔΙΟΜ.......................ΒΛΗΣΙΟΣΘ...................
ΕΝΙΚΑ ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ.............ΕΝΙΚΑ ΑΡΤΕ...............
ΥΠΟΚΡΙΤΗΣ ΕΡΜΟΦΑΝΤΟΣ...............ΝΑΝΤΙΟΧΟΥ.........
ΕΠΙ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥ ΚΟΙΡΑΝΟΥ ΤΟΥ ΜΑΡΣΥΟΥ ΕΡΜΩΝΤΑΡΓΗ....
ΗΓΩΝΟΘΕΤΕΙ ΜΑΝΔΡΟΚΡΑΤΗΣ ΕΠΙΓΟΝΟΥ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΑΙ......
ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΑΙΣΙΝ...............ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ....
ΞΕΝΟΧΑΡΗΣ ΚΡΑΤΩΝΟΣ...........ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥ..........
ΞΗΝΟΔΟΤΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.........ΕΝΙΚΑ ΑΡΙΣΤ.......
ΕΝΙΚΑ ΞΕΝΟΧΑΡΗΣ ....ΑΥΛΗΤΗΣ Α.....
ΑΥΛΗΤΗΣ ΣΑΤΥΡΟΣ..........ΑΝΔΡΑΣΙΝ.......
ΑΝΔΡΑΣΙΝ...................ΕΡΜΙΑΣ ΔΗ......
ΙΠΠΟΔΑΜΑΣ ΠΑΝΤΩΝΑΚΤΙΔΥ........ΜΑΡΣΥΑΣ....
ΔΗΜΑΓΟΡΑΣ ΑΥΤΑΡΧΟΥΣ.......ΕΝΙΚΑ ΕΡΜ.....
ΕΝΙΚΑ.ΙΠΠΟΔΑΜΑΣ..............ΑΥΛΗΤΗΣ.....

XI.

.................ΟΣ
ΝΟΣ...ΑΓΝΟΣ.....
ΠΩΝΥΜΟΥΣΕ
ΜΕΛΙΤΗΣ ΑΡΧΙΕ
ΟΥ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟ...
ΣΥΝΓΕΝΟΥΣ ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝ ΥΠΑΤΙΚΩΝ..ΑΡΧΙΕ
ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΩΝ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΝΑΡΞΑΜ
ΤΩΤΑΜΙΑΙ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ Γ. Μ. ΜΗΝΟΔΟΡΟΥ ΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ
ΓΟΙ ΕΠΙ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ ΤΙ. ΚΛ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ Τ. ΦΛ. ΠΑΡΟΡ
Τ. ΦΛ. ΜΗΤΡΟΒΙΑΝΟΣ. ΤΙ. ΚΛ. ΠΑΝΚΑΡΠΟΣ Μ. ΑΝΤ. ΚΑΠΠΑΔ
Β. ΤΟΥΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ ΔΗΜΟΥ.ΤΙ.ΚΛ...
ΤΟΣ ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΑΝΤ. ΙΠΑΤΙΟΣ ΗΡΑΚΛΕ
...ΝΟΦΑΝΤΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΟΣ ΒΑΣΣΟΣ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΕΠΙ
ΦΙΛΗΤΟΥ ΕΠΙ ΤΗΣ ΔΙΑΤΑΞΕΩΣ ΕΣΤΙΑΙΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥΠ
ΠΡΟΔΩΚΟΣΕΧ.........ΧΡΥΣΕΡΩΣ ΕΠΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΑΓΑΘΗΜ..
ΕΠΙ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ...ΕΙΚΙΑ.Σ...ΓΕΡ

XII.

Senatus populique Delii pſephiſma, quo Clinodemo Leboti F. Siphnio, publico ſcilicet Deliorum hoſpiti, & de eorum templo optime merenti, honores decernuntur.

ΕΔΟΞΕΝ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙΤΩΙ ΔΗ
ΜΩΙ ΤΙΜΟΚΛΗΣ ΤΕΛΕΣΙΠΠΟΥ ΕΙΠΕ
ΕΠΕΙΔΗ ΚΛΕΙΝΟΔΗΜΟΣ ΛΗΒΩΤΟΥ ΣΙ
ΦΝΙΟΣΑΝΗΡΑΓΑΘΟΣ ΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΕ....
ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝΔΗΛΙΩΝ
ΚΑΙ ΧΡΕΙΑΣ ΠΑΡΕΧΕΤΑΙ ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΤΗΙ
ΠΟΛΕΙ ΚΑΙ ΙΔΙΑΙ ΤΟΙΣ ΕΝΤΥΝΧΑΝΟΥΣΙΝ
ΑΥΤΩΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΕΣΟ ΑΝΕΙΣ ΑΥ
ΤΟΝ ΠΑΡΑΚΑΛΗΠΕΡΙ ΔΗ...ΟΥ....ΔΕΔΟ
ΧΘΑΙ ΤΗΙΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΕΠΑΙΝΕ
ΣΑΙ ΚΛΕΙΝΟΔΗΜΟΝ ΛΗΒΩΤΟΥ ΣΙΦΝΙΟΝ
ΕΠΙ ΤΗΙΑΙΡΕΣΙ ΗΙ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΕΡ
ΙΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΔΗΛΙ
ΩΝ ΚΑΙ ΕΙΝΑΙΑΥΤΟΝ ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΚΑΙΕΥ...
..ΓΕΤΗΝ ΤΟΥ ΤΕ ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑ..
ΑΥΤΟΝ ΚΑΙ ΕΓΓΟΝΟΥΣ ΕΙΝΑΙΔ ΑΥ
ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΓΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΝΚΤ...
ΣΙΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ
ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΠΡΩΤΟΙΣ ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ
ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ
ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΔΕΔΟΤΑΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ
ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ ΤΟΥ ΤΕ Ι
ΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟΔΕ
ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΗΝ ΜΕΝ ΒΟΥΛΗΝ ΕΙΣΤΟ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΣ ΔΕ ΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣ
ΕΙΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙΘΙΝΗΝ: ΑΠΟΛΛΟ
ΔΩΡΟΣ ΜΑΝΤΙΘΕΟΥ ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ.

Idem, cum verſione.

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Τιμοκλείδης Τελεσίππου εἶπεν. Ἐπειδὴ Κλεινόδημος Λεβώτου Σίφνιος ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διατελεῖ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τῶν Δηλίων, καὶ χρείας παρέχεται καὶ κοινῇ τῇ πόλει καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ τῶν πολιτῶν, ἐς ὃ ἂν εἰς αὐτὸν παρακαλῇ περὶ δη ...ου... Δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι Κλεινόδημον Λεβώτου Σίφνιον ἐπὶ τῇ αἱρέσει ᾗ ἔχων διατελεῖ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τῶν Δηλίων, καὶ εἶναι αὐτὸν πρόξενον καὶ εὐεργέτην τοῦ τε ἱεροῦ καὶ Δηλίων, καὶ αὐτὸν καὶ ἐγγόνους· εἶναι δ' αὐτοῖς ἐν Δήλῳ γῆς καὶ οἰκίας ἔνκλησιν καὶ πρόσοδον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά. Ὑπάρχειν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα δέδοται καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις τοῦ τε ἱεροῦ καὶ Δηλίων. Ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὴν μὲν βουλὴν εἰς τὸ βουλευτήριον, τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς εἰς τὸ ἱερὸν, εἰς στήλην λιθίνην. Ἀπολλόδωρος Μαντιθέου ἐπεψήφισεν.

Cenſuit ſenatus populuſque. Timoclides Teleſippi F. relationem fecit. Cum Clinodemus Leboti F. Siphnius, vir probus, templo populoque Deliaco favere non deſinat, & neceſſaria ſuppeditet & publice civitati & privatim civibus qui cum eo verſari ſolent, in quantum auxilium ejus imploratur; placere ſenatui populoque collaudare Clinodemum Leboti F. Siphnium ob inſtitutum quo perſeverat erga templum & populum Deliacum; & agnoſci eum hoſpitem publicum & beneficiorum autorem & templo & Deliis, etiam ipſum & poſteros ejus. Fore item eis in Delo & praedii & domicilii poſſeſſionem & proventum, inter ſenatum populumque, primis poſt ſacra. Fore porro eis etiam caetera omnia quae dari ſolent aliis hoſpitibus publicis & beneficiorum autoribus templi nimirum & populi Deliorum. Perſcribitor autem hoc pſephiſma in curia ſenatus: Sacrificuli vero in templo, columella nempe ſaxea. Apollodorus Mantithei F. ſuffragia collegit.

XIII.

Ο ΔΗΜΟΣ ΟΔΗΛΙΩΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ
ΛΑΟΔΙΚΗΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΑ ΔΕ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΕΩΣ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ
...Σ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝ ΔΗΛΙΩΝ

Id eſt.

Populus Deliacus reginam Laodicen regis Seleuci F. uxorem vero regis Perſei, virtutis cauſa & pietatis circa templum & benevolentiae erga populum Deliacum.

XIV.

Deliorum Pſephiſma mutilum, quo, ob merita qualia in XII. ſupra habentur, honores non diſſimiles, cum loci praerogativa in certaminibus, Mendicaeo Dioclis F. Cyrenaeo & poſteris ejus tribuuntur.

.....
ΣΥΜ..
ΛΟΙΟΙ ΠΑΡΑ....
ΛΙΤΩΝ ΑΝΑΓΓΕ...
ΚΑΙΟΣΤΕ ΤΑΓΜΕΝΟ..
ΒΑΣΙΛΕΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΩΝ.....
ΓΑΘΟΣ ΕΣΤΙ ΠΕΡΙΤΕΤΟΙΕΡΟΝΚ...
ΤΗΜ ΠΟΛΙΝ ΤΗΝ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ ΧΡ..
ΑΣ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΑΡΕΧΟΜΕΝΟΣΔΙ....
ΛΙΩΝ ΤΟΙΣ ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙΝ......
ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΚΑΙ ΙΔΙΑΙ ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΩΙ
ΔΗΜΩΙ ΕΠΑΙΝΗΣΑΙ ΜΕΝΔΙΚΑΙΟΝ
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΚΥΡΗΝΑΙΟΝ ΑΡΕΤΗΣΕ
ΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣΤΟΝ.
ΕΡΟΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣΤΟΝ....
ΜΟΝΤΩΝ ΔΗΛΙΩΝ ΕΙΝΑΙΔΕΚ......
ΤΟΝ ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕ.....
ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ ΑΥ...
ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΥΣ ΕΙΝΑΙ ΔΕΑΥ......
ΤΕΛΕΙΑΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΚΑΙ..........
ΑΝΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚ.....ΕΓΚΤΗ....
ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΜΒΟΥΛΗΝ
ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΠΡΩΤΟΙΣ ΜΕΤΑ
ΤΑ ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣΑ
ΓΩΣΙ ΚΑΙ ΑΥΤΩΙ ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣΚΑΙ
ΤΑ ΑΛΛΑ ΟΣΑ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΡΟ
ΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ ΔΕΔΟΤΑΙ ΑΝ..
ΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΗΜ ΜΕΜΒΟΥ
ΛΗΝ ΕΙΣ ΤΟ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΣΔΕ
ΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ

XV.

XV.

Pſephiſmatis Deliorum haud diſſimilis fragmentum.

.......ΤΟΥ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ ΕΙΝΑ.......
ΩΙ ΓΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΓΚΤΗΣΙΝ ΚΑΙ
ΑΥΤΩΙ ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣ ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥ
ΤΩΙ ΚΑΙ ΤΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΔΕΔΟΤΑΙ
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΕΥ
ΕΡΓΕΤΑΙΣ ΤΟΥΤΕ ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟΔΕ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ
ΤΗΝ ΜΕΝ ΒΟΥΛΗΝ ΕΙΣ ΤΟ ΒΟΥΛΕΥ
ΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΣ ΔΕ ΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣ ΕΙΣ
ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΤΛΗΠΟΛΕΜΟΣ ΑΜΝΟΥ
ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ.

XVI.

......ΗΤΕΥΟΝΤΟC .ΣΤΑ. CΕΡΑΠΙωΝΟC. ΧΟΛΛΕΙΔΟΥ.,
....ΚΟCΜΗΤΕΥΟΝΤΟC. ΚΑCΙ. ΑΠΟΛΛωΝΙΟΥ:CΤΕΙΡΙΕωΣC.,
...ΦΡΟΝΤΙCΤΗC. ΑΘΗΝΑΙΟC. CΠΕΝΔΟΝΤΟC. ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟC.,
...ΙCΕΦΗΒΟΙC:ΤΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΑ. ΑΠΟ ΤΗC ΕΝΕΛΕΥCΙΝΙΝΕΙΚΗC.,

Herculis figura locum hic in marmore habet, cum leonina veſte, clava, arcu, pharetra.

ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟC ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΜΟΛΠΟΥ ΚΗΦΕΙΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΚΓ.

Id eſt.

Coſmi magiſtratum gerente Sta. Serapione Collidis F. & Coſmi magiſtratum gerente Caſi. Apollonio Stirienſe.... phrontiſtes Athenienſis Spendontis F. Eleuſinius adoleſcentibus Herculem, ob victoriam in Eleuſine.

Gymnaſio tunc praeerat Abaſcantus Eumolpi F. Cephiſienſis, anno XXIII.

XVII.

Sacrarum in Artemiſio erogationum recenſionis fragmentum.

Θ. Ε.
ΛΟΓΟΣ ΙΕΡΟΣ.ΤΩΝ ΤΩΝ ΙΕΡΟΠΟΙΗΣΑΝΤ.......ΕΠ....ΧΟΝ..
ΠΟΛΕΩΣ.ΡΤΟΥΤΟΥΠΟΛΥ..ΣΤΡΑΤΟΥΟΝΤ.....ΠΕΡΕΝΙΑΥΤ........
ΑΡΓΥΡΙΟΝΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙΠΑΡΑΙΕΡΟΠΟΙΩΝ....ΕΙΣΑΓΕΤ.......
ΠΑΡΟΥΣΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣΤΟΥΤΗΣΠΟΛΕ.........
ΠΟΨΩΝΣΚΥΛΑΚΟΣΤΟΥΛΕΟΝΤΕΑΙΟΥΔΡΑΧΜΑΣΜΙ*ΧΗΗΗ.......
ΕΘΕΣΑΝΕΙΣΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝΤΑΜΙΑΙΑΝΤΙΓΟΝΟΣΤΕΛΕΣΑΡ.........
..ΕΙΛΟΜΕΝΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΤΩΙΘΕΩΙΔΡΑΧΜΑΣ.ΜΧΧΗΗΗ........
ΕΨΑΛΗΤΟΥΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙΣΥΝΤΩΙΤΩΝΑΥΛΗΤΩΝ
ΔΟΜΕΝΜΗΝΟΣΓΑΛΙ...ΙΩΝΟΣΠΑΡΟΥΣΗΣΒΟΥΛΗΣΙ.....ΓΡΑ...
Μ.ΧΧΧΧ.ΤΟΥΤΟΕΔΑΙΝΕΙΣΟΜΕΝΤΗΙΠΟΛΕΙΚ...Α..ΟΨ....
ΤΕΡΟΥΔΕΥΤΟΙΣΤΟΙΣΕΝ. ..ΑΛΛΙΑ....ΑΝΑΡΟΔΑΙΕΥΚΑ......
ΕΩΣΑΜΕΝΕΙΑΔΕΞΙΟΙΟΥΔΙΔΥΜΩΝΔΗΜΑΚΟΥΚΠΑΙΝΕ.........
ΔΗΜΟΧΑΡΟΥΣΘΕΜΙΣΤΑΤΟΡΑΙΛΑΜΙΩΝΟΣΔΙΑΙΤΩΙΔ.........
ΚΑΙΤΟΙΣΤΑΜΙΑΙΣΑΝΤΙΓΟΝΩΙΤΕΛΕΣΑΡΧΙΔΟΥΑΠΠΟΛΛΟ......
ΠΟΛΥΒΩΙΚΑΛΛΙΔΙΚΟΥΙΕΡΕΚΛΕΔΕΙΙΠΥΘΟΙΛΕΟΥΣΠΟΛΥ......
ΑΜΝΟΥΔΙΟΓΕΝΕΙΔΙΟΓΕΝΟΥΣ.ΔΡΑΧΜΑΣ.ΜΧΧΧΧ*.ΚΑ.Α......
ΜΕΝ8C..........ΝΑΛ....ΕΞΕΙΛΟΜΕΝΕΙΣΤΑΕΡΓΑΜΗΝΟΣ..Α.....
ΣΗΣΒΟΥΛΗΣ.. .ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ.....ΚΑΙΑΛΛΟΕΞΕΙΛΟΜ.......
ΤΩΝΔΡΑΧΜΑΣΧΧΧΧΗΗΗΗΓΔΔΔ.ΚΑΙΕΛΟΜΕΝΤΟΙΣΕΙΚΗΥ.....
ΤΕΛΕΣΩΝΟΥΛΥΣΙΞΕΝΩΙΤΙΜΗΣΙΔΗΜΟΥΔΙΑΚΡΙΤΩΙΩΧ......
ΤΟΥΤΟΠΑΡΕΔΟΜΕΝΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙ.ΙΕΡΟΠΟΙΟΙΣΕΥΚΛΕΙΔΙ....
ΘΕΝΟΥΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ.............ΚΑΙΤ....ΑΛΛ..ΑΡ....
ΚΑΛΛΙΧΑΝΓΟΥΚΡΙΗΡΟΝ...ΜΝΩΝΠΥΡΡΩΝΗΗΔΔΔΠΙΙΙΠΑ
ΡΑΤΟΥΡΑΜΝΩΝ...ΑΙΝΤΟΥΧΩΡΟΥΗΗΗΗΓΔΔΙ.ΠΑΡΑΑΛ....
ΛΑΙΜΑΧΟΥΙΠΠΟΔΡΟΜΟΥ.ΗΗΔΔΙΙΠΑΡΑΜΕ.....ΝΥΜΟΥΩΙ....
ΑΛΛΟΝΑΥΤΩΙΜΕΡΟΣ.ΔΕΡΙΟΝΑΡΑΨΙΔΟΝΝΙΟΥΚΑΙ...ΚΟΝ.....
ΤΟΕΜΠΑΝΟΡΜΩΙ.ΓΔ..ΛΗΣ...ΝΗΣΚΑΙΑΛΚΙΜΑΧΟΥΔ......
ΝΟΣΗΗΓΔΙΙΠΑΡΑΛΑΜΠΙΩΝΟΣΤΟΥΟΜΟΥ....ΗΔΔΔΙΙΑΝ...ΜΟΥ...

8 ΑΣ

ΑΣΙ⊞ΗΗΗΗ........ΝΙΣΣΚΙΤΩΝΕΙΑΣΗΗΗ⊢ ⊧ΠΕΟΚΡΙ........
ΝΟΣΚΑΙΝΙΚΑΡΧΟΣΗΗΔΔΙΙΠΟΛΥΞΕΝΟΣΑΚΡΑ.Σ.ΔΗΛ............
ΧΙΩΝΗΗΗ⊞ΗΗΣΥΝΟΝΥΜΟΣΙΕΡΟΜΒΡΟΤΟΥΥΠΕΡΚ............
ΣΟΣΙΜΧΧΕΙΩΝ⊞ΔΔΙ.ΤΙΜΟΣΤΡΑΤΟΣΥΠΕΡΑΡΙΣΤ..............
ΑΛΛ..ΔΙ....ΑΑΙ...Δ.Ε.ΑΝΕΠΙΣΘΕΝΗΣΤΗΣΑΡΚΕΔΑΔΠΓ........
ΣΟΥΘΕΟΔΩΡΟΣΟ.....ΑΥΤΟΥΙΕΡΟΣ⊞ΚΑΙ.ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ..ΗΣ....
ΟΛΕΙΔΗΣΤΩΝΑ...ΔΡΩΝΟΝ⊞ΔΙΙΕΥΤΥΧΟΣΕΤΙΣΘΕΝΕΙΔ........
ΝΟΣ⊞ΔΗΠΑΡΑΤΩΝΤΟΥΑ.ΝΑΡ..ΣΔΔΔΔΠΙ.ΙΙ.Ι.......ΘΕΟΡΥ...
ΘΕΟΡΥΛΟΥΤΟΕΠΙΒΑΩΟΝΑΥΤΟΙΣΤΗΣΕΓΓΥΗΣΕ.................
........ΥΣ...
ΑΙ..ΟΔΙΕΙΣ...ΕΙΤΑ....ΤΩΝΤΑΣΓ....ΤΕΛΗΠΡΙΑΜΕΝΩΝΤΟΥ...
ΔΔΠ...ΤΟΥΠΟΡ.....ΤΟΤΤΟΥΕΣΜΥΙ....ΟΝΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣΔΔ.ΤΩΝ
ΝΟΜΙΩΝΤΗΣΙΣΟΝΟΥ.ΔΑΚΑΤ.......Μ.....ΥΤΟΥΕΙΣ.......ΜΙΣ..
ΤΩΝΣΠ..........ΩΝΤΩΝ...ΑΛΙΣΕΡ.....ΕΚΤΑΓ.......ΟΜ....
ΠΙΚΑΛΩΝ....Δ...Η........ΙΚ......ΟΝ.........
ΑΥΤΟΔΕΑΛΛ......ΜΟΝ.....ΚΙ...Γ...Σ...ΥΠΩ
ΣΙΩ...ΤΩΝΕ......ΝΓΑΡΑΜ..ΕΟΝΤ...........
ΤΗΣ....Σ...ΗΡΕΙΩ........Τ....ΣΣ........
ΚΗΘΙΣ....ΓΗ..Τ..Ω.....ΘΩΝΑΝΕΟΡ.....
ΣΙ.....ΟΣΠΙΙΙ....ΑΔΙΟΥΤΟΥΑΓΟ.......
ΣΟ...............ΣΧΑΤ........ΑΙΡ....
ΑΝΤΙΓΟΝΟΥΚΑΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ......
..ΤΩΝΕΠΙΣ.....Ω..ΟΣΟΥ......
ΣΤΗΣΙΘΕΩΝ
.....ΤΟΥ ΤΕΣ........
.........ΣΤΡ......

XVIII.

ΦΙΛΙΣΤΑΝ ΜΕΜΝΩΝΟΣ

Ο ΔΗΜΟΣ.

Super figuram muliebrem ſtolatam; ad cujus utrumque latus, figura puerilis.

XIX.

.....ΟΥΜΟΣ ΗΡΑ
ΚΛΕΙΔΙΑΝΟΣ
ΕΤΩΝ ΙΗ ΗΡΩΣ
ΤΑΤΕΙΝΕΠΟΙΗΣΕΝ.

Figurae inciſae; virilis nuda, ſive equum ducens, ſive fraena tenens; & arboris e cujus ramis prodit anguis.

XX.

Amilla Matrei F. monimentum ſibi, Aſclepiadi conjugi, & poſteris condit; praeſcriptis etiam legibus ſepulcralibus. *Sed quadratarii errores immanes ſunt.*

ΑΜΙΛΛΑ ΜΑΤΡΕΟΥ ΖΩΣΑ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣ
Ε ΕΑΥΤΗ ΚΑΙΤΩ ΣΥΝΒΙΩ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΤ
Ο ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΘΡΕΜΜΑΣΙ ΚΑΙ
ΕΓΓΟΝΟΙΣ ΑΥΤΩΝ ΚΑΙ ΘΡΕΜΜΑΣΙ. ΕΙ
ΣΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΜΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΕΤΕΡ
ΟΝ ΒΛΗΘΗΝΑΙΕ..........ΗΝΕΝΕΣΤΙΟΣΥΝ
ΒΙΟΣ ΜΟΥ ΠΛΗΝΕΜΟΥ. ΕΑΝΔΕ ΤΙΣ ΒΑ
ΛΗΔΟΤΩΤΗ ΖΜΥΡΝΑΙΩΝΓΕΡΟΥΣΙΑ
Α. ΤΑΤΙΟΝ ΔΕ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΕΑΝ ΒΟΥ
ΛΗΤΑΙ ΤΕΘΗΝΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝΟΕΙΣΑΣΟΡ
ΟΝ ΕΑΥΤΗ ΒΛΗΘΗΣΕΤΑΙ ΜΟΝΗ ΚΑΙΟΥΚΕΞΕΣΤ
ΑΙ ΑΥΤΗ ΑΛΛΕΝΘΕΙΝΑΙ ΟΥΔΕΝΑ ΟΥΤΕ ΚΛΗΡΟΝ
ΟΜΟΙΣ ΑΥΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΕΑΝΔΕΕΤ
ΕΡΟΝ ΤΙΣ ΘΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΑΥΤΗΣ ΟΜΟΙΩ
ΣΔΩΣΕΙ ΤΗ ΓΗΡΟΥΣΙΑ ✱ Α. ΕΠΙΤΡΕΠΩΔΕΤ
ΟΙΣ ΘΡΕΜΜΑΣΙ ΜΟΥΕΑΝ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ ΣΟΡΟΥ
Σ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ ΔΙΑΤΩ ΚΑΙ ΣΥΝΕΙΣΕΝΗΝΕΧΕ
ΝΑΙ ΕΙΣΤΗΝ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΝ ΤΟΥ ΜΝΗΜΕΙΟΥ
ΕΞΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΥΜΝΕΣΟΤΕΡΩΝ ΔΩΡΕΑΝ ΗΡΓΑ
ΣΜΕΝΟΣ ΤΟ ΜΕΣΟΝ ΕΣΣΟΡΙΝ ΤΟΙΣΔΕΚΛΗΡΟ
ΝΟΜΟΙΣ ΜΟΥΟΥΚΕΠΑΚΟΛΟΥΘΗΣΕΙ ΤΟΥΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝ

XXI.

Θ. K.
ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ
ΓΛΥΚΩΝΙΚΑΙ
ΤΕΚΤΥΛΛΕΙΝ ΗΙ
ΓΝΗΣΙΟΙΣ ΚΑΙ
ΠΙΣΤΟΙΣ ΑΠΕΛΕ
Π.ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΣΩΤΗΡΙΧΟ

XXII.

In altero latere ſaxi oblongi.

ΟΔΗΜΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΓΕΡΟΝΤΙΔΝΝΘΕΟΔΩΡΟΥ

In altero, crucis amplioris figura.

In tertio.

✠ ΙωΑΝΝΗϹ ΡΟΥΦΙΝΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΟϹ
ϹΥΜΒΟΛΑΙΟΓΡ..ΔωΡΗΣΑΜΗΤΟΚΗΠΙΟΝ
ΤΟΥΤΟ ΘΕΟΔωΡω Τω ЄΜωΓΝΕΕΚΤΟΝω
✠ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΚω ΥΙω

XXIII.

ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥ ΗΡΩΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΝ ΑΥΤΩ
ΑΠΟΚΕΙΜΕΝΗΣ ΣΟΡΟΥ ΠΡΟΚΟΝΝΝΗ
ΣΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΠΑΝΤΩΝ
ΚΗΔΟΝΤΑΙ ΟΙΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΕΡΟΥΣΙΝ
ΚΑΤΑ ΓΕΝΟΣ....ΑΣΤΡΙΚΙΟΣ ΑΤΤΙΚΟΣ
...ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ Ο ΚΑΙ
....ΜΙΑΝΟΣ Ο ΗΡΩΟΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑ
....ΟΙ ΠΡΟΠΑΠΠΟΙ ΑΥΤΩΝ ΚΑΣΤΡΙΚΙ
...ΟΣ ΚΑΙ ΡΑΡΙΑΝΟ...ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΕΠΙ
....ΡΗΣ ΕΞΣΦΡΑΓΙΣΜΑ ΑΠΟΚΕΙΤΑΙ ΕΙΣ
.....ΕΙΟΝ ΧΡΕΟΦΥΛΑΚΙΟΝ

XXIV.

—ΔΙΟΥ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ
—ΑΥΔΙΟΣ ΤΙΜΟΚΛΗΟΥΣ
—ΑΙΟΣ ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΟΣ ΚΑΠΕ
—ΩΝ ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΟΣΑ
—ΕΝ ΗΜΑΤΩΝ ΟΙΣΥΝ
—ΕΝ ΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙ
—ΙΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΗΡΩ
—ΦΟΡΟΣ ΝΕΩΤΕΡΟΣ

XXV.

ΜΑΡΚΟΙ ΤΩ........
ΕΣΠΕΡΩΙ ΕΠΕΜΕΛΗ
ΘΕΝ ΤΩΝ ΜΑΚΡΟΥ ΤΟΥ Κ.
<ΙΟΥ ΠΡΕΙΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡ
ΚΟΥ....ΤΟΥ ΣΑΤΥ...
ΟΥ ΕΣΠΕΡΕ ΧΑΙΡΕ.

XXVI.

Τ. ΑΙΛΙΟϹ
ΗΡΑΚΛЄΙΔΗϹ
ΚΑΙ ΑΙΛΙΑ ΦΙΛΗΤΗ
ΚΑΙ ΤΟΥΤωΝ ΟΙ ΥΙΟΙ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΙΙϹ ΚΑΙ
ΚΡΟΝΙΟϹ
ΦΙΛΟΥΜΕΝω
ΕΤωΝΙЄ
ΜΗΝωΝ Γ
ΗΜΕΡ. ΚΖ
Μ. Χ.

XXVII.

ΚΟΚΚΕΙΑ
ΚΡΗΣΤΗ
ΕΤωΝ.ΙЄ.Μ.Β.
Η ΜΕ. ΚΓ.

XXVIII.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΙΗΤΗΡ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΝΤΟΙΗΣ ΔΕΔΑΩΣ ΚΡΑΙΠΝΟΝ ΑΚΕΣΜΑ ΝΟΣΟΥ
ΞΥΝΟΝ ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΜΟΙ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗ ΕΙΣΑ ΣΥΝΕΥΝΩ
ΜΝΗΜΑ ΜΕΤ ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΔΕ ΕΣΜΕΝ ΕΝ ΗΛΥΣΙΩΙ.

Idem ;

Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος ἐνθάδε κεῖμαι,
Παντοίης δεδαὼς κραιπνὸν ἄκεσμα νόσου.
Ξυνὸν τοῦτο δέ μοι καὶ Μυρτάλῃ εἷσα συνεύνῳ
Μνῆμα. Μετ' εὐσεβέων δ' ἔσμεν ἐν Ἠλυσίῳ.

Tam Claudii Agathemeri quam Myrtalae conjugis figura supra versiculos adjicitur.

XXIX.

ΠΡΕΙΜΑΤΗΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙ
ΚΙ..ΛЄΟΝΤΑC ΤΙΒЄΡΙΟΥ
ΙΟΛΙΟΥ ΚЄΛCΟΥ ΠΟΛЄ
ΜΑΙΑΝΟΥ ΔΟΥΛΟC
ΚΟCΜΙωC ΚΑΙΑΜЄΝ
.ΙΙΤωC CΥΝΖΗCΑCΗ
ΑΥΤωЄΤΗ ΔЄΚΑ ΤΟ
ΜΝΗΜЄΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ЄΚΤωΝ
ΙΔΙωΝ ЄΠΟΙΗCЄ
ΤΟΥΤΟ ΤΟΜΝΗΜЄΙΟΝЄΧЄΙ
ЄΙCΟΔΟΝ ЄΞΟΔΟΝ

Hactenus Graeca. Sequuntur ex Latinis, etiam Arundellianis, selecta aliquot.

I.

BONAE DEAE VENERI CNIDIAE

D IVNIVS ANNIANVS HVMENAEVS ET IN VICIA SPIRAΛEPII ΛEDIMIANA.

Habetur in fronte sive porticus sive ostii, ut videtur, fani.

II.

M. ANNI AVCTI , ET
SEMPRONIAE SCVRRAE
IN FR.CVM VSTRINO P. ꓕIII.
IN AGRO P. XXIII.
M. ANNIVS M. ANNI FELICIS. F.
SATVRNINVS VIX. ANNXIIX PIVS ET
SANCTVS IS EREPTVS MATRINEC
ILLAE POTVIT GRATIAM REFERRE.

III.



IV.

P.I...VPVLLIVS.P.E.Ↄ.L. APOLLONIVS
Θ CARRIA.Ↄ. LANDROMACHA
BETVTIA. Q. L. FAVSTA
C. VICRANVS. SECVNDVS
. . . .
. . . .
CERCENIA. M. I. VRANIO.

V.

D. M.
P. AELIO AVG. LIB.
ERASINO DVLCISSIMO
ET PIENTISSIMO
AEMILIA. HELENE CONIVNX
ETP. P. AELII. AVG. LIB.
MVSICVS ET HELENVS FILII
FECERVNT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBER
TABVSQVE POSTERISQVE EORVM
ITA NE LICEAT HVNC MVNIMENTVM VENDERE
VEL DONARE. QVOD SI FACTVM FVERIT
VTRISQVE ARK. PONTIFICVM
H-S XXX. M. N. POENAE NOMINE
INFERET H. M. D. M. A.

VI.

SILVANO SACRVM SODAL
EIVS ET LARVM DONVM
POSVIT TI CLAVDIVS AVG
LIB FORTVNATVS A
CVRA AMICORVM
IDEMQVE DEDICAVIT
ET EPVLVM DEDIT
DE CVRIS N. IIII.
K. AVGVSTIS. C. M..N
CIO FVNDANO ET
C. VITENNIO SE
VERO. COS.

VII.

QVINTVM ANNVM DECIMVM
NARCISSVS FLORE IVVENTAE
HOC IACET ABREPTVS
CONDITVS IN TVMVLO
QVISQVIS ADES LECTOR
FATVM MISERABILE CERNIS
PARCAE NAM IMPVBEM QVEM
RAPVERE MIHI
MAERET CARA SOROR
QVAE FRATREM LVGET
ADEMPTVM
MATER HABET NATVM
HORVM LVX CANDIDA
TORQVET
HIC SEPTIMVM DECIMVM
FRVMENTVM PVBLICVM
ACCEPIT
IXVM DECIMVM

VIII.

L. SESTIVS
SOTERICVS SIBI
ET SESTIAE PRISCAE
COLLIBERTAE ET
CONIVGI SVAE BENE
MERENTI CVM QVA
VIXIT ANNIS XXX.
DE QVA NIHIL DOLVIT
NISI MORTE
ET. T. TITIO BASSO AMICO
SVO HOMINI OPTIMO
ET SINGVLARIS EXSEMPLI
ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
SVIS POSTERISQVE EORVM
IN FRONTE P. XII. IN AGROP. XII.

IX.

DIS MANIBVS
ANCHARIAE AMPELIDI
FECERVNT
M. ANTONIVS M.
ANTONI M. F. FLORI
LIBERTI APRILIS LIBERTVS
POTHINVS CONIVGI
SVAE CARISSIMAE
MERENTI DE SE ET
M. ANTONIVS ANTONI
POTHINI FILIVS CLAVD.
IVSTVS MATRI SVAE
PIISSIMAE ADQVE
INDVLGENTISSIMAE

X.

SEX. TITIENVS. D. L. EROS
SI
P. CLODIVS. P. L. TELAMO. SIBI. ET
P. CLODIO. P. L. CORINTHO. CONLIBER.
ET. CHIAE. L.
C. IVNIVS. AP. CL. SENO. SIBI ET
EVARISTO. L. ET CORNELIAE.Ɔ. L. SECVNDAE
C. FANNIVS. C. L. ALEXANDER SIBI ET
CRENVSAE. ET INACHOL.

Marmorum Arundellianorum Finis.

Auctariolum aliunde collectum.

Ex Inscriptionum in oriente repertarum exemplari ante octennium communicuto.

I.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
Μ ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ
ΕΥΣΕΒΗ ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΑΒΙΑΝΟΝ
ΑΔΙΑΒΙΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΜΕΓΙΣΤΟΝ * ΗΒΟΥΑΙ
ΚΑΙ ΟΔΥΜΟΣ ΤΟΝ
ΝΕΩΚΟΡΟΝ
ΠΕΡΙΝΘΙΟΝ.

Id est.

Cum Bona Fortuna;
Imperatorem Caesarem
M. Septimium Severum
Pium, Pertinacem,
Augustum, Arabianum,
Adiabenicum, Parthicum,
Maximum, Senatus
Populusque
Æditorum Perinthiorum.

* ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν νεωκόρων Περινθίων.

II.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡ
ΘΙΚΟΥ ΥΙΟΝ ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ ΥΙΩΝΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙ
ΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ * ΔΙ ΜΑΡΧΗΙΚΙΙΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟΙ
ΥΠΑΤΟΝΤ Ο Γ̄.

* δημαρχικῆς.

Id est.

Cum Bona Fortuna;
Imperatorem Caesarem Divi Trajani Parthici filium, Divi Nervae Nepotem, Trajanum Hadrianum Augustum, Tribunitiae potestatis X. Cos. III.

III.

Habetur etiam in eodem exemplari inscriptio christiana, cujus elementa perperam connexa, inversa, scandentia, mutila nimiam vocabulorum pariunt obscuritatem. Quatenus tamen per typos licuit, distincta illa repraesentamus, unde de sensu hariolari difficile non est.

✠ ΕΙΤΙCΘЄΛΗCΗΗΠCΡΑΘΗΔȣΝΑΙΤΗΙΜΟΝΗΝΤΑΥΤΑΤΝΥΓΘΚȣΜ..ΤΚΤΜ
ЄΤΟΧΙΑΥΥΗЄΙCΜΕΤΟΧΙΟΝCΊωΜΟΝΗΜЄΓΑΑΗΜΙΚΡΑΗЄΙΤςΥCΥΗSΓΗΟΙΗ
ΔЄξΟVΟΙΤȣΤΟЄΧЄΤωνςΤΑCωρ..ΤωΝΑΤ..ΙΗΘЄΟΘΟΡΠΡωΝΚΑΙΕΜȣΤȣΑΜΑ
ΡΤωΛȣΙωȣΜΟΝΑΧȣ: ωCΑΥΤςΚΑΤΠΓΘΚΟΝΑΝΤΙΔΙΚΟΝЄΝΗΜΕΡΑΚΡΙCЄωC ✠.

✠ ΜΗΝΙΙ......ωV...ЄΤȣCϞωΛΓ ✠

Sensus, puto, est.

✠ Si quis erga monasterium sanctissimae Dei genitricis beneficus exstiterit, eum monasterii, spiritualium scilicet ejusdem bonorum, participem illa faciat. Qui damnum intulerit, sortiatur is tum sanctorum patrum, tum mei peccatoris Joannis Monachi imprecationes; ut nempe & ipse sanctissimam Dei genitricem adversariam habeat in die judicii ✠

✠ Mense I...o... die, ...anno *(ni fallor)* VIMDCCCXXXIII ✠

In Brigantum item agro ante annos aliquot reperta tria, quae ſequuntur, debemus, v. cl. Guilielmi Camdeni τȣ̃ μακαρίτȣ collectaneis, quibus Britanniam ſuam augere deſtinaverat.

IV.

FORTVNAE CONSERVATRICI

V.

DEAE NYMPHAE BRIG.

VI.

DEO. QVI. VIAS.
ET SEMITAS COM
MENTVS EST T. IR
DAS. S. C. F. V. L. L. M.
Q. VARIVS. VITA
LIS ETECOS. ARAM
SACRAM RESTI
TVIT
APRONIANO.ET BRA
DVACOS.

Repertum eſt apud Thornburgh ad Swalae fl. ripam, 17 Julii 1620. quod, ſchedula inſerta notavit Camdenus ad Britanniae ſuae paginam 595.

VII.

DEO
SILVANO
L. TANICVS
VERVS
PRAEFVSL. L. M.

Sua manu adjecit Camdenus in margine paginae 699, hanc Silvano inſciptionem ad Cadir in agro Sterlinenſi, qui Scotiae eſt, cum aliis, quas inde ediderat, viſendam.

VIII.

...ΑΙΣΑΡΑ ΝΕΡΒΑ..
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑ
ΣΤΟΝ ΓΕΡΜΑΝΙ
ΚΟΝ ΔΑΚΙΚΟΝ
ΑΝΕΙΚΗΤΟΝ
Η ΠΟΛΙΣ Η ΑΖΩ
ΠΕΙΤΩΝ

Id eſt,
Caeſarem Nervam,
Trajanum Auguſtum,
Germanicum, Dacicum,
Invictum
Civitas Aſopitarum.

IX.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΦΛΑΟΥΙΟΝ ΟΥΑΛΕΡΙΟΝ
ΚωΝΣΤΑΝΤΙΟΝ
ΤΟΝ ΕΠΙΦΑΝΕCΤΑΤΟΝ
ΚΑΙCΑΡΑΗ ΠΟΛΙΣ
Η ΑΣΩΠΕΙΤΩΝ

Id eſt,
Cum bona Fortuna,
Flavium Valerium
Conſtantium
Illuſtriſſimum
Caeſarem, Civitas
Aſopitarum.

Ex eodem ſaxo, quod ex oriente nuper advectum in navi prope Londinum alicubi ſubducta viſebatur, haſce duas inſcriptiones, quae non unius ſeculi ſunt, ante aliquot dies deſcripſit, & mecum communicavit, v. cl. Hugo Hollandus.

Ebraicarum inſcriptionum fragmenta, quae, diruta ante decennium, ad refectionem, porta Londini boreali, Alderſgate *dicta, in veteris ſtructurae ſaxis ſingulatim reperta ſunt.*

I.

ואר׳ץ..............
הקדושה............
אברהסט...........
שנפטרברנ.........
שנתקעאתנ........

III.

אתמצבתך.......
רפייחאת........
ב.......

II.

ואהמי
החפ.....
שמי....

IV.

....
ידתאבינאו..
תהחכררכ..
תהשנפטר...
...ובכרב......
......שבט......
.......טח.......

Auctarioli Finis.

AD

Marmora Arundelliana,

ET

Quae ſupra repraeſentantur caetera,

JOANNES SELDENUS.

Ad veteres Graecorum Epochas,

I. Apparatus Chronologicus. II. Notae Hiſtoricae. III. Canon Chronicus.

UT ſatis intelligantur clariora vetuſtiſſimae, quam Marmori debemus, epocharum deſcriptionis veſtigia, & uſui facilius accommodentur, tria inprimis neceſſario praelibanda duximus; Apparatum Chronologicum, Notas Hiſtoricas, & Chronicum Canonem. Ad primum recte inſtituendum tria item aperienda ſunt, & argumentis, pro viribus, firmanda; annorum nempe quibus tempora putantur, ratio; annus in quem termini ad quos intervalla deducuntur, ſive citeriora calculi parapegmata, incidunt; & demum, Aſtyanactis archontis Parii (ita enim mutilum illud in fronte nomen ſupplere liceat) & Diogneti Athenarum archontis ἐπωνύμου initia; quibus porro accedat de archontum caeterorum, quorum annis ſingulis epochae notantur complures, quantum ſane fieri poteſt, initiis & finibus indicium. Horum enim quodpiam quo minus ſcimus, eo in epocharum & intervallis & parapegmatis ut magis caecutiamus neceſſe eſt. Athenienſibus, ad quorum tempora omnia plane hic exigenda ſunt, quemadmodum & pleriſque aliis gentibus, in uſu fuiſſe annos tum naturales ſeu hierophanticos, tum civiles ſeu populares, tam certum eſt ut de ea re dubitari nequeat. Naturales dico, quos tropicos eſſe ſeu aſtronomicos, id eſt, circulari ſolis εἰς τὰ ἑπόμενα motu terminatos, credebatur. Atque redeuntis aevi conſtans, communis & aequabilis menſura hi erant; ſyſtemata nimirum dierum CCCLXV & plerumque quadrantis, qualia ſunt ipſi Juliani quibus hodie utimur, aut eis proximantia. Horum, ante alios, inſignis eſt teſtis autor vetuſtiſſimus Geminus. Civiles anni erant lunares, qui ſcilicet feſtis celebrandis, magiſtratibus ineundis, creditis, uſuris, ſtipendiis, penſionibus ſolvendis, & id genus aliis ſtatis temporibus perficiendis aptati, inaequales quidem fuere, adeo ut communes naturalibus diebus aliquot eſſent minores; embolimaei, pro emboliſmi varietate, pluribus majores. Utrique tamen ita diſpoſiti erant, ut per ſolennes integrorum ſuis locis menſium emboliſmos, & dierum, ad patrium ritum, proſthaphaereſes, poſt certam annorum naturalium abſolutam periodum, ab eodem naturali initio denuo civiles redintegrarentur, & utriuſque ſideris rationum ejuſmodi fieret pariatio quae in orbem deinceps ſimiliter rediret. Lunarium horum annorum, puto, quantitas primo dierum erat CCCLX, quot ſcilicet menſes pleni XII conficiunt. De hiſce capio Herodotum in Clio, ſeu Solonis ibi de infelicitate humana ad Croeſum orationem. Neque vero lunares appello, perinde ac ſi veris lunae motibus is numerus dierum reſpondiſſet. Sed, rudi hactenus mathematices in Graecia aevo, menſtrui lunae motus quam annui ſolis imperitiores non minore quam XXX dierum ſpatio lunam circulum ſuum peragrare falſo autumabant, & ad eum calculum neomenias, exactiori artificio carentes, & caetera tam ſacra quam civilia celebrabant. Poſtea, explorata quae vero propior erat menſis atque anni lunaris quantitate, diebus CCCLIV, cum horis & ſcrupulis appendicibus civilis annus terminabatur, poſt certas etiam (uti vetuſtior) periodos, anno ſolari ſeu naturali per emboliſmos & proſthaphaereſes conciliatus. Atque ad hujus generis formulas annis eorum peractis, primo in trieteridibus naturalibus, dein tetraeteridibus, poſtmodum octaeteridibus Cleoſtratea & Harpalea, inde in Metonica enneadecaeteride ſeu cyclo decemnovennalli, & demum in Calippica hebdomecontaexaeteride ſeu cyclo annorum LXXVI, (neque enim infra autoris noſtri marmorei aevum deſcendimus) utriuſque ſideris circulares motus & tempora ab iis menſurata pro vario cyclorum artificum ingenio aequabantur. Et de hiſce Cenſorinus ſatis ad rem noſtram de Die Natali capite XVIII. Sed vero non ſolum adinvicem erant inaequales civiles anni ſeu lunares, verum etiam ipſa inaequalitas per frequentem periodorum novationem & multiplices artificum errores adeo incerta erat & tumultuaria, ut, ſuperioribus maxime ſeculis, feſta ſua, variatim inde revertentia, ne ipſi quidem dii (ut lepide apud Ariſtophanem in nubibus conqueritur Luna) cognoſcerent; ſed, cum ſacrarum epularum lautitias ſive ad verum lunae motum ſive ad elapſi ultimo anni rationem exſpectabant, τῆς ἑορτῆς, ob dierum ſive anticipationem ſive comperendinationem, μὴ τυχόντες, καὶ τοῦ δείπνου ψευσθέντες, *tam feſto die quam epulis fruſtrati*, redirent jejuni, eoque nomine Lunae ipſi graviter minarentur. Quin poſteaquam propius ad veras

lunae

8

lunae rationes acceſſerant novae periodi, ita ut non tam diſſimiles locos neomeniae, panegyres, & feſta quotannis redeuntia ſortirentur; ejuſmodi nihilominus manſit communium & embolimaeorum inaequalitas, atque ea alternationis diſparitas, ut ne ſic quidem communis menſurae omnino praeſtare potuiſſent officium ſine accuratiſſima ſimul emboliſmi cujuſlibet, praeter id genus caetera quae inaequalitatem pariebant, cognitione, qua operoſius vix quidquam erat in calculo, aut in turba periodorum incertius. Quamobrem, tametſi anni vocabulo, ubi veteribus Graecis de ſtipendiorum, verbi gratia, ſolutionis tempore, quod ad civilis anni rationem accipiendum erat, verba fiunt, lunaris denotatur (cujus rei expreſſiſſimum eſt apud Ariſtotelem in Oeconomicorum ſecundo, ubi Cleomenis fraudem memorat, exemplum;) attamen, intervallis per annos generatim deſignandis, alium quam naturalem ſeu ſolarem annum, aequabilem ſcilicet, ſtabilem, communem & notiſſimam menſuram, ſcriptorem apud eos quempiam, adeoque inter eos autorem noſtrum, adhibuiſſe credibile, puto, non eſt: Maxime autoris noſtri ſeculo; quod in periodum Calippicam primam, ut mox demonſtrabitur, incidit, cui, uti & proxime ſaltem ſuperiori, non modo ad aequandam lunarium anomaliam ſed etiam ad annos ſimpliciter deſignandos, ſolares, in uſu fuiſſe manifeſtum eſt. Inde annus abſolute Platoni in Timaeo dictus ſolaris eſt. *Lunae motu menſis*, inquit, *conficitur*, ἐνιαυτὸς δ' ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθαι κύκλον, *annus vero, poſtquam ſol ſuum abſolverit circulum*, quod nec de alio anno ſolari quam quo nunc utimur intelligit, ad eundem ſcriptor vetuſtus Chalcidius. Neque de alio ſane anno loqui Ariſtotelem ſummorum aliquot virorum pace exiſtimo, ubi, temporum ſpatia explicando, dies duntaxat CCCLX, numero rotundo, annuae tempeſtati tribuere videatur. Libro VI de Hiſtoria Animalium capite XX, Κύει, inquit, ἡ μὲν Λακωνικὴ (κύων) ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ, τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα· κἂν ἄρα μιᾷ ἢ δυσὶν ἢ τρισὶ πλείονας ἡμέρας, καὶ ἐλάττους μιᾷ, *Geſtat uterum canis Laconica ſextam anni partem, quae ſexagenis ex diebus conſtat; quanquam uno alterove aut tertio die plures; pauciores vero uno*, ut recte vertit Julius Scaliger, & Theodorum Gazam, qui *aut uno vel altero die plus minuſve* habet, in corruptum notat incidiſſe exemplar. Et paulo poſt etiam Ariſtoteles, Ἔνιαι δὲ κύουσι τῶν κυνῶν τὸ πέμπτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑβδομήκοντα καὶ δύο, *Nonnullæ canes uterum ferunt quintam anni partem, id eſt, dies* LXXII. Annus hic ſolaris intelligitur. Neque enim aut Ariſtotelis aevo, aut eo quod eum praeceſſit, lunaris tot dierum ſyſtema eſſe credebatur; quod ex periodorum Cleoſtrateae, Harpaleae, Metonicae, etiam Calippicae (nam poſt ejuſce etiam initia Ariſtoteles circa ſexennium vixit) ratione ſatis deprehenditur. Scio locum illum ad aequabilem Graecorum annum, uti appellatur, minorem trahi ab incomparabili viro Joſepho Scaligero. Atqui nec de ipſo anno, ita ei dicto, mihi quidem perſuadet. Ingenioſiſſimum agnoſco inventum. Sed qua ratione veterum teſtimoniis ita ſubnitatur ut fides ei ſit habenda, nondum ex eruditiſſimis ejus lucubrationibus, quarum nec indiligens fui, mihi compertum eſt. Sed vero neque Ariſtotelem ex tot ſolum diebus annum ſolarem conſtitiſſe quis, ſine ſumma in magnum philoſophiae parentem injuria, autumet? Nam tum in Metonica enneadecaeteride tum in hebdomecontaexeteride Calippi (quibus utriſque labentibus floruit Ariſtoteles) annum ſolarem dierum fuiſſe CCCLXV, praeter horas appendices, ab eo ignorari plane nequibat. Sed rotunde ad morem locutus eſt vulgi, quod, utcunque recepta, ob aequationem & temporum per ſecula dinumerationem, accuratiori anni ſolaris quantitate, atque ea quae a vero propius aberat; exprimendis tamen anni partibus, quibus agriculturae, uteri geſtationis, & id genus aliorum tempeſtates menſurabat, ejuſmodi dierum numerum qui maxime multiplices haberet ex diebus integris conflatas partes, unde ſcilicet diviſioni eſſet commodiſſimus, uti fieri amat, retinebat; quinque, qui appendices erant, diebus, eo quod multiplicem diviſionem impedirent, non minus quam horis & momentis neglectis. Nam etſi quinta pars anni ſolaris, ſive Metonici ſive Calippici, dies habuit LXXIII, atque ita totidem dies pro quinta anni parte vulgo uſurpari potuit; attamen, ſi ad eum modum porro ſupputaſſent, nullam aliam ex diebus integris conſtantem habuiſſent; ſed in diviſione, ſeu partium pro vario uſu indicatione, ad momenta non ad dies ſatis incommode neceſſario numeraſſent. Sed notiſſima plerumque fuit numeri CCCLX, ut etiamnum eſt in calculo aſtronomico, commoditas. Alias autem integer annus, ut communis erat intervallorum menſura, ſolis integra revolutio Ariſtoteli aeſtimabatur. Et tralatitium ſatis eſt numeros rotundos, momentis quae calculum turbarent praetermiſſis, ubi perneceſſaria non ſunt, adhiberi. Id ipſum fere quod hic Ariſtotelem feciſſe cenſemus, fecit olim Gregorius magnus, cum dies XXXVI anni Juliani pars decima ei habiti ſunt; uti videre eſt homilia ejus XVI. ad evangelia, & diſt. 5. de conſecratione, c. 16. Neque aliud juriſconſulti Romani, qui in eodem anno menſtruum tempus ſimpliciter dictum, nec termino diei quoti, a quo, ſignatum, triginta tantum diebus, atque hiſce multiplicatis menſes plures metiri ſolent; quod habetur c. De jure deliberandi, l. 22. §. 1 & 2. Idem docet Alexander Conſilio 114, Alciatus ad l. 98. Cum biſſextus D. de verborum ſignificatione, alii. Haud aliter, opinor, intelligendum eſt illud Cleobuli de duodecim anni filiis, quorum ſingulis triginta filiae, aenigma Graecum, quod in diſputationibus de anno Graecorum afferri ſolet; niſi forſan ad ſuperiora ſecula, quibus annum lunarem revera diebus CCCLX confici creditum eſt, ſpectet. Nec quid aliud innuere videtur togatorum ille doctiſſimus Varro, ubi apud Nonium, tot ſcribit ſtatuas aeneas Demetrio Phalereo Athenis dicatas,

Quot luces habet annus abſolutus.

Signanter dicit *annus abſolutus*. Non pro eo quod eſt annui ſolaris motus tempus abſolute finitum, ſed pro abſoluto illo & rotundo dierum numero, qui, diebus illis multiplicem diviſionem minime ferentibus liber & abſolutus, annum menſurare vulgo ſolebat. Inde eſt quod ſtatuarum numerus erat CCCLX, uti a Plinio libro XXXIV, capite VI, docemur. Sed quod addit Plinius, *nondum anno hunc numerum dierum excedente*, ab hoc ipſo Varronis loco perperam intellecto

tellecto emanasse suspicor, & temere viro alioquin scientissimo excidisse. Neque enim hujusmodi anni, sive lunaris, sive solaris, vestigium, puto, circa Demetrii Phalerei seculum in Graecorum monimentis omnino occurrit. Erat autem Demetrius autori nostro & primae periodo Calippicae labenti coaevus. Ita tandem annorum simplex dinumeratio, tum alibi apud Aristotelem, tum apud vetustiores Graecos, qui exstant, de solaribus, seu Julianis, saltem qui Julianis proximant, intelligenda est. Ejusmodi habendus etiam decennii calculus apud Homerum in Iliados secundo; quod nempe belli Trojani mensura. Inde Themistius ad Physicorum quarti extremum, Πόσῳ, inquit, χρόνῳ τὸ Ἴλιον ἑάλω; δέκα ἔτεσιν· τοῦτο δὲ ἐστιν τοσαίδε περιφοραὶ τοῦ ἡλίου, *Quanto tempore Ilium captum est? Decem annis, id est, decem solis revolutionibus.* Annis ejusmodi signantur apud Herodotum & Thucydidem (quorum uterque nostro antiquior est) induciae, foedera, & quae sunt id genus aliae temporum durationes. Atque inde est quod Thucydides, ubi annos Peloponnesiaci belli numerat, non per archontum series aut nomina, quod idem est acsi dixisset, non per annos lunares (quibus singulis archontes singuli imperabant) sed per aestates & hyemes, quae annos plane solares significant, se putare profitetur; & decennium ejusdem belli integrum, & hujusmodi nempe annis conflatum, αὐτοδεκαετῶν vocabulo denotat, quod ὁλοκλήρων seu solidorum & naturaliter revertentium annorum spatio recte interpretatur scholiastes. Vide eum libro quinto. Hinc vetustissimis Graecorum, annum simpliciter dictum nomine a sole, quem Λύκον vocabant, sumpto indicari credebatur. Id Λυκάβας est, Homero usurpatum Odyss. ξ. Macrobius Saturnalium I. cap. XVII. *Annum vetustissimi Graecorum Λυκάβαντα appellant,* τὸ ὑπὸ τοῦ λύκου, *id est, sole,* βαινόμενον καὶ μετρούμενον. *Λύκον autem solem vocari Lycopolitana Thebaidos civitas testimonio est, quae pari religione Apollinem itemque Lupum, hoc est, Λύκον, colit, in utroque solem venerans.* Nec quisquam alios quam solares in Eratosthenis, nostro coaetanei, canonibus chronicis intellexit. Iidem usurpabantur in Chaldaeorum veterum & Ægyptiorum temporis calculo. Et tandem universe id verum fuisse videtur, etiam ab initio seculi, quod scribit Cicero in Somnio Scipionis (idque antequam in civilem usum Romanis receptus est annus solaris, aliter quam ad lunares aequandos) *homines populariter,* seu vulgari temporum dinumeratione, *annum tantummodo solis reditu metiri.* Quin nostrum & coaetaneos in Graecia, & ubicunque periodus Calippica civiles annos aequabat, scriptores ita reditu solis tempora mensos esse verisimillimum est, ut etiam diem integrum ex quatuor quadrantibus confectum cuilibet quadriennio non minus nec aliter adjicerent quam Romani, post Julianam anni novationem, & christianae etiamnum Europae gentes. Sic ratio certissima temporum constare potuit, & revertentium annorum initia satis retineri, quae, quadrantibus illis neglectis, per totum annum post periodum annorum MCCCCLX prorsum vagari necesse erat; uti in veterum AEgyptiorum rationibus. Calculus autem hujusmodi quadrantum in Calippica periodo nemini non obvius erat. Nam anni ejusdem solares ipsissimi erant Juliani. Et de annorum quibus usus est noster ratione hactenus. Plura de ea multo dici poterant. Sed doctioribus haec multa nimis videantur; quae tamen, ne harum rerum rudiores, variis apud veteres annorum formis turbati, in limine haesitarent, praemonere duximus. Quod vero ad terminorum ad quos, seu citeriorum parapegmatum, annum attinet; cum intervalla omnia usque ad Astyanactem Parium & Diognetum Atheniensem archontas (quos ἐπωνύμους seu annuos fuisse dubitandum non est) deducantur, par sane est ut ante eorum initia quodlibet intervallum penitus absolutum esse existimemus, atque sic putata ab autore tempora fuisse, ut in annum solarem qui proxime archontum horum initia antecedebat, universi termini citeriores incidant; habita nempe, ut necessarium est, ratione varietatis mensium, dierum, & anni tempestatum, ad quas sigillatim spectabant termini a quibus, sive ulteriores. Scio nihilominus τὸ ἕως seu ἄχρις, uti nostro scribitur, id est, *usque*, tam inclusionem quam exclusionem saepius signare. Et si inclusio hic eo intelligatur, annus terminorum erit ipse archontum, quos diximus, annus; non autem qui praecedit, nisi exclusionem denotari sentiamus, uti & ego quidem sentio, & in hujusmodi rationibus res ipsa ferme exigit. Atque ita sane verisimillimum est autorem nostrum ipso archontum anno chronologiam suam scripsisse. Quotus igitur annus ille archontum initia praecedens, seu annus terminorum citeriorum fuerit in periodo Juliana, quae tum communis tum optima annorum mensura est, perpendamus. Ut is rite eruatur, epochae autoris nostri, de quibus omnino consensus est apud scriptores alios fide dignissimos, observandae; atque ex eis per annorum adjectionem annus quem quaerimus prodibit. Cum autem, juxta tria illa, de quibus Varro apud Censorinum, temporum discrimina, obscurum nempe seu, ut vocat ille, ἄδηλον, mythicum sive fabulosum, & historicum; in primo nullas, in secundo & tertio complures habeat noster epochas; eae vero quae ad secundum spectant non minus sint plerumque incertae quam quae ad primum, adeo ut de illis etiam inter veteres passim disconveniat; e tertio duntaxat sumenda sunt quae hic usui esse possint. Secundum autem, quod Olympiadum Iphitearum initia antevertit, apud nostrum durat usque ad epocham de colonia Syracusas deducta ab Archia, regnante Athenis AEschylo. Quae hanc praecedunt, intervalli sunt mythici: Haec autem & quae sequuntur, historici. In historico tamen intervallo, ad eliciendum annum terminorum, non sine delectu adhibendae sunt epochae. Etenim in hoc etiam sunt nonnulla huic rei nimis incertae; quippe controversae. Controversam autem epocham hic in partes trahere, est ipsam, quam venamur, rem atque controversiosam imprudenter relinquere. Superest igitur ut certissimas seligamus. Eae sunt de quibus non solum unanimis inter scriptores editos sed etiam inter hosce & nostrum reperitur consensus, quales sunt anni aliquot archontum qui proximo ante nostrum seculo imperia tenuere, adeoque etiam ei ante alias notissimi. Hujus generis sunt omnium archontum anni qui, marmore numeris notati, Socratis mortem & Lachetem archontem sequuntur: Aristocratis scilicet, Pytheae, Asteii, Phrasiclidis, Nausigenis, & Agathoclis, quos singulis ad hunc modum epochis adjectos exhibet marmor.

	Anni.	*Archonte.*
Ex quo	CXXXV	Aristocrate.
Ex quo mortuus est Philoxenus	CXVI	Pythea.
Ex quo Astydamas vicit	CIX	Asteio.
A pugna Leuctrica	CVII	Phrasiclide.
A morte Dionysii Siculi	CIV	Nausigene.
A morte Artaxerxis	XCIII	Agathocle.

Rerum aliarum in hisce Epochis, praeter ipsos archontas, nihil ad id quod impraesentiarum agimus spectat. Anni autem horum archontum in fastis Atticis, nemine contradicente, Olympiadum & proinde periodi Julianae annis, quos subjicimus, signantur.

	Olympiadis.	*Anno.*	*Periodi Julianae.*
Aristocratis	XCV	2	4315
Pytheae	C	1	4334
Asteii	CI	4	4341
Phrasiclidis	CII	2	4343
Nausigenis	CIII	1	4346
Agathoclis	CV	4	4357

Ineundus igitur ita est calculus. Singulis archontum annis in periodo Juliana adjice singula marmorei autoris intervalla: Conficitur annorum numerus qui terminorum annum indicat. Aristocratis annus est in periodo 4315. Autoris intervallum 135, cui annis 4315 adjectis, fiunt 4450 in periodo. Itaque annus 4450, qui Olympiadi 129 respondet, est annus citerioris termini intervalli quod Aristocrate signatur. Eadem dinumeratione in caeteris quae sequuntur adhibita, idem prodit annus. Sed monendum interea, anni in periodo ejusmodi hic rationem habendam ut non aliud initium & finem sortiatur quam initia binorum in fronte marmoris archontum, quae jam demum eruenda sunt, patiantur. Neque enim periodi hujus anni minus ab alio quovis, in chronologicis explicationibus, die exordium pro re nata sumere possunt quam a calendis Januariis; ut nemini non liquet cui varius ejus usus incognitus non est. Cum igitur, labente periodo Calippica prima, sub qua noster scripsit, anni Attici civilis seu lunaris aut magistratuum, sive τῆς πρυτανείας, caput sub aestivum solstitium figeretur, nemo non videt finem & initia anni terminorum circa eandem cecidisse tempestatem. Unde fit ut sub aestivum solstitium anni 4450 periodi Julianae, a calendis Januariis, ut vulgo, putati, initium habuerit terminorum annus; circa idem, quod secutum est, solstitium, anni nempe periodi Julianae 4451, finitus; pridie scilicet neomeniae Hecatombaeonis mensis (in qua magistratus iniri soliti) seu ultimo anni praecedentis. Atque ita a solstitio aestivo ad solstitium, ad Atticorum temporum rationem, non a calendis Januariis, ut plerique hodie ad christianorum, annos periodi marmori mox aptatos dinumeramus. Restat igitur ut binorum, quos diximus, archontum initiorum diem, caput nimirum anni lunaris seu τῆς πρυτανείας, id est, neomeniam Hecatombaeonis, anni periodi Julianae 4451, in diebus item Julianis disquiramus. Ea reperta, ipsa etiam anni solaris terminorum inde retro putandi initia aeque erunt manifesta. Periodus Calippica, seu hebdomecontaexaeteris, quae annorum LXXVI cyclus est, ad cujus rationes lunares magistratuum quotannis initia aliter atque aliter se habuere, incepit sub aestivum solstitium anni periodi Julianae 4384, quod satis ex Ptolemaeo non uno in loco liquet. Id item pluribus & expressius, post virum summum Josephum Scaligerum, ostendit pridem vir sane etiam summus Dionysius Petavius in secundo de Doctrina Temporum, lib. II, cap. XVIII. cujus ideo libentius hoc nomine obiter memini, ut exemplarium Ptolemaei editorum apud eum ibi castigationem saltem unicam, quae ad periodi hujus exordium spectat, ex manuscripto Ptolemaei codice firmarem. Memorat Ptolemaeus sub extremum libri IV, Almagesti, tres ab Hipparcho defectiones lunares observatas: τούτων ᾗ, inquit, τὴν πρώτην φησὶ γεγονέναι τῷ νϐ ἔτει τῆς δευτέρας κατὰ Κάλιππον περιόδου, *primam ait commissam anno* LII *periodi secundae Calippicae.* Mendosum hic numerum esse quovis pignore contendere vult Petavius, & νδ pro νϐ substituendum. Idque rectissime. Quod non modo Georgii Trapezuntii versio, ubi LIV habetur, suadet, verum etiam tum calculus astronomicus, quo in XXVI gradu Piscium eclipsis illa anno LIV periodi reperitur, tum periodi ipsius alibi apud Ptolemaeum computus demonstrat. Et codex quem dixi, qui ante annos CC aut circiter pulcherrime exaratus κειμήλιον est bibliothecae instructissimae reverendissimi archiepiscopi Cantuariensis, eo in loco νδ habet. Annum item LIV hic notari in Latino Codice MS. ex Arabico verso, qui servatur in bibliotheca Collegii Omnium Animarum Oxoniis, pridem monuit, idque amicissime, vir doctissimus Joannes Banbrigius, Astronomiae ibidem professor dignissimus. Caeteros autem annorum ejusdem Ptolemaei capitis non aliter exhibet codex Cantuariensis ac exemplaria typis vulgata. Sed vero, primo ita primae periodi Calippicae anno indicato, annum Julianae periodi 4451, anno Calippicae primae 68 respondere palam est. Neomenia autem Hecatombaeonis mensis anni periodi Calippicae primae 68, seu initium magistratuum in anno eo lunari, tam ad Petavianas quam ad Scaligerianas rationes cadit in VIII Julii. Eo igitur die inibant magistratus Astyanax noster Parius & Diognetus Atheniensis archontes. Itaque septimo Julii, seu, quod in hoc anno idem est, pridie neomeniae Hecatombaeonis finitus est annus noster terminorum, qui cum solaris, ut ante disputatum est, fuerit, ab VIII die Julii retro putatus, ab eodem die in anno praecedente, seu 4450 Julianae periodi & 67 periodi ejusdem Calippicae, sumpsit exordium. Atque ita inter VII Julii anni alterius & alterius VIII, omnes intervallorum termini citeriores collocandi. Hisce nixi fundamentis canonem construximus chronicum annis tum periodi Julianae tum eis qui vulgarem D. N. Jesu Christi epocham antevertunt signatum, quo sine operosiori aliquo calculo Epochae cujuslibet autoris nostri annus indicetur. Reges item Athenarum adjecimus, & archontas annuos seu ἐπωνύμους, quemadmodum in Marmore habentur. Sed & horum tandem initia & fines, quantum scilicet a doctissimis temporum interpretibus edocemur, qua ratione eliciantur hic subjungimus. Ad hanc rem, tempora quae in canone, quem infra exhibemus, primam annuorum archontum institutionem sequuntur, trifariam dividimus: In intervallum quod ab anno periodi 4030 usque ad 4178 inclusis terminis protenditur;

tenditur ; id quod hunc annum & 4294 interjacet ; & demum, quod inde ad extremum succedit. Intervalli primi, fateor me nulla ratione ita Attica tempora hactenus assecutum esse, ut qualesnam periodi annorum ad aequandos utriusque luminaris motus in usu fuerint satis cognoverim. In obscuro sunt & incerto posita quae de ea re scriptores reliquere. Atqui ex tetraeteridibus hebdomecontaexaeteridem confecit vir magnus Josephus Scaliger, quam ut vetustissimam Atticorum temporum & certissimam mensuram, periodi Atticae vocabulo, tam in libris de Emendatione quam in canonibus edidit. Sed ingenium scientissimi herois & immensam eruditionem multo magis semper admiratus sum quam doctrinae illius periodi assentiri potui. Etiam ipsa quibus nititur ipse testimonia (& res est ejusmodi quae non tam artificis ingenio quam vetustatis testimonio ponderanda est) lectoris benignioris, si bene perpendantur, etiam cohibent assensum, saltem non pariunt ; quin adversariis tela fiunt, quibus sententia ejus, fidenter nimis tradita, non mediocriter enervatur. Consule, si placet, quae contra disputarunt & popularis noster Thomas Lydiatus & Dionysius Petavius. Caeterum quoniam impense autori periodus illa placuit, & aliis forsan non paucis ob incomparabilis viri autoritatem nondum displicet, tabellam adjicimus qua laterculum neomeniarum periodi Atticae apud Scaligerum, in I de Emendatione, pagina 42 & primo canonum, pagina 59, cuiquam ingredi liceat, & facillime neomeniam seu caput anni cujusque archontis atque finem in primo canonis nostri intervallo reperire. Neomenia autem ea est hic Gamelionis mensis. Nam seculis vetustioribus Gamelion anni civilis caput habetur, cui locus est sub hybernum solstitium. Dato nimirum, in hoc canonis intervallo, periodi Julianae anno, abjice numerum qui in tabella proxime minor est. Nam 3976 primus est primae periodi Atticae seu Scaligerianae hic labentis. Qui residuus habetur, in laterculo Scaligeriano neomeniam Gamelionis seu archontis initium indicat : Proximus demum in eodem laterculo, dempto triduo, finem ostendit. Nam etsi pridie neomeniae Gamelionis proxime sequentis annus lunaris finiebatur, attamen, ad Scaligeri rationes, duo annum clauserunt, ad finem Posideonis ultimi mensis, adjectitii dies, qui ἄναρχοι dicti, eo quod per illud biduum Athenae magistratibus carebant. Imperiis enim, ut vult ille, abibant ultimo die seu τῇ τριακάδι Posideonis, adeoque triduo ante neomeniam. Biduo autem interjacente, comitia creandis magistratibus habita. Verbi gratia, Agon Pythicus, in canone nostro, coronarius denuo fit anno periodi Julianae 4132, archonte Damasia secundo. Numerus in tabella proxime minor est 4127 ; quo abjecto, residuus est 5. Huic respondit in laterculo Scaligeriano dies XXII Januarii pro neomenia Gamelionis, qua magistratum iniit Damasias. Neomenia Gamelionis anni insequentis est Januarii XIX, unde triduo dempto, dies ejusdem Januarii XVI anni Damasiae exitum indicat. Intervallo autem canonis nostro secundo, omnia ad hanc disquisitionem adeo incerta sunt ob octaeteridum Cleostrateae & Harpaleae usus ignorationem, ut futile

Anni *Periodi Julianae*
3975
4051
4127

nimis esset contendere in eo initia & fines archontum certis diebus signare. Sed sub hujus intervalli extremum saltem, si non antea, caput anni τῆς πρυτανείας seu magistratuum a Gamelione seu cardine hyberno translatum est, quod necessario monendum, ad hecatombaeonem seu aestivum cardinem, quod non solum ex Antiphontis coaevi oratione XVI seu περὶ τοῦ χορευτοῦ, sed etiam, ut alia omittamus, ex Thucydide liquet. De rege sacrorum (qui in magistratibus annuis) locutus Antiphon, Τῆς δ' ἀρχῆς, inquit, αὐτῷ λοιποὶ δύο μῆνες ἦσαν, Θαργηλιὼν καὶ Σκιροφοριών, *Imperii ejus duo menses supererant, Thargelion & Scirrhophorion*; quibus verbis manifesto innuit insequentis mensis, qui hecatombaeon est, neomeniam caput anni magistratibus creandis aptati fuisse. Thucydides autem de ipso anno a cujus initio enneadecaeteridem suam, quae nondum in usu recepta erat, auspicabatur Meton, verba faciens libro II. Πυθοδώρου, ait, ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις, μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην, μηνὶ ἕκτῳ, καὶ ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, Θηβαίων ἄνδρες ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων ἐσῆλθον ἐς Πλάταιαν τῆς Βοιωτίας, *Cum Pythodoro duo praeterea menses fungendi magistratus superessent, sexto scilicet mense a pugna in Potidaea commissa & ver jam incepisset, Thebanorum quidam paulo plures trecentis ingressi sunt Plataeam Boeotiae.* Et versioni huic adstipulatur plane scholiastes vetus. Mensis igitur de quo loquitur Munichion erat jam labens ; is scilicet qui vernorum primus erat ; adeoque duo illi qui Pythodoro, primi enneadecaeteridis Metonicae anni archonti ἐπωνύμῳ, supererant, ut Thargelion & Scirrhophorion fuerint necesse est, & proinde ut Hecatombaeonem caput anni πρυτανείας teneret, uti postea, perpetuo tenuit. Tertium demum intervallum periodus illa Metonica seu enneadecaeteris occupat, ad cujus neomenias hecatombaeonis, quae ad nostri spectant archontas, eruendas, similem priori tabellam adjungimus, usu non omnino dissimili. Numero residuo ingredere laterculum sive Scaligerianum sive Petavianum enneadecaeteridis Metonicae. Neomenia quam quaeris in diebus Julianis statim occurrit ; sed diversimode pro diversis quas amplexantur illi putandi rationibus Scaligerianum habetur in II de Emendatione pag. 77 & canonum I pag. 64. Petavianum lib. II de Doctrina Temporum cap. XIII. Discrepantiae autem cardo in hoc versatur, quod alter neomenias hecatombaeonis solstitium aestivum nunquam vult antevertisse ; alter, tam antevertisse quam secutas esse. Nam de periodi hoc initio & embolismorum numero controversia non est ; de horum vero locis, non exigua. Sed de ea re non est hic disputandi locus. Vide quae in canone notamus ad annum periodi 4305. In archontis autem cujuslibet exitu seu anni fine hic eruendo, pro triduo quod in periodo Attica, a proximi anni neomenia demitur, dies quinque hic subtrahere oportet. Nam αἱ ἄναρχοι ἡμέραι sub Metonica enneadecaeteride quatuor erant ; de quibus diserte Ulpianus rhetor ad Demosthenis orationem contra Androtionem.

Anni *Periodi Julianae.*
4281
4300
4319
4338
4357

Absoluto demum apparatu nostro ad Epochas chronologico, loco non ita importuno, obiter adjicere

adjicere liceat de menſium Atticorum ordine & textu corollarium non omnino contemnendum, quod ad calcem Ptolemaei magnae conſtructionis, quam diximus, manu exaratae reperitur. De menſibus iis atque ſingulis eorum locis diu eſt quod deſudarunt viri doctiſſimi, Theodorus Gaza, Gregorius Giraldus, Hadrianus Junius, Joannes Lalamantius, alii. Sed fruſtra nimis plerique. Feliciori multo pridem opera Joſephus Scaliger, & nuperrime Dionyſius Petavius tam ad S. Epiphanium quam in Doctrina Temporum. Sed nec in eorum contextu Scaligero adverſatur Petavius, praeterquam quod Maemacterionem Boedromioni proximaſſe vult, nec Pyanepſionem interveniſſe, ut Scaliger, ſed eſſe ſecutum. Ad calcem autem Ptolemaei, quo utimur, eadem ipſiſſima contextus forma qua Scaliger eos diſpoſuit, occurrunt, a vetuſto aliquo, nec imperito, quod dubitari nequit, Mathematico, cum Romanorum, Macedonum, Perſarum, Arabum & Aegyptiorum menſibus, in chronologorum uſum, ad hanc faciem, non alio quam ſcriptus eſt codex ipſe charactere, adjecti;

ΑΘΗΝΩΝ.	ΡΩΜΑΙΩΝ.	ΜΑΕΚΔΟΝΩΝ.	ΠΕΡΣΩΝ.	ΑΡΑΒΩΝ.	ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ.
Ποσειδεών.	Σεπτέμβριος.	Ξανθικός.	Φαρφαρδίν.	Μουχαρράμ.	Θώθ.
Γαμηλιών.	Οκτώβριος.	Αρτεμίσιος.	Αρδεμπέας.	Σαφάρ.	Φαωθί.
Ανθεστηριών.	Νοέμβριος.	Δαίσιος.	Χορτάτ.	Ραμπιαὰ αουὰλ.	Αθύρ.
Ελαφηβολιών.	Δεκέμβριος.	Πάνεμος.	Τουρμά.	Ραμπιαὰ αχειρ.	Χοιάκ.
Μουνυχιών.	Ιανουάριος.	Λῶος.	Μερτάτ.	Ντζαματούλε.	Τυβί.
Θαργηλιών.	Φεβρουάριος.	Γορπιαῖος.	Σαρεβάρ.	Ντζαματιλάχειρ.	Μεχείρ.
Σκιρροφοριών.	Μάρτιος.	Υπερβερεταῖος.	Μέχιρ.	Ραντζάπ.	Φαμενώθ.
Ἑκατομβαιών.	Απρίλλιος.	Δῖος.	Ἄπάν.	Σαμπάν.	Φαρμουθί.
Μεταγειτνιών.	Μαῖος.	Απελλαῖος.	Αδέρ.	Ραμαδὰν.	Παχών.
Βοηδρομιών.	Ἰούνιος.	Αδιναῖος.	Νταί.	Σαουάλ.	Παυνί.
Πυανεψιών.	Ἰούλιος.	Περίτιος.	Μπαχμάν.	Δουλκαντάν.	Επιφί.
Μαιμακτηριών.	Ἄυγουστος.	Δύστρος.	Αυφαντάρ.	Δουλχεντζέ.	Μεσορί.
			ὠ αἱ κλοπιμαῖε. ε ἡμέραι.		Επαγόμενος.

non ut gentis alterius menſium loci, in anno naturali, menſium alterius locis ubique reſponderent (quid enim Septembri Romanorum cum Attico Poſideone, qui primus menſis eſt hybernus?) ſed ut tum menſium cujuſque gentis textus, tum diverſa veterum annorum civilium initia, menſibus primis ſignata, exhiberentur. Fideliter deſcripſi etiam ea in quibus a librario plane peccatum eſt. Illud enim ὠ αἱ κλοπιμαῖε ε ἡμέραι in Perſarum laterculo legi debet καὶ αἱ κλοπιμαῖαι ε̍ ἡμέραι *furtivi quinque dies*, ſeu מסתרקאת *Muſterakath*, uti eodem ſenſu vocant Perſae. Eos inde μαστιαρχὰ appellat Iſaacus Monachus in canone Perſico, apud Chriſtmannum. De hiſce & Perſicorum menſium nominibus, quae hic, uti etiam in tabulis Alfonſinis, Alfragano, & Iſaaco jam dicto depravate nimis leguntur, vide Joſephum Scaligerum de Emendatione lib. III, capite de anno vago Jezdegird, pagina 200, & canonum lib. III, ad caput XI, & ibi Georgium Chryſococcem. Adde Petavii de Doctrina Temporum libri III, caput IX & ſequentia. Arabicos item menſes, quorum aliqui in portentoſa vocabula (ut fieri ſaepius amat cum quid ex orientalibus linguis Europaeis characteribus exprimitur) degenerarunt, habes apud Scaligerum de Emendatione libro II, pagina 107. Ῥαμπιαὰ αουὰλ in Arabum laterculo & Ῥαμπιαὰ ἄχειρ Arabice ſunt רביע אלאול *Rabiu Alawol* & רביע אלאחר *Rabiu Alacher*, id eſt, *Rabiu prior* & *Rabiu prior* & *Rabiu poſterior*. Eadem vocabula priorem & poſteriorem notant in binis ſequentibus, quorum uterque גמאדי *Giumedii* dictus. Id hic Graecis characteribus ſonat Ντζαμὰτ aut Ντζαματί. Conſule Scaligerum in canonibus pag. 235.

Sed de Maemacterionis loco praeter Scaligerum de Emendatione lib. I, pag. 31. Vide porro Petavii diſputationes libro I, cap. X, & libro IV, cap. VIII & ad S. Epiphanii Haereſim LI, pagina 135. Adi etiam Gautici additiones, quae ad calcem Almageſti a Georgio Trapezuntio verſi habentur. Laterculus autem, qui prae oculis etiam eſt, menſium Macedonum (in quo pro Περίστιος, Περίτιος legendum) non ſinit ut caſtigationem editorum venerablis Bedae noſtri exemplarium de temporum ratione praetermittamus. In ejus quem diximus libelli capite XII, Graecorum menſes ita recenſentur. *Vocatur autem apud eos ipſe December* Ελαφηβολιὼν, *Januarius* Νυχιὼν, *Februarius* Θαργηλιὼν, *Martius* Δίστρος, *Aprilis* Ξαντικὸς, *Maius* Αρτεμίσιος, *Junius* Δίσιος, *Julius* Πάνεμος, *Auguſtus* Λῶος, *September* Γορδιαῖος (pro Γορπιαῖος) *October* Υπερβερεταῖος, *November* Δῖος. Portentoſa plane eſt enumeratio. Quid Elaphebolioni cum Diſtro, Xantico, & Macedonum caeteris? Quid Thargelioni? Hi enim Attici menſes inter illos Macedonum locum nunquam habuere. Νυχιὼν vero omnino verbum nihili eſt. Forſan Munichionis reliquiae. Sed & ita hinc non minus ablegandum quam Attici menſes caeteri. Et nimis oſcitanter Joannes Noviomagus, qui ſeriem menſium Graecorum ex depravatiſſimo hoc loco excerptam Bedae autori tribuit. Caeterum Graecorum vocabulo Macedonas tantum ſeu Syromacedonas aeternum illud Britanniae decus hic innuit, nec alios quam Macedonum menſes revera nominavit. Ita ſcilicet ſcripſit ipſe; *Vocatur autem apud eos ipſe December* Ἀπελλαῖος, *Januarius* Ἀδιναῖος. *Februarius* Περίτιος, *Martius* Δίστρος, *Aprilis* Ξαντικὸς, &c. Id diſcimus

ex vetustissimo Bedae exemplari MS. in instructissima nobilissimi viri Roberti Cottoni bibliotheca, ubi ad hunc modum locus ille exaratur; Graecis, ut fit, nominibus aliquantulum corruptis. *Vocatur autem apud eos ipse December* Apileos, *Januarius* Exdynios, *Februarius* Perithios, *Martius* Distrios, *Aprilis* Xanthicos, *Maius* Artemiseos, *Junius* Deseos, *Julius* Panemos, *Augustus* Loos, *September* Gorpieos, *October* Hyperberetaeos, *November* Dios. Ita notissimo & perpetuo mensium Macedonum textu usus est doctissimus Beda. Elapheboliοni, Thargelioni, Nychioni seu Munichioni, nempe Atticis, nullus ibi locus erat, antequam sive ab exscriptoribus imperitis sive a negligentibus editoribus perperam, neque summa sine injuria, praeberetur. Quin satis obvium sane fuisset, etiam ex ipsius Ephemeride, sua mensibus hic tribus nomina restituisse. Nam in ea Graecorum duodecim menses vocabulis item Macedonicis adnotantur.

Ad Veteres Graecorum Epochas NOTAE HISTORICAE.

Linearum in hisce numerus ad exemplar Epocharum superius elementis majusculis descriptum spectat.

CUM plerisque hujus ἀναγραφῆς primae lineae elementis etiam autoris nomen disparuisse credo. Autorum nomina in orationis textus initio locos, seculis vetustioribus, habuisse nemo nescit qui Herodotum aut Thucydidem salutavit. Atque ut eorum codices membranei aut chartacei, ita nostri, qui a prima persona sermonem auspicatur, marmoreus erat. Nam ut temporis injuriam propulsando, posteritati tutius consuleretur, cippis saxeis, στήλαις seu κύρβεσι, velut libris seu tabulis publicis, tam res veterum gestas & temporum rationes quam leges, pacta, deorum & mortuorum titulos, vota, incidi solenne erat. Euhemerus Siculus *res gestas Jovis, & caeterorum qui dii putabantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur*, ut diserte meminit Lactantius de falsa religione, cap. XI. Etiam columnae aureae in fano Jovis Triphylii positae, qua perscripta erant ejusdem numinis gesta, eidem historico, quem postea interpretatus est Ennius, usus erat maximus. In Sicyone item ἀναγραφὴ erat seu descriptio ejusmodi sacrata, unde Heraclides in librum suum de musicis Junonis Argivae, antistitum, poetarum etiam, & musicorum celebriorum nomina traduxit. Testis est Plutarchus libro de musica, cui hujusmodi scriptores ἀναγεγραφότες generatim, sive *descriptionum* aut *recensionum autores*, non semel dicuntur. Columellae item quibus Cretenses sacra descripserant Corybantum a Porphyrio in secundo περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων memorantur. Quin obvium est quod de columnis illis Sethi nepotum, lateritia altera, altera saxea, quibus syderalis scientiae inventa sua mandarunt, habet Flavius Josephus. Et de priscis Danis Saxo Grammaticus libro de situ Daniae; *Majorum acta patrii sermonis carminibus vulgata, linguae suae literis, saxis ac rupibus insculpenda curabant.* Paulo item post; *voluminum loco vastas moles amplectebantur, codicum usum a cautibus mutuantes.* Et lacuna haec ita forsan partim supplenda, ἀνέγραψα τοὺς ἄνωθεν χρόνους ἀρξάμενος, &c. *Superiora tempora descripsi auspicatus*, &c.

Pag. 1450. lin. 2. ἐμ Πάρῳ .... νάνακτος] ἐμ Πάρῳ μὲν Ἀστυάνακτος, *In paro, Astyanacte.* Vix fieri potuit ut aliud fuerit nominis initium. Parus igitur ex Cycladibus maxima & olim florentissima insula, utcunque imperio Attico, ut vicinarum pleraeque, subjecta, suos habuit archontes annuos, quemadmodum ipsae Athenae, quae summum administrationis civilis exemplar fuit populis circumjacentibus. Ita Delii, ita alii. Videsis Gruteri inscriptiones, pag. 400. 8. 405. 1. & 1021. 7. Autorem autem hinc Parium fuisse aequum est ut conjectemus. Ἀναγραφὴν suam, sive opus chronologicum, popularis archontis nomine signavit, ut ita & patriae honorem haberet, & popularium captui rem facilius accommodaret, omnia ad calculi terminum domi fixum & notissimum deducendo. Atticum vero insuper adjecit, idque meritissimo, non solum quod reipublicae Atheniensis majestatem (quam tamen eo aevo varie affligebant Macedonum reges) Parii proculdubio observabant, sed etiam quia epocharum, unde intervalla putarat, characteres communes & perpetui erant sive reges sive archontes Atheniensium. Quod genus characterum apud Parios, quorum respublica minorum erat gentium, haud omnino est verisimile exstitisse.

Ibid. lin. 6. Ἄρειος πάγος] De Areopago, seu rupe Martia, ante alios, consulendi Josephus Scaliger ad numerum Eusebianum DI, & Joannes Meursius in libro singulari qui *Areopagus* dictus. Paulo ante legendum plane, Ἀθήνῃσι ἐγένετο Ἄρει, &c.

Ibid. lin. 7. τὰ Σωτήρια ἔθυσεν] Sacra, Soteria dicta, a Deucalione, qui aquarum vim fugerat, Jovi Phyxio, sive qui fugientibus opem ferre solet, fiebant. Sic Apollodorus περὶ θεῶν, lib. I. Et Jovis Φυξίου meminit etiam Apollonius Argonauticorum II & IV, cujus ad hanc rem scholiastes item visendus.

Ibid. lin. 8. ......κτύων Δευκαλίωνος] De Amphictyone & Pylaico conventu, & legibus Amphictyonicis ab eo institutis, videsis Strabonem lib. VIII & IX, Dionysium Halicarnassensem lib. IV, ubi de Tullio rege, & Pausaniam in Phocicis, praeter Amphictyonum decreta, quae apud Demosthenem in oratione de Corona obvia sunt. Adde inscriptiones apud Gruterum, pag 129. 15. & 1021. 7. quae, ni fallor, eaedem ipsae sunt; item Michaelem Apostolium in Proverbiorum Centuria III. 4. Sacra autem quorum hic mentio in fano Cereris seculis posterioribus peragi solebant. Strabo lib. IX, de Thermopylis locutus, Ἔστι δὲ καὶ λιμὴν, inquit, μέγας αὐτόθι, καὶ Δήμητρος ἱερὸν, ἐν ᾧ κατὰ πᾶσαν Πυλαίαν θυσίαν ἐτέλουν οἱ Ἀμφικτύονες, *Est etiam portus ibidem magnus, & Cereris fanum, ubi singulis Pylaicis conventibus Amphictyones sacrificabant.* [Συνῆγε τοὺς περὶ, &c.] & paulo post, καὶ ὠνόμασεν Ἀμφικτύονας] nemo

nemo in mutilis hujus periochae vocabulis agnoscere non potest.

Ibid. lin. 10. .... ώτιδος] Φθιώτιδος legendum. Phthiotidis, Thessaliae regionis, rex erat Deucalion, & post eum filius ejus Hellen. Ita Thucydides lib. I, Conon apud Photium, cod. CLXXXVI, sectione 27, alii.

Ibid. lin. 11. καὶ τὸν ἀγῶνα Παναθ..ναι...] Dubium non est de certamine Panathenaico verba fieri. Et videtur sane aut de prima ejus institutione, aut de sancito aut consilio sub Amphictyone habito de eo instituendo ac postmodum celebrando. Sed origo ejus plerumque Erichthonio regi tribuitur; de qua re mox plura. Caeterum ante Erichthonium Ἀθήναια *Athenaea*, non *Panathenaea*, certamen illud dictum esse scribit Ister, vetustus rerum Atticarum autor apud Harpocrationem in Παναθήναια. Ipsum igitur certamen, utcunque nuncupatum, Erichthonio, etiam Istri sententia, vetustius.

Ibid. lin. 12. τὴν Καδμείαν.] Cadmia primo oppidum seu urbs erat. Postea Thebis, juxta quas condita est, auctis, arx seu ἀκρόπολις Thebanum dicta est; ut capitolium, arx Romana.

Ibid. lin. 13. ......νίκης ἐβασίλευσαν.] Viderint hic perspicaciores annon haec ad Tyri & Sidonis regnum, numero Eusebiano DLX notatum, spectent. Φοινίκης ἐβασίλευσαν est *in Phoenicia regnarunt*, cujus urbes Tyrus & Sidon. At qui regnarunt Eusebio sunt ibi Cadmus & Phoenix ex AEgypto profecti. Cadmus vero Agenoris F. qui idem est & Phoenicis frater, Bacchi scilicet avus, apud nostrum triennio antequam hi, quicunque fuerint, regnare coeperunt, Thebis Boeoticis regnavit. Sed mira videtur apud Eusebium temporum quae ad Cadmum spectant luxatio. Vide ad dictum numerum Josephum Scaligerum. Vide item Eusebium numero DLXXXVII & DCXI, & in Graecis pag. 26.

Ibid. lin. 14. Ἀφ' οὗ ναῦς..........ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὴν, &c.

Ibid. lin. 15. καὶ ἀνομάσθη πεντηκόντορος] De Danao & filiabus quinquaginta, passim veteres: Sed de *pentecontori* nomine, navi longae qua ex AEgypto profugere indito, raro. Ita dictam scribit diserte Apollodorus Bibliothecae lib. II, idque a filiarum numero, uti etiam Eustathius ad Iliados α. Sed nominis originatio ea mira est. A remorum potius numero seu versu aut ordine unico qui ex quinquaginta constabat, impositum est, uti & Argonavi. Ita etiam τριακόντορος, τεσσαρακόντορος & similiter naves aliae longae dictae. Hanc primam fuisse navem longam scribunt nonnulli. Hyginus Fabula CCLXXVII. *Minerva prima navem biproram Danao aedificavit, in qua AEgyptum fratrem profugit.* Tantundem etiam fabula CLXVIII. Et Plinius lib. VII, cap. LVI. *Navem primus in Graeciam ex AEgypto Danaus advexit. Ante ratibus navigabatur, inventis in mari rubro inter insulas a rege Erythra.* Consule item Nonni ξυναγωγὴν ad Gregorii Nazianzeni invectivam primam numero ξζ. Erythras autem rex non alius quam Edomus Jacobi patriarchae frater viris doctis, nec immerito, habetur. Adi, si placet, Josephum Scaligerum ad Festi *AEgyptinos*, & Nicolai Fulleri miscellanea sacra lib IV, cap. XX. Postea ad plures remorum ordines deventum est; de quibus visendi quidem Lazarus Baifius & Gregorius Gyraldus in iis quae de re navali edidere, sed in primis ante alios magnus Scaliger ad numerum Eusebianum MCCXXX, & Willebrodus Snellius in praefatione ad suam histiodromicen.

Ibid. lin. 16. καὶ Ἑλικὴ καὶ Ἀρχεδίκη] Quae praecedunt, reliquias esse puto aliorum sororum aliquot nominum. Sed vero in dissentientibus apud veteres harum nomenclaturis Archedicen nullibi reperio. Hae sorte videntur lectae ad peragendum sacrificium; de quo proxime.

Ibid. lin. 17. ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ Παρα..άδι ἐν Λίνδῳ] Quid τὸ Παρα..άδι hic denotet, nisi regio fuerit Lindi urbis Paragas, aut hujusmodi quid dicta, fateor me prorsus nescire. Ex elementorum quae supersunt in marmore vestigiis elicuerit forsan quis ΠΑΡΑΡΑΔΙ aut ΠΑΡΑΓΑΔΙ. Sacrificabant autem virgines Minervae deae, cui fanum in littore ab eis exstructum scribit Strabo lib. XIV. Et Lindia Minerva, quae proculdubio eadem est, memoratur Apollodoro lib. II, Diodoro Siculo bibliothecae V, & Suidae, & Apostolio in Ῥοδίων χρησμός.

Ibid. lin. 18. ..... Ἐριχθόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις] Quicquid id fuerit quod de Agone Panathenaico superius sub Amphictyone, idque hujus periochae rebus decennio vetustius, traditum erat; hinc videtur liquere sub Erichthonio primo Agonem celebratum fuisse. Etiam primo eum hunc instituisse, scribunt Hellanicus, & Androtion, scriptores Attici, apud Harpocrationem: Ἤγαγε τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου· quae verba utrique tribuuntur. Ita etiam Apollodorus lib. III, Hyginus in poetico astronomico, in Heniocho; & commentarius vetus ad Arati phoenomena, quae Germanici Caesaris dicuntur. De sacro hoc certamine, quod duplex erat, si veterum testimonia velis, consulendus Josephus Scaliger in Eusebianis animadversionibus ad numeros DCCLXXXIX & MCCCCLIV; in primo de Emendatione Temporum, capite de periodo Delphorum Pythica; addendis eidem operi pag. 739, & in canonum lib. III. pag. 224, 225. Item Joannes Meursius in fortunae Atticae cap. III, & in libro de Panathenaeis singulari, cum eis quae congessit Petrus Castellanus in Ἑορτολογίῳ. Adde Eustathium ad Iliad. β. in illud Homeri, Κοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, quod de Panathenaica pentaeteride intelligit; praeter Coelium Rhodiginum lib. II, cap. XXVII, & Michaelem Apostolium centuria xv. 80.

Ibid. ἅρμα ἔζευξε] Hyginus poetici astronomici lib. II. *Alii*, inquit, *anguina crura habuisse Erichthonium dixerunt, eumque primo tempore adolescentiae ludos Minervae Panathenaea fecisse, & ipsum quadrigis cucurrisse; pro quibus factis inter sidera dicitur collocatus.* Quadrigis igitur in ipsis Panathenaeis certavit, & victor evasit primus. Virgilius Georg. III.

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Dum victorem ait fuisse, celebratos ab eo ludos indicat. Et frigide nimis ibi Servius, cui *victor* apud doctissimum poetam *sui propositi effector* tantum habetur. Eum tria equarum millia, quarum plerisque pulli erant, nutrivisse etiam meminit Joannes Tzetzes Chiliade III, cap. LXIII. Quadrigarum etiam inventionem Erichthonio tribuebant plerumque Graeci, saltem in Graecia. Eusebius

Eusebius numero DXLIII, *Erichthonius primus quadrigam junxit in Graecia. Erat quippe apud alias nationes.* Sed numero CCCCXLVII. *Trochilus primus fertur junxisse quadrigam.* Trochilus ille Callitheae filius erat, primae Junonis Argivae sacerdotis; ut Theon in commentariis ad Aratum. Callithyia Piranthi Spirantis, filia ea dicitur Africano apud Eusebium, Chronicorum parte priore, pag. 25. At quin Trochili nomen pro Argivo Orsilocho apud Hyginum, in Heniocho, substituendum sit, dubitare non possum. Alibi enim quisnam Orsilochus dictus quadrigarum inventor reperitur? Et de ea re, atque depravato apud alios Trochili nomine, optime Paulus Leopardus in Emendationum, lib. I, cap. XV. Tantum abest ut magno Scaligero assentiam ubi Corippi lacunam in Eusebianis hoc nomine supplet. Corippus, lib. I.

.... referam primum junxisse quadrigas,
Et currus armasse novos, Pelopemque secundum
In soceri venisse necem ———

Orsilochum referam legi vult ille; corrupto nomine ab Hygino desumpto. Thomas Dempsterus fidenter ibi *Cecropidem* pro *Erichthonio* inserit. Sensus placet; sed vocabulum insertum non omnino. Erichthonium junxisse primo quadrigas a Corippo ibi innui, non est cur non plane fateamur. Ea enim vulgo obtinuit opinio; ut scilicet Pelopem secundo, instituto etiam certamine. At vero *Cecropidis* nomine Erichthonium satis obscure designasset, neque aliter quam qui nude *Romulidis* singularem aliquem Romanorum imperatorem. Quid dubitemus *Heniochum referam primas*, &c. legere? Ita res ipsa suadet, & notissimum Erichthonii nomen; notissimum scilicet priscis astronomis, saltem quotquot eorum eum primum junxisse quadrigas cum plerisque sensere. Neque ideo est *Heniochus* magis appellativum quam proprium quod *aurigam* interpretetur. Ita migravit hic in proprium, uti olim etiam *Heniochi*, a Telchio & Amphito Castoris & Pollucis ἡνιόχοις seu aurigis, ad designandam gentem illam in Sarmatia; de qua Plinius lib. VI, cap. V. Etiam τὸ *auriga* ut proprium ejus nomen usurpatur, uti apud Arabas מאסך אלענאן seu *retinens habenas*, quod id ipsum cum *Heniocho* sonat; cum interim figuram huic nomini, ut proprio, interdum pingant Arabes mulum clitellatum erectum; quod ex Scaligeri notis in Manilium discimus. Sed vero & *Ophiuchus*, *Sagittarius*, *Arctophylax*, *Engonasin*, *Aquarius* non tam appellativa sunt quam propria in coelo nomina AEsculapii, Centauri, Arcadis, Herculis, Ganymedis, aut aliorum quos ibi finxit vetustas: Atque ita *Heniochus* Erichthonii, Corippi lacunae restituendus.

Ibid. ΕΖΕΥΞΕ] Non licuit per operarum formas omnes archetyporum figuras ubique repraesentare; quod tamen plerumque in universis, sed in prioribus binis exacte, fecimus, exceptis tantummodo Π & Ζ. de quibus & aliis aliquot ejusmodi rebus minutulis hic simul visum est monere. Τὸ Π tum in chronologico hoc marmore, tum in Smyrnaeorum decretis & foedere, perpetuo crus quod ad dextram vergit, habet dimidiatum, ad hunc modum Π. In recentioribus inscriptionibus quas dedimus utrumque crus aeque semper extenditur; & Ζῆτα etiam non aliter quam usitatis typographorum formis exaratur. In vetustioribus autem hisce binis Ζῆτα hac semper figura ⌶ occurrit, quae ἦτα ὕπτιον sive *Eta supinum* dicitur Alypio. Hanc autem ⌶ formam pro Ξ usurpatam nondum animadvertimus. Imo suspicamur virum doctum, qui id ex multis antiquitatum vestigiis a se observatum ait, affini figura deceptum esse. Vide Ortelii thesaurum geographicum in *Cyzicus* & in *Sangarius*. Et vereor sane ne τὸ Τ in ΚΥΤΙΚΗΝΩΝ (proculdubio pro Κυζικηνῶν) apud Adolphum Occonem in Antonini philosophi numismatis inde natum fuerit, quod vetus τὸ ζῆτα seu ⌶ figura eum qui descripsit fefellerit. De literarum Graecarum formis vetustioribus non est cur plura hic adjiciamus. De eis vide eruditissimam V. Cl Claudii Salmasii diatribam ad consecrationem templi in agro Herodis Attici, ubi etiam magni Scaligeri errores de Ionicarum formis, quas ad Eusebium memorat, meritissimo castigat. Τὸ Κ autem in Γ, & τὸ Ν in Μ, cum nempe finales essent, non aliter fere quam in compositione transiisse (quod a pronunciationis more fluxisse nemo dubitet) bina illa marmora legentibus palam est. Adjectum porro τὸ ν plerumque tertiis personis singularibus temporum aliquot & dativis casibus pluralibus, tametsi vocalis non sequatur, legenti observandum est. Neque de eo ita sentiendum ac si aut ab Attico idiotismo aut quadratarii errore manasset. Certe vetus mos Graece scribendi, ut videtur, id plerumque exigebat. Servatur in bibliotheca instructissima nobilissimi viri Roberti Cottoni mutilum Geneseos exemplar ante annos M, ni fallor, literis quadratis exaratum, in quo illa scribendi formula obtinet; ut cap VIII. Ἐξαπέστειλεν τὴν περιστερὰν ἐκ τῆς κιβωτοῦ, καὶ ἀνέστρεψεν πρὸς αὐτὸν ἡ περιστερὰ, καὶ εἶχεν φύλλον, &c. Passim in eodem codice eadem scribendi ratio.

Ibid lin. 19. Θεῶν μητρὸς ἐφάνη ἐν Κυβέλοις] De deorum matris, Rheae scilicet seu Berecynthiae, sacris nunc primo celebrari coeptis, verba fiunt. Phrygiae mons *Cybela*, *Cybeli*, & *Cybelus* dictus, etiam ipsi deae *Cybeles* nomen dedit. Strabo, Stephanus, alii.

Ibid. Καὶ Ὕαγνις ὁ Φρὺξ] Alexander, autor de rebus Phrygiis vetustus, apud Plutarchum libro de musica testatur item Ὕαγνιν πρῶτον αὐλῆσαι, *Hyagnin Phrygem primo tibiis cecinisse.* Et Apuleius fusius & eleganter, Floridorum I. *Hyagnis*, inquit, *fuit, ut fando accepimus, Marsyae tibicinis pater & magister, rudibus adhuc musicae seculis, solitus ante alios cantus canere; nondum quidem tam flexanimo sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia. Quippe adhuc ars ista repertu novo commodum oriebatur. Nec quidquam omnium est quod possit in primordio sui perfici; sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum quam rei experimentum. Prorsus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant cum Virgilianus opilio seu bubsequa,*

Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Quod si quis videbatur paulo largius in arte promovisse, ei quoque tamen mos fuit una tibia, velut una tuba, personare. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit. Primus duas tibias uno spiritu animavit. Primus laevis & dextris foraminibus acuto tinnitu & gravi bombo

bombo concentum musicum miscuit. Hujusmodi cantum Phrygium biforem nuncupavit Virgilius, AEneidos IX.

——— ite per alta
Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Ad quem locum Servius; *Bisonum, imparem. Et servavit eis tibiarum suarum, id est, Phrygiarum, naturam. Tibiae, porro* inquit, *aut Serranae dicuntur* (Sarranae; a Sarra, quae Tyrus est) *quae sunt pares, & aequales habent cavernas; aut Phrygiae, quae & impares sunt, & inaequales habent cavernas. Ergo biforem, dissonum, dissimilemque. Non sunt pari modulatione compositae.* Et, apud eundem, Varro de tibiis, maxime quarum inventor Hyagnis, id est, Phrygiis; *Tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo; quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem.* Inde est quod *tibiis* interdum *paribus dextris & sinistris*, etiam & *Sarranis*, ludos actos habemus apud Terentium; interdum *imparibus primum*, & *postea duabus dextris*, ut in titulo Heautontimoroumenou. Vide item Julium Pollucem lib. IV. & observa Midae Agrigentini tibicinis victoriam in Olympiadis OA anni tertii ἀναγραφῆς Scaligerianae, & schemata apud Gruterum in inscriptionum corpore, paginis 27, & 28. Atqui de tibiarum inventione vide plura apud Plutarchum de musica, Strabonem lib. X. Pausaniam in Corinthiacis, Aristotelem Politicorum VIII, cap. VI. Pindarum Pythionicarum XII, & ibi scholiasten, Martianum Capellam lib. IX, Eustathium ad Iliados σ, Eusebium in chronico Graece, pag. 32. Hyginum, Palaephatum, Ovidium. Adi item Julium Scaligerum poetices lib. I, cap. XX. Sunt vero qui ab hominum ferme initio tibiarum inventionem petunt. Etenim quae apud sanctum autorem in Geneseos cap. IV, commate 21, de Jubale habentur, ea de tibiis intelligunt. Ibi כנור ועוגב ei tribuuntur, quod κιθάραν καὶ ψαλτήριον interpretantur Hellenistae, alii *citharam & organa.* Sed paraphrasis Chaldaea utraque pro עוגב substituit אבובא *Abuba*, quae pro *tibia* etiam sumitur. Et *Ambubaiarum collegia* apud Horatium explicans Acro, *Ambubaiae*, inquit, *dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia sive symphonia Ambubaia dicitur.* De loco autem illo sacrae historiae consule Marinum Mersenium ad Genesim quaest. LXI. Caeterum Hyagnidi filii erant Marsyas & Olympus, musici celeberrimi. Sed corrigendus, puto, obiter Hyginus fabula CLXV, ubi *Marsyas Oeagri filius* legitur. *Hyagnis filius* restituendum videtur. Neque enim Marsyae, sed Orphei pater erat Oeagrus. De Hyagne vide porro Coelium Rhodiginum lib. IX. cap. VIII.

Ibid. lin. 20. .... κρέμβαλα Φρυγιστὶ] Potius syllabas in versione cauti retinuimus, quam id quod res est forte expressimus. Autorem scripsisse puto, τὴν ἁρμονίαν τὴν καλουμένην Φρυγιστὶ πρῶτος ηὔλησε, *Harmoniam quae Phrygia vocatur tibiis primus cecinit.* Athenaeus lib. XIV, Aristoxenus, inquit, τὴν τῆς Φρυγιστὶ ἁρμονίας εὕρεσιν Ὑάγνιδι τῷ Φρυγὶ ἀνατίθησιν, *Harmoniae Phrygiae inventionem Hyagnidi Phrygi assignat.* Nihil ejusmodi in Harmonicis Aristoxeni quae exstant reperitur. Sed scripsit etiam ille de tibiis, & περὶ αὐλῶν τρήσεως seu *de tibiis perforandis*, & de musica opus aliud, quae omnia, cum aliis summi viri lucubrationibus, interciderunt. In harum quas nominavimus aliqua hoc de Hyagnide occurrisse dubium non est. Sed singularem nostro hic esse harmoniae Phrygiae notionem mox ostendimus.

Ibid. καὶ ἄλλους Νόμους] *Nomos* etiam in versione retinuimus, non sine virorum doctorum exemplo. Idem ipsum est vocabulum quod *leges* sive *civiles*, sive alias quae ad administrationem publicam attinent, significat: Sed hic ad musicam spectat. Νόμων autem musicorum notio plerumque duplex est; altera ex altera, ut fit, nata. Interdum, idque primario, praescriptae regulae sonorum, phthongorum, chordarum, τάσει seu intentioni, ἄρσει, θέσει & diastematis, quas ultra progredi citrave regredi non licuit, Νόμοι dicebantur. Et tum singula instrumenta musica tum ipsae cantiones suos habebant praescriptos nomos, quorum unicuique erat οἰκεία τάσις seu *intensio propria*, ut docet Plutarchus. Citharae praescripti νόμοι κιθαρῳδικοὶ dicti, tibiis αὐλῳδικοί. Ita νόμοι λυρικοί. Et musica inde *legitima* erat; de qua re vide Boethii initium, Athenaeum lib. XIV, Plutarchum libro de musica. Atque hujusmodi nomorum autores praeterea dicuntur qui chordas & tonos adjiciebant. Inde Terpander (de quo plura infra) cum citharam seu lyram septichordem primo, ut volunt nonnulli, fecisset, nomos etiam, ut necesse erat, simul fecit chordarum numero accommodos; & κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτέθηκε, *secundum quemlibet nomum & Homeri & suis carminibus heroicis modos aptavit*, quod ait Plutarchus. Timotheo item Milesio, qui chordas porro auxit, nomi similiter novi tribuuntur; ut auloedici, hoc sensu Clonae tibicinum principi. Nec dubitandum etiam nomorum hac notione autorem fuisse Hyagnidem, qui item lyricus Orphei tetrachordo Chorebi quinto nervo aucto, sextum etiam adjecit, ut testantur Boethius de musica lib. I, cap. XX. Hoc sensu usurpatur vocabulum in hymno ad Apollinem qui Homeri dicitur, sed Cynaetho, qui circa LXIX Olympiadem floruit, ab aliis tribuitur, ut videre est apud scholiastem in Pindari Nemaeorum II.

Πάντη γάρ τοι, Φοῖβε, νόμος βεβλήαται ᾠδῆς.

Et Athenaeus lib. XIV, *apud Arcadas*, inquit, *pueri ab infantia* ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμον τοὺς ὕμνους καὶ Παιᾶνας οἷς ἕκαστοι, κατὰ τὰ πάτρια, τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι. Μετὰ δὲ ταῦτα, τοὺς Τιμοθέου καὶ Φιλοξένου νόμους μανθάνοντες χορεύουσιν κατ' ἐνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐληταῖς ἐν τοῖς θεάτροις, *Cantare solent juxta leges*, seu *nomos*, *hymnos & paeanas quibus singuli, ut mos patrius obtinet, gentis suae heroas & deos celebrant. Dein vero, Timothei & Philoxeni nomos edocti, saltant quotannis in theatris ad tibicinum cantum, qui Bacchanalibus inserviunt.* Quod autem specimina nomorum cantiunculis expressa erant, inde varia illa, sive a primis cantiuncularum verbis, sive a metri aut rhythmi ratione, sive ab alia ejusmodi causa, nomina nomis, hac notione, indicta, puto, habemus apud Plutarchum & Pollucem lib. IV. quos vide. Neque aliter Plutarchum intelligendum sentio ubi νόμους πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίστασθαι, *Nomos antiquitus ex carminibus heroicis compositos*, ait, & Timothei exemplum affert, quam si dixerat heroicis carminibus maxime expressa

preſſa fuiſſe prima Nomorum ſpecimina; quorum libros XVIII compoſuit Timotheus ille; ut teſtis eſt Stephanus περὶ πόλεων, in Μίλητος. Ita etiam capienda quae de Terpandro atque aliis habet Proclus in Chreſtomathia. Et ab ejuſmodi nomorum varietate tibicinum ἀρχινομοάοιδος dicitur Teleſti Selinuntio apud Athenaeum libro jam citato. Neque forſan aliter intelligendum eſt illud, Ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμων, apud Pindarum Pythiorum XII, quam de multiplicibus tibiarum cantui praeſcriptis legibus. Vide tamen ſcholiaſtem ibidem, & Polycephalum νόμον apud Plutarchum. Scribit etiam Plutarchus Timotheum, nomis carminibus heroicis aptatis, dictionem nihilominus dithyrambicen ſeu λέξιν διθυραμβικὴν *cantaſſe*, ne citius quam par erat videretur veterem muſicam innovaſſe. Quod perpendant qui veterem muſicam callent, & ſimul morem illum Graecorum notulas ſeu figuras, alias ad dictionem, alias ad pulſum denotandum, adſcribendi recolant. Nam in cantionum ſuarum diagrammatis duplices habebant figuras ſeu notas muſicas; alias, quae inferiores, ad inſtrumentorum phthongos ſeu pulſum, alias, quae ſuperiores, ad dictionem ſpectantes, utraſque memorat & exhibet Boethius de Muſica lib. IV, cap. III. Et de eis (quod in eorum gratiam qui fugientia veterum artium veſtigia revocare ſtudent obiter liceat adnotare) Alypius in Iſagoges praefatione, Σημεῖα, inquit, τὰ μὲν ἄνω τῆς λέξεως, τὰ δὲ κάτω τῆς κρούσεως, *Figurae ſuperiores dictionem indicant, inferiores pulſum.* Finita autem praefatione, ſequitur in codice meo MS. Λυδίου τρόπου σημεῖα κατὰ τὸ διάτονον γένος, *Lydii modi figurae in genere muſices diatonico.* Dein vero, hae figurae, minio notatae, & ad hunc modum diſpoſitae,

Octodecim ſcilicet haec figurarum paria Lydii modi, in genere diatonico, phthongos ita ſignabant ut inter canendum ſuperior dictionem, inferior cujuſque paris pulſum denotaret. Primum nempe par, quod ζῆτα ἐλλιπὲς καὶ ταῦ πλάγιον vocabant, προσλαμβανόμενον; atque illud dictionem, hoc pulſum. Secundum quod, Γ ἀνεστραμμένον καὶ Γ ὀρθὸν dixere, ſimiliter τὴν ὑπάτην ὑπατῶν. Atque ita deinceps in phthongorum ſyſtemate. Eadem ratione id genus aliae figurae caeterorum modorum & generum, enharmonici nimirum & chromatici, phthongos itidem ſignabant. Quod tamen me ſatis intelligere profiteri non auſus ſum. Autorum verba duntaxat & figuras de hac re adjicio, ut melioris nimirum judicii acumen exſpectent. Mentem autem hic de dictione & pulſu adſequi hactenus (neque fateri pudet) nequivi. Sed vero ita paſſim intelligendus Alypius, ut figura quae ei primo nominatur pro ſuperiore habeatur; tametſi non ſolum in codice meo, quae Chriſtophori Longolii erat, ante annos C aut circiter manu exaratus, ſed etiam in MSS. tam Gaudentii Iſagoges muſicae quam Alypii exemplaribus, tum bibliothecae Mertonenſis tum Bodleianae Oxoniis, altera cujuſlibet paris figura alteram in porrectum plerumque ſequatur, & proprius ille male negligatur omnino ſitus quo diverſa utriuſque officia notari debuiſſent. Nam in codicibus illis miniata delineatio figurarum deſcriptioni illi, quae ſola in vulgatis habetur, acceſſit. De figuris etiam hiſce Gaudentius ſub Iſagoges finem; Ἐχρήσαντο, inquit, οἱ παλαιοὶ ὀνόμασι πρὸς τὴν σημασίαν τῶν ὀκτωκαίδεκα φθόγγων, καὶ γράμμασι τοῖς καλουμένοις Σημείοις, ὧν (lege περὶ ὧν) νῦν ῥητέον. Ἡ τῶν μουσικῶν σημείων ἔκθεσις γέγονε μὲν ἐπὶ σημειώσει τῶν φθόγγων, ὅπως μὴ τὰ ὀνόματα καθ' ἕκαστον γράφοιτο, καὶ ἑνὶ δὲ σημείῳ δύναιτό τις ἐπιγινώσκειν καὶ ἀποσημειοῦσθαι φθόγγον. Et poſtea, Ἔθεσαν δὲ διπλᾶ καθ' ἕκαστον στίχον τὰ σημεῖα, ὧν τὸ μὲν ἄνω τὴν λέξιν ἀποσημαίνει, τὸ δὲ κάτω τὴν κροῦσιν. Id ipſum dicit quod Alypius. Et ad eandem rem Ariſtides Quintilianus, περὶ Μουσικῆς lib. I. τοῖς μὲν κάτω τὰ κῶλα καὶ τὰ ἐν ταῖς ᾠδαῖς μεσαυλικὰ ἢ ψιλὰ κρούματα, τοῖς δὲ ἄνω τὰς ᾠδὰς χαρακτηρίζομεν. Codex Ariſtidis Quintiliani manuſcriptus habetur tam in bibliotheca Magdalenenſi Oxoniis quam Bodleiana. Sed Magdalenenſis eſt vetuſtior. Scripſit de muſica tres libros ad τιμιωτάτους ἑταίρους Euſebium & Florentium, & compluria habet de figuris muſicis, earum ratione, uſu, ſitu, quae neque apud Alypium nec Gaudentium reperiuntur. Quae autem ex manuſcriptis hiſce Oxonienſibus huc tranſtulimus, cum quamplurimis aliis notatu digniſſimis, quibus nempe locus hic non eſt, ea omnino debemus inſigni humanitati V. Cl. & eruditiſſimi Petri Turneri ſodalis Mertonenſis, qui nobis ea communicare amiciſſime dignatus eſt. Fuſius haec explicent qui muſicam callent, & cum Bacchii τοῦ γέροντος, autoris Graeci vetuſti, Iſagoge comparent. Bacchius habetur integer apud Marinum Merſenium in Geneſim, pag. 1887. Eundem etiam Marinum de hac re conſulant, paginis 1883, 1666, & 1707. Atque hiſce quae obiter indicavimus rite intellectis, cognoſci demum, opinor, ſatis poterit quale fuerit διάγραμμα illud ſeu σχῆμα ἐπίπεδον τὰς τῶν μελῳδουμένων περιέχον δυνάμεις, *figura plana vires eorum quae canuntur continens* apud veteres Graecos, uti appellatur Cleonidi in Harmonica quae Euclidi vulgo tribuitur. Diagrammatum vero ſeu σημείων hujuſmodi (*Tablature* hodie vocamus) primum faciunt nonnulli autorem Stratonicum citharoedum; de qua re conſule virum ſummum Iſaacum Caſaubonum in animadverſionum in Athenaeum lib. VIII, cap. XII. Alius omnino & multo ſimplicioris generis ſunt notulae recentiores Graecorum, quas habet Merſenius in Geneſis caput IV, quaeſt. LVI, pagina 1527. Vide porro eundem quaeſt. LVII, artic. 17, pag. 1694. & quas V. Cl. Jano Rutgerſio oſtendit Graeculus ille de quo lepidiſſimam habet vir ille doctiſſimus politiſſimuſque narrationem. Sed ad nomos redimus; de quibus vide etiam Coelium Rhodiginum lib. IX. cap. III. & Scaligerum poetices lib. I. cap. XIX. Et in prima hac notione uſurpari opinor νόμον a Maximo Tyrio Diſſertatione VII. ubi οὐδὲ γὰρ, inquit, ἐν μουσικῇ μελῶν εἰς νόμος οὐδὲ εἷς χρόνος. Id genus alia ſunt. Altera τοῦ νόμου notio eſt quando pro ipſo genere cantici tam ex vocabulorum ſcilicet metris aut rhythmis quam modulis muſicis legitimis in honorem deorum maxime compoſito ſumitur. Hanc a prima defluxiſſe palam eſt. Cantica nempe quaedam ſecundum nomos formata

formata etiam ipſa *nomi* tandem dicta; ut in eccleſiis tam orientali quam occidentali cantus ſacri *horae* qui horis canonicis canuntur. Sed ad ea cantica quae in deorum honorem componebantur *nomorum* vocabulum etiam reſtrictum eſt, non aliter fere quam *verſus*, *antiphona*, *introitus*, *pſalmus*, *hymnus*, & id genus caetera, quae ex origine ſua latiſſime patent, ad ſacras in chriſtianiſmo cantiones. Etiam in choris praecipue canebantur nomi, ſed ſine antiſtrophis. Nec omnia in choris cantica nomi dicti. Ariſtoteles problemate XIX, ſect. XV. Διὰ τί οἱ μὲν νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο· αἱ δὲ ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαί; *Unde factum eſt quod nomi ſine antiſtrophis peragebantur, aliae autem quae ad choros ſpectant cantilenae non item?* Vide quae ſequuntur. Et de nomis hoc ſenſu conſule, ſi placet, praeter Plutarchum, Suidam in Timotheo, in Ὄρθιον & in Ἁρμάτειον, & Suetonium in Nerone cap. XX. Proclus autem in Chreſtomathia, diviſo in tria genera carmine melico, quorum primum ait ad deos ſpectare, ſecundum ad homines, tertium εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις ſeu *ad ea quae obiter eveniunt*, ad deos ſpectare ait Hymnum, Proſodium, Paeanem, Dithyrambum, Nomon, Adonidia, Iobacchum & Hyporchemata. Atqui in ſingulari omnium explicatione nomon Apolloni proprium facit. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ, *quin & ab Apolline nomen ſumpſit.* Νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπεκλήθη, *nam & Apollo Nomimus nuncupabatur.* Νόμιμον eum dictum non memini, Νόμιον ſaepius, uti & Νομικὸν melopoeiae ſpeciem, quae item νητοειδὴς vocabatur. Martianus Capella lib. IX. *Neotides quae &* νομικὸς *conſuevit vocari, quae plures ſonos ex ultimis recipit.* Nomen utrumque forte a nomi, quam tractamus, notione deductum. Nomos autem Apollini proprios fuiſſe, nullus omnino credo. Nomus ὄρθιος Palladi ſacer erat, uti etiam ἁρμάτειος, ut aliqui apud Heſychium; licet etiam hic de Hectore curru ſeu ἅρματι tracto nonnullis accipiatur. Vide Suidam. Et noſter hic plane Proclo adverſatur. Quin πρὸς τοὺς θεοὺς νόμοι apud Graecos in uſu memorantur Plutarcho. Et Polluci lib. IV. Nomi tam Jovi & Palladi quam Apollini tribuuntur. Sed vero de vocabuli ratione Ariſtoteles Problemate XIX, ſect XXVIII. Διὰ τί νόμοι καλοῦνται οὓς ᾄδουσιν; ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται, ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασι, καὶ τῶν ὑστέρων οὖν ᾠδῶν τὰς πρώτας τὸ αὐτὸ ἐκάλεσαν ὅπερ τὰς πρώτας; *Unde evenit quod nomos quos canunt, ita nominantur? Anne inde fit quod, priuſquam literas callebant, leges cantabant, ne ſcilicet earum obliviſcerentur, id quod etiamnum Agathyrſis in uſu eſt; atque adeo recentiorum cantilenarum primarias eo vocabant nomine quo ipſas primas?* Certe memorant alii Graecis in uſu antiquitus fuiſſe leges & decreta ad lyram recitare. Harmonia apud Martianum Capellam lib. IX. *Quid pacis*, inquit, *munia? Nonne noſtris cantibus celebrata? Graecarum quippe urbium multae ad lyram leges decretaque publica recitabant.* Et de ea re vide quod infra habemus de Terpandro. Nihilo ſecius, ſummi philoſophi pace, perſuaſum non poſſum non habere, primariam vocabuli cauſam eandem fuiſſe quam ex Plutarcho ſupra adtulimus, nec a canendis legibus omnino emanaſſe. Duplici hac *Nomi* notione non animadverſa, plurima de veterum & muſica & poeſi loca male capi neceſſe eſt. Sed deſiit plerumque prima; poſtquam muſicis legibus, etiam autoritate publica olim ſubnixis, ſoluti, pro artificum ingenio ad alios atque alios chordarum & phthongorum tum numeros tum intenſiones, ut hodiernus mos eſt, tranſire ſolebant. Et ſecundae uſus frequens erat; unde & marmoreo noſtro autori hic ἄλλοι νόμοι. Sed dum ἄλλους dicit, mutilam illam periochae partem, quae praeceſſit, de nomo etiam intelligendam innuit. Harmoniam illam Phrygiam, quam Hyagnidi tribuit, non modum duntaxat fuiſſe Phrygium, non nomos prima notione modo Phrygio praeſcriptos cenſeo, ſed cantilenarum ipſarum modulis inſtructarum genus, ſeu melica carmina quae deum matri propria etiam νόμοι Φρύγιοι dicebantur. De eis locutus eſt, puto, Teleſtes Selinuntius, ubi Phrygium hujus numinis nomum a Pelopis comitibus in Graeciam primum traductum ſcribit, & hymnum Lydium diſerte ſimul memorat:

> Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ἑλλήνων ἐν αὐλοῖς
> Συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
> Φρύγιον ἄεισαν νόμον.
> Τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς
> Κρέκον Λύδιον ὕμνον.

Leguntur apud Athenaeum in XIV. Nam ut hymnus Lydius plane cantilena hic, ita nomus Phrygius. Sic νόμος Perſicus, eodem libro, Diogeni tragico memoratur. Ita etiam recte interpretatus eſt B. Hieronymus Euſebium (modo verbo *Citharicorum* venia detur) ubi Meſomedem Cretenſem ſub Antonino Pio, *Citharicorum carminum muſicum poetam* vocat, quem Euſebius, numero ΒΡΞ, ποιητὴν νόμων κιθαρῳδικῶν appellat; uti ad J. Capitolinum doctiſſime animadvertit etiam V. Cl. Claudius Salmaſius contra magnum virum qui non modo, notis ad Euſebium, aliter omnino hallucinatus ſcripſit; verum etiam inde, memoriae lapſu, in prolegomenis, D. Hieronymum quid νόμοι eſſent λυρικοὶ ne minimum quidem odoratum eſſe temere ſatis aſſerit. Sed error fuit etiam plurium, νόμους pro modis tantum accepiſſe. Tam autem modorum quam ſacrorum carminum ad citharam aptatorum poeta erat Meſomedes, uti & fuerant quamplurimi alii; tametſi ſaepius etiam in ſcena operas ſuas poetis locarent tibicines, & modos faciebant, ut videre eſt apud Terentium. Certe tam modos quam carmina, ſeu dictionem ſive metricam ſive rhythmicam componere ejuſdem erat ſeculis vetuſtiſſimis; unde cantores & ἀοιδοὶ poetae paſſim dicti. Et trajectio eſt jocularis literarum apud Heſychium, ubi habent vulgati codices, Βαρδοὶ, αἱ ὁδοὶ παρὰ Γαλάταις. Quod vir doctiſſimus & de Graecis praeſertim literis maxime meritus utraque Gloſſarii editione accipit ac ſi *bardi vias*, quae ὁδοὶ ſunt, Gallis ſignificaſſet. Dejerare auſim ſcripſiſſe Heſychium, Βαρδοὶ, ἀοιδοὶ παρὰ Γαλάταις, *Bardi poetae*, ſeu *cantores*, *ſunt Gallis*, uti etiam Britannis; quod ex Athenaeo, Marcellino, aliis ſcimus. Et Feſtus diſerte, *Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit.* De *bardi* porro voce videſis Turnebi Adverſaria, lib. XXIII, cap. XV.

Ibid. Νόμους Μητρὸς, Διονύσου, Πανος] Praeter nomos Deum Matri proprios, etiam alios ei, Baccho, Pani, Satyris, communes cecinit primum Hyagnis

Hyagnis Phryx. Et modus *Phrygius*, ante alios, *religioſus* ſignanter dicitur Apuleio, Floridorum primo. De communibus horum ſacris, unde orta & nomorum ſeu cantilenarum communio, conſule inprimis Strabonem libro X, ubi de Curetibus agit, & Euripidis Bacchas. In nomis hiſce, & qui fuere caeteris diis dicati, mira erat & ridicula theogoniarum, amorum, peregrinationum, fraudum, portentorum ſeges, & ſexcenta tam puerilia quam fabuloſa. Neque aliter fieri potuit. Atque inde recte capiendus eſt locus philoſophorum principis hactenus a viris alioquin doctiſſimis alio per tot ſecula, idque ſubinde pueriliter nimis, detorſus. In Metaphyſicorum II, cap. III. de potentiſſima conſuetudinis vi locutus, Ἡλίκην δὲ ἰσχὺν, inquit, ἔχει τὸ σύνηθες, οἱ νόμοι δηλοῦσιν, ἐν οἷς τὰ μυθώδη καὶ παιδαριώδη μεῖζον ἰσχύει τοῦ γινώσκειν περὶ αὐτῶν, διὰ τὸ ἔθος, *Qualis ſit conſuetudinis vis etiam ipſi nomi demonſtrant, in quibus fabuloſa & puerilia, eo quod eis aſſueti ſumus, plus valent quam vera eorum cognitio.* Etiam ratio eadem in loci interpretatione forte obtinebit. Commentariis enim aſſuevimus plerumque, qui de legibus ſive civilibus, ſive gentium, philoſophum loqui dictitant; quo nihil fabuloſius, aut puerilius Ubinam amabo habentur, ſive apud veteres Graecos, ſive alibi, ejuſmodi leges? Legum, imperiis in quibus vim ſortiuntur, aliquando nonnullae ineptae reperiuntur; Enantiophanῶν in eis cumulus non deeſt; rabularum forenſium ſaepe diſtorquentur vafritie; alia eis inſunt, & in plerarumque gentium legibus ſemper inerant, quae emendatione, explicatione, obrogatione, abrogatione indigent. Sed quam fabuloſa & puerilia nihil omnino minus. Etiam perquam puerile eſt quod habet hic Alexander Aphrodiſienſis de fabula dentium ſatorum unde homines prognati; ac ſi inde pro patria pugnandum fore lex exegiſſet. Et Prudentius Petrus Fonſeca in explanatione capitis, poſtquam vulgatam de legibus civilibus opinionem tradiderat, *Fortaſſe*, adjicit, *tamen nomine* τῶν νόμων *intelligit Ariſtoteles veteres quaſdam cantilenas*, & ad Problemata lectorem relegat.

Pag. 1451. lin 22. ... ΑΩΝΙΑΝ] Aut ita legendum, aut ... ΔΩΝΙΑΝ Puto ſcilicet aut *Apolloniam* innui, aut *Cydoniam*, quae eadem Cretae urbs erat. Sed *Apollonia* dicta, Minoe Creta regnante. Vide Stephanum in Κυδωνία, quod nomen poſtea natum.

Ibid. lin. 26. Κόρης τε ἁρπαγὴν] De Cerere, Triptolemo, Proſerpina in mutilis hiſce periochis egiſſe autorem liquet. Monemus nos tantum, utcunque Myſteriorum ſeu Eleuſiniorum initia hoc loco collocanda fuerint (de qua re videſis Euſebium numero DCXIX) tamen veſtigia tam hujus quam proximae periochae, quae ſuperſunt Graeca, ſive de Muſaeo, ſive Eumolpo, ſive de utriſque, quibus Myſteria a nonnullis tributa ſunt, breviuſculam narrationem prae ſe ferre. Vide Suidam in Μουσαῖος & in Εὔμολπος. De muſaeis conſule J. Meurſium Atticarum lectionum lib. II. cap. XIX. & de Eleuſiniis, libri ejuſdem ſingularis cap. II. Eleuſinia autem, quod docti ſciunt, duplicia erant; majora, & minora. Majora menſe Boedromione, ſeu ſub autumnum, minora Antheſterione, ſeu tempore verno, peragi ſolebant. Et utriuſque feſti tempeſtatum & nominum diſcriminis rationem a ſolis ad aequinoctia acceſſu & receſſu petit Julianus imperator in oratione εἰς μητέρα τῶν θεῶν, idque ac ſi myſteria utraque, utcunque nomine tenus Cererem & Proſerpinam, revera tamen ſolem ipſum, quem velut ſummum ad gentilitatis theologiam deum colebant, primario reſpexiſſent. Τὸν ἰσημερινὸν κύκλον, inquit ille, ἡ θεὸς αὐτὴ κατενείματο. Τελεῖται γὰρ περὶ τὸν Ζυγὸν Δηοῖ καὶ Κόρῃ τὰ σεμνὰ καὶ ἀπόρρητα μυστήρια· καὶ τοῦτο εἰκότως γίνεται. Χρὴ γὰρ καὶ ἀπιόντι τῷ θεῷ τελεσθῆναι πάλιν, ἵνα μηδὲν ὑπὸ τῆς ἀθέου καὶ σκοτεινῆς δυσχερὲς πάθωμεν ἐπικρατούσης δυνάμεως. Δὶς γοῦν Ἀθηναῖοι τῇ Δηοῖ τελοῦσι τὰ μυστήρια· ἐν αὐτῷ μὲν τῷ Κριῷ, τὰ μικρά φασι μυστήρια· τὰ μεγάλα δὲ περὶ τὰς Χηλὰς (τὸν Ζυγὸν potius legendum) ὄντος ἡλίου, δι' ἃς ἔναγχος ἔφην αἰτίας· Μεγάλα δὲ ὠνόμασαι καὶ μικρὰ νομίζω, καὶ ἄλλων ἕνεκα, μάλιστα δὲ, ὡς εἰκὸς, τούτου ἀποχωροῦντος τοῦ θεοῦ μᾶλλον ἤπερ προσιόντος· Διόπερ ἐν τούτοις ὅσον εἰς ὑπόμνησιν μόνον ἅτε δὴ καὶ παρόντος τοῦ σωτῆρος καὶ ἀναγωγοῦ θεοῦ, τὰ προτέλεια κατεβάλλοντο τῆς τελετῆς· Εἶτα μικρὰ ὕστερον ἁγνεῖαι συνεχεῖς, καὶ τῶν ἱερῶν ἀγιστεῖαι· Ἀπιόντος δὲ λοιπὸν τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν ἀντίχθονα ζώνην, καὶ φυλακῆς ἕνεκα καὶ σωτηρίας αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἐπιτελεῖται τῶν μυστηρίων. Orationem Juliani, unde hoc deſcripſimus, MS. mecum pridem communicavit, uti ſolet id genus alia, pro ſua humanitate, vir doctrina & morum ſuavitate inſignis Patricius Junius bibliothecarius regius; & de hoc loco me monuit. Integram orationem cum duabus aliis apoſtatae nondum in lucem editis ante ſexennium tranſmiſit ad V. Cl. doctiſſimumque Dionyſium Petavium, qui eas publici juris facere pollicitus eſt.

Ibid. lin. 29. Καθαρμὸς πρῶτον] Luſtratio urbis, quae in Thargeliis ſeu VI die Thargelionis quotannis celebrari ſolita eſt, forſan intelligenda. Urbem ſcilicet immolatis duobus viris, pro viris altero, altero pro ſexu ſequiori, februabant. Vide Harpocrationem in φαρμακὸς, Helladium apud Photium cod. CCLXXIX, pag. 1590. Joannem Tzetzem Chiliad. V, cap. XXIII. & Chil. VIII, cap. CCXXXIX. Michaelem Apoſtolium centuria XVI, 3. & Suidam in περίψημα. Adde Meurſii Atticarum lectionum lib. IV, cap. XXII. & Graeciae Feriatae lib. IV, in Thargeliis. Feſtum ejuſmodi menſe Februario Romanis erat. Vide Pompeium in Februario. Et Februa victimis humanis peracta ex veteribus copioſe narrat praeſtantiſſimus vir Hugo Grotius in defenſione fidei catholicae. Victimas autem humanas ſeu ἀνθρωποθυσίας plerumque ſuſtulit Adrianus imperator; quod memorat Porphyrius lib. II. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.

Ibid. lin. 30. Ἐν Ἐλευσῖνι ὁ γυμνικὸς] De agone non capere nequis, ſeu certamine Eleuſinio. Myſteria Eleuſinia alia erant; neque de his agitur. Hallucinati vero ſunt etiam doctiſſimi viri qui certamen Panathenaicum idem cum Eleuſinio fuiſſe putarunt. De illo ſatis ante dictum eſt. De utroque Ariſtides in Παναθηναϊκῷ, Ἐνδοξότατοι πάντων, inquit, οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες. καὶ μὲν τούτων πρεσβύτατος ὁ τῶν Παναθηναίων, εἰ δὲ βούλει, ὁ τῶν Ἐλευσινίων, *Celeberrima aeſtimantur Graeciae certamina. Horum autem vetuſtiſſimum eſt Panathenaicum, aut, ſi mavis, Eleuſinium.* Nam de tempore Eleuſinii inſtituti ne Ariſtidi quidem ea in oratione conſtitiſſe cenſeo; ſententiam ſaltem eum diſſimulaſſe; unde nata eſt illa de utriuſque vetuſtate vacillatio; quam male interpretati viri alioquin praeſtantiſſimi utrumque certamen confundere.

dere. Sed & ipse Aristides in Ἐλευσινίῳ, ἀγῶνα, oratorie saltem dixit, γυμνικὸν φησὶ πρῶτον Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὸ ἆθλον εἶναι τὸν καρπὸν τὸν φανέντα, πειρωμένων τῶν ἀνθρώπων, ὅσον εἰς ἰσχὺν ἐκ τῆς ἡμέρου τροφῆς ἐπέδοσαν, *Primum gymnicum certamen Eleusine peractum esse, cum quidem ex frugibus natis constaret praemium; periculum facientibus hominibus, quantum ipsis ex alimento mansueto roboris accessisset.* Sed & aperte distinguuntur apud optimum Pindari scholiasten ad Olympiorum εἶδ. VII. De Rhodio pugile, ἤτοι, inquit, τὰ Παναθήναια νενικηκώς, ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια, ἢ τὰ Ἐλευσίνια, ἢ τὰ Πανελλήνια. Et diserte in Chrestomathia Helladius, Ὅτι πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνέστη, εἶτα τὰ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πελίᾳ τεθνηκότι προὐθηκαν ἆθλα Θετταλοί, *Primo Panathenaea instituebantur, deinde Peliae mortuo Eleusinia certamina instituerunt Thessali.* Caetera facit recentiora. Vide Photium pag. 1590. Adi, si placet, Petri Fabri Agonistici lib. III. cap. XXIX.

Ibid. lin. 31. Λυκαῖα] De Lycaeis Arcadum, seu Lupercalibus, uti etiam nonnullis vocantur, vide Eusebium numero DCCCLXVI, atque ibi Scaligerum, praeter J. Meursium Graeciae Feriatae lib. V. Quae veteres de hisce sacris habent, ab illis simul exhibentur.

Ibid. lin. 32. Ἡρακλῆς] Herculis labores aliquot sub Aegeo rege collocantur apud Eusebium numero DCCLXVIII. Sed quid noster hic voluerit, conjectarint perspicaciores.

Ibid. lin. 33. Ἀθήνησι........ς τῶν καρπῶν] στέρωσις τῶν καρπῶν lego. *Ex quo sterilitas frugum contigit.* De ea Plutarchus in Theseo, uti etiam de oraculo a populo Atheniensi consulto, Minoe, &, quae, ni fallor, hanc periocham integram occupabant, caeteris.

Ibid. lin. 35. Ἀθηνῶν τὰς δώδεκα πόλεις] De hac re consule item Plutarchum in Theseo, Pausaniam in Atticis, Eusebium numero DCCLXXIX, atque ibi Scaligerum.

Ibid. καὶ τὴν Δημοκρατίαν] Adeo ut popularis libertatis osoribus seu ὀλιγάρχοις solenne inde fuerit Theseum, veluti omnium primum autorem malorum civitati, incusare; quod notat Theophrastus capite περὶ ὀλιγαρχίας. Videsis Isocratem in Panathenaica, & Sigonium de republica Atheniensium lib. I. cap. V.

Ibid. lin. 36. τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα] De Isthmiis Melicertae sacris a Glauco institutis, iisque nocturnis, quae mysteria potius quam certamina erant, in certamen Isthmium a Theseo mutatis, vide Apollodorum lib. III. Hyginum fabula CCLXXIII, Pausaniam sub Atticorum finem & Corinthiacorum initium, praeter Plutarchum; ubi etiam Sinin seu Sinnin (de quo hic noster) occisum, manesque ejus hac instauratione placatos, habemus.

Ibid. lin. 37. καὶ τὸν ἀγῶνα] Nisi hic de certamine Olympico instaurato verba fecerit, nec ariolari omnino possum quodnam certamen innuerint orationis reliquiae, neque in marmore quidquam de Olympico certamine memorari videtur. Certe Agon Olympicus Eusebio ab Hercule instituitur, Theseo rege. An de instaurato agone ab Atreo locus capiendus? Vide de Olympici agonis vetustioribus instaurationibus Scaligerum in canonum, lib. III. pag. 283.

Ibid. lin. 38. lacuna plane ita supplenda, Ἀφ' οὗ οἱ Ἕλληνες εἰς Τροίαν ἐστράτευσαν, quod idem est quod vertimus.

Ibid. lin. 39. δευτέρου ἔτους] Quadratarii incuria omissum est proculdubio hic εἰκοστοῦ καὶ, ita ut annus Menesthei vigesimus secundus ab autore signatus fuerit. Nam si anno ejus XIII expeditionem fecere, quid hoc est, anno II Trojam cepisse? Res palam est. Numerorum autem notae, tum de expeditione tum de Troja capta, subobscurae sunt in marmore. Nec tamen alias quam quas repraesentamus credet quisquam qui optima perspicillorum fide, etiam justa elementorum alibi in marmore quantitate nixus, eas denuo elicuerit.

Ibid. μηνὸς Θ........] Alius quam Thargelion mensis esse nequit. Neque enim alius mensis sive a Θ, sive ab aliqua figura huic simili incipit. Attici item scriptores Thargelione mense Trojam captam plerumque tradunt; de qua re postea in canone chronico.

Ibid. lin. 40. ......γίσθου θυγατρὶ] Nata est Aegistho & Clytaemnestrae filia, Helena dicta, quam cum utroque parente trucidavit Orestes. De ea, Ptolemaeus Hephaestio apud Photium Cod. CXC.

Ibid. lin 41. Ὀρέστης ἐνίκησεν] Capitale in Areopago judicium in causa Orestis, qui Aegisthum adulterum & Clytaemnestram matrem interfecerat, habes apud Aeschylum in Eumenidibus. Et vide Scholiasten ibi. Etiam Eusebio τὰ περὶ Ὀρέστην sub Demophonte rege collocantur. In marmore aperte legitur ἐν Ἀρείου πάγῳ pro Ἀρείῳ.

Ibid. lin. 42. .... Κύπρῳ Τεῦκρος] De Teucro Telamonis F. & posteritate ejus in Cypro insula consule Pausaniam in Corinthiacorum primo, & Strabonem lib. XIV. legendum puto, Ἀφ' οὗ τὴν Σαλαμῖνα ἐν Κύπρῳ Τεῦκρος ᾤκισεν, *Ex quo Salaminem in Cypro condidit Teucer.* De ea re videsis item Servium ad illud Aeneidos I.

——genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum——

& Isacium Tzetzem ad Lycophronem, pag. 80. A Trojae excidio reversus hoc fecit. Fusius rem memorat Stephanus Lusignanus Cyprius in Cypri Chorographia Italice scripta.

Ibid Ἀφ' οὗ Νη..εὺς] Νηλεύς. Quae ad migrationem hanc Ionicam e Graecia tertiam, Neleo duce factam, & ad urbes, quae hic nominantur, sive conditas sive instauratas spectant, vide apud Pausaniam sub initium Achaicorum, Strabonem lib. XIV. maxime vero Aelianum Variar. Hist. lib. VIII, cap. V.

Ibid. lin. 44. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως] At tunc rex erat Athenarum sive Medon, Codri filius, Nelei frater; sive Acastus Nelei nepos. An ergo binominis horum alter, & Menestheus etiam dictus? Nisi ita fuerit pro Medonte aut Acasto male Menestheum substituisse videtur quadratarius. Neque enim alius est apud scriptores Menestheus praeter superiorem illum, quo regnante Troja capta est; ad quem hoc spectare, alio scilicet seculo gestum, non potest. Etiam annus ejus adjectus est, τρεισκαιδεκάτου τοῦ.

Ibid. Ἀφ' οὗ] Dubitari nequit quin Ἀφ' οὗ Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς ἐφάνη, *Ex quo Hesiodus poeta floruit,* sit legendum.

Ibid. lin 45. Ἀφ' οὗ Φ.. δων] Φείδων. Aeginetas insulae sterilitate laborantes in mari negotiari coactos

coactos ait Ephorus; unde ad commercia nummos argenteos eis primo a Phidone Argivorum rege cuſos ſcribit apud Strabonem lib. VIII. Idem eſt cui ponderum & menſurarum apud Graecos inventio tribuitur. Vide Scaligerum ad Euſebianum MCCXVII.

Pag. 1452. lin. 47. Ἀρχίας Εὐαγήτυ] Archiae, qui etiam ex Heraclidis fuit, patrem alibi occurrere incompertum habeo. Sed de colonia ab eo e Corintho deducta, Syracuſis conditis aut ampliatis, & Temeno (unde Temenidae) ſatis habetur apud Thucydidem in ſexto, Martianum Heracleotem, Pauſaniam in Eliacorum primo, Strabonem lib. VI, & VIII. Videſis Scaligerum ad Euſebianum numerum MCCLXXXIIII.

Ibid. lin. 48. Ἀφ' ὧ κατ' ἐνιαυτὸν, &c.] Spatium lacunae & elementorum reliquiae hanc aut hujuſmodi lectionem ſuadent, Ἀφ' ὧ κατ' ἐνιαυτὸν ᾑρέθη ὁ ἄρχων, quod in verſione ſubſtituimus. Res ipſa etiam hunc ſenſum plane firmat. Ita autem de Archonte ἐπωνύμῳ tantum locutus, caeteros, qui collegium annuum cum eo conſtituebant, ſatis indicavit.

Ibid. lin. 49. ὁ Δερδένιος] Terpandrum Antiſſaeum & Lesbium, ut hic, dictum ſcimus; etiam Arnaeum & Cumaeum Suidae. Sed unde Derdenius, aut quid ſibi velit, plane neſcimus.

Ibid. τὺς νόμυς] De nomis antea diximus. In utraque vocabuli notione, nomorum Lyricorum autor fuit Terpander, etiam, ut volunt aliqui, primus, quem alii tamen Philammonem fuiſſe malunt. Sed hanc rem dijudicandam puto ex varia lyrae chordarum acceſſione. Nova enim quaelibet acceſſio novos peperit nomos ſeu leges muſicas. Tetrachordem aiunt Orphei, cujus Mercurius dicitur inventor, primo auxit Chorebus, ſecundo Hyagnis, tertio Terpander, ſeptima adjecta. Ita Boethius de Muſica lib. I, cap. XX. ubi Nicomachum affert autorem, lyram quatuor duntaxat chordis, etiam Orphei aetate, conſtitiſſe. Certe Nicomachus Geraſenus diſerte Orphei lyram ait fuiſſe ſeptichordem, atque, ipſo a Maenadibus diſcerpto, in mare jactam; ejectam autem ad Antiſſam Lesbi inſulae urbem; repertam ad Terpandrum (qui Antiſſaeus) allatam eſſe: Illum vero ſecum in Aegyptum portaſſe ut antiſtitibus ſacris oſtenderet, ejuſque inventorem ſe primarium ſeu πρωθευρέτlω venditaſſe. Vide Nicomachum in harmonicae enchiridii lib. II, cap. I. Et Nicephorus Gregoras ad Syneſii inſomnia ſeptem etiam chordas Orphei lyrae tribuit, ita alii. Neque ſane temporum rationi ſatis conveniunt quae habet ibi Boethius. Nam Hyagnis etiam Orpheo vetuſtior; ſi noſtro & Euſebio fides. Hyginus item Mercurium primo ſeptichordem formaſſe lyram memorat. De Terpandro porro, nomis ejus, lyra ſeptichordi, atque aliis in muſica ab eo novatis, vide Plutarchum de muſica, Cleonidis, quae Euclidi tribuitur, harmonicam, Athenaeum lib. XIV, Strabonem lib. XIII, Suidam, anonymum cum Cenſorino plerumque editum cap. XIX, & veterem hypotheſin Pythiorum apud Pindari ſcholiaſten. Et de lyrae forma, & chordis, earumque variatione, conſule inſuper in primis viros ſummos Scaligerum patrem, poetices lib. I, cap. XLVIII. filium ad Manilium, pag. 422. & Hugonem Grotium ad Arateorum phaenomenon imagines, pag. 54. Et ζυναγωγὴ hiſtorica cum Euſebio edita Simonidem Lyricum, nepotem ſcilicet, τῇ λύρᾳ τὸ τρίτον φθόγγον traditur adinveniſſe Vide ibi Olympiade Nϛ. Caeterum Clemens Alexandrinus Stromat. α. de Terpandro; Μέλος πρῶτος, inquit, περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τὺς Λακεδαιμονίων νόμυς ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος, quod Hervetus vertit, *modos poematibus primus adjecit, & Lacedaemoniorum leges numeroſis verſibus ſcripſit*. De poematibus vide quae ſupra ex Plutarcho adnotavimus, ubi de nomis. Sed νόμυς hic leges denotare mihi perſuaſum omnino non eſt; civiles ſcilicet: Quae tamen apud veteres Graecos, ſeculis eorum vetuſtioribus, ni fallat Capella, canebantur; de qua re etiam nos ſupra aliquid adduximus. Exprobrat eo in loco Graecis doctiſſimus ille pater prima artium, quae tunc in uſu, inventa recentiora fuiſſe, & Ebraica antiquitate multo poſteriora. Quamplurima enumerat. Inter ea etiam hoc objicit; quo tempore nihil minus in uſu fuiſſe merito exiſtimarit quis quam alicubi omnino civiles leges in Graecia, nedum Lacedaemone, ſive cantari, ſive verſibus ſcribi numeroſis. Neque enim ejuſce rei exemplum alibi reperire potuit Ariſtoteles ſuo aevo praeterquam apud Agathyrſos; ut videre eſt in problematum decimo nono. Intempeſtive igitur nimis, neque ad rem, de legibus civilibus haec ſcripſerat Clemens; ſed vero de nomis, id eſt, cantilenis ſacris, tunc temporis Lacedaemone uſitatis, appoſitiſſime. Notiſſimum erat, Graecorum feſtis nomos hujuſmodi cani; quod ſcimus ex Plutarchi libro de muſica, ubi Olympo autori tribuuntur Νόμοι ἁρμονικοὶ οἷς νῦν χρῶνται (quae ejus verba ſunt) οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν, *Nomi harmonici, quibus nunc etiam utuntur Graeci in feſtis deorum*. Sed nec ἐμελοποίησεν eſt Clementi *numeroſis verſibus ſcribere*, ſed *modulis* ſeu *notis muſicis temperare*, aut *phthongos aptare*, id eſt, ταῖς ᾠδαῖς etiam μέλη περιτιθέναι, adeo ut id quod hic dixit non aliud fuerit quam Terpandrum tum poematis primum modos adjeciſſe, ſeu carmina feciſſe melica, tum muſicae ſacrae, cujus in nomis ſeu cantilenis ſacris tunc uſus erat Lacedaemone, autorem fuiſſe. Ita Timoſthenes Ptolemaei Philadelphi claſſis praefectus nomon Pythicum, cujus uſus ſolennis in certamine Pythico, & partes ejus quinque ἐμελοποίησε, apud Strabonem lib. IX. De opinionis in hac re patris veritate non diſceptavimus: Sed aliam fuiſſe ejus mentem credere nequeo. Lacedaemonios autem ſignanter nominavit, quia nulla Graecarum civitatum aeque ac illi muſicam, ſive bello, ſive pace, curabant. Teſtes ſunt Athenaeus lib. XIV, Capella lib. IX, Agellius lib. I, cap. XI, Joannes Tzetzes Chiliad. lib. I, cap. XVI. Sextus Empiricus adverſus mathematicos, lib. IV, alii.

Ibid. lin. 50. ...λησε...καὶ τlὼ ἔμπροσθ' ἐμῦ δίκlω μελέσησεν] Vertimus *tibiis cecinit* (nam ηὔλησε exaratum fuiſſe non eſt cur dubitemus)..... & *actionem coram me depulit*. De Terpandro hoc dici nemo ſanus putet. Quid enim cum Terpandro autori noſtro qui quadringentis aut circiter poſtea annis vixit? Libenter ἐπέχω hic: Nec tamen quod conjectura ſuggerit invidebo. Cum venia id forſan placebit, ſine qua placet nihil. Autor hic legitimae muſicae cum imperio forſan in republica ſua praefuit, & prehenſionem ſeu in jus vocationem, ſeu utramque, habuit eorum qui contra quam leges aut mores recepti praeſcripſiſſent

ſcripſiſſent muſicam innovaſſent, atque, inter narrandum Terpandri novationem, alium ſibi coaevum (ita videri poſſit) obiter & parentheſi memorabat, qui, Terpandri exemplo fretus, etiam in receptos illos harmoniae mores commiſerat, & in jus demum vocatus abſolutus eſt. Judicium in re hujuſmodi latum habes apud Boethium lib. I, de muſica, in Laconico illo Ephororum decreto in Timotheum Mileſium; quod in evulgatis libris miſere corruptum habetur. Reperitur etiam tum apud Paulum Leopardum emendationum lib. VIII, cap. XIV, tum in Gregorii Gyraldi hiſtoriae poetarum dialogo IX. Sed emendatius apud Joſephum Scaligerum in Manilianis pag. 426. Actio in Timotheum inſtituta eſt, praecipue quod chordarum lyrae numerum uſque ad undecim auxiſſet, atque ita juvenum animos corrupiſſet, τὴν πολυφωνίαν εἰσάγων. Sed Artemon apud Athenaeum lib. XIV, ſcribit eum, dum in judicio ſtabat, atque aderat miniſter, qui ex decreto ſuperfluas chordas praecideret, lyramque ad ſeptem reduceret, Ἀπολλωνίσκον ſeu *minutulum Apollinem* indicaſſe, πρὸς τὴν αὐτὴν ζύνταξιν ἰσόχορδον λύραν ἔχοντα, καὶ ἀφεθῆναι, *Cujus lyrae tot erant chordae haud diverſo ſitu diſpoſitae, atque inde abſolutum fuiſſe.* Judicium de Timotheo annos C. aut circiter autoris noſtri ἀναγραφὴν antevertit. Sed etiam ejus aevo, hoc eſt, poſt initia imperii Graeci, ſeu Seleucidarum, inſignes, pro artificum ingeniis, in muſicam receptam irrepſiſſe mutationes palam eſt ex iis inprimis quae apud Plutarchum habet Ariſtoxenus de Teleſia Thebano ſibi coaevo, & de Ariſtonico Argivo Menecharmus, & Lyſandro Sicyonio Philochorus apud Athenaeum lib XIV. Alia ejuſmodi ſunt. Et ejuſmodi quempiam reum coram ipſo autore judicis partes ſuſtinente abſolutum praecedens forte lacuna hic occuparat.

Ibid. Ἀφ' οὗ Α.....ς Λυδῶ......] Vix fieri poteſt ut id quod exaratum fuit aliud fuerit ab Ἀφ' οὗ Ἀλυάττης Λυδῶν ἐβασίλευσε. *Ex quo Alyattes Lydia regnavit.* Vide canonem noſtrum chronicum.

Ibid. lin. 51. Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν] Phaon Lesbius, quem miſere deperibat Sappho poetria Lyrica, in Siciliam velificaverat, quem demum (ut noſter hic innuit) Sappho ſecuta eſt, & taedium, quod ob abſentem amaſium paſſa eſt, & patriam fugiens. Ovidius in amatoria Sapphus epiſtola ad Phaonem,

Nunc tibi Sicelides veniunt nova praeda puellae,
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis eſſe volo.

Sed amoris poſtea ac ſpretae injuriae formae impatiens, in Acarnaniam ſe contulit, ubi Leucadis ſaltum, certiſſimum amoris remedium, idque prima ſubiit, ſi fides Menandro apud Strabonem libro X. De eo ſaltu vide, ante alios, Ptolemaeum Hephaeſtionem apud Photium. Mitylenaea igitur Sappho, & celeberrima poetria fuit, atque a Phaone amata, & ea ipſa cujus figuram numiſmatis inſcribebant Mitylenaei, ut teſtatur Pollux libro IX. Sed Ereſſiam Sappho, non Mitylenaeam nec poetriam illam, Phaonem arſiſſe volunt alii. Vide Nymphin apud Athenaeum lib. XIII, Suidam, & Apoſtolium in Φάων. Amorem hunc Sapphus natum perhibet magorum vanitas, quod herba maſcula Centumcapita dicta Phaoni contigiſſet. Inde enim viros amabiles fieri. Sic Plinius lib. XXII, cap. VIII. Vide Suidam in Σαπφώ.

Ibid. lin. 53. Κύρραν] De expeditione qua Eurylochus Criſſaeos & Cirrhaeos ſeu Cyrrhaeos (nam utroque modo *Cyrrha* ſcribitur) eos qui oraculum conſultabant, inſidiis in via infeſtantes profligabat, hic verba facta fuiſſe certiſſimum eſt. Inde enim inſtauratus Pythicus agon, & χρηματίτης factus eſt; praemiis ſcilicet ex opimis confecti belli ſpoliis depromptis. Nec cur χρηματίτης hic agon dictus fuerit, ſatis alibi docetur. Vide argumenta ſcholiis Pindari Pythiorum praefixa, Petrum Fabrum in Agoniſtico lib. II, cap. XXIV, Julium Scaligerum poetices lib. I, cap. XXIII. Et Helladio in Chreſtomathia, Certamina Pythia poſita ſunt μετὰ τὸ τὴν Κίρραν πεσεῖν, *poſt Cirrhae cladem.* Videſis item Rhodiginum Antiq. Lectionum lib. XIV, cap. XIX.

Ibid. lin. 54. .... ανίτης ἀγὼν] Ἀφ' οὗ ὁ στεφανίτης ἀγὼν, &c. *Ex quo idem certamen coronarium iterum factum eſt.* Praemia ſcilicet victorum denuo coronae erant. Antiquitus enim etiam coronarium fuerat. Videſis Strabonem, lib. IX, in Phocide, argumenta ſcholiis Pythiis Pindari praefixa, Pauſaniam in Eliacorum II, & in Phocicis. De archontibus vero Simone & Damaſia ſecundo plura mox in canone chronico.

Ibid. lin. 55. Σουσαρίων...] Suſarionis poetae ſenarii aliquot de foemina citantur Stobaeo Sermone LXVII. Iidem ſunt quos, diſſimulato Stobaei nomine, habet Gyraldus de poetis dialogo VI, qui nil aliud de Suſarione ſibi repertum eſſe ait. Clemens vero Alexandrinus Stromat. α. Ἐπενόησεν, inquit, κωμῳδίαν Σουσαρίων ὁ Ἰκαριεύς, *Comoediae inventor erat Suſarion Icarienſis.* Nonne Sannyrion idem fuit? Haud rarum eſt ut nomina quae raro occurrunt depravatiſſime a librariis deſcribantur. Sannyrionis autem Athenienſis comici nomen apud Athenaeum aliquoties legitur. Habet etiam Suidas. Et veteris comoediae autor primus aut inter primos fuiſſe dicitur. Vide Julium Scaligerum poetices lib. I, cap. VII. Nec contra facit quod Icarienſis alter, alter Athenienſis dictus fuerit. Id genus denominationes diverſae ſatis ſunt frequentes.

Pag. 1452. lin. 58. Ἐδίδαξεν Αλ...στιν] Ἄλκεστιν. Alceſtis igitur erat tragoedia quam primam docuit Theſpis. Cognominem habet Euripides. Sed in recenſendis Theſpidis tragoediis nemo ſcriptorum, puto, Alceſtin memorat. Primum etiam tragoediae autorem hunc facit Clemens Stromat. α. & Plutarchus in Solone. Et Horatio de arte, primus eſt Theſpis

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

quod hic etiam plane ex verborum reliquiis innuitur. De eo vide plura apud eruditiſſimum Iſaacum Caſaubonum de ſatyrica poeſi lib. I, cap. V. Gyraldum, Scaligerum patrem.

Ibid. lin. 61. Ἀφ' οὗ χοροὶ πρῶτον] Sublata e veteri comoedia chororum licentia, agi coeperunt ſeorſim, ut primo ferme agebantur. Nam vetus Athenienſium Muſa nihil aliud erat praeter χοροὺς παίδων καὶ ἀνδρῶν, *choros puerorum & virorum*; quod docet Maximus Tyrius diſſertatione XXI. Unde etiam tragoedia & comoedia tandem propagatae. Trichoriam Lacedaemoniis inſtituerat Tyrtaeus ad tres aetates, puerorum ſcilicet chorum, virorum, & ſenum. Vide Pollucem lib. IV, de

de chori item vetustate vide Eusebium numero DCCXXXIV, ubi de Philammone, & Philostratum in vita Apollonii lib. VI, cap. VI, ubi de AEschylo. Virorum autem non solum agebatur chorus, sed demum in certamen evasit, quod vicit primus choragus hic seu chori coryphaeus (ita dictus qui choro praeerat, & eum docuit seu edidit) cujus nomen pene in marmore obliteratum aliunde restitui, puto, nequit. *Hypodicus* si legam, favent satis & elementorum quae supersunt vestigia & lacunae spatiolum. Chalcidensem fuisse palam est. Nam χαλκιδεὺς tantum non integrum in marmore habetur. Quisquis demum hic fuerit, & poetam & musicum fuisse insignem dubitandum non est. Viderint igitur perspicaciores an *Hippicus* carminum scriptor numero Eusebiano MCCCCLXXVII (qui aeque ignotus est) aut *Hippasius*, nomen apud Capellam aeque controversum lib. IX, aut *Pondos & Hyperides*, in libello cum Censorino plerumque edito, aut medelam hic subministrent, aut hinc accipiant.

Ibid. lin. 66. Ἀφ' οὗ Ξέρξης τὴν σχεδίαν] Vide Herodotum in Polyhymnia, & ejusce de hac re explicationem eruditam apud Dionysium Petavium ad Themistii orationem X.

Pag. 1453. lin. 70. Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους] Bini Simonides clariores apud scriptores habentur, avus, & ex filia nepos. Avus Leoprepis filius vocatur Suidae; atque ei memorandi artis inventio tribuitur; de qua item Cicero de oratore secundo. At ex nostro liquet Leoprepem avi generum fuisse & nepotis patrem. De avo antea dixerat; hic de nepote. Ceus uterque fuit; uterque poeta. Neque igitur avo sed nepoti inventio illa debetur. De Simonide hoc vide Joannem Tzetzem Chiliade I, cap. XXIV, ubi victorias reportasse ait quinquaginta sex. Consule etiam Valerium Maximum lib. VIII, cap. VII.

Ibid. lin. 72. Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε] De saxo illo quod e coelo in AEgos flumen cecidisse dicitur, vide Plinium lib. II, cap. LVIII. Ejusdem casus & praedictionis Anaxagorae meminit Laertius in ejus vita. Et apud eundem Silenus historicus, Ἐπὶ ἄρχοντος, scribit, Διμύλου λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν, *Archonte Dimylo lapidem e coelo decidisse.* Sed hujus nominis archon alibi non reperitur. Unde Josephus Scaliger librarios in Laertii exemplaribus lacunam, quae archontis nominis locus fuerat, ita praeteriisse existimat, ut ex δίμυλον λίθον, quod lapidem instar duarum molarum ei significant & autoris verba erant archontem sequentia, archontis nomen perperam crearent. Legi igitur voluit ille ἐπὶ ἄρχοντος Λυσανίου δίμυλον, &c. Vide eum ad Eusebianum numerum MDLI. Certe & ipsum Anaxagoram dixisse solem fuisse μύλον διάπυρον, seu *molarem lapidem ignitum*, legimus apud Josephum contra Apionem; ubi tamen μύδρον διάπυρον, ut apud Laertium habetur, id est, *massam candentem*, reponi vult Isaacus Casaubonus. Sed demum, si archontis nomen fuerit apud Laertium, ita ut vult Scaliger, praetermissum, nostro hic autore, intersere Θεαγενίδου. Philostratus autem ait Anaxagoram praedixisse ὡς λίθοι περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς τοῦ οὐρανοῦ ἐκπέσοιεν, *Lapides*, pluraliter, *in AEgos flumen e coelo casuros*; De vita Apollonii lib. I, cap. II.

Ibid. lin. 83. Καιομένη δὲ ποτε] Quidnam id fuerit quod hic autor interseruerat, satis perspectum non habeo. Sed, si bene ariolor, cometae flammis coelum micans seu ardens notarat. Καιομένη δὲ ποτε καὶ οὐρανὸς, aut ejusmodi quid, *Tunc arsit coelum.* Certe sub archonte, Aristotelis exemplaribus, Aristaeo dicto, ingens in Achaia visus est cometa in hyeme circa occasum aequinoctialem, cujus radii etiam tertiam partem coeli illuminarunt. Vide eum meteorologicorum lib. I, cap. VI. Ei ὁ μέγας κομήτης & ὁ μέγας ἀστὴρ dicitur. Τὸ δὲ, inquit, φέγγος ἀπέτεινε μέχρι τοῦ τρίτου μέρους τοῦ οὐρανοῦ, *Lumen ejus se extendebat usque in tertiam coeli partem*, id est, circa occasum ἐφωτίζετο τὸ τρίτον μέρος τὸ ὑπὲρ γῆν, *tertiam hemisphaerii partem illum inibat*; quae verba sunt Olympiodori ad eundem locum. Loquitur de eo Aristoteles ac si suo aevo apparuisset. Natus est Aristoteles Olympiade XCIX teste Laertio, atque ita XII annum aetatis agebat Olympiadis CI quarto, seu archonte Asteio, de cujus nomine in marmore non dubitandum. Nam etsi quintum elementum non satis manifestum sit, haud aliud tamen fuisse quam quod Ἀστείου formet ex vestigiis palam est. Neque lacunae spatium quam τοῦ ἰῶτα amplius est. At vero neque dum vixit Aristoteles Aristaeus archon reperitur, nec in perpetua illa serie archontum CL aut circiter, quae Aristotelis excessum proxime antevertit, nec alibi, occurrit aut nomen archontis ejusmodi, aut aliud quod tam Aristaeo proximat quam Asteius, uti vocatur etiam in fastis archon hujus anni. Sub Alcisthene autem archonte, qui proximum occupat annum, id ipsum quod Aristaei anno apud Aristotelem tribuitur, collocare videtur Olympiadum ἀναγραφὴ Scaligeriana. Λαμπὰς, inquit, ὤφθη κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐπὶ πολλὰς νύκτας, τοσαύτην ἔχουσα λαμπρότητα καὶ δύναμιν τοῦ φωτὸς, ὥστε ἐπὶ τῆς γῆς σκιὰς ποιεῖν παραπλησίως τῇ σελήνῃ, *Fax coelo visa est plures noctes, cujus tantus erat luminis fulgor, vis tanta, ut etiam vix minores fecerit in terra, quam luna, umbras.* Sed vitium solenne est, in annos proximos epochas ex locis propriis desilire; & non semel in ea ἀναγραφῇ commissum.

Ibid. lin. 84. ....γένετο Θηβαίων] Ἀφ' οὗ ἡ μάχη ἐν Λεύκτροις ἐγένετο Θηβαίων, &c. *Ex quo Leuctrica pugna commissa est Thebanorum*, &c. Aut vocabulis hisce, aut hoc certe sensu, supplendam esse lacunae partem, certissimum est. Adi chronicum canonem ad annum periodi Julianae 4343.

Pag 1454. lin. 89. ......κεδόνων βασιλεύει] Ἀφ' οὗ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου τῶν Μακεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν, Ὦχος δὲ ὁ υἱὸς βασιλεύει τῶν Περσῶν, ἔτη .... *Ex quo Philippus Amyntae F. Macedonia regnare coepit, & Artaxerxe mortuo, successit in imperio Persico Ochus filius, anni ....* Ita scripsisse autorem veri est satis simile. Conjecturae adstipulantur, & spatia eorum quae periere, & reliquiae, praeter res ipsas, de quibus vide chronologos. Alia quae marmoris historias explicent locum habent in notis chronico canoni intersertis commodiorem.

Canon

Canon chronicus veterum Graecorum epochas, ab Anonymo in marmore descriptas, annis tum Periodi Julianae, tum qui vulgarem D. N. Jesu Christi epocham antevertunt, singulatim indicans. Adjectae sunt etiam suis locis Olympiadum anni. Abjectis scilicet ex 4450. *(quod qua ratione fit, ostenditur supra in apparatu chronologico) singulis quae in marmore habentur intervallis, relinquuntur singuli anni qui in Periodo Juliana unamquamque epocham designant.*

Anno — *Periodi Jul.* | *Ante Christ.* — *Rege Atheniensium.*

3132 | 1582 — CEcrops primus, Athenarum rex, regnare coepit. Ab eo tellus circumjacens, quae Actica dicta erat, nominata est Cecropia. — Cecrope *primo.*

Epocha haec recentior est Eusebio annis XXVI. Nec major ferme consensus est inter eum & nostrum ante annuorum Archontum initia, seu periodi Julianae annum MMMMXXX.

3140 | 1574 — Deucalion regnat in Lycoria juxta Parnassum. — *Eodem.*

3182 | 1532 — Actionem instituit in Martem Neptunus, de Halirrhothii caede; unde Areopagus, seu Rupes Martia, nuncupabatur judicii locus. — Cranao.

Tam Neptuni actionis formulam quam Martis exceptionis finxit Libanius sophista, declamatione XXII & XXIII.

3185 | 1529 — Deucalionis diluvium, fuga, sacrificium pro salute Jovi Phyxio. — *Eodem.*

Convenit Varro apud D. Augustinum de Civitate Dei lib. XVIII, cap. X. uti etiam Graeca Eusebii, pag. 27. Etsi in chronico ab Hieronymo verso & in canone, pag. 74, sub Cecrope ab eodem collocetur. Adstipulatur nostro etiam Cedrenus, cujus tamen Graeca male distincta, non melius versa legimus. Diluvium contigit in Thessalia ἐπὶ Δευκαλίωνος, inquit, βασιλεύοντος Ἀθεώησι δευτέρου Κρανάου αὐτόχθονος, *sub Deucalione, regnante Athenis rege secundo Cranao indigena.* Sed perperam typis editur, ἐπὶ Δευκαλίωνος βασιλεύοντος Ἀθεώησι, δευτέρου Κρανάου αὐτόχθονος, quod a Xylandro pejus redditur, *Deucalione Athenis regnante, secundo a Cranao indigena.* Quin cum nostro consentiunt Tatianus adversus gentes, & Clemens Alexandrinus Stromat. α. quorum uterque sub Crotopo Argivorum rege, Atheniensium Cranao coaevo, diluvium hoc ponunt. Sed Orosius lib. I, cap. IX, sub Amphyctione.

3192 | 1522 — Amphictyones, & Pylaeicus conventus instituuntur. — Amphictyone

3193 | 1521 — Graeci primo Hellenes nuncupati, ab Hellene Phthiotidis rege. Agon item Panathenaicus institutus; aut de eo instituendo sive sancitum, sive consilium. — *Eodem.*

De Hellenum nomine consulendus, praeter eos qui obvii sunt, Dicaearchus in *βίῳ* Ἑλλάδος.

3195 | 1519 — Cadmia condita a Cadmo Agenoris filio. — *Eodem.*

3198 | 1516 — .... nicia regnant.

Vide notas pag. 1492.

3203 | 1511 — Danaus cum filiabus quinquaginta ex Aegypto navi Pentecontoro dicta in Graeciam transvectus. Earum in Rhodo insula sacrificia.

3208 | 1506 — Primis Panathenaeis celebratis, Erichthonius primus currum junxit. Mysteria Deorum Matris in Cybelis coepere. Hyagnis Phryx tibias invenit; harmoniam Phrygiam eis primus cecinit; aliorum nomorum, Matris Deorum, Bacchi, Panis, autor est. — Erichthonio.

..... | ..... — Minos Creta regnat. Ferrum in Ida monte ab Idaeis Dactylis Celimide & caeteris reperitur. — Pandione *primo.*

De Idaeis hisce & ferro reperto videsis Strabonem lib. X, & scholiastem ad Apollonii Argonauticon lib. I. (unde pleraque compilavit Natalis Comes in Mythologiae suae lib. IX, cap. VII.) Scaligerum tum ad numerum Eusebianum DXCIX, tum in Canonum lib. III, pag. 341, item Clementem Stromat. α. & Scaligerianam *ξυναγωγὴν* historiarum pag. 400, 401.

Per. Jul. | Ant. Ch. | | Rege Athen.

3305 | 1409 Ceres fruges plantat. Triptolemus item, in Eleusine. | Erichtheo.

3315 | 1599 Mysteria Eleusinia (ut videtur) coepere. | Eodem.

..... | ..... Lustrationis festum institutum. | Pandione secundo.

..... | ..... Certamen in Eleusine gymnicum institutum. | Eodem.

..... | ..... Lycaea, seu Lupercalia, in Arcadia instituta. | Eodem.

3419 | 1295 Frugum apud Athenienses sterilitas. Oraculo de ea re consulto, indictum a Minoe adolescentum, impuberum, & virginum tributum subiere. | Aegeo.

Minos hic secundus erat, qui scilicet primus ἐθαλασσοκράτει, seu maris imperium obtinuit. Videsis Scaligerum ad numerum Eusebianum DCCLXV.

3455 | 1259 Theseus sparsus Atheniensium pagos in unam urbem collegit, statum popularem instituit, Isthmiorum certamen instauravit, ut Sinis manes placaret. | Theseo.

3458 | 1256 .... | Eodem.

Nam ex Graecis elementis numeralibus plane liquet numerum hic proximum fuisse 𐅅HHHH𐅄ΔΔΔΔII, id est, DCCCCXCII. Res ipsa disparuit.

3463 | 1251 Certamen, uti non immerito videatur, Olympicum sub Atreo, Hercule certante, instauratum. | Eodem.

Sed vide Eusebium numero DCCCXIV, & Scaligerum in canonibus lib. III, 283. Adi item Paterculum lib. I, & Clementem Strom. *α*.

3496 | 1218 Graecorum in Trojanos expeditio. | Menestheo.

3505 | 1209 Ilii excidium, *Θαργηλιῶνος ἑβδόμη φθίνοντος*, seu XXIV die Thargelionis. | *Eodem, anno 22. vide Notas Historicas.*

Is dies ad Scaligerianae periodi Atticae rationes, est XXIII Junii Juliani. De mense convenit nostro cum plerisque veterum. Nam Thargelione captum Ilium plures scripsere. Plerumque etiam ὀγδόῃ φθίνοντος seu XXIII; alii etiam Scirrophorionis, mensis sequentis, eodem die. Vide Clementem Stromat. *α*. & Dionysium Halicarnassensem lib. I. Certe ea anni tempestate, scilicet sub aestatis initium, captum esse etiam indicat Virgilius Aeneidos III.

——— vix prima inceperat aestas,
Et pater Anchises dare fatis vela jubebat.

Ut autem die septimo & die octavo idem dies innui posset palam est; diversa scilicet initii ratione habita. De anno quo capta est Troja alia fuit plerumque Atticorum scriptorum sententia. Ultimo Menesthei tribuunt, qui scilicet sub Menestheo collocant; aliis sub Demophonte rege captam tradentibus. At noster proculdubio vigesimum secundum Menesthei, penultimum scilicet ejus annum, hic adjecerat, utcunque quadratarii incuria τοῦ εἰκοστοῦ praetermittatur, ut supra monuimus. Et ad annum usque XXIII regnasse eum plerumque volunt; etsi in Graecis Eusebii non semel ἔτος λγ ei assignetur, & diserte legamus, Τούτου τῷ λγ ἔτει τὸ Ἴλιον ἥλω, *Hujus anno* XXXIII *Troja capta est.* Sed vide item addenda Graecis ejus pag. 215. ubi κγ leguntur. Plerumque etiam CCCCVII anni ab excidio hoc ad Olympiadem primam Iphiteam numerantur. Vide Eratosthenis canones, Eusebium numero DCCCXXXV, & ibi Scaligerum; quem etiam consule in I, de Emendatione pag. 43. & V, pag. 355. & III, Canonum pag. 283. & Dionysium Petavium de Doctrina Temporum lib. IX, cap. XXVII. & sequentibus. Constantinus autem Manasses bellum Trojanum annis CL, aut circiter, recentius facit. Nam, unde edoctus nescio, Priamum a Davide Judaeorum rege copias frustra poposcisse auxiliares scribit,

Ἐκ πάντων οὖν, inquit, ἀπορηθεὶς ὁ Δαρδανίδης γέρων
Εἰς τὸν Δαβὶδ τὸν ἄνακτα τῆς Ἰουδαίας πέμπει·
Ἀλλ᾽ ὁ Δαβὶδ οὐ δίδωσιν, &c.

Et praeter chronologorum qui perpetuas temporum series ducunt turbam, videsis item Herveti collectanea in Clementem Alexandrinum pag. 797. Sed demonstrativam esse hanc epocham asserit Scaliger, utpote quae suo tempestatis charactere nititur; adeoque, rationibus subductis, collocat ille in anno periodi Julianae MMMDXXXI, qui anno a nostro notato annis etiam XXVI recentior est. Uno anno vetustius numero Scaligeriano conjectat fuisse hoc excidium Petavius, utriusque rationes perpendant & porro viderint hic doctores. Quin novennium tantum integrum intervenit post expeditionem Graecorum ad urbem excisam. Et tempore verno expeditiones fieri

Anno Periodi Jul. | Ante Christ.

fieri solebant, de qua re vide plura postea notis ad Smyrnaeorum foedus. Absoluto demum post expeditionem novennio, sub aestatis initiis, id est proximo seu decimo anno, capta est urbs. *Rege Atheniensium.*

Et Danaum decimo vere rediisse rates

ait Propertius lib. IV. quod & Chalcantis passerum portenti interpretamento apud Homerum Iliade secunda est consonum.

3508 | 1206 Judicium in Areopago de Oreste. Demophonte

Nam liquet tam ex numeralium elementorum vestigiis quam ex iis quae praecedunt & sequuntur, numerum hic fuisse 𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΔΙΙ seu DCCCCXLII.

3512 | 1202 Cypro Teucer sedes posuit, Salamine nempe condita. *Eodem.*

* 3637 | 1077 Ionica migratio, Neleo duce. Menestheo, *de quo vide Notas supra pag 1505.*

Tribuuntur haec plerumque anno octavo Acasti regis Atheniensium, seu periodi Julianae MMMDCLXXIII. Vide Eusebium numero DCCCCLXXV. Et annorum CXL intervallum plerumque habetur inter Trojanum excidium & hanc migrationem, uti diserte etiam numerat Eratosthenes in canonibus. Vide Clementem Stromat. α, Scaligerum ad dictum Eusebii locum, & Petavium de Doctrina Temporum, lib. IX, cap. XXX. Atqui, licet prior pars numeri apud nostrum disparuerit, tamen ΔΙΙΙ, seu XIII, eum terminat. Sed nullus est numerus qui ternario terminatus & ex DCCCCXLV (quo scilicet epocha Trojae captae nostro notatur) deductus relinquit CXL. Si scripsit noster 𐅅ΗΗΗΔΙΙΙ, id est, DCCCXIII, intervallum illud ei erit tantum annorum CXXXII. Neque alius est numerus ita terminatus unde aut intervallo quod diximus numerus propior elici potest, aut quo propius ad aliorum rationes accedat noster. Caeterum & ita non solum in anno regis (quocunque is fuerit nomine dictus) annis aliquot ab aliis discrepat, sed etiam prochronismo annorum XXXVI in epochae constitutione. Nam si detur numerum quem diximus eum hic adnotasse, respondet in periodo annus MMMDCXXXVII.

* 3770 | 944 Hesiodus floruit. . . . . .

Suadet lacuna quae vestigia reliqua numeri, qui ad Hesiodi spectat, sequitur, eum integrum fuisse 𐅅Η𐅄ΔΔΔ seu DCLXXX, unde annus quem adjecimus exit. Si aliter fuit terminatus, pauculorum utcunque annorum discrimen esse duntaxat palam est. Annum autem notatum fuisse puto non alium quam quo primum Hesiodus poemata publice recitavit, aut in certamen poeticum descendit; quod ipsum sentiendum est de anno Homero proxime assignato.

3807 | 907 Homerus floruit. Diogneto.

Ita XXXVII annis Hesiodus artis suae specimina publice edidit ante Homerum. De horum aetate quaestio est & vetustissima & celeberrima. Et uter natu antiquior. Sed L. Accius poeta & Ephorus historicus, ut noster, Hesiodum priorem faciunt. Vide Agellium lib. III, cap. XI. Varias autem de Homeri aevo sententias vide apud Clementem Stromat. α, & Eusebium numero DCCCCVIII. & in chronico Graeco pag. 31, 33, 34, & 215. Adi porro, si placet, Scaligerum ad dictum numerum, Petavium de Doctrina Temporum lib. IX, cap. XXX. Paterculum lib. I. &, ad eum, Lipsium, Philostrati Ἡρωϊκὰ in Euphorbo, &, praeter ea quae congessit Gregorius Gyraldus dialogo II, Apollodorum atque alios apud Joannem Tzetzem Chiliad. XII. cap. CCCXCIX. Recentiores, qui perpetuas annorum series obiter contexunt, praetermittimus.

3819 | 895 Phidon Argivorum rex nummum argenteum percussit in Aegina insula. . : . . .

Vide Eusebium numero MCCXVII, & Scaligerum ibidem.

Olympia

* 3957 | 5 4 | 757 Archias Evagiti F. coloniam e Corintho in Siciliam deduxit. Syracusae conditae. Aeschylo.

Conditas Syracusas numero MCCLXXXIV scribit Eusebius, id est anno Clidici Athenarum regis primo. Epochae numerus annorum in marmore evanuit. Sed annus regis manet, nimirum XXI Aeschyli regis, qui primum Clidici annis XXIV antevertit, & anno IV Olympiadis V respondet, seu periodi Jul. MMMDCCCCLVII. Videsis Scaligerum ad Eusebianum numerum, & Hubertum Goltzium in Sicilia, pag. 21. qui Eusebium hic sequuntur. Sed instauranda forsan hinc est chronologia tam de Naxo condita quam de Syracusis, si Thucydidi item fides habenda, cui proximo post Naxum conditam anno colonia ab Archia deducta est. Vide eum sub initio libri VI. Quinto item, inquit ille, post habitatas Syracusas anno

Anno Period. Jul.	Olympiad.	Ante Christ.		
			Chalcidenses e Naxo profecti Catanam condidere, & sub idem tempus Lamis, colonia Megaris deducta, Trotilum condidit; alia item enumerat quae pariter ab hoc Archiae epocha ita pendent ut ea ignorata simul etiam illa ut ignorentur necesse est. Haec omnia a chronologis instaurentur, nostro autore, qui CL duntaxat annis aut circiter post Thucydidem scripsit.	*Archonte Athenarum.*
4030	24 1	684	Primi annui Athenarum archontes. Consentit hic noster ad amussim cum Eusebio. Et firmat id uterque quod impugnat Scaliger ad numerum Eusebianum & MCCXCVI & MCCCXXXIII. Sed & vide Eusebii Graeca, pag. 215. ubi item Olympiade XXIV, primus Archon annuus praeficitur; qui idem est annus. Atqui ex Pausaniae loco in Messenicis de Hippomenis archontis decennalis anno quarto, adstruere hic vult Scaliger metachronismum integri quadriennii commissum esse Eusebio, quem arguit ac si in confesso esset decennales illos archontas quatuor singulis decenniis integris praefuisse; id quod etiam admittit Eusebius. Sed discedendum a receptiori de hac epocha sententia non sentio. Ea scilicet proculdubio notior multo erat quam singulorum archontum qui praecesserunt anni, qui etiam pro imperiorum prorogatione, morte praeveniente, aut decreto summovente, plures aut pauciores esse potuissent, nec satis scriptoribus cogniti; ipsa interim annuorum epocha, utpote Olympiadibus aut alio quovis charactere certissimo signata, notissima. Sed & vide porro Eusebii Graeca, pag, 39. lin. 42. & Συναγωγὴν historicam Scaligerianam, ubi triennio recentius quam nostro collocatur Creon, primus ἐνιαύσιος ἄρχων, scilicet anno Olympiadis XXIV tertio, uti etiam Carolo Sigonio in fastis Atticis. Adi insuper Meursium de Archontibus lib. I, cap. VIII, & Petavium lib. XIII, pag 548.	. . . . . .
4032	24 3	682	. . . .	Lysia.
4369	33 4	645	Terpander, poeta & musicus, nomorum autor insignis habetur. Annus est Olympiadis XXXIII quartus. Ejusdem secundo Terpander insignis habetur Eusebio. Huic etiam aevo eum tribuit Hellanicus de anno dissentiens, apud Athenaeum lib. XIV, ubi in Carneis primum eum vicisse ait. Carneorum autem festum institutum est XXVI Olympiade, teste ibidem Sosimo. Sed Hieronymo, eodem in loco, Plutarcho etiam libro de musica, & Nicomacho Geraseno lib. II, cap. I, multo vetustior est, & Olympiadibus Iphiteis prior. Unde etiam collocatur a Josepho Blancano in Mathematicorum Chronologia, anno DCCC ante Christi epocham. De Terpandro vide item Joannem Tzetzem Chil. I, cap. XVI, & Eusebium in Chronico Graeco pag. 40.	Dropilo.
4109	43 4	605	Alyattes, *ni fallor*, Lydorum rex, in Dynastia Mermnadarum. Prochronismus est apud chronologos aliquot, qui accuratius rem aestimant, novennii; Eusebio, septennii. Ex vestigiis quae in marmore nondum obliterata sunt, cum systemate ejusdem aevi comparatis, alium hic praeter hunc Alyattem innui persuasum non habeo. Numeri qui epocham designaret partem priorem disparuisse verum est: Sed reliquiae illae ... ΔΔΔΔΙ, si conjecturae fides, ΗΗΗΔΔΔΔΙ indicant. Major esse annorum numerus nequit; quod tum ex instituto autoris ordine tum ex veteri Graecorum numerandi ratione scimus. Si minor fuerit, ut decennio minor sit necesse est, adeoque ut eo longius a recepta chronologia discrepet. Vide Eusebium num. MCCCCV, & canonum Scaligerianorum lib. II & III, atque ejusdem sequaces.	Aristocle.
. . . .		. . . .	Sappho poetria, Lesbia, solum vertens, in Siciliam fugit.	Critia *primo.*
4123	47 2	591	Cirrha direpta, agon Pythicus instauratus est, praemiis ex ipsis spoliis propositis; nempe Χρηματίτης factus est.	Simone.
4132	49 3	582	Agon Pythicus denuo στεφανίτης seu coronarius fit. Sic firmat noster sententiam receptam de anno quo hic agon coronarius factus est; tertio scilicet Olympiadis XLIX, uti diserte Pausanias etiam in Phocicis. Sed dum hoc firmat, convellit interim quae de Pythiade praecedente habent scriptores. Vide Συναγωγὴν historicam cum Eusebii chronico editam in Olympiadis MH anno tertio. Quin vero agonem pentaetericum ante hanc instaurationem fuisse, pro confesso habent, hoc est, post quartum quemlibet annum agi, uti Olympicum, solitum, adeoque praecedentem instaurationem qua χρηματίτης, Cyrrhaeis excisis, factus est, tertio Olympiadis XLVIII tribuunt; uti etiam apud Pausaniam in Phoci-	Damasia *secundo.*

cis

Anno Periodi Jul.	Olympiad.	Ante Christ.		Archonte Athenarum.
			cis habetur. Et videsis Scaligerum operis magni libri I, capite de Periodo Delphorum Pythia, & ad numerum Eusebianum MCCCCXXXV. Adde Petavium de Doctrina Temporum lib. I, cap. XXXIII, & Erasmum Schmidium in prolegomenis ad Pindari Pythionicas. Atqui instauratio illa quae Cyrrhae excidium secuta est nostro cadit in annum II, Olympiadis XLVII. Julianae nempe, ut vides, periodi MMMMCXXXII. Ita novennium intercessit, non tantum quadriennium. Et certe legimus agonem hunc olim fuisse novennalem. Argumenti tertii Pythiorum Pindari autor, Ἐτελεῖτο δὲ, inquit, ὁ ἀγὼν κατ᾽ ἀρχὰς μὲν διὰ ἐννεαετηρίδος, *Celebrabatur antiquitus certamen Pythium quolibet novennio.* Et Censorinus de Die Natali capite XVIII. *Delphis quoque ludi qui vocantur Pythia post octavum olim conficiebantur.* Caeterum συναγωγῆς quam diximus autor (qui ipse Scaliger est) ab instaurata, anno Olympiadis XLVIII tertio, Pythiade, ipsas dinumerari Pythiadas scribit, neque aliter dinumerat. Res non omnino levis est momenti. Et porro viderint eruditi. Quod autem ad archontas attinet, gratissima a nostro lux est. Et Simon & Damasias secundus in archontum fastis suis locis, unde apud viros doctissimos hactenus exsularunt, restituendi. Vide loca superius in notis ad hunc agonem indicata. Damasias vero apud Diodorum, qui Olympiade XXXV praefuit, primus erat; hic, sub quo instauratus agon, secundus; quod primo ex hoc marmore cognitum facem praebet insignem viro doctissimo lib. I, de archontibus cap. XI, quem unicum Damasiae nomen fefellit.	
. . . .		. . . .	Susarion Icariensis, Comoediae, *ut videtur*, inventor. Vide notas historicas.	. . . . . .
4153	54 4	561	Pisistratus tyrannidem Athenis occupat.	. . . . . .
4156	55 3	558	Simonides poeta avus natus. Vide numerum periodi inferius 4245.	
4158	56 1	556	Croesi Asiae regis initia. Reliquiae enim illae ...... ΔΔΔΔII palam ostendunt, modo perpetua scriptoris ordinis ratio observetur, numerum integrum fuisse HH𐅄ΔΔΔΔII, seu CCXCII, unde annus hic prodit.	Populo.
* 4168	58 3	546	Cyrus Sardes capit. Hipponax poeta Iambicus ejusce temporibus floret. Si nostro hic cum Eusebio convenit, tunc scripsit noster HH𐅄ΔΔΔII, seu CCLXXXII, unde fit periodi MMMMCLXVIII. Nam Eusebio haec epocha est Olympiadis LVIII annus tertius. Sed neque hisce acquiescas. Consule quae adnotat Scaliger ad numeros Eusebianos MCCCCLXII, & MCCCCLXXI, & Olympiadum ἀναγραφὴν, in NH Sed de Hipponacte complurium annorum hic apud Eusebium prochronismus est. Is Olympiade XXIII collocat Hipponactem, seu periodi Julianae MMMMXXVI. At Plinius certum esse ait Hipponactem fuisse Olympiade LXIII, quae seculo quod a nostro indicatur satis respondet. Vide item Scaligerianam illam συναγωγὴν historicam Olympiade Ξ.	
* 4178	61 1	536	Thespis poeta, Alcestidem tragoediam docens, primus vilem certavit ob hircum. Olympiade LXI docuisse seu tragoediam primo edidisse Thespim, autor est Suidas. Nostri numerus in lacunam desinit. At si Suidae fides, spatio lacunae non refragante, potius annuente, habenda sit, ita supplendus est, HH𐅄ΔΔIII, CCLXXIII. Inde prodeunt numeri quos adnotavimus. Certe minorem fuisse quam CCXCI liquet ex Croesi epocha; & cum nostro exacte ita convenit ἀναγραφῇ Olympiadum. Sed de hirco pro praemio dato, & tragoedia inde dicta, prochronismus est apud Eusebium annorum sane LV. Vide numerum ejus MCCCCXXVI.	...naeo, primo.
4189	63 4	525	Aeschylus poeta natus. Vide infra numerum 4223, & 4257.	
4197	65 4	517	Darii Hystaspis F. Persarum regis initium. Quae reliqua sunt numeri autorem scripsisse HH𐅄III, CCLIII, satis demonstrant. Sed metachronismus est quadriennii, & manifestissimus error, nisi alia nostro fuerit annorum ejus ratio quam hactenus didicimus. Nam binas habemus apud Ptolemaeum, in quarto magnae constructionis, eclipses lunares, quarum alteri annus Darii XX, & dies vigesimus octavus Epiphi, Novembris scilicet XIX, alteri annus XXXI, & dies tertius Tybi seu Aprilis XXV tribuitur. Nec aliter ejus anni in MS. quem diximus codice reverendissimi archiepiscopi Cantuariensis notantur quam in vulga-	

Anno Periodi Jul. | Olympiad. | Ante Christ. — Archonte Athenarum.

tis, nisi quod numerus XXXI τῷ πρώτῳ καὶ τελευταίῳ αὐτοῦ ἔτει, non numeralibus literis, exprimatur. Et consensus hic est tam exemplarium Graecorum quam versionum, sive ex Graecis, sive ex Arabicis, uti ab eximio Mathematices Oxonii professore Joanne Banbrigio peramice monitum est. Eclipsium harum altera in annum Nabonassari CCXLVI incidit, altera in CCLVII, id est, in annum periodi Julianae MMMMCCXII altera, altera in MMMMCCXXIII. Ergo annus Darii primus congruit periodi anno MMMMCXCIII, qui quadriennio solido nostri calculum antevertit. Videsis Josephum Scaligerum lib. V, de Emendatione, pag. 379. & Dionysium Petavium de Doctrina Temporum lib. X, cap. XVIII.

4202 | 67 1 | 512 — Caedes & fuga Pisistratidarum, & eorum tyrannidis finis; patriae liberatoribus Harmodio & Aristogitone.

Prope abest noster a sententia quam V. CL. Joannes Meursius de Pisistratidarum initio stabilire nititur libro de Fortuna Attica, cap. X. sed tamen abest. Vide ejus rationes tum ibi, tum in Pisistrato ejus cap. V. Adde Dionysii Petavii paralipomena ad libros de Doctrina Temporum pagina 856.

4205 | 67 4 | 509 — Chororum Virilium certamen primum, quo Hypodicus (*aut alius nomine non absimili dictus*) Chalcidensis vicit. — Lysagora.

Ut numerus qui in lacunam desinit aut HΗΔΔΔΔΠ, CCXLV, fuerit, aut ab hisce non multum discreparit, necesse est. Inde producuntur quos adnotavimus.

4217 | 70 4 | 497 — Sophocles poeta Sophillo patre natus.

Vide inferius numerum 4244.

4219 | 71 2 | 495 — *De Hippia Pisistratida nescio quid habuit hic autor.* — Pythocrito.

Fuga ejus in Sigeum non aliud videtur quam tyrannidis Pisistratidarum finis, quem supra judicaverat. Neque finis ille locum omnino hic obtinere potuit. De Hippiae rebus vide Herodotum in Terpsichore, & Thucydidem lib. VI. Annus hic est quartus ante pugnam Marathoniam, qua Hippias sub Dario stipendia meritus est, & in patriam pugnans occubuit. Notatur eidem anno ab aliis Philippus Archon. Vide Meursium de Archontibus lib. II, cap. III.

4223 | 72 2 | 491 — Proelium illud inclytum Marathonium, in quo Persarum clades & Atheniensium victoria, Miltiade duce. In ea etiam pugnat Aeschylus poeta annos natus XXXV. — . . . . . secundo.

Discrepant de anno hujus pugnae scriptores. Olympiadis LXXII anno primo (qui ipse nostri possit esse annus; saltem plusquam anno unico discrepare nequit) epocham hanc collocat Olympiadum ἀναγραφὴ Scaligeriana. Adi Scaligerum ad numerum Eusebianum MDXXV, & Meursium de Archontibus lib. II, cap. IV. Sed ingeniosissimas Scaligeri rationes exacte firmat noster. Vide eum de Emendatione Temporum lib. V, pag. 382. Sed adversatur Petavius de Doctrina Temporum lib. X, cap. XXII, & anno sequenti tribuit. Hac pugna (quod ex vestigiis orationis contextus elicitur) Aeschylus poeta, annos natus XXXV certamine strenue contendit cum fratre, scilicet Cynaegiro. Annus est Olympiadis LXXII secundus. Suidas autem concertasse scribit Pratinam cum Aeschylo & Chaerillo Olympiade LXX, in Πρατίνας, neque aliud, puto, voluit in Aeschylo, ubi, ut codices editi habent, ἠγωνίζετο, inquit, αὐτὸς ἐν τῇ θ' Ὀλυμπιάδι, ἐτῶν ὢν κε, *Certavit Olympiade* IX, *annos natus* XXV. Rescribendum forsan, modo sit ipse sui medela, ἐν τῇ ο' Ὀλυμπιάδι. Et proclivis lapsus erat, ut ex O in numeris Θ fieret. Ita inter Suidam & nostrum de aetate consensus est. Atque ita recte, puto, Suidas emendatus. Satis item consentit Olympiadum ἀναγραφὴ. Videsis Isaacum Casaubonum de Satyrica Poesi lib. I, cap. V. & J. Meursium de Archontibus lib. II, cap. II. & XIX. & periodi hic annos 4228, & 4257.

4225 | 72 4 | 489 — Simonides poeta, Simonidis etiam poetae avus, clarus victoria, *ut videtur*, habetur. Darii, Hystaspis F. regis Persarum excessus. Xerxis initia. — Aristide.

Quae restant ex notis numeralibus sunt ΔΠ aut ΔΠΙ. Nam utrum ex vestigiis eliciendum sit non satis liquet. Scripsisse puto autorem ΗΗΔΔΠ. Inde natus est in periodo Juliana annus MMMMCCXXV. In Darii excessu hic prochronismus est, ut in initiis metachronismus, si ad aliorum rationes exigas. Si alium fingamus numerum integrum ita finientem, longius a recepta epocha vagabimur. Vide Josephum Scaligerum de Emend. Temp. lib. V, pag. 382. Ad Simonidem hunc spectat illud apud

Anno Periodi Jul. | Olympiad. | Ante Christ. — Archonte Athenarum.

Eusebium num. MDXXX. Sed & vide eum numero MCCCLIV. & Graece pag. 40. & infra annum periodi 4245.

4228 73 3 486 Aeschylus annos natus XL tragoedia primum vicit. Euripides poeta nascitur. Stesichorus poeta Graecia . . . . Philocrate.

De Aeschyli victoriis, vide scholiasten ejus in Persas, Suidam, vitam ejus, Gregorium Gyraldum Dialog. VI. & quae supra citavimus anno periodi 4223. Instauratio Olympiadum aliquot, quae ei tributae, a nostro forsan accipienda. Sed trinis ferme Olympiadibus integris ante nostri epocham Aeschylum agnitum fuisse notat Eusebius; quod ipsum etiam notat Olympiade plusquam integra recentius.

Euripidis autem natales apud nostrum sexennio antevertunt annum a Diogene Laertio in vita Socratis assignatum, qui est Olympiadis LXX primus, seu periodi MMMMCCXXXIV, qui annus dicitur vulgo Xerxis transitus in Graeciam, ut alter regni ejus initiorum. Etiam Suidas & Thomas Magister, Olympiadum item ἀναγραφὴ Scaligeriana, Laertii sunt sequaces. Vide porro Gyraldum Dialog. VI, & J. Meursium de Archontibus lib. II, cap. VIII. Sed Eusebio clarus habetur anno tertio Olympiadis LXXVII. Certe ad Laertii rationes ita admodum puer clarus erat. Ad nostri vero, annum agens sextum decimum.

Stesichoros autem habet noster binos. De altero seu juniore, inferius proxime post annum periodi 4343. Natum autem scribit Stesichorum Suidas ἐπὶ τῆς λζ' Ὀλυμπιάδος, *Olympiade* XXXVII. Et ad summam senectutem eum pervenisse, annum scilicet LXXXV, ex Luciani Macrobiis docemur. At si natus fuerit Olympiade XXXXVII, ad nostri rationes, jam ad annum CXLVI pervenerat, aetatem eo aevo rarissimam. Atqui & mortem obiisse ait Suidas Olympiade LVI, seu annis LXX ante annum quo noster eum collocat. Eusebio autem clarus habetur Olympiade XLII, mortuus LV. Stesichorus vero, poeta etiam insignis, de quo mortuo Phalaris tyrannus scribit tum ad filias suas tum ad Himeraeos epistolas XXXI, LIV, & CIII, obiit saltem ante Olympiadis XXXVIII annum secundum, quo nempe ipsa Phalaridis tyrannis juxta Eusebium finita. Vide etiam Phalaridis epistolas alias. Anne igitur tres Stesichori? Adi etiam, si placet, Gyraldum Dialog. VI. & Joannem Tzetzem Chiliad. I. cap. XXV. Sed Suidae etiam convenit cum συναγωγῇ historiarum Scaligeriana, quam videsis Olympiadibus AZ & Nϛ. Geloni autem Siciliae tyranno coaevum fuisse Stesichorum habet Conon, nostro astipulatus, apud Photium Cod. CLXXXVI, sect. 42. Vide infra annum periodi 4235.

4233 74 4 481 Hellesponto navigia jungit Xerxes. Pugna ad Thermopylas, & proelium ad Salaminem navale. Xerxis scilicet in Graeciam transitus. Calliade.

Haec vulgo anno tribuuntur proximo. Alii aliter. Sed de ea re vide quae Scaliger disputat lib. V. de Emendatione pag. 383. & in tertio canonum pag. 231. ubi etiam de die ingeniosissime, ut solet. Sed exacte cum nostro conveniunt Petavii rationes, quas vide de Doctrina Temporum lib. X, cap. XXIV. Adde ejus caput XXII, libri primi, & notas ad Themistii orationem XII. Archon hic erat Calliades, uti etiam ex marmoris vestigiis liquet. Ita etiam nominatur Laertio in vita Socratis, Dionysio Halicarnassensi lib. IX, Diodoro lib. XI. & Thomae magistro in vita Euripidis. Sed eidem Laertio in Anaxagora Callias vocatur, uti & Eusebio, & D. Hieronymo ad Danielem cap. XI. & Olympiadum ἀναγραφῇ.

4234 75 1 480 Pugna ad Plataeas. Insignis nempe illa libertatis Graeciae fortissime recuperatae epocha. Ignem item evomuit Aetna mons. Xantippo.

Neque enim marmore alius hic potuit esse numerus integer quam HHΠΙ, qui annum hunc indicat. Transitus Xerxis praecedente hanc pugnam anno suffragiis plerumque omnium collocatur. Itaque Pausaniae cum nostro de utroque forte convenit. Is enim in Eliacorum II pugnam hanc Olympiadi LXXV tribuit, qui hic ipse annus est; ergo, ut videtur, Xerxis transitum praecedenti. Sed apud Eusebium metachronismus est quadriennii; pugna hac Olympiade LXXVI posita.

De Aetnae flammis consule Philippum Cluverium in Sicilia antiqua lib. I, cap. VIII. Sed nunc primum montem ignem evomuisse innuit, ni fallor, noster.

4235 75 2 479 Gelo Dinomenis F. tyrannidem in Sicilia invadit. Timosthene.

Sed

Anno Periodi Jul. | Olympiad. | Ante Christ. | Archonte Athenarum.

Sed mirum hic inter nostrum & scriptores alios, quos inter neque consensus est, discrimen. Vide Eusebium numero MDXXX, &, ad eundem, Scaligerum. Adde Pindari scholiasten ad Pythionicarum I, & III, & Scaligerum ad numerum porro Eusebianum MDXLII, item Olympiadis OB anni secundi ἀναγραφὴν.

4236 79 3 478 Simonides nepos, Leoprepis filius, Ceus, is qui memorandi artem invenit, ludis Athenis vicit. Pisistratidarum percussoribus, libertatis scilicet patriae vindicibus, Harmodio & Aristogitoni statuae positae sunt. Adimanto.

In lacunam desinit numerus. Sed ex eo quod archontis nominis reliquum est ....μάντου, manifestum est satis Ἀδειμάντου exaratum fuisse. Is proximum post Timosthenem annum occupat in fastis Atticis. Numerus igitur erat HHΔIIII, CCXIV, qui nostros facit; aut proxime minor. De Simonide hoc nihil, ni fallor, occurrit in Eusebii chronicis. Videsis supra ad annum periodi 4225. & inferius ad 4245. ubi de Simonide avo. Nepotem autem legimus, ἐν τῇ συναγωγῇ historica a Josepho Scaligero edita, floruisse Olympiade LVI, anno scilicet LXXX aut circiter ante nostri epocham.

4242 77 1 472 Hiero Syracusis tyrannidem occupat, Geloni fratri succedens. Huic coaevus fuit Epicharmus poeta. Charete.

Ergo annos duntaxat, VII, non XVII, regnavit Gelo; quod tamen in Eusebii Graecis, &, pro rationum fundamento, Scaligero habetur. Annus hic est Olympias LXXVII. Prochronismus est in Hieronis initiis triennii apud Eusebium; spatii item amplioris, si periochae, quae de Hierone praecedit, fides apud eundem magis habenda. Vide eum numero MDXXXVIII & MDXLII. Pindari Scholiastes ad Pythiorum III, Καθίστατο, inquit, ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος τῇ προκειμένῃ Ὀλυμπιάδι συγχρόνου οὔσης. *Regnare coepit Hiero rex Olympiade* LXXVI, *quae Pythiadi* XXVIII *respondet*. Id est, anno Olympiadis LXXVI tertio, qui ipsa est Pythias XXVIII, ab eo tempore quo agon Pythicus coronarius factus est dinumerata; de qua re vide ante numerum periodi 4132. Tertii autem Olympiadum anni Pythiades sunt. Sed Pindari Scholiastis calculus, biennio tantum antevertens, nostri rationibus proximat. Vide supra citata ad numerum 4235 praeter ἀναγραφὴν Olympiadum in ΠΕ. Vestigia autem quae in marmore restant Charetem satis indicant Archontem, qui hunc annum in fastis Atticis tenet. Scripsit plane noster Χάρητος.

4244 77 3 470 Socrates philosophus nascitur. Sophocles tragicus Sophilli filius tragoedia primo vicit, annos natus XXVIII. Apsephione.

De Socrate vide infra annum periodi 4313. At natus igitur est Sophocles Periodi anno MMMMCCXVII, seu Olympiadis LXX quarto, ut supra notavimus. Metachronismus de natalibus novennii est apud Suidam, qui natum eum esse ait κατὰ τὴν ογ' Ὀλυμπιάδα, seu Olympiade LXXIII quadriennii, apud vitae ejus autorem, qui LXXI Olympiadis secundo & Philippo Archonti tribuunt. Ita etiam Olympiadum ἀναγραφεὺς anonymus, quem vide item anno tertio LXXIII Olympiadis. Vide Meursium de Archontibus lib. II, cap. III. & Gregorium Gyraldum. Sed hoc ipso anno id ipsum de victoria ejus forte innuerat Eusebius. Nam sub eodem in Latinis, *Sophocles & Euripides*, inquit, *clari habentur*. In Graeco vero canone, anno praecedente eum quem designat noster, Σοφοκλῆς, ait, τραγῳδοποιὸς πρῶτον ἐπεδείξατο, *Sophocles Tragicus poeta primum ingenii sui opera publicavit*, id est, in certamen poeticum descendit; quod tamen in Latinis Eusebii ipsa Olympiade ponitur. Vide eum numero MDXLV, & in priore parte chronicorum Graece pag. 44. D. Hieronymum ad Danielem cap. XI, & Scaligerum ad dictum numerum. De Archonte hujus anni vide inferius ad periodi 4313.

4245 77 4 469 Saxum cecidit in Aegos flumen. Simonides poeta mortuus est nonagenarius. Theagenida.

De Archontis nomine non est cur dubitemus. Plane indicat quod est nominis in marmore reliquum. Vide autem notas historicas. De saxi casu (de coelo nempe decidisse ferebant) quadriennii est apud Eusebium metachronismus; prochronismus Plinio biennii. Vide eum lib. II, cap. LVIII. Sed non omnino hic doctissimo viro assentire queo, qui ex Lysandri vita apud Plutarchum putat eliciendum, Anaxagoram quidem casum, uti est apud Laertium, praedixisse, sed sexaginta aut circiter post an-

nis

Anno — Period. Jul. | Olympiad. | Ante Christ — *Archonte Athenarum.*

nis saxum cecidisse; eo scilicet quod Lysandri in Athenienses victoriam, quae tot annis postea parta est ad Aegos flumen, casum hunc portendisse tunc conjectabant nonnulli, aut ejus σημεῖον, quod ait Plutarchus, fuisse; ac si casus, qui tot annis anteverterat, victoriae signum fuisse minime omnino conjectassent harioli. At vero ex astrorum positu scimus fata, quae post multo plures annos eveniant, mitti, a futili astrologorum gente quotidie, idque ritu veteri, praedici solere. Quod nemo nescit qui eorum ἀφέτας, ἀναιρέτας, directiones, uti vocant, & revolutiones, tam in singularium hominum quam in urbium gentiumque thematis, atque alias ejusdem farinae nugas exploravit. Etiam celeberrimum est in historia Britannica saxum, quod, non semel translatum, certissimum futuri, post compluria secula in loco quem occupaverit, regni indicium & omen habitum est; idque divulgatissimo carmine. Nihil igitur vetat quin saxum quod sub Anaxagora cecidit, victoriae quae tot annis postea parta est, sive signum sive portentum apud conjectores, qui tam libentissime rerum ejusmodi ansas quam vanissime arripiunt, aestimaretur. Sed porro de casu vide ibidem Plutarchum. Adi, si placet, J. Meursium de Archontibus lib. II, cap. XIV. Romae certe lapidibus pluisse saepius, & portentum sacris novendialibus ritu veteri lustrari solitum, legimus apud Julium Obsequentem de prodigiis. Et ejusmodi quid de lapidibus aevis recentioribus non uno in loco memoratur.

De Simonide avo hic autorem locutum esse puto. Adi notas historicas pag. 1510. Simonidis nomen non semel luxatum legitur apud Eusebium. Vide supra, annum periodi 4225. Sed & vide eum numero MCCCCLVII, qui Olympias est LV, id est, Periodi Julianae MMMMCLIV. *Simonides,* inquit, *clarus habetur*; & in Graecis, Σιμωνίδης ἐγνωρίζετο. Certe circa eum ipsum annum, si nunc nonagenarius erat, natales ejus collocandi. Nonne igitur pro ἐγένετο illuc irrepsit ἐγνωρίζετο, quod tum Eusebium in annalibus quos exscripsit, tum D. Hieronymum fefellerit? Suadet sane temporis ratio. Ad eundem Simonidem etiam spectat illud, puto, quod habet Eusebius numero MCCCCLXXX. Sed quod occurrit de hoc nomine apud eum MCCCLIV, pertinere ad avum ibi nequit, nedum ad nepotem. Et certe submovendum. Vide Gregorium Gyraldum. Adde quod habetur in ἀναγραφῇ Olympiadum ΞΒ. & apud Synesium Epistola XLIX ad Theotimum.

4251 | 79 2 | 463 — Alexander Macedonum rex vitam finit. Succedit filius ejus Perdiccas. — Euthippo.

De Archonte, quem tamen Euthippum vocant, consensus aliquis est apud alios scriptores: De anno vix ullus apud veteres. Vide Eusebium, Diodorum, Scaligeri Canonum librum III. pag. 335. & Dionysium Petavium in Paralipomenis ad Doctrinam Temporum pag. 849. Marmoris autem vestigia reliqua tam patris quam filii nomina satis indicant.

4257 | 80 4 | 457 — Aeschylus poeta, annum agens LXIX, moritur in Sicilia. — Callia *primo.*

De eo vide supra ad annos periodi 4189, 4223, & 4228. Apud Suidam autem aetas ejus annis undecim minor est: In vita ejus, sexennio. Adi item, praeter Isaacum Casaubonum de Satyrica Poesi lib. I. cap. V, & Gregorium Gyraldum, Joannem Meursium de Archontibus lib. II, cap. XIX.

circa 4260 | 81 3 | 454 — Timotheus Milesius nascitur.

Vide inferius inter annos Periodi 4348 & 4352.

* 4270 | 84 1 | 442 — Euripides poeta, aetatis annorum XLIII, tragoedia primo vicit. Coaevi ei erant Socrates & Anaxagoras. — Diphilo.

Vide supra ad annum periodi 4228. Hoc ipso anno Eusebius, Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο, *Euripides tragoediarum scriptor clarus habetur*, ut habet D. Hieronymus. Victoria haec innuitur. Numeri in Marmore literae posteriores evanuere. Sed par satis est ut credamus, ex iis quae de natalibus Euripidis supra habentur, scriptum fuisse H𐅄ΔΔΔ sive CLXXX. Id firmat etiam lacunae spatium. Sed & vide D. Hieronymum ad Danielem cap. XI. At Diphilus biennio post Archon est in Fastis.

4275 | 85 2 | 440 — Philoxenus poeta dithyrambicus nascitur.

Vide inferius ad annum periodi 4334.

* 4294 | 90 1 | 420 — Perdiccas Macedonum rex moritur. Succedit ei Archelaus. — Astyphilo.

Obliterantur pleraeque numerales literae quae Archelai initium signabant. Sed ex Archontis nomine forsan deprehendendi. Is est Astyphilus

Anno Periodi Jul. | Olympiad. | Ante Christ. — *Archonte Atheniarum.*

aliis item Ariſtophilus dictus. Sed, cum noſtro, Aſtyphilum eum nominat Athenaeus lib. V. Archon erat ille anno Olympiadis XC primo, qui eſt periodi Julianae MMMMCCXCIV. Vide Diodorum, & Meurſium de Archontibus lib. III, cap. VIII. Ita ſcripſit noſter HΓΔ'ΠΙ ſeu CLVI, ſi ad Archontum faſtos vulgatos eum exigas. Quos inter & eum interdum tamen diſcrimen eſt. Ergo regnavit Perdiccas annos LXIII, qui ſunt XV plures quam ei tribuit Euſebius. Sed de Perdiccae exceſſu & Archelai initiis immanis eſt apud veteres diſcrepantia, quorum nemini tamen adſentit noſter. Certe Nicomedes Acanthius, qui annos XLI Perdiccam regnaſſe ſcripſit, propius a noſtro abeſt. Theopompus autem regnaſſe eum tradidit annos XXXV, Anaximenes XL, Hieronymus, vetus rerum Graecarum ſcriptor, XXVIII, (quem ſecutus eſt Euſebius) & ut aliquis demum reperiatur conſenſus, Marſyas & Philochorus XXIII. Horum ſententias exhibet Athenaeus lib. V. Singularem item habet Diodorus ſibi Perdiccae exceſſus annum.

4303 | 92, 2 | 411 — Dionyſius Syracuſis tyrannidem occupat. — *Euctemone.*

Metachroniſmus eſt triennii apud Euſebium. Vide eum num. MDCIX, Diodorum, alios. Sed tamen ipſum annum, cui ejus initia tyrannidis plerumque tribuuntur, obtinet Euctemon (quem habet noſter) archon in faſtis vulgatis in quibus Theopompus eſt noſtri anno archon, intercedentibus Glaucippo & Diocle ante Euctemonem. Vide epocham hic proximam.

4305 | 92, 4 | 409 — Euripides poeta moritur, ſeptuagenarius. — *Antigene.*

Vide ſupra ad annum periodi 4228, & 4270. At Euſebio anno qui proxime inſequitur, eodem ſcilicet quo ille Dionyſii Siculi initia ſtatuit, moritur Euripides. Videſis ad eum, Scaligerum, ad numerum MDCIX. Archon autem anni quo vivere deſiit Euripides, Callias eſt aliis; qui Antigenem ſcilicet excepit, & triennio tardius quam noſtri rationes patiuntur magiſtratum inivit, uti & Antigenes biennio; ſi ſcriptoribus vulgatis credimus. Vide Diodorum & Meurſii Archontas lib. III, cap. XII. Et huic anno Diocles aſſignatur. Quin Euctemon & Antigenes Archontes ſunt in faſtis continui, cum tamen inter Dionyſii initia, archonte Euctemone, & Euripidis mortem, Antigene Archonte, intercedat hic biennium integrum. Sed id recte ſatis fieri forſan potuit, ſervata interim exactiſſime ſucceſſione illa continua, ſi annorum embolimaeorum rationem habeamus, eorumque in enneadecaeteride Metonica ad Scaligeri calculum. Etenim ſub hiſce archontibus agebatur enneadecaeteris ſecunda, cujus in annum quintum, juxta noſtrum, cadit annus Antigenis, qui Scaligero atque ejus ſequacibus eſt embolimaeus. Et rationibus ita ſubductis, Euctemonis initia ſive Hecatombaeonis ejus neomenia incidit in XII Julii, Antigenis in ejuſdem menſis redeuntis II, cujus tamen annus, utpote embolimaeus, Euctemonis ſuperabat diebus ſaltem XV, & ad XVI diem Julii proximi anni protendebatur. Ita Euctemonis & Antigenis bini anni civiles, praeter duos integros annos ſolares communes, dies IV occupabant. Cum quibus etiam quatuor alii dies ἄναρχοι cenſendi, de quibus ſupra. Itaque quod ſub initiis evenit Euctemonis, biennio ante collocandum fuerit quam id quod ſub Antigenis finem. Atque ita tempeſtas anni, ferme ipſi dies, in utraque epocha hinc (ſi fides calculo) indicari poſſint. Caeterum, levi elementorum figurae mutatione vulgatis hic rationibus conſentiet fere noſter in utroque archonte. Scilicet ſi in hac epocha legerimus, quod mihi non permittit marmor, HΔΔΔΔII, in illa vero HΔΔΔΔIIII. Sed ratio tunc intercalationis Scaligerianae non procedit. Nam anni quibus collocantur hi Archontes in faſtis ſunt ei utrique communes. Sextus nempe & ſeptimus enneadecaeteridis. Sed de Metonico hoc cyclo vide porro Dionyſium Petavium, cui calculus alius eſt, alia emboliſmorum diſpoſitio. Et nec Euctemonis neque Antigenis (ut noſtro collocantur) annus ei embolimaeus eſt. Diſcrepant enim ſaepius Scaliger & Petavius in primae anni Attici neomeniae loco. Hic eam perpetuo fuiſſe quae ſolſtitio proximabat aſſerit, ille eam quae ſolſtitium proxime inſequebatur. Atque in ea re cardo certe eſt controverſiae quam de calculo Attico inſtituit in Scaligerum Petavius. Vide Petavium lib. II, de Doctrina Temp. cap. XI, XII, & XIII.

4307 | 93, 2 | 407 — Sophocles annorum aetatis XCI moritur. Cyrus minor in Aſiam aſcendit. — *Callea primo.*

Quamvis diſparuerit epochae numerus, & primum etiam aetatis Sophoclis elementum, tamen ex eo quod hujus reliquum eſt, & eis quae ſuperius de Sophocle occurrunt, annus quem annotavimus non obſcure elicitur,

Anno Periodi Jul. | Olympiad. | Ante Christ. | Archonte Athenarum.

tur. Vide supra ad annum 4244. Epocha igitur in marmore hic erat ΗΔΔΔΔΙΙΙ seu CXLIII. At tam Euripidis quam Sophoclis mortem statuunt eodem anno alii plerique. Vide Meursium de Archontibus, lib. III, cap. XII. Gregorium Gyraldum Dialog. VI, & Olympiadum ἀναγραφὴν anno tertio nonagesimae tertiae. Cyri ascensum ex vestigiis illis ἀνέβ..... quod ἀνέβαινεν forte indicat, adjecimus. Sed ἐπέχω. Hunc sexennio post ascendisse tam Eusebius quam Diodorus scribit, archonte Exaeneto. Vide inferius ad annum periodi 4313. Sed nec ita, biennio intercedente inter hanc & eam quae praecedit epocham, Antigeni proxime succedit Callias; quod tamen volunt fasti omnes. Neque hic ab intercalatione medicina est, juxta nostri rationes; si eas recte capimus. Atqui ita hi in fastis collocantur ut septimum alter, alter octavum enneadecaeteridis annum, id est embolimaeum, occupet. Et Antigenis sic annus a X Julii ad XXVIII Junii, Calliae autem inde ad XVII Julii redeuntis anni Scaligeriani extenditur. Certe sic biennium inter eorum praeturis signatas epochas locum habuerit. Adjectione autem τοῦ προτέρου innuit Calliam, ut videtur, etiam nunc archontem fuisse, qui L antea anno, quo mortuus est Aeschylus, Archon item erat etiam tunc ὁ πρότερος dictus. Alius enim ejusdem nominis erat eodem aevo subinde Archon annuus.

4311 | 94 2 | 403 | **Telestes poeta Athenis vicit.** | Micone.

Selinuntium poetam dithyrambicum intelligit. Athenaeo citatur hic saepius. Nec dubitari potest de nomine, tametsi primum disparuerit in marmore elementum. Quadriennio autem post illustris habetur apud Diodorum, lib. XIV. Ithycle scilicet archonte. Et cum ἐπισημοτάτοις διθυραμβοποιοῖς Timotheo Milesio, Philoxeno & Polyeido connumeratur. Vide infra ad annum periodi 4334. Telestis vitam scripsit Aristoxenus musicus, uti memorat Apollonius in ἱστορίᾳ θαυμασίᾳ μ.

4313 | 94 4 | 401 | **Socrates Philosophus, senex septuagenarius, moritur.** | Lachete.

Eusebio Olympiadis XCV anno II moritur Socrates. Metachronismus est biennii, aut circiter. Sed & Eusebius in Graecis nonagenarium tempore mortis fuisse ait, Πιὼν τὸ κώνειον ἀπέθανε ζήσας ἔτη G, *Hausta cicuta mortuus est nonagenarius.* Depravata forte est illa figura numeralis ex O, quod septuaginta notat. Quin natales Socratis Eusebio ipso anno tertio Olympiadis LXXVIII tribuuntur. Ita mortuus est, postquam vixerat annos LXV. In utroque igitur loco erratum est. Sed ad amussim ferme consentiunt noster & Apollodorus apud Laertium, qui Olympiadis LXXVII anno quarto sub Aphepsione, aut Apsephione, uti nostro vocatur, archonte natum scribit. Et tam de anno natalium expresse Olympiadum ἀναγραφή, quam de mortis, astipulatur. Vide supra annum periodi 4244. Neque omnino ulla Laertii loco, in vita Socratis, de hac re medela opus est; quam tamen attulit vir doctissimus, tam Aphepsionis & Phaedonis nominibus eundem apud scriptores annum designantibus, quam iteratis forte Aphepsionis praeturis, ni fallor ipse, deceptus; nec tamen sine exemplo. Videsis ἀναγραφὴν Olympiadum, Olympiad. ΟΔ anno tertio, & J. Meursium de Archontibus lib. II cap. VII, & XII. Nam per totum annum τῆς πρυτανείας, quo Socratem natum aiunt, aut Aphepsion magistratum gessit, Phaedon etiam, nescio quare, vocatus, aut suffectus est ei mortuo Phaedon, qui quod reliquum erat anni incepti implevit. Videsis fastos Atticos, & Suidam. Etiam de morte adeoque de aetatis annis cum nostro satis convenit Laertio, quem consulas in vita Xenophontis, ubi idem dicit quod in Socratis. Laertius autem Xenophontem cum Cyro ascendisse ait proximo ante Socratis obitum anno. Certe de iis qui μετὰ τοῦ Κύρου ἀνέβαινον scripsisse etiam hic nostrum, vix est ut omnino dubitemus. Vestigia illa .... Κύρου ἀναβάντες satis suadent. Etiam sub hoc ipso tempore collocatur apud optimos scriptores ipsa Cyri ἀνάβασις. Vide Scaligerum de Emendatione lib. V. pag. 389. & supra annum periodi 4307.

4315 | 95 2 | 399 | . . . . | Aristocrate.

Atqui in fastis archontes continui sunt Laches & Aristocrates; integro nihilominus hic inter epochas biennio putato. Neque opem fert hic Scaligeriana intercalatio, sive anni πρυτανείας ratio. Secundae enim enneadecaeteridis Metonicae annos habent hi, uti in fastis locantur, XIV & XV, quorum uterque ad Scaligeri calculum communis est. Anne igitur inter hosce alius locum obtinuit? Atqui ad nostri rationes, Lacheti annus est embolimaeus, decimustertius nimirum enneadecaeterici cycli secundi, unde saltem res haec salva fieri possit. Calculo autem Petaviano etiam annus cycli hujus XIV est embolimaeus.

.... | | .... | . . . . **Dithyrambo Athenis vicit.** | Pythea.

Philo-

Per. Jul. | Olymp. | Ant. Ch. | | Archonte Athenarum.

4334 100 1 380 Philoxenus poeta dithyrambicus, sexagenarius moritur.
Videsis supra ad annum periodi 4311.

* 4337 100 4 377 Anaxandrides comicus primo, *ut videtur*, vicit. Callea.
Annus epochae disparuit; sed manet archon, qui Calleas est, seu Callias, ut Diodoro atque aliis dicitur; quem Chambriam male nominat Sigonius. Post Aristocratem archontem, nostro cum fastis vulgatis de annis exacte convenit. Ita numerus hic erat HΔIII seu CXIII, unde is quem adjecimus prodit. Optime consentit Suidas in Ἀναξανδρίδης. Et anno proximo εἰσηγάγετο, in Olympiadum ἀναγραφῇ, archonte Chariandro.

4341 101 4 373 Astydamas, ludis edendis, vicit Athenis. Ingens arsit cometes. Asteio.
At fabulae Astydamas, poeta utpote tragicus, commissione certabat annis antea XXVI, aut circiter, archonte Aristocrate. Ita tum Diodoro, lib. XIV, tum Olympiadum ἀναγραφῇ legitur. De cometa vide notas historicas.

4343 102 2 371 Pugna Leuctrica Lacedaemoniorum & Thebanorum, in qua gravissima illorum clades. Phrasiclide.
Ita hanc Lacedaemoniorum cladem collocat diserte Pausanias in Arcadicis; ita alii. Anno insequenti potius tribuit magnus Scaliger. Vide eum de Emendatione lib. V. pag. 391. Saltem Phrasiclide in fine anni magistratum gerente putat proelium commissum. Nam Plutarchus (quem de hac pugna vide in Pelopida & Epaminonda) contigisse ait Hippodromii mensis πέμπτῃ ἱσαμένου. Et Hippodromium cum Hecatombaeone confert. Sed ea res satis est, si dies spectemus, incerta; de tempestate interim anni, non item. Phrasiclidis annus, ad Scaligeri rationes Metonicas, embolimaeus, quintus nempe enneadecaeteridis quartae Metonicae, incepit II die Julii; finivit ejusdem mensis XV in anno sequente. Et cum sub id tempus, aestivum scilicet solstitium, quod Plutarchi de Hecatombaeone mentio innuit, proelium commissum fuerit, atque noster annos solares ab VIII Julii retro putarit (de qua re in Apparatu diximus) secundum hasce rationes tam in finem Phrasiclidis quam in initium conjici posset. Sed annus hic communis est Petavio, & incipit III die Julii, Junii XXII (aut si τῶν ἀνάρχων ἡμερῶν ratio habeatur) XVIII finitus. Vide autem proximam epocham, qua forte ad finem ejus praeturae necessario trahendum indicatur.

* 4344 102 3 370 Stesichorus Himeraeus secundus vicit Athenis. Megalepolis in Arcadia condita est.
De Stesichoris vide supra ad annum 4228. Epochae numerus hic cum ipsius marmoris fragmentis aliquot amplis, uti & alia pluria, disparuere. At si Pausaniae fides, ipsum qui adjectus erat numerum revocare forsan non est difficile. Certe si nostro cum Pausania hic, quemadmodum in priori epocha, conveniebat, res erit manifesta. Ille in Arcadicis, Συνῳκίσθη, inquit, ἡ μεγάλη πόλις ἐνιαυτῷ τε τῷ αὐτῷ καὶ μησί τε ὀλίγοις ὕστερον, ἢ τὸ πταῖσμα Λακεδαιμονίων ἐγένετο τὸ ἐν Λεύκτροις, Φρασικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δ' ἔτει τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ δευτέρας, *Condita est Megalepolis eodem anno quo & mensibus paucis postquam cladem accepere Leuctris Lacedaemonii, Phrasiclide Archonte Athenarum, secundo scilicet anno Olympiadis* CII. Vide epocham proxime superiorem. De initio Phrasiclidis anni loqui eum non opinor nisi a nostro plane discedat. Nam si menses illi pauxilli ab initiis ejus putandi, tunc hae duae epochae in unam concurrere debuissent, non dividi. Nec eosdem annorum numeros alibi omnino iterat noster praeterquam semel, idque sub tempus mythicum. Sed quae ad eundem spectant numerum, sub eodem simul collocare solet. Caeterum annum hic ad Juliani formulam intelligi opinor a Pausania, quae eo scribente passim in usu; neque aliter quam si dixisset, eodem anno Juliano, a calendis scilicet Januariis putato, quo proelium contigit Leuctricum, archonte nempe Phrasiclide, seu Olympiadis CII secundo, & paucis post ipsum proelium mensibus, conditam esse Megalepolin; id est, in annis Olympiadicis, anno post Phrasiclidem, proximo, seu Olympiadis tertio. Si ita intelligatur, tunc ad finem Phrasiclidis non ad initia ejus spectat ipsum proelium in nostri epocha; si nempe recte Plutarchus sub solstitium aestivum id collocarit. Sic numerus in Marmore erat HΠII, CVI. Sed tam Megalepolis conditum quam pugnam Leuctricam sub Phrasiclidis anno

Anno Period. Jul.	Olymp.	Ante Christ.		Archonte Athenarum.
			ponit Scaliger in Olympiadum ἀναγραφῇ. Vide Petavium de Doctrina Temporum lib. X, cap. XXXI.	
4346	103 1	368	Dionysius Siciliae tyrannus moritur. Dionysius filius succedit. De anno hoc cum aliis nostro convenit. Exacte ita Eusebius; qui Olympiade CIII collocat Dionysii Junioris initia. Sed si recte rationes nostri tenemus, plures aliquot anni Dionysio patri quam vulgo assignantur tribuendi. Certissimum est male tam in Graecis quam Latinis Eusebii octodecim duntaxat notari; quod ex ipso Eusebio, cui Dionysius tyrannidem invasit sub Olympiade XCIII, satis arguitur. Triginta octo habet Helladius in Chrestomathia. Id rationibus ex Dionysii initiis apud Eusebium sumptis proximat, & a chronologis magnis recipitur. Sed nostro sunt XLIII. Vide supra ad annum periodi 4303. & Scaligerum ad Eusebianum numerum MDCXLIX. Quae in lacuna hujus epochae supersunt vestigia Alexandri nomen satis indicant. Sed nisi Alexandri Amyntae F. Macedonum regis mors & Ptolemaei Aloritae successoris initia fuerint notata, ne ariolari possum quid sibi velint. Spatium fragmenti quod evanuit non dissentit. Sed prochronismus est apud Eusebium quinquennii; apud quem Macedonum regum etiam satis turbata sunt tempora. Sed vide Scaligeri Canonum lib. III pag. 335.	Nausigene.
4348	103 3	366	Phocenses Delphis . . . . Nausigenem excepit Polyzelus archon, quem Cephisodorus, fastorum consensu. Sed quid de Phocensibus & Delphis annotatum fuerit, ne conjectari quidem possum. Graeca habent Φωκεῖς τὸ ἐν Δελφοῖς..... Certe octennio post, archonte Agathocle, οἱ Φωκεῖς καταλαμβάνουσι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν, *diripiunt templum Delphicum*; quod docent & Pausanias in Phocicis, & Olympiadis CV anni quarti ἀναγραφή. Sed Cephisodori annus in fastis ei quem adjicimus respondet.	Cephisodoro.
. . . . .		. . . . .	Timotheus nonagenarius moritur. Timotheum Milesium intellige. De eo vide psephisma apud Boethium lib. I de Musica, & quae obiter de eo diximus ubi de nomis supra egimus.	. . . . . .
. . . . .		. . . .	Philippi Macedonis Amyntae F. Alexandri M. patris, initium. Obitus Artaxerxis Mnemonis Persarum regis. Initia Ochi Artaxerxis filii. Vide Scaligerum ad numerum Eusebianum MDCLII de Mnemone. Vide eum item lib. V. de Emendatione pag. 388. & in Canonum tertio. Adi item Petavium de Doctrina Temporum lib. X, cap. XXIX. Atqui Ochi initia, & quae caetera hic annotantur (si recte in Notis Historicis conjectavimus) cis annum Periodi 4348. loca habuisse hinc liquet.	. . . . . .
4357	105 4	357	. . . . vicit.	Agathocle.
4359	106 2	355	. . . .	Callistrato.
. . . .		. . . .	. . . .	. . . . . .
4. . .		. . . .	. . . .	. . . . . .

Ad

Ad Smyrnaeorum decreta, & foedus ab eis & Magnetibus percussum, seu ad Arundellianorum Marmorum II.

TAM de Smyrnaeorum & Magnetum foedere ad Seleuci Callinici (qui Antiochus etiam dictus est, Eusebio teste, & Pogon, uti habet Polybius libro II.) Asiae proprie ita dictae & Syriae regis majestatem tutius conservandam inito, quam de praevio atque illo quod subsequitur decreto, altum est apud scriptores silentium. Res item sub eo gestae jejune nimis & perfunctorie traduntur. Caeterum occasionem unde consilium, quo tum in paciscendo tum in decernendo usi sunt, ortum est, haud difficile forsan fuerit elicere. Nam binae regis in Seleucidem (Syriae regionem maritimam) expeditiones in decreto praevio memorantur. Etenim ὑπερβάλλειν εἰς τὴν Σελευκίδα, bis in eodem decreto usurpatum, *expeditionem facere in Seleucidem* fidenter vertimus, licet fateamur interim τὸ ὑπερβάλλειν ea notione, pro ἐμβάλλειν scilicet, vix reperiri. Sed reperiri tamen non dubito. Diodorus Siculus non diverso sensu ὑπερβάλλειν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν dixit. Ἀπὸ τῶν ἀρχαίων (inquit libro I.) χρόνων ἄχρι Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου προσαγορευθέντος, οὐχ ὅπως τινὲς τῶν Ἑλλήνων ὑπερέβαλον εἰς Αἰθιοπίαν, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῶν ὅρων τῆς Αἰγύπτου προσανέβησαν· οὕτως ἄξενα πάντα ἦν τὰ περὶ τοὺς τόπους τούτους καὶ παντελῶς ἐπικίνδυνα. Τοῦ δὲ προειρημένου βασιλέως μεθ' Ἑλληνικῆς δυνάμεως εἰς Αἰθιοπίαν πρώτου στρατεύσαντος, ἐπεγνώσθη τὰ κατὰ τὴν χώραν ταύτην ἀκριβέστερον ἀπὸ τούτων τῶν χρόνων. Eadem hic notione ὑπερβάλλειν usus est qua προσαναβαίνειν & στρατεύειν, quae non aliud significare voluit. Neque enim de privatorum peregrinationibus locutum esse, sed de imperatorum expeditionibus (utcunque se aliter habet viri docti Latina interpretatio) mihi persuasissimum est. Quin res ipsa (pericula scilicet Smyrnaeorum urbi agrisque circumjacentibus imminentia, quae in decreto memorantur) non modo versioni hujusmodi favet, sed nec aliam admitti debere suadet, quam ejusmodi in qua eductas a' rege copias intelligamus. Expeditionum vero harum secunda occasionem decretis foederique praebuit. Atque ea, puto, erat qua bellum Ptolemaeo Euergeti AEgypti regi non magis feliciter intulit Seleucus quam civitatibus, quae defecerant, primo intulerat. Utramque ex Justino seu Trogi Epitomes libro XXVII, potissimum discimus. A parricidio auspicia regni coeperat Seleucus, Berenice noverca sua, Ptolemaei Philadelphi filia & Euergetis sorore, & parvulo fratre ex ea suscepto, trucidatis. Daphne se clauserat illa, ut caedem, qua dolo circumventa paulo post erepta est, vitaret. Ibi obsidione cingebatur. In sororis auxilium advolans Euergetes ad Babylonem usque (quod scribit Appianus) ascendit; cui etiam Asiae civitates quamplures, & perpetrati sceleris odio ductae, & crudelitatis exemplo territae, se tradunt. Adversus has, Euergete domestica seditione revocato, Seleucus ingentem classem comparat. Sed *repente, veluti diis ipsis* (quae verba sunt Justini) *parricidium vindicantibus*; *orta tempestate classem naufragio amittit. Nec quicquam illi ex tanto apparatu praeter nudum corpus & spiritum, & paucos naufragii comites residuos fortuna fecit. Misera quidem res, sed optanda Seleuco fuit. Siquidem civitates, quae odio ejus ad Ptolemaeum transierant, veluti diis arbitris satisfactum fuisset, repentina animorum mutatione in naufragii misericordiam versae imperio se ejus restituunt.* Atque haec prima, ni fallor, est expeditio cujus hic mentio. Secunda sequitur in ejusdem verbis: *Laetus igitur malis suis, & damnis ditior redditus, veluti par viribus, bellum Ptolemaeo infert*; *sed quasi ad ludibrium tantum fortunae natus esset, nec propter aliud opes regni recepisset quam ut amitteret, victus proelio, non multo quam post naufragium comitatior, trepidus Antiochiam confugit.* Neque vero conjecturae fidem adeo minuit quod nulla Justino Seleucidis hic mentio fit. Etenim classe usum esse Seleucum tam in secunda quam prima expeditione necessum est ut credamus. Nec fieri potuit ut aliter Ptolemaeum lacesseret, nisi per Judaeam aut Arabiam immensis itineribus in AEgyptum permeasset; quod nemo sanus autumet. Solvisse autem classem in utraque, ex portuoso Seleucidis litore, quod regni clavis erat, suadet opportunitas loci, qui tum in civitates quae defecerant tum in AEgyptum copias commodissime emittebat. Nec antequam se restituerant civitates aliunde emittere tuto potuisse Seleucum verisimillimum est. Id igitur quod in decreto primo est ὑπερβάλλειν εἰς τὴν Σελευκίδα intelligimus, pro eo quod est *copiis militaribus tam ad navale quam terrestre bellum instructis in Seleucidis littora transire:* quod ita bis sub initiis regni sui Seleucum fecisse existimandum est. In civitatibus autem Asiae quae fidae ei semper remanserant, Smyrna fuit; urbs utpote, quae etiam, Romanis postea summa rerum potitis, constantissima fuit, eoque nomine ante alias omnes liberas Asiae civitates clarissima (quod memoratur in excerptis Polybii legationibus XXV & XXXVI) & θέατρον τῆς Ἑλλάδος, Ἀσίας κόσμος & πρόσχημα, Ioniae στέφανος, & γῆς ἄγαλμα Aristidi, & καλλίστη τῶν Ἰωνικῶν πόλεων Luciano in Imaginibus dicta. In iis vero civitatibus quae majestatem regis comiter conservare desierant, & cum Smyrnaeis, vicinis nempe, bellum gesserant, Magnesia erat; quod ex ipsis decretis & foedere satis manifesto ediscitur. Post secundam igitur Seleuci expeditionem, clademque secutam, Smyrnaeorum (qui a Seleucide quamvis longe dissiti, regiis tamen malis nimium implicati erant) duces, quibus nimirum belli pacisque jus a populo permissum est, cum Magnetibus legatione egerunt, ut eorum amicitia tum civium libertati tum majestati regiae provide consuleretur. Assentit populus Magnesius, missis etiam legatis ad Smyrnensem populum, qui totius rei fundus factus est. Sed civiliter & prudenter quicquid de alterutra expeditione ultra dici potuit, tam in decretis quam in foedere omissum est, ne expressiori sive invidiosae regii apparatus causae, sive infelicis exitus, memoria, aut defectionem civitatibus aut parricidium regi oblique exprobrare viderentur. Populus autem uterque aeque liber erat ante foedus initum, uti etiam populus

pulus Palaemagnesius in decreto, quod foedus sequitur, memoratus. Eo scilicet modo liberos fuisse sentio quo populi qui, cum sui juris sint, superioris nihilominus majestatem comiter conservare tenentur, ad mentem Proculi l. 7. D. de captivis & postliminio. Neque aliter τὰ πράγματα τῷ βασιλεῖ διατηρεῖν, & ἀντιλαβέσθαι τῶν πραγμάτων, hic intelligo quam τὴν ἀρχὴν καὶ δυναστείαν τηρεῖν· quo loquendi genere utitur Polybius, aliique Graeci, pro eo quod est *imperium & majestatem conservare*, aut *comiter conservare*. De phraseos illius vi politici & jurisconsulti obiter. Ipsa vero foederis, quod ex eorum genere est quae inaequalia sunt, formula plurimum minuitur Magnetum libertas: Et quod specie foedus est, revera eis precaria erat servitus.

P. 1459. l. 1. στρατηγῶν γνώμη.] Etiam psephisma Atheniensium de legatis ad Philippum regem mittendis, qui de pactis servandis cum eo agerent, archonte Heropytho, apud Demosthenem oratione de corona, τῆς βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμη factum est; uti illud quod ibi sequitur πολεμάρχου γνώμη, *Polemarchi*, seu *magistratus qui bello praeerat, consilio*. Erant autem στρατηγοὶ seu *duces*, quos & *praetores* recte dicas, atque etiam *polemarchi* (hujus nominis unicus erat apud Athenienses magistratus ordinarius; illius, decem) in Graecis plerumque rebuspublicis viri summa fide & prudentia, quibus civitatis praesidium custodiaque, atque rei militaris administratio tam pacis quam belli temporibus, veluti ferme dictatoribus, mandabatur. Diserte de hujusmodi magistratibus locutus Aristoteles, politicorum VI capite VIII, καλοῦσι δὲ, inquit, στρατηγοὺς καὶ πολεμάρχους τοὺς τοιούτους, *id genus magistratus vocant polemarchos & strategos*. De strategis item apud Athenienses, atque eorum in legationibus ordinandis (quae res ad marmor nostrum spectat) munere, consulas psephisma in legatos aliquot, in quibus Antiphon rhetor erat; quod habetur apud Plutarchum in Antiphontis vita. Sed vide Sigonium de republica Atheniensium lib. IV. cap. V.

Ib. l. 9. Θεὸν Ἀντίοχον καὶ θεὰν Στρατονίκην ἱδρύσθαι παρ' ἡμῖν.] Antiochum Antiochi Soteris filium, Callinici patrem, *Theon* seu *Deum* dictum passim apud veteres legimus. Cognomen primo sortitus est (sic Appianus in Syriacis) apud Milesios, eo quod Timarchi tyrannide eos liberasset. Sed Stratonicem alibi deam nuncupatam minime comperio. Sed nec hujus aut illius apotheoseos vestigium ullum; quae tamen per ἱδρύσθαι, hic innui videtur. Illud autem *consecrari* vertimus, & intelligimus pro eo quod est fanis, delubris seu καθιδρύμασι, aut statuis ritu sacro positis, in deorum album referri. Non dissimili forte ritu ab eo quo Nicator relatus est ab Antiocho Sotere filio, de qua re Appianus, aut a Smyrnaeis Homerus poeta, de cujus apotheosi Strabo lib. XII, & Cicero oratione pro Archia. Idem honos habitus est ab Atheniensibus Lemni incolis Seleuco Nicatori & Antiocho Soteri, proavo scilicet & avo Seleuci nostri; quod scribit Phylarchus apud Athenaeum libro VI. De Stratonica autem hac, quae Seleuci Nicatoris patris indulgentissimi uxor Antiocho Soteri filio, Callinici avo, qui eam efflictim deperibat, concessa est, & de Erasistrati archiatrorum principis in amore illo tum indagando tum promovendo sagacitate, visendi sunt Plutarchus in Demetrio, Lucianus de dea Syria, Eusebius in chronico Graece edito, Appianus, Suidas in Seleuco, Valerius Maximus lib. V, cap. VII. Erasistrati etiam artificium istud tangit Galenus in περὶ τοῦ προγινώσκειν.

Ib. l. 11. Τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη.] Ἔθνη, seu *gentes*, pro singularium provinciarum incolis, seu provincialibus eodem jure utentibus, hic sumitur; non pro integris populorum nationibus. Neque enim solummodo regibus & principibus qui vicinis populis praeerant, sed etiam urbibus & singulis provinciis hanc gratiam suam de asyli jure erga Smyrnaeos merito indicari voluit Seleucus. Omnium enim illorum interfuisse eam scire nemo non videt. Eodem ipsissimo sensu τὰ ἔθνη saepius habetur apud Marcianum Heracleotem juniorem illum (non τῆς περιηγήσεως autorem) in Periplo; quem libentius hic laudo ideo quod & urbes clariores, & τὰ ἔθνη seu *gentes* hac notione sumptas, quae insulae majores Britannicae seculis habuerint vetustioribus, accuratius enumerat cum fluviis, promontoriis & insulis, idque, quod sciam, solus; sed a rerum nostratium consarcinatoribus nimium neglectus. De Hibernia, Ἔχει, inquit, ἔθνη ις', πόλεις ἐπισήμους ιε', ἀκρωτήρια ἐπίσημα πέντε, νήσους ἐπισήμους ἕξ, *Habet gentes* seu *provincias* XVI, *urbes insignes* XV, *promontoria insignia* V, *insulas insignes* VI. Et de Albione, quam nunc Magnam Britanniam appellant, Ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ, ait, ἔθνη λγ', πόλεις ἐπισήμους νθ', ποταμοὺς ἐπισήμους μ', ἀκρωτήρια ἐπίσημα δ', χερσόνησον ἐπίσημον ἕνα, κόλπους ἐπισήμους ε', λιμένας ἐπισήμους γ', *Continet in se gentes* seu *provincias* XXXIII, *urbes insignes* LIX, *fluvios insignes* XL, *promontoria insignia* IV, *peninsulam insignem unam*, *sinus insignes* V, *portus insignes* III. Ptolemaeo recentior est hic Marcianus; nam eum citat. Sed vero cum hisce numeris compara Ptolemaei chorographiam Britanniarum.

Ib. l. 12. Ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης.] Aphrodite seu Venus Stratonicis, praeterquam Tacito, veterum nemini memoratur. Dictum autem a Stratonice puto, non aliter atque AEneis ab AEnea appellata est Venus; cui exstruxerunt Trojani Italiam petentes fana bina; prope Leucadem alterum, alterum apud Actium; quod memorat Dionysius Halicarnassensis lib. I. Nam rarissima sunt exempla quae deos deasve a personis aliis quam majoribus suis denominatos exhibent; licet quae a locis sint passim obvia. Et satis obvii sunt etiam novi dii, ex adulatione spurcissima nati, qui priscis cognomines, ut Pythionice Venus, Themiso Hercules, Julia Juno, & quae sunt ejusmodi. Videsis Casauboni animadvers. in Athenaeum lib. VI. cap. XIV. Hujus autem generis si haec nostra fuisset, Stratonice Venus, non Stratonicis, quae tantum denominativum est, dicta fuisset. Neque aliam opinor fuisse hanc Venerem quam ipsissimam deam Syriam, Assyriam, seu Hieropolitanam, quam a Stratonice longe ante alia numina cultam satis ostendit Lucianus, ubi illam per insomnium, dum adhuc Nicatori cohabitaret, monitam, Hierapolim se contulisse narrat, templum deae instaurasse, & per triennium operi assidue, cum Combabo itineris comite, incubuisse. Smyrnaei autem, ut sive Stratonicen ipsam, sive maritos, sive filium, sive nepotem, sive hosce omnes simul demererentur, templo etiam eidem deae sacrato, a Stratonice

tonice eam non immerito denominabant: obtenso forsan interea (quod in rebus hujusmodi fieri solitum) oraculi imperio, uti etiam Romae trecentis aut circiter annis postea obtendebant; quod ex Tacito mox ostenditur. Neque omnino obstat quod apud Lucianum non Aphrodite sed Ἥρη & Ἥρη Ἀσσυρίη, seu Assyria Juno, numen Hieropolitanum indigitetur. Nam, ut praetermittam notissimam illam numinum apud gentium theologos confusionem, qua eis quae unius saltem sexus sunt unitas etiam divinitatis plerumque tribuitur; Hierapolitana dea non minus Aphrodite quam Juno nominanda erat, imo potius sane Aphrodite; quod etiam bene norunt Smyrnaei, indigitamentum ejus ad amussim proculdubio ab hierophantis antea edocti quam nomen sacratum evulgarent. Utut enim Junonis Graecorum speciem prae se maxime ferebat, aliarumque quamplurium dearum quidpiam habebat; cesto etiam, seu adumbrandi amoris illecebras tunica (nam tunica cestus erat, non cingulum; quod optime docet Nicolaus Rigaltius in notis ad Onosandrum) induta sedebat. Indumentum autem illud proprium erat (quod ait etiam ipse Lucianus) duntaxat Uraniae, quae ipsissima Aphrodite seu Venus est. Κεστὸν, inquit, ἔχει, τῷ μούνην τὴν οὐρανίην κοσμέουσι. Atque diserte Plutarchus Hieropolitanam tam Aphroditen quam Junonem seu Ἥρην dictam scribit in vita Crassi. Quin Ptolemaeus deam orientalibus quibuscunque nominibus vocitatam Aphroditen fuisse ait in secundo tetrabibli. Hoc autem nomen atque ejusmodi alia Graecorum vocabula Assyriis plane peregrina erant. Iis vero Uraniam hanc Μύλιττα seu Μύλητα dictam esse testes sunt Herodotus in Clio & Hesychius. Μύλιττα autem Γενέτειραν seu *Genitricem* denotat Syris, ut Ἄλιττα pro eodem numine Arabibus etiam, apud Herodotum loco citato, usurpatum. Ita omnia in Venerem conveniunt. Sed de orientalium Venere nos plura in secundo syntagmate de diis Syris.

Ibid. Ἄσυλον εἶναι.] Jus igitur asyli quo fruebatur Veneris Stratonicidis fanum, magis Callinici regis beneficium erat quam ex oraculo Apollinis natum. Hoc tamen solummodo ut juris sui argumento usi sunt Romae, sub Tiberio imperatore, Smyrnaeorum legati in certamine illo de Graecarum urbium asylis. Nam ubi ex decreto senatus civitatum, quae in eo certamine & jura sua & legatos miserant, aliae regum qui ante vim Romanam valuerant sancita ad asyla sua firmanda ediderunt, aliae autem, quod scribit Tacitus Annalium tertio, obscuris duntaxat ob vetustatem initiis nitebantur; in his Smyrnaeos ponit, utpote qui *oraculum Apollinis, cujus imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverant* (quae ejus verba sunt) praetexuere. Obscura scilicet numinis jussa magis quam expressissima hominum sancita periclitanti causae patrocinari satis imprudenter existimabant. Sed cautius postea egit Polemon sophista juris peritissimus. Nam renascente ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ Σμύρνῃ ναῶν καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς δικαίων seu *de fanis Smyrnaeorum* (quorum is syndicus erat) *fanorumque juribus controversia*, orationi illius posthumae in judicio solum lectae tanta argumentorum vis inerat, ut secundum Smyrnaeos decerneret imperator Antoninus, uti scribit in Polemonis vita Philostratus. Vix dubitare possum quin asyli hujus jura in judicium tunc revocata fuerint, & regia sancita (quorum in hoc decreto mentio est) prae futili superstitione sub Tiberio neglecta, in legitimas probationes a sophista rite adhiberentur.

Ibid. Καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν ἱερὰν καὶ ἄσυλον.] Ita non solum fanum sed & urbs tota & deae sanctitatis particeps & confugii locus erat. E fano scilicet nemo in jus erat vocandus, nedum rapiendus; ex urbe nemo qui vicinis damnum injuriamve intulerat, in deditionem repetendus. Sic ἀσυλίας jus in utroque intelligo. Templa autem aliquot asyla, lucos item, aras, statuas, apud veteres non raro habemus. Sed urbem totam asyli jure potitam esse, alibi quam apud Judaeos (quibus in hac re casus erat tantum singularis, fortuiti scilicet homicidii) rarissimum est in scriptis veterum. Sed in Titi numismatis habetur ΠΑΡΑΙΤΩΝΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ; & in Domitiani ΑΔΜΕΔΕΡΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. Thapsacenorum civitati idem tribuitur in Trajani; Gabalitarum, in Elagabali nummis. Et alia sunt ejusmodi. Nonnullis vero ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ reperitur. Ita dicitur Caesarea in Septimii Getae nummis. Ita aliae aliquot. Etiam senatus Smyrnensis in Augusti aliquot ἱερὰ σύγκλητος καὶ ἐλευθέρα vocatur. Sed de Persicae Hierocaesariensium Dianae templo & duobus millibus passuum tributa inviolabilis perfugii sanctitate, vide Tacitum Annalium tertio. Quin incolas totius insulae quae sparsis circa Britanniam & olim desertis proximabat ἱεροὺς πάντας καὶ ἀσύλους a Britannis habitos ait Demetrius perlustratum sub Hadriano imperatore missus, apud Plutarchum libro de defectu oraculorum. Et, uti Proclus locum Plutarchi intelligit in primo libro ad Platonis Timaeum, insula ipsa, cum fuerit sacra, erat διὰ τοῦτο ἄσυλος ἀνειμένη ὑπὸ τῶν κρατούντων, *ideo etiam a principibus ut asylum habitum*. Samothracia item insula *sacra erat, & augusti tota atque inviolati soli*; quod legimus apud Livium decad. V. lib. V. Unde erat quod Perseus ultimus Macedoniae rex, a Paulo AEmilio victus, inviolatus exstitit, uti etiam Plutarchus memorat in AEmilio. Caeterum licentia, quae in praetexendo per urbes Graecas (in quibus Smyrna) asyli jure nimium crebuerat, sub Tiberio senatusconsultis coercita est, & modus praescriptus. *Facta*, inquit Tacitus, *senatus consulta, quis multo cum honore, modus tamen praescribebatur; jussique ipsis in templis facere aras sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur.* Modus personarum qualitati, locorum spatio, tempori forte datus. Ita asylorum jura per has civitates tantum innovata erant, minime autem omnia quae usquam erant abolita; quod satis inconsiderate (ut recte notat Lipsius) Suetonio elapsum est in Tiberio cap. XXXVII. Et frustra nimis facit Petrus Gambacurta, qui Taciti verba Suetonio non adversari contendit. Videsis eum de immunitate ecclesiarum lib. I. cap. XVII. Gentium autem fana, seu templa, nonnulla tantum asyla fuere; unde Livius libro XXXV. *fanum lucumque Apollinis Delii ea* dicit fuisse *religione & eo jure sanctum, quo sunt templa, quae asyla Graeci vocant.* Videsis Strabonem de Neptuni asylo in

Calauria

Calauria lib. VIII. Templum item Meccanum, in Alcorano, asylum est; quod legitur Azoara I. Sed christianorum in universum omnia, post adultum fere christianismum, templa confugis salutem praestabant: Et majestatis crimen erat eos abducere, etiam verberibus, tonsura, & deportatione luendum. Vide titulos de his qui ad ecclesias confugiunt in utroque Codice, & de crimine sacrilegii in Justinianeo; sanctionem item Theodosii & Valentiniani concilio Ephesino subjunctam. Consule etiam Petri AErodii rerum judicatarum lib. I. tit. IX. Atqui praeter juris tum civilis tum sacri utriusque imperii commentarios, & varios singularium gentium mores, quibus & firmatum saepius est & mutatum asylorum in ecclesiis jus, consulenda est constitutio nupera Gregorii XIV. Pontificis Romani, qua modus etiam huic juri praescriptus est. Reperitur apud Laertium Cherubinum in Bullarii tomo II. pag. 694. Quin ea editis Prosperi Farinacii & Petri Gambacurtae interpretamentis illustratur. Vide item Petri Sarpi de jure asylorum librum singularem. Nec vero omnino ingratum forsan fuerit si de singulari asyli jure, quo etiam in universis suis aedibus gaudebat olim tam Templariorum, dum stetere, sodalitium, quam Hospitalariorum, decisionem Anglicanam, eamque non contemnendam, ex vetusto rerum Hospitalariorum codice MS. hic obiter adjecero; maxime cum in commentariis juris nostri vix reperiatur id genus decisionum vestigium aliquod; sed decisio ejusmodi integra omnino nullibi. Anno Henrici quarti Angliae regis decimo, qui vulgaris est Christi 1446, mense Julio, sedentibus pro tribunali Wintoniae Guilielmo Hankeford & Guilielmo Skrene, judicibus nempe ad reos juxta patrium ritum custodia liberandos diplomate principali constitutis, accusatus est furti Johannes Gore, qui se minime judicio sistendum esse excipit, sed plane eximendum, eo scilicet quod a domo quadam vi abreptus fuisset quae, Hospitalariorum utpote possessio, jure asyli potiebatur, uti & eorundem caeterae; sive *quod ipse* (ut ipsissima juris nostri formula, utcunque barbara, utar) *pro felonia praedicta fugit ad quandam domum prioris & fratrum hospitalis S. Johannis Jerusalem in Anglia in* Burghton *vocatam* Spittlehouse, *quae quidem domus privilegiata exsistit, sicut caeterae domus ejusdem privilegiata exsistunt, petendo in eadem domo privilegium hospitalis praedicti. Et dicit quod ipse ab eadem domo per constabularios villae praedictae & alios aemulos suos manu forti contra voluntatem suam extractus fuit; & petit quod ipse ad domum praedictam restituatur.* Adest etiam Hospitalariorum procurator, qui domum eam fuisse asserit olim Templariorum, & privilegia Templariis ab Innocentio...., Hospitalariis ab Urbano III, indulta exhibet, *ne quis in illos qui ad domos eorundem fratrum pro salute sua confugiunt, vel in res eorum infra ambitum domorum ipsarum, manus injiciat violentas.* Eos qui contra fecerint anathemate feriendos, appellatione omni cessante. Quin privilegio eodem perpetuo a tempore primae concessionis, tum Templarios tum Hospitalarios (ad quos etiam, exstincto sub Clemente V. Pontifice Romano Templariorum sodalitio, pleraque eorum bona, principum consensu, applicata sunt) ita usos esse ut si quis criminis cujuscunque *feloniae* dicti reus ad eorum domum quamcunque confugeret, non minus inviolatam ibi pacem sortiretur quam si ad sanctam ecclesiam confugisset. Clementis Bulla de applicandis Templariorum bonis habetur in Laertii Cherubini Bullario, tomo I, pag. 149. Ut autem de veritate ad ritum patrium constaret, evocant e vicinia judices duodecim viros qui juramentis praestitis de privilegii usu pronunciarent. *Hi dicunt super sacramentum suum, quod praedicta domus vocata* Spittlehouse *nuper fuit in possessione praedictorum religiosorum virorum fratrum militiae templi, & modo in possessione praedictorum nunc prioris & fratrum praedicti hospitalis S. Johannis Jerusalem in Anglia exsistit. Et quod praedictus Johannes* Gore *fugit usque eandem vocatam* Spittlehouse *pro felonia praedicta, & petiit ibidem privilegium praedicti hospitalis S. Johannis Jerusalem in Anglia, & in eadem domo exstitit quousque ab eadem domo contra voluntatem suam per quosdam aemulos suos manu forti extractus fuit, prout idem Johannes* Gore *superius allegavit. Et ulterius dicunt super sacramentum suum, quod tam praedicti nunc prior & fratres hospitalis praedicti, necnon omnes praedecessores sui priores & fratres hospitalis illius temporibus suis, hujusmodi privilegium a tempore concessionis ejusdem habuerunt, & semper hucusque continuarunt, videlicet quod quilibet homo sive foemina ad aliquam domum tam praedictorum fratrum militiae templi tempore suo quam praedictorum nunc prioris & fratrum hospitalis praedicti ac praedecessorum suorum priorum & fratrum hospitalis illius temporibus suis, pro aliqua felonia pro salute sua fugiens habuit in eadem domo ad quam sic fugit, & in qualibet domo domorum praedictarum haberet, hujusmodi privilegium & libertatem prout in sacrosancta ecclesia tunc temporis pro eodem delicto exsisteret; prout Willielmus de* Wakefield (is Hospitalariorum procurator fuit) *pro praedictis priore & fratribus hospitalis praedicti superius allegavit. Et ulterius dicunt, quod licet aliquis pro salute sua ad aliquam domum domorum praedictarum pro aliqua felonia in forma praedicta fugiens ab eadem domo extractus fuisset, ipse semper occasione privilegii praedicti ad hujusmodi domum a toto tempore praedicto restitutus fuit.* De restitutione dubitant judices; unde causa ampliata est etiam in aestivam anni proximi sessionem. Qua, postquam interea a procuratoribus regiis privilegium impugnatum est, & alterutrinque disceptatum, & res a caeteris etiam qui judiciis praeerant mature est perpensa, secundum reum asyli nomine fertur sententia. Neque haec sane indigna quae formula forensi interseratur. *Auditis & plenius intellectis tam recordo praedicto quam diversis & non modicis legis peritorum rationibus pro domino rege in hac parte factis, ac habito prius inde avisamento tam justitiariorum domini regis in utroque banco quam servientium domini regis ad legem, necnon aliarum peritorum de ejusdem domini regis consilio, per praefatos Willielmum* Hankeford *& Willielmum* Skrene, *pro*

pro jure domini regis in hac parte salvando ad hoc requisitorum, videtur justitiariis hic quod praedictus nunc prior & fratres hospitalis praedicti hujusmodi privilegium, prout ex parte sua in forma praedicta allegatum exstitit, habere debeant. Ideo consideratum est quod praedictus Johannes Coze *ad praedictam domum praedicti prioris sancti Johannis Jerusalem in Anglia vocatam* Spittlehouse *in* Burghton, *ad quam idem Johannes* Coze *pro felonia praedicta fugit petendo ibidem privilegium hospitalis praedicti, & extra quam idem Johannes* Coze *postmodum per constabularios villae praedictae & alios aemulos suos manu forti contra voluntatem suam in forma praedicta extractus fuit, restituatur. Et restituitur per vicecomitem comitatus praedicti.* Accusationis, exceptionis, ampliationis, & sententiae formulam integram olim exscripsimus ex vetusto, quem diximus, codice, qui locupletissimus est rerum ad Hospitalarios spectantium thesaurus. Sed sub Henrico Angliae rege VIII, legibus in ordinum comitiis latis antiquata sunt hujusmodi asylorum jura; & plane apud nos evanuere.

Pag 1460. l. 23. Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι] Bene ominandi caussa ἀγαθῇ τύχῃ & sermocinationibus Graecorum adhiberi & inscriptionibus praefigi solitum esse notissimum est. Haud alia notione quam, *quod bonum, felix faustumque sit, fors fuat,* & quae sunt ejusmodi Romanis in usu erant. In utroque decreto hic reperitur, & ad extremum foederis. Sed non ita multa sunt exempla hujusmodi in decretis aut foederibus usus. Vide annuas Atheniensium & Lacedaemoniorum inducias apud Thucydidem lib. IV. Eae τύχῃ ἀγαθῇ τῇ τῶν Ἀθηναίων pactae sunt. Laconum item decretum non dissimili auspicio fit, de Epictetae Grinni filiae legato, apud Janum Gruterum in inscriptionibus pag. 217. & vide eundem pag. 400, & 401. Etiam pro eo quod est Romanis, *quod felix faustumque sit,* expresse substituunt Graeci, ἀγαθῇ τύχῃ, uti habetur apud Appianum lib. IV. de bello civili. Id καλῶς γένοιτο est Hellenistis Maccabaeorum primo cap. VIII. 23. Et Donatus ad Terentii Hecyram *fors fuat* usurpari ait pro *bona fortuna sit*; unde etiam nos, *cum bona fortuna,* verbum verbo reddentes hic vertimus. Pro eodem praefigebant etiam edictis Romani, *bonum factum,* quod videre est (ut testimonia id genus caetera, quae satis obvia sunt, praetermittam) in reciproco illo mathematicorum edicto de Vitellii nece apud Suetonium cap. XIV. Ubi tamen non solum edictorum formulam eos irrisisse puto, sed etiam sine artis suae, cujus item amantior erat imperator, vocabulis rite servatis ipsis (si Graece scribebant, quod est satis simile veri) sive intellectis & indicatis (si Latine) homonymia acrius eum sugillasse. *Bonum factum* (ita Latine, ad formulam edicti, noctu ludebant mathematici, postquam ejusmodi formula interdiu eos Italia intra Kalendas Octobris excedere jusserat) *ne Vitellius Germanicus intra Kalendas Octobris usquam esset*; quod Graece sonasset; ἀγαθῇ τύχῃ. Βιτέλλιος ὁ Γερμανικὸς ἐντὸς τῶν καλανδῶν τοῦ Ὀκτωβρίου ἀπαλλαγήσεται τοῦ βίου. Homonymia duplex fuisse videtur; tum in eo quod tam sensu indicativo quam optativo intelligi posset τὸ ἀγαθῇ τύχῃ, tum quia *fortuna bona* seu ἀγαθὴ τύχη aut *bonum factum* item innuens, tam ex artis ritu quam ex edicti formula petenda erat. Etenim fortunam, quae in tota ratione mortalium sola utramque, ut ait ille, paginam facere existimabatur, sive ἀγαθὴν & *bonam,* sive κακὴν, φαύλην aut *malam* nominabant mathematici, prout siderum in thematis genethliacis positura & τοῦ κλήρου τῆς τύχης, seu *sortis fortunae* habitu io praedictionis argumenta subministrabant. Neque id solum in hominum, sed & urbium & imperiorum thematis obtinebat. Aut igitur infelicem exitum ἀγαθῆς τύχης *bonae fortunae* seu *boni facti* (quod idem est) nomine imperatori, cujus ex themate malam fortunam seu exitium compererant, ironia innuebant; aut consulto simul urbis seu imperii Romani themate (uti artis illius praeceptis oportet) bonam ex tyranni nece fortunam imperio, solennibus edicti vocabulis, quae eodem sono fere, non dissimili sensu, astrologiae propria erant, usi edicebant. Non sum nescius interim τὰ ἐκτικὰ seu res externas plerumque a magistris sorti fortunae tributas esse. Sed cum multiplex fuerit ejusdem sortis significatio, in vitae etiam datoribus seu aphetis, teste ipso Ptolemaeo, primarium obtinet locum. Unde prout sive a locis sive a stellis anaereticis seu interficientibus laeditur, mortis genus ostendere putatur. Vide, si placet, Hermetem in Carpo, Aphorismo LXXVIII. Et Vettius Valens Antiochenus, astrologus vetustus, necdum typis editus, sortem fortunae, quam κυρίαν τοῦ σώματος appellat, lunam, sortem vero daemonis seu genii solem (qui eidem Vettio νοῦς καὶ δαίμων κοσμικῶς ὑπάρχει) denotare ait. Huic igitur τὰ πρακτικὰ, sive *res agendas,* seu athla (uti vocat Manilius) tribuit; illi τὰ σωματικὰ, sive quae ad corpus spectant; nimirum sanitatem, morbos, pulchritudinem, necem, & quae sunt id genus alia. Ita scilicet τῶν ἀνθολογιῶν sive Floridorum libro IV. Ubi περὶ διαιρέσεως χρόνων ἐμπρακτῶν καὶ ἀπράκτων agit juxta stellarum errantium periodos & ἀφέσεις seu in tempora missiones, quas vulgus hodie astrologorum *prorogationes* vocat. Adjicit insuper ibidem caput περὶ χρόνων διαιρέσεως ἀπὸ κλήρου τῆς τύχης καὶ δαίμονος, sive de rebus sortibus fortunae & genii assignatis. Ἐπὰν οὖν, inquit, σωματικοὺς χρόνους ζητοῦμεν, οἷον κλιμακτῆρας, καὶ ἀσθενείας, ἢ αἱμαγμοὺς, πλώσεις, σίνη, πάθη, καὶ ὅσα ποτὲ ἂν ἥκει τῷ σώματι περὶ ῥώσεως, τέρψεως, ἡδονῆς, καλλονῆς, ἐπαφροδισίας, ἀπὸ τοῦ κλήρου τῆς τύχης διεκβαλλόμεθα ζωδιακῶς. Καὶ οὗ ἂν καταλήξῃ ὁ χρόνος, λογιζόμεθα τὸ ζώδιον καὶ τοὺς ἐπόντας ἀστέρας ἢ μαρτυροῦντας, πῶς σχηματίζονται πρὸς τὸν καθολικὸν οἰκοδεσπότην τῶν ἀφετικῶν χρόνων, καὶ πότερον ἐπίκεντροι οἱ χρόνοι κατὰ τὸν κλῆρόν εἰσιν ἢ ἔκκεντροι. Ideoque ἀγαθὴν τύχην & ἀγαθὸν δαίμονα velut deos contubernales habemus apud veteres. Vide Aristidis orationem sacram primam. Et poema sic inchoavit Diagoras ille atheos, sed antequam deos esse negasset; Κατὰ δαίμονα καὶ τύχην πάντα τελεῖται, *A daemone,* seu *genio, & fortuna fiunt omnia*; quod memorat Sextus Empiricus adversus mathematicos lib. VIII. Et Ζαρδὰμ Zasradi, seu Zoroastri, id est magorum scholis, *fortuna* dicta est, adeoque τῶν πάντων ἀρχηγὸς, uti habet Theodorus Mopsuestiae libro περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, apud Photium

tium codice LXXXI. Obiter autem alia quae apud Vettium nostrum habet Necepso, qui AEgypti rex ante annos MMCCC scripsit, de sorte fortunae subjungimus. Neque gratiam nos inde non inituros putamus non solum cum iis qui divinatricem illam artem frustra nimis venditant, sed etiam cum illis qui sobrie philosophantes, & reverenter prisca indagando, artium qualiumcunque sive deperditarum sive fugientium vestigia satagunt. Vettius, Floridorum primo, ad felicitatem seu infelicitatem nati dignoscendam, locum ejus esse ait, ἀναγκαιότατον καὶ δυναστικόν. Et, ut sententiam firmet, Necepsonis regis librum XIII citat. Ita inquit, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐναρχόμενος ἐν τῇ ΙΓ βίβλῳ μυστικῶς ἐδήλωσε, λέγων, ἐπεχομένως δεήσει τοῖς ἡμέρας γινομένης (lege γεννωμένοις) σαφῶς ἀριθμεῖν ἀπὸ ☉ ἐπὶ σελήνην· πάλιν δὲ ἀφορῶν (depravatum esse puto ex ἀφ᾽ ὡροσκόπου, qui abbreviante figura ex literis duabus primis & ϖ interdum adjecta conscribi solitus est; nisi ἀφ᾽ ὁρῶν pro eodem illum usurpasse malles) ἰσότητα τάσσειν, καὶ τὸν ἀποβάντα τόπον συνορᾶν οὗτινος τέτευχεν ἀστέρος, καὶ τίς ἢ τίνες ἐπὶ τούτων πρόσεισι· τά τε □ ἢ △ πανταπασιν ὡς καθηστέρηται. Ἐκ γὰρ τῆς δὲ τῆς τῶν τόπων συγγνώσεως πρόδηλον κρίνειν τῶν γεννωμένων τὰ πράγματα. *Atque eodem modo*, ait, *Petosiris locum explicat in definitionibus*, sive ἐν τοῖς ὅροις. Ὁμοίως δὲ καὶ, inquit, ὁ Πετόσιρις ἐν τοῖς ὅροις ἐδήλωσε τὸν τόπον. Extremo item libro tam ex Petosiride quam ex Necepsone eadem iterat. Et libro III caput habet de sorte fortunae, ejusque in natorum vitae spatium imperio & legibus. Res ipsa satis futilis est & nugatoria. Sed quoniam ex eodem Necepsonis libro etiam desumuntur quae de ea tradit, ideoque vetustiora sunt quam quae alibi omnino legimus de fortunae sortis apud astrologos interpretatione, & satis a vulgi scriptorum sententiis diversa, etiam totum caput adjicere visum est, quod nec bonarum literarum studiosis injucundum fore credimus, certe astrologiae magistellis pergratum. Lemma hujusmodi est, Περὶ κλήρου τύχης εἰς τὸν περὶ ζωῆς τόπον μεθ᾽ ὑποδείγματος, ἐν ᾧ καὶ τὰ ἐλάχιστα ἔτη τῶν ἀστέρων. Εὗρον δὲ (inquit Vettius ille Valens) καὶ ταύτην τὴν αἵρεσιν περὶ χρόνων ζωῆς, ὑπὸ μὲν τῶν ἀρχαίων ἀναπεπλεγμένην ποικίλως. Αὐτὸς δὲ διὰ πείρας ἀναζητήσας διέκρινα· καὶ οἴομαι μᾶλλον τοῖς πλείστοις ἀρέσκειν. Ἐν γὰρ τῇ ΙΓ βίβλῳ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὸ προοίμιον καὶ τὰς τῶν ζώων διατάξεις, κλῆρον τύχης ἐπιφέρει ἀπὸ ☉ καὶ σελήνης καὶ ὡρ. ὁ μεγίστην (lege ὃν μέγιστον) περιποιεῖ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ βίβλῳ μνημονεύει, καὶ κύριον κρίνει τόπον· περὶ οὗ καὶ αἴνιγμα τέθηκε τὸ ἔμπαλιν καὶ ἀνάπαλιν. Καὶ ὁ ἥλιος ἀπὸ ἠοῦς ἀρχόμενος παντὸς αἰῶνος κύτος παραδίδωσι ἕσπερον, κύκλον διανύων καθάπερ ὁρᾶται. Νυκτὸς δὲ ἐπερχομένης, οὐ πάντοτε ἡ σελήνη φωσφοροῦσα τεύξεται, ἀλλ᾽ ὅτε μὲν ἑσπέρας φανεῖσα δύεται· ὅτε δὲ ἐπίμονος μέχρι τινὸς μέρους. Ἔσθ᾽ ὅτε δὲ διὰ τέλους τῆς νυκτὸς πορεύσεται, διόπερ ἀκολούθως ὁλοτελῶς τὸν κύκλον ☉ παρηγγεγύηκεν. Περὶ μὲν οὖν τούτου διανοήματος ἄλλοι ἄλλως φανοῦσι. Ἐμοὶ δ᾽ ἔδοξεν ἐπὶ μὲν ἡμερινῆς γενέσεως λαμβάνειν ἀπὸ ἡλίου ἐπὶ σελήνην, καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ὡρ. ἐπὶ νυκτερινῆς, ἐφ᾽ ὅσον μὲν ἡ Σελήνη ὑπεργειός ἐστι, τοῦτ᾽ ἔστι μέχρις οὗ δύνῃ, ἀπ᾽ αὐτῆς ἐπὶ τὸν ἥλιον λαμβάνειν καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ὡροσκόπου· Μετὰ δὲ τὴν δύσιν ἀπὸ Ἡλίου ἐπ᾽ αὐτήν. Τὸ γὰρ ἐπιλέγειν διόπερ ὁλοτελῶς τὸν κύκλον ☉ παρηγγεγύηκε, τοῦτο δοκεῖ. Σκοπεῖν δὲ δεήσει εἰς ποῖον τόπον ἐξέπεσεν ὁ κλῆρος, καὶ τόπον ἡγεῖσθαι κύριον· ἔπειτα συνορᾶν τὸν τοῦ ζωδίου κύριον ἐν ποίῳ ζωδίῳ τέτευχε· τρίτον δὲ, τὸν τούτου οἰκοδεσπότην. Ἐκ τούτων γὰρ τῶν τριῶν τόπων καὶ τῶν τούτων οἰκοδεσποτῶν ὁ βιώσιμος χρόνος εὑρεθήσεται κατὰ τοὺς τρεῖς ὅρους οἷον ἕκαστος τῶν ἀστέρων ἰδίας περιόδους δεσπόζει. ♄ μὲν οὖν ἐτῶν λ, ♃ ιβ, ♂ ιε, ☉ ιθ, ♀ η, ☿ κ, ☽ κε. Ὁμοίως δὲ καὶ ἕκαστος ἰδίων ἀναφορῶν κατὰ κλῆρον. Κατὰ τὸ κλίμα οὖν συγκρίνειν δεήσει πότερον ἐπίκεντρος ὁ κλῆρος καὶ χρηματίζων ἢ ἐπαναφερόμενος ἢ ἀποκεκλικώς, καὶ τοὺς τῶν ζωδίων οἰκοδεσπότας, καθὼς καὶ ὁ παλαιὸς μέμνηται, λέγων, πᾶς ✣ ἐπίκεντρος τοὺς ἰδίους χρόνους πλήρεις δίδωσι· ἔκκεντρος δὲ ὅσους ἂν μερίζει λοιπογραφουμένους ἐκ τῶν ἰδίων ἀριθμῶν. Μερίζουσι δὲ καὶ τὰς τελείας αὐτῶν περιόδους, καὶ τὰς ἀναφορὰς, ὅταν καλῶς τύχωσι. Συμμερίζουσι δὲ καὶ οἱ συναιρετισταὶ συμπαρόντες, ἢ ἐν οἰκείοις ζωδίοις τυγχάνοντες, εἰ μή τι ἀμφότεραι αἱ αἱρέσεις συμμερίζουσι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁμοίως. Πρότερον δὲ δεῖ λογίζεσθαι τοὺς ἀριθμούς· ὥρας, ἡμέρας, μῆνας· εἶτα ἐνιαυτούς· καὶ τοῖς τρισὶν ὅροις χρῆσθαι· ἐλαχίστῳ, μέσῳ, τελείῳ· ἐπισυντιθέντας τὸν πρῶτον τῷ δευτέρῳ, ἢ τὸν τρίτον. Πολλάκις γὰρ ὅδε μὲν τόπος ἐμέρισεν ἡμέρας· ὅδε μῆνας· ὅδε ἐνιαυτούς· παρὰ τὰς διαφορὰς τῶν χρηματιστικῶν ζωδίων, καὶ τῶν οἰκοδεσποτῶν, ἢ τῶν κακωτικῶν αἰτίων καὶ ἐναντιώσεων. Προσεπιμερίζουσι δὲ μετὰ τὰ ἔτη καὶ μῆνας ἰσαρίθμοις τοῖς χρόνοις. Τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ὁ ☊ καὶ ὁ ☋ τόπος ἐφέξει τῷ κλήρῳ κατὰ τὸν μερισμόν· ὁπότ᾽ ἂν οἱ κληρικοὶ τόποι ἢ οἱ κύριοι παραπέσωσι· μάλιστα ὁπότ᾽ ἂν ὁ κλῆρος τῷ ☊ τὸν μερισμὸν ἐκχωρήσῃ. Καὶ γὰρ οἱ ἀστέρες ἀντιπαραχωροῦσιν ἀλλήλοις. Δηλήσωμεν δὲ καὶ ἐν τῷ προϊόντι λόγῳ εἰς τοὺς ἐπιμερισμούς. Ἔστω δὲ ἐπὶ ὑποδείγματος ☉ ♀ καρκίνος ☾ ☋ ἰχθύες ♄ ♐ ♃ ♈ ♂ ♍ ☿ ♌ ὁ κλῆρος τῆς τύχης καρκίνος

Figura coeli primum Vettii Valentis hypodigma oculis subjiciens.

ἀγαθοδαιμονῶν· ἡ κυρία τοῦ κλήρου ἐπὶ τοῦ κέντρου εὑρέθη· Ἔθηκα τὰ ἐλάχιστα τῆς Σελήνης κε ἔτη, καὶ τοῦ καρκίνου τὴν ἀναφορὰν τοῦ δευτέρου κλίματος ἔτη λβ. καὶ τοῦ οἰκοδεσπότου τῆς σελήνης ♃ ἔτη λβ. γίνονται ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔτη ξθ (ita MS. Sed calculus exigit πθ) τοσούτων ἐτῶν ἐτελεύτα. Ἄλλη. ☉ ♒ ☽ ὡρ. ♍ ὁμοίως δὲ καὶ ♂ ♄ ♃

Figura coeli quod secundum hypodigma ostendit.

☿ ♈,

☿ ♈, ♀ ♓, ὁ κλῆρος τῆς τύχης ♒ ἀποκεκλικώς. Ὁ κύριος ἀγαθοδαιμονῶν παρ' αἵρεσιν ἐμέρισε καὶ ἴδια ἔτη λ, καὶ μῆνας τοὺς αὐτοὺς ἐν ἰδίῳ τυχὼν ζωδίῳ· τούτῳ δὲ συμπαρὼν ♃ ἐμέρισεν ἐνιαυτόν· Ἐτελεύτα τῷ λδ ἔτει. Παρατηρητέον οὖν ἐπὶ πάσης γενέσεως τὰς προγεγραμμένας ἐν ἀρχῇ παραγγελίας, καὶ τὰς φάσεις, καὶ τὰς μοίρας, ἵνα μὴ δόξωμεν καθέκαστον εἶδος ὑπομιμνήσκειν καὶ τὰ αὐτὰ γράφειν. Ὡς ἐπὶ ὑποδείγματος γὰρ ἀνάγκην ἔχον προτάξαι γενέσεις.

Sequitur dein caput cui lemma eſt, περὶ κλιμακτήρων (in ipſo capite κληροκλιμακτῆρες vocantur) ſeu de annis nati in quos imperium obtinent ſtellae maleficae pro variis quas ad ſortem fortunae ſortiuntur ipſae radiationibus. Alia ſequuntur περὶ ἐνιαυτῶν τῶν μέσων τῶν ἀστέρων. Nam ἔτη ἀστέρων habet triplicia; τὰ ἐλάχιστα, qui ſunt anni ſuperius ſideribus tributi, τὰ μέσα, τὰ τέλεια. Sic apud vulgus aſtrologorum eodem ſenſu occurrunt anni minores, medii, majores. Videſis Julium Firmicum Matheſeos lib. II, cap. XXXIII. Ubi is de ejuſmodi annis, & chronocratoribus, in ſequentibus, ut ferme Vettius. Etiam ad has nugas, quae velut antiquiſſima omnium quae exſtant aſtrologiae judiciariae ſpecimina adduximus, fuſius explicandas pluribus libro agit quarto. Τὰ ὑποδείγματα quae affert, ſchematis coeli, ut & oculis facilius accommodentur, repraeſentavimus. Planetarum autem & ſignorum hic characteres non prorſus ſimiles ſunt eis quos codex MS. exhibet. Quales in typographi loculis reperiuntur, talibus uſi ſumus. Sed nec ita diſcrepant ut alios omnino eſſe ſentias, niſi ductuum ejuſmodi varietati, quae ad figuras eaſdem ipſas repraeſentandas adhiberi ſolet, ignoſcendum eſſe non velis. Varii ſane apud librarios, idem interea volentes, ductus ſunt. Et codex MS. haud alios fere habet quam tetrabiblon Ptolemaei Graece editum. Sed hi & illi qui paſſim hodie in uſu ſunt, a veteribus ſcilicet, ut fieri amat, paulo deflexi, eadem ipſa, etiam qua linearum ductus ſunt, ſignificant, & earundem rerum ſideribus ſingulis reſpondentium ſunt imagines. Saturni plane, in utriſque, falcem tantum innuit, Jovis fulmen, Martis ſpiculum, Solis ſive globum lucidum, ut vulgo pingitur, ſive radium ſolarem, ut frequentius in libris Graecis; Veneris ſpeculum, Mercurii caduceum, Lunae ipſam novam. Ita etiam in ſignis; Arietis, Tauri & Capricorni, cornua, quae tamen ſatis diſtincta; Geminorum, amplexus mutuos; Cancri, chelas; Leonis, caudam; Virginis, pectinem; Librae, jugum; Scorpionis, item caudam, ſed diſſimilem Leonis; Sagittarii, ſagittam; Aquarii, lineas undulantes; Piſcium, piſces, ut in coeleſtibus ejuſce ſigni diagrammatis, connexos. Ita ſors fortunae rota plerumque denotatur. Quae tamen omnia inartificialiter a librariis ſolent formari. Tantum abeſt ut in hiſce figuris myſterii quidpiam latere ſentiamus cum iis qui neſcio quos abditos naturae ſenſus inde expiſcari ſe fruſtra (ne quid gravius dicam) credidere. Solenne erat Graecis etiam vocabula alia ſaepius occurrentia ejuſmodi figuris abbreviare, uti in deſcriptis etiam videre eſt; ubi ♣ δαίμων eſt, (cujus partem habent ſeu ſortem cum aliis pluribus, praeter fortunae, aſtrologi) ⚴ & ♌ ὡροσκόπος, ♑ ἐλάχιστα. Etiam ⊙, quod Solem vulgo indicat, circulus eſt apud Vettium ſaepius. Id genus habet compluria. At demum perpendant haec qui committant Ptolemaei caput περὶ τοῦ κλήρου τῆς τύχης, in tetrabibli tertio, aſtrologorum filii. Ita intelligent etiam quis ὁ συγγραφεύς fuerit quem ibi memorat Ptolemaeus. Necepſo plane eſt συγγραφεύς ille, ita propter excellentiam dictus; uti ὁ βασιλεὺς ἐναρχόμενος, & ὁ βασιλεύς, & ὁ παλαιός, & interdum ὁ συγγραφεύς etiam a Vettio nominatur. Citat enim Vettius Timaeum, Abramum, Hermippum, Orionem, Critodemum, aſtrologos, quorum plerique apud Firmicum item reperiuntur. Ideo autem Necepſo ἐναρχόμενος dictus eſt, ni fallor, quia primus fuiſſe creditus eſt qui aſtrologiae praecepta ſcriptis tradiderit. Quin is ſimul & Petoſiris eadem cauſa ſimplici τῶν παλαιῶν nomine nonnunquam appellantur. Videſis exegeſin veterem quae Proclo tribuitur in caput quod diximus Ptolemaei. Scio ἀγαθὴν τύχην diverſam apud aſtrologos obtinere notionem. Nam domum ſchematis coeleſtis quintam ita antiquitus vocabant, ut in Sexti Empirici quarto, Julii Firmici lib. II, cap. XIX, alibi item legimus. Sed cum ea notione nihil huic loco eſt. Atqui Heſychius, Ἀγαθὴ τύχη, ἡ Νέμεσις καὶ ἡ Θέμις.

P. 1460. l. 30. Ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς.] Antiſtites nimirum qui τὰ ἐπιμήνια, id eſt, *ſacra menſtrua*, ſive pro tota urbe ſive pro ſenatu peragi ſolita faciebant; idque noviluniis. De ſacris ejuſmodi apud Graecos fuſius, ex autoritate veterum, Joannes Meurſius in Graeciae feriatae lib. V in Νουμηνία. Ibi etiam de Epimeniorum nomine & functione in ſacris illis. Doctiſſimi viri notis adjicio, ad ea menſe nimirum redeunte ſemper celebrata epulas menſtruales, Plauto ita vocatas, ſpectare. Ergaſilus paraſitus in capteivis,

Dico unum ridiculum dictum, de dictis melioribus,
Quibus ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier;
Nemo ridet.

Quin & ἐπιμηνίους ſacrificulos ejuſmodi aut ſacrorum antiſtites generatim interdum denotare, uti & ἐπιμήνια *ſacras epulas* quae menſtruae non erant, ſed annuae, & ἐπιμηνιεύειν ita *ſacrificare*. Id liquet tum ex teſtamento Epictetae Grinni filiae in marmorea tabula Venetiis, tum ex Lacedaemoniorum pſephiſmate quo firmatur teſtamentum. Sacrae enim epulae ſeu ἐπιμήνια plane ibi quotannis tantum celebrantur, idque diebus XIX, XX & XXI Delphinii menſis. Et temere egit interpres qui εἰ τις μὴ ἐπιμηνιεύσῃ, *Si quis menſe ſuo ſacris non miniſtraverit*, ibi vertit; & ἐπιμήνιοι, *menſtruatim ſacro deſervientes*; & ἐπιμήνια, *menſes ſolennes*. Debuit ſane, *Si quis functioni ſuae ſacrae defuerit*, *epularum antiſtites ſacri*, *ſacrae epulae*, quod ex ipſis teſtamento & decreto manifeſtum fit. Ea viſe apud Janum Gruterum. Ex frequentia ſcilicet ſacrorum in noviluniis celebratorum, vocabula quae ratione ſtati temporis primo indita ſunt, nulla habita poſtmodum temporis ratione, ad ſimilia ſeu quaecunque periodica ſacra periodis diſſimilibus celebrata tranſlata ſunt. Inde eſt etiam quod Heſychio ἱεροποιοί (ut ſcilicet ſacerdotium id denotat, ſeu ut Brauroniis ſacrificabant quolibet quinquennio antiſtites ita dicti, ſive Eleuſiniis majoribus,

tibus, aut id genus aliis redeuntibus sacris, apud Pollucem in octavo; non ut κεχωρισμένον τῆς ἱερωσύνης vocabulum est apud philosophum politicorum sexto) redduntur ἐπιμήνιοι, quod sacros antistites simpliciter, ut diximus, significabat. Tantundem habet Phavorinus. Ita ἱερομηνίαι generatim tandem dies festi dicti; uti ex Demosthenis contra Timocratem ab Harpocratione & Suida observatur. Et Hellenistis pari forsan ratione חדש, quod *novilunium* est, & νεμηνία saepius vertitur, item ἑορτὴ seu *festum* eis redditur 3 Regum cap. XII, comm 33. idque festum a novilunio remotissimum, quinto decimo scilicet die Marwhescan mensis celebrandum. Scio חדש pro *mense* ibi ab aliis sumi: Sed res ipsa quae narratur seniorum interpretationi maxime favet.

Pag. 1460. l. 31. Ἐπὶ ξενισμὸν εἰς τὸ πρυτανεῖον] Ipsa ἐπιμήνια seu sacrae epulae per ξενισμὸν innuuntur. Tempestas enim adventus legatorum e Magnesia ejusmodi erat, ut instante novilunio opportune exciperentur. Ξενισμὸς pro sacris ejusmodi epulis usurpatur apud Plutarchum in Demetrio. Decreverant misere adulantes Athenienses Demetrium, quotiescunque appelleret Athenas, τοῖς Δήμητρος & Διονύσου ξενισμοῖς δέχεσθαι; *Cereris & Liberi patris lautitiis* seu *epulis sacris excipere*; eodem nempe ritu honorem regi, ut numini, exhibere, quo deorum, quos diximus, sacra celebrabant. De ea re consulas porro Casaubonum animadversionum in Athenaeum libro VI, cap. XV. Legati autem hic ad ipsorum deorum epulas tantum honoris causa invitandi; idque in prytaneum, quod, uti caeteris Graeciae urbibus, ita Smyrnae proculdubio erat locus in quo tum victus publicus Hieronicis aliisque de republica optime merentibus dabatur, tum Vesta perpetuo sacrata, & publicae epulae pollucibiliter celebratae sunt. Doctissime item de prytaneis Casaubonus dicti voluminis lib. XV, cap. XIX.

Ibid. l 34. Ἐπὶ ἱερέως Ἡγησίου] Eminentioribus apud utrumque populum dignitatibus, iisque annuis, ni fallor, foederis annus notatur, quemadmodum Ephororum simul & Archontum ἐπωνύμων nomina annos signare solebant in Lacedaemoniorum & Atheniensium foederibus; quod ex Thucydide & Demosthene satis cognoscitur. Sed dignitas haec sacra est utraque. Et pontificem summum par est ut credamus fuisse Hegesiam. Quin de anno sacerdotiis variis signari solito vide Arrianum ad Epictetum lib. I. cap. XIX, Flavium Josephum Ἀρχαιολογίας lib XIV, cap. XVI. 1 Maccabaeorum cap. XIII, commat. 42, & cap. XIV, comm. 43. Janum Drusium ad locum penultimum; Joannem Meursium in Archontibus lib. III, cap. VI, de sacerdotibus Junonis apud Argivos, & in Graeciae Feriatae lib. III, festo Ἡραῖα. Et habet dogma Melitensium, incisum Romae, hunc titulum, ἐπὶ Ἱεροθύτου, τοῦ Ἱκετᾶ Ἱκέτου, ἀρχόντων δὲ Ἡρέας καὶ Κήτητος, quod videsis apud Gruterum in inscriptionibus pag. 400. aliud item ejusmodi Agrigentinorum ibidem pag. 401. Adde Platonis de legibus lib. XII, Plutarchum in vita Demetrii, decreta aliquot apud Demosthenem de corona, Castorem apud Eusebium in chronicorum priore, de Sicyoniorum carniis, & in canone numero DCCCLXXXIX, in addendis etiam pag. 213. Consule porro Meursium dicti de archontibus operis lib. III, cap. XVI & XVII. Et durarunt ejusmodi aliique varii distinctionis annuae characteres usque ad Justinianum Imperatorem; adeoque ut civitatibus aliquot in more etiam tunc temporis positum esset, sine ulla alius notae adjectione, annos instrumentis publicis & contractibus suo duntaxat ritu designare. Neque aliud innuit ille novella XLVII, ubi παρατήρησιν ἐπὶ τοῖς τῶν πόλεων χρόνοις seu *observationem in civitatum temporibus* maxime orientalibus habitam memorat. Eadem vero Novella primo sancitum est, ut non solum in urbe, sed etiam in omnibus provinciis & civitatibus, actis singulis & instrumentis actuarii, tabelliones, exceptores, & qui sunt id genus caeteri, praeponerent imperatoris annum, consulem, indictionem, mensem & diem, & demum, pro civitatum arbitrio, τὸ τῆς πόλεως πᾶσι τρόποις ἔτος, *annum* scilicet *qui quocunque modo civitati proprius erat*. Edita est haec Novella anno Justiniani IX. Salutis nempe reparatae DXXXVII. Dicebatur praeterea dignitas apud Smyrnaeos primaria, eaque qua annos significabant, Stephanephorus, uti altera illa hic memorata, quae Magnetum est. Sed illius usus Smyrnae, puto, nondum inoleverat, seculis utpote aliquot post Seleuci tempora receptus; de qua re statim plura.

Ibid. Στεφανηφόρου δὲ Πυθοδώρου.] *Stephanephorus* hic, seu *coronam gestans*, tum ex supremis erat, puto, Magnetum judicibus annuis, tum Solis & Apollinis sacerdos, isque primarius, (nam plures etiam erant ejusmodi ibi sacerdotes) cujus nomen fastis ad annum designandum, adeoque foederi huic, pro more adjiciebatur, uti archon primarius seu ἐπώνυμος. Id sane elicere fas esse videtur ex Platonis lib. XII, de legibus, ubi de judicum supremorum & correctorum electione verba faciens exemplum affert de Magnetibus: Utrum de iis qui in Thessalia & vicinis Thessaliae regionibus, an de nostris, non satis liquet. Cum vero ex veteribus doceamur, hosce illorum fuisse, idque diu ante Platonem, coloniam, non est cur dubitemus non ita diversa fuisse utrorumque instituta, maxime in sacris caeterisque quae solenniora erant. Neque opinor sane Platonem, dum Magnetas in civili illo de magistratibus praecepto generali meminit, ipsos qui eis tunc fuere in usu mores non simul innuisse. Quotannis voluit in communi Solis & Apollinis templo, civium conventu habito, post solstitium aestivum, triumviros, qui supremi forent judices simul & utriusque numinis sacerdotes, ex optimis civibus, suffragiis, hisque paritate turbatis, sorte eligi, & θαλλῷ seu fronde viridi coronari; tum pronunciari, Ὅτι Μαγνήτων ἡ κατὰ θεὸν πάλιν τυχοῦσα σωτηρίας πόλις ἀποφήνασα αὐτῆς Ἡλίῳ ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τρεῖς, ἀκροθίνιον Ἀπόλλωνι κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ἀνατίθησι κοινὸν καὶ Ἡλίῳ, *Quod Magnetum civitas, instaurata sibi divinitus salute, designatos suos Soli triumviros optimos, ut primitias ritu veteri, Apollini & Soli communes consecrat.* Ita nempe annum auspicabantur forte Magnetes. Triumviris autem hisce minorum, scribit, magistratuum, correctorum scilicet seu εὐθυνῶν, censuram competere, atque ab his ad illos reis provocare licere: Quin exuta post annum dignitate, singulari dum vixerint honore haberi, hos solos civium coronam lauream gestare,

ſtare, ac omnes Apollinis & Solis ſacerdotes perpetuo manere. Ἀρχιερέα δὲ, inquit, ἕνα κατ' ἐνιαυτὸν, τὸν πρῶτον κριθέντα τῶν γινομένων ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῶν ἱερέων· καὶ τοὔνομα ἀναγράφειν τούτου κατ' ἐνιαυτὸν, ὅπως ἂν γίγνηται μέτρον ἀριθμοῦ τοῦ χρόνου ἕως ἂν ἡ πόλις οἰκῆται, *Summum vero ſacerdotem unum eſſe quolibet anno, atque eum qui primus renunciatus eſt ex his qui illius anni fuerint ſacerdotes. Hujus autem nomen perſcribi ad tempora deſignanda, dum civitas habitatur.* Si haec ad Magnetas omnia ſpectant, Stephanephororum eis genus duplex erat: Alii, tam magiſtratuum cenſurae quam deorum ſacris, annis ſuis electi, praeerant; alii exuta poſt elapſum annum dignitate profana ſeu adminiſtratione civili, perpetuo tamen manebant ſacerdotes honorarii: Saltem ſacrorum cura ab his amplius haud erat exigenda, ſed ultimo electis delegata. At Stephanophori non minus hi quam illi dicti; univerſis enim, iiſque ſolis, coronam, eamque lauream, geſtare fas erat. Primi autem generis tres duntaxat erant, quorum is qui primus renuntiatus eſt pontifex erat maximus, & ἐπώνυμος τοῦ ἐνιαυτοῦ, ſeu anni ſignator, unde illius nomen, quod ſortitus eſt hic Pythodorus, cum Smyrnaeorum pontifice Hegeſia foederi praefigitur. In hanc dignitatem evectus eſt Themiſtocles cum ſedes haberet Magneſiae, quam ut panem, ſicut alias orientis urbes, ut vinum, obſonia, veſtes, & ſtragula ei ſigillatim ſubminiſtrarent, dono a Xerxe acceperat. Ita Poſis vetuſtiſſimus rerum magneticarum ſcriptor apud Athenaeum libro XII. Πόσις ἐν τρίτῳ, ait ille, Μαγνητικῶν τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ τὴν Στεφανοφόρον ἀρχὴν ἀναλαβόντα θῦσαι Ἀθηνᾷ, καὶ τὴν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάσαι. Neque vero eſt cur porro de vocabuli ratione ſoliciti ſimus. Tam notum eſt coronas velut dignitatis maxime propria inſignia geſtaſſe ſacros antiſtites, quam ſacra eos feciſſe. Atque inde vocabulum, ut fit, natum. Tarſi idem dignitatis nomen Herculis ſacerdotem denotabat; quod ſcribit Athenaeus libro V, ubi Lyſiam philoſophum Epicureum Stephanephorum ibi creatum oſtendit, & στέφανον δαφνῆς χρυσῆς ἐστεμμένον, *coronam lauream, quae aurea etiam erat, geſtaſſe.* Metrodorum item Hermogenis F. a myſtarum conventu Stephanophorum ſeu ſacerdotem Matris deum renunciatum habes in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. 309. 1. & pag. 1097. 5. Vide, ſi placet, Carolum Paſchalium de Coronis lib. IV. cap. XIV. atque adde magni Caſauboni animadverſiones in quintum Athenaei cap. XIII. & ejuſdem notas ad Suetonii Octavium cap. XVIII. Caeterum non omnes coronae ſacerdotum provincialium aureae erant; quod tamen ex Tertulliani de Idololatria cap. XVIII. ab eo ibi elici videtur. Fuere duntaxat nonnullae; neque aliter intelligendus Tertullianus, Nam aliae laureae in provinciis non minus quam Romae erant, aliae ex aliis frondibus, pro ritu vario. Etiam ipſi Athenienſium archontes myrto coronabantur, licet inde non denominati. Teſtatur Pollux in octavo; & videſis V. C. Joannem Meurſium Atticarum lectionum lib. VI. cap. VI. Poſtmodum autem & Smyrnaeorum pontifex maximus, cujus nomine annum ſignabant, Stephanephorus, ſeculis aliquot nimirum tranſactis, dici coepit ad aliarum civitatum, quibus vox illa in uſu, exemplum. Id comperimus ſub temporibus Antonini Philoſophi. Tunc enim Heraclides ſophiſta (quod ſcribit Philoſtratus) Στεφανηφόρον ἀρχὴν παρ' αὐτοῖς ἦρξεν, ἀφ' ἧς τοῖς ἐνιαυτοῖς τίθενται Σμυρναῖοι τὰ ὀνόματα, *Coronatam dignitatem*, ſeu *eam quae Stephanephori eſt, apud eos obtinuit, a qua annis ſuis Smyrnaei nomina imponunt.* Et ad Smyrnam ſpectant, puto, & inde, ni fallor, tranſlatae ſunt illae quas ſupra dedimus inſcriptiones aevi foedere recentioris, in quibus habetur dignitatis hujus mentio. Vide IV, V, & IX Arundellianarum quae Graecae ſunt. A tam frequenti nominis apud orientales uſu, Stephanephororum, & eorum qui coronas geſtantes, aliis tamen nominibus noti erant, ſodalitio, & adminiſtrationis tum viciſſitudinibus tum jure partiario, dignitas haec ἀξίωμα τὸ ἀπὸ μέρους στεφανηφόρον ſeu στεμματοφόρον, *dignitas cui coronam geſtandi jus erat partiarium*, interdum dicebatur; quo ſcilicet diſtingueretur a faſtigio vere regio ſeu monarchico. Ita intelligo Ptolemaeum libro IV. Tetrabibli capite II. περὶ τύχης ἀξιωματικῆς, ſeu *de fortuna dignitatum*, quam a luminarium & comitantium ſeu ſtipantium, δορυφορούντων nempe planetarum, poſitu ſumit. Si in maſculinis ſignis, inquit, & in angulis luminaria fuerint planetis quinque ſtipata, reges naſcuntur. Si planetae ipſi ſtipantes angulos occupent, orbis decernunt imperium. Si, caeteris ita ſe habentibus, ſol fuerit in maſculino, luna in foeminino ſigno, atque horum alterum duntaxat angulum habeat, ἡγεμόνες μόνον ἔσονται ζωῆς καὶ θανάτου κύριοι, *principes erunt ſolummodo non ſupremi, vitae tamen neciſque poteſtatem habentes.* Ἐὰν δὲ πρὸς τούτοις, ait, μηδὲ οἱ δορυφοροῦντες ἀστέρες ἐπίκεντροι ὦσιν, ἢ μαρτυρήσωσι τοῖς κέντροις, μεγάλοι μόνον ἔσονται, καὶ ἐν ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεμματοφόροις, ἢ ἐπιτροπικοῖς, ἢ στρατοπεδαρχικοῖς, καὶ οὐχὶ τοῖς ἡγεμονικοῖς. Ubi MS. codex in bibliotheca collegii Corporis Chriſti Oxoniis habet, μεγαλωνόμενοι ἔσονται, καὶ ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεφανοφόροις, ἢ ἐπιτροπικοῖς, ἢ στρατοπεδαρχικοῖς, ἢ ἱερατικοῖς, καὶ οὐ τοῖς ἡγεμονικοῖς. *Si caeteris ita ſe habentibus, ſtipantes planetae angulos non occupent, neque eis teſtimonium praebeant, magni erunt, & dignitate cui coronam geſtandi jus eſt partiarium, ſeu vicarii, ſeu caſtrorum praefecti, ſeu ſacerdotali, minime autem principali dignitate, conſpicui.* Ita locus ille reddendus; quem depravarunt nimium Latini interpretes Gongava, Camerarius, horumque ſequaces, dum *natalium ſplendore conſpicuos, aut in dignitatibus generis illuſtres*, pro ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεφανοφόροις, plerumque ignoranter ſubſtituunt; alii, *habentes magnum poſſe ſuper aliquam villam.* Sed veri ſenſus veſtigia maxime habentur in verſione illa AEgidii Tebaldini ex Hiſpanico ſermone in Latino-barbarum ante ſecula aliquot edita, ubi legimus, *Erit natus magni nominis tantum; & ejus valitudo velut illius qui uni parti dominabitur apparebit.* Hiſpanica autem verſio Alfonſi ..... Caſtellae regis juſſu ex Arabica ſumpta eſt verſione quam nondum vidimus. Sed partiarium dignitatis jus Arabem agnoviſſe ibi palam eſt, quod aut diſſimularunt aut ignorarunt interpretes caeteri omnes. Neque doctius ſane eorum qui commentarios

rios ad locum consarcinarunt quispiam. De alia quam hac ipsa Stephanephori dignitate minime capiendum est illud in Hephaestionis Thebani atque aliorum aliquot astrologorum priscorum excerptis. *Quibus ascendit* (aiunt) *tertius librae decanus, eorum nonnulli* στεφανοφρονήσουσι (ita in codice typis edito) καὶ ἄρξουσι πόλεων. Plane legendum στεφανοφορήσουσι.

Pag. 1460. l. 34. μηνὸς Ληναιῶνος] Ut sacra pleraque, ita etiam temporum nomina, solennes rationes, atque alia compluria Athenis in Ioniam, in tertia coloniarum e Graecia migratione (de qua consulendus Pausanias in Achaicorum initio) transfretarunt. Cuinam igitur tempestati mensis hic, Smyrnaeis & Magnetibus, puto & Ionibus caeteris, communis, responderit, e moribus Atticis illuc traductis, cum Ionicis alias destituti simus, eruendum est. Mensium Atticorum laterculos habemus apud recentiores varios. In iis Lenaeonis nomen non habemus, extra quam ubi a grammaticis aliquot, accuratiores temporum rationes negligentibus, infarcitur. Et raro satis apud veteres omnino habetur. Apud Hesiodum occurrit. Versus notissimus est:

Μῆνα δὲ Ληναιῶνα, κάκ' ἤματα βουδόρα πάντα,
Τοῦτον ἀλεύασθαι, &c.

Boeotius erat poeta, ideoque mensem Boeotium ita dictum, sunt qui non absurde colligunt. Sed Boeotiis mensem ita aliquem vocatum negat eruditissimus Hesychius. Januarius pro eodem Hesiodi interpretibus plerumque substituitur, & nunc Gamelioni Attico, nunc Posideoni tribuitur. Vide Joannem Tzetzem ad Hesiodum, & Theodorum Gazam de mensibus Atticis, qui κακὸν eum, puto, appellat, de hac re agens. Quin Etymologici autori mensium principium dicitur Lenaeon, & Choiaco AEgyptiorum convenire. Sed Choiacus in fixo AEgyptiorum anno intervallum quod a XXVII Novembris ad XXVI Decembris interjicitur occupat. Hybernum interim fuisse apud Hesiodum nemo dubitare potest. Ionibus autem mensem Lenaeonem fuisse etiam tradunt & Proclus ad Hesiodum & Tzetzes in Trincavelli editione; qui porro inter menses Atticos eum tam bene forsan numerat quam male collocat. Ego vero, doctiorum pace, Lenaeona (si aut Athenienses spectemus, aut eos qui ab Atheniensibus mores suos accepere) ipsissimum fuisse Anthesterionem, sive secundum mensem Atticis hybernum, opinor. Etenim menses Atticos a solennioribus suis sacris plerumque denominatos esse manifestum est: Ut a Thargeliis *Thargelion* dictus, *Pyanepsion* a Pyanepsiis, *Anthesterion* ab Anthesteriis. Non dissimili fere ratione priscis Danis **Christmonath** Decembrem, & Saxonibus Æostermonaþ Aprilem denotabat; uti etiam a Februis *Februarius* Latinis dictus. Certissimum autem est Atheniensibus Dionysia seu Liberalia triplicia fuisse. Ea quae κατ' ἀγροὺς seu *ruralia*, (ut eorum anni seriem observemus;) ea quae *Anthesteria*, seu *Dionysia* simpliciter saepius, & propter excellentiam *Dionysia Majora*, & *Dionysia in Limnis*, dicta; & quae κατ' ἄστυ seu *Urbana*. Horum genus primum Posideone mense celebrabantur, teste Theophrasto περὶ ἀδολεσχίας. Secundum, Anthesterione; quod a Demosthene contra Neaeram, Thucydide in secundo, Hesychio, aliis docetur: Tertium, Elaphebolione, ut idem Hesychius, alii. Atticorum mensium seriem, quae ad hanc rem extra controversiam posita est, vide supra pag. 1488. Ubi, si Maemacterionem excipias, nullum suo loco non tributum habes. Dionysiorum autem primum & secundum annua erant; tertium trietericum. At secundum genus, nostra sententia, dicebatur etiam τὰ Λήναια seu *Lenaea* (quae adversantur hic, licet a doctissimis viris oscitanter nimis recepta, & subjiciemus & eluemus) festum scilicet Liberi patris maxime solenne & vetustissimum, adeoque duplex festi nomen binominem ipsum mensem effecit. Ut ab Anthesteriis *Anthesterion*, ita a Lenaeis *Lenaeon* formatus. Neque enim aliud sonat *Lenaea* quam *Bacchanalia*, *Liberalia*, seu Διονύσια illa quae Anthesteria fuere. Expressissime de nomine, ad hanc rem, Lenaeorum, Hesychius; Λίμναι, ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνειμένος Διονύσῳ, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο. *Limnas* dicit *locum esse Athenis Libero patri sacrum, in quo sacra Lenaea peragi solita.* At vero quae in Limnis sacra, ea Anthesteria ipsissima, seu majora, fuisse nemo dubitat. Itaque Lenaea & Anthesteria eadem. Idem Hesychius in Ληναιὼν μὴν, οὐδένα, inquit, τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν. Εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος Βουκάτιον. Καὶ γὰρ ψυχρός ἐστιν. Ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, ὃς μετὰ τὸν Βουκάτιόν ἐστιν. Καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ληναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσιν. *Nullum mensem Lenaeonem vocabant Boeotii.* (Dum haec scripsit versum illum Hesiodi respexit) *Putatur autem Bucatius idem esse Plutarcho. Nam & is frigidus est. Alii Hermaeum esse Lenaeonem volunt, qui Bucatium sequitur. Nam etiam in eodem Lenaeorum festum celebrant Athenienses.* Mensis igitur quo Lenaea peragi solita Hermaeo Boeotorum respondit, id est, secundo eorum mensi. Nam Bucatius eis, annum a solstitio hyberno auspicatis, primus erat; quod docet Plutarchus in Pelopida. Hic itaque Gamelioni Attico respondet. Secundus igitur, nempe Hermaeus, Anthesterioni; adeoque Anthesterionis sacra sunt quae Lenaea dicta. Videsis Proclum ad Hesiodi opera & dies, ubi male Βούκαρος pro Βουκάτιος legitur, & a doctis aliquot viris patienter nimis excipitur. At diserte ibi de Hermaeo locutus, cui Lenaea Attica etiam tribuit, Ἴωνες, inquit, τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσιν, *Iones mensem illum non alio quam Lenaeonis nomine appellant.* Idem, ni fallor, voluit ibi Joannes Tzetzes; tametsi veterum temporis rationum omnino expers Romanorum Januarium, AEgyptiorum Choiacum, & Lenaeonem temere confundat. Nam Lenaei seu Lenaeonis mensis nomen inde petit, ὅτι τὰ Πιθοίγια ἐν τούτῳ ἐγίνετο, *eo quod Pithoegia in eo peragebantur.* Et expresse Ληναῖος, inquit, παρὰ Ἴωσι καλεῖται, *Lenaeus Ionibus appellatur.* Ita scilicet Tzetzes in editione Trincavelliana seu veteri. Sed nuperae haec verba nescio quare praetermittunt, aliis eo in loco substitutis; & non παρὰ Ἴωσι, sed παρ' Ἕλλησι Ληναιὼν καλεῖται, in ea legitur. At vero Pithoegia XI. die Anthesterionis peragi solita, teste Plutarcho Symposiacon III. quaest. VII. Sed & Hesychius, opinor, Anthesterionem

nem ipsum Lenaeonem appellat, ubi de Liberalibus in Διονύσια agit: Διονύσια, ait, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἡ Διονύσῳ ἤγετο. Τὰ μὲν κατ' ἀγρὲς, μηνὸς Ποσειδεῶνος. τὰ δὲ κλαῖα, μηνὸς Ληναιῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφηβολιῶνος. Triplicia proculdubio Liberalia Athenienſium docere hic voluit vir ſcientiſſimus. Ac ruralia, & quae urbana dicta, ſeu trieterica, ſuis menſibus recte tributa videmus: Illud vero, τὰ δὲ κλαῖα, verba nihili ſunt. Emendarunt alii legentes, τὸ δὲ πάλαι, Ληναιῶνος. Sed ita duplicia tantum erunt ibi Liberalia, & ea quae majora, annua, & maxime ſolennia, contra morem Heſychianum, prorſus omiſſa. Quin nec ita hic ſatis congrua tradiderat ipſe iis quae verbo Ληναιῶν dixerat. Alii τὰ δὲ Λήναια ibi legunt. Sed in iis etiam ſunt qui ſumma interim incogitantia Lenaea & Liberalia ruralia etiam ipſi confundunt. Sed lectio haec eſt appoſitiſſima, quam etiam firmatam habeo perſpicaciſſimo judicio ampliſſimi & amiciſſimi viri Danielis Heinſii. Ita caſtigandum illum Heſychii locum me amanter literis ſuis docuit ſydus illud orbis literati ſplendidiſſimum. Atque aequum certe eſt ut aut eam lectionem amplexemur, aut τὰ δὲ ἀρχαῖα (pro κλαῖα) Ληναιῶνος ſubſtituamus. Utroque modo Antheſteria, ſeu Dionyſia in Limnis, Lenaeone, id eſt, ſuo menſe, rite collocabimus. Etenim Dionyſia haec τὰ ἀρχαιότερα Thucydidi, ideoque ἀρχαῖα ſeu *vetuſta* propter excellentiam & vetuſtatem dicta ſunt. Sic triplicia Dionyſia ſuis ſigillatim menſibus pulchre ab Heſychio ordinata. Et non ſolum menſis nomen ſed & nominis ratio ad Ionas noſtros Athenis migravit. Iis enim Lenaea etiam, Liberalia illa majora & vetuſta, eodem Antheſterionis, XII nempe, die quo Athenis quotannis peragebantur. Locuples eſt hujus rei teſtis Thucydides libro II. Ab auſtrali arcis parte compluria ſcribit delubra Athenis fuiſſe ſita; Jovis, inquit, Olympii, & Apollinis Pythii, & Telluris ſive Cereris, καὶ τὸ ἐν λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν, & *Bacchi in Limnis, cui vetuſtiora Liberalia ſiunt* XII *die menſis Antheſterionis, quemadmodum nunc quoque Iones juxta morem celebrant.* Ibi Scholiaſtes, ἀρχαιότερα, inquit, ἅτε διότι ἐστὶ καὶ νεώτερα ἄλλα. *Vetuſtatis* nimirum nomine a caeteris Liberalibus haec ſignanter diſtincta. Atque haec ipſa ſunt Liberalia quae ἦρος ὥρᾳ πρώτῃ Διονύσια celebrari ſolita etiam in Smyrna noſtra diſerte memorat Ariſtides tum in Σμυρναϊκῷ πολιτικῷ tum in προσφωνητικῷ. Ea ſcilicet quibus triremis ſacrae pompa fieri ſolebat; de qua & ipſe Ariſtides, & Philoſtratus in vita Polemonis Sophiſtae, ubi etiam expreſſe Antheſterioni menſi apud Smyrnaeos Liberalia illa tribuuntur. Πέμπεται, inquit Philoſtratus, τῆς μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι μετάρσια τριήρης ἐς ἀγορὰν, ἣν ὁ τοῦ Διονύσου ἱερεὺς οἷον κυβερνήτης εὐθύνει, *Pompa fertur menſe Antheſterione ſublimis triremis in forum, quam dirigit Liberi patris ſacerdos ut gubernator.* Attamen male illi qui τὰ Διονύσια ſimpliciter dicta ſemper Antheſteria ſeu ἀρχαιότερα ſignificare volunt. Dionyſia ſimpliciter dicta ruralia etiam nonnunquam denotant, & interdum urbana; cum ſcilicet aut expreſſe a Lenaeis diſcriminantur, aut aliter ex ipſa de qua mentio fit re ſatis dignoſcuntur. Thraſyllus apud Laertium in vita Platonis, *Tragoedi,* inquit, τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις, *quatuor dramatis* (ſeu tetralogia) *certabant, Dionyſiis, Lenaeis, Panathenaeis, & Chytris.* Dionyſia capienda hic eſſe pro aliis a Lenaeis manifeſtum eſt. Panathenaea menſem Hecatombaeonem occupabant; quod liquet ex pſephiſmate Timocratis in Demoſthenis adverſus eum oratione. Chytrorum feſtum Lenaeorum poſtridie celebratum. Similis vocabulorum, ni fallor, ratio eſt apud Pollucem lib. VIII, ubi archontem Dionyſia ordinare ait, regem vero ſacrorum Lenaeis praeeſſe. Sic Eupolis in Urbibus (comoediae nomen eſt) tributa Athenas a ſociis εἰς τὰ Διονύσια portari ex ſancito ſolita ait apud Ariſtophanis ſcholiaſtem in Acharnenſes. Sed Antheſteria ſeu Lenaea ab Eupolide intellecta fuiſſe ſentire nequeo. Nam ſub agonem Lenaeum tributa ſocii non afferebant; quod diſerte docet Ariſtophanes, utcunque ſcholiaſtes eum ibi de ruralibus agere perperam cenſet. Et quod de comicis Babyloniis & Cleone traditur, ad ruralia referendum eſt, non ad aliud Dionyſiorum genus. Nam ad urbana, quae trieterica erant, nequit, quoniam tributa annuatim perſolvebantur, ut ex AEſchinis oratione περὶ παραπρεσβείας ſcimus. Dionyſia autem Galeno intellecta libro de Antidotis primo, ubi de iis qui τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες εἰώθασι διασπᾶν τὰς ἐχίδνας, παυομένου μὲν τοῦ ἦρος, οὔπω δ' ἠργμένου θέρους, agit, ipſa urbana, ni fallor, ſeu trieterica erant. Menſem enim Elaphebolionem indicare videtur, qui ver clauſit. De eiſdem Dionyſiis intelligendus forſan locus ille Ariſtotelis metaphyſicorum V, cap. XXIV, ubi de variis modis dicendi *aliquid ex aliquo fieri* verba faciens, unum affert de eo quod aliud ſequitur, & proinde ex eo fieri dicitur: Οἷον, inquit, ἐξ ἰσημερίας ἐγένετο ὁ πλοῦς, ὅτι μετὰ ἰσημερίαν ἐγένετο· καὶ ἐκ Διονυσίων Θαργήλια, ὅτι μετὰ τὰ Διονύσια, *Ut ex aequinoctio fit navigatio, quia poſt aequinoctium fit; & ex Dionyſiis Thargelia, quia poſt Dionyſia.* Certe Dionyſia illa elaphebolionis ſeu trieterica proxime ſuis annis praecedebant, interjecto menſe Munichione, Thargelia: Id eſt, alia non interveniebant Dionyſia. Quod ſi de annuis Dionyſiis capiendus ſit Ariſtoteles, tunc Antheſteria ſeu Lenaea innuit, quae, interjectis, praeter complures dies, menſibus integris, tam Elaphebolione quam Munichione, in anni Attici ratione Thargelia antevertebant. Craſſum errorem aliquot interpretum, qui Thargelia ibi menſe Februario collocant, & de iis neſcio quid ignavum effutiunt, libenter praetermittimus. Sed vero doctiſſimis aevi noſtri viris placere video, Lenaea ſacra a ruralibus, quae Poſideone celebrabantur, non fuiſſe diverſa. Nituntur illi plerumque autoritate ſcholiorum in Acharnenſes, quibus fateor Lenaea & ruralia eadem ſunt. Scholiis illis, & Marco Muſuro, qui eorum pleraque congeſſit, plurimum debemus. Sed aſſenſum hic praebere ego omnino nullus queo. Illud Dicaeopolis apud poetam in Acharnenſibus,

Ἐγὼ δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς,
Ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια.

Ego

Ego bello malisque solutus, rus me conferam, & Liberalia agam ruralia. De Lenaeis male interpretatur scholiastes, & fallit dum fallitur. Nec melius eadem ipsa intelligi vult quae in eadem comoedia postea hisce verbis traduntur,

Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών·
Κοὔπω ξένοι πάρεισιν. Οὔτε γὰρ φόροι
Ἥκουσιν, οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι.

Nos ipsimet sumus. Certamen hoc in Lenaeo est. Neque adsunt peregrini. Non enim hac tempestate adferuntur tributa, neque ex urbibus adveniunt socii. Primo loco, Posideonis sacra nemo non videt: Sed de iis verba ibi fiunt a persona Acharnensi quae gravioribus soluta curis rus se conferre destinat. Et tempus in quo loquitur ad inducias, de quibus ibi mentio, spectat. Sed ὁ ἐπὶ Ληναίῳ ἀγὼν, in secundo loco, ipsissima Anthesteria sunt, seu Liberalia quae in Limnis agebantur, id est, Lenaea, quibus scilicet comoedia illa, Acharnenses, docebatur archonte Euthymene; quod legimus in ejusdem argumento. Lenaeon enim, nempe Λήναιον, in urbe erat, non rure, locus in quo certamina celebrabant Athenienses ante theatrum exstructum. Ibi etiam Bacchi Lenaei fanum; adeoque a Limmis locus hic non diversus. Tantundem asserere videtur mihi omni exceptione major Hesychius in Ἐπὶ Ληναίῳ. Ἀγὼν ἐστιν, inquit, ἐν τῷ ἄστει Λήναιον, περίβολον ἔχων μέγα καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Manifestissimus est ad secundum Aristophanis locum commentarius, quem recentiorum scholiis praeponderare nemo dubitet. Atque inde etiam Suidas, etymologici autor, & Phavorinus intelligendi in ἐπὶ Ληναίῳ. Etymologus item corrigendus. Adeo autem Aristophanis scholiasten in hisce aberrasse nemo miretur qui eundem etiam in autumno Lenaea collocare adverterit. Etenim liberaliorum triplicium nulli locus erat in autumno, neque ejusce rei apud veteres alibi vestigium occurrit. Alibi etiam in sacrarum ratione nimium fallit idem scholiastes. Sed ab eo hic stat quod apud Stephanum de Urbibus legitur, Λήναιος, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τοῦ Λήνου, & citatur Apollodori chronicon. At quae supra attulimus satis persuadent verba illa ἐν ἀγροῖς futile esse sive Hermolai epitomatoris sive recentioris alicujus magis glossema quam sive Stephani sive Apollodori (quorum uterque intercidit) mentem aperuisse. Et aut veteris Graeciae sacrorum ignorantia est, aut incogitantia est nimia Procli ad Hesiodum, ubi de Boeotorum Hermaeo mense locutus, eundem eum cum Attico Gamelione facit, καθὸ, inquit, τὰ Λήναια παρ' Ἀθηναίοις, *quo tempore Atheniensibus Lenaea celebrari solita.* Quis unquam sive Lenaea sive Dionysiorum alia ulla Gamelioni antea tribuit! Adeoque nil satis obstat quin demum Lenaea, Dionysia in Limnis, & Anthesteria eadem ipsa sacra fuisse concludamus, atque inde mensem Lenaeonem vocitatum ac si Dionysion seu Bacchius dictus fuisset, quae idem sonant. Nam & Baccho mensis ipse ante alios sacer habebatur, uti notat Harpocration; &, pro varia embolismorum, prosthaphaeresium & cyclorum ratione, a Januario per Februarium in Martium, in mensibus Julianis, diversimode vagabatur. Vide nunc, si placet, viros summos Josephum Scaligerum de Emendatione Temporum lib. I, capite de mensibus Atticis, & canonum Isagogicorum lib. I, pag. 57. & Isaacum Casaubonum tum ad Theophrasti characterem περὶ ἀδολεσχίας, tum de satyrica poesi lib. I, cap. V. Adde Phavorinum in Lexico, & Petri Castellani Ἑορτολόγιον. Nemo est horum cui non hic adversamur; sed non sine ratione, qua aliter edocti sententiae libentissime renunciabimus. De Liberalibus item Atticis consule Dionysium Petavium ad Themistii orationem XII. Sed de mense hactenus. De anno item videbimus. Annos quorum initia loca habuere circa solstitia aestiva, cum caeteris plerisque Graeciae civitatibus, nostris hisce in usu fuisse vix est cur dubitemus. Et quod ex Platone supra notavimus de Stephanephororum electione tantundem firmare videtur in Magnesia. Seleucidarum autem anni tam incerti sunt apud scriptores, ut vix de eorum cujuspiam initiis & excessu exacte satis consentiant. Sed si Eusebio fides, Seleucus Callinicus & Ptolemaeus Euergetes, hic AEgypto, ille Asia, regnare coeperunt anno II, Olympiadis CXXXIII. qui periodi Julianae est MMMMCCCCLXVII. Si igitur in occasione foederis supra non erravimus, quarto vel quinto Seleuci anno, seu anno I, vel II, Olympiadis CXXXIV, id initum esse non absurdum erit conjectare. Detur enim Seleucum circa initia anni II, Olympiadis CXXXIII, id est, aestate, regnum accepisse. Auspicia regni a parricidio coepisse scribit Justinus; & tam Ptolemaeum in sororiam ultionem advolasse quam Seleucum postea adversus civitates quae defecerant classem comparasse narrat, perinde ac si res, pro incoeptorum magnitudine, festinantius a neutro geri potuissent. Trinarum autem quas memorat ille expeditionum tempora, Ptolemaei scilicet in Seleucum, Seleuci primae in civitates, secundae in Ptolemaeum, suos (si quod verisimillimum est id sentiamus) habuere annos saltem singulos. Quod non modo rerum gestarum ratio suadet, sed & usitatissimus ille tam in oriente mos quam in occidente tum claudendi maris, tum aperiendi. Nam quin maritimae fuerint illae expeditiones, nullus dubito. Claudebatur autem mare ab autumno ad tempus vernum; verno aperiebatur. De Romanorum in hac re more Vegetius, alii passim, testes; de Graecorum, Hesiodus, Theophrastus: De orientalium autem ipsorumque Syriae regum, testimonium in sacris literis perhibetur 2 Samuelis cap. XI. 1. & 1 Paralipomenon cap. XXI. 1. *Factum autem est vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere*; quod ad mare etiam classibus aperiendum spectat. Neque aliam praeter vernam tempestatem ibi denotari vult Rabbi Chimchi, quem merito sequitur etiam magnus Scaliger in prolegomenis ad canones. In Ebraeo tempus illud vocatur עת צאת המלכים *tempus expeditionis* seu *profectionis regum*: Hellenistis, ὁ καιρὸς τῆς ἐξοδίας τῶν βασιλέων. Vere igitur anni II, Olympiadis CXXXIII, seu primi Seleuci, Ptolemaeus in sororis auxilium cum classe advolavit. Vere anni III, Olympiadis ejusdem adversus rebelles civitates Seleucus classem comparat. Adeo

Adeo enim acciſae erant res ejus bello Ptolemaico, ut citius claſſem illam comparaſſe non ſit credibile. Eadem anni IV tempeſtate, inſtauratis poſt naufragium, quod miſere paſſus eſt in expeditione adverſus civitates, viribus, bellum in Ptolemaeum infeliciter redintegrat. Atque ita neceſſe eſt ut foedus Antheſterione ſeu Lenaeone, ſub Februario ſcilicet poſt haſce clades proximo, initum cadat in annum I Olympiadis CXXXIV. Qui ita erit Seleuci quartus. Quod ſi regnare coepit ille ſub finem anni II Olympiadis CXXXIII, ſimili ratiocinio, Olymp. CXXXIV ſecundo, ſeu periodi Jul. MMMMCCCCLXXI, qui ante vulgarem Chriſti epocham eſt annus CCXLIII, tribui poſſit. Et diſerte, hoc forſan calculi genere ductus, Sethus Calviſius utriuſque regis res geſtas ita diſtribuit, ut ultimam Seleuci cladem, quae foedus, uti noſtra ſententia eſt, proxime anteceſſit, quarto ejus anno collocet. Annus autem Olympiadis CXXXIV primus, ſeu quartus Seleuci, eſt Calippicae periodi ſecundae XI, adeoque ſecundus duodecimus. Si igitur periodus illa etiam Smyrnaeis in uſu fuerit, (quod ſatis eſt credibile) etiam Antheſterionis ſeu Lenaeonis initium & finis, in menſibus Julianis ad varias chronologorum rationes, maxime Scaligerianas, & Petavianas, quorum laterculos conſulas, facile reperiri poſſunt.

Pag. 1461. l. 45. ὅσοι ἂν ὦσιν ἐλεύθεροί τε καὶ Ἕλληνες.] De civitatis donatione Attica, quae Ionicae, ſeu Smyrnenſi, forſan non ita diſpar erat, conſule J. Meurſium de fortuna Attica, capite V.

Ibid. l. 48. Ἐξεταστὰι] Quaeſitores hi erant ad quos rerum repetundarum, interverſae pecuniae publicae, atque aliorum quae in adminiſtratione publica committuntur criminum judicium ſpectabat. Aliis λογισταὶ, εὔθυνοι, ζωήγοροι, dicti. Ita Ariſtoteles politicorum tertio cap. VIII.

Ibid. l. 48. Ἐπὶ τοῦ Μητρῴου ἱεροῖς νεοκαύτοις] Fanum magnae Matris, ſeu Metroum, in planitie urbis (nam pars etiam montana erat) memorat Strabo lib. XIV. Super ἱερὰ νεόκαυτα, quae etiam ἔμπυρα dicta, ſeu *ardentes victimas*, & ἐπὶ τομίων ſeu animalium immolatorum proſecta, aris etiam aliiſve ſacris ſive tactis ſive inſpectis, ſolenne gentibus erat jurare, uti chriſtianis ſuper ſacroſancta evangelia, cruces, reliquias ſacras. Etiam ἐμπυρία inde ὅρκος δημόσιος eſt apud Heſychium. Et Alcidamas ὤμοσε τὸν Ἀπόλλωνα τῆς δάφνης ἁψάμενος, *juravit per Apollinem, tacta lauro*, quod habetur ex Nicandro apud Antonium Liberalem in metamorphoſi prima. De variis jurandi ritibus conſulendi Briſſonius in formulis, Guilielmus Barclaius ad tit. de Jurejurando ff. Thomas Dempſterus & Baptiſta Hanſenius libris de juramento, praeter Petrum Fabrum in commentario de magiſtratibus Romanis, Danielem Heinſium ad primum Silii Italici, & Fredericum Lindebrogium in gloſſario, verbo *jurare*. Adde porro Philippum Mauſſacum ad Harpocrationem pagina 243, ubi de juramento in Agrauli aedibus ab Ephebis praeſtari ſolito. Nobis hic quae ii adnotarunt compilare religio eſt. De Judaeorum vero ritu in juramentis veteri & ſatis portentoſo, vide quod ex tabulis praefectoriis legitur in juris Graeco-Romani lib. I, pagina 119. Et Turcarum imperator Achmetes foedus cum Henrico magno Galliarum rege anno MDCIV ictum firmat juramento *per veritatem magni Dei, omnipotentis, creatoris coeli & terrae, & per animas avorum ſuorum & proavorum.* Chriſtiani autem aut tangunt plerumque ſacra; aut manum ad pectus admovent, ſuſtollunt, aut protendunt, ſacris inſpectis. Nec diſſimilem fuiſſe gentibus morem, cum non tangebant, aequum eſt ut opinemur. Quae vero ita ſive tactis ſive inſpectis ſacris, & admota, ſublata, aut protenſa manu praeſtantur juramenta, *Corporalia* dicuntur ſeu *corporaliter praeſtita*, ut in C. tit. *Si adverſus venditionem*, l. 1. & tit. *Si minor ſe majorem dixerit*, l. 3. Et Cujacius ad Novellam LI, de mulieribus ſcenicis; *Corporaliter*, inquit, *jurat, qui jurat tactis ſacroſanctis evangeliis, vel manu ſublata*; quos Balſamo vocat σωματικοὺς ὅρκους. Quin vide, ſi placet, Lindwodum noſtrum ad conſtitutionem *presbyteri*, tit. de Jurejurando, verbo *inſpectis*. Et ὅρκον σωματικῶς διδόναι & σωματικῶς ὀμνύναι eſt *ſacramentum corporaliter praeſtare* juriſconſultis Graecis. Conſule Baſilicon eclogam X, tit. XXV, cap. IV, & Harmenopuli Procheiron lib. I, tit. XII. Id ipſum vocabant αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἐπομνύναι ſeu *ipſa veritate* aut *revera jurare*; quo nempe *corporaliter jurare* diſtinguerent ab eo quod eſt συμβολαίῳ ſive ἐγγράφως μεθ' ὅρκου βεβαιῶσαι, pro quo ſub Diocletiano Romae dicebant, *in inſtrumento per ſacramenti religionem adſeverare*; ut in lege Codicis penultimo citata legimus. Non enim fiebat reſtitutio in integrum, ſi minor in inſtrumento per ſacramenti religionem ſe majorem eſſe adſeveraſſet, niſi palam ex ipſo inſtrumento conſtitiſſet illum nihilominus minorem fuiſſe. Sin vero corporaliter & revera praeſtitiſſet de aetate majori juramentum, haud reſtituendus erat omnino. De reſtitutionis illa ſeu ἀποκαταστάσεως lege, in dicta Baſilicon ecloga, Ταῦτα ὅπου ἐνεγράφη τῷ συμβολαίῳ μόνον ὁ ὅρκος, οὐ μὴν σωματικῶς καὶ τῇ ἀληθείᾳ ὤμοσεν ὁ νεώτερος ἑαυτὸν εἶναι μείζονα, quod non aliud ſonat quam quod jam diximus. Putarunt igitur Graeci juriſconſulti ſacramenti religionem inſtrumento inſertam, nec corporaliter praeſtitam, non eſſe τῇ ἀληθείᾳ ὅρκον. Certe fidem interpoſitam ſine corporali juramento, corporali aequiparari, video apud clariſſimum juriſconſultum Andream Gaillium; quem viſas lib. I, Obſervationum Practicarum CI, & lib. II, Obſervat. LIX. Adnotare hic non ingratum, puto, erit ritum illum Londinenſem veterem, quo in judiciis publicis ſuper mortuorum tumulos de eo jurare ſolenne erat quod ipſi teſtarentur mortui ſi in vivis ſupereſſent. In tabulis publicis ab Henrico Angliae rege III civibus Londinenſibus confectis, anno ejuſdem regni LII, die Martii XXVI, legimus. *Conceſſimus eiſdem civibus, quod de placitis ad coronam pertinentibus, de hiis maxime quae infra civitatem praedictam & ejus ſuburbium fieri contingent, ſe poſſint diſrationare ſecundum antiquam conſuetudinem civitatis praedictae, eo tamen excepto, quod ſuper tumulos mortuorum de eo quod dicturi ſunt ſi viverent, non liceat praeciſe jurare, ſed loco mortuorum qui ante obitum ſuum electi fuerint ad eos diſrationandos qui de rebus ad coronam ſpectantibus appellati fuerint, vel rectati, alii liberi & legales eligantur qui idem ſine dilatione faciant quod per de-*

functos memoratos, si viverent, fieri oporteret.

Pag. 1461. l. 53. Κληρωτήρια] Exigit res ipsa ut sortium tabulas, quibus eorum qui in tribus sortito cooptabantur nomina perscripta erant, hic intelligamus. Nec tamen alibi hac notione vocabulum occurrere memini. Scriptoribus tam pro locis ubi magistratus sorte creati sunt, quam ubi ejusmodi magistratus in theatro sedere soliti, usurpatur. Item pro sortium urnis. Videsis Pollucem lib. IX & X, & scholia ad Aristophanis Ecclesiazusas.

Ibid. l. 54. Συναλλαγμάτων καὶ ἐγκλημάτων] *Contractibus & actionibus* vertimus. Συναλλάγματα eodem hic sensu capio quo apud Aristotelem in ethicorum V, cap. V, ubi in ἑκούσια & ἀκούσια distribuuntur, & totum illud satis comprehendunt, unde actiones apud jurisconsultos nascuntur, quae sive ex contractu aut quasi contractu, sive ex delicto aut quasi delicto competunt. Etiam tota justitia quae forensis est ita συναλλάγμασι nititur. De Aristotelis loco consule inprimis Andronicum Rhodium in paraphrasi lib. V, cap III.

Ibid. l. 57. Οἰκίας, κλινῶν ὅσων ἂν τῷ δήμῳ δόξῃ.] Singularum aedium capacitas sit prout populo placuerit. Nam a lectorum sive discubitoriorum sive cubicularium numero hic tam aedium capacitas, puto, (quae scilicet aut ad contubernalium numerum aut familiarum amplitudinem attinebat) quam alibi saepius oecorum & conclaviorum, aestimabatur. Oecorum aestimationem hujusmodi videre est maxime in Callixeni & Moschionis descriptionibus navium Ptolemaei Philopatoris & Hieronis regis Syracusani apud Athenaeum lib. V. Inde oecus ibi πεντάκλινος, τεσσαρεσκαιδεκάκλινος, & εἴκοσι κλίνας ἐπιδεχόμενος.

Ibid. l. 61. Τὴν Σιπυλήνην] Ut Mater deum ***Berecynthia, Idaea, Phrygia*** dicta a locis cognominibus in quibus colebatur, ita *Sipylene* hic a Sipylo. Sipylus autem mons Phrygiae passim memoratur; Plutarcho de fluminibus in Maeandro, Hesychio, Straboni, & in proverbio, ὅλον τὸν Σίπυλον μετακινεῖν. Atqui & urbs erat Sipylus Phrygiae, quod notat Stephanus, nomenque gentile esse Σιπυληνὸς & Σιπυληνή. Notat autem ex Hellanici libro primo ἱερέων seu de sacrificiis Junonis Argivae. AEschylus item in Niobe apud Strabonem in extremo lib. XII habet, Σίπυλον Ἰδαίαν ἀνὰ χθόνα, *Sipylum Idaeo in solo.* Urbs ea multis abhinc seculis, regnante Tantalo, terrae motu eversa est, uti & complures circumjacentes. At celeberrimam fuisse inde liquet quod dum terraemotum hunc memorant scriptores, Sipyli nomine potissimum designant. Ita Strabo lib. I. Quin Aristoteles in II, meteorologicorum cap. VIII, terraemotus meminit in quo τὰ περὶ Σίπυλον ἀνετράπη, *Sipylus evertebatur.* Σίπελον ibi male habet commentarius Alexandri Aphrodisiensis. Sed pejus multo facit vir doctus qui Φλεγραῖον πεδίον, *Phlegraeum campum*, eo in loco Sipylum a philosopho appellatum, in Thesauro geographico scribit. Non minus campum a Sipylo quam regionem Ligusticam distinguit ibi Aristoteles.

Ibid. Ἀπολλὼ τὸν ἐν Πάνδοις] Nec de Apolline in Pandis alibi legi, nec de ullo loco qui Pandi aut Panda dictus praeter Sogdianorum (qui sub alio coelo locati) oppidum, quod Panda vocatur apud Plinium lib. VI, cap. XVI, & Solinum cap. LII. Fieri sane potuit ut etiam inde nomen in Ioniam deduceretur. Altaria enim ibi constructa sunt, non solum a vetustissimis illis, Hercule, Semiramide, Cyro; sed etiam ab Alexandro Magno, velut trophaea metarum imperii eousque promotarum; eaque, ut videtur, Apollini. Ita enim conjectura est ex altaribus quae eidem numini Taxartem fluvium postea transvectus Demodamas Seleuci & Antiochi dux Apollini struxit, ut terminorum scilicet imperii prolationis insignia. Sed ultra quid hic affirmare plane nugari est, si hoc non est.

Ibid. Καὶ τοὺς ἄλλους Θεοὺς πάντας καὶ πάσας] Post insigniorum numinum nomina, per omnes ita generatim jurabant, idque ex ritu pontificio passim servari solito. Exempla sunt apud Homerum & Virgilium, ad cujus Georgicorum initium, *Post specialem*, adnotat Servius, *invocationem transit ad generalitatem, ne quod numen praetereat: More pontificum, per quos ritu veteri in omnibus sacris post speciales Deos, quos ad ipsum sacrum quod fiebat necesse erat invocari, generaliter omnia numina invocabantur.* Vide, si placet, jusjurandum quo foedus iniere Carthaginienses & Philippus Macedonum rex apud Polybium lib. VII, & fragmentum foederis in Creta effossi apud Janum Gruterum, p. 505.

Ibid. Καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Σελεύκου τύχην] Mos invaluit in oriente jurandi saepius per fortunam, salutem, vitam, caput principis. Neque inter haec in gentilitatis theologia discrimen erat. Vetustissimum est exemplum in Geneseos, cap. xlii. Ubi Josepho חי פרשה, *Vivit Pharaoh*, seu *per vitam Pharaonis*, ad Ebraeorum & qui cognatas habent linguas morem adjurandi profertur. Nec aliter transtulit Aquila quam per Ζῇ Φαραὼ, ut & hodie Galli, *Vive Pharaoh.* Atqui senioribus redditur, Νὴ τὴν ὑγίειαν Φαραὼ, *Per salutem Pharaonis*; quod retinet Latina. Nam vivere etiam est valere, laetari, felicem esse. Vetustissimum autem Geneseos exemplar MS. in bibliotheca Cottoniana habet ibi, Μὰ τὴν ὑγίειαν Φαραώ. Jurat etiam Urias Davidi regi, חייך וחי נפשך *per vitam tuam & per vitam animae tuae*; seu *per salutem tuam & salutem animae tuae*, ut in Latina editione. Habetur 2 Samuelis cap. xi. comm. 12. Et de capite regis testatur R. Abenezra in decalogum. Ubi cum capite plectendum, etiam suo aevo, scribit fuisse qui apud AEgyptios בראש המלך *per caput regis* pejeraverat, nec tanto auro quantum ipse pendebat redimendum. Sed haec omnia in τὴν τύχην, pro veterum ritu, recidunt. Et juramentum ita praestitum ὅρκος βασιλικὸς dictum videtur, saltem in Armenia. Adi Strabonem lib. XII, ubi de fano Pharnacis mensis. Manavit mos ex oriente ad Romanos. Decreverat senatus Julii Caesaris τὴν τύχην ὀμνύναι, quod scribit Dio lib. XLIV. Eo occiso, populus Antonii oratione de ejus dignitate habita (ut fit) irritatus percussores furibunde quaesitum it, & senatores incusat quod passi essent eum virum interfici pro quo uti quotannis publice vota concipererentur decrevissent, καὶ οὗ τήν τε ὑγίειαν τήν τε τύχην ὤμνυσαν, *& per cujus salutem & fortunam jurassent.* Ex decreto erat quod jurabant. Atque inde discriminatim

per

per salutem jurabant & per fortunam. Honor hic qui in juramentis tributus est Julio, mansit etiam Augusto; sed a Tiberio vetitus est, postea redivivus. Videsis Dionem lib. LVII de Tiberio. In epistolae item stationariorum Tyriorum, Puteolis ad Tyrios caeterasque Phoeniciae civitates sub Antonino philosopho scriptae, fronte legitur, Διὰ τοὺς θεοὺς, καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν αὐτοκράτορος τύχην, quod videre est apud Janum Gruterum, in inscriptionum corpore, pagina 1105. Et Aristo medicus, qui Romani martyris linguam Asclepiadis jussu sub Galerio imperatore exsecuerat, accusatus (cum elinguis martyr summum Dei veri optimi maximi potestatem verbis, ut scribunt, copiose proferret) quod mercede ductus collusisset, nec linguae nervos omnes abscidisset,

Testor, inquit, *salutem principis, me simplici*
Functum secantis arte, judex optime,
Servisse jussis absque fraude publicis.

Ita Prudentius peri Stephanon hymno X. Inhumaniter autem aliquos plectebat Caius quod nunquam per genium suum dejerassent, teste Suetonio capite XXVII. Ita genius seu δαίμων idem cum fortuna aestimatus. Nam & εὐδαιμονία *virtus cum fortuna conjuncta* recte Ciceroni redditur. Consule, si placet, v. cl. Danielem Heinsium ad Hesiodi opera & dies, cap. XVII. Quin Plutarchus in praeceptis politicis, Οἱ μεγάλοι, inquit, δαίμονα καὶ τύχην τοῖς κατορθώμασι συνεπιγράφουσι, *magni viri rebus praeclare gestis genium & fortunam, ut autores, secum inscribunt.* Et in exemplis quae adducit utrumque confundit. Sed & tam partis seu sortis δαίμονος seu genii quam aliarum complurium sortium, quae in usu erant veteribus astrologis, unica fortunae sors (de qua supra) Ptolemaeo & caeteris plerisque, si Arabas & eorum sequaces excipias, vices sustinet. Per genium autem principis jurandi mos diu post Tiberium renatus duravit. Vide acta Martyrii S. Polycarpi apud Eusebium Hist. Ecclesiast. lib. IV, cap. XV. Et Ulpianus l. 13. *Si duo* D. tit. de Jurejurando §. 6. *Si quis juraverit in re pecuniaria per genium principis dare se non oportere, & pejeravit, vel dari sibi oportere, vel intra certum tempus juraverit se soluturum, nec solvit, imperator noster cum patre rescripsit fustibus eum castigandum dimittere, & ita ei super dici,* προπετῶς μὴ ὄμνυε, i.e. *petulanter ne jurato.* Nam pejerantibus per principis fortunam poena erat, quam sustulit suo tempore Tiberius, uti est apud Dionem; minuit etiam ita Alexander Severus, ut qui calore animi, non consulto, pejeraverat, is minime puniretur. C. tit. de Rebus Creditis lib. II. *Periculum corporis vel majestatis crimen*, ait imperator, *secundum constituta divorum parentum meorum, etsi per principis venerationem quodam calore fuerit pejeratum, inferri non placet.* Ita id quod primo in juramentis fortuna, salus, genius erat principis, in venerationem etiam interdum immutabatur, uti postea in majestatem (quod videre est apud Vegetium de Re Militari lib. II, cap. V) item & in ipsum principem: Per quem non tam ut fidei testem quam ut perfidiae vindicem dejerare in more positum erat etiam christianis, qui nec *tam per creaturam jurabant quam per autorem creaturarum, nec in creatura aliud quam creatorem ipsius venerabantur*, quod ait Gratianus C. XXII. q. 1. c. 16. Et quemadmodum in dignitate seu potestate principum exprimenda, majestas, serenitas, perennitas, & quae sunt ejusmodi in Codice utroque, alibique, ita forsan in votis de eorum felicitate (qualia ejusmodi juramenta sunt) salus, vita, fortuna, genius ipsas principum personas revera denotabant. Exemplum forte deductum est ex sacris literis, ubi per sanctitatem Dei, atque id genus alia, pro Deo ipso usurpari notant viri docti. Vide Amosium prophetam cap. IV, & J Drusii lib. XIV, Observat. cap. XV. Et περὶ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, seu *majestate Dei*, apud Hellenistas ad eam rem & doctissime & ingeniosissime magnus Heinsius in Aristarcho sacro exercitatione XV. At vero salus principis christianis ita discriminabatur a genio, seu fortuna, ut per hosce jurare nefas, per illam fas fuerit olim aestimatum. De fortuna vide acta quae diximus martyrii S. Polycarpi. De genio, Tertullianus apologetici cap. XXXII, *Sed & juramus*, inquit, *sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis. Nescitis genios daemones dici, & inde diminutiva voce daemonia. Nos judicium Dei suspicimus in imperatoribus, qui gentibus illos praefecit. Id in eis scimus esse quod Deus voluit, ideoque & salvum volumus esse quod Deus voluit; & pro magno id juramento habemus. Caeterum daemonas, id est genios, adjurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus; non dejerare, ut illis honorem divinitatis conferamus.* Et ubi Arcadius & Honorius imperatores rescripserunt, eos qui XXV annis majores adversus pacta vel transactiones libero arbitrio confectas & invocato Dei optimi maximi nomine firmatas veniendum putaverint, infamia inuri, & emolumento quod ex pacto fuerint consecuti prorsus carere: ejusdem etiam legis poenae subjiciunt eos *qui* (ut rescripti verba sunt) *nomina nostra placitis inserentes salutem principum confirmationem initarum juraverint esse pactionum*, quod legimus C. tit. de Transactionibus l. 41. *Si quis*, & C. Theodos. lib. II, tit. IX. Ubi vetus scholium ejusmodi jurantes esse eos ait qui *dominorum nomina conjurant, placitis inserentes, diffinita implere neglexerint.* Sed lege *cum jurant, placitis &c.* Ita emendo ex MS. codice Theodosiano, quem breviario suo ante D annos de Romanis imperatoribus ex Haymone Floriacensi confecto intexuit Guilielmus Monachus Malmesburiensis. Caeterum pro *nomina nostra* veteres orientis jurisconsulti *numina nostra* proculdubio exemplaribus suis ibi legere. Vertebant enim, οἵτινες ἡμετέραν θειότητα τοῖς συμφώνοις ἢ τῇ διαλύσει ἐντιθέντες, id est, *qui numen nostrum pactis aut transactionibus inserentes*, &c. Vide eclogam Basilicon lib. XI, tit. II. cap. XLIX. Item Marcellinus in causa Donatistarum, *per admirabile mysterium Trinitatis, per incarnationis dominicae sacramentum, & per salutem supra memoratorum principum* (Honorii & Theodosii) *secundum allegationes partium se judicaturum promittit*, in collationis Carthagine habitae primae

mae capite quinto. De jurejurando hujusmodi per principem locutus est Athalaricus rex, literis ad populum Romanum. *Ecce*, inquit (apud Cassiodorum Variarum VIII, formula III.) *Trajani vestri claris seculis reparatum exemplum. Jurat vobis per quem juratis. Nec potest ab illo quisquam falli quo invocato non licet impune mentiri.* Et Constantinus Harmenopulus, qui ante quingentos ferme annos Thessalonicae judex floruit, in Prochiri lib. I, tit. VII. Οὐδεὶς κατὰ τοῦ Θεοῦ ὀμόσας κινδυνεύει· ἱκανὸς γὰρ ὁ ὅρκος ἔχει τιμωρὸν τὸ θεῖον, εἰ κατὰ τοῦ Θεοῦ γέγονεν. Εἰ δὲ κατὰ βασιλέως κατά τινα θερμότητα ὀμόσει τις, συγχωρεῖται. Ὁ ἐπὶ χρήμασι κατὰ τοῦ βασιλέως ὀμόσας καὶ ἐπιορκήσας ῥοπαλίζεται. Ὁ ἐκ δικαστικῆς ψήφου ἢ ἐξ αἰτήσεως τοῦ ἀντιδίκου ὅρκον ἐπέχων ἐπ' ἐκκλησίας τῶν ἀχράντων ἐφαπτόμενος εὐαγγελίων· ἐπιορκεῖν δὲ μετὰ ταῦτα ἐλεγχθεὶς, γλωσσοκοπείσθω. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ μαρτύρων. *Nemo qui per Deum jurat, periclitatur. Sufficit enim juramentum vindicem habere Deum, si per Deum praestetur. Quod si quis per principem (per venerationem principis* habet Joannis Merceri versio) *animi calore motus juravit, veniam consequitur. Qui in re pecuniaria per principem (per genium principis* substituit hic Mercerus) *juraverit, & pejeraverit, fustigatur. Qui vero sive ex sententia judicis, sive adversario postulante, jusjurandum in ecclesia praestiterit sacrosanctis tactis evangeliis, ei perjurii postea convicto lingua exscindatur. Idemque in testibus observetur.* Verba usque ad ῥοπαλίζεται excerpta sunt ex Basilicis. Videsis Theodorum Balsamonem ad Photii Nomocanonem tit. XIII, cap. XVIII. eclogas Basilicon lib. LX, tit. XXX. Cujacium observat. lib. II, XIX. Caetera Harmenopuli fere in ecloga Leonis & Constantini imperatorum habentur tit. XXVIII, & apud Michaelem Athaliatam in synopseos titulo XVIII. Sed de discrimine juramenti quod per Deum & quod tactis evangeliis praestatur, vide illud D. Chrysostomo tributum C. XXII, q. I, C. II, & sententiarum lib. III, distinct. XXXIX, cap. V, & ibi magistros. Sed haec obiter. Caeterum non modo per salutem principum sed etiam per suam litigantes ex praescripto legis jurabant. Uti & vetustioribus aevis per capita, oculos, & hujusmodi, tum sui tum parentum ex more passim jurabant, non aliter ac Hiberni hodie per manus sive parentum sive domini. Videsis Brissonium Formularum lib. VIII. De litigantibus vero per salutem suam jurantibus, consule sis Ulpianum ff. tit. de Jurejurando, l. 3. §. 4. l. 5. & 33. Quin legimus in Basilicon eclogis lib. XXII, tit. V, cap. XXX. Ὁ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὀμνὺς δοκεῖ μὲν ὀμνύναι κατὰ τοῦ Θεοῦ, quod translatum est a Graecis jurisconsultis iisque christianis aevi medii ex illis Ulpiani verbis loco jam ultimo citato. *Qui per salutem suam jurat, per Deum jurare videtur. Respectu enim divini numinis ita jurat.* Et Synesio non infrequens est in epistolis jurare, νὴ τὴν ἱερὰν σοῦ κεφαλὴν, καὶ τὴν τῶν παίδων μου σωτηρίαν, *per sacrum tuum caput, & per liberorum meorum salutem.* Vide epistolas ejus XLIX, XCV, CIII, alias. Nec aliud, puto, voluit quam per salutem suam aut caput jurare Cosmas sub Alexio Commeno patriarcha Constantinopolitanus, cum per suum nomen jurabat nolle se patriarchali sede secedere nisi Irene imperatrix suis manibus insigniretur. Anna Porphyrogenneta in Alexiados lib. III. Τὴν ἰδίαν ἐπομοσάμενος κλῆσιν, φησὶ πρὸς αὐτοὺς, Νὴ τὸν Κοσμᾶν, εἰ μὴ διὰ τῶν ἐμῶν χειρῶν ἡ Εἰρήνη τοῦ στέφους ἀξιωθῇ, τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου οὐκ ἀποστήσομαι, quod idem sonat. Et per vitam suam jurat Avicenna Arabs lib. de Almahad cap. III. Videsis item Balsamonem ad canonem XCIV, synodi in Trullo. Idem autor τὴν ἐξωμοσίαν seu *juramentum* episcoporum AEgypti, quod fidejussionis vicem supplebat, in synodi Chalcedonensis canone XXX, ita interpretatur ut eam esse dicat τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, ἢ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι τινά, *per imperatoris caput, vel salutem suam quempiam jurare.* Sed Zonaras ibi, per *imperatoris caput, & salutem ejus, ipsiusque jurantis* jurare, ἐξωμοσίαν esse notat. Obtinuit etiam mos per *filiorum regis vitam* jurare. Sed in occidente, lege ante annos DCCC lata, hujusmodi juramenta vetita sunt, atque inde, puto, in judiciis exoleverunt. In occidente dico. Nam in oriente diutius mansisse scimus ex Graecis jurisconsultis. Lex est, *Ut nullus praesumat per vitam regis & filiorum ejus jurare.* Habetur in capitulis Karoli & Ludovici lib. III, tit. XLII, & legum Longobardorum lib. III, tit. XXIV.

Pag. 1462. l. 69. Ἐφιορκοῦντι δὲ ἐξώλεια καὶ αὐτῷ καὶ γένει τὸ ἐξ ἐμοῦ.] Imprecationes ejusmodi, dirae, seu ἀραὶ, satis sunt frequentes apud veteres. Et Cicero de legibus lib. II. *Perjuris poena divina exitium, humana dedecus.* Unde & Diagoras ille ἀδικηθεὶς ὑπό τινος ἐπιορκήσαντος, καὶ μηδὲν ἕνεκα τούτου παθόντος, μεθηρμόσατο εἰς τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεοὺς, quae verba sunt Sexti Empirici adversus Mathematicos libro VIII. Jurisjurandi autem formulam cum adjecta imprecatione & vetustissimam & horrendam subjungo ex Vettii Valentis Antiocheni nondum typis vulgati scriptoris, Floridorum seu Anthologiῶν lib. IV. Ubi fratrem, & caeteros omnes qui libro suo apotelesmatico initiandi erant, ita adjurat, Ὁρκίζω σε, ἀδελφέ μου τιμιώτατε, καὶ τοὺς μυσταγωγοὺς μου ταύτῃ τῇ συντάξει, οὐρανοῦ μὲν ἀστέρικτον κύτος καὶ ☉ δυοκαιδεκάζωδον ☉ τε καὶ ☽ καὶ τοὺς ε πλανήτας ἀστέρας, δι' ὧν ὁ πᾶς βίος ἡνιοχεῖται, αὐτήν τε τὴν πρόνοιαν καὶ ἱερὰν ἀνάγκην, ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα συντηρῆσαι, καὶ μὴ μεταδοῦναι τοῖς ἀπαιδεύτοις, εἰ μὴ τοῖς ἀξίοις καὶ δυναμένοις διαφυλάσσειν καὶ ἀμείβεσθαι δικαίως, αὐτῷ τε ἐμοὶ Οὐάλεντι τῷ εἰσηγησαμένῳ ἀείμνηστον καὶ ἀγαθὴν φήμην ἀπονέμειν· καὶ μάλιστα ἐπιγνόντας τὸ ἄφθονον καὶ τὸ τῆς ἀληθείας μέρος, ὡς ὑπὸ οὐδενὸς ἀνδρὸς ἐπιλελυμένον αὐτοὺς ἐφώτισα· μηδὲ παρέντας τὸ ἐμὸν ὄνομα ἑτέρους ἐπεισφέρειν ταύτῃ συντάξει· μηδὲ λωβῆσαι τινὰ τῶν προγεγραμμένων ἢ μελλόντων λέγεσθαι πρὸς τὸ ἀθετῆσαι τοὺς ἐντυγχάνοντας· καὶ μὴ ψόγον ἐπενέγκαι. Καὶ ταῦτα μὲν διαφυλάσσουσιν οἱ προειρημένοι θεοὶ πάντες εὐμενεῖς ἔσονται, καὶ βίος εὐπαθὴς, καὶ καταθύμιος λογισμῶν συντέλεια. Ἐπιορκοῦσι δὲ τὰ ἐναντία, μήτε γῆ βατὴ, μήτε θάλαττα πλωτὴ, μήτε τέκνων σπορά· τυφλός τε νοῦς καὶ πεπαιδευμένος ὑπάρχων, ἀχρήμονα βίον καὶ ἀνεπιτήδευτον ἀγαθῶν ἐπάγοι. Ἐὰν δέ τις καὶ μετὰ θάνατόν ἐστι κακῶν τε καὶ καλῶν ἀμοιβὴ, κἀκεῖ τῶν ὁμοίων μεταλάβοιεν. Videsis Julium Firmicum matheseos lib. VII, in initio. Praeter diras ejusmodi gentibus usitatas (quae obviae sunt apud rituum veterum consarcinatores) vide eas quae Judaeorum Constantinopolitanorum juramentis

mentis adjectae erant ex tabulis praefectoriis in juris Graeco-Romani lib. I. pag. 119. De iis etiam quae chriſtianis olim in uſu conſulas Novellam VIII. Adde Durandi ſpeculum tit. de juramento calumniae §. 3. Dirae autem illae horrendae in Novella VIII, etiam ante Juſtiniani aevum vetuſtae erant & ſolennes, ut in tremendo ſcilicet die judicii perjurus haberet portionem Judae, lepram Gehezi, & tremorem Caini. De hiſce enim ipſiſſimis loquitur Procopius in arcana hiſtoria, *ἀρᾶς τε πάσας*, inquit, *ἐπέβαλεν, ὅσαι πρὸς τῶν παλαιοτάτων ὠνομασμέναι εἰσίν*, quod *diris omnibus more majorum devovit* non male vertit Nicolaus Alemannus. Diras ſcilicet congeſſit eas omnes quae veteribus ſolennes habitae. Juramenta autem per corpora coeleſtia ſolenniter praeſtita, uti apud Vettium noſtrum per coeli ſyſtema, zodiacum, lunam & quinque planetas caeteros (adjectis item providentia & fato) ſatis raro occurrunt in ſcriptis veterum. Certe in Mahumedis Alcorano aliquoties ejuſmodi habemus formulas. Azoara XCV, ut Latinae editionis numeri ducunt, ſeu Alburochu, legimus, ואלשׁמא ראת אלברוג, quod *per coelum ſigniferum* vertit Retinenſis. Ubi paraphraſtes Arabs, qui Mahumedicis explicationibus in ipſo contextu interſertis verba Alcorani lineis miniatis notata interpretatur, habet, אלבואבב אתני עשׁר ברגא תקרמת פי אלפוקן *Sydera* XII *antiquitus delineata in Alphurcan* ſeu *Alcorano*. Alia id genus occurrunt in Azoaris XCVI & LXIII. Ubi *per ſtellam veſpertinam* juramentum concipitur. Et in Azoara XCIX ואלפגר ſeu *per auroram*, אי (inquit paraphraſtes ille) פגר בכל יום, id eſt, *per auroram diei cujuſlibet*. Azoara item LXVI, quae LVI eſt in Arabico, legimus, *Per loca occaſus ſtellarum, quod magnum ſapientibus eſt ſacramentum, hic Alchoran optimus a rege mundi compoſitus eſt*. Id tamen (quod obſervavit nobis v. cl. & doctiſſimus Guilielmus Bedwellus) Arabicis minime convenit. Nec magis conveniunt quamplurima alia quae in Latina illa verſione veteri obtruduntur. In Arabicis autem legitur, לא אקשׁם בואקע אלנהום ואנה לקשׁם לו תעלמון עטים id eſt, *Ne jura per occaſus ſtellarum. Nam illud juramentum, ſi noveritis, magnum eſt*. Sed vetuſtiſſimum penes me exemplar Latinum non aliter eo loco ſe habet quam codex editus. Binis autem, quibus utor, exemplaribus Arabicis ea quae tranſcripſimus verba locum illum occupant. Alias in Alcorano jurandi formulas ſatis portentoſas vide Azoara LXXXV, LXXXVII, XCV, XCVI, XCIX & C. Adde Alcorani epitomes veteris orationem quartam. Et de perjurorum poena vide Azoaram LXVIII. Sed juramentis quae indicavimus ipſum Deum optimum max. plerumque uſum eſſe impie innuit impoſtor ille qui Alcoranum conſarcinavit.

Pag. 1463. l. 84. *Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ*] Duplex Magneſia: Ad Maeandrum fluvium urbs altera erat, ad Sipylum montem altera. Neutrius eſt infrequens mentio apud autores utriuſque linguae. Maeoniae urbs utraque. Haec autem illa multo ſeptentrionalior.

Ibid. *Ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Λευκοφρυήνης ἱερῷ.*] Ita populus alter in alterius numinum fanis foedus ex pacto collocabant. Ideo autem hiatum *Leucophryenes* nomine ſupplevimus quod tum elementorum numerus haud impar fuerit; tum quia Diana *Leucophryene* ſeu *Leucophryne* dicta impenſe Magneſiae culta eſt, Strabone teſte. *In ea quae hodie exſtat urbe* (inquit lib XIV de Magneſia locutus) *fanum eſt Dianae Leucophryenae, quod magnitudine quidem templi & donariorum multitudine Epheſio cedit: Concinnitate autem & artificioſa delubri ſtructura longe illud ſuperat. Magnitudine etiam omnia Aſiatica ſuperat, duobus exceptis, Epheſio & quod Didymis eſt.* De fano hujus deae, quod nempe pſeudodipteron erat, volumen conſcripſit Hermogenes. Vitruvius in prooemio libri VII. *Edidit volumen Hermogenes de aede Dianae Ionia, quae eſt Magneſiae Pſeudodipteros.* Et *Magneſiae Dianae* nomine culta eſt, non diſſimili fano, Alabandi, quae Cariae urbs erat; quod teſtatur idem lib. III, Dianae Leucophrynes meminere Tacitus, Clemens Alexandrinus, Arnobius. Videſis Lipſium ad Taciti annalium lib. III, commentario 121. Sed non minus *Leucophryene*, ut in vetuſtis aliquot Strabonis exemplaribus, quam *Leucophryne* dicenda eſt. Apud Magneſios magis *Leucophryene.* Nam in numiſmate Marciae Otacillae Severae Aug. Philippi Auguſti uxoris nomine inſignito legitur (ſi Occoni fides) ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΛΕΥΚΟΦΡΥΗΝΗ. A Leucophrynes neſcio cujus funere nomen petitur ab Arnobio & Clemente. Fanum ejus etiam aſylum erat, teſte, loco quem diximus, Tacito. Leucophryenem notari Dianam figura Dianae nudae arcitenentis in aereo Elagabali numiſmate cui inſcribitur ΕΠΙ ..... ΜΑΓΝΗΤΩΝ vix eſt cur dubitemus. Idem dicendum de Maximini illo cujus pars altera Julium Verum F. exhibet, altera vero ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ.

Ibid. l. 85. ΔΙΟΝΥΣΟΥ] Diſrupto hic marmore, elementorum ductus ferme diſparuere. Sed ex apicibus reliquis non eſt difficile hanc lectionem elicere.

Ibid. l. 86. *Συνσφραγισάσθωσαν*] Vetuſtiſſimus eſt ſigillorum in oriente uſus, tametſi ante Iliaca tempora non annulis, id eſt, ſigillis, ſed nodi nota epiſtolas, alia claudi ſolita vult Plinius. Vide eum lib. XXXIII, cap. I, ſed conſule Geneſeos cap. xxxviii, comm. 18. Exod. cap. xxviii, 11 & 36. 1 Reg. cap. xxi. 8. Danielis vi. comm. 17. Jeremiae cap. xxxii. 11. Eſther cap. iii. 12. Tobit cap. vii. comm. 14. praeter hiſtoriolam Beli & Draconis. Adde Joſephum Scaligerum in elencho Trihaereſii Nicolaii Serrarii cap. XI. Ante ſigillorum inventionem aiunt Graeci nonnulli, eorum vice in uſu fuiſſe virgulas ſeu aſſerculos a cimicibus variatim irroſos. Iſacius Tzetzes, ad illud Lycophronis,

Τὰ δ᾽ ἄλλα θριπόβρωτος ἄψαυστος δόμων
Σφραγὶς δοκεύσει,

Reliqua vero vermiculis exeſum, intactum aedium ſigillum obſervabit; aut,

Intacta vermiculata claxendix domos
Servabit alias———

ut vertit Joſephus Scaliger; Πρὶν γάρ, inquit ibi Tzetzes, *εὑρεθῆναι τὰς σφραγῖδας οἱ παλαιοὶ ἐσφράγιζον ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένοις, διὰ τὸ*

αὐτὰ πολυκέντητα εἶναι, *Priusquam sigilla reperta sunt, veteres sigillabant lignis cimicibus irrosis, eo quod plurima eis inerant puncta.* Quasi vero seculum ejusmodi unquam fuisset in quo cimices tantum sive foramina sive lineas qualitercunque ductas ligno incidebant, homines vero adeo stupidi ut incidere non possent. Atqui etiam ejusmodi virgulas seu asserculos sigillorum officium saepius praestitisse forsan non est dubitandum. Etiam nunc forte interdum praestant. Ideone vero alia sigilla nondum inventa? Et intelligendus sane Lycophron potius ac si vetustatem duntaxat (cujus caries comes est) in sigillo notasset. Videsis autem Ammonium & Hesychium in θριπόβρωτος, & Suidam in θριπηδέστων. Herculem ejusmodi sigillo cimicibus exeso primo usum esse ait Philostephanus apud Hesychium. Caeterum ars etiam sculptoria cum sigillorum confectione speciatim occurrit in sacris literis, idque seculis plurimis ante quidpiam memoriae de Graecorum moribus traditum, Exodi cap. xxviii, commate 11, פתוחי חתם quod *coelatura gemmarii* antiquitus vertitur: Senioribus septuaginta est γλύμμα σφραγῖδος, *coelatura sigilli.* Et Munsterus ibi, quem recentiores plerumque recte sequuntur, *Opere gemmarii, & qui sigilli coelaturas facit, sculpe duos lapides,* &c. Consulas etiam Exodi cap. xxxix. Neque infrequens est vocabuli חתם, pro eo quod est *sigillare*, metaphora in veteri instrumento; unde & sigillorum in Syria usus frequentia satis manifesta est. Sed Plinius annulos sigillaritios (ut Vopisci verbo utar) in desuetudinem maxime in oriente postmodum abiisse scribit. Libro XXXIII, cap. I. *Nullos*, ait, *omnino annulos major pars gentium hominumque etiam qui sub imperio nostro degunt hodie habent. Non signat oriens aut AEgyptus, etiam nunc literis contenta solis.* Sed de veterum Persarum sigillis vide excerpta de legationibus ex Menandro pag. 296, editionis Latinae, 1609.

Pag. 1463. l. 87. Καὶ τῷ ὑπάρχοντι κοινῷ] Commune igitur Magnetum suum habebat sigillum; ita etiam Smyrnaeorum civitas; uti & aevis citerioribus passim corpora & collegia. Sed de sigillo communis alicujus populi alio in loco qui non fuerit plurimis seculis marmore recentior, legisse me non memini. Etiam & sigillum hoc δακτύλιος dictum a pari, uti par est existimare, forma cum iis qui personarum singularum digitis gestabantur. Ideoque etiam curiosulis nonnullis aevi nostri, qui omnia purioris aevi sermone pronuntiare studiosius quam par est cupiunt, annuli sigilla sunt principum, tametsi revera non sint annuli, sed crassiores laminae nihil omnino annuli prae se ferentes.

Pag 1463. l. 94. Παλαιμαγνησίαν] Quod *Palaemagnesia* seu *vetus Magnesia* dicitur non aliud, puto, fuit quam sive castellum sive urbecula in ea planitiei, cui Thorax mons imminet, parte sita, unde Magnesia civitas, quae tunc floruit & foedus percussit, in alium ejusdem planitiei locum translata est. Strabo de Matris Dindymenes fano in veteri Magnesia & Thorace monte verba faciens lib. XIV, Νῦν δὲ οὐκ ἔστιν, inquit, τὸ ἱερὸν, διὰ τὸ τὴν πόλιν εἰς ἄλλον μετῳκίσθαι τόπον. Ita Scepsis & Palaescepsis urbes erant vicinae in Phrygia & Mysia, ita Biblos & Palaebiblos in Phoenicia. Et sunt id genus aliae. Palaemagnesia igitur aut sui plane juris erat, aut ita saltem Magnetum, qui foedus cum Smyrnaeis percusserant, imperium detrectabant, ut, icto foedere, Seleuci majestati haud satis prospexissent Smyrnaei nisi singulari legatione etiam hosce ad illius amicitiam seorsim invitassent.

Pag. 1464. l. 101. Ἀδεκατεύτους] Praedia illa seu fundi bini, κλῆροι dicti, Palaemagnesiae incolis a Seleuci decessoribus assignati (de quibus nemo frustra expectet ut plura cognoscere videamur) decima immunes erant, id est, annuo censu, qui sive jure tunc usitato, sive pacto convento, praestari solebat, ubi privilegium aberat. Ita agri assignati, Romanis olim omni munere & collationis onere vacui erant, l. III. C. de fundis Limitotrophis. Duplex autem plerumque erat veteribus Graecis decimarum, quae, uti proventus publicus, pendebantur, genus. Portoria seu navium aut rerum importatarum & exportatarum vectigalia, alterum erat; ea quae colonorum agri sive scripturarii sive sativi reddebant, alterum. Decima, quae portorium erat, memoratur Demostheni in oratione contra Leptinem, quae & περὶ ἀτελειῶν nominatur. *Archebius & Heraclides*, inquit, *Byzantium Thrasybulo tradentes* κυρίους ὑμᾶς ἐποίησαν τοῦ Ἑλλησπόντου ὥστε τὴν δεκάτην ἀποδόσθαι, *dominos vos* Athenienses *fecere Hellesponti, adeo ut decimis inde frueremini.* Ubi Ulpianus adnotat, Δεκάτην ἐκ τῶν φορτίων τῶν ἐμπόρων τοῦ Ἑλλησπόντου ἐλάμβανον, *Decimam negotiatorum mercium in Hellesponto accipiebant.* Et publicanus qui decimam hanc colligebat δεκατευτὴς & δεκατηλόγος dictus, uti & Arabibus עשאר eadem notione, quod alicubi item legisse me memini, & תעשאר pro ipso vectigali. Vide Harpocrationem & Suidam. Adde sis Joannis Meursii Atticarum lectionem lib. III, c. II. Neque haec decima raro occurrit. Alterum genus quod huc spectat meminit Aristoteles Oeconomicorum II. In oeconomia satrapica, docet ille, proventuum augendorum ratio est praestantissima ex agrorum fructibus. Proventum inde natum (pensionem scilicet a colono pro agro sativo praestitam) οἱ μὲν, inquit, ἐκφέρειν, οἱ δὲ δεκάτην προσαγορεύουσιν, *alii tributum, alii decimam appellant.* Aliam rationem ex re pecuaria affert, sive ex agris scripturariis, aut ἀπὸ τῶν βοσκημάτων, quae ejus verba sunt. Etiam & hunc proventum ἐπικαρπίαν & δεκάτην dictum ait. Vide porro 1 Samuelis cap. viii. comm. 15. Ejusmodi decima etiamnum passim in oriente a Turcarum imperatore exigitur. Neque de alia olim intellexi illud in Alcorani Retinensis Azoara XVII. *De decimis & beneficiis sume, & inde secundum morem consuetam operare.* Sed Arabs habet, *Sume* אלעפו ראמז באלערף *quod tibi indultum est, & ea quae dari consuescunt.* Paraphrastes, quem diximus, Arabs habet, אלשיך מן אחלאת אלנאש ולא תחש ענא *quod a benevolentia hominum obvenerit, aut eorum beneficia, neque ab eis quid extorque.* In Arabico est Azoara VII. Verum & alibi Robertus ille Retinensis, locis non dissimilibus, decimas substituit pro ejusmodi vocabulis. Et in Azoara LXVIII, quae in Arabico est LVIII. *Oratores & decimatores*, inquit, *estote, sequendo Deum omnium operum cognitorem atque prophetam*; ubi

ubi Arabs habet, פקיוא אלטלות ואתוא אלזכות ואטיעוא אללה ורשולה, id est, *preces celebrate, & eleemosynas date, obedientes Deo & prophetae ejus.* Sed haec obiter. Ex agris item sativis Romanis pendi solebat locatoribus decima; quod ex Appiani civilium primo cognoscimus. Nec dissimilis est decimarum proventus qui tum ex annuis agrorum fructibus, tum ex fossilibus, Galliis, Hispaniis, alibi in Europa, etiam alicubi in Anglia, penditur. Videsis Choppinum lib. I. de domanio Franciae tit. I.

Ibid. Ἡ χώρα ἣν ἔχουσιν οἱ πρότερον ὄντες ἐμ Μαγνησίᾳ] Ager, puto, veteri Magnesiae adjacebat quem possidebant ii qui Magnesiae olim fuerant incolae, id est, qui sedibus mutatis in Smyrnaeum agrum transmigrarant. Hunc, si Smyrnaeorum civitatis possessionibus accederet, decretum hoc veteris Magnesiae incolis seu Palaemagnetibus assignat nomine κλήρου seu praedii sine onere possidendi.

Ibid. l. 102. Κλῆρον ἱππικὸν] Praedium equestre hic non diversi fuisse generis autumo a fundis illis olim in imperio Romano ad subministrandos rei militaris sumptus assignari solitis. Eorum duae species. Nam aut tam tironibus quam veteranis in perpetuum sive beneficium & stipendium sive praemium donabantur, aut ad annonae militaris duntaxat, pensitationes colonis locabantur; idque plerumque fiebat in limitibus imperii, unde agri limitanei dicti & fundi limitotrophi. De his videsis L. 15. Item si §. 2. ff. de rei vindicatione & C. tit. de fundis limitotrophis. In specie prima planissima sunt feudorum vestigia. Et de vetustissima feudorum natura consule quae occurrunt de ducibus limitaneis apud Lampridium in Alexandro Severo, & de Cimbris apud Lucium Florum lib. III. cap. III. Nec discrepabant τὰ κτήματα στρατιωτικὰ, seu *praedia militaria*, quae in imperii orientalis legibus habentur. Constantini Porphyrogennetae de iis Novella exstat tum apud Leunclavium in jure Graeco Romano, tum apud Cujacium in Feudis. Sed emendatior apud Carolum Labbaeum in constitutionibus imperatorum Graecolatinis, & Joannem Meursium. Sed vero κλῆρος hic noster equites tantum alebat ad hostes ab imperii Magnetici, seu potius, postquam icto inaequali foedere servitutem induerant, Smyrnaei, finibus arcendos; adeoque κλῆροι ἱππικοὶ (si de prima Romanorum specie intelligas) ipsissima fere sunt feuda quae phrasi forensi feuda militaria seu *Fees de Chivaler* Anglis nuncupantur. Δωρεὰν autem, quod *sine onere* vertimus, decimas aut alias annonae pensitationes, non militiae onus, hic excludit.

Ad C. Ant. Septimii Publii Citharoedi victorias, seu Marmorum Arundellianorum III.

PAG. 1465. evanuere ex marmore superiores elementorum septem primorum apices. Sed ex reliquiis inferiorum conjectura Γ. ΑΝΤ. ΣΕΠ. substituimus. Hujusmodi autem ἀναγραφαὶ τῶν ἱερονικῶν, qualis erat in agonibus musicis Septimius noster Publius, λίθιναι seu *saxeae hieronicarum descriptiones*, ut vocantur Lycurgo, frequentes erant apud veteres. De eis autem videsis scholiastem ad Pindari Olympiorum oden VII. & marmor X. fol. 1468. praeter ejusmodi alia aliquot apud Lipsium & Gruterum.

Ibid. l. 2. Περγαμηνὸς, καὶ Σμυρναῖος, καὶ Ἀθηναῖος, καὶ Ἐφέσιος] A plurium civitatum populis civitate donatus, tot habuit denominationes tum hieronices hic, tum moderator ejus C. AElius Agathemerus. Sic Artemidorus & Daldianus erat & Ephesius, uti ipse testatur Onirocriton lib. III. cap. LXVII. Sic alii.

Ibid. l. 6. Σμύρναν Ὀλύμπια ТН ͞Ъ І7] Bini scilicet Smyrnae erant sub Adriano agones Olympici seu quinquennales; id est, Olympia bina, praeter ea quae pro communis Asiae votis ibi saepius celebrari solita: de quibus etiam mox. Ea quae sic simpliciter dicta sunt, atque ea quae Olympia Adriania, ab Adriano nempe sive instituta sive concessa, nuncupabantur. Neque haec alia, ni fallor, fuere ab ἀγῶνι illo ἱερῷ Smyrnaeorum cujus sub sequentis inscriptionis finem mentio est. Frequentia autem ejusmodi agonum a gliscente provinciarum, postquam servituti egregie litare coeperant, adulatione sub Octavio duxit initium. Suetonius in ejus vita, capite LIX, *Provinciarum pleraeque, super templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt.* Ex indulto nimirum aut jussu principali constituerunt provinciae, urbes, oppida. Unde indiscriminatim sive a principe, sive a provinciis, urbibus, oppidis, certamina instituta fuisse saepius dicebatur. De binis, quae diximus, Smyrnae Olympiis vide v. cl. Claudium Salmasium ad Adrianum Spartiani. Adi item Hermodori illam Farnesianam quae habetur in Lipsii auctario, & apud Gruterum est, pag. 314. & Philostratum in Polemonis Sophistae vita, praeter Pausaniam in Eliacorum primo, & Philippi epigramma quod citat Petrus Faber Agonistici libro III. cap. XXVII. Sed vero fallitur eruditissimus Faber capite praecedente, ubi Farnesianae inscriptionis τὰ Ἀδριάνια de ludis in Antinoi honorem institutis intelligenda esse persuasum habet. Erant sane in Antinoi honorem ludi gymnici alibi instituti. Atqui non Adriania dicta sunt, sed Antinoεια, de quibus etiam postea. Quid vero sibi hic velint notae illae ТН ͞Ъ І7 omnino nescimus nos. Nodum mihi hactenus inextricabilem solvant erudítiores. Prima earum ita typis repraesentari debuit ut superior, quae transversa est linea, sinistro τῆς H apici conjungeretur, ac si T & H in unum coaluissent. De secunda figura, quae sive τῷ ἐπισήμῳ ς sive Hebraico ל non prorsus est dissimilis, & non semel in sequentibus etiam iterari videtur, vide, si placet, Gruterum in inscriptionibus pag. 585. 2. & Nicolaum Alemannum ad Procopium pag. 42. Sed nos hic planissime caecutimus, quod fateri, ubi aliter non suppetunt vires, nunquam pudet.

Ibid.

Ibid. Ἀδριάνια Ῥώμην B] Romae, Athenis, Ephesi, Adrianalia vicit Septimius; quod testatur marmor. Passim ferme certaminum sibi cognominum autor fuit Adrianus. Xiphilinus, ἐποίει, inquit, καὶ θέατρα καὶ ἀγῶνας περιπορευόμενος τὰς πόλεις. Id ipsum Spartianus, *In omnibus pene urbibus & aliquid aedificavit, & ludos edidit.*

Ibid. l. 7. Ποτιόλους B] Apud Puteolos Adriani memoriae sacravit Antoninus Pius *quinquennale certamen, & flamines, & sodales, & multa alia quae ad honorem quasi numinis spectarent*; quae verba sunt Spartiani. Illud Εὐσέβεια in Farnesiana dicitur, seu Pialia, & certamen erat Iselasticum. Hieronicis nempe jus erat singulare; diruta parte moenium, pompa in urbem invehi. Videsis Casaubonum & Salmasium ad Spartiani extremum, & Josephum Scaligerum V, de Emendatione Temporum, pag. 447. Melphitana autem, qua ad hanc rem utuntur, inscriptio est apud Gruterum, pag. 254. n.4. Ἀγὼν ἐν Ποτιόλοις hic memoratur etiam in stationariorum Tyriorum epistola quam Gruterus habet pag. 1105. Stadium item hujus agonis innuit Artemidorus Onirocriticorum lib. I. cap. XXVIII, ubi Εὐσέβεια τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἀχθέντα ὑπὸ βασιλέως Ἀντωνίνου ἐπὶ τῷ πατρὶ Ἀδριανῷ memorat, de cursore verba faciens, qui per insomnium se luminibus orbatum esse vidit, atque victor evasit.

Ibid. Νεάν πόλιν Γ] Σεβαστὰ seu *Augustalia* agon hic dictus in Farnesiana, ut Σεβαστὰ ἐν Νεαπόλι, &c. Quinquennalis item erat, & Octavio a Neapolitanis, ut videtur, sacratus. Memoratur Statio, Suetonio, Senecae. Consule, si plura velis, P. Fabri Agonistici III. caput XXVI. & Scaligerum loco jam citato. Adde Julium Caesarem Capacium historiae Neapolitanae lib. I. cap. XV.

Ibid. Ἄκτια B] Agon in Actio Apollini sacer erat; quem post victoriam Actiacum, condita urbe Nicopoli, instauravit Augustus; testibus Strabone & Dione. Videsis Fabrum loco nunc supra dicto, & Scaligerum V de Emendatione Temporum, capite de primo agone Actiaco.

Ibid. l. 8. Τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα] Etiam Nemeos ludos ab Argivis celebrari solitos esse, in quibus cum clypeis decurrebant armati, constat; quales ἀσπιδοδούπους ὁπλίτας δρόμους vocavit Pindarus Isthmiorum primo. Romae item in vinea cardinalis Carpensis τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα τρὶς corona circundatum exhibet saxum quadratum. Vide Pausaniam in Eliacorum primo, Hyginum fabula CLXX & CCLXXIII, quem in hujus agonis nomine depravatum recte emendavit v. cl. Joannes Meursius in Graecia Feriata, verbo Ἡραῖα. Eum item ibi consule. Adde Agonistici P. Fabri libri II. caput XXIII. praeter Farnesianam illam seu Hermodori apud Gruterum inscriptionem.

Ibid. l. 10. Σμύρναν κοινὸν Ἀσίας] *Commune* scilicet *Asiae*, quod ex pluribus eisque celebrioribus Asiae civitatibus conflatum; velut ex Ephesiis, Smyrnaeis, Pergamenis, Milesiis, aliis, qui concordiam foventes & societatem, & sacris eam firmare studentes, communia Asiae sacra certamina in urbe, de qua sive in comitiis omnium convenerat, sive aliter decretum erat, celebrabant. Atque hisce praefuere, puto, Asiarchae; de quibus ad marmor proximum. Ita nummum Caracallae interpretatur Scaliger V de Emendatione Temporum. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ. ΑΙΝ. ΦΙΛΙΠΠΟ. ΠΥΘΙΑ *Communia*, inquit, *tria* (unde unum item confectum) *Thraciae celebrabant Pythia Thracica.* Vide in Farnesiana Σμύρναν ε κοινὰ Ἀσίας δὶς. Et κοινοῦ τῶν Κρητῶν habetur agon quinquennalis apud Gruterum pag. 1094. 5. Certamina haec communis Asiae ipsissima esse τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ὀλύμπια apud Philostratum in vita Polemonis Sophistae, vix dubitare queo, pace viri doctissimi qui ad Spartianum haec eadem esse cum Adriani Olympicis ibi institutis obiter affirmat. Neque obest quod Polemoni & posteris ejus datum sit Adrianeis προκαθῆσθαι seu praesidere, & quod praesedit postea τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν. Decreto civitatis duntaxat Smyrnensis est perpetua illa praesidendi Adrianeis praerogativa data. Sed communis Asiae sacris commune item Asiae tantum, aut senatusconsultum Romanum, aut rescriptum principale, non civitas aliqua singularis eum praeficere, puto, potuit. Communia autem Asiae sacra haec fuere, opinor, uti alia saepius apud Graecos, majora & minora: majora, quae pentaeterica; minora, quae annua. De hac distinctione, uti etiam de ε κοινοῖς, in Farnesiana, paulo post plura.

Ibid. l. 11. Πέργαμον Αὐγούστεια Γ] Postquam Pergameni templum Augusto sacraverant, etiam iis permissum est ut sacros ludos, honori ejus ampliando, instituerent. Ita Dio libro LI. Hi Augustalia seu Αὐγούστεια dicta, adeoque, quod in Farnesiana legimus, ὁμοίως ἐν Σμύρνῃ Ὀλύμπια, καὶ Ἀδριάνια Ὀλύμπια, Πέργαμον Αὐγούστεια τρὶς, vertendum est, *similiter in Smyrna Olympia, & Adrianalia Olympia, Pergamo Augustalia* III. Neque erat sane cur de Augustalibus illis, quae plane Pergami collocantur, ita solicitus esset vir magnus in V. de Emendatione Temporum. Qui item alii sive Farnesianam edidere, sive vocabula quae adtulimus citarunt, male hactenus ea intellexerunt: Apud Gruterum pag. 1090. legimus ex sepulcro quod via Appia VII ab urbe milliari visitur, Πέργαμον κιθαρῳδούς. Adjecta est corona hederacea.

Ibid. Τραιάνεια] Spectacula Parthica dicta sacravit Adrianus Trajano; teste Xiphilino. Ea Romae celebrari solita. Gymnasium etiam erat Romae, Trajani opus, architecto Apollodoro. Utrum ad hoc an ad illa Trajanalium nomen hic spectet, non liquet.

Ibid. l. 13. Ἀσκλήπεια] Horum item in Farnesiana mentio. Et Μεγαλοασκληπείων Πυθίων in alia, apud Gruterum pag. 410. n. 3. Atque etiam AEsculapia Smyrnae fuisse videntur. Aristides in oratione sacra prima, Ἐδόκουν ὡς ἐν Σμύρνῃ πρὸς ἑσπέραν προσιέναι τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν τῷ Γυμνασίῳ. Tam Gymnasium quam templum in Gymnasio exstructum AEsculapio forsan sacrum ibi erat.

Ibid. Κομόδεια B] Commodaliorum seu Κομοδείων mentio in saxo Venetiis. Corona nempe ipsum vocabulum ΚΟΜΟΔΕΙΑ circumdat, sub epigrammate in Achiristi athletae honorem. Vide Gruterum pag. 317. n. 1. Alibi, puto, apud veteres non occurrunt. Instituta forte a Severo

Severo imperatore Commodum in divos referente.

Ibid. Ἔφεσον Ἀδριάνεια] Ut Smyrnae Adrianalia Olympia erant, ita Ephesi, quae hic memorantur, nec alibi, puto, omnino praeterquam in Farnesiana; ubi habemus Ἔφεσον Γ Ἀδριάνεια Ὀλύμπια.

Ibid. l. 14. Ἔφεσον::Ἐφέσηα] In festis deorum cognominibus enumerat Julius Pollux lib. I. Ἀρτέμιδος Ἀρτεμίσια καὶ Ἐφέσια. Vide item Meursium in Graeciae Feriatae lib. III, de Ephesiis. Sed an ad hoc Dianae festum agon hic spectet, non constat.

Ibid. Βαρβιλλῆα] In Farnesianae inscriptionis editione Gruteriana legimus ΒΑΒΙΛΔΗΑ; quod ipsum in Lipsiana, unde sumptum est, punctulis subnotatur, ac si de lectione inter exscribendum dubitatum fuisset. Marmor nostrum ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ habet manifesto, quod ut in ΒΑΒΒΙΔΑΗΑ sive quadratarii sive exscriptoris incuria migraret, non erat difficile. Sed non minus nescimus unde nomen hoc natum, quam hanc veram marmoris nostri lectionem esse certo scimus. Vide Lipsii Auctarium pag. 57.

Ibid. l. 15. Ἐπίδαυρον Ἀσκλήπεια] Haec memorat etiam Farnesiana. Alibi occurrere non memini.

Ibid. l. 15, 16. Ἀθήνας Ἀδριάνεια] Adrianalia Athenis habentur in inscriptione illa de Achiristo apud Gruterum pag. 317. quam vide item apud Scaligerum ad numerum Eusebianum MMCXLVII, sed emendatiorem in Salmasii notis ad Spartianum. Fanum Adriano Athenis sacratum est, Panellenion dictum; atque is ἐπ' αὐτῷ, seu *juxta idem*, ut scribit Xiphilinus, certamen instituit, quod ipsa Adrianalia hic fuisse existimo. Neque cur Panellenia id nuncupatum esse censendum sit video, tametsi, eo quod fanum Panellenium dicebatur, ideo & agonem cognominem fuisse velit vir doctissimus. Memorantur, opinor, haec sacra certamina cum aliis in Farnesiana Hermodori; Ε Παναθήναια, Ὀλύμπια, Πανελλήνια, Ἀδριάνεια δίς. Viro summo, qui tum in libris de Emendatione, tum ad Eusebium, quatuor haec vocabula unum agonem, adeoque ipsa tantum Adrianalia, Athenis denotasse vult, nullus assensum praebeo. Quot vocabula, tot certamina magis innuuntur; atque omnia Athenis peracta. Per ε Παναθήναια *Panathenaea Pentaeterica*, seu majora intelligo. Nam minora (quae & vetustiora erant) quotannis, seu post minorem periodum elapsam, celebrabantur. De utrisque vide quae supra notantur in notis historicis ad Graecorum epochas, praeter Harpocrationem, Suidam, & autorem argumenti orationis Demosthenis adversus Midiam. Ut igitur justa certaminis distinctione expressior honoris victori fieret accessio, Ε Παναθήναια dici videntur, pro Πενταετηρικοῖς seu *quinquennalibus*. Neque ab alia ratione, opinor, τὸ ε postea in eodem saxo praefigitur τοῖς κοινοῖς τῆς Ἀσίας. Quemadmodum enim Panathenaea (quo nomine signanter dicta sunt sacra Atheniensium, seu omnium qui Attici ruris accolae erant, certamina communia) & minora erant, & majora, quae etiam quinquennalia; ita etiam in Asia minori, quae Atticos mores plerumque imbiberat, communia sentiendum est sacra ad eundem modum quandoque divisa esse. Et Panionium pro communibus Ionum sacris non dissimili notione legitur apud Philostratum in vita Apollonii lib. IV, capite II. Ita fit ut ε κοινὰ Ἀσίας pro *quinquennalibus communibus Asiae* capienda sint, non pro *quinque communibus* seu *civitatibus Asiae*, ut volunt aliqui. Ita recte a minoribus etiam disterminata sunt. Olympia, quae in Farnesiana hoc loco sequuntur, Attica item erant; uti etiam Panellenia. Atque eorum origines Adrianum seculis plurimis antevertunt. Videsis scholiasten ad Pindari Olympionicon odem VII. Quin & Adrianalia ibi Attica similiter, puto, erant; sed Athenarum nomine ideo forte minime notata quod, post Panathenaeorum mentionem, caetera, quae continenter secuta sunt, ad Athenas pertinere, neminem dubitaturum non immerito senserit is qui conscripsit.

Ibid. l. 16. Σάρδεις Χρυσάνθινον] Etiam Chrysanthina Sardis occurrunt in illa Hermodori. Item nummus Alexandri Mammaeae F. habet ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quod ex Occone discimus. Id ipsum innuit Martianus jurisconsultus, ubi certaminis Chrysanthiani meminit L. 24. D. de annuis legatis; *Cum erat certa pecunia*, inquit Martianus, *id est centum reipublicae Sardianorum* (in nonnullis editionibus Pandectarum, male legitur *Sardinianorum*) *relicta per quadriennium certaminis Chrysanthiani, divus Severus & Antoninus rescripserunt videri perpetuam pensitationem reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium.* Sed *Chrysanthini* potius legendum. Et certamen inde nomen habuisse putat Faber *quod e floribus aureis coronae sertave contexerentur, atque praemii loco victoribus, sicut apud Tolosates poetico agone annuo argentei, praestarentur.* Apollinis oppidum in Chrysa, & quod de Chrysanthide ex Pausania adnotat Dionysius Gothofredus, huc spectare mihi parum videntur. Aliis a Chrysanthio, nomine instituentis Lydio, nomen hoc certaminis manasse videtur. Certe & summi Lydiae, cujus urbs primaria Sardes, pontificis sub Juliani tempora nomen erat. Et certamina sub nomine instituentium quandoque celebrari, non modo ex Adrianaliis liquet, verum etiam ex illo Lucii Titii testamento apud Scaevolam L. 21. liberto D. de Annuis Legatis §. 3. Et sane τῶν ἱερῶν ἐπανόρθωσις, sive *sacrorum* in Lydia *instauratio*, diserte ab Eunapio, apud quem de Chrysanthio, utpote ejus praeceptore, compluria legimus, tribuitur. Sed hic ita multo recentior est quam cui certaminis sub Severo eodem nomine celeberrimi origo aut nominis ratio assignetur. Adi Cujacium libro XXIII, Observat. VII. & Petrum Fabrum Agonistic. lib. III, cap. XXVI.

Ibid. l. 17. Τράλλεις Πύθια] Gymnasium quod terraemotu Trallibus collapsum esse memorat Strabo, libro duodecimo, satis ostendit seculis vetustioribus certamina ibi celebrari solita. Ad idem forte redintegratum spectant haec Pythia.

Ibid. l. 18. Μίλητον Διδύμεια] Apollini Didymaeo agonem sacrum fuisse, saltem ex illo nomine natum, non est cur dubitemus. Apolli-

nis Didymaei oraculum in Branchidis apud Milesios cultum habet Strabo lib. XIV, Stephanus de urbibus, Sozomenus ecclesiasticae historiae lib. I, cap. VII. & Nicephorus Callistus lib. VII, cap. XLV. De Didymaei nominis ratione consule Macrobium Saturnaliorum lib. I, capite XVII. Neque de Didymaeis hisce alibi legisse me memini.

Ibid. Ῥόδον Ἄλεια] In Hermodori Farnesiana legitur ΠΟΔΟΝΑΛΕΙΑ. Et tam recte in conficiendis ad Gruterum indicibus Ἄλεια inter sacra certamina inde numerat magnus Scaliger, quam male in castigationibus ex ΠΟΔΟΝ ibi πόδων facit; & ad ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ, quod ibi praecedit, retrotrahit, ac si de cursu seu stadio AEsculapio sacro locus foret intelligendus. Sed extra controversiam esse puto aut quadratarium Farnesianae pro Graeco Ρ τὸ Π ibi perperam incidisse, aut Lipsium exscriptorem, fugientibus elementi apicibus deceptum, pro ΡΟΔΟΝΑΛΕΙΑ, ΠΟΔΟΝ ΑΛΕΙΑ edidisse (uti videre est in ejus auctario) quem secutus temere magis peccavit sive Gruterus, sive quis alius, qui Latina versione Podonalia, quod verbum nihili est, substituit. Ad Rhodum plane pertinent haec sacra: quae Ἄλια, &, ad aevi citerioris scribendi rationem, Ἄλεια eis dicta. Aristides in Ῥοδιακῷ Rhodios alloquens, καὶ τὸν μὲν, inquit, τῶν Ἁλίων ἀγῶνα ποιήσετε, *ludos Halios*, seu *agonem Haliorum, peragetis*. Haud alius forsan erat agon hic ab illo qui Tlepolemus item vocatus soli seu Ἡλίῳ (unde nomen, ut videtur, ortum est) sacer erat, & Gorpiaei mensis die XXIV celebratus, seu VI die a Nemeis. Corona in eo praemium erat populea. Videsis scholiasten ad Pindari Olympionicas, od. VII.

Ibid. l. 19. Λακεδαίμονα] Farnesiana Hermodori habet Εὐρύκλεια ἐν Λακεδαίμονι. Lacedaemonis etiam Hyancinthina memorantur Philostrato in vita Polemonis sophistae.

Ibid. Μαντίνειαν] Hinc emendanda est Farnesiana, ubi ΔΙΑΝΤΙΝΕΙΑΝ, quod nihil omnino significat, occurrit. Doctissimus Petrus Faber ΔΙΑΝΤΙΝΟΙΑ ibi voluit substitui, certamina nempe Antinoo sacra. Sed vocabuli sono deceptus est: Rem ipsam tamen plane tetigit. Vide eum Agonistici lib. III. cap. XXVII. Certissimum est ΜΑΝΤΙΝΕΙΑΝ pro ΔΙΑΝΤΙΝΕΙΑΝ legi oportere. Mantineae quinquennale certamen in Antinoi honorem ab Adriano institutum est. Hoc Ἀντινόειον seu ἀγὼν Ἀντινόειος dictum. Etenim patria Antinoi Bithynia erat. Bithyni autem ex Arcadibus ipsisque Mantiniensibus oriundi. Inde erat quod Mantineae parentalia ejus annua haberi & sacrum certamen quinquennale voluit Adrianus. Ita Pausanias in Arcadicis; Τούτων ἕνεκα, inquit, ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο αὐτῷ καὶ ἐν Μαντινείᾳ τιμάς. Καὶ τελετή τε κατ' ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγών ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Atque haec sunt Ἀντινόεια apud Gruterum pag. 317, n. 1.

Ibid. l. 20. Θεματικοὺς] Id quod praemii loco dabatur victoribus, seu bravium, θέμα dictum est. Nam certamina obscuriora forsan complura praemia praeter existimationem, puto, alia non habuere, adeoque θεματικὰ minime fuere. Θέμα hoc sensu non semel legitur in oraculis Sibyllinis. Omnes autem agones quibus praemia erant cujuscunque generis nominatim proposita θεματικοὶ erant. In iis aliquot duntaxat στεφανῖται, seu *coronarii*. Et ut a στεφάνῳ στεφανείτης & στεφανίτης dicebatur, ita a θέματι θεματίτης & θεματείτης, pro eo quod est θεματικός. Nec tamen θεματείτας alibi quam in columna Farnesiana reperisse me memini. Περὶ θεματικῶν aliter grammatici plerumque. Videsis Julium Pollucem sub extremum lib. III, Phavorinum, id genus alios. Sed nemo melius de hac re quam Petrus Faber in Agonistico lib. II, cap. IX. & lib. III, cap. XIII. Adde Scaligerum de Emendatione lib. 5, pag. 446.

Ad Smyrnensem Donariorum in gymnasii ornatum recensionem, seu marmorum Arundellianorum IV.

PAG. 1466. l. 5. Νεμεσέων] Nemesium fanum occurrit apud Pausaniam sub Achaicorum initio; idque ut Smyrnaeorum praesertim tutelarium numinum. Et de Smyrnaeis ille, Νεμέσεις πλείους νομίζουσιν ἀντὶ μιᾶς, καὶ μητέρα αὐταῖς φασὶν εἶναι Νύκτα, *Nemeses plures pro una statuunt; & earum matrem esse noctem*.

Ibid. l. 7. Χερσίφρων Ἀσιάρχης] Asiarchae erant qui ludis theatralibus, certaminibus, seu spectaculis aliis, in deorum honorem haberi solitis, praeerant; uti etiam Bithynarchae, Syriarchae, Lyciarchae, Phoenicarchae, Cappadocarchae, & id genus caeteri, *quorum nomen votiva festivitatis solennia dedicavit*, ut aiunt Honorius & Theodosius AA. in constitutione de expensis ludorum C. Theodos. lib. XV, tit. IX. L. 2. Horum functio Asiarchia, Bithynarchia, Lyciarchia, Cappadocarchia dicebatur. Etiam munerarius, quod munera seu spectacula edebat, Ἀσιάρχης vertitur Ruffino in S. Polycarpi martyrio apud Eusebium lib. IV, cap. XIV. Quod vero spectacula seu munera, quibus praeerant, sacra erant, ideo sacerdotes indigitati sunt. Quin a ratione tum nominis, tum dignitatis, quae eminentior erat & honoris eximii, praesides etiam vocabantur, & functio tam praesidatus, ἀρχὴ, ἐπαρχία, seu *praefectura*, quam *sacerdotium* denominantis provinciae nuncupari solebat. Id videre est apud Papinianum L. 8. D. tit. de Vacatione & excusatione munerum, Ulpianum L. 6. §. 14. D. tit. de Excusationibus, & Strabonem lib. XIV. ubi de Trallibus agit, & paulo post ubi de Lyciis; Ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ, inquit, Lyciorum πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτ' ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ τοῦ συστήματος, *primo eligitur Lyciarcha; postmodum etiam qui sunt caeteri reipublicae magistratus*. Nec erat sane cur vir summus, non tam ἐπαρχίαν quam ἱερωσύνην, dici voluerit hanc dignitatem, ad Strabonis locum ubi de Trallibus loquitur. Inde etiam principes dicti. Nam τινὲς τῶν Ἀσιαρχῶν in Actis Apostolorum cap. xix. commate 31 in vulgata editione *quidam*

quidam de principibus Asiae redditur; idque recte satis, puto, utcunque non sine reprehensione a nonnullis id excipiatur. Eodem ipso sensu Syrus ibi habet .רישא ראסיא & Arabs רושא אשיא Utrumque principes Asiae denotat. Sed principum vocabulum, uti etiam ejusdem notio in τῷ Ἀσιάρχης, ex singulari usu loquendi, ad Asiam simul & ad sacra spectacula restringebatur; non aliter fere ac princeps in principe Dalmatiarum, aliarumque sub inclinante imperio Romano provinciarum, singulari notione, provincias simul & acta tantum judiciorum praefectorum praetorio, comitum provinciarum, & hujusmodi aliorum quibus suberat, respexit. De ea re videsis Cassiodorum lib. VII, formulam XXIV. & utriusque Imperii Notitiam. Ita οἱ πρωτεύοντες τῶν ἐπαρχιῶν seu ἐθνῶν & *primates provinciarum* christianis dicuntur sacrorum antistites summi; nulla tamen in nominis notatione sacrorum ratione expressa. Gallica autem versio tuto in Actis retinet *Asiarques*. Sed vero & eadem vocabula tam principes quam sacerdotes saepius alias significant. Ebraeis כהנים utrosque denotat. Et tam Athenis quam Romae βασιλέα seu *regem* fuisse qui sacris duntaxat praeerat, nemo nescit. Indiscriminatim etiam pontifex Romanus rex & papa ab Arabico autore Geographiae Nubiensis appellatur, פי מדינה רומה קטר אלמלך אלמסמי אלבאבה *In urbe Romae sunt aedes regis, qui papa vocatur.* Locus est in parte II, climatis V. Alia sunt obvia quae huc spectant. Certamina autem, sive alia spectacula quibus praeerant sacri hujusmodi gentium praesides seu principes (hac notione) provinciarum, ea, puto, erant quae a singularum gentium aut provinciarum communibus, statis temporibus, diis peragebantur. Et qui τοῦ τῆς Ἀσίας κοινοῦ, seu *communis Asiae* ita proprie dictae, hujusmodi sacris (de quibus supra, ubi de Adrianaliis Atheniensibus) praefectus est, is Asiarcha dicebatur; uti qui τοῦ κοινοῦ τῆς Συρίας sacris, Syriarcha: Ita Lyciarcha, reliqui. Communis autem Asiae, seu urbium (ex quibus pro partium studiis conflatum est id quod communis Asiae nomen obtinebat; quod idem est) id genus sacra in Asianarum aliqua civitatum eminentissima haberi solebant: unde Asiarcharum Ephesi mentio in Actis Apostolorum, & Smyrnae in Polycarpi martyrio. Ubi enim sacra celebrata erant, ut ibi officio suo fungerentur necesse erat sacrorum hi praesides; in comitiis scilicet, ut videtur, sive a communis procuratoribus, sive a civitatibus in quibus praeerant, sive alias undecunque legitime electi. Et sane auctor sanctus, ubi Asiarcharum Ephesi meminit, Demetrii fabri argentarii verba perinde refert ac si ipsissimum τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας seu *commune Asiae*, pro ritu provinciae, communibus sacris celebrandis adfuisse expressissime docere voluisset. Locus est Actorum capite xix. Καὶ θεωρεῖτε, inquit Demetrius, καὶ ἀκούετε ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας, ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι, *Et videtis & auditis quod non solum Ephesi, sed pene totius Asiae, Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens non esse deos qui manibus fiunt.* Monet non modo Ephesiorum sed & caeterorum ferme omnium totius Asiae (sic proprie dictae) incolas, tunc temporis Ephesi a D. Paulo in persuasionem novam tractos. Tot nimirum civitatum singularium cives, pro more, ad communis sacra peragenda convenerant ut σχεδὸν πᾶσα ἡ Ἀσία, *ferme tota Asia*, non injuria dicerentur. Id quod inprimis etiam adstruit Syrus, qui pro ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας, &c. habet אלא אף לסונאא רבלה אסיה אפים הנה פולוס ואהפך *sed etiam* τῷ κοινῷ *seu communi Asiae persuasit iste Paulus, atque illud pervertit.* Nec quid rectius ibi sonat סתאא, quod τὸ πλῆθος seu *multitudo* plerumque vertitur, notione haud discrepante. Neque aliter intelligo Eusebium, ubi πᾶν τὸ πλῆθος ait τῶν ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων τῶν Σμύρναν κατοικούντων sacram Polycarpo exprobrasse doctrinam, & Philippo Asiarchae inclamasse ut leonem, qui discerperet virum sanctum emitteret. Ruffinus vertit, *Universa multitudo tam gentilium quam Judaeorum Smyrnensium civitatis.* Rectius forsan, *commune gentium & Judaeorum quod Smyrnae tunc agebat.* Civitates enim, ex quibus commune seu τὸ κοινὸν conflatum, illuc ad communis sacra spectacula celebranda commigraverant. Similiter pronunciandum est de aliarum gentium seu provinciarum sive Asiarchis, sive τῆς κοινῆς. Videsis porro Gruterum pag. 415, n. 1. 410, n. 3. & 1025, n. 4. de κοινῷ Galatiae & Galatarcha, & de Asiarcha pag. 522, 1. Ἑλλαδαρχεῖν apud eundem non alio sensu usurpari videtur quam pro eo quod est τοῦ τῆς Ἑλλάδος κοινοῦ sacris ejusmodi praeesse. Praeter ea quae citavimus consulas etiam de dignitatis genere, C. tit. de Naturalibus liberis L. 1. tit. de Officio comitis orientis L. unica, C. Theodos. lib. VI, tit. III. de Praediis Senatorum L. 1. & lib. XII, tit. 1. de Decurionibus L. 103. Adi item Cujacium lib. II, Observat. XIII, Antonium Augustinum ad Modestinum, Petrum Fabrum Agonistici lib. I, cap. XVIII. & lib. III, Semestrium cap. 1. Gabrielem Albaspinum lib. I, Observat. XXII. In desuetudinem, cum caeteris gentium sacerdotiis, tandem abiit haec dignitas. Et postrema ejus, ut scilicet quae evanuerat, mentio apud veteres, est, ni fallor, in Justiniani novella LXXXIX. S. Laurentium Archilevitam vocat, apud Prudentium, praefectus (quo jubente passus est is martyrium) Mysteriarchen; *bene est quod ipse ex omnibus Mysteriarches incidit.* Nonne ad nomina illa de quibus hic egimus, similiter terminata, allusit? Mysteria illa seu sacra christianorum κοινὰ seu *communia* erant. Ipsi christiani, seu ecclesia commune erat. Et Laurentius

—— Primus e septem viris,
Qui stant ad aram proximi,
Levita sublimis gradu,
Et caeteris praestantior,
Claustris sacrorum praeerat,
Coelestis arcanum domus
Fidis gubernans clavibus,
Votasque dispensans opes.

Non aliter fere se habuere forsan Asiarchae, Bithynarchae, & qui id genus alii, ad sacra, quae diximus, & proventus gentilitatis sacros, quam S. Laurentius ad christianorum thesauros.

Ibid.

Ibid. l. 35. Πολέμων] Nonne hic Antonius Polemo ipse Polemo sophista est cujus vitam scripsit Philostratus? Certe Polemonem sophistam Adrianum imperatorem adeo ad Smyrnaeorum (quibus charissimus sophista ille erat) favorem pellexisse prodit ille, ut uno die mille myriadas in eorum civitatem impenderit. Myriadas habemus in marmore tantum CL. Caeteras forte columnarum, hic numeratarum, pretium supplet. Nam ex myriadibus illis, Τά τε τοῦ σίτου (inquit Philostratus) ἐμπόριον ἐξεποιήθη, καὶ γυμνάσιον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγαλοπρεπέστατον, καὶ νεὼς τηλεφανὴς ὁ ἐπὶ τῆς ἄκρας, *Emporia annonae & gymnasium omnium quae in Asia sunt praestantissimum constructa sunt; item templum in promontorio situm.*

Ibid. l. 36. Δεύτερον δόγμα συνκλήτου, καθ' ὃ δὶς νεωκόροι γεγόναμεν] *Secundum senatusconsultum, per quod bis aeditui facti sumus.* Ac si ita innui voluerint ii qui conscripsere, aliud etiam praecessisse, idque sub Adriano, procurante Polemone, senatusconsultum quo primum aeditui facti fuerant. Si ita intelligatur, tum νεωκόροι in provinciis senatusconsulto Romano, interdum saltem, creati; quod alibi non lectum est. Quin & de jurisdictione data forte intelligi oportet, qualis permissa est Ephesiis νεωκόροις, ut mox ex Actis Apostolorum adnotamus. Sed libero fruatur quisque judicio. Caeterum de Νεωκόροις hac notione accuratius videndum est. Eos aedituos Latine vocamus, & neocoros interdum in Latio dictos scimus ex inscriptione quae Romae in hortis Matthaeorum visitur, & apud Gruterum legitur pag. 1102. 2. Ita dictos templorum aedituos nemo nescit, seu ἱεροδούλους, uti interpretatur Theophylactus ad Acta Apostolorum, capite XIX. Sed quid nomen illud cum illiusmodi temporis characterismo conjunctum, aut de civitatum populis dictum, denotet, haud inter doctos convenit. Saepius ita in Graecis numismatis occurrit: In libris, puto, nusquam; si D. Lucam excipias. Neque praeter hoc Arundellianum, illud quod Auctarioli nostri primum est, & aliud, quod Romae exstat mutilum, habetur marmor, inter ea quae observavimus, quod vocabulum hoc sensu exhibet. In numismatis autem, & sine temporis characterismo, & cum eo, de civitatum tamen populis dictum, non raro habetur. In Augusti ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΛΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Caii, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Etiam ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν νεωκόρων Περινθίων legitur supra in Auctariolo fol. 1476. Alia ejusmodi sunt in nummis quamplurima usque ad Gallieni aevum. Interdum etiam vocabulo ita usurpato numen adjicitur; ut, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, quod legimus in Maximini nummis, sacra quandoque item certamina simul memorantur; ut, ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quod videre est in nummis Septimii Severi, Caracallae, & Antonii Gordiani. Saepissime autem temporis etiam nota conjungitur; ut, Ἐφεσίων δὶς aut Β Νεωκόρων; τρὶς aut Γ, ut, Νικομηδέων τρὶς Νεωκόρων: & interdum τετράκις aut Δ Νεωκόρων, quod occurrit in numismatis Crispinae Augustae Aurelii Commodi uxoris, Juliae Maesae Elagabali aviae, Alexandri Mammaeae & Licinii Valeriani; ut Ἱεροπολειτῶν Δ Νεωκόρων, Ἐφεσίων Δ Νεωκόρων. Et in thesauro Cottoniano Caracallae nummus hujusmodi visitur.





Neque majorum numerorum notas vocabulo Νεωκόρων adjectas observavi. Sed Ἐφεσίων Α Νεωκόρων habemus, & Ἐφεσίων πρώτων Νεωκόρων, & in Aurelii Veri nummo, Ἐφεσίων δὶς Νεωκόρων πρώτων Ἀσίας. Nam & Asia saepe adjicitur ubi Νεωκόρων mentio fit; ut Λαοδικέων δὶς Νεωκόρων Ἀσίας in nummis Antonini Philosophi; quomodo & Dianae nomen cum temporis nota aliquando additur, ut in Caracallae; Ἐφεσίων δὶς Νεωκόρων καὶ τῆς Ἀρτέμιδος. Temporis item nota cum certamine sacro nonnunquam apponitur, ut in illo Alexandri Mammaeae F. Χρυσάνθινα, Σαρδιάνων τρὶς Νεωκόρων. Vide supra, ubi de Chrysanthinis. In ejusdem item imperatoris, Ἄκτια πύθια Περινθίων ...... β Νεωκόρων. Et in Antonii Gordiani, eadem & ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Atque ut ad Smyrnaeos nostros, quorum hanc recensionem marmoream fuisse merito conjectamus, tandem revertamur: Ipsi sunt etiam τρὶς Νεωκόροι in Gallieni numismatis. Vide item Adolphum Occonem pag. 446, in Philippo. Haec scilicet ex Huberto Goltzio, Antonio Augustino, Sebastiano Eritzio, & Occone olim collegimus. Atque apud eos sunt alia ejusmodi plura. Quin figurae saepius, nummorum hisce inscriptionibus, numinum & sacrarum aedium, interdum victoriarum, coronarum, rerum id genus aliarum accedunt. Et in illo Smyrnaeorum figura visitur turrita quae dextera lauream tenet; & deum mater est. Per adjectionem autem τῶν Νεοκόρων colonias, ob quam rem nescio, fuere qui intellexere. Alii vocabulo idem denotari volunt quod in DEVOTUS NUMINI MAJESTATIQUE EJUS exprimitur; & temporis notas sive imperatorum Romanorum annos (certe ante monarchiam Romanam cusa hujusmodi numismata nondum animadverti) sive quoties fuerint numismata in honorem sive numinis cujuspiam sive imperatoris recusa. Alii δὶς Νεωκόρων de gemino templo Julio scilicet & Augusto sacro capiunt, perinde ac si civitas (cujus nummi ita inscripti) utriusque se aedituos, pro solenni seculi adulatione, professi fuissent. Nam etiam in Augusti nummis Κυσσιέων δὶς Νεωκόρων legitur. Sed vero non est omnino cur *numen majestatemve imperatoris* vocabulum spectare conjectemus. Dissuadent tum aliorum numinum saepius adjectae figurae, interdum & nomina; tum ipsi scriptores rerum Romanarum veteres, qui dum magnitudinem Romanam & ingentem imperatorum apud exteros gloriam satis ambitiose praedicant, divini hujusmodi honoris, quo nihil amplius, nihil pluris fuisset aestimandum, ne minimum quidem habent vestigium. Nec magis est cur annos imperatorum, aut numismatis recusi, numerorum

rorum notis, quae rarissime ultra quartum excrescunt, & plerumque secundum exprimunt, signari putemus. De gemino autem Julii & Augusti templo sententiae accedere nemo poterit qui imperatorum insequentium numismata ita inscripta in memoriam revocaverit. Sunt etiam qui ut rem inextricabilem, dum in veteribus numismatis explicandis toti sunt, seponunt. Videsis tandem Antonium Augustinum dialogo V. Sebastianum Eritzium parte secunda de numismatis veterum, Ludovicum Nonium, Goltzium, & Isaacum Casaubonum ad Ancyranum monimentum in animadversionibus Suetonianis. Sed mihi persuasum satis est, τοὺς νεωκόρους hic ad panegyres illas seu certamina sacra, sive pentaetcrica sive aliis tempestatibus annuis, pro vario ritu, innovata, quae provinciarum communium (de quibus superius aliquoties nonnihil diximus) erant, attinuisse; etiam numinum, quibus sacra illa dicata, plane aedituos fuisse, curatores, & vindices; ipsasque urbes velut aedes sacras, ad communium nempe sacra illa peragenda. Communium autem hujusmodi majora erant alia, alia minora: Majora, ut Asiae, Syriae: Minora, ut Lyciae, Lydiae, Phoeniciae, Galatiae. Nulla, neque in his neque in illis, civitas proculdubio erat quae eximios se sortiri honores & alia commoda quamplurima lucrifacere toties non existimabat quoties intra moenia sua communis illius, cujus pars erat, sacra, redeuntibus periodis, celebrabantur. Id quod aut communis etiam vota, pro more patrio, aut imperatoris, aut senatus autoritas statis temporibus decernebat. Inde evenit quod Ephesi, Smyrnae, Magnesiae, celebratis communis Asiae, puto, hisce sacris, eorum cives νεωκόροι in numismatis dicantur. Ut enim persona singularis, qui aedituus est alicujus fani, illud curat, ita, non adeo disparili analogia, universitas civium qui urbem suam panegyribus & in ea gymnasium certaminibus, numini, cui sacra ea erant, devoti, aptabant, aedituorum officium omnino praestabant, sive aedituabant. Et Asiarchae, verbi gratia, in communis Asiae sacris, quemadmodum alii ejusmodi terminatione & ratione nominis noti alibi, velut agonothetae, publicis eisdem sacris praesidebant. De Asiarchis supra diximus. Majoris id genus communis aedituorum exempla habemus in iis quae supra ex numismatis memoravimus, de Ephesiis, Magnesiis, forte aliis. Nam ad Asiae commune, cujus sacra hujusmodi Dianae, ni fallor, erant, ea spectant. Et ad idem non alio modo, ni fallor, Smyrnenses νεωκόροι in recensione quae prae manibus est. Minoris communis aeditui forte erant Sardiani. Chrysanthina scilicet pentaeterica, ut videtur, sacra erant communis Lydiae. Haec Sardibus cum tertium, idque continenter (de qua re mox plura) celebrabantur, cives ter aeditui seu τρὶς νεωκόροι fuere. Nam si τὸ νεωκόρων in illo Alexandri Mammaeae F. nummo ad Chrysanthina pertinet, ut pertinere verisimillimum est, tunc sequi videtur, non majus commune aliquod innui. Nam Chrysanthina ultra Lydos nullibi extendebantur; nec ad Sardianos ita restricta esse videntur ut alibi in Lydia celebrari nequirent, utcunque apud eos, primarios nempe Lydiae cives, saepius quam alia aliqua in urbe agebantur; quod indicari etiam, ad hanc rem, videtur a Martiano jurisconsulto, loco supra adducto, ubi de Chrysanthinis seorsim. Atque ut Chrysanthina se habuere hic ad Sardianos, ita forte AKTIA ΠΥΘΙΑ ad Perinthios, qui νεωκόροι dicti in numismatis supra memoratis cum adjectione horum certaminum. Et ad agones illos quorum numinibus illi νεωκόροι erant, omnia illa numismata, quibus νεωκόροι cum ea adjectione vocantur Perinthii, attinere, non inique censendum. Neque alio spectare idem in inscriptione illa auctarioli nostri nomen sine numine, tempore aut sacris usurpatum. Neque enim horum ullum perpetuo addebatur; sed frequenter tamen. Et cum sine ulla hujusmodi distinctionis nota τὸ νεωκόρων duntaxat civium nomini subjungeretur (ut in exemplis quae occurrunt non paucis) non dubito quin, a notissimo & patriae & seculi ritu, tam sacra singula quam numina quibus illa dicata sunt, in singulis ejusmodi monimentis, communium maxime majorum, satis liquido tunc temporis intelligerentur; utcunque ita jam plerumque non modo obscura sint sed & inaccessa, idque eruditissimis etiam viris, qui haec non aliter omnino scire possunt quam veterum scripta, quorum pars ingens intercidit, suggerunt. Temporum autem notae seu numeri saepius adjecti non annos, puto, non agones (continuos inquam) signant, sed tantummodo muneris τοῦ νεωκόρων vices continuas; unde fiebat ut intermissa prorogatione, alia nimirum ad aedituandum urbe suffecta, cives qui hoc munere antea bis, ter, quaterve continenter functi essent, vices suas seu prorogationes denuo minime unquam dinumerarent, sed a prima vice, si quando iterum pluries νεωκόροι fierent, similiter, ut primo, redauspicarentur. Ita tamen ut vicem primam temporis nota raro satis distinguerent: Ne scilicet prorogationem forte ambitiosius sperare viderentur. Id quod etiam in consulatibus olim observatum. Caeteris vero deinceps numeris opus forsan erat ad viciniora certaminum tempora, quae succedebant, sic breviter distinguenda. Ita τὸ νεωκόρων sine temporis nota primam, autumo, vicem indicat, aut non continenter iteratam; quod hic idem est. Attamen & fuere qui etiam primis vicibus numerum adjiciebant, ut videre est, in nummis supra allatis, ubi Ephesii A Νεωκόροι sunt, ac si forte tum prorogationem, ob egregiam urbis dignitatem, spe devorassent, tum neque spem illam neque dignitatem in nummis non obtendi ambitiosiores noluissent. Quae pronius eos fecisse credendum est, quod etiam τοὺς πρώτους τῆς Ἀσίας in Aurelii Veri nummis (si Occoni fides) cum δὶς νεωκόροι essent, ipsi se etiam dici voluerint. Sed forsan & A Νεωκόρων male exsculptum habemus pro Δ Νεωκόρων. Elementorum A & Δ, numismatis & inscriptionibus maxime, maxima est similitudo. Caeterum de numerorum hic notis viderint porro eruditi. Quod autem de νεωκόρου significatione diximus mire firmat D. Lucas in Actis apostolorum cap. xix. Ubi etiam Asiarchas (de quibus supra) memorat. Sacrum tunc temporis agebatur communis Asiae certamen seu spectaculum Dianae sacrum Ephesi. Praesidebant ut Agonothetae publici aut certaminum sacerdotes, Asiarchae. Νεωκόροι ideo seu *aeditui* dicti Ephesii; seu, quod idem est, Ephesiorum civitas νεωκόρος erat. Expressissime sanctus autor, postquam de Demetrii fabri argentarii monitis, sociorum ejus

ira & clamore, Asiarchis, theatro, & insano multitudinis ad asserenda Dianae sacra, & D. Paulum & comites ejus Aristarchum & Caium incusandos, conventu verba fecerat, Καταστείλας δὲ, inquit, ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον, φησὶν, ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ διοπετοῦς; Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετὲς πράσσειν· Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους οὔτε ἱεροσύλους, οὔτε βλασφημοῦντας τὴν θεὰν ὑμῶν. Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν· ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις. Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. *Et cum sedasset scriba turbam, dixit, viri Ephesii, quisnam est hominum qui ignorat Ephesiorum civitatem* νεωκόρον seu *aedituam jam esse magnae deae Dianae, & simulacri ejus e coelo lapsi? Cum hisce igitur contradici nequeat, oportet vos sedatos esse, & temere nil agere. Adduxistis enim homines istos, qui neque sacrilegi sunt, neque deam vestram blasphemia laesere. Quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices habent adversus aliquem causam, conventus forenses aguntur, & proconsules sunt: Agant invicem. Si quid de caeteris quaeritis, in legitimo conventu poterit absolvi. Nam periculum est ne seditionis hodiernae arguamur, cum nulla omnino sit causa unde tumultus hujusmodi ratio reddi possit. Quibus dictis, dimisit eos qui convenerant.* Qualesnam νεωκόροι fuerint, ubi ita cives vocantur, hinc perspicuum esse videtur. Scriba, qui velut syndicus erat urbis, ut sedaret tumultuantem de Dianae sacris Ephesiorum turbam, a Demetrio, ut suo quaestui consuleret, excitatam, & in theatrum ruentem, monet eam ut in memoriam revocaret, Ephesi cives tunc temporis νεωκόρους Dianae esse. Scimus enim ex Maximini numismatis Magnesios ejusdem fuisse alias νεωκόρους. Ut Laodicenses Asiae νεωκόρους, quod idem est, ex Antonini Philosophi nummis; & Ephesios bis dici Dianae νεωκόρους in Caracallae, & semel in Aurelii Veri. Instat igitur scriba, causam non omnino subesse cur in Aristarchum, Caium, D. Paulum omnino inclamitarent, cum neque sacrilegi essent, neque in Dianam blasphemi. Neque enim in Dianam illorum convitium haberi voluit scriba quod deos esse denegasset Paulus qui artificum manibus confecti essent. Nam ne simulacrum ejus, quod colebant, ut manibus artificum confectum esse, sed ut de coelo lapsum venditabat civitas; unde diserte τοῦ διοπετοῦς, quod idem est, & ad rem maxime, mentio fit scribae perquam opportuna. Et hisce sane νεωκόρων horum munus non obscure indicatur. Honorem numinis, aedes, vasa sacra curabant, & de eis etiam jurisdictionem exercebant; quod senatusconsulto seu scripto principali forte permitti solitum: Et de eis solum. Nam si quam Demetrius aut socii ejus injuriam tulissent, actio eis competebat in foro propraetoris aut aliorum magistratuum Romanorum, quorum in potestate tunc erant caetera quaecunque judicia. Nam ita etiam scriba innuit. Si quid autem, inquit, de caeteris, de sacrilegio puta, aut de blasphemia in Dianam, quarum rerum cognitio ad cives jure νεωκόρων spectat, tempestive de eis agi poterit & judicari in legitimo civium conventu, seu comitiis eorum sacris, sive, ut apposite Syrus vertit, ברובתא ריהיבא מן נמוסא לבנושיא id est, *in loco qui a lege destinatus est comitiis habendis.* Atqui tunc plebs coalescens tumultuose in theatrum (ubi simul cum primoribus civitatis aderat scriba qui haec locutus est) irruerat, quin & idoneum illud comitiis ad damnandos christianos, utpote adversarios, habendis locum imprudenter aestimaverat. Caeterum, monente scriba seu syndico, tempestive eis ostensum est, nec ejusmodi de qua civibus, jure nimirum νεωκόρων, jurisdictio erat actionem adversus eos ne coeptam quidem esse, nec locum comitiis habendis idoneum seu legitimum. Nihil, puto, in vetustiorum scriptis munus νεωκόρων ac singularem eorum juris dicendi potestatem aeque aperit. Vulgata editio pro νεωκόρον ibi *cultricem* habet, quod frigide vim verbi explicat. Syro melius vertitur בומרתא, quod plane *aeditua* est aut *antistes sacra.*

Ibid. ἀγῶνα ἱερὸν] De eo satis supra, ubi de Smyrnensibus Olympiis, ad marmor proxime praecedens.

Ad Arundellianorum V.

Pag. 1466. lin. 5. Ἡρακλεῖ ὁπλοφύλακι] Ut Jovem custodem, item Herculem custodem, ante alia numina, hoc nomine colebant veteres. Et festum celebrant Romani pridie idus Augusti Herculi Magno custodi in circo Flaminio, quod ex antiquissimo kalendarii fragmento in aedibus Capranicorum Romae visitur. Idem Hercules memoratur Ovidio in Fastis, & Victori in regionibus urbis. Vide item, si placet, Janum Gruterum, pag. 45, & 134, in inscriptionibus. Sed ὁπλοφύλακος seu *armorum custodis* nomine cultum Herculem alibi legisse me non memini.

Ibid. l. 7. Στεφανηφοροῦντος] Vide quae de Stephanephoris diximus supra ad foederis Smyrnaeorum & Magnetum initium.

Pag. 1467. lin. ult. ΕΥΕΡΓΕΤΑΙ] Obscurius est hoc in marmore vocabulum. Qui non sensu & notis verborum terminationibus ductus legeret, ΕΥΕΡΓΕΖΖΟ magis exscriberet.

Ad sextum.

Pag. 1467. ΧΑΥΕ.] Si marmor inspiciat quis, forsan etiam ΦΑΥΕ legerit. Sed utrumque aeque mei fugit intellectum.

Ad septimum.

Ibid. Altare satis grande, figura cylindrica, illud de Dionysio Berytio incisum habet supra lemniscatum sertum ex foliis & floribus contextum, quod ejusce medium circundat. Hoc quatuor capita ovilla aeque per circuitum distantia laxius pendens sustinent. Praeter capitum aures,

res, penduli sunt juxta item, aurium fere Africanarum caprarum instar, lemnisci; qui, nisi aures ovillae simul affabre formarentur, & penitius sertum inspiciens eos circumvolantes animadvertas, etiam pro auribus capitum sumi possent. Neque enim alibi serto appenduntur quam ubi illud sustinent haec capita. Altare minus, sed sine inscriptione aliqua, non dissimili figura, serto, capitibus, lemniscis plane similibus, in nobilissimi comitis hortis etiam visitur.

Ad octavum.

Ibid. Excavatur saxum, &, sive magnitudinem sive formam spectes, parvulorum sedilis ferme figura est. Sedile tamen commode nullius esse potuit. Nam superficies interior, praeter latera, plani nihil habet, sed concava est & declivis. In superiore parte legitur inscriptio diis illis, ut veri est simillimum, συμβώμοις, seu qui una eademque ara colebantur, sacra; uti & ipsum fuit donarium.

Ad nonum.

Ibid. ΥΜΝΩΔ.... ΑΔΡΙΑΝΟΥ & ΣΥΝΥΜΝΩΔΟΙΣ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ] Hymnodos seu hymnorum cantores Adriani indulto acceptos habemus etiam cum theologis marmore IV. Et ad Smyrnenses, ni fallor, tam hoc quam illud spectat.

Ibid. Ἀλυτάρχης Πεισαίων.] De Alytarchis & Alytarchia, quod eorum munus est, videsis C. tit. de Officio comitis orientis L. unic. C. tit. de Cupressis L. 2. C. Theodos. tit. de Jure Fisci L. 12. & tit. de Expensis Ludorum L. ult. Consule porro Cujacium lib. II, Observat. XIII, & Petrum Fabrum in Agonistico lib. I, cap. XVIII. Neque vero Alytarcha urbis duntaxat Antiochenae erat, sed aliarum, velut hic Pisarum. Ludis seu certaminibus praefuisse eum certum est. Sed qualenam fuerit ejus munus, satis est hactenus apud jurisconsultos (nam eorum provinciae est hic pronunciare) incompertum. Et certamen Olympiorum Pisis celebrari solitum discimus ex Farnesiana illa Hermodori inscriptione celebri, apud Lipsium & Gruterum visenda. Ibi Ὀλύμπια τὰ ἐν Πείσῃ legitur.

Ad Arundellianorum XII, XIV & XV, pag. 1469, 1470, quae Deliorum Psephismata sunt.

Περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τῶν Δηλίων] Cyclades (quae Delum circumjacent; ideoque ita dictae quod eam ἐκυκλώσαντο) frequentes erant in exhibendis Deliis honoribus; de qua re Strabo l. X. Siphnus autem insula erat ex Cycladibus. Inde & occasio & sensus harum stelarum non difficile eruendus est.

Προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι] Haec loci in sacris certaminibus praerogativa psephismate Deliorum, quod marmor est XIV, Mendicaeo Dioclis F. donatur: Ut scilicet cum Hieronicis sederet. De proedria Hieronicarum consule Petrum Fabrum, Agonistici lib. II, cap. XVI. Et in muneribus honorariis praecipuum apud Graecos occupabat locum loci praerogativa, seu προεδρία.

Ad decimum tertium.

Pag. 1469. Βασίλισσαν Λαοδίκην] Seleucum hic intelligo Philopatorem Antiochi Magni filium; Perseum autem esse, illum Macedonicorum regum ultimum, quem captum in triumpho duxit splendidissimo Paulus AEmilius, & finem ita adjecit *inclyto*, uti ait Livius, *per Europae plerumque atque Asiam omnem regno.* Caeterum Laodicen aut hujus uxorem aut illius filiam alibi occurrere non memini. Uxorem autem, sed sine nomine, Persei meminit Plutarchus in Pauli vita. Ea haec ipsissima, puto, erat Laodice. Saxum pars est basis super quam statua Laodices, ni fallor, erigebatur a Deliis.

Ad decimum sextum.

Pag. 1470........ητεύοντος] Dubitandum non est quin κοσμητεύοντος tam legendum sit linea prima quam secunda; ubi etiam καὶ κοσμητεύοντος, &c. ut τοῖς ἐφήβοις, &c. in tertia substituendum. cosmorum Cretensium, qui decem erant, & non dissimile ephoris Lacedaemoniorum tenuere imperium, fusius meminit Aristoteles Politicorum II. Et de protocosmis item Cretensibus plura habentur in saxis vetustis ex Lytti Cretae urbis ruinis erutis, quae typis mandavit Gruterus, pag. 1084. 8, 9, 10, &c. & 1094. 5. An κοσμητεύοντες hic iidem fuerint cum cosmis illis, non satis perspectum habeo. De more autem frequente Herculanarum imaginum in gymnasiis sacrandarum consule Petrum Fabrum Semestrium lib. II, cap. XI, & Agonistici libro I, cap. XVI.

Ad decimum septimum.

Ibid. μηνὸς γαμ... ῶνος] Γαμηλιῶνος plane nequit esse. Subobscura sunt, fateor, elementa. Sed nec Atticum illud nomen, nec aliud quod hactenus in Graecorum mensibus comperi, proculdubio ibi exaratum erat.

Ad Arundellianorum quae Latina sunt, I.

Ad tertium.

PAG. 1474. *Silvano, Herculi, Libero*] Ne deorum cuiquam loci ante alium praerogativa daretur, ita in circulo eorum nomina, ni fallor, inscribi voluit hic Julius Alexander. Sic enim nullus eorum erat primus, imus nullus, aut secundus: Sed par omnibus honor. Hanc rationem,

nem, ad eandem rem, nomina inſcribendi memorat Auſonius in Ludo ſeptem ſapientum, ubi Solonis verba ſunt,

Neque me eſſe primum veſtrum aut imum exiſtimo,
AEqualitas quod ordinem neſcit pati:
Recte olim ineptum Delphicus luſit Deus
Quaerentem, quiſnam primus ſapientum foret,
Ut in orbe tereti nomina eorum inſcriberet,
Ne primus eſſet, ne vel imus quiſpiam.

Quin Caius lib. I, Inſtit. tit. II, de Numero ſervorum manumittendorum, *Si ita in teſtamento ſervorum manumiſſio adſcripta fuerit, id eſt, in circulo, ut qui prior, qui poſterior nominatus ſit non poſſit agnoſci, nulli ex hiis libertatem valere manifeſtum eſt.* Hoc ſcilicet ſcriptum eſt ad legem illam Fuſiam Caniniam, quam, ut libertates impedientem & invidioſam, poſtmodum ſuſtulit Juſtinianus, uti videre eſt tam in Codicis quam in Inſtitutionum titulo de ea lege tollenda. Etiam proavorum memoria, cum ſodalitio Franciſcano juſſiſſet Urbanus .... pontifex Romanus ut ei nomina exhiberent, ex ipſis tria, quorum unum in cardinalitiam dignitatem eveheret, illi circulari figura exhibuere, ne a loci nominis praerogativa quis dignior eis cenſeri videretur. Sed ille, *Ordinem*, inquit, *pervertiſtis, & ego ordinem pervertam*, omiſſiſque ſodalibus ita deſignatis, praefectum ordinis, quem generalem vocant, cardinalem creavit. Narrant cardinalis Alexander in C. Nicolao tit. de Appellationibus & Felinus in C. cum dilecta tit. Reſcriptis. Adde Tiraquellum de jure primigeniorum quaeſtione XIX, ubi tamen perperam *circulum* in Novella XV, quae ordinationem defenſorum civitatum praeſcribit, de circulari hujuſmodi deſignatione interpretatur. Quod recte ibi notat Dionyſius Gothofredus.

Ad quintum.

Ibid. *Utriſque* APK. *pontificum*] Quadratarii errore, pro *uterque* puto AD K ſeu C. *pontificum*, quod *collegium pontificum* denotat. Quae ſequuntur ſunt; *Seſtertium* XXX *millia nummum poenae nomine inferet. Hoc munimento dolus malus abeſt.* Elementa illa ſingula ſaepius in cippis ſepulcralibus comperiuntur hoc ſenſu. Videſis de hujuſmodi poenae nomine Gruterum pag. 946,6. & ſuperius fol. 1471, marmore XX.

Ad ſextum.

Ibid. *Silvano ſacrum*] De Silvanis tribus, quibus inſcriptiones ſacrae fieri ſolitae, vide, praeter alia quae magis obvia ſunt, Joſephum Scaligerum ad Feſti *Marſpedis. Silvano ſacrum ſodalibus ejus & Larum donum poſuit Ti. Claudius*, &c. Ita lego. Sodales ejus, puto, erant Hercules plerumque, Liber pater, Mercurius, qui item Larum ſodales. Silvanus igitur hic domeſticus erat & poſſeſſionibus conſecratus, ut cuſtos; quem & Silvanum Larum dictum eſſe vult Scaliger. Ex ipſo hoc ſaxo, dum Romae in vinea quadam extra portam Flumentanam inter viam Flaminiam Tiberimque viſebatur, deſcripſit illud Smetius quod legitur apud Gruterum, pag. 63.1. quem vide item pag. 65.2. Quod autem pag. 66, 1. habetur *Silvano ſancto ſacrum Philemon*, legit Scaliger, loco jam citato, *Silvano ſancto Larum*, &c.

Ibid. *A cura amicorum*] Inter officia domus Auguſtae erat *cura amicorum Auguſti.* Et qui hoc fungebantur miniſterio *a cura amicorum* dicti ſunt: Et ſemper aut plerumque liberti Auguſtorum erant. De iis vide Gruterianas inſcriptiones pag. 70, 2. & pag. 598, ſaepius. Eadem notione Aurelia Liviae Auguſtae ſerva *a cura Catellae* dicitur in ſaxo quod viſitur Romae in hortis Carpenſibus. Vide Gruterum pag. 578, 51. *Amici Auguſtorum* hic ii erant quos in contubernium & interiorem familiaritatem atque a conſiliis ſibi adſciſcebant imperatores. Nec unius erant claſſis; ſed primae alii; alii ſecundae, item tertiae. Lampridius de Alexandro Severo; *Moderationis tantae fuit ut nemo unquam ab ejus latere ſubmoveretur, ut omnibus ſe blandum affabilemque praeberet, ut amicos non ſolum primi ac ſecundi loci ſed etiam inferioris aegrotantes viſeret.* Quin ſub Tiberio totidem item amicorum ejuſmodi claſſes; quarum extrema *grati* dicti; univerſi vero *comites peregrinationum expeditionumque.* Atque hinc nata illa comitiva dignitas, quae ab hac origine etiam triplex eſt in Euſebio de Vita Conſtantini lib. IV, cap. I. Et hallucinantur viri docti qui Conſtantinum triplicis illius differentiae autorem faciunt. De qua re nos fuſius in titulis noſtris univerſae Europae honorariis. De Tiberii autem comitibus vide Suetonium in ejus Vita cap. XLVI. Et de Auguſti amicis porro cl. Salmaſium ad Spartianum.

Ibid. *M......cio Fundano & C. Vettennio Severo Coſſ.*] Minucius Fundanus & Vetennius Severus conſules erant anno Claudii Imperatoris XI, non ordinarii, ſed ſuffecti. Neque in veterum faſtorum quae exſtant fragmentis occurrunt. Sed annum eorum ſcimus ex Onufrii Faſtis, ubi vetus legitur haec inſcriptio, *Ti. Claudius Druſi F. Caeſar Auguſtus Germanicus Pont. Max. Trib. Pot.* XI, *Imp.* XXIIII, *Coſ.* V. *P. P. Reſtituit C. Minicio Fundano & C. Vetennio Severo Coſ.* Habetur item in Gruterianis p. 188,6.

Ad Auctarioli II.

Pag. 1476. Δημαρχικῆς ἐξȣσίας τὸ I] Ita exemplar meum neſcio a quo ſed pulcherrime deſcriptum. Sed legendum proculdubio τὸ Γ, adeoque *tribunitiae poteſtatis* III. Nam tertio imperii, quod cum tribunitia poteſtate idem eſt, anno Trajanus erat conſul tertium.

Ad Auctarioli III.

Ibid. Nimium fallimur niſi in abbreviante illa primae depravatiſſimae hujus inſcriptionis lineae ſcriptura, ΥΓΘΚȣ, uti in quartae, ΠΓΘΚΟΝ, vene-

venerandum illud πανάγιας nomen θεοτόκῳ tribuatur. Et forte in utroque loco ΠΓΘΚ potius ſcribendum. Atque ut ΘΚ ΘΕΟΤΟΚ. ita ΠΓ. ΠΑΝΑΓ. ſatis exprimit. Ad hujus vero illius caſus terminandus eſt. Ideo propria terminatione illud caruit. Qua ratione autem πανάγια θεοτόκος in Graecorum ſacris primo ſignantius & nomine tam velut proprio quam appellativo indigitata ſit Dei genitrix, oſtenditur in Graecorum rituali libro qui Horologium dicitur lemmate περὶ τῆς ὑψώσεως τῆς παναγίας, ὅπως γέγονε· καὶ διὰ τί. Id fuſius etiam habetur apud Jacobum Gretſerum lib. III, capite VII, ad Georgium Codinum.

Ἔτους ϛωλΓ] Pro ϛωλΓ, opinor, ſeu 6833 anno mundi Graecorum, id eſt, anno Chriſti 1325. Deductis enim ex anno mundi Graecorum 5508 perpetuo remanet annus aerae Chriſtianae.

Ad Auctarioli V.

Pag. 1477. *Deae nymphae Brig.*] Montana an fluviatilis haec Brigantum dea non liquet: Sed cum nympha indigitetur, veri eſt ſimillimum harum alteram fuiſſe. Montes enim & fluvios imprimis divino honore colebant veteres Britanni. Eis nempe, ut ſcribit Gildas in epiſtola de Excidio Britanniae, *Divinus honor a caeco populo cumulabatur.* Nec ſub Angloſaxonum imperio, etiam adulto, hujuſmodi cultus plane in deſuetudinem abierat; colligo ex Canuti regis legibus, cap. V. Ubi adoratio barbara, quam hæðenſcype dixere, vetatur. Ejuſce pars ibi eſt *fluvios* ſeu ƿloðƿæteꞃ adorare. Ita veteres in Germania Saxones frondoſis arboribus fontibuſque venerationem exhibebant, uti apud Adamum Bremenſem ait Einhardus.

Ad Auctarioli VI.

Ibid. *Deo qui vias*] Certe Mercurius erat Deus ἐνόδιος ſeu viarum praeſes; de quo videſis de diis Syris ſyntagma II, cap. XIV.

Aproniano & Bradua Coſ.] Extremo Commodi imperatoris anno conſules erant Caſſius Apronianus & Metilius Bradua.

Ad Ebraicarum Inſcriptionum fragmenta.

PAG. 1478. Ebraica ſaxa non adjecimus perinde acſi tanti viſa fuerint ea quae ſuperſunt vocabula pretii ut inde locum hic juſte mererentur. Et breviuſcula erant & conciſa, etiam dum integra exſtabant, nec magni omnino momenti: Ad hunc modum lacunoſa minimi ſunt. Unum & alterum vocabulum quod *terram ſanctam & Abrahamum* indicat in primo legimus. Sed in ſingulis non tam ſenſum aliquem quam vocabula duntaxat paucula, aut potius elementa, ſatis etiam interdum incerta, reſtare, inter exſcribendum, comperiebamus. Veruntamen quoniam rariſſima ſunt ejuſmodi ſaxa, & inter ea non ſemel cenſita fuere quae, utcunque leviſſimi forſan pretii, eorum nihilominus qui accuratius bonis ſtudiis incumbunt deſiderium impenſe irritare ſolent, ut qualianam ea demum fuerint ſigillatim ſatis cognoſcant, ideo viſum eſt ea auctarioli noſtri partem facere. Ex dirutis Judaeorum ſynagogis & monimentis eorum ſepulcralibus ad veterem portae inſtaurationem proculdubio olim transferebantur: Et ſive ſynagogarum parietibus ſive mortuorum tumulis primo conceptae ſunt inſcriptiones quae a lapicidis, arctiores commiſſuras molientibus, ut vides, mutilatae. Sub Elizabetha item glorioſiſſimae memoriae regina, cum anno MDLXXXVI reficiebatur porta Londini occidentalis, **Ludgate** dicta, repertum eſt in veteris ſtructurae ſaxis inſcriptio hujuſmodi, הוא מצבה הר' משה בן הר' בכר יצחק *Hic tumulus eſt Rabbi Moſis filii Rabbi illuſtris Iſaac.* Ita enim legenda & intelligenda eſt inſcriptio illa depravatiſſime typis non ſemel edita in Joannis Stowaei notitia Londini, Anglice ſcripta, ubi nullo ſenſu exaratum habemus, הך מצבהך משה כך הרבך פצחת. Et verſio Latina, quae adjicitur, item reprehendenda, *Haec eſt Statio Rabbi Moſis filii inſignis Rabbi Iſaac*, quod de aedibus ibi intelligitur ac ſi aedium Rabbi Moſis fronti, pro titulo, adſcriptum fuiſſet. Dubium mihi non videtur ſaxum fuiſſe ſepulcrale. Sepulcrum aut tumulum מצבה vocabant Judaei; quod in Ebraicis epitaphiis alibi etiam occurrit. Et frequentiſſimos fuiſſe olim Londini cippos Judaeorum ſepulcrales veriſimillimum eſt. Nam ante annum ſalutis reparatae MCLXXVII, ſeu Henrici regis ſecundi XXIII, Judaeum alibi ſepeliri non licuit. Rogerus Hovedenus, *Eodem anno*, inquit, *dominus rex pater dedit licentiam Judaeis terrae ſuae habendi coemeterium in qualibet civitate Angliae extra muros civitatum, ubi poſſent rationabiliter & in competenti loco emere ad ſepeliendum mortuos ſuos. Prius enim omnes Judaei mortui Londonias ferebantur ſepeliendi.* De Judaeis autem, qui olim in Anglia agebant, plurima occurrunt tum in vetuſtis commentariis, tum in tabulis publicis. Antiquiſſima eorum mentio eſt in legibus aliquot Edwardo Confeſſori tributis. *Sciendum*, ibi legimus, *quod omnes Judaei, ubicunque in regno ſunt, ſub tutela & defenſione regis ligia debent eſſe. Nec quilibet eorum alicui diviti ſe poteſt ſubdere ſine regis licentia. Judaei enim & omnia ſua regis ſunt. Quod ſi quiſquam detinuerit eos, vel pecuniam eorum, perquirat rex ſi vult tanquam ſuum proprium.* Ad hunc ſenſum in decreto illo quod *regis Edwardi primi ſtatutum de Judaiſmo* vocamus, Judaei non ſemel dicuntur *tailliables au roy come les ſoens ſerfs, & a nul autre*, i e. *capitationi*, quae *talliagium* appellari ſolebat, *ad placitum regis, & non cujuſquam alius*, *obnoxii*, *non aliter ac ſervi ejus.* Et ſatis haec fuſius interpretantur ea quae conditionis hi miſerae homines ſaepius, pro principum arbitratu, tulere, idque non ſine publica comminatione exſilii, quod poſtmodum etiam ſubierunt nullo redimendum tributo. Et ſingularis erat in Anglia Judaeorum plerumque

ſtatus & rerum eorum adminiſtratio. Cauſarum civilium ad Judaeos ſpectantium diſceptationem coram judicibus qui *juſtitiarii ad cuſtodiam Judaeorum aſſignati* dicebantur, & jure ſingulari moribuſque ad *Judaiſmum* (ut phraſis erat) proprie ſpectantibus in judiciis utebantur, habemus in archivis. Item *Starra*. Hoc nomine inſtrumenta, quibus & Ebraice & Latine plerumque ſcriptis contractus ab eis ſive initi ſive diſſoluti erant, ita dicebantur a שטר, quod *Schetar* aut *Sehtar* ſonat. Elias in Thisbite, שטר שטר חוב שטר כתובה וכן כל לשון שטר בדרז״ל הוא כתב שכותבין בו הממשלה אדם לזולתו עליו והוא לשון התשים משטרו בארץ, id eſt, *Schetar* aut *Shetar dicitur, ut* Schetar *ſive cautio* ſeu *inſtrumentum debiti*, Shetar *ſive cautio* ſeu *inſtrumentum dotis. Similiter omne vocabulum* Schetar *in Rabbinorum noſtrorum (quorum beata ſit memoria) ſcriptis inſtrumentum ſignificat, quo quis poteſtatem* aut dominium *ſuum ad aliud transfert. Eſtque deſumptum ab illo. Num pones poteſtatem ejus* (ſeu משטרו *Miſchtaro) in terris?* Locus quem deſignat eſt in Jobi capite xxxviii. commate 33. Inde habent מנין שטרות *Menain Schetaroth* aut *Schtaroth*, quod *aeram contractuum* ſonat, & pro epocha annorum Alexandreorum iis uſurpatur in tractatu ראש השנה *Roſch Haſchana* ſeu de capite anni qui octavus eſt Seder Moed ſeu ordinis II, in Talmude. Et in commentario vetuſto juris noſtri quem Fletam dicimus; *Contrahentes cum Judaeis vel Judaeabus, pecorantes, & Sodomitae in terra vivi confodiantur; dum tamen manuopere capti per teſtimonium legale vel publice convicti.* Ita libro I, cap. XXXVII. Alia quampluria fuere de pignoribus, hypothecis, actionum ceſſionibus, creditorum exactionibus, uſuris, & ejuſmodi caeteris, jura, Judaeis apud majores noſtros propria, quae praetermittimus. Sed quod de ſummo eorum, ſeu, ut vocabantur, *communitatis Judaeorum Angliae*, in Anglia presbytero, ſacerdote ſive epiſcopo in archivis legimus, quoniam de ea dignitate vix quidpiam omnino apud ſcriptores editos occurrit, id adnotare libuit. Hunc tam creare ſolebant reges ſuo arbitratu quam lata ſententia ſummovere, idque jure & certiſſimo & uſitatiſſimo, uſque ad poſteriora Henrici tertii regis, tempora. Id manifeſtum videtur ex regiis aevi quo apud nos floruere Judaei diplomatis. Quod ad creationem regiam attinet, ſatis ſcimus ex Joannis regis diplomate quo Jacobum Judaeum in hanc evexiſſe dignitatem fratrem ſuum Ricardum regem primum innuit, idemque firmat. Diploma in tabulis publicis quae cartas Joannis regis exhibent, ita legitur, parte ſcilicet 1. membrana 28. Cart. 171. anni ejus primi: *Rex omnibus fidelibus ſuis & omnibus & Judaeis & Anglis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & praeſenti carta noſtra confirmaſſe Jacobo Judaeo de London, presbytero Judaeorum, presbyteratum omnium Judaeorum totius Angliae, habendum & tenendum quamdiu vixerit libere & quiete & honorifice & integre, ita quod nemo ei ſuper hoc moleſtiam aliquam aut gravamen inferre praeſumat. Quare volumus & firmiter praecipimus quod eidem Jacobo quoad vixerit presbyteratum Judaeorum per totam Angliam garantetis, manuteneatis, & pacifice defendatis: & ſi quis ei ſuper hoc forisfacere praeſumſerit, id ei ſine dilatione (ſalva nobis emenda noſtra) de forisfactura noſtra emendari faciatis, tanquam dominico Judaeo noſtro quem ſpecialiter in ſervitio noſtro retinuimus. Prohibemus etiam ne de aliquo ad ſe pertinente ponatur in placitum, niſi coram nobis, aut coram capitali juſtitia noſtra, ſicut carta regis Ricardi fratris noſtri teſtatur. Teſte S. Bathonienſi epiſcopo, &c. Dat. per manum H. Cantuarienſis archiepiſcopi cancellarii noſtri apud Rothomagum* XXXI *die Julii anno regis noſtri primo.* Crearat ſcilicet Jacobum hunc presbyterum Ricardus primus, dignitatem ei diplomate hoc firmat Joannes. Submoviſſe item presbyterum hunc regem (interveniente ſcilicet judicum ad quorum cognitionem ſpectabant res Judaeorum ſententia) conſtat ex alio Henrici tertii diplomate, quo item *Judaeorum communitati Angliae* primo conceditur, ut impoſterum presbyterum ſeu ſacerdotem ſive epiſcopum ſibi eligerent, ita tamen ut regi electum praeſentarent, atque ejuſdem impetrarent, non aliter, puto, ac ſodalitia decanorum & capitulorum Chriſtiana in epiſcopis eligendis, aſſenſum. Haec diſcimus ex tabulis publicis quas patentes anni 41. Henrici tertii vocamus. In eis, membrana 4, numero 6, habetur quod item interſerere hic viſum eſt. *Rex omnibus, &c. Cum Elyas epiſcopus Judaeus noſter London, pro tranſgreſſione quam fecit tam nobis quam dilecto fratri noſtro regi Alemanniae, a ſacerdotio communitatis Judaeorum Angliae, coram dilectis & fidelibus noſtris* Philippo Baſſet, Philippo Luvel, Henrico de Bathon, Simone Paſſel, *& caeteris juſtitiariis ad cuſtodiam Judaeorum aſſignatis, quos ad tranſgreſſionem illam convincendam juſticiarios noſtros aſſignavimus, per judicium eorundem ad ſcaccarium noſtrum fuerit abjudicatus, & de ejuſdem ſacerdotii officio & de omnimodis aliis officiis & ballivis quas de nobis prius optinuit ſit depoſitus: Nos de conſilio eorundem juſticiariorum conceſſimus praedictae communitati Judaeorum noſtrorum Angliae, per finem trium marcarum auri, quem Creſſe & Haginus frater ejuſdem Judaei nobis, pro eadem communitate, fecerunt, quod praedictus Elyas ſacerdotium illud nunquam in poſterum habeat & recuperet, & quod nullus de communitate illa de caetero ſit ſacerdos niſi per communem electionem communitatis ejuſdem; & quod illa communitas poſt deceſſum cujuſlibet ſacerdotis ſic electi, alium eligendi quemcunque voluerint ſacerdotem, liberam habeat facultatem, ac ipſum nobis praeſentandi, ut noſtrum ſuper hoc aſſenſum optineat & favorem. In cujus, &c. T. R. apud* Wodeſtock XX *die Julii.* Sacerdotium ejuſmodi Hagino filio Denlacres Judaeo conceditur ab Edwardo I, ut videre eſt in ejuſdem diplomate, quod habetur in patentibus anni ejus 9, membrana 20. Sed Judaei tandem anno ejuſdem regis XVIII, qui reparatae ſalutis eſt MCCXCII, ex Anglia in exſilium pulſi ſunt. Et mirum eſt quod, cum inſignes faceret in calendario Judaeorum Rabbi Ori Ben Simeon epochas eorum exſilii ex Francia, Hiſpania, & Portugallia, id quod in Anglia ſubiere omnino omitteret. Et numerus & gentis calamitas ſatis etiam exſilii Anglicani memoriam exegiſſe

exegiſſe videatur. De eo conſulas imprimis Thomam Walſinghamium in Hypodigmate Neuſtriae, & Florilegum. Adjicimus nos iis, quae ſcriptores illi habent, regii ad complures vicecomites (qui provinciarum apud nos annui cuſtodes ſunt) reſcripti formulam qua publica in exſilium proficiſcentibus fides praeſtabatur; *De Judaeis regnum Angliae exeuntibus. Rex vicecomiti Glouceſtriae: cum Judaeis regni noſtri univerſis certum tempus praefixerimus a regno illo transfretandi*; *nolentes quod ipſi per miniſtros noſtros aut alios quoſcunque aliter quam fieri conſuevit indebite pertractentur, tibi praecipimus quod per totam ballivam tuam publice proclamari & firmiter inhiberi facias ne quis eis infra tempus praedictum injuriam, moleſtiam, damnum inferat ſeu gravamen. Et cum contingat ipſos cum catellis ſuis quae eis conceſſimus verſus partes London cauſa transfretationis ſuae dirigere greſſus ſuos, ſalvum & ſecurum conductum eis habere facias ſumptibus eorundem. Proviſo quod Judaei praedicti ante receſſum ſuum vadia Chriſtianorum, quae penes ſe habent, illis quorum fuerint, ſi ea acquietare voluerint, reſtituant ut tenentur. T. R. apud Weſtmonaſterium* XVIII *die Julii.* Legitur in tabulis publicis quas clauſas vocamus anni XVIII, qui ipſe exſilii eſt, membrana *6*. Et ſimilia reſcripta ad vicecomites Eſſexiae, Eboraci, Northamtoniae, Lincolniae, Herefordiae & Suthamtoniae diriguntur. Ejuſmodi aliud reſcriptum occurrit in patentibus ejuſdem anni membrana 14. numero 4. De civitatis autem jure apud chriſtianos Judaeis ſive permittendo, ſive negando, conſulendi imprimis ſunt Sixtus Medices Theologus, libro de foenore Judaeorum, & Marquardus de Suſanis juriſconſultus, de Judaeis & aliis infidelibus.



Notae

Notae & Spicilegium

IN

EADMERI

MONACHI *CANTUARIENSIS*

HISTORIAE NOVORUM

SIVE

SUI SECULI

LIBROS VI,

RES GESTAS

(Quibus ipſe non modo Spectator diligens, ſed Comes etiam & Actor plerumque interfuit)

Sub GUILIELMIS I & II, & HENRICO I, Angliae Regibus,

Ab anno nempe ſalutis MLXVI ad MCXXII,

Potiſſimum complexos.

Securus licet AEneam Rutulumque ferocem
Committas: Nulli gravis eſt percuſſus Achilles.

Amplissimo Doctissimoque Viro

JOANNI LINCOLNIENSI ANTISTITI,

Magni Sigilli Angliae Custodi,

JOANNES SELDENUS S.

NEQUE vero frontem, honoratissimo tuo nomine, vir amplissime, ideo decoramus quod aut Eadmerus ipse, aut nostrae in eum Notae, & Spicilegium, sive patronatum, sive tutelam veluti praepilatam, sibi inde exposcant. Is enim, plane ingenuus, & omni periculo liberrimus, non modo in aetatem jam olim adolevit justam, sed in aliquot etiam secula senescit; atque adeo nec tutore indiget, nec patrono. Meae autem opellae amplitudinem tuam sub alterutra ratione, ut praesidium, implorare, importunum sane, etiam insolens forte, merito videretur. Novi utpote olim expertus saevos minitabiliter in me concrepantis turbae impetus, & crebras usque ad ravim convitiorum nubes in horas sustinui; etiam rosus, sed forsan ut lima: Neque est quidem cur meliorem mihi nunc expectem conditionem. Adversus haec autem te poscere defensorem, haud aliud esset quam eo niti ut ingruentem impudentiae (ut fit) ignorantiae & calumniae vim, tuum immerito obtensum nomen interciperet; id quod aperte foret dignitate tua indignissimum, nec mihi omnino conducibile. Spreta enim ejusmodi, aut prorsus evanescunt, aut, soluto vigore, in ridicula mutant. Et non tam magni nominis praetentura quam spernentis animus abolitionem praestat, ubi legitima ἀπόκρισις, *ut dixit aliquis,* ἡ σιωπὴ τυγχάνει. *At satis porro fuisset causae cur haec tibi potissimum offerrem, quod, & egregius peritissimusque literarum censor & fautor indulgentissimus, & audias, & vere sis. Quippe qui doctrinam suo merito in dies cupientissimus honestes, & sumptuosam instruendis publico usui bibliothecis operam impendas; praemium ita studiosis simul & armarium, etiam sine exemplo, solicitus parandi. Caeterum nemo est vulgi cui eadem deforet causa. Mihi igitur non erat, & nolebam esse hic unus e multis. Singularis itaque nominis tui praefigendi atque unica ratio fuit, ut, cum Eadmerum, in lucem maxime emissum, vivacissimum fore non dubitarem; nostrae ejus editioni insuerem (quod ita perennaret) testimonium libentissime agnoscentis eximium erga me favorem tuum, cujus agnitionis ansam si non tum solicitius quaererem tum ardentius arriperem, bipedum plane evaderem ingratissimus. Etenim non modo insigni benignitate, atque ea opportunissima, prius fere quam tibi omnino innotuerim, in summis primo reipublicae fastigiis positus me obstrinxisti, sed fronte etiam continenter exporrecto & animo, variatim, & perpetuo mihi non desiisti etiamnum accumulare gratiam. Neque ejus aut intempestiva aut morosa remissione laboras, aut inopinatis quasi paroxysmis, sive ad gloriam tui ipsius sive ad commodum, pro re nata simulanter incenderis. Nimio scilicet grassari ejusmodi morbum tam certum est, quam tuum sibi constans judicium, serenum candidumque animum inque bonarum literarum atque virtutis studia ubique & juste propensum, eo vacare. Hoc volui, vir amplissime; atque ita demum non librum tibi nuncupatum mitto, sed votivam gratitudinis tabulam, ubi diurnet, appendo.*

V. *Id. April.* CIↃ IↃCXXIII.

De EADMERI *editione praefatio.*

QUOD Eadmeri hiſtoriam novorum, uti ſelectam ex numeroſa ſcriptorum noſtratium, nondum typis editorum, claſſe, ante alias, publicaverim, in cauſa maxime erat ſingularis operis praeſtantia; quam in exemplari uno & altero diutius periclitari, indignum plane viſum eſt. Quod vero cum notis adjecerim etiam ſpicilegium, ideo factum eſt, ut ipſo interdum explicatius illuſtrato, & hiſtorica gentis noſtrae materies incrementi nonnihil inde acciperet, & qui res noſtras accuratius condere in poſterum fuerint adgreſſi, diligentius indagandi ſpecimen lucrifacerent. Praeſtantia ejus cernitur tum in reipſa tum in eximio autoris narrandi judicio, pari fide, etiam & non contemnendo ſermonis nitore. Remipſam dicimus initia & progreſſus illuſtriorum, in imperio Anglicano, rerum quibus verſabantur reges & ordines regni per intervallum illud quod ab anno MLXVI ad MCXXII protenditur. Conſilia inita, regum & procerum animi, factiones pontificiorum & ſeceſſus, ipſa ſacri conſiſtorii arcana, diſputationes, ſententiae, & quae caetera relatu digniora interveniebant, aperiuntur, inſertis etiam ſaepiſſime tum regiis tum pontificiis atque aliorum literis quae, ut neceſſarium ſupplementum, apprime conducant. Judicio autem omnia ejuſmodi & locata & compacta ſunt, ut ferme nihil, quod in hiſtorico merito velles, hic deſideretur, nihil alibi, in copioſa veterum apud nos autorum, ſive in luce proſtantium ſive in ſacrariis vetuſtatis deliteſcentium, ſit aequiparabile. Egregio enim materiae delectu uſus, in ea diſponenda haud indiligentior eſt. Filo neque inaequali neque leviculatum narrationum ſeu fabularum portentoſarum inſitione male deformato (ad miracula enim non omnino divertit, excepto duntaxat unico, de Acheleide virgine velata, loco qui periodo una & altera breviſſime abſolvitur) nec abſurda rerum, quae nihil omnino ad inſtitutum attinent, impactione abrupto, omnia artificioſe contexuit. Vitiis enim hiſce, quibus ille vacat, uti pudendis intertrimentis, ſcatere pene caeteros omnes priſcos rerum Anglicanarum conſarcinatores notiſſimum eſt Nec claſſico, rei nempe bellicae plane inſcius, ſeriem turbat, ſed civiliora duntaxat ſumma diligentia exequitur, quod etiamſi in arcto ſit, non tamen eſt inglorius labor. Fidem autem non impari conſcripſiſſe eum inde exiſtimo, quod cum & Anſelmo & Radulpho archiepiſcopis Cantuarienſibus eſſet chariſſimus aſſiduuſque utrique miniſter, & in Anſelmi porro atque adeo in pontificis Romani partes, dum acerrime agitabatur illuſtris illa de inveſtiturarum jure quaeſtio, propenſiſſimus; frequentia nihilominus ordinum tam ſacrorum quam civilium ſuffragia in avito regum jure decernendo, & quae ſunt alia ad id ſpectantia, ita plene enarrat, ut quod renitentibus pontificiis magis adverſaretur nihil prorſus dici potuiſſet. Quantus fuerit Anſelmo dixerit ipſe. [a] *Continuus comes B. Anſelmi*, inquit, *dum vivere eſſe ſolebam*; *& itineris ejus & labores comites fuimus.* Quantus item Urbano II, & quali apud Anſelmum pollentia aeſtimatus, ediſcere licet ex unico [b] G. Malmesburienſi monacho qui potiorem etiam hiſtoriarum ſuarum partem Eadmero debet. *Obedientiae*, ſcribit ille de Anſelmo loquutus, *pertinax cuſtos, cum archiepiſcopus liberae poteſtatis eſſet, rogavit papam Urbanum, ut ſibi aliquem proponeret cujus juſſis vitam diſponeret. Is Eadmerum exhibuit, cujus Anſelmus juſſa tanti faciebat ut, cum eum cubili locaſſet, non ſolum ſine praecepto ejus non ſurgeret ſed nec latus inverteret.* Radulphus autem qui Anſelmum excepit, quanti eum haberet, & quali conjuncti fuerint invicem neceſſitudine, ſatis elicitur ex Radulphi epiſtola ad Conradum Priorem Cantuarienſem. [c] *Praemitto vobis fratrem*, ita ille, *& amicum noſtrum domnum Eadmerum omnium laborum, & actuum noſtrorum conſcium, & ſocium.* Quin nemo eſt hominum, puto, qui hiſtoricum ſacrae familiae merito addictiſſimum & devinctum, ipſum etiam in ea clariſſimum & honoribus ſane cumulatum (vitam ejus, ubi haec expreſſiora, ſtatim ſubjungimus) ſui interea ordinis praeſidum ſententiam, adverſus eos quos non modo totis viribus tueri nitebatur, ſed in quorum maxime [d] honorem opus aggreſſum eum eſſe palam eſt, uno ore ac planiſſime latam narrare crederet, niſi idem praeterea, fidiſſimum eum fuiſſe, ac ejuſmodi qui alterutrius partium ſtudiis veritatem longe praeverteret, ſibi haberet perſuaſiſſimum. At vero ecce ipſa in regis & ordinum comitiis antiſtitum vocabula ex ipſorum ore ab eo excepta & fideliter vulgata. [e] *Si ſecundum Deum quod ullatenus voluntati regis obviare poſſit, conſilium a nobis expectas*, (Anſelmum alloquuntur caeteri epiſcopi,) *fruſtra niteris, quia in hujuſmodi nunquam tibi nos adminiculari videbis.* Sonat autem hic *ſecundum Deum*, id totum quod ad res eccleſiae forenſes & politiam ſacram, ut in notis fuſius diximus, ſpectabat, & *chriſtianitatis* vocabulo ſignanter non ſemel memoratur. Poſtea item, *quicunque regiae dignitatis ei conſuetudines tollit, coronam ſimul & regimen tollit. Unum quippe ſine altero decenter haberi non poſſe probamus. Sed recogita, rogamus te, & Urbani illius qui offenſo domino rege, nil tibi prodeſſe, nec ipſo pacato, tibi quicquam valet obeſſe, obedientiam abjice, ſubjectionis jugum excute, & liber, ut archiepiſcopum Cantuarienſem decet, in cunctis actibus tuis voluntatem domini regis & juſſionem expecta.* Hujuſmodi compluria apud eum occurrunt, & apertiſſima ſunt (ſi tam autoris conditionem quam gliſcentes utrinque factiones ſpectaveris) teſtimonia, eum ſummopere veritatis infractae crimen fugiſſe, atque adeo ut prudentiſſime ubique proſpexiſſe videatur, ne ſive malignitate, quae falſam, uti dixit hiſtoricorum princeps, libertatis ſpeciem obtendit, infenſus, ſive adulatione, quae verus foediſſimae ſervitutis

[a] Eadmerus lib. 5 pag. 123. & lib. 4. pag. 106. edit. Lond. 1623.
[b] De geſtis pontif. lib. 1 pag. 130. edit. Londin.
[c] Eadmerus lib. 5. pag. 123.
[d] Vide lib. 5. initia.
[e] Idem lib. 1. pag. 27, 28.

character

character eſt, obnoxius deprehenderetur. Ita bona eum fide animoque veritatis amantiſſimo ſcripſiſſe oſtendimus. Quod ſi, illo, ut oportet, conceſſo, dubitetur an ei ejuſmodi eſſet rerum uſus qui, veritatis adeo amantem, vero ſatis inſtructum redderet; certiſſimum eſt vix eum quidquam narraſſe cui teſtis atque ſpectator diligens non interfuit. [f] *Mihi*, inquit, *ab infantia hic mos erat, ſemper nova quae forte, ſed maxime in eccleſiaſticis, occurebant diligenti intentione conſiderare*. Etiam plerumque comitem & actorem pontificiis, maxime dum Anſelmus in vivis agebat, adfuiſſe palam eſt. Quin cum bene noverit rerum in publico geſtarum narrationem male convenire homini experientia publica alieno, deſidi, & in ſolitariae vitae clauſtris arctato, ſe poſt mortem [g] Anſelmi *in privato converſantem* vocat, eoque nomine velut haut ſatis idoneum hiſtoriae ulterius protrahendae modeſtius perſtringit, quem tamen etiam caeterorum, quae inde perſequitur, ſcientiſſimum fuiſſe ipſa materia planiſſime convincit. Neque alia interſeri voluit quam ea quorum ſcientiſſimum ſe certo ſciebat. Qui igitur tam egregia genuinae libertatis ſpecimina in iis enarrandis quae partibus, in quas ipſe pronus trahebatur, maxime adverſantur, exhibuit, neque ipſum ſic rerum quas omnino narrat ignarum eſſe potuiſſe manifeſto oſtendit, quin & notitiae ſuae terminis adeo prudenter ſe coercet, eum ſane neque inſcitiae reipublicae, nec libidine aſſentandi, nec rurſus odio adverſus dominantes (quae tria veritatem hiſtoricam aeque ſolent intervertere) poſteros fefelliſſe exiſtimo. Atque hiſce Guilielmus Malmesburienſis [h] aſtipulatus, eum *ſuorum temporum hiſtoricum ſinceritate veritatis laudandum vocat*.

In ſermone vero nitor ejuſmodi reperitur, ut, ſi veteres rerum noſtratium ſcriptores ad unum omnes diligentius evolveris, hujus fuerit incomparabilis. Stylum ſane aequabilem ſatis, gravem, & hiſtorico, ut aetas tulit, dignum prae ſe fert, vocabula etiam fere ubique pura. Habentur, fateor, loco uno & altero *implacitare*, *alodium*, *foriſfacta*, & ejuſmodi forſan paucula alia quae faſtidientis forſan ſtomachi grammaticis, qui ad naſcentis Caeſariani imperii aevum ita omnia ridicule exigunt, ut res ipſas inprimis utiles libentius ignorari velint quam delicatulis auribus per vocabula Cicerone, Saluſtio, Tacito, Livio, aut aliis ſcriptoribus qui tunc floruere claſſicis, minime reperta, immitti. Sed Latinitatem alias, qua indulſit illud ſeculum, nitidam minime adeo deformant hi naevi. Caeteri quos terimus ſive coaetaneos, ſive priores, ſive recentiores (de vetuſtis interim loquor) barbarie, ſquallore, & ſordium congerie, prae Eadmero, plerumque deturpantur. Unicus enim ferme eſt Malmesburienſis ille monachus qui hactenus in vetuſtae claſſis hiſtoricis noſtris primas tenuit: & merito mehercle, ſi cum caeteris ſive proſtantibus ſive antiquariorum loculis ſervatis componetur. Sed vero etiam Malmesburienſem hic noſter ſtylo ſaltem aequat; in caeteris autem (continentem dico narrandi formulam, fidem quae rerum nititur uſu, delectum, & aſſiduam inſtituto ſtrictim exequendo accurationem) longo plane intervallo ſuperat. Quin ipſe Malmesburenſis; *Nec vero noſtram*, inquit, *effugit conſcientiam domini Eadmeri ſobria ſermonis feſtivitate elucubratum opus, in quo a rege orſus Edgaro uſque ad Willielmum primum raptim tempora perſtrinxit & inde licentius evagatus uſque ad obitum Radulphi archiepiſcopi diffuſam & neceſſariam hiſtoriam ſtudioſis exhibuit*; quae pene tranſcribit Joannes Balaeus in introductione pro hiſtoria formanda Centuriae XIII ſubnexa. Alibi etiam Malmesburienſis de Guilielmo II. verba faciens, *Superſedendum eſt*, inquit, *in hiſtoria quam reverendiſſimi Eadmeri praeoccupavit facundia*.

Incrementi autem quod materiae hiſtoricae in ſpicilegio adtulimus, nihil omnino obtruſimus quod non eſt fideliter deſumptum aut ex actis publicis, quae tamen in archivis deliteſcunt, aut ex MSS. autorem fide digniſſimorum exemplaribus, quae res ejuſdem aevi, nullibi in libris hactenus editis repertas, ſubminiſtrant, aut ex locis aliquot ſcriptorum typis quidem mandatorum ſed qui vulgo legentium vix nomine tenus noti, ſaltem minime obvii ſunt neque hiſtorico lemmate, quod indiligentem indagantium turbam invitet, inſigniti. Et quicquid hoc nomine intelligimus, ad hiſtoriae Eadmerianae intervallum ſpectat. Caetera, quae ſubinde ac pro re nata accedunt, de recentiori aevo, teſtimonia, in notis cenſemus. Acta autem publica quorum praecipuus in ſpicilegio uſus erat, ſunt illae Guilielmi primi tabulae cenſuales ſive Anglicani imperii breviarium ſeu notitia, quam Domesday vocitant, in qua, quoſnam jugeratim agros, quas ſylvas, prata, qua clientelaris juris formula, quot ſervos unuſquiſque viritim poſſideret, qualeſnam inſuper clientes glebae beneficiis obſtrictos haberet, quanto proventuum annuorum valore beatus exiſteret, atque id genus nonnulla alia, provincialium aliquot (qui ad hoc munus jurati) fide deſcribuntur. Neque de ſubditorum tantummodo ſed de regiis facultatibus eodem modo anquiſitum eſt. *Iſte rotulus* (inquit Ingulphus qui deſcriptioni coaetaneus erat) *vocatus eſt rotulus Wintoniae, & ab Anglicis pro ſua generalitate omnia tenementa totius terrae integre continente*, Domesday *cognominatur*; id eſt, dies judiciarius, Dome enim Anglis eſt judicium. Sed vetuſtus autor dialogi MS. de Scaccario (Gervaſium Tilburienſem, qui ſub Henrico II. floruit, eum eſſe plerumque exiſtimatur) in archivo fiſcali cum tabulis hiſce ſervati, *ob hoc*, inquit, *nos eundem librum Judiciarium nominamus, non quod in eo de propoſitis aliquibus dubiis feratur ſententia, ſed quod a praedicto judicio non licet ulla ratione diſcedere*. De hiſce tabulis decantatiſſimis, apud Ingulphum, Guilielmum Malmesburienſem, Florentium Wigornienſem, Henricum Huntingdonienſem, Matthaeum Pariſium, alios, plura memorantur. Et ex Roberto Glouceſtrenſi MS. qui, annis abhinc CCCL aut circiter, rythmis Anglicanis hiſtoriam a Bruto auſpicatus in ſui aevum contexuit, hoſce etiam qui & rem attinent & vetuſti ſermonis noſtri ſpecimen praebent, adnotare hic non piguit.

The King William vor to wite the worth of his Londe
Let enqueri ſtreitliche thoru al Engelonde,
Hou moni ploulond, and hou moni hiden alſo

[f] Lib. 2. pag. 50. [g] Lib. 5. pag. 107. [h] De geſtis regum lib. 4.

Were in everiche Sire, and wat thi were
worth thereto,
And the Rents of each Toun, and of the
Waters each one
That wurthe, and of Wudes eke, that there
ne bileved none
But that he wist wat thy were wurth of al
Engelonde,
And write al clene that wurth therof, ich un-
derstonde.
And let it write clere inou, and that scrit
dude iwis
In the tresorie at Westminster; there it put is;
So that pe Kings suth, when thi ransome
toke
And red wat folc might give, they fund there
in thor boke.

Atque etiamnum Westmonasterii in archivo fiscali quod receptum Scaccarii dicimus, & perpulchre exaratae & integrae servantur, duobus voluminibus, quorum utrumque archetypum est, comprehensae. Neque puto alibi in orbe christiano actorum publicorum autographa, quorum saltem ratio aliqua habenda est extare quae non seculis aliquot, hisce cedunt. At vero occurrit quod de iis non intempestive hic monendum duxi, nimium scilicet falli plerumque scriptores nostros tum in harum materie incaute enarranda, tum in ipso tempore quo conficiebantur, designando. Materiam ita memorat Guilielmus Malmesburiensis ac si censum omnium capitum in eis praeter alia reperirentur. Henricus autem Huntingdoniensis, ac si quot simul unicuique animalia, fuisset indicatum; uti Thomas etiam Walsinghamius in Hypodigmate. Et Florentius non solum *quot animalia*, sed & *quantum vivae pecuniae quisque possidebat*, descriptum narrat. Matthaeus vero Parisius, *quot animalia sufficerent ad unius hidae culturam* & *quot milites* in unaquaque provincia. Florilegus tantundem, & porro *quid uni militi sufficere possit*. Polydorus autem in hasce relatos simul scribit *milites qui stipendia facerent*. Alia horum quilibet habet, quae vera; sed in hisce, quae jam notavimus, recensendis nemo est eorum qui non hallucinatur; & cum iis non pauci. Neque memini quemquam in evulgatis recte tradidisse quid hae complectantur, praeter unicum Ingulphum qui & rei gestae testis erat. *Totam terram*, inquit ille, *descripsit* (Guilielmus nempe I.) *nec erat hida in tota Anglia quin valorem ejus & possessorem suum scivit; nec lacus, nec locus aliquis quin in regis rotulo extitit descriptus ac ejus reditus, & proventus, ipsa possessio regiae notitiae manifestatus, juxta taxatorum fidem qui electi de qualibet patria territorium proprium describebant.* Atqui ad hanc rem multo accuratius (sed in censu capitum etiam hallucinatus) autor anonymus vetusti codicis MS. qui breviarium est villarum & fundorum quorum proprietarii tunc erant antistes & sodales Elienses. In eo praedia quae hisce tabulis numerata ad Elienses spectabant, recensentur, praefixo literis miniatis hujusmodi lemmate. *Hic subscribitur inquisitio terrarum, quomodo barones regis inquirunt; videlicet per sacramentum vicecomitis scirae, & omnium baronum & eorum Francigenarum, & totius centuriatus, presbyteri, praepositi,* VI. [i] *Villani uniuscujusque villae. Deinde quomodo vocatur mansio, quis tenuit eam tempore regis Edwardi. Quis modo tenet, quot hidae, quot carrucatae in dominio, quot hominum, quot villani, quot cottarii, quot servi, quot liberi homines, quot sochemani, quantum sylvae, quantum prati, quot pascuorum, quot molendini, quot piscinae, quantum est additum vel ablatum, quantum valebat totum simul; & quantum modo, quantum ibi quisque liber homo, vel* [k] *Sochemanum habuit, vel habet. Hoc totum tripliciter; scilicet tempore regis Edwardi, & quando rex Willielmus dedit, & quomodo sit modo; & si potest plus haberi quam habeatur.* Sequuntur demum eorum nomina qui jurati, jam dictorum in provincia Cantabrigiensi praediorum, praeter adscriptitios glebae, servitutes & ejusmodi alia ad ea attinentia, recensitionem juxta regii instituti formulam, exhibebant, ubi videre etiam licet, & conditionem interdum juratorum & legitimum eorum in illo aevo numerum, quod non alibi, si bene memini, reperitur. Ita autem anonymus ille, nec ipso censu, ni fallor, recentior, uti etiam suadent ipsarum literarum ductus. *Isti homines juraverunt in* Staplehou *hundredo; Nicholaus de* Cheneta, *Willielmus de* Chipenham, *homo Gaufridi, Hugo de* Heselinge, Warin *de* Saham, *Rodbertus Anglicus de* Fordham, Ordmar *de* Billingesham, *Alanus de* Burewelle, Aluric *de* Sneilewelle. *Isti homines juraverunt in* Cavelai *hundredo, scilicet Ricardus praefectus hujus hundredi, Edwardus homo Alberici de* Ver, *Radulfus de* Hotot, *Willielmus de Mara,* Standard *de Severlaio, Frawinus de* Duetelinge, *Carlo de Cavelaio, Wlmarus homo* Wighen. *In hundredo de* Stanas *juraverunt homines, scilicet Alerannus, Roggerus, homo Walteri Giffardi, Ricardus praefectus hujus hundredi, Farmannus, Huscarlo de* Suafham, *Leofwinus,* Harald, *homo Hard. de Scalariis, Aluricus de* Wiburgeham, *& alii omnes Franci & Angli de hoc hundredo juraverunt. In* Trepeslau *hundredo juraverunt homines, scilicet Radulfus praepositus hujus hundredi, Willielmus de Caleio, Radulfus de Barentona, Teobaldus homo Hard,* Standarde *de* Havekestune, Godric *de* Fulmere, *Alvuricus de* Treppeslau, *Sigar Dapifer & omnes alii Franci & Angli de hundredo juraverunt. In* Radfeild *hundredo hii juraverunt Manfridus, David de* Belesham, atque alii nonnulli, hoc etiam adjecto (ut plerisque centuriis; sed non omnibus) *& omnes alii Angli & Franci de hoc hundredo juraverunt.* Sed in duobus sequentibus, Kammedic & Witlesford dictis, id omittitur, quod idem postea fit in duobus hundredis de Ely qui conveniunt apud Wicheford am. Caeterum in juratis, qui in centuria Kammedic, AEdwinus presbyter habetur, uti & in centuria Stow dicta Warinus presbyter, & in Pampeworda Godwinus presbyter; alibi ibidem Leodmannus presbyter. Atque ita, cum viginti plus minus censitae sint jam dictae provinciae centuriae, in quatuor duntaxat

[i] Ita MS. forte *Villanorum*.

[k] Ita MS. sed lege *Sochemanus*.

reperitur presbyter juratus. Caeteri plerumque designantur aut villis quas incolebant, aut patris nominibus, aut familiis quarum in clientela degebant, addita interdum muneris alicujus sive domestici sive villatici nota; ut, Paganus Dapifer, Willielmus homo Picoti Vicecomitis, Tehel praepositus abbatis Ely, Wido homo abbatis de Rameseio, Osmundus homo Gileberti de Gant, Robertus filius Warini, Gosfridus conestabulius abbatis, Robertus camerarius, Siriz homo comitis Eustachii, & ejusmodi complures alii. Nonnunquam etiam praepositus hundredi inseritur; sed rarius. Ita, quod miniatum jam dictum lemma promittit, id, sive in juratorum nomenclatura, sive in reipsa de qua anquisitum est, haud satis est compertum. Quin discrepat saepius ipse census ab eo qui in tabulis illis Guilielmianis quarum fides omni exceptione planissime major est. Animalium autem numerus, pecuniae aestimatio, aut capitum census (alius quam quo servi & clientes censiti) non omnino in his reperitur. Neque alias quam has ipsas eorum quem intellexisse certissimum est, quod ipsa temporis ratio facile etiam persuadebit. Sed in eo similiter peccatum est. Balaeus centur. II. script. LVI. Angliam describi fecit (Guilielmus I.) anno regni sui XVII & in volumen redigi, quod in Londinensi praetorio juxta Fabianum hucusque servatur. Et illud Anglice vocabat Dampsdaie, quod neminem parcat sicut nec magnus ille dies. Sed (ut obiter moneam) aut archivum fiscale, quod Westmonasterio est, intelligit, aut plane etiam in loco fallitur cum Balaeo Fabianus. Caeterum in anno antichronismus est. Nam ante annum Guilielmi vicesimum descriptio haec non est absoluta; immo in eo facta. Testis est omni exceptione longe major voluminum eorum, in quae referebantur, alterum & minus quo seorsim censitae sunt Essexia, Norfolcia, & Suffolcia. In hujus calce, literis majusculis, nec ipsa descriptione recentioribus, adjectum est,

ANNO MILLESIMO OCTOGESIMO SEXTO AB INCARNATIONE DOMINI, VIGESIMO VERO REGIS WILLIELMI, FACTA EST ISTA DESCRIPTIO, NON SOLUM PER HOS TRES COMITATUS SED ETIAM PER ALIOS.

Recte ideo Florentius, in temporis utpote calculo prae caeteris diligentissimus, in annum MLXXXVI. conjicit. Nec male Thomas Walsinghamius qui octogesimo septimo collocat, uti etiam Radulphus de Diceto MS. atque alii. A natalibus enim Servatoris putabant illi, ut a conceptione Florentius; unde & absolutam esse descriptionem in eo quod festa illa intercedunt intervallo elicitur. Caeterum suos etiam habuit autores Balaeus, eosque melioris notae, ac Fabiano magis spectatos: Matthaeos dico, Florilegum & Parisium, atque Rogerum Wendoverium MS. praeter alios complures qui anno MLXXXIII tribuunt, id est XVII Guilielmi. Sed hi omnes jure velut successionis transmissum errorem exceperunt, nec fidem, quae cum ipso autographo queat decertare, magis facere possunt quam alii nonnulli quibus Edwardus Confessor hujus operis autor asseritur. Sed tantae illi ignorantiae poenas inde satis luunt, quod de re sibi prorsus ignota, temere nec sine fiducia, verba fecisse palam dignoscuntur. Qui enim cunque paginam ejus aliquam puto omnino inspexerit, Guilielmi, saltem non Edwardi, fuisse, ut planissime is agnoscat, necesse est. Neque alius proculdubio est liber ille quem Conradus Gesnerus rem ipsam ignorans, sed audacter nimis & imprudenter ignoto sibi libro titulum formans, in bibliotheca sub nomine libri I. de die judicii ultimo Guilielmo nostro tribuit. Specimen eorum, quae tabulas hasce occupant, luculentius & fusius habetur apud Ingulphum; ubi Guthlaci, Crowlandensis coenobii numinis tutelaris, latifundia inde transcribuntur. Neque alias tabulas, quae merito publicae dicendae sunt, in Edmeriano intervallo exaratas omnino in archivis habemus. Quae, ex autographis olim desumpta, in actis recentioribus extant, nonnulla suo loco etiam introduximus.

Codices autem MSS. quos testes sine loco & nomine laudamus, omnes (uti etiam ipsum unde haec editio) suppeditabat instructissima illa, & quantivis precii, bibliotheca nobilissimi, eruditissimi, mihique amicissimi viri Roberti Cottoni equestri dignitate, & ea, quam baronetti, dicimus, clari, qui non modo comparandis ingenti sumptu libris MSS. iisque selectissimis, sed etiam humanissime iis atque propensissimo in bonarum literarum & rerum civilium studiosos animo communicandis, immortalem tam apud exteros quam populares meritissimo nactus est famam. Sed vero quamplurima ad intervallum hujus historiae spectantia, & in codicibus MSS. reperta in spicilegio consulto praetermisimus. Ejusmodi autem ea sunt quae propriam magis editionem, utpote justa volumina confectura, quam in aliena appendice locum sibi merentur. Verbi gratia, Lanfranci in jam dicta bibliotheca atque etiam (si bene memini) in ea, quae est Benedictini collegii Cantabrigiae, extat instauratio vitae solitariae cum praefixa ejusdem epistola, quae plane ad historiam illius aevi sacram apprime pertinet. Neque alia est ab eo libro quem de ceremoniis monachorum ei tribuit Balaeus cent. XIII. script. XII. Anselmi item, qui totus in hoc aevum incidit, habentur in Cottoniana epistolae MSS. CXXVII quarum nulla omnino edita est in tribus illis epistolarum ejus libris a Joanne Picardo nuper evulgatis. Sed praestantissimae sunt & ad rem qua aevum illud exercebatur maxime faciunt. Exemplar quo servantur habet etiam caeteras illas publicatas, atque hasce subinde intersertas nec omnino continente ordine seorsim alicubi locatas. Dominum autem agnovit olim Joannem de Grandisono episcopum Exoniensem, qui sua manu anno salutis MCCCLXIIII haec, testandi animo, praefixit. *Do & lego cuicunque archiepiscopo Cantuariensi ut memor sit miseri Johannis de Grandisono Exoniensis qui hoc manu sua scripsit. Hic potest videri status tam ecclesiae quam regni Angliae.* Farragines etiam historicas nondum typis editas, ad hoc spatium tamen attinentes, apud locupletes autores legimus; Ailredum nempe Rhievallensem, Radulphum de Diceto (qui tamen plurimas Eadmeri paginas expilavit) Osbernum Cantuariensem, Turgotum Dunelmensem, qui in hoc intervallo floruere, alios etiam citerioris aevi, Petrum scilicet Blesensem (qui Ingulphum insequentis seculi historia continuat) Robertum Knightonum canonicum Leicestrensem, Joannem Bramptonum Coeno-

Coenobiarcham Jornallensem, Thomam Rudbornum monachum Wintoniensem, Thomam Wikium canonicum Osneiensem praeter alios ejusmodi qui minorum sunt gentium, at luce sane digni. Leges item Henrici primi etiamnum extant in libro MS. quem Rubeum dicimus, in archivo fiscali penes commentariensem regium; & earundem exemplaria occurrunt alia vetusta. Horum similia sunt compluria. Caeterum eorum omnium sive sigillatim sive junctorum (ut voluminum ratio tulerit) editionem potius expectandam aestimavimus, quam frustratim pro arbitratu nostro discerpta eorum membra hic Eadmero mancipanda; quod forte etiam futuram eorum editionem saltem tardaret, si ejus spem non omnino (quod timendum forsan esset) interim aboleret. Quod igitur ex MSS. codicibus in spicilegio praestitimus haud aliud fere est quam adnotatio fragmentorum historicorum aut breviuscularum narrationum ejusmodi quae ad spatium, quo clauditur Eadmeri historia, spectant, nec tamen aliam quam hujusmodi editionem jure expectant. Id genus sunt praecipue Edgari sanctio Latino-Saxonica de solitariae vitae sodalitiis, Guilielmi leges quae Ingulpho edito conjungi debuissent, alia quae deprompsimus ex MSS. quae vix unquam in lucem alias proditura credidimus.

Libri autem typis jampridem mandati, e quibus quidpiam descripsimus, pauci quidem sunt; & in iis primum obtinet locum Guilielmi Lambardi archaeonomia unde auctarium adjecimus legibus Guilielmi regis quae non vulgaris pretii aestimandae sunt cuiquam nascentis imperii in Anglia Normannici rationem curiosius perpendenti. Caeteras quae in vulgatis sive historicis sive annalibus nostris obviae sunt, consulto praetermisimus, ne ex loco celebriori in obscurum traducerentur. Quin etsi in historiis Normannicis, pridem a Duciano, Lutetiae, editis, interserantur quaedam antea vulgo inauditae, maluimus tamen inde lectores petere quam nos actum agendo itertato publicare. Videsis in iis Guil. Pictaviensem, pag. 207. C. & Ordericum Vitalem ecclesiasticae historiae lib. IV, pag. 505 & 506. Normannorum enim rebus vetustis adeo nostrae plerumque intermistae sunt ut non sine ignavia aut inscitia praeteriri illae possint, si quis de nostris diligentius consulat. Neque alio consilio usi sumus de scriptoribus qui universaliore rerum deductione seu annales seu historias sive quid ejusmodi reliquere, cum ipsa lemmata seu librorum frontes, licet minime nominatim, satis indicent res etiam nostrates in eisdem locum suum necessario esse sortitas: Baronium intelligo, Binium qui synodos congessit & pontificum Romanorum epistolas, Surium, centuriarum Magdeburgensium autores, etiam Antoninum, Vincentium, ejusmodi alios. Nam praeter ea quae ad hoc intervallum spectantia ab editis rerum nostrarum notissimis scriptoribus desumpsit Baronius, habet etiam (ut exemplum adjiciam) plerasque Lanfranci archiepiscopi Cantuariensis epistolas non familiares illas, sed quae illius aevi politiae lucem maximam afferant. Earum, ni fallor, se agnoscit ipse exemplar accepisse a clarissimo & doctissimo viro Nicholao Fabro Petriscio curiae Aquensis adsessore dignissimo atque amico mihi plurimum observando. Neque ex alio traduxit exemplar suum, ut audivi, Petriscius quam ex Cottoniano quod vetustissimum est & alias etiam exhibet quarum pleraeque familiares sunt & nihil omnino publici complectuntur. Unam autem & alteram de Orchadum insulis nos adjecimus, quae, si bene memini, non alibi typis leguntur. Sed interim monendus est (ne quid gravius dicam) [1] Joannes Picardus qui Anselmi epistolas aliquot abhinc annis in lucem emisit, nimia se injuria Balaeum nostrum ventosae inscitiae postulasse, ubi scribit, *Balaeus centuria* XIII *scriptorum Britanniae, ob unam aut alteram a Lanfranco datam epistolam numerat lib.* I. *epistolarum. Sic inflat*, inquit, *ventosus homo quae non vidit.* Sed temere nimis haec. Nam ex unico Baronio discere poterat non pauciores extare Lanfranci epistolas quam quae librum quidem juste conficerent; neque sane adeo parvum, si familiares adjicerentur, quae operarum artificium, caeteris jam editis, non omnino merentur. Epistolas igitur, quas diximus, potius a Baronio, ubi prostant, petendas quam huc transferendas etiam duxi. Idem de nonnullis aliis apud eundem, apud Binium item in Gregorii VII. Paschalis II. & Urbani II. epistolis, Magdeburgenses etiam, & qui sunt id genus alii, dicendum. Hisce annumeranda Anselmi vita ab Eadmero conscripta quae prostat. Ejusdem item epistolae editae quarum nullam fere adnotavimus nedum transcripsimus. Nugas enim plane atque incassum egissem, si expilatis aliorum thesauris qui omnibus aeque passim aperti neminem non aeque invitant, meum replevissem, quod simul de pontificum Romanorum, vicinarum gentium, sacri item belli, historiis & annalibus, atque vitis coaetaneis, quibus res nostrates subinde involutae, dictum velim.

Hisce ita praelibatis, specimen demum indagandi, quod in hac nostra opera praebemus, uberiori parum indiget explicatione. Nemo enim est, puto, hominum qui jam dicta percurrerit, quin ipsam satis imbiberit in re gentis nostrae historica indagandi rationem minime vulgarem, si consilium in hisce nostrum, quod aperuimus, saltem observaverit. Dum enim non solum ea quae consulto omisimus, verum etiam quae obtrivimus in spicilegio reconditiora (ut ferunt aevi reliquiae) indaginis vestigia atque nimis inusitatos anfractus ita patefecimus, qualenam interim specimen illud esse intellexerimus, satis, ni fallor, indicavimus. Atqui ut usui indaginem ejusmodi & magno fore & necessario (si nempe cum diligentia & judicio fiat) ita nimium neglectam hactenus eam esse, qua ignavia scriptorum, qua inscitia, certissimum est. Licet enim historiae Anglicanae apud nos conscribendae cupidinem ita saevire uti Abderiticum olim illud malum (quod ad similem rem facete advertit Lucianus) fas non sit dicere; mali tamen Abderitici, in illo scriptitantium proventu quem congerendis rebus nostris (quae disjectae ut ἕως ὁμολογῶν, & ignavis inaccessae) hoc seculum tulit, velut symptoma forsan videatur, adeo rerum ignoranter ab aliis traditarum moles, elegantias verborum, rotunditates sententiarum, styli decorem, & quae sunt id genus alia efflictim duntaxat, uti fit, etsi saepius infeliciter, aucupari; neque interim prudentius materiari, neque ea primo fideliter, non sine diligentissimae

[1] In notis ad Anselmi lib. I. epist. 22.

indaginis

I

indaginis examine, colligere quae tali accuratione, tali ornatu, tum solum digna censenda sunt, postquam cum judicio perpensa, postquam eorum, qui praecesserunt, oscitanter audaculorum erroribus libera, cum omnium undique, qui ea tractant, scriptorum locis comparata, ad veritatem tum codicum vetustatis recessu interiore latentium, tum actorum publicorum (quorum ingens & ab historicis nostris fere intacta apud nos messis est) exacta demum atque limata fuerint. Haec enim sive incogitantia sive desidia sive inscitia secure praetervehi, atque eo solummodo niti ut apto dicendi genere atque ordine omnia, sine justo examine ab autoribus proletariis, ut evenit, accepta, contexantur, perinde est atque si pellem quis leoninam & clavam forte nactus, Hercule ipso, sive ob metum sive ob ignaviam non quaesito sed libenter neglecto, prostitutae Omphalae potius seu obvio nano eas aptaret. Si hoc non est, haud sane aliud erit quam si fugientia exesae quis Phidiae Minervae membra magno hiatu promissor instauraturus, rem fiducia plenus ideo adgrederetur, ὅτι τὰ δεσμὰ τῆς κρηπῖδος ὤετο ἀμείνω ποιήσειν (ut in re pene hujusmodi dixit Themistius in posteriora Analytica scripturus) quod nempe sandalii ejus ligulam sive nitidiorem, si diis placet, sive ornatiorem se reddere posse persuasum habuerit.

De Eadmerianae hujus historiae praestantia atque nostra ejus editione, hactenus. Superest ut de ipsius autoris nomine, & vita (uti moris est) etiam aliquid subjungamus. Nomine ejus perpauci apud veteres noti; neque alium memini ita dictum praeter unicum Eadmerum S. Albani coenobiarcham, seu Edmarum, quae eadem sunt vocabula, unde error crassissimus ortus est, sive Balaeo sive (quem plerumque exscripsit ille) Lelando. Nam inde hunc nostrum coenobiarcham fuisse S. Albani incaute nimis tradunt. Atque secutus est eos Joannes Pitsaeus. Sed certo scimus nos Eadmerum illum qui S. Albani coenobio praefuit, sub Ethelredi regis initia, circa annum scilicet DCCCCLXXX mortem obiisse, quod aperte docet Matthaeus Parisius in MSS. vitis coenobiarcharum S. Albani. Ita nostrum hic centum amplius annis anticipat. Scriptio autem nominis ejus in membranis vetustis non semper eadem est, neque sane etiam in hoc ipso opere sibi constans. Paginis enim 45. lin. 3. 123. lin. 41. & 130. lin. 32. Eadmerus dicitur. Sed pag. 131. lin. 12. 134. lin. 41. & pag. 139. lin. 4. Edmerus; atque indiscriminatim utraque scriptione utuntur & veteres & recentiores. Nos codicis MS. fidem secuti ubique sumus, & ubi ea mutabat, typos etiam non mutare religio erat. Atqui nugae res sunt hujusmodi, nec quem ultra torquere debent, sed librariorum arbitratui accepto ferendae. Caeterum male illi atque injuria agunt qui, dum Edinerum vocant, novum plane ei creant vocamen. Tam certum est Edinerum in MSS. non dictum quam sine discrimine Eadmerum & Edmerum passim indigitatum non aliter atque promiscue usurpamus Eadgarum & Edgarum, Eadmundum & Edmundum, Eadwinum & Edwinum, Elredum & Ealredum, Eadwardum & Edwardum, quibus trissyllabon duntaxat nomen esse palam est, nec primam syllabam, ut in Martialis Earino, efferendam. Nam Ea (uti & Eo) priscis Anglis velut diphthongi, in simplices sonos transiere, ut videre est in Eall, Ealꝺoꞃ, Ealꝺoꞃman, Eale, Ealmeꞅ, Eaꞃme, quae eadem ipsa sunt cum nostris All, Elder, Alderman, Ale, Almes, Arme. Etiam hodie Ea a simplici E vix dissonans est, ut videmus in Earth, Eare, Early, Eate, Easter & hujusmodi. Neque aliter plane Eadmerus quam Edmerus pronuntiandum. Et de nomine haec satis superque.

Onere autem vitam ejus scribendi levant me Balaeus inprimis & Pitsaeus. Quorum hic pontificius, & jam nunc Liverdunensis in Lotharingia decanus floret; ille vero, sub initia rerum sacrarum apud nos superiori seculo instaurationis, antistes in Hibernia Ossoriensis claruit, & scriptorum Anglicanorum vitas, praevia Joannis Lelandi opera maxime demum adjutus collegit. Sed in Romanum pontificem ejusque omnis fere aevi adseclas infenso ferociter animo & satis intempestive passim invectus, materiem tamen ferme totam pontificio scriptori subministravit, ab eo interim haud satis humaniter exceptus. Quae uterque habet de Eadmero, malui subjicere, ut medium inde temperatumque libramentum lectori aequo confletur, quam novi consarcinatoris personam mihi ipsi induere. Joannes Balaeus centuria II. pag. 80. editionis suae anno 1558. non debito utcunque loco ferventis odii indicia aperiens, & immerito plane in Eadmerum (fas sit dicere, ne quid gravius) convitia fundens, ad hunc modum vitam ejus enarrat.

Eadmerus, Cantuariae ad fanum servatoris monachus, Anglus natione, Anselmi ejusdem sedis archi-praesulis auditor olim atque conjunctissimus discipulus, venenosi sub eo calicis meretricis magnae poculum hausit. Imbibitis primum gentilium philosophorum ac poetarum faecibus, nihil magis in votis habuit, quam, pro anti-christi regno propagando, divinas corrumpere leges, atque aniles fabulas veritati anteferre. Haec profecto luce clariora sunt inspicenti ineptissima opuscula quae exaravit, dum adhuc habitaret Cantuariae, ac postea fuisset ad fanum Albani ditissimus abbas. Scripsit nempe grande volumen de discordia illa magna (quae tam diu duraverat) inter Guilhelmum Rufum Anglorum regem a Normannorum victoria secundum, & Anselmum praefatum, in quo plenis (ut aiunt) buccis bestiae Romanae tuetur partes, eique praefixit titulum

De libertate ecclesiastica, lib. I.
Vitam Anselmi archiepiscopi, lib. I.
Historiarum collectanea, lib. I.

de caeteris nihil adhuc vidi. Portenta plurima suis immiscuit scriptis, quo dementaret lectores incautos. Claruit praestigiator & iniquus sophista, anno a christianae salutis origine per natum Dei filium 1120. *Anglis dominante Henrico primo rege praefato.*

In locupletiori autem, quae & postrema est, centuriarum illius editione, auctior paulo reperitur Edmeri vita, auctior item librorum ab eo scriptorum numerus. Sed nec benigniorem animum aut minus effraenatam in autorem & doctum sane & luce dignissimum ferociam attulere cogitationes ejus licet recoctae.

[m] *Eadmerus Dorobernenſis, ad fanum ſervatoris in eadem urbe monachus, archi-praeſulis Anſelmi auditor olim ac diſcipulus ſumme dilectus, ex venenifero calice meretricis magnae ſub eo poculum hauſit. Imbibitis revera primum gentilium philoſophorum, ac poetarum faecibus, nihil magis in votis habuit, quam pro promovendo antichriſti regno, divinas corrumpere leges, atque aniles fabulas veritati anteferre. Haec profecto luce clariora ſunt, inſpicienti ineptiſſima quae exaravit opuſcula, dum adhuc habitaret Cantuariae, ac poſtea fuiſſet ad Albani fanum ditiſſimus abbas. Romanarum rerum peritus, cum praedicto Anſelmo Romam proficiſcebatur, non ſolum itineris comes, ſed & vitae ſuae corrector ab eo petitus, atque a Romano pontifice Urbano* II *conceſſus & datus. Scripſit Eadmerus iſte volumen grande, de magna illa diſcordia, quae tamdiu duraverat inter Guilhelmum Rufum Anglorum regem, & Anſelmum; in quo plenis (ut aiunt) buccis, beſtiae Romanae tuetur partes: Cui titulum praefixit*

De libertate eccleſiaſtica, lib. I.
Hiſtoriam Novorum in Anglia, lib. 6. *Cum praeſentis aetatis viros.*
Vitam Anſelmi archiepiſcopi, lib. 2. *Quoniam multas & anteceſſorum.*
Vitam Vuilfridi archiepiſ. lib. I. *Anno qui ab incarnatione.*
De D. Mariae laudibus, lib. I.
Inſtituta chriſtianae vitae, lib. I.
De geſtis ſui temporis, lib. I.
Querelam ſuper morte Anſelmi, lib. I.

Et alia plura compoſuit. Portenta multa in ſuis reliquit ſcriptis, quibus decipi, ac dementari poſſent lectores incauti. Claruit praeſtigiator ac ſophiſta anno Chriſti 1121, *quo praeſulatum D. Andreae in Scotia, Simone Dunelmenſi teſte, reliquit.*

Ita Balaeus. Joannes vero Pitſaeus ad hunc modum, in relationibus ſuis de rebus Anglicis, aetat. 12. pag. 199.

Eadmerus, vel Edinerus, cognominatus cantor, in Anglia natus, in Cantia educatus, ordinis S. Benedicti monachus Cantuarienſis, in coenobio ſervatoris congregationis Cluniacenſis. Poſtea propter eximias virtutes, & doctrinam ſingularem, factus eſt abbas S. Albani, & tandem epiſcopus S. Andreae in Scotia. Fuit S. Anſelmi Cantuarienſis archiepiſcopi primum auditor & diſcipulus, deinde convictor & amicus, tandem exilii comes, & omnium conſiliorum particeps. Romam cum eo profectus, urbane ab Urbano ſecundo ſuſceptus, & in honore magno habitus eſt. Hunc Guilhelmus Malmesburienſis in prologo regum Anglorum, & alibi frequenter laudat, meritoque laudandum affirmat a ſobria ſermonis feſtivitate, ab orationis elegantia, ab hiſtoricae veritatis ſinceritate. Breviter & ſtilo ſobrio ab Edgaro rege uſque ad Guilhelmum primum hiſtoriam perſtrinxit. Deinde latius evagatus, res geſtas multorum regum & principum ad ſuum pene tempus deduxit, ſicuti ex Lelando, Simone Dunelmenſi, & aliis colligere eſt. Docti viri non pauci ad hunc varias ſcripſerunt epiſtolas, quae MS. ſervantur Cantabrigiae in collegio S. Benedicti. Ipſe autem totam illam diſcordiam inter Angliae regem Guilhelmum ſecundum, & ſanctum Anſelmum archiepiſcopum Cantuarienſem magno volumine fuſe ſcripſit. Quod opus hunc titulum prae ſe fert

De eccleſiaſtica libertate. *Librum unum.*
Hiſtoriam Novorum in Anglia. *Libros ſex. Cum praeſentis aetatis viros diverſis caſibus. MS.* [n] *Cautabrigiae in collegio S. Benedicti.*

Hiſtoriarum collectanea. *Librum unum.*
De vita [o] Anſelmi, *Libros duos. Quoniam multas & anteceſſorum. MS. ibidem.*

De rebus geſtis S. Anſelmi, & S. Elphegi archiepiſcoporum verſu. *Librum unum.*
De [p] vita S. Vuilfridi archiepiſcopi. *Librum unum. Anno qui ab incarnatione.*
Querelam ſuper morte S. Anſelmi carmine elegiaco. *Librum unum.*
De inſtitutis chriſtianae vitae. *Librum unum.*
De laudibus S. Mariae virginis. *Librum unum.*
De geſtis ſui temporis. *Librum unum.*

Collegit etiam maxime ex praefato Anſelmo, de morte humilitatis, & ſeptem gradibus ejus, & de duobus ejuſdem montis cuſtodibus, *Librum unum.* MS. *Cantabrigiae, in collegio S. Benedicti.*

Opuſculorum. *Librum unum. MS. ibidem.*
De S. Dunſtano verſu. *Librum unum. MS. ibidem. Et alia.*

Claruit anno ſalutiferae redemptionis 1121, *rerum in Anglia potiunte Henrico primo. Hactenus Pitſaeus.*

Caeterum apud Arnoldum Wionum in Ligni vitae lib. 2. cap. 66. atque Conradum Geſnerum ita memoratur.

Eadmerus Anglus, monachus Cantuarienſis, congregationis Cluniacenſis, qui claruit anno Domini 1120, *ſcripſit*

De libertate eccleſiaſtica. *Lib.* I.
De vita ſancti Anſelmi. *Ep. lib.* I.
Hiſtoriarum collectanea. *Lib.* I.

Eadem ipſa pene habet Poſſevinus in apparatus ſacri tom. I. pag. 494. Neque alium fuiſſe plane exiſtimandum eſt eum quem neſcio unde Emondum vocat Trithemius abbas Spanheimenſis, atque in ſcriptoribus ſacris hoc elogio collocat, uti etiam in bibliotheca hallucinatus Geſnerus.

Emondus monachus Cantuarienſis in Anglia ordinis ſancti Benedicti, Anſelmi archiepiſcopi quondam auditor atque diſcipulus, vir in divinis ſcripturis diuturna excercitatione doctus,

[m] Bal. Centur. 2. ſcript. 68.
[n] Ita Th. James in Eclog. Oxonio-Cantabrig. in Bibl. Coll. S Benedict num 78.
[o] Praefixi ſunt libri de ejus vita tres (qui haut alii) editioni Anſelmi operum Pariſiis 1612.
[p] Extat in Bibliotheca Cottoniana.

& fecularium literarum non ignarus. Scripfit non fpernendae lectionis opufcula, quibus & fidelium aedificationi profuit & nomen fuum pofteris notificavit. E quibus extat unum volumen de difcordia quae fuit inter Guilielmum Anglorum regem & S. Anfelmum praefatum Cantuarienfem archiepifcopum,

De libertate ecclefiaftica, lib. I.
De vita ejufdem Anfelmi, lib. I.

Et quaedam alia. Claruit temporibus Henrici quarti, anno domini 1120.

Ita tandem confilium noftrum, quid porro praeftiterimus, etiam autoris vitam ex biographis, praefati fumus. Neque exemplo hanc editionem (quod alii, qui fimili operae non impares nec otio indigent, fequantur) fore defperamus. Etenim, in annalium & aliorum rerum noftratium commentariorum nondum in vulgus emifforum editione, frequentiffime occurret (faltem arripi poterit idque utiliter) anfa fpicilegii fingulariter infervientis conficiendi, ad cujus fabricam uberiores longe fylvae atque eae faciles aditu & civili fcientiae conducibiliores fuppetunt in tabulis maxime publicis, quae nimirum tempora Johannis regis initiis recentiora fpectant, unde materiari nemini non licet. Neque hiftoriam noftram, rerumve noftrarum aliquod intervallum indicare omnino moliatur quis ignava fiducia imprudenter plenus. Sed tabulas illas diligentius inprimis invifat,

Et, quam retinens meminit, fummam
Confulat, alte fcripta retractans,
Ut vulgatis queat oblitas
Addere partes.

Quod ex divino Boetio ita παρῳδεῖν liceat. Nos autem operae hujufmodi primitias, feu ἰχνογραφίαν aut lineationem, emittere maluimus ex vetuftiori atque longe abhinc diffito feculo. Rem fcilicet ita in tuto fore plane cenfuimus, nec calumnianti utpote delatorum five ignorantiae five impudentiae, neque fimulationi fufurronum ullatenus obnoxiam.



A D

AD

EADMERUM

Notae & Spicilegium.

Pag. 2. lin. 9. Edit. Londin. 1623.

QVI *non primo fuerit homo regis & de manu illius episcopatus vel abbatiae investituram.*] Obtinebat aevo illo superiore mos solennis, atque ante Normannorum etiam adventum hic usitatissimus, ut majorum gentium antistites sacri, episcopi nimirum & coenobiarchae (qui saltem in clientela regia) a sacris ecclesiarum corporibus electi, quin saepius etiam, spretis omnino corporum sacrorum suffragiis, in aula designati, annuli & baculi pastoralis sive pedi traditione, in dignitatis possessionem a regibus nostris, jure avito nixis, mitterentur. In Glastoniensis coenobii privilegiis, apud G. Malmesburiensem de gestis regum lib. 2. cap. 8. Rex Edgarus *monachis electionem sui abbatis perpetuo manere censet, sibi vero suisque haeredibus, tribuendi fratri electo pastoralem baculum, potestatem retinuit.* Atqui idem autor alibi *electionem praesulum & abbatum tempore Anglorum penes clericos & monachos fuisse scribit,* uti videre est in libro ejus tertio, de gestis pontificum, ubi de Edmundo episcopo Lindisfarnensi agit. Verum citerioribus aevi Saxonici annis, sive regum tantummodo gratia sive aulicarum partium studiis, sacri hujusmodi honores delati, &, neglecto prorsus suffragiorum jure, eodem ritu donati. De ea re luculentissimum perhibet testimonium Ingulphus abbas Crowlandensis, qui Guilielmo I. coaetaneus. *A multis,* inquit, *annis retroactis, nulla electio praelatorum erat mere libera & canonica. Sed omnes dignitates tam episcoporum quam abbatum per annulum & baculum regis curia pro sua complacentia conferebat.* Egregium porro ritus hujusce adjicit exemplum de Wulgato coenobiarcha Wegelandensi in Crowlandensem ita creato ab Edwardo Confessore; unde liquet etiam solenne fuisse, demortuo antistite, baculum illud pastorale (puto & annulum) a destinato ad hanc rem sacri corporis nuncio, regi, qui suo arbitratu surrogandum antistitem eo insigniret, exhiberi. Gervasius etiam Dorobernensis in declamatione seu, ut vocat ipse, *imaginatione* MS. contra Robertum abbatem S. Augustini Cantuariensis; *Lanfrancus,* inquit, *petivit regem* (Guilielmum nempe I) *ut sibi donationem abbatiae* (S. Augustini scilicet) *concederet sicut omnes praedecessores suos constat habuisse. Respondit rex & dixit se velle omnes baculos pastorales Angliae in manu tenere.* Annales item Lichfeldensis ecclesiae MSS. *Vsque ad illa tempora* (de Henrici I. aevo verba fiunt) *reges conferebant omnes episcopatus in Anglia per investituram annuli & baculi*; compluria ejusmodi passim occurrunt. Quam controversiosa res esset, fusius patet ex autore hoc nostro atque aliis qui ejusdem seculi res narrant. Caeterum utcunque hujusmodi juri renuntiatum fuerit ab Henrico I. (ita enim scribunt) in aliquo tamen usu diu postea durasse videtur. Quod elicere fas est ex Joannis Regis diplomate quo baculi pastoralis, in coenobiarcha Nuteleiensi designando, tradendi jus Guillielmo Marescallo Pembrochiae comiti transtulit. Idem, ni fallor, concessit quod jus patronatus coenobii jurisconsulti postea nominabant. Verum ecce ipsa diplomatis verba descripta ex tabulis regiis, quas cartas vocant, anni 2. Joannis regis membran. 26. num. 118.

JOhannes dei gratia, &c. Sciatis nos propter amorem quem erga dilectum & fidelem nostrum Willielmum Marescallum comitem Penbroc habuimus, & propter bonum & fidele servitium quod ipse nobis fecit, dedisse & concessisse & hac carta nostra confirmasse ei & haeredibus suis donationem baculi pastoralis abbatiae de Nutelega quae est in feodo suo, habendam & tenendam imperpetuum cum omnibus rebus & libertatibus & liberis consuetudinibus ad donationem baculi pastoralis pertinentibus. Quare volumus & firmiter praecipimus quod praedictus Willielmus Marescallus, & haeredes sui post eum, habeant & teneant de nobis & haeredibus nostris praedictam donationem baculi pastoralis bene, & in pace, libere, integre, plenarie, & honorifice, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis. Testibus R. Com. Mellent. & R. Com. Cestr. R. Com. Leic. Dat. per manum S. Wellen. Archidiac. apud Regulam 16. die Augusti, anno regni nostri secundo.

Neque apud Anglos viguit duntaxat hic mos. Frequens idem ipse reperitur tum in imperio Romano, tum in Galliarum regno, alibi; qua de re, praeter Othonem Frisingensem, Sigebertum atque alios quamplurimos historicos veteres, eos maxime qui res Henrici imperatoris IV. & ejusdem nominis I. regis Anglorum conscripsere, consulendi inprimis sunt Sigonius de regno Italiae lib. 4. 9. 10. & 11. Baronius tom. 11. Ann. M. LXXVII. & postea saepius, Cherubinus de Nursia in Bullarii tom. 1. pag. 16 & 17. Binius Concil. tom. 3. part. 2. in Urbano, Calixto & Paschali secundis, Renatus Choppinus de Domanio Franciae lib. 2. tit. 1. §. 6. & seqq. & de sacra Politia lib. 1. tit. 7. §. 22 & 23. cum eis quae obiter de hac re leguntur apud Ivonem Carnotensem in epistolis, Goffridum Vindocinensem in opusculis & epistolis, atque in Cujacio ad lib. 2. de Feudis tit. 3. qui, *Episcopatus,* inquit, *imo & omnia feuda antiquo more Gallico per annulum & virgam, quod dicebatur* par Rain & par Baston, *conferebantur.* Rain *pro annulo, ut hodie Germanis* Reing. Quod etiam plane Anglicanum est Ring. Adde, si placet, *Gratian.* Dist. 63. c. 22. *Hadrianus,* & plura de hoc jure adnotata habes in serenissimi regis paraenesi ad principes Christianos. Id ipsum, quantum saltem ad

Pedi traditionem ſpectat, dicendum de imperio orientis; quod luculenter oſtendunt & Georgius Phranzes in chronici Conſtantinopolitani, lib. 3. cap. 19. & Malaxus Peloponneſius in hiſtoria Patriarcharum. Cum enim, electo in patriarcham Gennadio Scholario, Muhamedes II. Turcarum imperator ſuper ritus in creando patriarcha adhiberi ſolitos, ſacros urbis ordines rogitabat, reſponſum eſt, ἔδειδε τοῦ ὁ βασιλεὺς (ita ſe habent barbara recentioris Graeciae vocabula) μὲ τὸ χέρη τοῦ τὸ δικανίκη, καὶ ἔτζη ἔλαβεν ὁ Σουλτανος με τὸ χέρη τοῦ τὸ δικανίκη, καὶ τὸ ἔδωκεν εἰς τὸ χέρη τοῦ πατριάρχου, hoc eſt, *Dare ſolebat imperator in patriarchae manus ſcipionem* ſeu *pedum* (quod δικανίκη hic & interdum πατριάρχικον δικανίκιον vocatur) *atque ita accepit manu ſua imperator pedum, & in patriarchae manum tradidit.* Sed videſis eundem Malaxum in Hieremia patriarcha Ad vetuſtius illud apud majores noſtros *inveſtiturarum*, ut vocabant, jus ſpectat id quod habetur in Edwardi regis III. literis, ad Romanum pontificem & purpuratorum collegium datis, quibus juri ſibi a majoribus tranſmiſſo adverſari merito aſſerebat quod epiſcopum aliquem in Anglia electum Romanus pontifex ſacris ſolennibus in dignitate prius, etiam tunc temporis, firmaret quam regius accederet electioni aſſenſus. Nam *progenitores*, inquit, *noſtri qui dudum fundarunt & dotarunt eccleſiam, ſingulas cathedrales eccleſias regni noſtri vacantes olim libere contulerunt regio jure ſuo* (quod ipſum eſt vetuſtum inveſtiturae jus) *ſed poſtmodum, ad ſupplicationem cleri ac reverentiam & rogatum ſummi pontificis qui tunc univerſali praeſidebat eccleſiae, conceſſit dominus rex Angliae qui tunc erat capitulis eccleſiarum cathedralium quod cedente vel decedente loci pontifice*, ſacrorum corporum votis alius eſſet deſignandus qui tamen neceſſario ſolennem regis aſſenſum, tametſi non inveſtiturae formulam quam diximus, expectaret. Extant literae illae in tabulis Romanis anni 9 & 10 Ed. III. n. 3 & 4. Deceſſorem autem, quem intelligit, puto, hic Edwardus, eſt Joannes rex, de quo vide, ſi placet, Matthaeum Pariſ. p. 342. edit. Londinenſis. Recentiora quae hanc rem attinent conſulto praetermittimus.

Ibid lin. 11. *Exceptis duobus epiſcopis, Erneſto videlicet atque Gundulpho.*] Nam antiſtitum Roffenſium ſubrogandorum jus erat olim penes archiepiſcopos Cantuarienſes, quod ſingulare privilegium (jure enim communi, epiſcopatuum patronus, apud nos, duntaxat rex ſemper habitus eſt) paſſim occurrit in vetuſtis Cantuarienſis eccleſiae tabulis, & videſis Joſcelinum Antiq. Eccleſiae Britannicae in vita Chichelcii, & Cart. 16. Reg. Johan. membr. 6. & dorſ. 5. in archivo regio, & Bracton. lib. 5. de exceptionibus, cap. 4. §. 8. In codice item coenobii Dunſtaplenſis MS. legimus; *Anno* M.C.LXXXII. *Walterus Roffenſis epiſcopus obiit, cui Gualeranus archidiaconus ſubſtituitur, qui per textum evangelii de manu archiepiſcopi* (Richardi nimirum, qui ſub Henrico II. rege praefuit) *ſpiritualem cauſam epiſcopatus; per annulum autem, regalium poſſeſſionem accepit.* Landavenſis item eccleſiae patronus olim comes erat Gloceſtriae, quod occurrit in cod. vet. MS. in archivo Fiſcali, diplomatum ſcilicet pontificiorum, pag. 166, atque alibi non ſemel. Sodorenſis etiam epiſcopii in Mannia, patronus habetur hodie Derbienſis comes, utpote, jure avito, inſulae dominus.

Ibid. lin. 16. *Deo ſacriſque canonibus contrarium.*] Veteres quos hic intelligit canones ſunt, puto, canon. 31. ex iis qui apoſtolis tribuuntur, & oecumenicae ſeptimae ſynodi, quae Nicaeae habita eſt, canon. 3. praeter alios ſuperioris aevi apud Gratianum repertos diſt. 63. Concilii Romani ſub Gregorio VII. canonem 5. Synodi Antiochenae canonem 23. cum cauſae 16. quaeſt. 7. c. 16. Alii ſunt recentiores de quibus mox obiter. At vero utcunque canonibus priſcis adeo cautum fuerit, ne principes epiſcopos aut inſtituerent aut deſignarent, aut deſignatos ſeu electos in dignitatis poſſeſſionem mitterent; in utroque tamen imperio, tum occidentis tum orientis, Caeſarum jus, uti Anglorum, Gallorum item, aliorumque regnorum, ſive ſanctiones ſive mores adverſabantur; & antiſtites ſacri a regibus inſtituti occurrunt frequentiſſimi. De occidente atque aliis regnis, ſatis id notum eſt, ex iis locis quae ſupra adnotantur de inveſtiturarum ritu. Et de oriente, Theodorus Balſamon patriarcha Antiochenus, juris peritiſſimus, ad ſynodi Carthaginienſis, canon. 16. Ὁ βασιλεὺς, inquit, ἐπ᾽ ἀδείας ἔχει ἐπισκοπὴν εἰς μετρόπολιν ἄγειν καὶ ἀποξενοῦν ἐκ τῶν οἰκείων μετροπόλεων, ὡσαύτως ἐνορίας ἀρχιερέων διαιρεῖν, καὶ ἐκ νέου ἐπισκόπους καὶ μητροπολίτας καθιστᾶν, id eſt, *Imperatori competit jus, epiſcopatum in metropolim mutare, & a propria metropoli alienare, quin & dioeceſes pontificum diſterminare, atque de novo epiſcopos & metropolitas conſtituere.* Eundem item Theodorum videſis ad can 4. concilii Chalcedonenſis.

Pag. 4. lin. 2. *Wentanus epiſcopus.*] Wintonienſis nempe, Wintonia enim Ptolemaeo & Antonino, Venta dicitur Belgarum, hodieque Caerguent Cambro-Britannis; unde Ventanus & Wentanus ſaepius apud vetuſtiores monachos; & depravate pro eodem Wenlanus in codicibus impreſſis Guil. Malmesburienſis de Geſt. Pontificum, lib. 1. pag. 117. b. edit. Londin.

Ibid. lin. 21. *Quae uſque in quadraginta octo tempore regis Edgari nova ſurrexerant.*] Eximius enim coenobiorum & inſtaurator & auctor Edgarus rex, atque ad Dunſtani hortatum formatus, eorum, qui vitae ſolitariae nomina dederant, amantiſſimus erat, presbyterorum ſive clericorum aliorum coetibus nimium infenſus. Conſulto praetermittens quicquid apud editos hiſtoricos de ea re legitur, haut intempeſtive hic adnoto inſtitutiones ab eodem rege promulgatas quae monaſticae per totam Angliam reipublicae tunc temporis reparatae ſive ſodalibus, utriuſque ſexus, Benedictinis, vivendi normam praebebant. Atque earum ſane etiamnum extat exemplar vetuſtiſſimum tum Saxonice tum Latine characteribus perpulcris exaratum, quod fideliter exſcriptum, utroque etiam idiomate, exhibere hic viſum eſt; neque alia forma quam in ipſo exemplari reperitur, ubi verbum verbo redditur, atque ita, puto, ut non tam propriam idiomatis Saxonici ſyntaxin & ordinem quam ſingulorum vocabulorum ſignificationem indicaret.

Prohemium regularis concordiae Anglicae nationis monachorum sanctimonialiumque orditur.

SEƿuldor fulla ƿitudlice. Cristes
Gloriosus etenim Eadgar Christi
gefultumigendre gyfe. Englisca ⁊ o-
opitulante gratia, Anglorum caetera-
þra þeoda ƿiðinnan embhƿirft Brittis-
rumque gentium intra ambitum Britan-
ces Iglandes ƿunigendra Cing aeþelboren.
niae insulae degentium rex egregius,
fram ongimendre his cildhades ylde þeahþe.
ab ineunte suae pueritiae aetate licet,
sƿasƿa seo geƿunaþ yld. myslicum bruce
uti ipsa solet aetas, diversis uteretur
ðeaƿum. ⁊ sƿa þeah gesyþe midgodcundre
moribus, attamen respectu divino
æthrinen. abbude sumon geornfullum myne-
attactus, abbate quodam assiduo mo-
giendum ⁊ cynelicne rihtes geleafan ƿeg
nente ac regiam catholicae fidei viam
gesƿuteligendum. ongann mærlicc God on-
demonstrante, coepit magnopere Deum ti-
drædan. lufian ⁊ ƿurþian:· Scinendum lit-
mere, diligere ac venerari. Radiante pau-
lun *vel* ætƿega geleafan sƿearcan. ydelnys-
latim fidei scintilla ne otiosita-
se mid slæƿðe adiligud acƿune. mid hƿil-
tis torpore explosa delitesceret, qui-
cum haligra ƿorca gearnungum on hatne
bus sanctorum operum meritis in fervidum
fullfremednysse ƿylm beon on ælet hemih-
perfectionis ardorem accendi vale-
te. geornfullice asmeagian carfull he ongann:·
ret, studiose percunctari solicitus coepit.
Afundenum geƿistlice. þæt þa halgan minstru.
Comperto etenim, quod sacra coenobia,
on mislicum hys cynerices stoƿum. toƿorene
diversis sui regiminis locis, diruta
⁊ forrnean Drihtnes ure Hælendes Cristes
ac pene Domini nostri Jhesu Christi
þeoƿdom forlætene gymeleaslice ættredon.
servitio destituta negligenter tabescerent,
Drihtnes on bryrd mid gyfe. mid micelre
Domini compunctus gratia, cum magna
modes blisse efstende æghƿara stoƿa
animi alacritate festinando ubicunque locorum
geƿyrenlice geendstalude. ⁊ utadræfdum
decentissime restauravit, ejectisque
gymeleasra preosta fylþum. na ꝥ an
negligentium clericorum spurcitiis, non solum
monecas. ac eac mynecyna eac fæderum
monachos, verum sanctimoniales etiam, patribus
⁊ moddrum gesettum. to Godes þeoƿdome
matribusque constitutis, ad Dei famulatum
æghƿar geond sƿa mycele hys rices rym-
ubique per tantam sui regni ampli-
þe ersfullice he gesette, ⁊ mid godum
tudinem devotissime constituit, bonisque
eallum gegodiendum bliþe he geƿele-
omnibus locupletans gratulabundus dita-
gude:· Cynelicre ƿitudlice gebrocen þenunge,
vit. Regali utique functus officio,
sƿasƿa hyrda hyrde carfull fram reaflum
*veluti pastorum pastor * solicitus a rabidis*
orƿyrra geaglum. sƿilce gymcendum ƿulfa
perfidorum retibus, uti hiantibus luporum
gomum *vel* hracum. þa sceaƿ þe Drihtenes
faucibus, oves quas, Domini
forgifendre gyfe. geornfull he gegaderude
largiente gratia, studiosus collegerit
beƿerigende he generude; ⁊ hys gemæccean
muniendo eripuit; conjugique suae
mynecyna mynstrclusan sƿa
Alfrithae sanctimonialium mandras ut
unearges mid geƿunan hyrdes heo beƿerude.
impavidi more custodis defenderet,
sƿiþƿærelice he bebead. ꝥ þitudlice ƿærnmann
cautissime praecepit; ut videlicet mas
ƿærnmann ƿifmann ƿifmannum buton ænigre
maribus foemina foeminis, sine ullo
ƿenan tƿynunge geheolpe:· Regulicre
suspicionis scrupulo subveniret. Regulari
ƿitudlice hæliger fæder rihtinge
itaque sancti patris Benedicti norma
ƿurþlice onfangenre. ge æbbudas sƿiþe ma-
honestissime suscepta, tam abbates perpluri-
nega ge eac æbbudissan. mid him underþeod-
mi quam abbatissae, cum sibi subje-
dum gebroþra ⁊ sƿystra geferscyƿum. hal-
ctis fratrum sororumque collegiis, san-
gena fylian fotsƿaþu mid anum geleafan. na
ctorum sequi vestigia una fide, non
sƿa þeah mid anum þeaƿes geƿunan. toge-
tamen uno consuetudinis usu, certa-
flices mid mycelre hygdan geblyssunge:·
tim cum magna studuerunt hilaritate.
Mid þilcum ƿitudlice ⁊ þus mycelum bigendge
Tali igitur ac tanto studio
þæs forsæda Cyncg mærlice gegladude. di-
praefatus rex magnopere delectatus, ar-
glu gehƿylce mid geornfulre care smeagen-
cana quaeque diligenti cura exami-
de. synoþlice gemot æt Ƿintan cæceatre be-
nans, synodale concilium Wintoniae fie-
on gedemde. ⁊ þar ƿord mynegyendlice ⁊
ri decrevit, illucque verba exortatoria ac
gesibsume on bocfelle hluttorlice arritene
pacifica pitacio luculentissime caraxata
sƿiþe eadmod he asetide. ⁊ ealle Cristes
humillimus destinavit, cunctosque Christi
on bryrd mid gyfe. hemynegude. þæt hi e-
compunctus gratia, monuit, ut con-
fenþƿære midgelicum þeaƿas geƿunan.
cordes aequali consuetudinis usu,
haligas ⁊ acos geefenlætede fædras. re-
sanctos probatosque imitando patres, re-
gullice beboda mid fæstum geþances ancran
gularia praecepta tenaci mentis anchora
gehealdende nate hƿan tƿyiccende ungeþƿæ-
servantes nullo modo dissentiendo discorda-
rudon. ꝥna ungelic ⁊ mislic anes reguler ⁊
rent; ne impar ac varius unius regulae ac
anes eþeles geƿuna byrmorlice tale haligre
unius patriae usus probrose vituperium sanctae
drohtnunga ongebrohte:· Ðyses heah y.des-
conversationi irrogaret. Hujus praecellen-

* Citatur hic locus (atque ex ipso exemplari quo nos usi sumus) a v. c. Isaaco Casaubono in epistola dedicatoria Exercitationibus Baronianis praefixa.

tan cynges mid smeagne mynegunge gas-
tissimi regis sagaci monitu spi-
tlice on brynde na þ an Bisceopes.
ritualiter compuncti non tantum episcopi,
ac eac swilce abbudas 7 abbudissan þæt swilcne
verum etiam abbates & abbatissae quod talem
7 swa micelne hige earnudon habban lareow.
& tantum meruerunt habere doctorem,
upastrehtum to roderum handum ormæte
erectis ad aethera palmis, immensas
heah sittendun þancas. will fægenes gerec-
celsi throno grates, voti compotes refer-
cean hyra yldon:· wituð sona hys hæsum
re non distulerunt. Nam ilico ejus imperiis
mid ealre modes smeaunge bliþelice hyrsum-
toto mentis conamine alacriter obtempe-
gende. 7 haliges ealdres ures la-
rantes, sanctique patroni nostri Gregorii docu-
ra mid þam þæne eadgan mynian
menta quibus beatum Augustinum monere
he hygde þ na þ an Romanisca ac eac swilce
studuit, ut non solum Romanae verum etiam
Franciscra wyrþlice cyrecena gerunan. nirre
Galliarum honestos ecclesiarum usus, rudi
Engla cyrcean. gerlitegendo he gesette.
Anglorum ecclesia, decorando constitueret,
wyrþigende. togeclipedum Floriscum Mune-
recolentes, accitis Florensis
cum þæs eadigan 7 eac þæs healican
beati Benedicti necnon praecipui
mynystres þæt brymum ys genemned
coenobii quod celebri Gent nuncupatur
naman. munecum. æghwylce of wurðum hyra
vocabulo, monachis, quaeque ex dignis eorum
þeawum wurþfulle gegaderiende. swa swa beon
moribus honesta colligentes, uti apes
hunigcamb teares mid mislicum felda blosa-
favum nectaris diversis pratorum flori-
num on anre hyfe. swa þas þeawa gewu-
bus in uno alveario, ita has morum consue-
nan to lifes wyrðnysse 7 regulicre ge-
tudines ad vitae honestatem & regularis ob-
healtsumnesse weredesse þ fram þam þe
servantiae dulcedinem ut ab his qui
wæg cynelicne beboda Drihtnes buton
viam regiam mandatorum Domini absque
gylpes leahtre mealclice nu gyt eadmod-
jactantiae vitio lactei adhuc humili-
lice stæppað utanydde snoffan æmylðnysse
ter incedunt depulso nauseae tedio
buton ceorunge. æwlice drence beon abyrged
sine querela, legitime haustu degustari
myðlussendum. 7 grædige mid luflicre hi
libentissimo, ac avidi amabili pos-
mihton beon gefylleð estfullnesse gemetlice.
sent impleri devotione temperate,
mid mycelum 7 fremfullum gesceades to-
cum magna ac subtili nationis dis-
dale. Cristes middan eardes hælendes ge-
cretione, Christi mundi salvatoris opi-
fultumigendre gyfe. on þysse gehwædon ge-
tulante gratia, hoc exiguo ap-
setton bec:·
posuerunt codicello.

Ðæt na wituðlice syndrige. gyf hi hyra.
Ne igitur singuli, si suam,
þ na gewyrde. fyndele on hyra wiran þwirt-
quod absit, adinventionem suapte prae-
fulle gecuran. þæne mæwurstan halige
sumptuosi eligerent, excellentissimum sanctae
hyrsumnysse wæstm. sumre wyþerwyrno-
obedientiae fructum, alicujus arrogan-
nesse wlitan on unnet berwicene earmlice
tiae fastu inopinate seducti, miserabiliter
forleton. 7 oððe neah, ma sonne
amitterent, ac Sarabaitae, vel fere, potius quam
munecas oððe menn swæron geduht æwlice
monachi aut homines viderentur, legitimum
behat Drihtne urum hælendum Criste an-
votum Domino nostro Ihesu Christo una-
mode hy be heton 7 mid wedde gastlicum
nimes voverunt pactoque spirituali
hi gefæstnudan hi. lyfe gesiðan. geoce re-
confirmaverunt se, vita comite, jugo re-
gules under ðeodde, ðas ameatcudan þeawa
gulae deditos, has adnotatas morum
gewunan mid gemænelicre openlice healdan
consuetudines communi palam custodire
drohtnunge:·
conversatione.

Oðer. æghwilc on diglum gebedhu-
Caeterum, unusquisque secretis orato-
ses stowum on swa micelum swa haliges gas-
rii locis, in quantum sancti spi-
tes gyfe mildelice ontiht synder lywum.
ritus gratia clementer instigaverit, peculiaribus,
gewitan Gode mid godra weorca wæccean
teste Deo, cum bonorum operum vigilantia
wædlice bruce gebedum:·
consulte utatur orationibus.

Ðæt to soðan se æþela ðysses
Hoc etenim Dunstanus egregius hujus
eðeles ærcebisceop. mid forewitigum ðurh-
patriae archiepiscopus, praesago affla-
blawen gaste to getrymmene þæs foresædan
tus spiritu, ad corroborandum praefati
synoðlicre gegaderunge gemot. glea-
synodalis conventus conciliabulum, pro-
wlice 7 wislice to gehihte. þ gewistlice.
vide ac sapienter addidit, ut videlicet,
nænig muneca oððe æniges heahran ha-
nullus monachorum vel alicujus altioris gra-
des wer oððe neoðeran digle mynecyna
dus vir vel inferioris secreta sanctimonialium
dyrstig ingan farendra geðristlæhte, 7
audax ingredi lustrando praesumeret, &
hwa ðe gastlices anwealdes ealdorscype to
hi qui spiritualis imperii prioratum ad
lare note. na to weoruldlicra rice-
disciplinae utilitatem non ad saecularis tyran-
tere mihte ofer hig begað. swa hyra
nidem potentatus super eas exercent, ita suum,
swase eadiga minegað digla ge-
ut beatus hortatur Isidorus, secretorum tem-
mætlice forescewian togang. þ hyra reguleg
perate praevideant accessum, ut earum regulari
gehealdsumnesse nates hwon ongean cweþan:·
observantiae minime contradicant.

Ðæt sylf riht gelyfedrum regulicum geoce
Id solummodo catholicis regulari jugo
underþeoddum to begymenne we gedemdon
deditis adtendendum censuimus,
na þ þa þe ongewunan fædra for þane cynge
ne eam quae usu patrum pro rege
7 weldondum of þæra weldædum. Criste
ac benefactoribus quorum beneficiis, Christo
gifendum.

gifendum. ƿe sýnd fedde þing rædene an ge-
largiente, pascimur, intercessionis ora-
bæde geornlice ƿe singað. mid micelre sƿið-
mine consuete canimus, nimia velo-
nýsse sýngende God sƿýþor to ýrsunge un-
citate psallendo Deum potius ad iracundiam in-
besceaƿodlice. þ na sige. forðclýpian þænne
considerate, quod absit, provocent quam
forsceaƿodlice to sýnna forgifnýssa
provide ad peccaminum veniam
umlaðian:· Sƿa ƿitodlice. minegiende fæder
invitent. Ita igitur, hortante patre
urum ealleto dælendlice singende
nostro Benedicto, omnia distincte psallendo
hýdrýman. þ geþance ure geðƿærige stefne
modificentur, ut mens nostra concordet voci
ure. ⁊ þ si gefýlleð þ apostolice. Ic sin-
nostrae & impleatur illud apostolicum, Psal-
ge on gaste. ic singe ⁊ on geþance:· Gýf
lam spiritu, psallam & mente. Si
soþlice for ænigre neide ahƿæt ƿiþutan
autem pro qualibet necessitate quid extra
gemænne regulices þeaƿes geƿunan to
communem regularis consuetudinis usum ad-
icenne býð. sƿalange hýt sý gedon oð
dendum fuerit, tamdiu agatur quo-
þ se intinga for þam hit is gedon. Cris-
adusque negotium pro qua agitur, Chri-
tes gefultumigendre gýfe. sigebet ⁊ þ.
sti opitulante gratia, melioretur, & ut,
forhogodre ƿiðerƿerdnýsse ƿrýtan. þanc-
contempto arrogantiae fastu, gra-
fullust hýrsumnýsse si begeten ƿæstm ⁊
tissimus obedientiae adquiratur fructus, &
grad se regullica. an þam ýs geboden þ nan-
gradus ille regularis, in quo praecipitur, ut ni-
ðing. na do se munuc buton þ gemennes
hil agat monachus nisi quod communis
mýnestres regul oþþe ýldrena sýn gemine-
monasterii regula vel majorum cohortan-
gode býsena. geornlicost si gehealdon na-
*tur exempla, diligentissime custodiatur.*Ne-*
tes hƿonleng þristlice geƿunan si
quaquam ulterius praesumptuose usu te-
healdan mid dýrstýgnesse buton geþeahte
neatur temerario nisi concilio
sýnoþlicum gecoren ⁊ betæhte mid ges-
synodali electum traditumque cum discre-
ceade mægena ealra meder fram eallum
tione virtutum omnium matre ab universis
býþ rihtgelýfedum:· Onforesƿæcenum ƿitod-
fuerit catholicis. Praefato equi-
lice sýnoðlicum gemote þ to underystan-
dem synodali conciliabulo hoc adtenden-
denne micelum ealle gedemdon þ æbbuda
dum magnopere cuncti decreverunt, ut abbatum
⁊ æbbutissena cýre mid cýnges geþeahte
& abbatissarum electio cum regis consensu
⁊ mid ræde halges reguleſ ƿære gedon mid
& concilio, sanctae regulae ageretur docu-
lare:·
mento.

Biscеopa eac cýre. eallsƿa æbbuda.
Episcoporum quoque electio, uti abbatum,
lacahƿar on sede biſceoplicum monecas re-
ubicunque in sede episcopali monachi re-
gullice drohtniað. gýf. Drihtenes unnendre
gulares conversantur, si, Domini largiente
gýfe. sƿýlcre þeogincge þar munuc beon
gratia, tanti profectus inibi monachus rep-
gemet mæg:· Ðasýlfum gemete hit si ge-
periri potuerit. Eodem modo aga-
don na oþrum ænigum gemæte þæane þære
tur, nec alio quolibet modo dum ejus-
sýlfan hi sýnd drohtnunge fram ænigum
dem sunt conversationis, a quoquam
si geðrist:·
praesumatur.

Gif soþlice dýsigdome geletendum oððe
Si autem, imperitia impediente, vel
sýnnum geearnedum sƿýlc ðe sƿa miceles
peccatis promerentibus, talis qui tanti
hades ƿurþscýpe ƿýrþe sig on þæresýlfan
gradus honore dignus sit in eadem
geferræddene beon gemet na mæg of o-
congregatione repperiri non potuerit, ex a-
ðrum cuðum moneca mýnstra mid an-
lio noto monachorum monasterio, con-
rædum cýnges ⁊ gebroðra þam beon ge-
cordi regis & fratrum quibus dedi-
halgod he seal geþeahte sigecoren:· Se geha-
cari debet consilio, eligatur. Qui ordi-
dud geƿislice biscеop on eallum þæresýlfan
natus videlicet episcopus in omnibus eundem
þeaƿ regulicre mid munecum hýs þære se æb-
morem regularem cum monachis suis quem ab-
bud hýlt regulic mid geornfulre gemene ⁊
bas tenet regularis, diligenti cura &
sƿiþust mid ormætre ealneƿæg buton ges-
magnopere excellenti jugiter sine in-
ƿicinge gehealde:· Ne biscеophades intin-
termissione custodiat. Nec episcopatus occasi-
gan reguleſ beboda ofermut oððe ofergit-
one, regulae praecepta tumidus vel oblivio-
tol þristlice betƿixsende ac sƿa mýcelum
sus temere intermittat, sed quantum
sƿa he oferstihð ⁊ ƿeorce:·
excellat & opere.

Þeo ƿurdlicra ealdorscýpe þ ne to mý-
Secularium vero prioratum ne ad mag-
celre hrýre hýnðe ealsƿa hƿilum gelamp.
ni ruinam detrimenti, uti olim acciderat,
earmlice become mýd mýcelum embe-
miserabiliter deveniret, magna animad-
þance ⁊ mid amansumunge beon onfangen
versione atque anathemate suscipi
mýnstrum on halgum ƿislice forbeodende.
coenobii sacris sapienter prohibentes,
cinges huruþinga ⁊ cƿene hlaforðscýpe to
regis tantummodo & reginae dominium ad
halgre stoƿmunde ⁊ to cýriclicre æhte
sacri loci munimen & ad ecclesiasticae possessionis
fultum mid ƿillan sýmle gýrnan ge-
augmentum, voto semper efflagitare op-
ƿistendlicum ealra snotorlicust hig heton:·
tabili prudentissime jusserunt.

To cýnges soðlice neode ⁊ cƿene fæ-
Ad regis vero obsequium & reginae pa-
deras mýnstra ⁊ moddra sƿa aft fram-
tres monasteriorum matresque quotiens expedie-
ge. to halges mýnstres ðam hi ofen sýnt
rit, ad sacri coenobii cui praesunt,

* l. forte *nec quidquam*; sed ita Saxonice foret, na ænige þing.

note

I

note mid Godes ge ⁊ regules ge-
utilitatem, cum Dei timore & regulae ob-
healtsumnesse eadmodlice to gan.
servantia humiliter accedant.
Ricum na forintingan to gefeor-
Potentibus vero non causa convi-
digenne ac for mynstres note ⁊ be-
vandi, sed pro monasterii utilitate atque de-
serunge swa aft swa hit fremige ongean
fensione, quotiens expedierit, obvi-
gangende widinnan oððe wiðutan mynstre
andi intra infrave monasterium
leafe hi habban:·
licentiam habeant.
Ridende soþlice oððe feþan fær donde.
Equitando autem vel pedites iter agendo,
na ydelum spellum hi geæmtgan. ac oððe
non otiosis fabulis vacent, sed vel
sealmsangum hig þeawian oððe be þing neod
psalmodiis inserviant vel de re ne-
behæfum on alyfedom tyman hi spæcan:·
cessaria opportuno tempore loquantur.
Þisse besceawigende þ tida regollice na
Hoc considerantes ut horas regulares non
ridende ac of horsum lihtende cneowi-
equitando sed de equis desiliendo genu
gende. buton dæg freols hit beo. geda-
flectentes, nisi dies festiva fuerit, conve-
fenlice. swa swa hi magon. mid godcundra
nienter, ut potuerint, cum divina
on bryrnysse. hi gefyllan:·
compunctione, compleant.
Siþigende soðlice na geonglingas ac geþu-
Itinerantes vero non juvenculos sed adul-
gene ðæra mynegunge hi beon gebeterude.
tos quorum ammonitione meliorentur,
mid him on geferscipe gelædan:· Æt ham
secum in comitatu ducant. Domi
soþlice wunigende na þ an gebroþru ac
vero degentes non solum fratres sed
eac abbudas sam gunge oððe cildru
etiam abbates adolescentes vel puerulos non
mid earmum clyppende oððe mid lippum
brachiis amplexando vel labris
leohtlice cyssende. ac mid lufendum mo-
leviter deosculando, sed caritativo ani-
des willan. buton wordum hi wizendum. arwur-
mi affectu, sine verbis adulatoriis, reve-
þlice mid micelum wærscype lufian:· Ne to
renter cum magna cautela diligant. Nec ad
hyrsumnysse synderige ænigne hyra. ne
obsequium privatum quempiam illorum, nec
huru under gastelices þinges gywincge æn-
saltem sub spiritualis rei obtentu so-
lypigne utlædan geþristlætean ac eal swa se
lum deducere praesumant, sed, uti re-
regul byt under hys hyrdes wæccean *vel*
gula praecipit, sub sui custodis vigilan-
gymene syngallice wunige:·
tia jugiter maneant.
Ne se hyrde mid syndrigum ænigum cil-
Nec ipse custos cum singulo aliquo pue-
de butan ðriddan se gewitnyss ætstande
rulo sine tertio qui testis assistat
to farenne leafe hæbbe ac mid gewunan
migrandi licentiam habeat; sed solito
mid ealre scole. gif ðing gesceadlice swa ge-
cum tota scola, si res rationabilis ita exe-

arnd. ðyder neod ys. under swigean oððe
gerit, quo necesse est, sub silentio vel
sealmsangum on þeowigende mid bletsunge
psalmodiis inserviendo, cum benedictione
he fare:·
eat.
Tuna soþlice embe fær. buton neod
Villarum autem circuitus nisi necessitas
mycel togenyde. ⁊ ned be heres geraders to
magna compulerit, & necessariae rationis dis-
dal þ dihte *vel* scifte. worigende nates
cretio hoc dictaverit, vagando nequa-
hwon gelom læceon:·
quam frequentent.
Worulde manna soðlice gebeorscypas. buton
Saecularium vero convivia, ni
færunga færes cumlyðnys unmyndlunga o-
forsan itineris hospitalitas incpinate su-
fer becume. on nane wisan mid þristnysse
pervenerit, nullo modo ausu
dyrstigne naða ealdras naða underðeoddan
temerario nec praelati nec subjecti
geneosian geþristlæcean:·
adire praesumant.
Bigleofan mid gewihte gemete ⁊ getele.
Victum cum pondere mensura, & numero,
scrud. fæsten. forhæfednesse. wæccean.
vestitum, jejunium, abstinentiam, vigiliam,
swigean. hyrsumnesse god ⁊ oðre
taciturnitatem, obedientiae bonum & cætera
gehwilce þa mundboran ures þas eadigan
quaeque quae patroni nostri beati
Benedictes gesetednesse willice we on-
Benedicti traditione voluntarie susce-
fengon. Drihtnes ures Hælendes Cristes
pimus, Domini nostri Jesu Christi
geunendre gyfe mid eallum mægenum geheal-
annuente gratia, totis viribus custo-
dende:·
dientes.
Be gewunlicum ðas haligan regules þeawum
De consuetis sanctae regulae moribus
samðe fram þam foresædon fæder Benedicte
tam a praedicto patre Benedicto
samðe fram haligum æfter fyligendum ⁊ ge
quam a sanctis sequacibus & imi-
efenlaecendum hys. dælmælum mid þær micelum
tatoribus suis, partim cum magna
domes toseeade. mid syngalum gehealdað
examinis discussione, vagi custoditis
gewunan. forecedan cynges mynegunge gego-
usu, praedicti regis monitu fre-
dude ⁊ yldrena hæsum getrymede carfullice.
ti ac patrum imperiis confici solicite,
ealswa we be heton. on swa micelum swa mih-
uti polliciti sumus, in quantum vi-
ta helpað. ⁊ gastes haliges gifu on tiht.
res subpetent, & spiritus sancti gratia instinxerit,
to lufendre broþerlicre annysse geheal-
ad caritativam fraternae unitatis custo-
drumnesse writende uton onlihton. þ fram
diam scribendo dilucidemus, ut ab
him æces lifes edlean - ealle anræd-
ipso, aeternae vitae remunerationem cuncti con-
lice ⁊ bliðlice gehealdende onfon.
corditer & gratulabunde conservantes recipiant,
se ðe deþ anmode. ðæt is anes þeawes ear-
qui facit unanimes, id est unius moris habi-

10 O dian

ðian on huse. ðær is cyning God Godes ⁊
tare in domo; ubi est rex Deus Dei &
fæmnan sunu. se mid fæder ⁊ halgum gaste
virginis filius, qui cum Patre & Spiritu Sancto
leofað ⁊ ricsaþ God on worulda woruld:·
vivit & regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

Sequuntur capitula XII. de sacris monachorum & solennibus officiis, atque ea Benedictinis praeceptis aptata, unde etiam ipsissimus nonnunquam orationis & prooemii & capitulorum contextus petitur. Atqui, absolutis capitulis hisce, regia subjungitur sanctio, qua cautum est ne, demortuis coenobiarchis, ea quae εἰσδεκτικὰ jurisconsultis Graecis dicta, & Relevia seu potius Hereota nostratibus, ab iis qui succedunt, fisco penderentur. Antea enim pendi solebant, quod ex sanctione ipsa, quam hic subjicimus, liquet.

Ðas foresæde toforþan cyning þ he ðysse
Praefatus equidem rex ut hujus
lytlan boce endespæce eallswa anginn geleaf-
libelluli epilogum uti prohemium fide-
fullre ⁊ gesceadwislicre forþahtincge myne-
li ac rationabili exortationis moni-
gunge ongan riht geleaflice beluce mid
tu coepit, orthodoxe concluderet pru-
snoterum smeagende reþede. mid mycelum
denti discutiens examine, cum magno
hys cynelican mihtes anwealde forbeodende
suae regiae potestatis imperio interdicens
mærtilcust he het þ nan abbuda oððe abba-
magnopere jussit, ut nemo abbatum vel abba-
dyssena him stowe to þæm goldhordige
tissarum sibi locellum ad hoc thesaurizaret
eorþlice þ gewunlic gaful þ innlædisce he-
terrenum, ut solitus census quem indigenae He-
regeate gewanlice clypiaþ. þ for þyses ear-
riatua usualiter vocitant, qui pro hujus pa-
des magum æfter gewitenege cynnegum
triae potentibus post obitum, regibus
beon geseald gewunys. þanon for him. woruld-
dari solet, unde pro eis, saecula-
bera gæfenlæcinege. beon geseald miht. hi
rium imitatione, dari posset, ha-
hæfdon. ⁊ swa on Ananian ⁊ Safiran amansu-
berent, & sic Ananiae & Saphyrae anathe-
munge hreosende to mycelum hys saple fo-
mate corruentes ad magnum suae animae de-
rwyrde haliges regules bebodu. syndrige
trimentum sanctae regulae praecepta, peculiaria
ealle forbeodende. to nahte gedydon:· Ac
omnia prohibentia, adnullarent. Sed
þ samþe hi sylfum sam eallum æftergenc-
hoc tam sibi quam cunctis successori-
gum hyra for abbud oððe abbudyssan beon
bus suis pro abbate vel abbatissa da-
geseald on Cristes þæs gespelian hi synd
ri in Christi cujus vicarii sunt
⁊ hys modor Marian ⁊ ealra halgena
ejusque genetricis Mariae ac omnium sanctorum
naman mid æcum he forbead anwealde:· Dæt
nomine aeterno prohibuit imperio. Hoc
soþlice mid welwyllendre tihtincga myngiende
autem benevola intentione hortando
helærde þ mynstra fædras ⁊ moddra swa
suasit ut monasteriorum patres matresque quae-
hwilce ofer gewunan neadbehefe gestaþelian.
cunque super usus necessarios restaverint,
ðurh handa ðearfena on heofenlice mid mi-
per manus pauperum in coelestes cum mag-
celre ⁊ singalre onbryrdnysse gelogian gold-
no & jugi compunctione recondant the-
hordu þ lichaman on eorþan wunigendum
sauros quo corpore in terra degente
mod þær drohtnegende underfiligede fu-
animus ibi conversando subsequens ma-
nige ðar ge gold hordum mid endebyrdnesse
neat ubi thesauros ordine
foresend rihtwisustre:· Gyf ænige
praemisit justissimo. Si quae vero,
ylðran gewitendum belifan. se æfter ab-
priore obeunte, superfuerint, subsequens ab-
bud swa þæs haligan gastes gyf ongebrincþ
bas ut sancti spiritus gratia instinxerit,
na ðam magon flæsclicum oððe ricum
non propinquis carnalibus vel tyrannis
weoruldlicum æfter ðæs ærran dihte
saecularibus secundum anterioris dictatum
dælende ac neodum gebroþra ⁊ þear-
dividendo, sed necessitatibus fratrum & paupe-
fena helpende. fortende mid gebroþra ge-
rum subveniendo, ordinans cum fratrum con-
ðeahte wislice dihte:·
silio, sapienter disponat.

Idem jus postea semper apud nos in usu, praeterquam ubi mos singularis aut pactum ejusmodi praestationem exigeret. Qua de re consulendi, si placet, Bractonus lib. de acquirendo rerum dominio cap. 35. §. 4. Codex Breton dictus capite de Homagiis, 3. Ed. 3 fol. 76. b. 20. Ed. 3. tit. Avowry 124. & tit. Relief 8. 3. Hen. 4. fol. 2. a. 8. Rich. 2. tit. Relief 14. Et de *Hereoto* seu Heregeate Saxonico, sive relevamento aut relevatione seu relevamine (uti vocabant) videsis legum Canuti regis cap. 68. & 69. & leges Edwardi Confessoris cap. de Heretochiis, quibus haec adjungas ex tabulis Angliae censualibus, sub Gulielmo primo, publica fide conscriptis atque etiamnum in archivo fiscali servatis. *In Cantia quando moritur* (ita tabulae illae) *Alodiarius, rex inde habet relevationem terrae, excepta terra S. Trinitatis, & S. Augustini, & S. Martini, & exceptis his, Godric de* Burnes, *& Godric de* Carlesone, *& AElnold* Cilt, *& Esber* Biga, *Seret de* Cilleham, *&* Turgis *&* Norman *&* Azor. *Super istos habet rex forisfacturam de capitibus eorum tantummodo, & de terris eorum habet relevamen qui habent suam socam & sacam.* Et in civitate Herefordensi. *Burgensis cum caballo serviens cum moriebatur, habebat rex equum & arma ejus. De eo qui equum non habet si moreretur, habebat rex aut* X *solidos aut terram ejus cum domibus. Item in* Arcenfeld *(quod nunc* Irchinfeild *dicimus) pagi Herefordensis villa, habet rex, ut in tabulis illis legitur, tres ecclesias. Presbyteri harum ecclesiarum ferunt legationes regis in* Wales; *& quisque eorum cantat pro rege* II *missas unaquaque hebdomada. Si quis eorum moritur, rex habet de eo* XX *sol. per consuetudinem.* Vide etiam Camdenum in Pago Berokiensi de Tainorum relevamine. Atque alia ejusmodi reperiuntur. Sed de his obiter.

Caeterum quod ad sedulam Edgari in novandis solitariae vitae institutis curam atque navatam operam porro attinet; extat etiamnum codex, ejus jussu literis aureis pulcherrime exaratus, quo ea novo Wintoniae monasterio instauravit. Praefatione ad illius aevi morem satis turgida (quae aliquot paginas occupat nec tamen ad rem omnino facit) hic praetermissa, quod reliquum est, etiam exhibemus.

EGO Edgar divina favente gratia totius Albionis Basileus, rimari magnopere coeperam quid operum studio exercerem ut ad tantam gloriam perveniens Christi sanctorumque ejus, coelo collocatus, contubernio coronatus fruerer, tantamque inferni miseriam devitarem; instigante etenim Domini clementia, occurrit animo, ut ipse criminibus cessarem cunctis atque bonis operibus insistens forma factus gregi quosque nostri regiminis gubernamine degentes lucrifacerem. Quosdam igitur suasionibus invitans ad praemia, quosdam terroribus compellans ad gloriam, bona aedificans, mala, ut Domino facientes potui, dissipavi. Scriptum quippe per Hieremiam memini prophetam : Ecce constituite super gentes & desuper regna ut evellas & destruas, & disperdas, & dissipes, & aedifices, & plantes. *Talibus igitur exortatus doctrinis quibus nos Dominus per prophetam clementer ammonuit, agens, Christo faciente, in terris quod ipse juste egit in coelis, extricans videlicet Domini cultura criminum spurcitias, virtutum semina sedulus agricola inserui.*

* Qua ratione clericos eliminans, monachos collocavit.

TImens, igitur, ne aeternam incurrerem miseriam si adepta potestate non facerem, quod ipse qui operatur omnia quae in coelo vult, & in terra suis exemplis justus examinator innotuit, vitiosorum cuneos canonicorum e diversis nostri regiminis coenobiis Christi vicarius eliminavi. Quod nullis mihi intercessionibus prodesse poterant, sed potius ut beatus ait Gregorius, justi vindictam judicis provocarent qui variis vitiorum naevis contaminati non agentes quae Deus jubendo volebat, omnia quae nolebat rebelles faciebant, avidus inquisitor advertens, gratos Domino monachorum cuneos qui pro nobis incunctanter incederent nostri juris monasteriis devotus hilariter collocavi.

Quod sancti Spiritus gratia compunctus abbatem & monachos constituit monasterio.

HAC itaque ratione, sancti Spiritus attactus flamine, locum Domini mundans, Wintaniensis ecclesiae novi monasterii arcisterium nostro Salvatori, ejusque genitrici semper virgini Mariae, & omnibus apostolis, cum caeteris sanctis dicatum restauravi.

Sciens scriptum consentientes & facientes pari constringuntur poena, *rebelliones omnipotentis voluntati obviantes possessionem Domini usurpare non sustinens, clericos lascivientes repuli, ac veros Dei cultores monachico gradu fungentes, qui pro nostris, nostrorumque inibi quiescentium excessibus sedulo intercederent servitio quo eorum intercessionibus nostri regiminis status vigeret munitus, abbatem, Christo cooperante, eligens, altithrono subjectus, illic devote ordinavi.*

Hoc subnixe efflagitans deposco ut quod in suis egi, hoc agat in mihi ab ipso conlatis, scilicet, adversarios nostros dejiciens, amicos sublimando provehat, ut inimicos sanctae Dei ecclesiae deprimens, amicos ejus, monachos videlicet, beatificans justificavi.

De illorum anathemate qui monachis insidiantur.

SI autem qualibet occasione, diabolo instigante, contigerit, ut fastu superbientes arrogantiae, dejecti canonici monachorum gregem quem ego venerans cum pastore in Dei constitui possessione, dejicere insidiando voluerint, agatur de eis, & de omnibus qui quolibet munere caecati juvamen eis impenderint, quod actum est de angelis superbientibus & de protoplasto diaboli fraude seducto ut paradisi videlicet limitibus sublimibus regni coelorum sedilibus ejecti, cum his qui Domini famulatum aspernentes contempserunt barathri incendiis detrusi jugi crucientur miseria.

Nec inde evulsi se glorientur evasisse tormenta, sed cum Juda Christi proditore, ejusque complicibus acheronte conglutinati, frigore stridentes, fervore perusti, laetitia privati, moerore anxii, catenis igneis compediti, lictorum metu perculsi, scelerum memoria confusi, totius bonitatis recordatione semoti, aeterno lugubres punientur cruciatu.

Item de anathemate insidiantium.

*QVI autem jam praedictos novi Wintaniensis ecclesiae coenobii monachos vel quoslibet ejusdem ordinis nostro regimine degentes, e monasterii quae vitiorum spurcitiis expurgans, Jesum Christo Domino nostro victo daemone, adquisivi, eliminare praesumens voluerit, anathema sit, & eadem maledictione qua Cain parricida qui fratrem suum Abel (stimulante invidia) lividus interemit, mastigia addictus est, sine termino teneatur obnoxius, atque in Dei persecutione continuo perseverans, in hac vita nullum dignitatis adquirat honorem, nec in futuro sine miseria unquam persistat; sed eum Ananiae & Saphirae una * Stix porrigi ne * ejulantem crucians complectatur.*

De benedictione monachos venerantium.

QVicunque praetitulatos monachos bonis quibuslibet locupletans ditare voluerit, creator cuncti tenens clementer eos eorumque progeniem totius ubertate prosperitatis, hic & in futuro saeculo, ditando, locupletet.

Scriptis decenter eorum in libro vitae nominibus cum Christo portionem in coelorum habitaculis habeant qui monachos suos quos nostris congregatos temporibus possidet, vel verbis vel factis sanctitatis studio honoraverint.

Quales & qualiter monachi in hoc monasterio conversentur.

REgulares igitur monachi non saeculares in praefato, Christo comite, degentes monasterio regularibus moribus obtemperent.

* Ad hunc modum sanctionis capita in ipso autographo distinguuntur.

Patres

*Patres * venerates spirituales sanctorum patrum imitentur exempla, nil agentes nisi quod communis monasterii regula, vel majorum demonstraverit norma.*

A saecularibus igitur pompis remoti toto nisu corporis custodiant & animae castitatem.

Humilitatis studio pollentes, corpus parsimoniae vigore munientes alacri constringant animo.

Civium convivae intra urbem perpetuo interdictu fieri erubescant.

In civitate degentes, in refectorio pompaticas lascivasque saecularium delicias, ut melancoliam aporiantes, licitis caritativi utantur cibariis.

Extra refectorium autem minime, nisi domo infirmorum aegroti decubuerint edentes licite quae jussi fuerint.

Sacri summique ordinis hospites, si ratio exegerit, & peregrini ordinati longo terrarum spatio venientes ad abbatis mensam in refectorio cautissime invitentur.

Laicis in hospitio condecens exhibeatur humanitas.

Et monachorum quispiam manducandi vel bibendi cum eis secundum patrum decreta licentiam non habeat.

In refectorio autem edendi causa vel bibendi non introducantur.

Pauperes, ut Christus, ingenti cordis suscipiantur tripudio.

De abbatum electione.

DIvinarum studio literarum luculentissime eruditi, orationum frequentia assidue occupati, caritatis amplexu laetissimi, fidei exercitio promtissimi, spe provehente sincerissimi, pace concorditer fixi, omniumque virtutum flore decorati ad finem usque coeptum tantae bonitatis initium, Christo juvante, perducentes, eadem gloriosi fruantur libertate, quam beatus patronus Benedictus omnibus regulari praecepto subjectis instituit.

Scilicet ut post abbatis obitum tunc temporis regentis abbatem ex eadem ordinent congregatione quem sibi omnis concors congregatio sive pars, quamvis minima, congregationis salubriori elegerit consilio.

Qualiter rex abbatem & monachos venerantes muniat.

REges itaque quicunque nostri fuerint successores nullam extraneam personam jus tyrannidis super monachos exercentem imponant, ne forte Deus eos damnans, & regno deponat & vita.

Electum vero a fratribus Christi vicarium dignanter suscipiant, eumque caritatis igne succensi locupletando venerentur.

Juvamen, in quantum indiguerit, Christi amore compuncti alacriter impendant.

Mutuo namque confortati juvamine in nullo a regularibus praeceptis discordantes, Domini gregem, non mercenarii sed pastores fidissimi, luporum rictibus eximentes, intrepidi defendant.

Qualiter abbas & monachi regem a daemonum temptatione eripiant.

ABbas autem armis succinctus spiritualibus monachorum cuneo hincinde vallatus, carismatum coelestium rore perfusus aerias daemonum expugnans versutias, regem omnemque sui regiminis clerum Christo (cujus virtute dimicant juvante) a rabida hostium persecutione invisibilium sollerter spiritus gladio defendens, fidei scuto subtili protegens, tutamine robusto proelians, triumpho miles eripiat inperterritus.

Qualiter rex abbatem & monachos ab hominum persecutione defendat.

REX itidem terrenus, coelestis castra regis fortissimo roborans munimine, armis saecularibus visibiles expugnans adversarios, hostiumque rabiem saevientium adnihilando dejiciens, conditoris sui pascua gregemque sollicita inexpugnabilis tueatur custodia, quatenus ad vitae bravium perveniens, aeternis tripudians fruatur bonis quae nec oculus videre aliquatenus potuit humanus, nec in hominis cor ullatenus ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se.

De monasticae possessionis libertate.

SINT praefati monasterii rura omnisque monachorum possessio in rebus magnis vel modicis internis vel externis in urbanis vel suburbanis praediis, campis, pratis, pascuis, sylvis, molendinis, rivulorum cursibus, aeterna libertate in Christi nomine ejusque genitricis ditata.

Quod nullus saecularium monasterii possessionem inlicite usurpet.

SAEcularium quispiam ausu temerario jus tyrannidis non in Christi cultura praesumptuosus exerceat.

Non minuat, instigante diabolo, quod sancti Spiritus instinctu tam a me quam a praedecessoribus meis necnon a catholicis utriusque sexus hominibus largiflua concessum est dapsilitate.

De benedictione augentium.

AUgenti tribuat rerum cunctarum opifex tranquillum vitae praesentis excursum, longaevam instantis temporis vitam, futuram aeternae beatitudinis talionem, sufficientem victualium ubertatem, interminabile prosperitatis augmentum, copiosum virtutum omnium juvamen.

De maledictione minuentium.

MInuentem perpetua possideat miseria.

In Domini manens persecutione, ejus genitricis sanctorumque omnium incurrat offensam.

Praesentis vitae adversitas illi semper eveniat.

Nulla ei bonitatis accidat prosperitas.

Omnia ejus peculia inimici vastantes diripiant.

In futuro autem aeterni miserrimum cum aedis in sinistra positum damnent cruciatus, si non satisfactione emendaverit congrua quod in Domini usurpans detraxit censura.

Quibus modis saecularibus obtemperent, & quod nullius reatus hoc Domini privilegium minuere valeat.

TRibus tantummodo causis, saecularibus obtemperent praeceptis; rata videlicet † Expeditione, Pontis Arcisve constructione, alias aeterna ditati glorientur libertate.

† Videsis Matt. Paris Ann. 1244. pag. 838. edit. Londin. & 44. Ed. 3. fol. 25 a Knivet.

 Reatus

Reatus quippiam, si incitante daemone, seductus vel abbas vel fratrum aliquis fragiliter, quod absit, contraxerit, justitia purgante secundum regulare praeceptum abolitus damnetur, maneatque praefatae munificentiae libertas altithrono per nostram humilitatem oblata ad monachorum usus gratuite sibi famulantium inviolabilis aeterna libertate jocunda, quia Deus qui hanc privilegii largifluam donationem locumque cum universa monachorum familia ruraque omnia sacro subjecta coenobio possidet, nunquam reatum commisit, nec ullo unquam tempore committet.

Sit igitur praefata libertas aeterna, quia Deus libertatis possessor aeternus est.

Quoties & quare in anni circulo hoc fratribus legatur privilegium*.

ANno Incarnationis Dominicae DCCCCLXVI. *scripta est hujus privilegii singrapha, his testibus consentientibus quorum inferius nomina ordinatim caraxantur.*

✠ *EGo Eadgar divina largiente gratia Anglorum basileus hoc privilegii donum nostro largiens redemptori locoque ejus sanctissimo primus omnium regum monachorum inibi collegium constituens, manu propria signum agiae crucis imprimens confirmavi.*

✠ *Ego Dunstan Dorobernensis ecclesiae archiepiscopus largifluam benevoli regis donationem venerans, crucis signaculo corroboravi.*

✠ *Ego Eadmund Clito legitimus praefati regis filius crucis signaculum, infantili florens aetate, propria indidi manu.*

✠ *Ego Eadweard eodem rege Clito procreatus praefatam patris munificentiam crucis signo consolidavi.*

✠ *Ego AElfthryth legitima praefati regis conjunx, mea legatione monachos eodem loco rege annuente constituens, crucem impressi.*

✠ *Ego Eadgifu praedicti regis ava hoc opus egregium crucis taumate consolidavi.*

✠ *Ego Oscytyl Eboracensis ecclesiae archiepiscopus confirmavi.*

✠ *Ego Athelwold ecclesiae Wintoniensis episcopus regis gloriosissimi benevolentiam, abbatem, mea altum mediocritate, & alumnos, quos educavi, illi commendans, crucis signaculo benedixi.*

✠ *Ego AElfstan Lundoniensis ecclesiae pontifex consolidavi.*

✠ *Ego Osulf episcopus confirmavi.*

✠ *Ego Oswold episcopus consignavi.*

✠ *Ego Alfwold episcopus consolidavi.*

✠ *Ego Byrehtelm episcopus confirmavi.*

✠ *Ego AElfstan episcopus consolidavi.*

Ego Eadelm episcopus confirmavi.

✠ *Ego Athulf episcopus consignavi.*

✠ *Ego Wynsige episcopus confirmavi.*

✠ *Ego AEscwig abbas consolidavi.*

✠ *Ego Osgar abbas consignavi.*

✠ *Ego Ordbyriht abbas.*

✠ *Ego AElfstan abbas.*

✠ *Ego AEthelgar primus huic loco abbas ordinatus, Christo gubernante, vigui.*

✠ *Ego AElfhere dux.*

Ego AElfh dux.

Ego Ordgar dux.

Ego Ethelstan dux.

✠ *Ego Ethelwine dux.*

Ego Beortnoth dux.

Ego AElfwine † m.

Ego Byrhtferth m.

Ego Osweard m.

Ego AEthelweard m.

Ego AElfweard m.

Ego Be:::::: m.

Ego AElfwin m.

Ego Wulfstan m.

Omnes qui nominatim hoc privilegio, regis jussu, descripti videmus, posteritatis nostrae prosapiam subnixe deposcimus, ut manuum nostrarum vadimonium, Christi cruce firmatum, nequaquam violantes irritum faciant. Si successorum quispiam temeritatis ausu violare praesumserit, corporis & sanguinis Jesu Christi participatione privatus, perpetua damnatus perditione, anathema sit, nisi, divino propitiante respectu, ad humilem satisfactionem resipiscens conversus fuerit.

Atque de insigni hac solitariae vitae instauratione, intelligendum est illud Henrici Huntingdonensis in Edgari regis elogio,

Templa Deo, templis monachos, monachis dedit agros.

Levi eandem rem pede transeunt historici nostri, inter quos consulendus, si placet, Florentius Wigorniensis, sub annis DCCCCLXIV & LXIX & LXX. uti etiam Matthaeus Florilegus, & quod ii sexagesimo quarto supra nongentesimum anno tribuunt, de novo illo Wintoniae coenobio, in sexagesimum sextum transferendum est, si fides habenda (& habenda plane est) regio diplomati quod jam inseri supra curavimus. Videsis porro quae occurrunt apud Surium die 5 Octob tom. 5. & Baronium tom. 10. ann. 970. ubi hae sanctiones, quae expressissimis verbis Edgarum sui autorem non semel luculentissime agnoscunt, breviter memorantur ac si Dunstanum solummodo & Johannem XIII. pontificem Romanum autores habuissent. Quin Edgari item oratio ad antistites de ea, quam diximus, instauratione extat apud Ailredum abbatem Rhivallensem in MS. epistolica historia ad Henricum II. Atque observatu quidem est dignissima, ea ipsa est quam laudat V. C. Isaacus Casaubonus in epistola Exercitationibus praefixa, atque ita se habet fideliter transcripta ex eisdem MSS. quibus ipse usus est.

QUoniam ‡ magnificavit Dominus misericordiam suam facere nobiscum, dignum est, o patres reverendissimi, ut innumeris beneficiis illius, dignis respondeamus operibus. Neque enim in gladio nostro possidemus terram, & brachium nostrum non salvavit nos, sed dextra ejus, & brachium sanctum ejus; quoniam complacuit illi

* Deest hoc loco in autographo, ni fallor, quaternio; adeoque & caput illud cujus habetur hic lemma, & alia forsan desiderantur. Sed quae sequuntur exscribimus.

† *Minister*; quod *Thanus* seu ðegen erat Saxonibus, qui nempe plerumque, ut regius cliens aut minister aulicus, fundum eo nomine possidebat.

‡ Anglice habetur apud Fox. Hist. Ecclesiast. lib. 4 pag. 153.

*in nobis. Justum proinde est ut qui omnia subjecit sub pedibus nostris, subjiciamus illi & nos & animas nostras, & ut hii, quos nobis subdidit, ejus subdantur legibus, non segniter elaboremus. Et mea quidem interest, laicos cum aequitatis jure tractare, inter virum & proximum suum justum judicium facere, punire sacrilegos, rebelles comprimere, eripere inopem de manu fortiorum ejus, egenum & pauperem a diripientibus eum. Sed & meae solicitudinis est ecclesiarum ministris, gregibus monachorum, choris virginum, & necessaria ministrare, & paci eorum ac quieti consulere. De quorum omnium moribus ad nos spectat examen, si vivunt continenter, si honeste se habent ad eos qui foris sunt, si in divinis officiis solliciti, si ad docendos populos assidui, si victu sobrii, si moderati habitu, si in judiciis sunt discreti. Pace vestra loquor, reverendi patres, si ista sollerti scrutinio curassetis, non tam horrenda & abominanda ad aures nostras de clericis pervenissent. Taceo, quod nec illis est corona patens, nec tonsura conveniens, quod in veste lascivia, insolentia in gestu, in verbis turpitudo, interioris hominis loquuntur insaniam. Praeterea in divinis officiis quanta sit negligentia, cum sacris vigiliis vix interesse dignentur, cum ad sacra missarum solennia ad ludendum vel ad ridendum magis quam ad psallendum congregari videantur. Dicam, dicam quod boni lugent, mali rident, dicam dolens (si tamen dici potest) quomodo diffluant in comessationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitiis, ut jam domus clericorum putentur prostibula meretricum, & conciliabula histrionum. Ibi aleae, ibi saltus & cantus, ibi usque ad medium noctis spatium protractae in clamore & horrore vigiliae. Sic, sic, patrimonia regum, eleemosynae pauperum, immo (quod magis est) illius pretiosi sanguinis pretium profligatur. Ad hoc igitur exhauserunt thesauros suos patres nostri, ad hoc fiscus regius, distractis redditibus multis, detumuit, ad hoc ecclesiis Christi agros & possessiones regalis munificentia contulit, ut deliciis clericorum meretrices ornentur, luxuriosa convivia praeparentur, canes & aves ac talia ludicra comparentur! Hoc milites clamant, plebs submurmurat, mimi cantant & saltant, & vos negligitis! vos parcitis! vos dissimulatis! Ubi gladius Levi, & zelus Simeonis, qui scorto abutentes filia Jacob Sichimitas eorum habentes figuram, qui Christi ecclesiam pollutis actibus foedant, etiam circumcisos succiderunt? Ubi spiritus Moysi qui * caput vituli adorantibus etiam domesticis sui sanguinis non pepercit? Ubi pugio Phinees sacerdotis qui fornicantem cum Madianita confodiens sancta hac aemulatione Dominum placavit iratum? Ubi spiritus Petri cujus virtute perimitur avaricia, haeresis Simoniaca condemnatur? AEmulamini, o sacerdotes, aemulamini vias Domini, & justicias Dei nostri. Tempus faciendi contra eos qui dissipaverunt legem dei. Ego Constantini, vos Petri gladium habetis in manibus. Jungamus dextras, gladium gladio copulemus, ut ejiciantur extra castra leprosi, ut purgetur sanctuarium Domini, & ministrent in templo filii Levi, qui dixit patri & matri nescio vos, & fratribus suis ignoro † vos. Agite quaeso sollicite ne poeniteat nos fecisse quod fecimus, dedisse quod dedimus, si viderimus illud non in Dei obsequium sed in pessimorum luxuriam impunita libertate consumi. Moveant vos sanctorum reliquiae quibus insultant veneranda altaria, ante quae insaniunt. Moveat vos antecessorum nostrorum mira devotio, quorum eleemosynis vesania clericalis abutitur. Proavus meus, ut scitis, totam terram suam ecclesiis, & monasteriis ‡ decimavit. Sanctae memoriae atavus meus AEluredus, ut ecclesiam ditaret, non thesauris suis, non patrimonio, non sumptibus, non redditibus parcendum putavit. Avus meus senior Eduvardus quanta contulerit ecclesiis, vestram paternitatem non latet. Pater meus & frater ejus quibus donariis Christi altaria cumulaverint, meminisse vos decet. O pater patrum Dunstane contemplare, quaeso, patris mei oculos, ab illa lucida coeli plaga in te radiantes; audi querulas ejus voces cum quadam pietate in auribus tuis resonantes. Tu mihi, pater Dunstane, tuum de construendis monasteriis, de ecclesiis aedificandis consilium salubre dedisti, tu mihi adjutor in omnibus, & cooperator extitisti; te quasi pastorem & episcopum animae meae morumque meorum custodemque elegi! Quando non tibi parui? quos unquam thesauros tuis consiliis praetuli? quas possessiones, te praecipiente, non sprevi? Si quid pauperibus dandum existimabas, praesto fuit. Si quid conferendum ecclesiis judicabas, non distuli. Si quid monachis clericisve deesse querebaris, supplevi. AEternam dicebas esse eleemosynam nec aliam fructuosiorem, quam quod monasteriis, ecclesiisve confertur, quo & Dei servi sustentantur, & quod superest pauperibus erogatur. O praeclaram eleemosynam! O dignum pretium animae! O pecatorum nostrorum salubre remedium! quod a sinu Sibyllae in peregrini muris pellicula foetet; quod ejus auriculas ornat, quod componit digitulos, quod corpus delicatum in bisso stringit & purpura. Hiccine est, pater, eleemosynarum mearum fructus? Hiccine desiderii mei tuaeque promissionis effectus? Quid huic patris mei querimoniae respondebis? Scio, scio, cum videbas furem non currebas cum eo, nec cum adulteris portionem tuam ponebas. Arguisti, obsecrasti, increpasti. Contempta sunt verba, veniendum est ad verbera. Habes hic tecum venerabilem patrem AEdelwoldum Wintoniensem episcopum, habes reverentissimum praesulem Wigornensem Oswaldum. Vobis istud committo negotium, ut episcopali censura & authoritate regia turpiter viventes de ecclesiis ejiciantur, & ordinate viventes introducantur.*

Ex MSS. autem hic adjicere visum est, tametsi etiam in quarta parte libelli *De vera differentia regiae potestatis & ecclesiasticae* sub Henrico VIII. editi reperiatur; libellus iste habetur in Melchioris Goldasti monarchiae tom. 2. pag. 22. & Oratio ipsa pag. 42.

* Caput Vituli pro ipso Vitulo ab Israelitis adorato, usurpant Tertullianus, Optatus, Lactantius, alii; quod fusius notavimus syntag. 1. de Diis Syris, cap. 4. † In uno MS. *illos.* vide Deuteronom. cap. xxxiii. comm. 10. ‡ De Ethelulpho rege loquitur. Decimationem illam memorant G. Malmesburiensis, Ingulphus, Florilegus, alii. Sed de ea re, vide si placet, compluria in historiae nostrae decimarum, cap. 8. §. 4.

Pag.

Pag. 5. lin. 3. *Cum omnibus quae ferebat*, &c. *Pro ritu loci, captivati addicitur.*] Mos priscus etiamnum restat fere per omnia littora christiani orbis, ut naufragorum bona fisco applicentur; quod tamen apud Anglos haut obtinet nisi ubi neque homo quispiam neque canis aut felis vivus evaserit. De littore Gallico videndus Bertrandus Argentraeus in Consuet. Britan. tit. *De Droicts du Prince* art. 56. §. 45. Carol. de Grassalio Jure Franc. 20. De Neapolitano, Andraeas de Isernia ad Constit. Neapol. 1. & Matthaeus Afflictus in Constit. Neapolit. lib. 1. tit. 59. De aliis, idem Bertrandus, Choppinus de Domanio, lib. 1. tit. 15. Bodinus de Rep. lib. 1. cap. 10. alii. Sed aliter jus Caesareum. *Quod enim jus* (inquit Antoninus imperator) *habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur?* C. de Naufragiis l. 1. Et qui naufragorum christianorum bona rapiunt, anathemate ferit jus pontificium in extra. De raptoribus, c. 3. Excommunicationi, & in sanctione illa pontificia bulla Coenae Domini dicta, ad quam videndus Bartholomaeus Ugolinus libro de censuris. Dominum autem terrae intellige hic Guidonem comitem Pontivum sive Pontivi, Picardiae scilicet provinciae maritimae, atque Normanniae vicinae.

Pag. 6. lin. 24. *Quemquam in omni dominatione sua constitutum Romanae urbis pontificem pro apostolico, nisi se jubente, recipere.*] Hoc ipsum agnoscit, & eum, qui in hanc sanctionem peccaret, etiam laesae majestatis seu perduellionis reum pronunciat Guillielmus II. eodem libro. Huc spectat epistola illa Guillielmi I. qua obsequii fideique professionem Gregorio VII. pontifici Romano eam per nuncium petenti, avito juri subnixus pernegat. Ea se ita habet in MS. codice epistolarum Lanfranci archiepiscopi Cantuariensis.

EXcellentissimo sanctae ecclesiae pastori Gregorio, gratia Dei Anglorum rex, & dux Normannorum Willielmus, salutem cum amicitia. Hubertus legatus tuus, religiose pater, ad me veniens ex tua parte me admonuit, quatenus tibi & successoribus tuis fidelitatem facerem & de pecunia, quam antecessores mei ad Romanam ecclesiam mittere solebant, melius cogitarem. Unum admisi, alterum non admisi. Fidelitatem facere nolui, nec volo; quia nec ego promisi nec antecessores meos antecessoribus tuis id fecisse comperio. Pecunia tribus ferme annis, in Galliis me agente, negligenter collecta est. Nunc vero, divina misericordia me in regnum meum reverso, quod collectum est per praefatum legatum mittitur. Et quod reliquum est per legatos Lanfranci archiepiscopi fidelis nostri, cum opportunum fuerit, transmittetur. Orate pro nobis & pro statu regni nostri, quia antecessores vestros dileximus, & vos prae omnibus sincere diligere & obedienter audire desideramus.

Pecunia, quam memorat, vectigal illud est quod Romano pontifici concessum olim ab Ina occiduorum Saxonum rege, Petri Denarii vulgo appellatur. Sed mirum interea, undenam Bertoldus Constantiensis, tam falso affirmarit in appendice ad Hermannum Contractum sub anno MLXXXIV Guilielmum victorem, *totam terram Anglorum Romano pontifici tributariam fecisse, nec aliquem in sua potestate aliquid emere aut vendere permisisse quem apostolicae sedi inobedientem deprehenderet.* Fallit plane & fallitur; & illius aevi res apud Anglos gestae manifestissime reluctantur. Pontifex autem Romanus, apostolicus hic vocatur, uti passim tum apud hunc autorem tum eos qui & coaetanei sunt & vetustiores. Vocabulum aliis promiscue tributum est antiquitus episcopis, postmodum vero Romano pontifici proprium nomen factum est, vide de ea re Gregorium Magnum lib. 6. indict. 15. epist. 37. & quae notavit doctissimus Isaacus Casaubonus in Exercitationibus ad annales Baronii, §. 4. ann. 32. num. 5. Atque in jurisconsultorum nostratium commentariis vetusto Gallorum idiomate consarcinatis, l'Apostoille frequenter item denotat, uti non semel apud Gotofredum Vilhardovinum in prisca illa historia Constantinopolitana Gallice conscripta, idem reperitur. Tralatitium enim est nomina primo complurium aeque communia, singularis alicujus dignitatis significatione postea coerceri, uti videre est in ducis, comitis, militis, presbyteri, diaconi, etiam & papae. Papa enim olim omnibus episcopis tribuebatur in occidentis imperio, quod videre est apud Sidonium atque alios passim, & Joannes patriarcha Alexandrinus, ὁ Παππᾶς Ἀλεξανδρείας appellatur in lemmate epigrammatis Anthologiae lib. 3. cap. 1. Quin aevi orientalis imperii citeriori, etiam papa haut aliud quam primum seu infimum sacri ordinis gradum designabat. Id liquet ex Isaacii Comneni imperatoris, circa annum salutis MLVIII sanctione qua περὶ τοῦ κανονικοῦ seu honoraria ejus, qui in sacros ordines cooptandus erat, praestatione legem tulit. Statuit enim ut eo nomine nullus episcopus plusquam septem aureos nummos acciperet, unum scilicet ὅτε ποιεῖ αὐτὸν λιτὸν παπᾶν ἤτοι ἀναγνώστην, τρία δὲ, ὅτε χειροτονεῖ αὐτὸν διάκονον, καὶ ἕτερα τρία ὅτε κληροῖ αὐτὸν ἱερέα ἤτοι πρεσβύτερον; id est, *unum quando facit eum simplicem papam sive lectorem, tres quando diaconum eum instituit, & qui caeteri sunt tres, quando integram sacerdotis seu presbyteri dignitatem ei confert.* Atque πρωτοπαππᾶς dicebatur qui sive legendo sive alia ministeria obeundo vices patriarchae Constantinopolitani seu τὰ δεύτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως, quae verba sunt Codini, gerebat. Comneni autem sanctio quam memoramus, occurrit apud Theodorum Balsamonem ad Photii Nomocanonis titulum de Fide.

Ibid. lin. 28. *Primatem quoque regni sui non sinebat quicquam statuere aut prohibere nisi quae suae voluntati accommoda.*] Quantus item fuerit Guilielmus iste in imperio quod circa sacra exercetur, palam videre est in diplomate ejus quo, coenobio, quod a Bello in quo vicit Haraldum ad littus Suffexianum denominari voluit, pluria privilegia tam sacris officiis quam jurisdictioni Episcopi Cicestrensis derogantia, stylo perquam imperioso concessit. Illud ex ipso autographo quod etiamnum, sigillo regis appenso, servatur in thesauro quantivis pretii Cottoniano, subjungam.

WIllielmus Dei gratia rex Anglorum, tam clericis quam laicis per Angliam constitutis, salutem. Notum sit vobis, me concessisse & confirmasse, assensu Lanfranci archiepiscopi Cantuariensis, & Stigandi episcopi Cicestrensis, & consilio etiam episcoporum ac baronum meorum, ut ecclesia sancti Martini de Bello, quam fundavi ex voto ob victoriam quam mihi Deus in eodem

dem loco contulit, libera ſit & quieta in perpetuum ab omni ſervitute & omnibus quaecunque humana mens excogitare poteſt, cum omnibus dignitatibus & conſuetudinibus regalibus quas ei regali auctoritate conceſſi, ſicut cartae * *meae teſtantur. Volo itaque, & firmiter praecipio, quatenus eccleſia illa, cum leuga circumquaque adjacente, libera ſit ab omni dominatione & oppreſſione epiſcoporum, ſicut illa quae mihi coronam tribuit, & per quam viget decus noſtri regiminis. Nec liceat epiſcopo Ciceſtrenſi, quamvis in illius dioeceſi ſit, in eccleſia illa, vel in maneriis ad eam pertinentibus ex conſuetudine hoſpitari, contra voluntatem abbatis; nec ordinationes aliquas ibidem facere, nec abbatiam in aliquo gravare. Sed neque ſuper illam, dominationem aliquam, aut vim, vel poteſtatem exerceat, ſed, ſicut mea dominica capella, libera ſit omnino ab omni ejus exactione. Ad ſynodum vero abbas ire non ſummoneatur nec compellatur, niſi propria voluntate pro aliquo negotio ire voluerit. Nec monachos ſuos, ubi ſibi opportunius viderit, ad ſacros ordines promoveri facere prohibeatur. Nec altarium ſacrationes, confirmationes, vel quaſlibet epiſcopales benedictiones, abbatis vel monachorum requiſitione a quolibet epiſcopo ibidem libere fieri, ab aliquo contradicatur. Hoc etiam regali auctoritate, & epiſcoporum, ac baronum meorum atteſtatione conſtituo, quatenus abbas eccleſiae ſuae, & leugae circumjacentis per omnia judex ſit, & dominus. Defuncto abbate, de eadem eccleſia abbas eligatur, niſi forte (quod abſit) ibidem idonea perſona reperiri non poſſit. Hanc conſtitutionem meam ſic voto & regali auctoritate confirmatam, nullus ſucceſſorum meorum violare, vel imminuere praeſumat. Quicunque igitur contra libertates vel dignitates ejuſdem eccleſiae fecerit, foris-facturae regiae coronae ſubjaceat. Hujus rei teſtes ſunt, Lanfrancus archiepiſcopus Cantuarienſis, Stigandus Ciceſtrenſis epiſcopus, Walkelinus epiſcopus Winton. Wulſtanus Wigorn. epiſcopus. Qui omnes, me praeſente, & audiente, horum praeceptorum meorum & conſtitutionum violatores perpetuo anathemate damnaverunt. Apud Winton.*



Id genus etiam eſt ſancitum ejus, quo ſacrum a civili diſcriminavit forum. Etenim, florente Saxonum imperio, mutuas in jure dicundo veluti tradebant operas atque eodem utebantur bis quotannis foro dioeceſeos epiſcopus ſimul & provinciae praeſes ſeu vicecomes, quem & Shyre-gereve (unde Shiriffe nunc dicimus) & interdum Ealdorman nominabant. Neque aliud fere eorum illo ſaeculo forum erat quam quale nunc eſſet uniuſcujuſque epiſcopi ſynodus cum vicecomitis foro conjuncta ſive in eadem curia & eodem tribunali celebrata. Edgarus rex legum cap. 5. Hæbbe mon ðriwa on gear Burhgemote ⁊ twa ſcyre gemote. ⁊ ðær ſcyre gemote Biſceop ⁊ ſe Ealdorman. ⁊ ðær ægðer tæcon ge godeſ rihte. ge worldeſ rihte. quod apud Johannem Bramptonum abbatem Jornallenſem in hiſtoria ſua MS. (ubi veteres Anglorum leges pene omnes ex Saxonico ſermone in barbariem illius aevi verſae reperiuntur) ad hunc modum redditur. *Habeatur in anno Burgmotus ter, & Scyremotus bis, & interſit praeſul comitatus* (nempe Scyremoto, ſive ſemeſtri conventui) *& Aldermannus; & utrique doceant Dei rectum & ſaeculi.* Totidem fere verbis in Canuti regis legibus idem habetur. Atque inde forſan eſt quod etiam hodie ſemeſtres illi inquiſitionis conventus quibus praeeſt vicecomes (Tornes & Hundreds,

* Vide Melchioris Goldaſti tom. 2. Monarch. pag. 41.

 id

id est, centuriarum forum dicimus) ante mensem a paschatis & D. Michaelis festo elapsum solenni ritu habendi sint, idque ex vetustissimo more, uti liquet ex Magnae Chartae cap. 35. & Stat. 1. 31 Ed. III. cap. 4. Nam temporaria lex olim lata est in Antiocheno concilio, quae ejusmodi synodos bis quotannis, eisdemque, quas diximus, tempestatibus, ab episcopis indici praecepit. Neque verisimillimum non est, inde natum morem aevo illo superiore, ut vicecomes & episcopus statis hisce temporibus simul primo uterentur, atque inde postmodum ad nos propagatum esse, ut, disterminatis sub Guilielmo eorum tribunalibus, pristinum de tempore, & tot saeculis receptum institutum a vicecomite servaretur. Vide concil. Antiochen. canon. 20. dist. 18. c. 4. Et concilii ejusdem anno salutis CCCXLI. habiti canones in ecclesiae vetustissimo canonum corpore locum etiam obtinuisse, notissimum est. Quin & in apostolorum, ut vocant, canone XXXVIII idem legitur. In utroque autem τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, seu quarta pentecostes hebdomada idem denotat quod intra menstruum a paschate tempus. Nam pentecoste ibi intervallum, quod paschatis diem & pentecostes festum intervenit, denotat; haut vero ipsum festum, uti vulgo usurpatur. Unde est quod apud Gratianum jam dicto loco, Burchardum lib. 1. cap. 44. atque Ivonem part. 5. cap. 154. explicatur per medium tempus, inter Pascha & Pentecosten, quod juri quo etiamnum utimur congruit: Hyperberetaeus vero mensis (qui ridicule per Beritheon in excusis Burchardi libris dicitur) plane October est, & Syrorum seu Syro Macedonum mensis, a quo & annum auspicabantur & epocham Alexandream quae تاريخ ذي القرنين seu *Tarik Dhi'lkarnain* vocant Arabes, quod epocham seu aeram bicornis sonat. Eo enim nomine notus est Alexander, ea figura in nummis sculptus; Jovis nimirum Hammonis, cornuti patris, effigie decoratus. Neque id hic monuisse operae pretium duxeram nisi doctos alioquin viros, an Hyperberetaeus hic Septembrem an Octobrem significaret dubitasse non a vetustis modo interpretibus verum & ab ipsis canonibus satis interim edoctos, observassem. Vide notas ad Gratiani editionis Gregorianae, dist. 18. c. 4. Anni autem veteris Olympiadici (in quo nunc in Septembrem, interdum in alios incidebat Hyperberetaeus) & Alexandrei, qui Hyperberetaeum Octobri perpetuo conjunxit, discrimen minime advertebant. Vide de hac re incomparabilem v. Josephum Scaligerum de Emendat. Temp. lib. 1. §. de periodo Macedonica aestiva. Caeterum sanctio quam diximus Guilielmi regis ita se habet in ejus ad Remigium antistitem Lincolniensem rescripto.

WIllielmus gratia Dei rex Anglorum comitibus, vicecomitibus, & omnibus Francigenis, & Anglis qui in episcopatu Remigii episcopi terras habent, salutem. Sciatis vos omnes & caeteri mei fideles, qui in Anglia manent, quod episcopales leges quae non bene nec secundum sanctorum canonum praecepta, usque ad mea tempora, in regno Anglorum fuerunt, communi concilio, & consilio archiepiscoporum meorum, & caeterorum episcoporum, & abbatum, & omnium principum regni mei, emendandas judicavi. Propterea mando, & regia auctoritate praecipio, ut nullus episcopus vel archidiaconus de legibus episcopalibus amplius in Hundret *placita teneant; nec causam quae ad regimen [illegible] marum pertinet, ad judicium saecularium hominum adducant, sed quicunque secundum ep[illegible] pales leges, de quacunque causa, vel culpa interpellatus fuerit, ad locum quem [illegible] copus elegerit, & nominaverit, veniat, [illegible] de causa sua respondeat; & non [illegible]* dret, *sed secundum canones, & epi[illegible] rectum Deo, & episcopo suo f[illegible]*

Transcriptum est autem ex archivo regio in arce Londinensi, ubi, inter reg[illegible] siae Lincolniensi olim indulta atque [illegible] confirmata, reperitur; nimirum in cart. 2. Rich. II. membrana 12. numero 5. [illegible] apud Foxum in Ecclesiast. Hist. [illegible] & vide lib. 3. pag. 135. & Historiae nostrae de decimis caput 14. §. 1. ubi forum vicecomitis semestre pro menstruo substitui liben[illegible] Caeterum in actorum Roberti Winchelseii archiepiscopi Cantuariensis registro seu publicis tabulis MSS. totidem fere verbis occurrit id quod Guilielmo regi hic tribuitur. Regi etc. [illegible] wardo I. in ordinum comitiis, ut [illegible] legitur, exhibet ordo sacer libellum, [illegible] plures injurias queritur jurisdictioni [illegible] foro illatas, neque alius sane est quam articuli continentes gravamina ecclesiae Anglicanae quorum mentio fit in prooemio constitutionum quas Articulos Cleri vulgo nominamus. In [illegible] tem quem dixi, *Cum Willielmus*, inquit ordo sacer, *dudum rex Angliae de communi consilio archiepiscoporum, abbatum, & om[illegible] regni sui, leges episcopales, quae non bene nec secundum sanctorum canonum praecepta, fuerant, sicut nec sunt hiis diebus, in regno Angliae observandas inconcusse judicaverit, propterea que mandaverit & praeceperit quod nullus episcopus vel archidiaconus de legibus [illegible] vel causis quae ad regimen animarum [illegible] ad hundreda, vel judicia saecu[illegible] quicquam adduceret. [illegible] que causa vel culpa secun[illegible] interpellatus ad locum [illegible] rium quem [episcopus] ele[illegible] de causa vel culpa respond[illegible] cas & episcopales leges; & si episcopi judicio stare noluerit, si opus fuerit, ad vi[illegible] fortitudo & justitia regis vel vicecomes adhibeatur. Et nihilominus defenderit & interdixerit ne ullus vicecomes praepositus seu mini[illegible] regis aut aliquis laicus homo de legib[illegible] episcopum pertinent se intromittat, [illegible] & alia* (ita se habent libelli verba, [illegible] *praedicti Willielmi regis [illegible] tur*, &c. Sed porro de regio Guilielmi [illegible] ordinandis imperio, vide, si placet, vitam H[illegible] gonis abbatis Cluniacensis in bibliotheca C[illegible] censi fol. 454. praeter Gregorii VII. lib. 9. epist. 5. ubi *presbyteros uxores, laicos decimas quas a[illegible] nebant, etiam juramento dimittere co[illegible]*, quae Gregorii verba sunt.

Ibid. l. 32. *Nulli episcoporum permitteba[illegible] aliquem de baronibus suis seu ministris [illegible] excommunicaret.*] Id ipsum pene reperitur in Clarendonensium comitiorum capitibus [illegible] Henricus II. instaurator sub anno MCLX[illegible] unde etiam quid barones hic denotent, forte discendum:

Vocabulum nempe alia notione uſurpari quam vulgo; neque eos duntaxat, ut hodie, ſignificare quibus peculiaris ordinum comitiis locus eſt, ſed univerſos qui ſaltem beatiores, regia munificentia, ad formulam juris noſtri clientelaris quod nullius villae regiae glebam, ſed ipſum tantummodo regem ſpectat (Tenure en cheif phraſi forenſi dicimus ſive tenuram in capite) latifundia poſſidebant. Nam in capitibus quae dixi, ita legitur. *Nullus qui de rege tenet in capite, nec aliquis dominicorum miniſtrorum ejus excommunicetur, nec alicujus eorum terrae ſub interdicto ponantur, niſi prius dominus rex, ſi in regno fuerit, conveniatur vel juſtitia ejus* (qui, velut praefectus praetorio aut pro-rex, regias illo aevo vices agebat, & capitalis Angliae juſtitiarius etiam indigitabatur) *ſi fuerit extra regnum, ut rectum de eo faciat, & ita, ut quod pertinebit ad regis curiam ibi terminetur & de eo quod ſpectat ad curiam eccleſiaſticam ad eandem mittatur, ut ibidem terminetur.* Habentur vero comitiorum illorum capita tum apud Gervaſium Dorobernienſem & Rogerum Wendoverium MSS. tum apud Matthaeum Pariſium (licet depravate) cujus hiſtoriae pars prior quae a Guillielmi primi initiis ad annum Henrici III. decimum nonum protenditur, Wendoverio, unde exſcripta eſt, tota debetur. Sed & alia eorum * occurrunt alibi exemplaria. Caeterum omnes qui quocunque jure clientelari fundos regios obtinebant, hac lege intellexerit Robertus Glóceſtrenſis comprehendi. Is n. rythmis Anglicanis hiſtoriam noſtram uſque ad ſuum (nempe Edwardi I. ni fallor) aevum complexus, narrat quibuſnam ex capitibus iſtis refragatus fuerit Thomas archiepiſcopus Cantuarienſis ſub Henrico II. atque hoc quarta ſede collocans ita in exoletum ſuae aetatis ſermonem transferre ſe putabat.

> The verthe was that no man that of the King huld ought
> In Cheif or in eni Serviſe, to Manſing were ibrought,
> Bote the Wardenis of holy Chirch that brought him thereto,
> The King ſcde or is Bailifes wat he had miſdo.
> And loked verſt were thei to amendment it bring,
> And bote hy wolde by their leve do the Manſing.

Obſervatu autem digniſſimum hic, quod narrat Radulphus de Diceto decanus Londinenſis. Sub anno MCLXIII. *Thomas*, inquit, *archiepiſcopus vacantem eccleſiam Ainefordiae contulit in Laurentium. Willielmus villae dominus, ſibi vendicans jus patronatus in eadem eccleſia, Laurentium expulit. Archiepiſcopus eum excommunicavit; quod quia, minime certiorato rege, feciſſet, maximam regis indignationem incurrit. Aſſerit namque rex, juxta dignitatem regni, quod nullus capitaneorum, nullus militans regi, nullus miniſter regis, nullus ſcilicet, ut vulgariter loquar, de rege tenens in capite caſtellum, villam, vel praedium, citra conſcientiam regis, eſt excommunicandus ab aliquo; ne ſi ſuper hoc rex certioratus non fuerit, ignorantia lapſus communicet excommunicato, capitaneum ſuum venientem ad ſe vel invitans ad oſculum, vel recipiens in concilium.* Ratio legis jam dictae redditur, & quid barones, quid miniſtri in ea denotent, luculentius explicatur. Nec vero ita intempeſtivum hic duco, aliquot quae ſub Guilielmo ſcripta occurrunt de baronibus teſtimonia adnotare, unde vocabuli ſenſus, qui eo aevo atque hoc loco in uſu, liquidius innoteſcat. Cenſuales Guilielmi I. tabulae barones ad hunc modum, in Dorſetiae cenſu, memorant. *In* Warham *de parte S. Wandregiſili; ſunt ibi* XLV *domus ſtantes, &* XVII *ſunt vaſtae. De partibus aliorum baronum ſunt ibi* XX *domus ſtantes &* LX *ſunt deſtructae. Et in burgo de* Warwic (ita tabulae illae, in pagi Warwicenſis cenſu) *habet rex in dominio ſuo* CXIII *domus, & barones regis habent* CXII, *de quibus omnibus rex habet geldum ſuum.*

Epiſcopus de Wircestre *habet*	IX	*maſuras.*
Epiſcopus de Ceſtre	VII	
Abbas de Coventrie	XXXVI	
Epiſcopus Conſtantienſis	I	
Comes de Mellent	XII	
Albericus Comes	IV	
Hugo de Grentemaiſvil	IV	*Monachi habent* I *de eo.*
Henricus de Fereres	II	
Harold	II	
Robertus de Stadford	VI	
Rogerius de Lury	II	
Richardus Venator	I	
Radulfus de Limeſi	IX	
Abbas Malmesburienſis	I	
Willielmus Bonvaſſet	I	
Willielmus filius Corbucion	II	
Goiffridus de Magnavill	I	
Goiffridus de Wirce	I	
Giſlebertus de Gant	II	
Giſlebertus Buili	I	
Nicholaus Baliſtarius	I	
Stefanus Stirman	I	
Turchil	IV	
Harold	II	
Osbernus F. Richardi	I	
Criſtina	I	
Luith *Monialis*	II	

Hae maſurae pertinent ad terras quas ipſi barones tenent extra burgum, & ibi appreciatae ſunt. Praeter Criſtinam hic & Luitham, omnes regis barones erant, qui nempe CXII, ſuperius dictas domos poſſidebant. Alia quae, mox aliorſum adnotata, haec tempora ſpectant, lucem hic de baronis ejus aevi notione praebebunt. Miniſtros autem hic dictos intelligo eos qui officiis ſive palatinis, ſive urbanis, ſive ruſticis functi, regii famuli habebantur. Neque alios fuiſſe autumo Tainos & ſervientes regis in cenſualibus Guilielmi, quas memoravimus, tabulis vocitatos. Quamplurimi enim ibi Tainorum occurrunt nomine, id eſt, Ðeᵹenꞅ, unde Taini Latine, quod miniſtros interpretantur; neque aliud vocabulum eſt (ſi originem ſpectes) quam Dienaer Belgicum quod a Dienen, hoc eſt *miniſtrare*, fit & ꝥ ðeᵹen veſtigia ſatis ſer-

* Vide Joannis Sarisbur. Epiſt. 159. & calcem vitae Thomae Cantuarienſis, quam Quadrilogum dicimus.

vat,

vat, unde Dienſt-knecht etiam famulus eſt, & Dienſt-maeght ancilla, nam Knecht maſculum denotat, uti item apud Saxones noſtros. Exemplum memini in prognoſticis aliquot de partu, Saxonice conſcriptis. Porrige, inquit autor anonymus MS. gravidae mulieri lilium ſimul & roſam, atque adeo ut ſuo arbitratu utrum horum maluerit, eligat; ᵹẏꝼ heo nẏmð lilian, heo cænð cnẏht, ᵹẏꝼ heo nẏmð ꞃoꞅan, heo cænð mæden, quod ſonat, *ſi lilium prehenderit, maſculum* (id eſt Cnẏht) *ſi roſam, foemellam pariet.* Miniſtros autem illos regios ſive tainos & ſervientes, in tabulis illis cenſualibus, ita notatos habemus. Cola Venator, Ulujet Venator, Godwinus Accipitrarius, Hugo Latinarius, Milo Portarius, Herbertus Camerarius, & hujuſmodi. Latinarius autem eſt idem quod interpres; unde & Latimer eadem notione uſurpatum. Latiae nempe linguae peritum, caeteras, quae in uſu, ita calluiſſe exiſtimabant, ut generale interpretis nomen non immerito ei inde donandum putarent. Neque ſane alios fuiſſe tunc temporis ſervientes a Thanis plane conſtat ex ipſis ſaepe dictis tabulis. In Surrienſis nempe pagi cenſu ibidem, Oſwaldus, Theodoricus, atque alii ſervientum nomine memorantur, qui tamen ipſi Taini indiſcriminatim poſtea ſtatim vocitantur, uti in Wiltoniae cenſu Hervaeus atque alii miniſtri dicti, ſervientes ſtatim nominantur, quos Tainos item appellatos liquet. Idem in Colvino atque aliis ſervientibus in Devoniae cenſu obſervandum, ibidem n. neque alia notione, Taini ſimul dicuntur. Hinc etiam Tainlande occurrit in eiſdem tabulis, id eſt, Tainorum terra, ſeu fundus Tainis peculiaris. In Wiltonia legimus; *Willielmus comes dedit* Wintone & Suindone & Chevrel, *quae erant* Tainlande *pro terra de inſula de* Wiht, *quae pertinebat ad firmam de* Amblesbirie. Et in Somerſetia, de Roberto de Odbervile Taino ſeu miniſtro regio; *hic Robertus habuit unam virgatam quam tenebat Dodo libere* * *T. R. E. huic addita fuit* Dolvertone *manerium regis. Modo dijudicata eſt eſſe* Tainland. Huc ſpectat phraſis illa forenſis clamare ad Tainland, quod in Ceſtriae cenſu occurrit. Eo nomine fundum vendicare, id ſignificat.

Pag. 6. lin. 34. *Quae autem in ſecularibus promulgaverit, tradere ſuperſedemus.*] Atque ſuperſederunt plerique rerum Anglicarum ſcripturientes conſarcinatores; quod utinam non feciſſent. Caeterum ad hanc rem, vetuſti eccleſiae Lichfeldienſis chronici MS. autor, *Anno*, inquit, *Guilielmus regni ſui quarto apud Londonias conſilio baronum ſuorum fecit ſummoniri per univerſos Angliae comitatus, omnes nobiles, ſapientes, & ſua lege eruditos, ut eorum leges & conſuetudines audiret. Et licet idem rex Willielmus leges Northfolkiae & Suffolkiae, Grantbrigiae & Deirae (ubi quondam maxima pars Danorum & Norwegenſium inhabitabant) prius magis approbaverat & eas per totum regnum obſervari praeceperat, pro eo quod omnes anteceſſores ejus & fere omnes barones Normanniae, Norwegenſes extitiſſent, & quod de Norwegia olim veniſſent: * Sed poſtea, ad preces communitatis Anglorum, rex adquievit, qui deprecati ſunt, quatenus permitteret ſibi leges proprias & conſuetudines antiquas habere in quibus vixerant patres eorum & ipſi in eis nati & nutriti ſunt, ſcilicet leges ſancti regis Edwardi. Et ex illa die magna autoritate veneratae, & per univerſum regnum corroboratae & conſervatae ſunt, prae caeteris regni legibus, leges regis Edwardi. Quae quidem prius inventae & conſtitutae fuerant tempore regis Edgari avi ſui, veruntamen poſt mortem ipſius regis Edgari uſque ad coronationem ſancti regis Edwardi, quod tempus continet annos* LXVII *praedictae leges ſopitae ſunt & penitus praetermiſſae; ſed poſtquam rex Edwardus in regno fuit ſublimatus, conſilio baronum Angliae, legem* LXVII *annis ſopitam excitavit, excitatam reparavit, reparatam decoravit, decoratam confirmavit, & confirmata vocata eſt lex ſancti regis Edwardi, non quod ipſe prius adinveniſſet eam, ſed cum praetermiſſa fuiſſet & oblivioni penitus dedita a morte avi ſui regis Edgari qui prius inventor ejus fuiſſe dicitur uſque ad ſua tempora, videlicet* LXVII *annis. Unde per praeceptum regis Willielmi electi ſunt de ſingulis totius Angliae comitatibus* XII *viri ſapientiores quibus jurejurando injunctum fuit coram rege Willielmo ut quoad poſſent, recto tramite neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinantes, legum ſuarum & conſuetudinum ſancita patefacerent, nil praetermittentes, nil addentes, nil praevaricando † mittentes. Aldredus autem Eboracenſis archiepiſcopus qui regem Willielmum coronaverat, & Hugo Londonienſis epiſcopus, per praeceptum regis, ſcripſerunt, propriis manibus, omnia quae praedicti jurati dixerunt. A legibus namque ſanctae matris eccleſiae, ſumentes exordium, ‡ qui per eam rex & regnum ſolidum ſubſiſtendi habent fundamentum, leges & libertates & pacem ipſius concionati ſunt dicentes, Omnis clericus,* &c. uti legimus apud Rogerum Hovedenum in annalibus Henrici ſecundi, ubi digreſſio eſt de Norwegiae regibus. Et totidem ferme verbis, eadem, quae hic tranſcripſimus, occurrunt apud eundem Rogerum. Atqui, autoris Lichfeldienſis & Hovedeni in hiſce diſcrimen haut adeo contemnendum erat, ut ideo negligenda eſſent quae habet ille nondum editus, quod eadem eiſdem pene ſyllabis hic, qui publici juris factus eſt, narraverit. Qui utrumque perpenderit, id fateatur neceſſe eſt. Sequitur vero in autore Lichfeldienſi pars aliqua duntaxat earundem legum quas interſerit Hovedenus, atque ejuſmodi pars etiam apud Henricum Knightonium, canonicum Leyceſtrenſem, ſcriptorem non indiligentem, qui nondum in lucem prodiit, reperitur. Triplo autem plures ſunt quas Hovedenus habet, quam aut Leyceſtrenſis aut Lichfeldienſis. Apud hoſce vero nulla eſt, quae in Hovedeno non comperta. Vetuſti ſane, fateor, ſunt & Lichfeldienſis & Leiceſtrenſis & Hovedenus autores. Atque de aliis nonnullis qui eadem, de hac re, tradidere idem dicendum. Sed eorum neminem, ante aliquot a Guilielmo ſecula elapſa, ſcripſiſſe palam eſt, neque interpolationem evaſiſſe leges illas apud Hovedenum. Nam, in capite de tributo Danico, Guilielmi regis junioris fit mentio. Et qualiſnam fides (in re adeo vetuſta ac viros neque rebus civilibus neque ſtudiis forenſibus ſatis occu-

* Id eſt, tempore regis Edwardi.

† l. *mutantes.*

‡ l. *quia.*

occupatos plerunque fugiente) ſcriptoribus hujuſmodi recentioribus adhibenda ſit, etſi ſtatuere minime auſim, diligentius tamen anquiri velim. Recentiores voco dum Ingulpho abbati Crowlandienſi eos compono; qui in hac re teſtium non tam facile princeps merito dicendus eſt quam ſolus forſan cui par ſit ut credamus. Etenim non ſolum oculatus ille Normannici in Anglia imperii initiorum teſtis erat, verum etiam in aula apud Guilielmum regem ad jura coenobii ſui ſtabilienda, aſſiduam navavit operam, in qua per virorum, qui rebus tum civilibus tum forenſibus exercitati, conſuetudinem, legum Guilielmi, hoc eſt Edwardi regis a Guilielmo firmatarum, Normannico idiomate conſcriptarum, atque ab iis, quas recentiores illi habent, multum diſcrepantium, exemplar nactus, Crowlandiam ſecum detulit atque ad hiſtoriae ſuae calcem adjecit. Quo Guilielmi anno hoc fecerit, diſerte non explicat ipſe. Sed liquido conſtat tempus fuiſſe poſt annum ejuſce XV aut circiter; quod ideo obſervatu dignum eſt quoniam legum illarum apud recentiores quos diximus & recenſitio & confirmatio anno Guilielmi IV tribuuntur, cum tamen alias, eaſque plurimum diſſidentes, decennio & amplius poſtea, eodem lemmate eodemque nomine inſignes, circumlatas & pro genuinis ac ſolis quibus regis & ordinum autoritas antea acceſſerat, habitas fuiſſe (ſi Ingulpho credas) ſit exploratiſſimum. Unde forſan elevanda fides eorum qui, praeter haſce, alias nobis temere obtrudunt. Tametſi enim ſingularia plurium annorum ſancita Guilielmum autorem agnoſcere potuiſſent, haut tamen ita veriſimile eſt nec a quoquam narratur, aut iteratam eſſe legum Edwardi ſub Guilielmo recenſitionem aut pluſquam unam fuiſſe eorum ſive recognitionem ſive confirmationem. Quod ſi plures forte eſſent, id interim plane ſtatuendum foret, poſtremae maximam, ne dicam ſolius, rationem habendam eſſe. Annum autem regis XV praeteriiſſe cum Ingulphus exemplar ſuum in aula Londoniis nactus eſt, inde ſatis novimus, quod diplomati Crowlandenſi coenobio tunc temporis impetrato atque edita ejus hiſtoria reperto, teſtis ſit Guilielmus epiſcopus Dunelmenſis, qui ante annum ſalutis MLXXXI ſeu XV Guilielmi regis minime ſuffectus erat, & earum forte erat genuinum exemplar legum quae IV anno autoritate publica & recenſitae & firmatae fuerant. Nam fieri poteſt, nec veri eſt diſſimile, recentiores illos, tametſi notho legum exemplari, ſaltem interpolato, decepti fuerint, verum nihilominus recenſitionis & confirmationis annum, utpote forſan decantatum, fideliter & didiciſſe & narraſſe. Sed vero ipſum Ingulphum audiamus. *Attuli*, inquit, *eadem vice mecum de Lundoniis in meum monaſterium leges aequiſſimi regis Edwardi, quas dominus meus inclytus rex Willielmus authenticas eſſe, & perpetuas per totum regnum Angliae * inviolabiliterque tenendas ſub poenis graviſſimis proclamarat & ſuis † juſtitiariis commendarat eodem idiomate quo editae ſunt*; *ne per ignorantiam contingat nos vel noſtros aliquando, in noſtrum grave periculum, contraire & offendere auſu temerario regiam majeſtatem ac in ejus cenſuras rigidiſſimas improvidum pedem ferre contentas ſaepius in eiſdem, hoc modo*, quae verba finiunt editam ejus hiſtoriam, adjectis tantummodo a v. c. Henrico Savilio editore, *videtur hic leges Edwardi inſeruiſſe quae deſunt.* Atqui certo ſcimus nos eum ibi eas inſeruiſſe, quod non ſolum ex ipſo hiſtoriae autographo, Crowlandiae in agro Lincolnienſi etiamnum ſervato, conſtat, ſed etiam ex recentiori quo uſi ſumus exemplari ante annos CC aut circiter exarato. Inde, quatenus tum per librarii & incuriam & inſcitiam tum per mucidam ſermonis & obſoleti & depravatiſſimi ſcabritiem licuit, eas ſtatim exhibemus, ejuſmodi latinitate quam uſurparunt veteres apud nos juriſconſulti, calente praelo, feſtinanter donatas, verbum ſcilicet verbo plerumque reddidimus; & barbara phraſi, ſed materiei maxime idonea, quicquid intelligebamus potius interpretari voluimus quam in puriorem ſermonem transferre, qui obſcuritati hujuſmodi non tam lucem adferret quam (ut ſaepius fit) tenebras offunderet. Neque fere reperitur quiſquam, niſi a foro & medii temporis hiſtoria nimium ſit alienus, cui barbara haec latinitas non ſit intellecta. Nitidiora vero Caeſarei juris vocabula hiſce aptare, interpretem, Juſtinianum potius legiſſe oſtenderet, quam propriam Normannici idiomatis vim aperiret. Neque tamen omnia quae transferre hic auſus ſum, me ſatis ſequutum eſſe, omnino perſuaſum habui; & perſpicacioribus libenter compluria reliqui. Nam autographo deſtitutus (quod interea nanciſci impenſe & volebam & nitebar, ſed fruſtra) nolui me conjecturarum nugis ultra torquere; ſed ubi me prorſus fugiebat (uti ſaepe) Normannicae dictionis ſignificatio, in ipſa verſione eam, variato charactere, retinui. Mallem enim me palam inſcientiae reum confiteri, quam, in craſſiſſimis tenebris, oculorum aciem incaſſum obtendere. Et apud peritiores conjectores, qui hujuſmodi rebus, otio abundantes, delectantur, vicem, dum feſtino, cotis forſan obtinebo exors licet ipſe ſecandi.

Hae ſunt leges & conſuetudines quas Willielmus rex conceſſit univerſo populo Angliae poſt ſubactam terram. Eaedem ſunt quas Edwardus rex, cognatus ejus, obſervavit ante eum.

Ces ſont les leis & les cuſtumes que li reis William grantut a tut le peuple de Engleterre, apres le conqueſt de la Terre. Ice les meiſmes que le reis Edward ſun coſin tint devant lui.

I. De Aſylorum jure & immunitate eccleſiaſtica.

Scilicet, pax ſanctae eccleſiae cujuſcunque foriſfacturae quis reus ſit hoc tempore, & venire

I.

CO eſt a ſaveir, pais a ſaint yglîſe; de quel forſait que home out fait en cel tens; e il pout

* Ita Codex MS. † Juſtitiis in MS.

nire poteſt ad ſanctam eccleſiam, pacem habeat vitae & membri. Et ſi quis injecerit manum in id quod mater eccleſia poſtulaverit, ſive ſit abbatia, ſive eccleſia religionis, reddat id quod abſtulerit, & centum ſolidos nomine forisfacturae. Et de matrice eccleſia parochiali XX *ſolidos. Et de capella* X *ſolidos. Et ſecundum pacem regis in legibus Merciorum centum ſolidis emendet, ſimiliter de* Heinfare, *& de inſidiis praecogitatis.*

pout venir a ſainte yglíſe; out pais de vie & de membre. E ſe alquons meiſt main en celui qui la mere yglíſe requireit, ſe ceo fuſt u abbeie, u yglíſe de religion, rendiſt ce que il javereit pris, e cent ſolz de forfait, e de mer yglíſe de paroiſſe XX ſolz, e de chappele X ſolz, e que enſyaint la pais le Rei en Merchenelae cent ſolz les amendes, altreſi de Heinfare edeaweit purpenſed.

II. De hominum regis privilegio.

Haec placita ſpectant ad coronam regis. Et ſi qui male fecerint hominibus illius ballivae & de hoc ſit attinctus per juſtitiam regis, forisfactura ſit dupla illius quam alius quiſpiam forisfecerit.

II.

Icee plaiz * aſierent a la coroune le rei; & ſe alquens u quens u provoſt † meſſeiſt as homes de ſa baillie, e de co ſuiſt atint de la juſtice lu roi, forfait ‡ fuſt a duble de ce comme altre fuſt forfait.

III. De pacis publicae violatoribus.

Et qui in Danorum lege violaverit pacem regis, CXLIV *libris emendet; & forisfacturae regis quae ſpectant ad vicecomitem* XL *ſolidi in Merciorum lege, &* L *ſolidi in rege Weſt-Saxonum. Et de libero homine qui habet* Sac & Soc & Tol & Tem & Infangentheof *& implacitatus fuerit, & ad forisfacturam poſitus in comitatu, pertinet forisfactura ad opus vicecomitis,* XL *orae in Danorum lege, & de alio homine qui ejuſmodi libertatem non habet orae* XXXII. *De his* XXXII *oris habebit vicecomes ad uſum regis oras decem, & is qui eum implacitaverit habebit in remedium verſus eum oras* XII, *& dominus cujus finibus manſerit* X *oras. Haec eſt Danorum lex.*

III.

E que en Danelae fruiſſe la pais le roi VII vinz liverez e IV les amendes; e lez forvaiz le roi qui afierent al veſcunte XL ſolz en Merchenelae, e L ſolz en Weſt-Sexelae. E ** al frans home qui aveit Sac e Soc e Tol e Tem e Infangenetheof, ſe il eſt emplaide e ſeit mis en forfeit en le counte, †† aſiert il forfat a oes le veſcunte, XL ores en Denelae, e de altre home qui ceſt franchiſe non ad XXXII ores. De ces XXXII ores, arat li Veſcunte a oes le roi X ores, e cil qui li plait aurat de remied vers lui XII ores, e le ſeignur, en ki fin il maindra, X ores; co eſt en Denelae.

IV. De latrocinii reo, & fidejuſſore qui morum ejus periculum in ſe ſuſceperat.

Haec eſt conſuetudo in Merciorum lege; ſi quis appellatus fuerit de latrocinio, ſeu de furto, & plegiatus fuerit venire ad juſtitiam, & fugerit, plegius ejus habebit IV *menſes & unum diem ad eum quaerendum, & ſi poſſit eum invenire, juret ſe duodecima manu, quod tempore quo eum plegiavit latro non fuerat, neque per eum eſſet quod fugerit, nec eum prehendere poſſit. Tunc reddat catallum, &* XX *ſolidos pro capite, &* IV *denarios* al ceper, *& unum obolum* pur la beſche, *&* XL *ſolidos regi. In Weſt-Saxonum lege* C *ſolidos ad clamorem pro capite, &* IV *libras regi. In lege Danorum, forisfactura eſt* VIII *librae* XX *ſolidi pro capite, &* VII *librae regi. Et ſi is poteſt intra annum &* IV *dies invenire latronem & eum aminare ad juſtitiam, redhibebunt ei viginti ſolidos quos acceperint, & fiat juſtitia de latrone.*

IV.

Coſt eſt la cuſtume en Merchenelae, ſe alquens eſt apeled de larim, u de roberie, e ſeit plevi de venir a juſtice, e il ſeit fuie dedenz, ſon plege ſi avera de IV meis e I jour de quer le, e ſi il le pot truver, ſi jurad ſei dudzime main, que al ure que ille plevi, laron nel ſot, ne per lui ne ſeut eſt fui, ne aveir nel pot, dunc rendrad le chatel, e XX ſolz pur la teſt, e IV den. al ceper, e une maille pur la beſche, e XL ſolz al rei. En Weſt-Serenelae cent ſolz al clamur pur la teſt, e IV livres al rei. ‡‡ Cent Denelae, le forfait VIII liveres; les XX ſolz pur la teſt, e les VII livres al rei. E ſil pot dedenz un an & †‡ IV jurs trover le larun e amener a la juſtice, ſi li rendra les vint ſolz kis aurad ont e ſmert fainte la juſtice de larun.

V. De latronis prehenſione.

Si quis prehenderit latronem abſque ſecta & abſque clamore, atque eum ei cui damnum factum eſt dimiſerit, & venerit poſtea, rationi conveniens eſt ut det ille X *ſolidos pro* Hengwite, *& finem faciat juſtitiae* a la primerme deviſe *abſque licentia juſtitiae, forisfactura eſt* XL *ſolidi.*

V.

Cil ky prendra larun ſanz ſuite e ſanz cri que cil en leiſt a qui il aurad le damage fait & vienge pois apres, ſi eſt raiſun que il dunge X ſolz de Hengwite, e ſin face la juſtice ala primerme deviſe ſans le conge a la juſtice, ſi eſt forfait de XL ſolz.

VI. De animalium redemptione.

Is qui averium replegiaverit ſcil. aut equum, aut bovem, aut vaccam, aut porcum, aut ovem, (quod

VI.

Cil ky aveir eſcut, u chivalz, u buefs, u vaches, u porcs, u berbz, que eſt Forfengen Engleis

* *Aſierent.* † *Mes ſeiſt.* ‡ *Fuiſt.* ** *De.* †† *Aſiert.* ‡‡ *E en.* †‡ Forte *un* ſeu *un jurs.*

(quod Forfengen *Anglice dicitur)* cil qil cla *dabit* al gros. s. *praepofito habere* the Leftuffum VIII *denarios, nec tamen* ait meis quil ont cent al maille *non dabit plufquam* VIII *denarios, & pro porco* IV *denarios, & pro ove denarium* I ifitres que vit *unicuique* IV *denarios, nihilominus neque habebit nec dabit plufquam* VIII *denarios, & dabit vadios, & inveniet plegios fe, fi aliquis venerit ad probationem intra annum & diem ut averium petat, falvum exhibiturum in curia id quod replegiaverit.*

VII. De rebus forte inventis.

Similiter de averio endirez *& alia re inventa; oftendatur tribus partibus vicineti, ut teftimonium habeat de inventione. Si aliquis veniat ad probationem ad rem clamandam, det vadios & inveniat plegios fe, fi alius quifpiam clamaverit averium, intra annum & diem, falvum exhibiturum in curia id quod invenerit.*

VIII. De homicidio & capitis aeftimatione, feu Wera.

Si quis alium occiderit, & fit reus confitens, & emendare negaverit, det de fuo Manbote *domino pro libero homine* X *folidos, & pro fervo* XX *folidos. Wera Thani* XX *librae in Merciorum lege, & in Weft-Saxonum. Et wera villani* C. *folidi in Merciorum lege, atque etiam in Weft-Saxonum.*

IX. Quibus capitis aeftimatio feu wera folvenda.

Quod ad weram attinet, primo reddat is qui eft de halt *fanguine viduae & orphanis* X *folidos; & quod fupereft parentes & orphani inter fe dividant.*

X. Animalium aliquot valor, in capitis aeftimatione cenfenda.

In wera reddere poterit quis equum non caftratum pro XX *folidis, & taurum pro* X *folidis, &* iter *pro* V *folidis.*

XI. De percuffore.

Si quis alium percufferit, & negaverit ultra emendare, primo reddat fun le chefe *& plagas, juret fuper fancta quod aliter non potuit facere, nec pro* haur fi chier *nec fecit* defarbote cho eft de la dulor.

XII. De vulnere indito

Si plaga lui vient a vis defeuvert al polz tote veie IV *denarios, & de omni offe quod quis traxerit ex plaga, offe toto vifo* IV *denarios; poftea* accordement fi li metir ad avant honours que fi illiont, *id quod ei fecit fi cor fuum ei fuggefferit, & confilium fuum ei donaverit, accipiat ab eo quod ei obtulerit.*

XIII. Membrorum praecifiorum aeftimatio.

Si acciderit ut quis pugnum cujufpiam abfciderit aut pedem, reddat ei medietatem werae fecundum id quod eft. Sed pro pollice reddat medietatem manus. Pro digito qui pollici proximus XV *folidos, de folido Anglicano, hoc eft,* quer *denarios. Pro digito longo* XVI *folidos. Pro altero qui portat annulum* XVII *folidos. Pro digito minimo* V *folidos. Si unguem quis cuiquam praeciderit,* V *folidis de folido Anglicano emendet, & pro ungue digiti minimi,* IV *denariis.*

XIV. De

gleis apeled, cil qil cla durrad al gros s. al provoft aveir the Leftuffum VIII den. jatant ni ait meis quil ont cent al maille, ne durrad que VIII den. e pur un porc IV den. e pur un berbz, I den. e ifitres que vit pur chafcun IV den. ne jatant ni aurad ne durrad que oit, d' e durra wage, e truverad plege, que fi altre veinged a pref de denz lan e un jour pur laveir demander, quil i ait a droit en la curt, celui de que il aveit efcus.

VII.

Altrefi de aver endirez e de altre treveure; feit muftred de treis pars del veifined, que il eit teftemonie de la troveure, fi alquens vienge a pref pur clamer la jofe duift wage e troffe pleges que fe altre clamud laveir de denz lan e un jour qui ill ait a droit en la curt, celui qui laverat troved.

VIII.

Si home occit altre, e il feit counfaunt e il denie faire les amendes, durrad de fa Manbote al feignor pur le franc home X folz, e pur le ferf XX folz; la were del Thein XX li. en Merchenelae e en West-Sexenelae, e la wer del vilain C. folz en Merchenelae e eufement en West-Sexenelae.

IX.

De la were, primerament rendrat l'um de halt fainc a la vidue e as orphanins X folz, e le furplus orphanins e les parenz departent entr'els.

X.

En la were purra il rendra chival qui ad la cuille pur XX folz, e tor pur X folz, e iter pur V folz.

XI.

Si home fait plaie a altre e il denie otrei fair les amendes, primerement li rende fun le chefe e li plaiez jurraz fur fentez qui pur mes nel pot fair ne pur haur fi chier nel fift defarbote cho eft de la dulor.

XII.

Si la plaie lui vient a vis defeuvert al polz tote veie IV den. & de tanz os cum hom trarad de la plaie al os tote veie IV den. pois acordement fi li metir ad avant honours qui fi illiont co quil ad fait a lui fe fon queur li purportaft e fon confeil li donaft, prendreit de lui ce quil offre a lui.

XIII.

Si co avent qui alquen colpe le poin a altre, u le pied, fi li rendra demi were, fuluc ceo q'il eft, mez del pochier rendrad la meite de la mein. del dei apres le polcier XV folz de folt Engleis co eft quer deners de lunc dei XVI folz, del altre qui ported l'anel XVII folz, del petit dei V folz, del ungle fi il colpe de cafcun V folz de folt Engleis; al ungle de petit dei IV den.

XIV. Ki

XIV. De adulterio.

Qui desponsatam alteri vitiaverit, forisfaciat weram suam domino suo.

XIV.

Ki altrei espouse purgist, si forfait la were vers sun seignour.

XV. De judice corrupto.

Etiam qui falsum tulerit judicium, weram suam perdat, nisi tactis sacrosanctis (Evangeliis) probare poterit se melius judicare non potuisse.

XV.

Altresi qui faus jugement fait, pert sa were si il ne pot prover sor saintz qui melz ne * sot juger.

XVI. De purgatione illius qui furti reus est.

Si quis alterum appellet de latrocinio & is sit liber homo, & habeat ond caverre *testimonium de legalitate purget se per plenum sacramentum, & alter qui infamis ante fuerat* per serment nomed, *videlicet* XIV *homines legales* per non *si is habere eos poterit se purget se duodecima manu, & si habere non possit se defendat* per juis & *appellator jurabit* surlui jur set *homines* nomes *quod propter* haur *non fecit nec propter aliam causam quam quia jus suum persequeretur.*

XVI.

Si home apeled altre de larcin, & il sot francz home, & il ait ond caverre testmonie de lealte sen escoudirad per plein serment, & altre qui blasmed ait ested per serment nomed, co est a savoir, quacorte homes leals per non si il aver les pot si sen escoudirad sei dudzime main & si aveir nes pot si se defende per juis e li apeleur jurra surlui jur set homes nomes qui pur haur nel sist ne pur altre chose si pur son dreit non purchacer.

XVII. De eo qui templum aut domum fregerit.

Et si quis appellatus fuerit de fractione monasterii aut cubiculi, neque fuerit antea infamis enarer *se purget per* XLII *legales homines* nomes *se duodecima manu, & si alias infamia notatus fuerit, purget se* a treis dulles, *videlicet per* XLVIII *homines legales* nomes *se trigesima sexta manu, & si illos habere nequierit eat* a le juise a treis dubles si coil doust a treis *de pleno sacramento, & si* il enarrer larcin amended, alt al ewe *archiepiscopus habebit de forisfactura* XL *solidos in Merciorum lege, & episcopus* XX *solidos, & comes* XX *solidos, & baro* X *solidos, & villanus* XL *denarios.*

XVII.

E si alcons est apelez de muster fruisser, u de chambre, e il neit ested blamed enarer sen escoudit per † XLII leals homes nomez sei dudzime main, e sil eit alre fiee ested blamed, sen escoudied a treis dubles ceo a savoir per XLVIII homes leals nomes sei trentesiste mein, e sil aveir nes pot aut a la juise a treis dubles si coil doust a treis duble in serment, e sil ad enarer larcin amended alt al ewe li arcevesqe averad de forfature XL solz en Merchenlae, e lui evestres XX solz e lui quenz XX solz, e le baron X solz, e li vilain XL den.

XVIII. De denariis S. Petri, seu vectigali Romano.

Liber homo qui habuerit averia campestria XXX *denariis aestimanda, dabit denarium S. Petri. Pro* IV *denariis quos donaverit dominus, quieti erunt bordarii ejus & ejus* boner, *& ejus servientes. Burgensis qui de propriis catallis habet id quod dimidia marca aestimandum est, det denarium S. Petri. Qui in lege Danorum est liber homo, & habet averia campestria quae dimidia marca in argento aestimantur, debet dare denarium S. Petro. Et per denarium quem donaverit dominus, erunt quieti ii qui resident in suo dominico.*

XVIII.

Franc home qui ad aver champester trente deners vailaunt, deit doner le dener seint Pere, le seignur pur IV den. que il dour ad si erunt quites ses bordiers e ses boner & ses serjanz. Li burgeis qui ad en sonn propre chatel demi marc vailant, deit dener seint *Pere*. Qui en Denelae francz home est e il averad demi marc en argent vailant de avor champestre, si deurad dinier le doner seint Pere. E per le dener qui li seignur durrat si erent quietes ceals, qui meinent en son demainer.

XIX. De muliere vi compressa & pudicitia luctamine tentata.

Qui foeminam vi oppresserit, forisfacit membra sua. Qui prostraverit foeminam ad terram & ei vim inferat, multa ejus domino est X *solidi. Si vero eam compresserit, forisfacit membra.*

XIX.

Ki purgist femme per forze forfait ad les membres. Ki abate femme a terre, pur faire lui force, la multe al seignur X solz. sil la purgiste, forfait est de membres.

XX. De iis qui vectigal Romanum seu D. Petri non pendunt.

Qui negaverit denarium S. Petri, eum pendat per justitiam S. Ecclesiae & XXX *denarios forisfacturae. Et si de ea re est implacitatus per justitiam regis, forisfaciat episcopo* XXX *denarios, & regi* XL *solidos.*

XXI. De

XX.

Ki renent le dener seint Pere, le dener pendra per la justice de seint Eglise e XXX den. forfait. e si il en est plaide de la justise le rei, le forfait al evesque XXX den. e al rei XL solz.

XXI. Si

* *Pot.* † al. XLIV.

XXI. De oculo effoſſo.

Si quis alteri oculum effoderit infortunio quocunque, emendet LXX *ſolidis ſolidorum Anglicanorum. Et ſi* la purnele *reſtituatur, dimidium duntaxat reddatur.*

XXII. De relevio ſeu εἰσδεκτικῷ comitis.

De relevio comitis, quod ad regem pertinet, VIII *equi ephippiati & fraenis ornati,* IV *loricae, &* IV hammes, *&* IV *ſcuta, &* IV *haſtae, &* IV *enſes,* les altres IV chaceurs *& palfredi cum fraenis & capiſtris.*

XXIII. De relevio baronis.

De relevio baronis, IV *equi cum ſellis & fraenis ornati, & loricae* II *&* II hammes *& ſcuta* II *&* II *haſtae &* II *enſes. &* les altres II un chaceur *& unus palfredus cum fraeno & capiſtro.*

XXIV. De vavaſoris relevio.

De relevio vavaſoris ad ligium ſuum dominum. Quietus eſſe debet per equum ſon peip *talem qualem habuerit tempore mortis ſuae, & per loricam ſuam, &* per ſon haume *& per ſcutum ſuum, & per haſtam ſuam, & per enſem ſuum, & ſi adeo fuerit inermis ut nec equum habuerit nec arma, per centum ſolidos.*

XXV. Adeo me caecutire hic fateor, ut nec lemma adjicere poſſim.

De eivers deins aver kil *velit calumniare,* emblet, *& ille vult dare vadios & invenire plegios ad proſequendum appellum ſuum, tunc* liſcuverad *illi quod* il auverad entremenis nomer *warrantum ſuum ſi eum habuerit, & ſi non habuerit eum, nominabit ſuum* Heuvel borh, *& teſtes ſuos & habebit eos ad diem, & ad terminum ſi eos habeat aut eos habere poterit, &* li entreceur liuverad *in vadium ſe ſexta manu, & alter ponat in manum ſui warranti* va ſon Heuvel borth *& habeat ille teſtes quod* il lacharad al marthied in rei, *& quod ille non* ſet *ſuum warrantum in plegio* vif ne mort coo jurad od *teſtes ſuos per plenum ſacramentum perdat catallum ſuum ſi is teſtimonium perhibeat quod* Heuvel borth enpuſt, *& ſi non poterit habere warrantum nec teſtem, perdat & pro* ſoldrad *perdat weram ſuam domino ſuo. Hoc obtinet in Merciorum jure, & in Danorum, & in Weſt-Saxonum. Non vocabit dominum ſuum ad warrantum de hoc quod ponitur in vadio, &* ou *Danlae* meite en vele diſſi la *quod is ſit* derained, *& ſi poteſt probare quod hoc ſit de* ſa nurture, *per tres partes* ſon vigued ſe il aver ad deraigned. *Nam poſt ſacramentum* li eſt jugied *inde non poteſt poſtea* lever *per judicium Angliae.*

XXVI. De centuriae mulcta, ubi reus homicidii judicio non ſiſtitur.

De murdre freceis occiſt, *& homines hundredi non prehendunt & aminant ad juſtitiam infra* VIII *dies ut oſtendat ob quam cauſam fecerit, reddant* le murdre XLVII *marcas.*

XXVII. De clientis actione verſus dominum.

Si quis vult derainer *conventionem de terra ſua verſus dominium ſuum per pares ſuos de tenura, ipſos quos appellaverit ut teſtes ſint*

XXI.

Si alquns eriene l'oil al altre per aventure quel que ſeit, ſi amendrad LXX ſolz del ſolz Engleis, e ſi la puruele i eſt remis, ſi ne rendra lui que la meite.

XXII.

De releiſe al cunte, que al rei afiert VIII chivalz ſelez, e enfrenez, lez IV halbers, e IV hammes, e IV eſcuz, e IV Launces, e IV eſpes, les altres IV chaceurs e palfreis a frenis e a cheveſtres.

XXII.

De releif a barun, IV chivalz enſeles e enfrenes, e II halbers, e II hammes, e II eſcus, e II launces, e II eſpes, e les altres II un chaceur, e un palefrei a frenis e a cheveſtres.

XXIV.

De relief a vavaſour a ſon lige ſigneur; deite eſtres quite per le chival ſon peipe tel quil aveit a jour de ſa mort, e per ſon halbert, e per ſon haume, e per ſon eſcud, e per ſa launce, e per ſeſpe, ſil fuſt des apeile, quil ne out ne chival ne les armes, per C ſolz.

XXV.

De eivers deins aveir kil voldrad clamer emblet, e il volge doner wage e trouver plege a perſuir ſon apel, dunt li ſcuverad a celui quil auverad entremeins nomer ſon guarant ſul lad e ſi il nel ad dunt nomerad ſon Heuvel borh e ſes teſtemonies e ait les a jur e a terme, ſil les ad u ſil les pot aver, e li enter ceur liveriad en guage ſei ſiſte main e li altre le metirad en la main ſon warrant va ſon Heuvel borth & il ait teſtimonies que il lacharad al marthied in rei e quil ne ſet ſon warrant en le plege vif ne mort, coo jurad od ſes teſtimonies per plein ſerment ſi perdra ſon chatel ſi il teſtimonient qui il Heuvel borth enpuſt, e ſil ne pot aveir guarant ne teſtimonie ſi perdrad & pur ſoldrad pert ſa werre vers ſon ſeignur, co eſt en Merchenelae e en Denelae e en West-Sexenelae. Ne vocherad mie ſon ſeignor warant iceo qui ſeit mis en guage e on Denelae meitre en vele diſſi la qui il ſeit derained e ſil pot prover qui ceo ſoit de ſa nurture per treis partz ſon vigued ſe il aver ad deraigned, kar puis lei ſerment li eſt jugied ne len pot pas puis lever per le jugement de Engleterre.

XXVI.

De murdre freceis occiſt e les homes del hundred nel prengent e amenent a la juſtiſe de denz les oit jours per muſtrer pur qui il la fait, ſin rendrunt le murdre XLVII mars.

XXVII.

Si home volt derainer covenant de terre ver ſon ſeignor per ſes pers de la tenure meimes qui il apelerad a teſtimoines leſcuverad derainer,

ſint leſcuverad derainer. *Nam per extraneos non poteſt* dereiner.

XXVIII. De : : : : : : : :

Qui placitat in curia, cujuſcunque curia ſit, excepto ubi le cors le eſt eſti e home li mettid *ſuper eo quod dixerit, rem quam nolit confiteri, ſi non poteſt* derainer *per* II *intelligentes homines qui interfuerunt placito & videntes quod non dixerit,* recovered a ſa parole.

XXIX. De colonorum relevio.

De relevio villani. Melius animal quod habuerit id ſive equus ſit, ſive bos, ſive vacca, donabit domino ſuo pro relevio, & poſtea ſi ſerait cuz les villain *in franco plegio.*

XXX. De viis publicis.

De tribus viis, videlicet, Wetlingſtrete *&* Ermingſtrete *&* Foſſe. *Qui in aliqua harum viarum hominem itinerantem ſive occiderit ſive inſilierit, is pacem regis violat.*

XXXI. De latrone, cum latrocinio ſeu ἐπαυτοφόρῳ, prehenſo.

Si latrocinium ſit inventum in cujuſcunque terra ſit & latro ſimul, dominus terrae & uxor ejus habebunt medietatem bonorum latronis, & les chaleiurs lor chatel ſe ille trovent & labor merted, *ſi repertum ſit intra* Sache *&* Soche *perdat uxor & dominus habebit.*

XXXII. De : : : : : : : : :

De Strewarde *de unaquaque hidarum hundredi unus homo intra feſtum S. Michaelis & S. Martini, &* Wardireve *habebit* XXX *hidas quietas pro labore ſuo, & ſi averia moriantur* perilot vel denient watter *& non poſſit oſtendere nec clamorem nec vim quae facta fuerit reddat averia.*

XXXIII. De colonis & glebae aſcriptitiis.

Eos qui custinent *terram non debet quis moleſtare praeterquam de eorum* diotre *cenſu. Nec licet* a ſeignurage *diſcedere cultores de terra ſua, quin rectum ſervitium ſuum facere poſſint. Nativi qui diſcedunt a terra ſua non debent* cartre faut naivirie quere *quae non faciunt rectum ſervitium quod ſpectat ad terram ſuam. Nativum qui diſcedit a terra unde eſt nativus & venit ad alteram, nullum eum retineat nec catalla ejus, ſed redire cogatur ut faciat ſervitium ſuum tale quod ad eum ſpectat. Si* les ſeignurages *non faciunt* altri gainnys *venire ad terram ſuam, juſtitia id faciat.*

XXXIV. Ne quis domino ſuo debitas praeſtationes ſubtrahat.

Nemo domino ſuo ſubtrahat rectum ſervitium ſuum, propter nullam remiſſionem quam ei antea fecerit.

XXXV. De foemina gravida quae capitali ſupplicio damnatur.

Si morti damnata ſit aut membrorum mutilationi foemina in utero geſtans, de ea non fiat juſtitia priuſquam parturierit.

XXXVI. De inteſtatorum bonis.

Si quis inteſtatus obierit, liberi ejus haereditem aequaliter dividant.

ner. Kar per eſtranges nel purra pas dereiner.

XXVIII.

Home qui plaide en curt, a qui curt qui co ſeit fors la ou le cors le eſt eſti e home li mettid ſur quil ait dit choſe qui il ne voille coiniſtre, ſe il ne pot derainer per II entendable home del pleidant & veant qui il nel aurad dit, recovered a ſa parole.

XX X.

De relief a vilain. Le meillur aveir quil avera u chival, u buf, u vache, donrad a ſon ſeignor de releif & puis ſi ſerait cuz les vilains en franc plege.

XXX.

De III chemins co eſt a ſaveir, Wetlingſtrete & Ermingſtrete & Fos, ki en alcun de ces chemins oceit home qui ſeit errant per le pais u aſalt, ſi enfreit le pais le roi.

XXXI.

Si larecin eſt troved, en qui terre qui ceo ſeit & le laron oveſque le ſeignor de la terre, & la feme averunt la meited del aveir a laron e les chaleiurs lor chatel ſe ille trovent e labor merted ſil eſt trove dedanz Sache & Soche, ſil perdra la femme & le ſeignor laverad.

XXXII.

De Streward de cheſcon des hides de hundred un home de denz la feſte ſeint Michiell & le ſeint Martin & Wardireve ſi aurad XXX hides quites per ſon travaile & ſi avers treſpaſſent perilot vel denient watter e il ne puſſent muſtrer ne cri ne force qui lon fuſt faite ſi rendiſent laveir.

XXXIII.

Cil qui cuſtinent la terre ne deit l'um travailer ſe de lour diotre cenſe non ne leiſt a ſeignurage departir les cultivurs de lur terre pur tant cum il puſſent le dreit ſeirviſe faire les naifs ki departet de ſa terre ne devient cartre faut naivirie quere qui il ne facent lur dreit ſervice que apend a lor terre. Li naifs ki departet de ſa terre dunt il eſt nez e vent a autri terre nuls nel retenget ne li ne ſe chatels enz le facet venir arer a faire ſon ſerviſe tel cum a li apend. Si les ſeinurages ne facent altri gainnys venir a lor terre la juſtiſe le facet.

XXXIV.

Nullui ne toille a ſon ſenior ſun dreit ſerviſe pur nul relais qui il li ait fait en arere.

XXXV.

Si femme eſt jugee a mort u a defacum des membres ki ſeit enceintee, ne ſaced lum juſtice deſquele ſeit delivere.

XXXVI.

Si home mort ſans deviſe, ſi departent les enfans l'erite entre ſei per u wel.

XXXVII. De adultera a patre deprehensa.

Si pater deprehenderit filiam in adulterio in domo sua seu in domo generi sui, bene licebit ei oure *(lege forsan* occire, *occidere) adulterum.*

XXXVIII. De jactu, velut ad legem Rhodiam.

Si quis eu puissuned *alterum sit occisus aut per* manhablement eissille, *ego jecero res tuas de navi ob metum mortis, de hoc non potes me implacitare. Nam licet alteri damnum inferre ob mortis metum quando periculum evadere non potest, & si de hoc me* mesces *quod ob metum mortis* nel feisse de co mespriorai *& ea quae in navi restant dividantur in communi secundum catalla, & si quis jecerit catalla extra navim, quando necessitas non exegerit, ea restituat.*

XXXIX. De judicio in socium absentem.

Duo sunt participes unius crichet, *& unus eorum implacitatus fuerit absque altero, qui negligentia sua perdit; non inde debet damnum cedere alteri qui absens fuit. Nam quod judicatum est inter eos non debet praejudicare iis qui absentes fuerunt.*

XL. De relevio eorum qui clientes censum pendunt.

Eorum qui fundum suum tenent ad censum, sit rectum relevium tantum quantum census annuus est.

XLI. De judiciis.

Caute prospiciant ii quibus cura incumbit judicia facere ut judicent uti petunt quando dicunt dimitte nobis debita nostra, *& prohibemus ne homo christianus extra terram non vendat* nen surchetut en paisumne wart lum *quod homo animam suam non perdat quam Deus vita sua redemit, qui injuriam* eslevera *aut falsum judicium* fra purcurruz ne pur hange u pur aveir *sit in forisfactura regis de* XL *solidis,* sil ne pot aleier *quod plus recti facere* nel sont si perde sa franchise si al rei nel pot rachater a son plaisir: *Et si sit in Danorum lege sit forisfactura de* Lahslite sil alaier ne se pot *quod melius facere non* solt *& quod rectam legem & rectum judicium recusaverit, sit forisfactura erga illum cui jus hoc pertinuerit; si sit erga regem* VI *librae, si sit erga comitem* XL *solidi, si sit in hundredo* XXX *solidi, & erga omnes* i cons *qui curiam habent in Anglia* co eit *ad solidos Anglicanos. In* Danorum *lege qui rectum judicium recusaverit, sit is in misericordia de suo* Lahslite *nec bene faciat querelam regi de hoc quod quis ei defecerit in hundredo aut in comitatu.*

XLII. De pignore, quod namium vocant, capiendo.

Non capiat quis namium aliquod in comitatu nec per vim usque dum ter rectum petierit in hundredo aut in comitatu, & si ad tertiam vicem rectum non potest habere, eat ad comitatum & comitatus praefigat ei diem quartum & si cili de fait de ki il se claime dunt prenge conge *ut possit namium capere* pur le son lum & pref.

XLIII. Ne quis rem aliquam emat sine testibus.

Nemo emat quantum IV *denariis aestimatur neque de re mortua neque de viva absque testimonio*

XXXVII.

Si le pere truitet sa file en anulterie en sa maisonn, u en la maisonn son gentdre ben li laust oure lavultere.

XXXVIII.

Si home en puissuned altre seit occis u per manablement eissille Io jettai voz chosez de la nef per pour de mort & d'eo ne me po ez enplaider, kar leist a faire damage a altre pur pour de mort quant parele ne pot eschaper e si de come mescez qui pur pour de mort nel feisse de co mespriorai e les choses qui sunt remise en le nef seient departis en commune sulun les chatels e si alcun jothed les chatels * fors de la nef senz busun, sil rendet.

XXXIX.

Dous sunt perceners d'un crichet e est lun enplaide sanz laltre, & per sa folie si pert ne dit per co laltre estre perdant, ki present ne sud, kar jose juge entre eus ne fors juge pas les altres ki ne sunt a present.

XL.

Cil qui tenent lur terre a cense, sort lur droit releif a tant cum a cense est d'un an.

XLI.

Ententivement se purpensent cil qui les jugementz unt a faire, qui si jugent cum desirent quant il dient *dimitte nobis debita nostra,* & nous † d'sendum qui lum christien ‡ fors de la terre ne vende nen surchetut en paisumne wart lum qui lum lamne ne perde qui du rechatat de sa vie ki tort eslevera u faus jugement fra purcurruz ne per hange u per aveir seit en ** forsaunre le rei d' XL solz sil ne pot aleier qui plus dreit fair nel sont si perde sa franchise si al rei nel pot rachater a son plaisir: E sil est en Denelae seit forfait de Larlite, sil alaier ne se pot qui il melz faire ne solt, e qui dreite lei e dreite jugement refuserad seit forfait envers celi ki dreit, co est a aveir, si co est envers li rei VI livers, si co est envers cunte XL solz. Si co est en hundred XXX solz. e envers touz i cons ki curt unt en Engleterre co est al solz Engleis. E en Denelae qui dreit jugement refuserad sait en la mercie de sa Larlite e ne face bon plainte a rei dici qui lun li seit de faili el hundred u el conte.

XLII.

Ne prenge hum nammil en conte ne de fors d'ici quil eit tresfois demand dreit el hundred u el conte, e sil a la tiers fiee ne pot dreit aver, alt a conte e le conte len a sete le quart jura, e se cili de fait de ki il se claime dunt prenge conge qui il pusse nam prendre pur le son lum e pref.

XLIII.

Ne nul achat le vailiant de IV den. de mort, vif, sans testimonie ad IV hommes u de burt, u de

* *Hors.* † *Defendons.* ‡ *Hors.* ** *Forfature.*

monio IV hominum aut de burgo aut de villa. Et si quis rem vendicat & il vent habeat testimonium; si nullum habeat warrantum respondeat alteri catallum suum & forisfacturam habeat qui habere debet, & si testimonium habeat ut jam diximus voest *tribus vicibus & vice quarta* le dereinet & il le rende.

XLIV. De : : : : : : : : : :

Praeterea rationi consonum non videtur ut quis face pruvance sur testimonie ki conusent co que entre est, & que nul nel prust devant le terme VI *mensium postquam* que laveir su emble.

XLV. De vadimonio deserto.

E al qui est redte e testimoniet deleaute & le plait tresfoiz *vicibus* eschuit & *ad quartam vicem odat summonitor de tribus defaltis nihilominus* le mande lum *ut plegium inveniat & veniat ad jus, & si nolit, si non viderit hominem vivum aut mortuum, capiat quantum habet & reddat petenti catallum suum & dominus habeat medietatem residui, & hundredum medietatem. Et si nemo* parent nami ceste justise deforcent seient forfeit envers le rei de VI lib. & quergent le larun nen en ki poeste il seit troveneit warant de sa vie ne per defensed plait nait mes recover.

XLVI. De hospitibus.

Nemo alium recipiet ultra III *noctes* si til ne li command od qui il fust aniz.

XLVII. De famulis.

Nemo hominem suum a se discedere patiatur postquam rectatus fuerit.

XLVIII. De : : : : : : : :

Et qui latronem en contre e sanz qui a acient li leit aler si la mend a la vailence de larun u se nespurge per plener lei *quod latro non sit* e ki le cri orat e sursera la sursise li rei amend ou sen espurget.

XLIX. De : : : : : : : : : :

Quilibet etiam dominus habeat servientem suum aut plegium suum qi, *si non rectatus fuerit, habeat ad rectum in hundredo.*

L. De : : : : : : : :

Si quis intra hundredum incusatus fuerit & IV *homines* le retent, *se duodecima manu purget, & si* il seut suist deduz la chalenge, *dominus reddat weram suam* e si lun chalenge le seignour que per le seut seit aler si *se purget duodecima manu, & si non posset, emendet versus regem & sit utlagatus.*

de vile; e le lum le chalange e il vent ait testimonie, si nad nul warant rende lum al un son chatel e le forfait ait ki aver le deit; e si testimonie ad sicum nous eviz desunes voest les treis foiz e a la quart feiz le dereinet u il le rende.

XLIV.

Aus ne semble pas raison qui lum face pruvance sur testimonie ki conussent co que entre est e qui nul nel prust devant le terme de VI meis apres co qui laveir su emble.

XLV.

E al qui est redte e testimoniet de deleaute e le plait tresfoiz eschuit e al quart mustrent li sumenout de se treis defautes, uncore le mande lum qui il plege truse e vienge a dreit, e sil ne volt si ne vist lum vif u mort si prenge lum quanq; il ad e si rende lum al chalangeur sun chatel e li sire ait la meite del remenant, e le hundred la meite. Et si nul parent nami ceste justise deforcent seient forfeit envers li rei de VI lib. e quergent le larun nen en ki poeste il seit trove neit warant de sa vie ne per defensed plait nait mes recovrer.

XLVI.

Nuls ne receit hom ultre III nuis si til ne li command od qui il fust aniz.

XLVII.

Ne nuls ne lait sun hum de li partir pus qui il est rete.

XLVIII.

E ki larun en contre e sanz qui a acient li leit aler si la mend a la vailance de larun u se nespurge per plener lei qui il laron nel sout, e ki le cri orat e sursera la sursise li rei amende u sen espurget.

XLIX.

E chascun seniour eit son serjant u sun plege qi si nel rete qui ait a dreit el hundred.

L.

Si est ascons qui blamet seit de dinz le hundred IV humes le retent sei XII main s'espurget, e si il seut suist deduz la chalange li sire rende sun were, e si lun chalange le seignour qui per le seut seit ale si s'escuudie sei VI main e sil ne pot envers li rei lament e cil soit utlage.

Neque praeter Ingulphum quis leges hasce tradidit; neque praeter hasce, aliquam omnino quae illius aevi idiomate Gallico seu Normannico conscribitur, extare puto; cum interim memoriae sit traditum, Guilielmum idioma illud, utpote vernaculum, nascentique imperio velut magis fidele, in Anglia propagari & populare fieri impense desiderasse, idque sancito jussisse. Missis quae historici de ea re habent, Robertum Holkothium, virum, ut aevum suum tulit, doctissimum, testem adhibeo. *Narrant historiae* (ita scribit ille ad librum sapientiae caput II.) *quod cum Willielmus dux Normannorum regnum Angliae conquisivisset, deliberavit quomodo linguam Saxonicam posset destruere & Angliam & Normanniam in idiomate concordare, & ideo ordinavit quod nullus in curia regis placitaret nisi in Gallico, & iterum quod puer quilibet ponendus ad literas, addisceret Gallicum, & per Gallicum Latinum, quae duo usque hodie*, inquit, *observantur.* Floruit autem Robertus iste sub Edwardo III. cujus regni anno vicesimo quarto, saeviente peste abreptus

reptus

reptus est, vide Stat. 36. Ed. III. cap. 15. Atqui complures aliae, vetustis schedis Guilielmo regi tributae (praeter eas Edwardo regi accepto latas) reperiuntur, quarum hasce subjungere etiam visum est, tam quod apud Rogerum Hovedenum ex mutilo nimium exemplari obtrusae sint, aut librariorum injuria decurtatae, tum quod Guilielmi Lambardi codicem de priscis Anglorum legibus (ubi editae quidem sunt, nec tamen undequaque exemplari quo utor consonae) etiam studiosis rarissime occurrere certo sciam.

Willielmus Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum, omnibus hominibus suis Franciae & Angliae, salutem.

LI. De religione & pace publica.

Statuimus inprimis super omnia, unum Deum per totum regnum nostrum venerari, unam fidem Christi semper inviolatam custodiri, pacem, & securitatem, & concordiam, judicium & justitiam inter Anglos & Normannos, Francos & Britones Walliae & Cornubiae, Pictos & Scotos Albaniae, similiter inter Francos & insulanos, provincias & patrias quae pertinent ad coronam & dignitatem, defensionem & observationem, & honorem regni nostri & inter omnes nobis subjectos per universam monarchiam regni Britanniae firmiter & inviolabiliter observari. Ita quod nullus alii forisfaciat in nullo super forisfacturam nostram plenam.

LII. De fide & obsequio erga regem.

Statuimus etiam ut omnes liberi homines foedere & sacramento affirment quod intra & extra universum regnum Angliae (quod olim vocabatur regnum Britanniae) Willielmo suo domino fideles esse volunt, terras & honores illius fidelitate ubique servare cum eo, & contra inimicos & alienigenas defendere.

LIII. De Normanni seu Francigenae caede.

Volumus autem & firmiter praecipimus ut omnes homines, quos nobiscum adduximus aut post nos venerint, sint sub protectione & in pace nostra per universum regnum praedictum, & si quis de illis occisus fuerit, dominus ejus habeat intra V *dies homicidam ejus si poterit, sin autem, incipiat persolvere nobis* XLVI *marcas argenti quamdiu substantia domini illius perduraverit. Ubi vero dominus defecerit, totus hundredus in quo occisio facta est communiter solvat quod remanet.*

LIV. De jure Normannorum qui, ante adventum Guilielmi, cives fuerant Anglicani.

Et omnis Francigena qui tempore Edwardi propinqui nostri fuit in Anglia particeps consuetudinum Anglorum, quod ipsi dicunt Anhlote *&* Anscote, *persolvat secundum legem Anglorum.*

LV. De clientelari seu feudorum jure, & ingenuorum immunitate.

Volumus etiam ac firmiter praecipimus & concedimus ut omnes liberi homines totius monarchiae regni nostri praedicti habeant & teneant terras suas, & possessiones suas bene & in pace, libere ab omni exactione injusta, & ab omni tallagio; ita quod nihil ab eis exigatur vel capiatur nisi servicium suum liberum quod de jure nobis facere debent & facere tenentur; & prout statutum est eis & illis a nobis datum & concessum jure haereditario imperpetuum per commune consilium totius regni nostri praedicti.

LVI. De nocturnis custodiis.

Statuimus etiam & firmiter praecipimus ut omnes civitates, & burgi, & castella, & hundredi, & wapentachia, totius regni nostri praedicti singulis noctibus vigilentur & custodiantur in gyrum pro maleficiis & inimicis prout vicecomes & aldermanni, & praepositi & caeteri ballivi & ministri nostri melius per commune consilium ad utilitatem regni providebunt.

LVII. De mensuris & ponderibus.

Et quod habeant per universum regnum mensuras fidelissimas & signatas & pondera fidelissima, & signata sicut boni praedecessores statuerunt.

LVIII. De clientum, seu vassallorum, praestationibus.

Statuimus etiam & firmiter praecipimus ut omnes comites, & barones, & milites, & servientes, & universi liberi homines totius regni nostri praedicti habeant & teneant se semper bene in armis & in equis ut decet & oportet, & quod sint semper prompti & bene parati ad servicium suum integrum nobis explendum & peragendum cum semper opus affuerit, secundum quod nobis de feodis debent & tenementis suis de jure facere, & sicut illis statuimus per commune consilium totius regni nostri praedicti & illis dedimus & concessimus in feodo jure haereditario. Hoc praeceptum non nostrum sit violatum ullo modo super forisfacturam nostram plenam.

LIX. Ut jura regia illaesa servare pro viribus conentur subditi.

Statuimus etiam & firmiter praecipimus ut omnes liberi homines totius regni praedicti sint fratres conjurati ad monarchiam nostram & ad regnum nostrum pro viribus suis & facultatibus contra inimicos pro posse suo defendendum & viriliter servandum, pacem & dignitatem coronae nostrae integram observandam, & ad judicium rectum & justitiam constanter omnibus modis pro posse suo sine dolo & sine dilatione faciendam, hoc decretum sancitum est in civitate London.

LX. Ne venditio & emptio fiat nisi coram testibus & in civitatibus.

Interdicimus etiam ut nulla viva pecunia vendatur aut ematur nisi intra civitates & hoc ante tres fideles testes nec aliquam rem vetitam sine fidejussione & warranto, quod si aliter fecerit solvat & persolvat, & postea forisfacturam.

LXI. De emporiis, & jure urbium pagorumque notae melioris.

Item nullum mercatum vel forum sit nec fieri permittatur nisi in civitatibus regni nostri, & in burgis, & in murovallatis, & in castellis & in locis tutissimis ubi consuetudines regni nostri, & jus nostrum commune & dignitatis coronae nostrae quae constituta sunt a bonis praedecessoribus nostris

ſtris deperiri non poſſunt nec deſyderari nec violari, ſed omnia recte & in aperto & per judicium & juſtitiam fieri debent. Et ideo caſtella, & burgi, & civitates ſita ſunt & fundantur & aedificantur, ſcilicet, ad tuitionem gentium & populorum regni & defenſionem regni, & idcirco obſervari debent cum omni libertate & integritate & ratione.

LXII. De purgatione forenſi in judiciis publicis.

*Decretum eſt etiam ut * Francigena appellaverit Anglum de perjurio aut murdro, furto, homicidio, ran quod dicunt apertam rapinam, quae negari non poteſt, Anglus ſe defendat per quod melius noverit aut judicio ferri aut duello. Si autem Anglus infirmus fuerit, inveniat alium qui pro eo faciat. Si quis eorum victus fuerit emendet regi* XL *ſolid. Si autem Anglus Francigenam appellaverit & probare voluerit judicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare ſe ſacramento † non fracto.*

LXIII. Firmantur leges Edwardi regis.

Hoc quoque praecipimus ut omnes habeant & teneant legem Edwardi regis in omnibus rebus, adauctis hiis quas conſtituimus ad utilitatem Anglorum.

LXIV. De juſtitiae publicae fidejuſſoribus.

Omnis homo qui voluerit ſe teneri pro libero ſit in plegio ut plegius eum habeat ad juſtitiam ſi quod offenderit, & ſi quiſquam evaſerit, talium videant plegii ut ſolvant quod calumniatum eſt, & purgent ſe quia in evaſo nullam fraudem noverint. Requiratur hundredus & comitatus (ſicut anteceſſores ſtatuerunt) & qui juſte venire debent & noluerunt, ſummoneantur ſemel; &, ſi ſecundo non veniunt, accipiatur unus bos, & ſi tertio alius bos, & ſi quarto, reddatur de rebus hujus hominis quod calumpniatum eſt quod dicitur Ceapȝylꝺ *& inſuper regis foriſfactura.*

LXV. De ſervis & eorum manumiſſione.

Et prohibemus ut nullus vendat hominem extra patriam. Si quis vero velit ſervum ſuum liberum facere tradet eum vicecomiti per manum dextram in pleno comitatu, & quietum illum clamare debet a jugo ſervitutis ſuae per manumiſſionem & oſtendat ei liberas vias & portas & tradat illi libera arma ſcil. lanceam, & gladium, deinde liber homo efficitur.

LXVI. De ſervis.

Item ſi ſervi permanſerint ſine calumnia per annum & diem in civitatibus noſtris vel in burgis in muro vallatis vel in caſtris noſtris, a die illa liberi efficiuntur & liberi a jugo ſervitutis ſuae ſint imperpetuum.

LXVII. De ſuppliciorum modo.

Interdicimus etiam ne quis occidatur vel ſuſpendatur pro aliqua culpa, ſed ‡ evernantur oculi & abſcindantur pedes vel teſticulae vel manus, ita quod truncus remaneat vivus in ſignum proditionis & nequitiae ſuae: Secundum enim quantitatem delicti debet poena maleficiis infligi. Iſta praecepta non ſint violata ſuper foriſfacturam noſtram plenam. Teſtibus, &c.

Schedae autem, quae in hiſce eruendis uſui erant, leges etiam de examine forenſi ſuppeditarunt, quarum exemplar correctius habetur apud Joannem Bramptonum abbatem Jornallenſem MS. qui, diligentiſſimus alioquin rerum noſtrarum maxime autem legum vetuſtiorum indagator, Guilielmum alias, praeter haſce, ſtatuiſſe non memorat. Earum apud abbatem hunc hujuſmodi lemma eſt, & hujuſmodi ſtylus.

Inſtitutiones ſive leges regis Willielmi.

WIllielmus Dei gratia rex Anglorum. Omnibus ad quos ſcriptum hoc perveniat ſalutem, & amicitiam. Mando & praecipio per totam Anglicam nationem cuſtodiri.

LXVIII. De examine forenſi.

Si Anglicus homo compellet aliquem Francigenam per bellum de furto vel homicidio vel aliqua re pro qua bellum fieri debeat vel judicium inter duos homines, habeat plenam licentiam hoc faciendi. Et ſi Anglicus bellum nolit, Francigena compellatus adlegiet ſe jurejurando contra eum per ſuos teſtes ſecundum legem Normanniae.

LXIX. De eodem.

Item ſi Francigena compellat Anglicum per bellum de eiſdem rebus, Anglicus plena licentia defendat ſe per bellum vel per judicium ſi magis ei placeat. Et ſi uterque ſit invalidus & nolit bellum vel non poſſit, quaerat ſibi legalem defenſionem.

LXX. De eodem.

Si Francigena victus fuerit perſolvat regi LX *ſol. Et ſi Anglicus nolit ſe defendere per bellum vel per teſtimonium, adlegiet ſe per Dei judicium.*

LXXI. De examine forenſi.

De omnibus utlagariae rebus rex inſtituit ut Anglicus ſe purget ad judicium. Et ſi Anglicus appellet Francigenam de utlagaria & hoc ſuper eum inveritare velit, defendat ſe Francigena per bellum. Et ſi Anglicus non audeat eum probare per bellum, defendat ſe Francigena pleno juramento non in verborum obſervantiis.

Monendum eſt interim, diſtributiones ejuſmodi in exemplaribus MSS. minime repertas eſſe, ſed a nobis conſulto factas, tam ut faciliorem aditum (ubi fieri potuit) praeberent capitum lemmata, quam ut curioſorum, qui haec ſectantur, obſervationibus ſubvenirent numeri, quos, non alio conſilio, a primo earum quas Ingulphus dedit capite, per caetera continenter deduximus.

Accedere etiam poteſt inſtitutis Guilielmi regis, illud a Joanne Sariſburienſe lib. 8. de Nugis Curialium cap. 7. *Aſſumpto,* inquit ille, *regni diademate & pace compoſita, legatos miſit ad exteras nationes ut a praeclaris omnium domibus quicquid eis magnificum aut mirificum videatur, ** afferrent. Defluxit ergo in inſulam opulentam, & quae fere ſola bonis ſuis eſt in orbe contenta, quicquid magnificentiae, imo luxuriae*

* *Si Fr.* † *Non ferro* apud Hovedenum. ‡ *Eruantur.* ** Al. *auferrent.*

potuit inveniri. Porro hoc etiam de annona Palatina quod habetur in Dialogo de Scaccario seu Libro Nigro ita dicto a Gervasio Tilburiense (ut sententia recepta est) sub Henrico II conscripto, qui in archivo fiscali, quod receptum Scaccarii phrasi forensi nominant, servatur. *In primitivo regni statu post conquisitionem, regibus de fundis suis non auri vel argenti pondera, sed sola victualia solvebantur. Ex quibus in usus quotidianos domus regiae, necessaria ministrabantur; & noverant, qui ad hoc deputati fuerant, quantum de singulis fundis proveniebat. Caeterum ad stipendia vel donativa militum, & alia necessaria de placitis regni, vel conventionibus, & ex civitatibus vel castellis, a quibus agricultura non exercebatur, pecunia numerata succrescebat. Toto igitur regis Willielmi primi tempore perseveravit haec institutio, usque ad tempora regis Henrici filii ejus, adeo ut viderim ego ipse quosdam, qui victualia, statutis temporibus, de fundis regiis ad curiam deferri viderint. Certum quoque habebant officiales domus regiae, a quibus comitatibus triticum, a quibus diversae species carnium, vel equorum pabula vel etiam necessaria debebantur. His vero solutis secundum constitutum modum cujusque rei, regii officiales computabant vicecomitibus redigentes in summam denariorum: Pro mensura scilicet tritici ad panem* C *hominum solidum* I; *pro corpore bovis pascualis solidos* V *pro ariete vel ove* IV *denarios*; *pro praebenda* XX *equorum, similiter* IV *denarios. Succedente vero tempore, cum idem rex, in transmarinis & remotis partibus, sedandis tumultibus bellicis operam daret, contigit, ut fieret sibi summe necessaria, ad haec explenda, numerata pecunia. Confluebat interea ad regis curiam querula multitudo colonorum, vel, quod gravius sibi videbatur, praetereunti frequenter occursabat, oblatis vomeribus in signum deficientis agriculturae. Innumeris enim molestiis premebantur, occasione victualium, quae per plures regni partes a sedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus rex definito magnatum consilio, destinavit per regnum, quos ad id prudentiores, & discretiores cognoverat. Qui circumeuntes, & oculata fide fundos singulos perlustrantes, habita aestimatione victualium quae de his solvebantur, redegerunt in summam denariorum. De summa vero summarum, quae ex omnibus fundis surgebat in uno comitatu, constituerunt vicecomitem illius comitatus ad Scaccarium teneri, addentes ut ad scalam solveret.* Nec praetereundum hic quod habet Henricus Bractonius, priscus apud nos jurisconsultus, de forinseco servicio, quod scilicet ii praestant qui, in subditorum clientela eo nomine fundum possidentes, dominorum suorum personam in officiis maxime militaribus regi praestandis induunt, quod, ut scribit ille **dicitur regale servitium quia spectat ad dominum regem & non ad alium & secundum quod in conquestu fuit adinventum.* Ad Guilielmi hujus tempora eum respexisse palam est: Victoriam enim ejus, vocabulo barbaro, Conquestu, praecise olim ut hodie signabant. Nonnullae aliae sunt ejusce leges apud Matthaeum Parisium, Henricum Huntingdoniensem, alios, quas, quoniam sunt cuique obviae, praetermittimus. Sed caveant interim lectores ne a Polydoro ejusque sequacibus in hisce fallantur. Indiligentia enim sua deceptus quaedam Guilielmo velut autori tribuit quas vetustioribus Saxonici imperii temporibus certissimum est deberi, quasdam etiam quae non, ante aliquot a Guilielmo elapsa saecula, natae sunt.

Sed oblitus hactenus praestiti a Guilielmo rege juramenti, quo veteribus Anglorum sancitis etiam generatim observandis se obstrinxit, non intempestive hic Matthaei Parisii de ea re verba subjungo Vitas conscripsit ille coenobiarcharum D. Albani. In Fretherici autem coenobiarchae vita (qui nempe vir strenuus & constans, Haraldi regis non minus devicti quam regnantis nomen sibi charissimum retinens, reluctantibus postmodum Anglis australibus, ut Aldredus antistes Eboracensis aquilonaribus, se ducem fortiter, at frustra, praebuit) varia partium studia narrans, *Videntes*, inquit, *Angli, rem agi pro capitibus, plures convocando exercitum numerosum ac fortissimum conflaverunt, praeficientes sibi Edgarum speciosissimum & fortissimum, in cujus sinu tota spes reposita fuit Angligenarum, unde in Anglia tale exiit eulogium* Edgar Etheling Engelondes Dereling. *Fuit autem inter omnes Anglos dux & promotor efficacissimus abbas S. Albani, Frethericus, tanquam vir generosus, opibus & viribus non mediocriter formidabilis. Coepit igitur rex vehementer sibi timere ne totum regnum quod tanti sanguinis effusione adquisierat, turpiter amitteret etiam trucidatus. Archiepiscopi igitur* (scilicet Lanfranci) *prudentia foeliciter eruditus, mitius coepit agere cum regni primatibus, ea quae pacis sunt humiliter rogitando, & serena facie vocavit eos ad pacem sed subdolam, sicut rei series finaliter clarius patefecit. Occurrerunt igitur Angli memorati nil mali cogitantes in regimine & ducatu abbatis Fretherici apud* Berckhamstude; *ubi post multas* † *deceptationes, praesente archiepiscopo Lanfranco, rex pro bono pacis juravit super omnes reliquias ecclesiae sancti Albani, tactisque sacrosanctis evangeliis,* ‡ *minante juramentum abbate Fretherico, bonas & adprobatas antiquas leges quas sancti ac pii Angliae reges ejus antecessores & maxime rex Edwardus statuit, inviolabiliter observare. Et sic pacificati, ad propria laeti recesserunt.*

Pag. 7. lin. 6. *Quod sacri canones filios presbyterorum quos religionis ordo non ornat a sacrorum ordinum promotione removeant.*] Totidem verbis idem narratur a Radulpho de Diceto, decano, regnante Joanne, Londinensi, quem in historiam suam in codicibus MSS. servatam, compluria ex Eadmero deprompta inseruisse patet. Caeterum quinam illi canones (quibus hoc adjecta etiam, de religionis, uti vocant ordine, conditione, cautum est) aut sub Alexandro II. aut decessorum ejus aliquo? Annus erat MLXXI quando Romam adibat Lanfrancus, comitantibus eum praesulibus istis, atque tunc temporis ob hanc causam spoliatum ab Alexandro narrant Eboracensem. Nullus autem ejusmodi, si bene memini, reperitur aut in juris pontificii commentariis aut alibi canon, cui initia vetustiora sunt concilio Claromontano quod quinquennio aut circiter post Lanfranci obitum, anno nimirum MXCV sub Urbano II habitum est. Vide

* De acquir. rer. dom. lib. 2.

† Ita MS.

‡ Ita MS.

dicti

8

dicti concilii canon. 25. & diſt. 56. extr. tit. De Filiis Presbyterorum, praeter Bernardi Papienſis, lib. 1. tit. 9. Joannis Gallenſis, lib. 1. tit. 9. atque Ivonis part. 6. cap. 410. Neque aliud ultra pronuntiare audemus, quam non liquet; niſi fas ſit Eadmerum memoriae lapſus hic & temporis anticipati poſtulare. Cum enim ſcripſit ille, ejuſmodi lex pontificia vim obtinebat; quae tamen Lanfranci aetate minime erat nata. Cautius igitur G. Malmesburienſis agit dum id genus canonem non adjicit, ſed quod filius eſſet presbyteri duntaxat, ideo ſpoliatum Eboracenſem ſcribit in Lanfranco, uti alii nondum editi. Romae enim, etiam illo aevo, ſacerdotum filii pro ſpuriis habiti; quod ſatis elicitur ex jure pontificio antiquiori apud Gratianum diſt. 32. & 33. Lege autem Judaica, uti in aliis nonnullis, ita in hac re tunc nixi pontifices Romani ſpurios a ſacri ordinis dignitate arcebant, atque inde erat quod ſacerdotis filius hic exueretur ſua. Lex autem Judaica, quam exemplo ſibi eſſe volebant, habetur Deuteronomii cap. xxiii. comm. 2. לו יבא ממזר בקה־יהוה i. e. *Non veniet Mamzer in eccleſiam Domini.* Mamzer enim ibi (quod inde Μαυζὴρ fit & pro notho uſurpatur alicubi & apud Gregentium & apud Cedrenum) Graecis interpretibus eſt ἐκ πόρνης natus, & Arabice in ſacris bibliis redditur فرج الزنا *pharuch alzani* ſeu *pullus meretricis*, uti etiam in verſione Chaldaica qui Jonathani Uzielis filio tribuitur; vide porro ſi placet, diſt. 56. cap. 12. apoſtolica, & c. 13. per venerabilem extr. tit. Qui filii ſint legitimi.

Pag. ead. lin 6. *Et ipſemet ſcripſerit.*] Opus ab eo de iis rebus ſcriptum deſideratur; videſis Balaei Centur. 13. Script. 12. ubi ſcripta ejus enumerantur, quorum pars maxima injuria temporis interciderunt.

Pag. 8. lin. 42. *Inſtituto ei Paulo abbate.*] De abbate iſto, Matthaeus Pariſius in MSS. vitis ejuſdem coenobii abbatum, haec ſcripta reliquit. *Rex Willielmus, de morte abbatis Faritii certificatus, coenobium S. Albani vacans in manu ſua tenuit, & extirpatis ſylvis, & depauperatis hominibus oppreſſit. Et niſi correptionibus Lanfranci refraenaretur, irreſtaurabiliter totum coenobium deſtruxiſſet. Efficaciter igitur procuravit ipſe Lanfrancus ut Paulus ejus conſanguineus quem ſecum in Angliam duxerat in abbatem praeficeretur. Iſte, natione Neuſter, conſanguinitate archiepiſcopo Lanfranco propinquus, &, ut quidam autumant, filius, monachus fuit Cadomenſis eccleſiae. Hic eccleſiam beati Albani ſuſcepit regendam, procurante dicto archiepiſcopo Lanfranco, qui eundem Paulum filiali dilexit amore, promotus in abbatem, anno gratiae* MLXXVII. IV *Kal. Julii, tempore regis Willielmi regis majoris & conqueſtoris, anno regni ipſius* XI. *Hic primus abbas hujus eccleſiae fuit, poſtquam Anglia Normannis fuit penitus ſubjugata. Iſte hanc eccleſiam caeteraque aedificia praeter piſtorium & pinſinochium reaedificavit, ex lapidibus & tegulis veteris civitatis Verolamii, & materie lignea quam invenit a praedeceſſoribus ſuis collectam, & reſervatam. Ditaverat enim ipſum archiepiſcopus Lanfrancus, & ipſum electum theſauro multiplici reddiderat habundantem. Iſte quoque Paulus abbas vir religioſus, & eleganter literatus & in obſervantia ordinis regularis, rigidus, & prudens, totius monaſticae religionis normam quam jam olim tam praelatorum quam ſubditorum remiſſioris vitae illecebroſa voluptas eliminaverat, caute, & paulatim, ne repentina mutatione tumultum gravaret, reformavit. Et facta eſt eccleſia ſancti Albani quaſi ſcola religionis, & diſciplinaris obſervanciae per totum regnum Angliae. Attulerat namque ſecum conſuetudines Lanfranci & ſtatuta monaſtica a domino papa merito approbata, conſcripta. Unde odor bonae famae hujus eccleſiae Romanam curiam & remota regna illuſtrando pervolavit. Et multorum tam praelatorum quam magnatum corda feliciter ei inclinavit.*

Pag. 8. lin. 47. *Gundulfus nomine, ab eodem ibi ſubrogatus epiſcopus eſt.*] Huc ſpectant quae autor priſcus vitae MS. Gundulfi Roffenſis epiſcopi, de illius electione tradidit. *Lanfranco*, inquit, *eccleſiaſticae dignitatis ſummum apicem in Anglia tenente & ſapienter adminiſtrante, Roveceſtrenſis eccleſia ſuo eſt paſtore deſtituta, defuncto Ernoſto epiſcopo qui monachus Sewardo, & ipſi monacho, in epiſcopatum quidem ſucceſſerat, ſed in eo, anno tantum dimidio vixerat. Volens autem pontifex ut ex more antiquorum monachus ſuccederet monacho, cogitare coepit quem potiſſimum monachorum eligere poſſet, qui hoc onus ſibi injunctum portare valeret. Cogitanti tamen, Gundulfi citius occurrit ſanctitas quae jam certis experimentis ſatis ei fuerat approbata. Hunc igitur, habito cum ſapientibus conſilio, ad pontificatum elegit & ut ejus electioni rex aſſenſum praeberet, ipſum tranſmarinas ad partes ad regem direxit. Gaudio autem rex repletus non modico, quia occaſionem, Dei hominem exaltandi, invenerat de cujus ſanctitate jam ad eum ſatis clara fama, pervenerat, pontificis petitionibus juſtis libens aſſenſum praebuit & honore pontificali virum Dei digniſſimum judicavit. Accepta igitur Lanfrancus autoritate regia, praeſules convocat, primores Roffenſium mandat, regis & ſuam voluntatem omnibus pandit, omnibus aſſenſum praebentibus & gaudentibus fidelem domus Dei diſpenſatorem conſtituit. Non fuit obnitendi poteſtas, cum eum urgeret regis magni & praeſulis tanti autoritas. Vox ſe indignum clamantis opprimitur, cum quo ſe clamat indigniorem eo dignior acclamatur. Ordinatur itaque vir vere digniſſimus epiſcopatu, Gundulfus, in eccleſia Dorobernenſi* XII *Kal. Aprilis, anno ab incarnatione Domini* MLXXVII. *undecimo vero adventus Normannorum in Angliam ſub comite Guilielmo, rege poſtmodum Angliae nobiliſſimo. Conſecratus autem ex more propriam tendit inviſere ſedem, tripudiantibus turbis, Roffenſem ingreditur urbem, pontificali ſede intronizatus inducitur, praeſul omni veneratione ex eo habetur. Redduntur & ei denique poſſeſſiones quaedam Roffenſis eccleſiae, quas praeſulantibus anteceſſoribus ſuis Lanfrancus in ſua tenuerat ditione. Ea vero conditione redduntur, ut in eccleſia Roffenſi ſicut jam praeſul uterque deliberaverat, monachi ponantur. Audierant enim ibi quondam monachos fuiſſe, unde, ad antiqua ſtudia redeuntes, monachorum inibi ordinem ſtatuere ſanxerunt. Tempore ergo brevi elapſo,* eccleſiae

ecclesia nova, veteri destructa, incipitur, officinarum ambitus convenienter disponitur, opus omne intra paucos dies, Lanfranco pecunias sumministrante multas, perficitur. Igitur perfectis omnibus, quidam ex quinque tantum clericis qui ibi inventi sunt ad religionis habitum confluentes, associatis multis aliis, ad sexagenarium & amplius numerum in brevi sub doctrina patris Gundulfi succrevere monachi. His Gundulfus vivendi speculum, his totius religionis factus est documentum. Hactenus autor ille anonymus MS.

Pag. 9. lin. 27. *Ipse inde, &c. confirmata sub testimonio regii sigilli scripta reliquit.*] Tum in MS. codice epistolarum Lanfranci tum apud G. Malmesburiensem in lib. 3. de gestis regum & de pontificum gestis I. & in Antiquitatibus Ecclesiae Britanniae, pag. 111. alibi etiam, acta de hac re habentur. Sed vero in Lanfranci epistola illa quam ad Alexandrum II scriptam inserit Malmesburiensis, iniquum erat ea praetermitti quae lectu dignissima, ex MS. codice Baronius primo in lucem edidit. Vide eum tom. 11. ann. 1072. & part. 2. tom. 3. concil. postremae editionis Binianae pag. 251.

Pag. 9. lin. 44. *Disposito apud* Pinnedene *principum conventu.*] Quaenam in illo conventu acta sint, & qua judicii formula, luculentius ex historiola quam in codice MS. Roffensis ecclesiae comperimus, edocemur. Eam cum epigraphe quam in dicto codice prae se fert, subjungimus.

De placito apud Pinendenam inter Lanfrancum archiepiscopum & Odonem Baiocensem episcopum.

TEmpore magni regis Willielmi, qui Anglicum regnum armis conquisivit, & suis ditionibus subjugavit, contigit Odonem Baiocensem episcopum, & ejusdem regis fratrem multo citius quam Lanfrancum archiepiscopum in Angliam venire, atque in comitatu de Chent *cum magna potentia residere, ibique potestatem non modicam excercere. Et quia illis diebus in comitatu illo quisquam non erat, qui tantae fortitudinis viro resistere posset, propter magnam quam habuit potestatem, terras complures de archiepiscopatu Cantuarberiae & consuetudines nonnullas sibi arripuit, atque usurpans suae dominationi ascripsit. Postea vero non multo tempore, contigit praefatum Lanfrancum Cadomensis ecclesiae abbatem, jussu regis, in Angliam quoque venire, atque in archiepiscopatu Cantuariensi, Deo disponente, totius Angliae regni primatem sublimatum esse. Ubi dum aliquandiu resideret & antiquas ecclesiae suae terras multas sibi deesse inveniret, & suorum negligentia antecessorum illas distributas atque distractas fuisse reperisset, diligenter inquisita & bene cognita veritate, regem quam citius potuit & non pigre inde requisivit. Praecepit ergo rex comitatum totum absque mora considere & homines comitatus omnes Francigenas & praecipue Anglos in antiquis legibus & consuetudinibus peritos in unum convenire. Qui cum convenerunt apud Pinendenam omnes pariter consederunt. Et quoniam multa placita de diratiocinationibus terrarum & verba de consuetudinibus legum inter archiepiscopum & praedictum Baiocensem episcopum ibi surrexerunt, & etiam inter consuetudines regales & archiepiscopales quae prima die expediri non potuerunt, ea causa, totus comitatus per tres dies fuit ibi detentus. In illis tribus diebus diratiocinavit ibi Lanfrancus archiepiscopus plures terras quas tunc ipse episcopus & homines sui tenuerunt, videlicet, Herebertus filius Ivonis, Turoldus de Rovecestria, Radulfus de Curva Spina, Hugo de Monte Forti, cum omnibus consuetudinibus & rebus quae ad easdem terras pertinebant; scilicet* Raculfe, Sandwic, Rateburg, Wedetune, *monasterium de* Lunning *cum terris & consuetudinibus ad ipsum monasterium pertinentibus,* Saltvude *cum burgo* Hethe *ad* Saltvude *pertinente,* Langport, Hiwendenne, Rokinge, Detlinge, Prestitune, Sunderherske, Earhethe, Orpintune, Einesford, *quatuor praebendas* Broche, *de* Niwentune, Stokes & Devintune. *In Suthreia, favente rege Willielmo, diratiocinavit ipse archiepiscopus* Murtelache. *In Londonia monasterium sanctae Mariae, cum terris & domibus quas Livingus presbyter & uxor illius habuerunt; in* Midlesexe Herghas, Heisam; *In* Bochingeamsire, *Risebergam,* Haltune; *in* Orenfordsire, Niwentune; *in* Eastsexe, Stistede; *in Sutfolchia,* Frachenham. *Item super Radulfum de Curva Spina* LX *solidatas de pastura in* Orean. *Et omnes illas terras & alias diratiocinavit cum omnibus consuetudinibus & rebus quae ad easdem terras pertinebant, ita liberas atque quietas, quod in illa die qua ipsum placitum finitum fuit non remansit homo in toto regno Angliae qui aliquid inde calumpniaretur neque super ipsas terras etiam parvum quicquam clamaret.* Stokes *vero &* Devintune *&* Frachenham *reddidit ecclesiae sancti Andreae, quia de jure ipsius ecclesiae antiquitus fuerunt. Et in eodem placito non solum istas praenominatas & alias terras, sed & omnes libertates ecclesiae suae, & omnes consuetudines suas renovavit, & renovatas ibi diratiocinavit, Soca, Saca,* Tol, Team, Flymena, Fyrmthe, Grithbreche, Foresteal, Haunfare, Infangennetheof, *cum omnibus aliis consuetudinibus paribus istis vel minoribus istis in terris & in aquis, in sylvis, in viis, & in pratis, & in omnibus aliis rebus infra civitatem & extra, infra burgum & extra, & in omnibus aliis locis. Et ab omnibus illis probis & sapientibus hominibus qui affuerunt fuit ita ibi diratiocinatum, & etiam a toto comitatu recordatum atque judicatum, quod sicut ipse rex tenet suas terras liberas & quietas in suo dominico ita archiepiscopus Cantuariensis tenet suas terras omnino liberas & quietas in suo dominico. Huic placito interfuerunt Goisfridus episcopus Constantiensis qui in loco regis fuit, & justitiam illam tenuit; Lanfrancus archiepiscopus qui, ut dictum est, placitavit, & totum diraciocinavit; comes Cantiae, videlicet praedictus Odo Baiocensis episcopus, Ernostus episcopus de Rovecestria, Aegelricus episcopus de Cicestra, vir antiquissimus, & legum terrae sapientissimus (qui ex praecepto regis advectus fuit, ad ipsas antiquas legum consuetudines discutiendas, & edocendas, in una quadriga) Richardus de* Tunebregge, *Hugo de Monte Forti, Willielmus de* Arces, *Haymo vicecomes, & alii multi barones regis, & ipsius archiepiscopi, at-*

que

8

*que illorum episcoporum homines multi, & alii aliorum comitatuum homines etiam cum toto isto comitatu multae & magnae auctoritatis viri, Francigenae scilicet & Angli. In horum omnium praesentia multis & apertissimis rationibus demonstratum fuit, quod rex Anglorum nullas consuetudines habet in omnibus terris Cantuariensis ecclesiae nisi solummodo tres. Et illae tres, quas habet, consuetudines hae sunt; una, si quis homo archiepiscopi effodit illam regalem viam quae vadit de civitate * in civitatem. Altera, si quis arborem incidit juxta regalem viam & eam super ipsam viam dejecerit. De istis duabus consuetudinibus qui culpabiles inventi fuerint atque detenti, dum talia faciunt, sive vadimonium ab eis acceptum fuerit sive non, tamen in secutione ministri regis & per vadimonium emendabunt quae injuste emendanda sunt. Tertia, censuetudo talis est. Si quis in ipsa regali via sanguinem fuderit, aut homicidium vel aliud aliquid fecerit quod nullatenus fieri licet, si dum hoc facit deprehensus atque detentus fuerit, regi emendabit. Si vero deprehensus ibi non fuerit, & inde absque vade dato semel abierit, rex ab eo nihil juste exigere poterit. Similiter fuit ostensum in eodem placito quod archiepiscopus Cantuariensis ecclesiae in omnibus terris regis & comitis debet multas consuetudines juste habere. Etenim ab illo die, quo clauditur Alleluya usque ad octavas paschae, si quis sanguinem fuderit, archiepiscopo emendabit. Et in omni tempore tam extra quadragesimam quam infra, quicunque illam culpam fecerit quae* Childwite *vocatur, archiepiscopus aut totam aut dimidiam emendationis partem habebit. Infra quadragesimam quidem totam; & extra, aut totam aut dimidiam emendationem. Habet etiam in eisdem terris omnibus quaecunque ad curam & salutem animarum videntur pertinere. Hujus placiti multis testibus multisque rationibus determinatum finem postquam rex audivit, laudavit, laudans cum consensu omnium principum suorum confirmavit, & ut deinceps incorruptus perseveraret firmiter praecepit. Quod propterea scriptum est hic, ut & futurae in aeternum memoriae proficiat, & ipsi futuri ejusdem ecclesiae Christi Cantuariensis successores sciant, quae & quanta in dignitatibus ipsius ecclesiae a Deo tenere, atque a regibus & principibus hujus regni aeterno jure debeant exigere.*

Neque intempestivum est hic meminisse, quod tam de singulari archiepiscopi tunc temporis praetenso jure, quam de sententia secundum ecclesias S. Trinitatis & S. Augustini data, in tabulis saepe nominatis Guilielmi censualibus compertum est. *Archiepiscopus calumniatur* (ita tabulae illae in Cantiae censu) *forisfacturam in viis extra civitatem ex utraque parte ubi terra sua est. Quidam praepositus Brumannus nomine † T. R. E. cepit consuetudines de extraneis mercatoribus in terra S. Trinitatis & S. Augustini, qui postea ‡ T. R. W. ante archiepiscopum Lanfrancum & episcopum Bajocensem recognovit se injuste accepisse, &, sacramento facto, juravit quod ipsae ecclesiae suas consuetudines quietas habuerint R. E. tempore. Et exinde utraeque ecclesiae in sua terra habuerunt consuetudines suas judicio baronum regis qui placitum tenuerunt.* Latae etiam jam dictae apud Pinnedene sententiae mentio est in eisdem tabulis. Nam in Cantiae censu, sub indice latifundiorum Roffensis antistitis, Estoches *manerium* (ita legitur, quod Stokes est in memorata sententiae historiola) *fuit & est de episcopatu Roffensi; sed Godwinus comes T. R. E. emit illud de hominibus qui illud tenebant de ep scopo, & eo ignorante facta est haec venditio Postmodum vero regnante Willielmo rege, dirationavit illud Lanfrancus contra Bajocensem episcopum. Et inde est modo saisita Roffensis ecclesia.* Quin & illud de publicarum, quae Cantuariae proxime inserviunt, viarum fossionibus mulctisque ob earum violatum jus, ad hunc modum ibidem memoratur. *Concordatum est de rectis callibus quae habuerint per civitatem introitum & exitum; quicunque in illis forisfecerit regi emendabit. Similiter de callibus rectis extra civitatem, usque ad unam leugam & III perticas & III pedes. Si quis ergo infra has publicas vias intus civitatem vel extra foderit vel palum fixerit, sequitur illum praepositus regis ubicunque abierit, & emendam accipiet ad opus regis.*

Pag. 11. lin. 11. *Praecepit Augustino ut ejusdem ordinis viros, cujus & ipse noscitur esse*.] Monachos nempe Benedictinos. G. Malmesburiensis in MS. codice de antiquitatibus ecclesiae Glastoniensis, ante Augustinum scribit monachos Glastoniensis ecclesiae (atque par est sane credere etiam caeteros) more Aegyptiensium monachorum vitam degisse. *Hinc* (inquit, post adventum scilicet Augustini) *in diversis locis ordinantur sedes episcopales, construuntur monasteria secundum B. patris Benedicti regulam Deo militantia, ita ut postea in gente Anglorum nulli reperiantur monachi quin fuerint B. Benedicti regulam professi. Inde hiis temporibus in monasterio Glastoniensi coepit primo eadem regula exerceri quod prius fuerat more coenobiorum Aegypti.* MS. codicem pro insigni sua humanitate quam studia nostra optime merentem perpetuo atque libentissime agnoscunt, communicavit mecum olim v. cl. atque omni eruditionis genere summoque judicio ornatissimus Thomas Allenus, Glocestrensis sodalitii, atque celeberrimae academiae Oxoniensis decus insignissimum. Sed minime credi volunt nonnulli, monachorum Aegyptiensium instituta (quae pleno demensa horreo habentur apud Cassianum) in occidente unquam esse recepta; qua de re consule, si placet, Henricum Vandenzypium part. 3. de monastico ordine S. Gregorii cap. 5. Atque fusius disputat ille in ejusdem libri part. 2. cap. 4. de Augustini nostri familia quam haut alium fuisse, praeter eam in qua sacratus erat S. Gregorius, est puto apud omnes in confesso, etiam ipse Gregorius satis testatur lib. 7. epist. 114. ad Syagrium episcopum Augustodunensem, ubi Augustinum quondam monasterii mei praepositum vocat. At Equitianam non Benedictinam Gregorii familiam fuisse vult Baronius; atque is, ni fallor, hoc primus voluit & receptissimae vetustatis sententiae demum reluctari ausus est, ductus nimirum conjecturis nec sane contemnendis nec magni sane ponderis. Vi-

* L. & in. † Id est, *Tempore Regis Edwardi.* ‡ *Tempore Regis Willielmi.*

deſis Annalium tom. 8. ſub anno DXCVI, & quae in eum ſcripſit Vandenzypius locis jam dictis. Fateor, apud veteres rerum noſtratium conſarcinatores minime diſertis (ſi bene memini) verbis alicubi doceri Auguſtinum ex ſodalitio fuiſſe Benedictino: Sed praeciſe monachum duntaxat vocari ſaepius. Et Auguſtinum & alios plures cum eo monachos legimus apud Bedam quem plerique ſequuntur. In veteri item Chronico Saxonico MS. ſub Anno DXCVI. Ðer Gregoriuſ papa ſende to Brytene Aguſtinum mid ƿel manegum Munecum. þa godeſ ƿord Anglaþeode godſƿelledan:· Hoc eſt, *Hoc anno Gregorius papa in Britanniam miſit Auguſtinum monachum cum quamplurimis monachis qui Anglicanae genti verbum Dei praedicarent.* Neque aliter, ad hanc rem, mentionem ejuſdem fieri apud veteres reperio. Sed interim, τὸ monachus, nullius familiae nota adjecta, de iis qui apud majores noſtros eo nomine memorantur, dictum, ſemper (niſi memoria me fallat) Benedictinum interpretatur, uti apud Graecos fere Baſilianum. Accedit etiam coenobii S. Salvatoris Cantuariae incolas Benedictinae familiae etiam ab ipſis incunabulis ſemper apud nos eſſe habitos; ſaltem nihil occurrere in vetuſtis quae hic teſtimonio eſſe poſſunt monimentis quod alius cujuſpiam familiae nomen unquam aut induiſſe eos aut exuiſſe aut ſuadet aut omnino innuit. Et apprime huc facit illud Bonifacii pontificis Romani in literis ſuis ad Ethelbertum; *Fili glorioſe*, inquit, *quod ab apoſtolica ſede per coepiſcopum noſtrum Mellitum poſtulaſtis, libenti animo concedimus, id eſt, ut veſtra benignitas in monaſterio in Dorobernenſi civitate conſtituto, quod ſanctus doctor veſter Auguſtinus beatae memoriae Gregorii diſcipulus ſancti Salvatoris nomini conſecravit, cui ad praeſens praeeſſe dignoſcitur dilectiſſimus frater noſter Laurentius, licenter per omnia monachorum regulariter viventium habitationem ſtatuat, apoſtolica authoritate decernentes, ut ipſi veſtri praedicatores monachi monachorum gregem ſibi aſſocient, & eorum vitam ſanctitatum moribus exornent. Quae noſtra decreta, ſi quis ſucceſſorum veſtrorum, ſive regum, ſive epiſcoporum, clericorum, ſive laicorum irrita facere tentaverit, a principe apoſtolorum Petro & a cunctis ſucceſſoribus ſuis anathematis vocabulo ſubjaceat, quoad uſque quod temerario auſu peregit, Domino placita ſatisfactione poeniteat, & hujus inquietudinis veram emendationem faciat.* Aut igitur prima, cujus autor Auguſtinus, inſtitutione ſodalitium hujus coenobii erat Equitianum aut Benedictinum. Neque enim dubitatur a Baronio quin & Auguſtinus & Gregorius Equitiani eſſent, ſi non Benedictini. Si primo Equitianum fuiſſet, neceſſum plane erat ut novatio ejuſmodi poſtmodum accederet quae in Benedictinum tranſmutaret. At non modo nihil ejuſmodi reperitur, ſed, in ipſis etiam incunabulis, a jam dicto Bonifacio ſancitur ut monachi (ſic ante legitur) qui ibi erant ab Auguſtino inſtituti monachorum ſibi gregem aſſociarent & eorum vitam ſanctitatum moribus exornarent; & ne quis omnino ſancito illi adverſaretur, graviſſima cautum eſt interminatione, ac ſi juſſiſſet omnes ejuſdem familiae, ejuſdem ſodalitii, quo primum fuerant inſtituti, & nomen & mores perpetuo ibi ſervare. Neque ſane, niſi mere fictis habenda ſit fides, aut novationis hujuſmodi aut nominis aut normae tranſmutationis veſtigium aliquod extat. Qua de re diligenter etiam conſului tabulas jam dicti coenobii ubi quamplurima eaque vetuſtiſſima pontificum inſtrumenta, quibus munitum eſt, comperio; hujuſmodi vero tranſmutationis neque volam comperio neque veſtigium. Et videſis Ordericum Vitalem Hiſtor. Eccleſiaſtic. lib. 4. pag. 516 & 517. At vero ſi primis in initiis Benedictinum eſſet coenobium illud, eadem ipſa argumentandi ratio qua in conjecturis ſuis de Gregorio uſus eſt Baronius, Auguſtinum Benedictinae familiae fuiſſe demonſtraret. Neque enim dubitat ipſe quin ejuſmodi fuerit antiſtes quales ipſi ſodales ab antiſtite adſciti. Sed porro viderint hic quorum intereſt

Pag. 12. lin. 21. *Chriſma tamen a vobis accipiant.*] Extat eadem ipſa epiſtola in codice MS. epiſtolarum Lanfranci, neque ab hac omnino diſcrepat praeterquam quod *tantum*, non *tamen*, in ea legatur.

Pag. 14. lin. 13. *Totius Angliae, Scotiae, & Hiberniae, necnon adjacentium inſularum matrem.*] Huc ſpectant epiſtolae binae in MS. Lanfranci epiſtolarum codice repertae, quarum altera eſt Thomae Eboracenſis antiſtitis ad Lanfrancum, altera Lanfranci ad Wigornienſem & Ceſtrenſem epiſcopos. Utraque vero agit de electo Orcadum epiſcopo ſolennibus ſacris in dignitatem evehendo, Radulpho nempe, cujus nomen quod in jam dictis literis minime occurrit, ediſcimus ex Thoma Stubbaeo, veteri archiepiſcoporum Eboracenſium vitarum ſcriptore, nondum edito.

Thomae archiepiſcopi Eboracenſis ad Lanfrancum Cantuarienſem antiſtitem epiſtola, de Radulpho Orcadum epiſcopo ſacrando.

Piiſſimo & ſanctiſſimo Cantuariorum archiepiſcopo totiuſque Britanniae ſummo paſtori Lanfranco, Thomas fidelis ſuus &, niſi praeſumptuoſum ſanctitati ſuae videatur, Eboracenſis eccleſiae archiepiſcopus, coeli portas, Petri vice, juſtis & injuſtis juſte aperire & claudere. Ecce pater ſanctiſſime, filius tuus ad te clamat, ſed magis filia, Eboracenſis videlicet eccleſia, ad eam cui diſpoſitione divina praeſides eccleſiam, tanquam ad maternum recurrens ſinum, pie poſtulat, ut, ex abundantia maternarum deliciarum, reparetur inopia ſuarum ſe deſerentium, immo longe & inter barbaras nationes poſitarum, matrum. Siquidem venit ad nos quidam clericus, quem miſit Paulus * *comes, cum literis ſigillatis, de Orchadum partibus, ſignificans in eis epiſcopatum ſuae terrae eidem clerico ſe conceſſiſſe. At ille, anteceſſorum ſuorum ordine cuſtodito, poſtulat a nobis epiſcopum ſe conſecrari. Cui quod juſte petit injuſte denegare non poſſumus. Precamur ergo ut nobis duos epiſcopos dirigat paternitas veſtra, quorum fulti orationibus & auxilio, tantae rei ſacramentum canonice compleamus. Illa autem procul arceatur ſuſpicio quam nuperrime nobis noſter frater & coepiſcopus ſubintulit Remigius, me ſcilicet in poſterum quaeſiturum Dorcaceſtrenſis vel Wigornienſis epiſcopi hac de cauſa ſubjectionem. Dico enim coram Deo me nunquam hoc ſacturum.*

* Videſis G. Malmesbur. de geſtis regum lib. 5. fol. 91. lin. 27. Edit. Londin.

Si

Si placet igitur sanctitati vestrae, ut juxta petitionem vestram nobis facere dignemini, locum Eboracum, tempus quinto nonas Martias nobis immutabiliter constituimus, & vobis significamus. Ergo vivas & valeas & spiritualibus incrementis usquequaque proficias.

Ad episcopos Cestrensem & Wigorniensem scribit Lanfrancus, ut Radulphi antistitis Orcadum sacrandi muneri intersint.

Lanfrancus gratia Dei sanctae Dorobernensis ecclesiae archiepiscopus, venerabilibus fratribus Wlfstano Wigorniensi & Petro Cestrensi episcopis salutem. Insinuavit nobis venerabilis frater noster Thomas Eboracensis archiepiscopus advenisse de Orchadum insulis ad se quendam clericum, quem in episcopatu ipsius terrae, praecipiente, & insinuante Paulo comite, testatur esse electum. Et quia, ex antiquo more, sui juris est praefatarum insularum praesules consecrare, petit a me ut mittam sibi de nostris suffraganeis duos qui tantae rei sacramentum cum eo valeant celebrare. Rogantes itaque praecipimus & praecipientes rogamus quatenus, omni excusatione summota, illuc eatis, & ex nostro praecepto secum quod justum est in tantae rei mysterio compleatis. Non enim decet ut, qui sacrandus in hanc terram venit, & cum omni humilitate sacrari se postulat, inopia adjutorum a tanto regno non sacratus abscedat. Terminum hujus conse rationis lator vobis praesentium indicabit; & ne forte solliciti sitis putantes quod vel ipse vel successores ejus hac occasione super ecclesias vestras jus praelationis quandoque conentur arripere, literas quas ipse mihi transmisit fraternitati vestrae, sollicitudinem de futuro gerens, curavi transmittere. Quas, & has quas vobis transmitto, archivis ecclesiarum vestrarum ob memoriam futurorum servatum iri praecipio.

De prisco etiam Cantuariensium antistitum jure in Hibernia, nondum scilicet imperio Anglicano adjecta, luculenta sunt testimonia epistolae illae Lanfranci ad Gothricum & Terdelvacum Hiberniae reges quae habentur integrae in dicto ejusce epistolarum libro, & apud Baronium sub anno MLXXXIX. tom. 11. publici juris primo factae sunt. Alia item occurrunt apud Eadmerum quae hanc rem plenius explicant. Vide eum pag. 36. & 130. & seqq. praeter S. Bernardum in vita Malachiae. In Mathildae porro reginae literarum ad Anselmum inscriptione, salutatur Anselmus, *Primae sedis archiepiscopus, Hibernorum omniumque septentrionalium insularum quae Orchades dicuntur, primas,* uti habetur in Anselmi lib. 3. epist. 55. De Hibernia vero, ad hanc rem, videsis Camdeni Britanniam pag. 735. & 765. De Scotia, consule, si plura velis, eundem pag. 703. & Polydorum hist. Anglic. lib. 24. in Edwardo quarto, anno MCDLXXI. praeter Rogerum Hovedenum sub annis 1180. & 1192. cujus verba fere transcribit Baronius tom. 12. in eisdem annis.

Pag. 18. lin. 52. *In Alodium, &c. transirent.*] In Alodium transire illo aevo dicebatur etiam ex solido concedi. Guil. Malmesburiensis lib. 1. de gestis pontificum, verba faciens de Rufi munificentia in Anselmum, *Urbem,* inquit, *Cantuariae quam archiepiscopus Lanfrancus habuerat ex beneficio, isti concessit ex solido.* Idem pene habetur ex tabulariis monasterii S. Augustini apud v. cl. Guilielmum Camdenum in Cantio pag. 238. Saepius occurrit alodium & tenere in alodium in censualibus Guilielmi primi tabulis. In censu agri Hantoniensis; Nonoelle *tenet rex,* Ulfet *tenuit de* Tosti *comite, sed non fuit alodium.* Ibidem etiam; Warochselle *tenet rex. Gueda comitissa tenuit de Godwino comite in alodium; tunc geldavit pro* V *hidis, modo pro* II *hidis & dimidia. Terra est* X *carucarum. In Cantiae censu, in* Beninoene *mansit Godricus & tenet* XX *acras in alodio suo.* Et in Sussexia, Cetingley *Almar tenuit de rege Edwardo, sicut alodium,* unde etiam alodiarii & aloarii, clientelari hoc jure fundos, alodia dictos, possidentes nuncupantur. In Sussexia censu; Lansewice *Godwinus tenet de comite de* Ow, *& de eo* VII *aloarii. Et quando moritur alodiarius* (ut legitur in Cantiae censu) *rex inde habet relevationem terrae, excepta terra sanctae Trinitatis.* Et in censu Hantoniensis provinciae; *Hugo de* Port *tenet* Cerdeford, *& Willielmus de eo. Duo liberi homines in alodium tenuerunt pro* II *maneriis de rege Edwardo, tunc & modo geldabat pro* V *hidis. Terra est* IV *carucatarum. In dominio sunt* II *carucatae &* XX *bordarii &* IV *servi cum* I. *carucata & quater* XX *acrae prati. T. R. E. & modo valet* IV *libr. cum recep.* C *sol. Isdem Willielmus tenet de Hugone unam virgatam & dimidium in* Clatinges: *Duo liberi homines tenuerunt de Alwino, sed non fuit alodium. Ibi* II *bordarii &* VI *acrae prati: Valuit* X *sol. modo* VIII *solid. In isto hundredo & in isto manerio tenet* Picot II *virgatas & dimidium de rege.* Phitelet *tenuit in alodio de rege Edwardo pro manerio: Tunc & modo geldabat pro* II *virgatis & dimidio. Terra est dimidium carucatae & ibi est cum uno villano &* II *bordariis &* X *acris prati. Istam terram calumniatur Willielmus de* Chernet, *dicens pertinere ad manerium de* Cerdeford *feudum Hugonis de* Port, *per haereditatem sui antecessoris, & de hoc suum testimonium adduxit de melioribus & antiquis hominibus totius comitatus & hundredi, &* Picot *contraduxit suum testimonium de villanis & vili plebe & de praepositis qui volunt defendere per sacramentum aut per Dei judicium, quod ille qui tenuit terram liber homo fuit & potuit ire cum terra sua quo voluit. Sed testes Willielmi nolunt accipere legem nisi regis Edwardi usque dum diffiniatur per regem. Valuit* XV *sol. & post* VIII *sol. modo* X *solidis.* Hujusmodi sunt alia. Qualenam vero alodii jus apud majores nostros aevo isto, in usu fuerit, incertum est. Quid aliae gentes maxime Germani, Franci & Itali hoc nomine intellexerint, scire licet ex Cujacii praefatione ad lib. 1. de Feudis & ad lib. 2. tit. 17. praeter Hotomani verba feudalia, & quae sunt id genus caetera apud jurisconsultos vulgatissima. Frequentiam porro vocabuli diligentissime ex veteribus notatam habemus apud doctissimum virum Fredericum Lindebrogium in glossario suo ad codicem legum antiquarum, in verbo *Alode.* Jurisconsultis autem exteris a beneficio seu feudo ita plerumque distinguitur, ut, cum beneficia solennibus sive ex lege sive ex pacto praestationibus & condi-

conditionibus ſint obnoxia, alodia, velut κτή-ματα ἰδιοπεριόριστα (ita Graecorum alicui ea dici memini) ſive agri proprium duntaxat poſſidentium jus agnoſcentes, omni ejuſmodi fidei quae juramento praeſtito fieri ſolet profeſſione, omni undiquaque ſervitio habeantur liberrima. Atqui in noſtratis juris quo utimur commentariis nihil omnino habemus in qua hujus dominii formulae veſtigium eſt, extra unicam forte eam quam **Frankalmoigne** ſeu *liberam eleemoſynam* vocitamus, quae ad ordinem ſacrum tantummodo ſpectat, & neque cenſum neque fidei quam diximus profeſſionem, ſed precum ſolummodo in patronorum ſeu dominorum ſalutem effundendarum officium a clientibus exigit; ita tamen ut civili foro cliens de ea re ſiſti non poſſit. In caeteris formulis, quotquot apud nos aut etiamnum extant integrae aut veſtigia ſua reliquere, ſolennis fidei profeſſio, ſacramento firmata, jure exigitur, atque adeo ut ad unum omnes apud nos glebae, veluti beneficia ſeu feuda, clientelam alicujus domini merito ac planiſſime aut agnoſcant aut agnoſcere debeant. Caeterum ad vetuſtum archiepiſcoporum in Cantuaria jus (quod hoc loco memoratur) ſpectat etiam forſan priſcum numiſma cujus pars altera Plegmundi archiepiſcopi, altera Eicmundi cuſoris nomine ad hunc modum ſignata eſt. Prototypum ſervatur in theſauro Cottoniano, ubi etiam nummum Celnothi archiepiſcopi & nomen & imaginem prae ſe ferentem, me vidiſſe memini. Et pecuniae cu-



dendae jus, quod majeſtatis merito cenſetur, archiepiſcopo ut urbis domino tunc temporis (ita videtur) competebat; uti forſan aliis oppidorum celebriorum, quae burgos vocamus, aut civitatum ſive dominis ſive decurionibus. Atque eo aevo, non ſolum (quod opinor) gaudebat jure cudendae, quilibet ejuſmodi dominus, verum etiam, pro ſuo arbitratu, nomine ſuopte ſive effigie eam ſignabat. Poſtea vero (nam Celnothus ſub AEthelwlfo rege, & Plegmundus ſub Aluredo floruit) cautum eſt, regnante Athelſtano, ut unum duntaxat per imperium Anglicanum atque idem eſſet ubique pecuniae genus, quo abrogatum puto priſtinum ac promiſcuum illum ſignandi morem, neque ullam poſtmodum ſive principis effigie aut nomine nummum percuſſum; adjecto interdum ſive comitis provincialis, ſive urbis aut oppidi domini, ſive cuſoris etiam nomine. Athelſtani autem lex ita ſe habet cap. 14. ƿe cƿæþon ꝥ an mẏnet ſẏ ofer ealle þæs cẏnges anƿealde ⁊ nan man ne mynetige butan port; hoc eſt, *Jubemus, unum per totum regis imperium fore nummi genus; neque quis illud extra oppidum cudat.* Atque ex ejuſdem legibus porro docemur Cantuariae plures fuiſſe, ex inſtituto, monetae cuſores quam alibi in Anglia, urbe duntaxat Londinenſi excepta ubi VIII. Cantuariae vero VII. quorum regii erant quatuor, bini autem archiepiſcopo inſerviebant, & unus coenobiarchae. Videſis etiam Edgari leg. cap. 8. & Canuti cap. 8.

Pag. 48. l. 8. *Quod cervos regis ceperint ad judicium rapti judicantur.*] *Venationes* (ſcribit G. Malmesburienſis de Guilielmo II.) *quas primo indulſerat, adeo prohibuit, ut capitale eſſet ſupplicium, prendiſſe cervum.* Atque huc potiſſimum reſpexiſſe autumo Joannem Sarisburienſem lib. 1. de Nugis Curialium cap. 4. ubi de venatione loquutus, *in tantam,* inquit, *quidam hujus vanitatis inſtinctu erupere veſaniam, ut hoſtes naturae fierent, conditionis ſuae immemores, divini judicii contemptores; dum in vindictam ferarum, imaginem Dei exquiſitis ſuppliciis ſubjugarent. Nec veriti ſunt hominem pro beſtiola perdere, quem unigenitus Dei redemit ſanguine ſuo.*

Ibid. l. 10. *Examine igniti ferri*] Id genus criminis apud majores noſtros purgandi reperitur, cum in notiſſimae Emmae, Edwardi confeſſoris regis matris, laeſae cum Alduino antiſtite Wintonienſi pudicitiae, inſimulatae judicio, tum in veterum Angliae regum, uti Athelſtani, Canuti, Guilielmi I. atque aliorum inſequentium ſancitis. Ritus autem ſolennes in eodem adhibitos ediſcas licet ex verborum explicatione Guilielmi Lambardi Archaeonomiae ſuae praefixa, vita Roberti Gemeticenſis archiepiſcopi Cantuarienſis in Antiquitatibus eccleſiae Britannicae praeter gloſſarium Petri Pithoei capitularibus Carolinis & Ludovicianis inſerviens. Neque duntaxat ferro ignito ſed etiam aqua nunc fervente nunc frigida, judicia publica exercebantur. Id tum locis quos diximus conſtat, tum apud autorem libelli quem Ranulpho Glanvillae (neſcio an recte) vulgo tribuimus, manifeſtum eſt. Vide dicti libelli lib. 14. cap. 1. Rogerum Hovedenum annalium part. I. in ann. MCLXXVI, & ſequente pag. 547 & 566, editionis Francofurtanae, Henricum item Bractonium lib. 3. de Corona cap. 16. §. 3. Quae ad ejuſmodi apud alias gentes morem pertinent, conſulto praetermittimus. Duravit autem in Anglia horum examinum uſus uſque in Henrici III. tempora, cum non tam lege lata quam deſuetudine, idque ob reverentiam juris pontificii quo diu antea prohibitus erat, prorſus evanuit. Neque enim aliud ſive in tabulariis regiis ſive alibi repertum puto de hac re, apud majores noſtros, ſancitum, praeter illud unicum quod in publicis anni tertii Henrici III. tabulis habemus, ubi provincialibus aliquot judicibus datur in mandatis, ut ea, quae inſtabat, judicii vice ab hoc examinis genere, utpote a pontificiis damnato, abſtinerent; quod tam certum eſt legis perpetuae tum non obtinuiſſe quam ipſum judicii ritum poſtmodum cito in deſuetudinem abiiſſe. Regium autem quas intelligimus mandatum ita ſe habet in pat. 3. Hen. 3. membrana 5. unde fideliter deſcripſimus.

REX dilectis & fidelibus ſuis Philippo de **Uletot** *& ſociis ſuis itinerantibus in comitatibus* **Cumberland, Weſtmerland,** *&* **Lancaſter,** *ſalutem. Quia dubitatum fuit & non determinatum ante inceptionem itineris veſtri quo judicio deducendi ſint illi qui rectati ſunt de latrocinio, murdro, incendio & iis ſimilibus, cum prohibitum ſit per eccleſiam Romanam judicium ignis & aquae, proviſum eſt a conſilio noſtro,*

nostro, ad praesens, ut in hoc itinere vestro sic fiat de rectatis de hujusmodi excessibus; videlicet quod illi qui rectati sunt de criminibus praedictis majoribus, & de his habeatur suspicio quod culpabiles sint de eo unde rectati sunt (de quibus & licet regnum nostrum abjurarent adhuc suspicio esset quod postea malefacerent) teneantur in prisona nostra & salvo custodiantur, ita quod non incurrant periculum vitae vel membrorum occasione prisonae nostrae. Illi vero qui mediis criminibus rectati fuerint & quibus competeret judicium ignis vel aquae, si non esset prohibitum, & de quibus si regnum nostrum abjurarent nulla fuerit postea maleficiendi suspicio, regnum nostrum abjurent. Illi vero qui minoribus rectati sunt criminibus nec de eis fuerit mali suspicio, salvos & securos plegios inveniant de fidelitate & pace nostra conservanda & sic dimittentur in terra nostra. Cum igitur nihil certius in hac parte providerit consilium nostrum ad praesens, relinquimus discretioni vestrae hunc ordinem praedictum observandum in hoc itinere vestro, ut qui personas hominum, formam delicti, & ipsarum rerum veritatem melius cognoscere poteritis, hoc ordine secundum discretiones & conscientias vestras in hujusmodi procedatis. Et in hujus rei testimonium &c. Teste Domino P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium XXVI. *die Januarii anno regni nostri* III.

Per eundem & H. de Burgo justiciarium.

Eadem formula memoratur in archivo scriptum esse ad alios nonnullos provinciarum judices, Somersetiae nempe, Dorsetiae, Cantiae, Essexiae & Herefordiae, caeteros etiam, qui provinciis tunc temporis judices praefuere, veri est simile ejusmodi mandata accepisse. Animadvertendum vero interea est diu ante Henrici III. initia, examina ejusmodi jure pontificio vetita esse. Annus enim Henrici tertius erat MCCXIX. salutis humanae. Atqui ea, non solum in epistola Alexandri II. ad Raynaldum Cumanum episcopum (ante Henrici nempe aevum, annis centum supra quinquaginta & amplius conscripta) velut illicita damnantur, sed ipsissima quae hanc rem spectabant epistolae verba in corpore canonum pontificiis jurisconsultis tunc temporis tritissimo, utpote auctoritate clarissimo (quod scilicet Gratiani operae acceptum ferimus) locum sortita fuerant. Vide, si placet, Caus. 2. quaest. 5. c. 7. §. Purgationem, & Ivonem part. 10. cap. 15. & extr. tit. de Purgatione vulgari c. 3. dilecti. Haec uti alia etiam quae fuere in judiciis exercendis examinum genera nominabant antiquitus Ordallum seu *Ordalia*, ut forma Latina vocabant, quod nihil aliud est praeter judicia. Inde etiam hodie Alemannis & Belgis (quorum idioma optimus est, in compluribus, veteris nostri sermonis interpres) Urthepl & Oordeel judicia sonant, & Urthepien & Oordeelen judicare uti etiam Urthepler & Oordeeler judicem. Id vero diserte asseritur in canonibus synodi Eanhamensis sub Ethelredo rege habitae. *Judicium* (ita in canonibus istis) *quod Anglice* Ordal *dicitur, & juramenta vulgaria festivis temporibus & legitimis jejuniis sed & ab adventu Domini usque post octavas Epiphaniae & a septuagesima usque* XV *dies post pascha minime exerceantur*, dictae synodi canones literis mandavit Wlstanus pontifex Eboracensis, qui sub Ethelredo, cum Aelphego Cantuariense antistite, praefuit. Etiamnum integri leguntur in codice MS. perquam vetusto & eleganti ejusce aevi charactere, exarato.

Pag. 49. lin. 17. *Quiddam de epistola sibi olim ab Anselmo*, &c. *edita & directa.*] Extat epistola illa in tom. 3. Operum Anselmi pag. 33. Quae sequuntur autem hic de concilio Barensi pleraque omnino hactenus desiderata erant. Atqui non contemnenda accessio inde fieri potest diligentissimo doctissimoque Binio qui de hujusce actis nihil reperisse se fatetur praeter ea quae Eadmerus obiter in Anselmi vita & Malmesburiensis in primo de Gestis pontificum meminere. Idem dicendum de concilio Romano II sub Urbano habito, de quo hic noster pag. 50, 51, 52 & 53, vide Binium in Concil. tom. 3. part. 2. pag. 421 & 422. Opus autem illud de processione Spiritus Sancti (de quo postea lin. 45.) habetur in Anselmi operum tom. 3. fol. 125.

Pag. 52. lin. 32. *In corona sedes illi posita est, qui locus non obscuri honoris.*] Gervasius Dorobernensis MS. in declamatione contra Robertum abbatem S. Augustini (quam Imaginationem, ut id genus alias, vocat) *Anselmus* inquit, *in Cantuariensi civitate consecratus, ab Urbano papa pallium suscepit, & tantam ejus gratiam habuit ut eum alterius orbis papam vocaret, & in Angliam reverso pallium Eboracensi archiepiscopo donandum mitteret.* Ita ille. Qui tanto nomine dignus erat, loco etiam honoratissimo merito collocandum censuit. Vide porro v. c. Guil. Camdeni Britanniae pag. 239.

Pag. 54. lin. 17. *Quae sagitta utrum jacta ipsum percusserit*] Veterum plerisque traditur transfossum fuisse regem sagitta, quam in ferarum vivario, quod Novam Forestam dicimus, jactu infelici collimarat Gualterus Tyrellus Gallus, idque est receptissimum. At Sugerius, qui huic regi coaetaneus & Tyrello familiaritate, ut videtur, conjunctus, de morte ejus verba faciens, *Imponebatur*, inquit, *a quibusdam cuidam nobili Gualtero Tyrello quod eum sagitta perfoderat, quem, cum nec timeret nec speraret, jurejurando saepius audivimus quasi sacrosanctum asserere quod ea die nec in eam partem sylvae in qua rex venabatur venerit, nec eum in sylva omnino viderit*, legimus in vita Ludovici Crassi regis Galliarum. Sed accuratius multo quam caeteri, singularia omnia, quae miseram regis caedem & Tyrelli jactum fatalem attinent, narrat Ordericus Vitalis in Hist. Ecclesiasticae lib. 10. pag. 783.

Pag. 62. lin. 33. *Et apud Alexandrum papam privilegium ipsi abbatiae adquisierat.*] Privilegii hujus, anno salutis MLXXI indulti, exemplar habemus inter alia pontificia diplomata ante CCCC annos descripta in schedis Cottonianis. Neque sane illo aevo apud majores nostros ejusmodi privilegiorum Romae impetrandorum mos adeo inoleverat, quin operae pretium fuerit istud subjungere, ut ipsa saltem, utpote tunc temporis in Anglia non minus rara quam imperiosa, formula innotescat.

*ALexander episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Baldegwino abbati monasterii S. Edmundi, quod** Badrices hurde *nuncupatur in Anglia constituti ejusque succes-*

* Videsis G. Camdenum in Icenis, pag. 334.

soribus in perpetuum. Quanquam sedes apostolica universalis mater & omnium ecclesiarum princeps universas ecclesias communi jure & dispositione contineat, pleraeque tamen inveniuntur quae in singulare patrocinium sanctae Romanae ecclesiae commendari, ac proprie ejus juri applicari ac summitti cupiunt, quatenus singulari providentia, & caritate suae matris amplexae, usquequaque liberiores & munitiores existant, & ad exercenda divinae servitutis obsequia, inde tranquillitatis & praesidii munitiones accipiant, unde magisterium sacrae traditionis expectant. Si igitur in eadem apostolica sede praesidenti, haec sollicitudo & cura singularis incumbit, ut ex ipsa consideratione regiminis omnibus tam in defensione & corroboratione diligentiam quam in spiritali speculatione & doctrina vigilantiam, quantum Deo auxiliante praevalet, circumferre debeat, valde congruit ut si quando ea quae ad honorem & utilitatem ecclesiarum Dei pertinent ab eo postulantur, benivola donatione concedat, & ad sinum matris, id est, sanctae Romanae ecclesiae domicilium propriae commendationis devotione fluentes egregia benignitate affectuque custodiendi suscipiat. Nos itaque, dilectissime fili Baldegwine, in apostolatus administratione non nostris meritis sed divina locati gratia aequitatem tuae postulationis & commissae tibi congregationis, necnon charissimi filii nostri Willelmi regis benignae interpellationis vota attendentes, videlicet ut praedictum monasterium sancti Edmundi, cui divina dispositione praeesse dinosceris, in tutelam & defensionem sanctae Romanae ecclesiae susciperemus ejusque statum & attinentia bona apostolici privilegii firmamento muniremus, cum omni benevolentia & caritate vobis concedendum esse pervidimus. Quapropter in hac praesenti sanctionis nostrae pagina, salva quidem in omnibus hujus sedis reverentia, concedimus & confirmamus tibi tuisque successoribus praefatum monasterium cum omnibus quae nunc sibi jure pertinent aut in futurum Deo annuente ibi conferenda sunt, ut sine omni molestiae & inquietudine illud in vestra gubernatione teneatis; statuentes & apostolica auctoritate corroborantes ut idem monasterium in hoc statu & monastico ordine perpetua stabilitate permaneat, nec aliqua potestas saecularis aut ecclesiastica eundem venerabilem locum ad episcopalem sedem mutare possit aut debeat, & quaecunque donationes rerum aut libertatis eidem monasterio regiis statutis & praeceptis traditae sunt aut in posterum pro Dei nomine conferendae, ex nostra apostolica confirmatione ratae illibataeque permaneant, salva primatis episcopi canonica reverentia. Igitur ad honorem Dei & utilitatem praedicti monasterii cupientes hanc nostram constitutionem sempiterna stabilitate teneri, sancimus & apostolica auctoritate firmamus, ut nullus rex, dux, comes, episcopus, abbas, seu aliqua persona saecularis aut ecclesiastica jam saepefatum monasterium vel fratres ibi Deo servientes inquietare praesumat nec aliquid eorum quae nunc jure habet aut in futurum Deo concedente adquisierit cujuscunque modi sint, ab eo alienare aut invadendo diripere nec aliqua occasione vexare aut sine licentia abbatis tenere audeat. Si quis autem temerario ausu haec nostra statuta contaminare praesumpserit, aut infringere, anathematis laqueo se innodatum & judicio superni judicis plectendum esse cognoscat. Qui vero piae devotionis intuitu, hujus nostrae sanctionis custos & observator extiterit & bona sua ad amplificationem ejusdem monasterii contulerit aut conferre studuerit, apostolicae benedictionis gratiam consequatur & aeternae retributionis gloria repleatur. Bene Valete. Datum Lateranis VI *kalendas Novembris per manus Petri sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis ac bibliothecarii anno* XI *pontificatus domini Alexandri secundi papae, anno videlicet dominicae incarnationis millesimo septuagesimo primo, indictione* * VII.

Pag. 68. lin. 7. *Ne abbates faciant milites.*] Prisce enim ab insigniorum ecclesiarum antistitibus, ritu solenni adhibito, militiae seu equestris ordinis dignitate tirones donabantur. Codex vetustus de rebus ad coenobium S. Martini de Bello spectantibus, in tabulario proventuum regiorum quod augmentationum dicimus; *Terras censuales non donet* (abbas) *ad feudum. Nec milites nisi in sacra veste faciat.* Vetus item diploma coenobiarchae Radingensi ab Henrico I. concessum & post a Joanne firmatum; *Terras censuales non donet* (abbas) *ad feudum. Nec faciat milites nisi in sacra veste Christi in qua parvulos suscipere modeste caveat. Maturos autem seu discretos tam † clericos quam laicos provide suscipiat.* Reperio in pat. 1. Hen. IV. part. 2. membr. 26. num. 10. & in publicorum judiciorum actis Trinit. 2. Ed. III. rot. 106. Berk. id ipsum occurrit. Qui diligentius de hac re consulere velit, adeat Ingulphum in historia Crowlandensi, Joannem Sarisburiensem de Nugis Curialium lib. 6. cap. 10 & 13. Petr. Blesensem Epist. 94. & superioris aevi ritus, in sacrandis creandorum equitum armis, qui in ritualibus (quae pontificiis nostris in usu & manualia dicta) atque ejusmodi aliis extant. Haec enim omnia satis edocent in creandis equitibus (non Balnei duntaxat, ut vocant, sed universis) ordinis sacri viros in ecclesiis solennem operam impendisse, quod inde forte emanavit quod, vetustiori saeculo, ipsius etiam dignitatis auctores haberentur. Nam & archiepiscopum Cantuariensem equitem creasse legimus; Lanfrancum scilicet Guilielmum secundum. Malmesburiensis monachus, lib. 4. de Gestis Regum, de Guilielmo; *accessit*, inquit, *favori ejus maximum rerum momentum archiepiscopus Lanfrancus, eo quod eum nutrierat, & militem fecerat.* Quin de Brando coenobiarcha Edmundoburgensi & Hewardo adolescente strenuo, Ingulphus pag. 512. edit. Londin. *Patruum suum*, inquit, *abbatem Burgi, nomine Brandum virum valde religiosum &c. adiit & se fieri legitimum militem, praemissa primitus omnium peccatorum confessione & eorum percepta absolutione, instantissime supplicavit.* Videsis v.c. Guil. Camdeni Britanniam pag. 126.

* Potius VIII. nam is indictionis pontificiae numerus in Novembrem anni 1071. incidit. Imperatoria autem indictio tunc erat IX.
† Ad Militiae enim armatae dignitatem interdum etiam qui sacri erant ordinis, transfugiebant. Videsis Matth. Paris. pag 882. edit. Londinensis.

Pag. 68. lin. 29. *Velut bruta animalia venundari*] Si de servorum (quos 𝔙𝔦𝔩𝔩𝔞𝔦𝔫𝔢𝔰 phrasi forensi dicimus) venditione non loquitur hic canon, non omnino capio. Eorum enim uti aliarum quarumcunque rerum, quae mancipia, jure Caesareo, vocatae, dominium sive venditione sive donatione, & Saxonum tempore & Normannorum, rite transferebatur. Videsis chirographum Thoroldi de 𝔅𝔲𝔨𝔢𝔫𝔥𝔞𝔩𝔢 apud Ingulphum in extremo. Neque sane aut canon hic aut alia apud nos lata lex id juris hactenus adeo refixit, quin, in jurisconsultorum nostratium commentariis passim, legibus, quibus utimur, consonum agnoscatur. De servitutis jure, videsis quae disputant Bodinus de repub. lib. 1. cap. 5. & Albericus Gentilis de jure belli lib. 3. cap. 9.

Pag. 95. lin. 24. *Archidiacones.*] Ita MS. codex. Atque archidiacones * dixit puto ut alii hypodiacones. Isidorus apud Gratianum dist. 21. c. 1. Cleros. *Hypodiacones Graece quos nos subdiaconos dicimus.* Sic enim ibi legitur tametsi in Isidori codice quo utimur, edito nempe a Bonaventura Vulcanio, *hypodiaconi* habeatur; locus est in Originum lib. 7. cap. de Clericis. Caeterum frequens in vetustis conciliis usus est vocabuli diacones & eorum quae inde formantur. Concil. Agathensis canon. 39. *Presbyteri, diacones, subdiacones vel deinceps quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia*; & canon 49. *Diacones vel presbyteri, &c.* & canon 65. *Quoniam non oportet diaconem sedere praesente presbytero, &c.* Reperitur etiam diacones in casu recto in concilii Eliberini can. 18. Toletani 4. can. 38. atque obiter apud Burchardum, Ivonem, Gratianum; neque plura adjicere exempla est operae pretium. Inde recentiores Graeci habent etiam διάκων pro διάκονος. Malaxus Peloponnesius in historia patriarcharum; Ἀρσένιος διάκων, pro *Arsenio diacono*, & postea, ὅτι, ὅποιος γένῃ ἀρχιερεὺς ἢ ἱερεὺς ἢ διάκων, &c. neque interim diaconus in recto evitatur. Tam enim in dictis conciliis auctoribusque Latinis quam apud Malaxum, utrumque indiscriminatim usurpatur. Eadem analogia formabant Graeci πάτρων pro *patrono*. Hesychius in Lexico; πάτρωνες οἱ πρῶτοι τῶν ἀξιωθέντων τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ὑπὸ Ῥωμύλου ἐκαλοῦν ὄντες. Theophilus Antecessor Instit. lib. 1. tit. 17. Ὁ νόμος ὁ δυωδεκάδελτος τοὺς πάτρωνας καὶ τοὺς τῶν πατρώνων παῖδας ἐπὶ τὴν τούτων ἐπιτροπὴν καλεῖ, *Lex* XII *tabularum patronos atque patronorum liberos ad eorum* (libertorum scilicet) *tutelam vocat*; ita etiam frequentissime legitur tum apud eundem Theophilum tum apud Basilicorum autorem lib. 49. tit. 1 & 2. ubi Ἀπελεύθερος, ait, κατὰ πάτρωνος ἀτιμοποιὸν ἀγωγὴν οὐ δύναται κινῆσαι, *Libertus* scilicet *contra patronum famosam actionem instituere non potest.* Harmenopulus atque alii jurisconsulti Graeci idem saepissime habent; & veteres inscriptiones in Graecia τὸν πάτρωνα, pro *patronum*; quod legimus apud Janum Gruterum pag. 595. num. 11 & 12.

Pag. 95. lin. 39. *Ut quoniam ratio christianitatis id utile fore suadebat.*] Christianitas & ea quae ad christianitatem pertinent passim, apud Eadmerum atque alios illius aevi scriptores, functionem episcopalem atque fori sacri actionem & administrationem seu officium episcopale ut usitatius appellatur, denotant; pag. 16. lin. 52. *Vides omnem christianitatem in Anglia fere periisse*; & pag. 28. lin. 45. *omnem auctoritatem exercendae christianitatis illi adimere cupiebat*; alia sunt ejusmodi, atque generali christianorum nomine, in edictis imperatorum veterum, episcopos speciatim designari volunt jurisconsulti nonnulli ad l. 11. *Christianos C. de episcopali audientia.* Hinc apud nos fora sacra quibus, jure nempe communi subnixis, aut episcopi praesunt, aut ii qui eo nomine episcopos, utpote quos provocare licet, suspiciunt, curiae christianitatis etiamnum vocitantur. Primo christianitatis vocabulum, legem christianam seu venerationem christianam, & christianum cultum generatim sonabat, uti videre est in C. tit. De Apostatis l. 4. & C. Theodos. tit. De Spectaculis l. 5. C. eod. tit. De Decurionibus l. 112. C. eod. tit. De Judaeis, Coelicolis l. 19. alibi item. Sed postea functio atque jurisdictio illa quae in gerenda christianae religionis seu christianitatis aut politiae ecclesiasticae cura potissimum exercentur, christianitas etiam signanter dicta sunt; atque inde sacra fora, fora christianitatis vocitata.

Pag. 95. lin. 42. *Cujus cathedrae principatus poneretur in abbatia de Heli.*] De initiis hisce episcopatus Eliensis, fragmentum MS. veteris ejusdem ecclesiae historiae habetur; quo & consilia adhibita, & regia & pontificia de ea re diplomata comperiuntur. *Post mortem Ricardi abbatis* (ita historia illa) *mittitur a rege ad Elyense coenobium Herveus Pangorensis episcopus a suo episcopatu per violentiam ejectus, ut ibi de rebus ecclesiae ad tempus sustineretur donec * explenius deliberasset quid de eo esset facturus. Est autem Pangor monasterium in Walliis tot habitationibus plenum, ut, sicut Beda refert, si in septem partes divideretur, non minus quaeque portio quam* CCC *homines haberet. Hic cum episcopatu fungeretur Herveus gentem efferam nimia austeritate tractabat. Videns tantam in moribus eorum perversitatem (quam nemo facile posset tolerare, undeque episcopali timori nullam servabant reverentiam) gladium bis acutum ad eos domandos exercuit, nunc crebro anathemate nunc propinquorum & aliorum hominum eos coercens multitudine. Nec minor fuit eorum contra eum rebellio. Tanto periculo ei insistebant ut fratrem ejus perimerent, simili modo eum perimituri si possent in eum manus injicere. Expavit episcopum ingruens infortunium, plurimisque suorum interfectis aut graviter vulneratis, videns quod anima sua quaereretur, nec congruos haberet defensores, ad regis Angliae confugit patrocinium, utile sibi consecutus exilium. Rex autem ejus adventum ut famosi tunc temporis & religiosi episcopi benigne suscipiens ad Eliensem ecclesiam destinatum procurationem inde accipere eum constituit. Ipse vero illuc veniens, gratia, conversatione & mirabili prudentia, omnium pene monachorum sibi alligavit affectum, ut si fieri posset eum sibi episcopum adoptarent. Quam * circa sic affectionem aspiciens cepit paulatim quibusdam circumlocutionibus loci utilitatem eis proponere, fratrum animos attemptare & multa jocunda promittere, si abbatiam in episcopatum promovere & seipsum vellent in episcopum sus-*

* Ita Anselmus lib. 3. epist. 61. De archidiaconibus &c. Ita apud Rogerum Hovedenum, part. 1, pag. 270. b.

cipere,

*cipere, ad quod efficiendum, suum quoque eis promisit auxilium, dum tamen illi suum praeberent assensum. Ipsis autem facile ad eum conversis, ipse regem adiit. Rex petita concessit, Robertum Lincolniensem episcopum ad colloquium invitavit, ut, quod ille locus in ejus episcopatum * videbatur, sine ejus conniventia non fieret ista mutatio ne diocesis ejus pateretur injuriam, si inconsulto suo episcopo, alius in eum induceretur episcopatus. Propterea oportuit, ut futurus episcopatus aliquam haberet parochiam, quam sibi impertiri de Lincolniensi ecclesia canonica justitia cum aequa compensatione postulabat. Datum est itaque manerium de* Spaldewic *Lincolniensi ecclesiae in jus perpetuum pro commutatione episcopalis curae super pagum Grantebregensem, & finito hoc inter regem & Robertum episcopum secreto negotio, (monachis omnino inconsultis, ecclesiae filiis & ignorantibus) Herveus episcopus cum literis regis ad confirmandum hoc propositum Romam destinatur. Quo veniens impetravit quae petiit, ad regem & archiepiscopum & comprovinciales episcopos, literas apostolicas super sua causa quales optabat reportans. Quarum textum hic subscribi, nec ociosum est nec onerosum.*

† Quod Herveus a domino papa mandatum obtinuit ad regem Henricum de promovendo abbatiam de Ely in episcopatum, & de constituendo eum illuc in episcopum.

PAschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Henrico glorioso regi Anglorum salutem, & apostolicam benedictionem. Omnipotenti Deo gratias agimus qui talem te regem nostris temporibus constituit qui & terrenum regnum sapienter ad honorem Dei gubernas, & aeterni regis sollicitudinem ante oculos mentis portas. Postulasti siquidem a nobis per literas ut in loco, qui Ely *dicitur, novus ex apostolica autoritate episcopatus constituatur, quia Lincolniensem episcopum tantae magnitudinis esse dixisti, ut ad peragenda ea quae episcopalis sunt officii unus episcopus nullatenus sufficere possit. Pro quo & devotionem tuae voluntatis laudamus & dispositioni assensum praebemus, ita tamen ut in celebri loco constituatur, ne nomen episcopi, quod absit, vilescat. Ad hoc enim episcopus constituitur ut populum Dei & verbo doceat & vita informet, & ad verum pastorem Domini commissarum sibi animarum lucra reportet. In hiis quoque de quibus rogasti, licet quaedam ibi inordinata videantur, tuae tamen voluntati refragari nequaquam valemus. Novit praeterea gloria vestra, dompnum Herveum episcopum, quem vita & scientia commendat non modica, nimia barbarorum ferocia & persecutione de sede sua expulsum & multa fidelium fratrumque suorum caede fuisse fugatum. Cujus ut scientia fructum, qui non periit, afferre, & vita bonum valeat Dei populo exemplum praebere, volumus & rogamus ut si qua eum apud vos vacans ecclesia vocaverit, ibi auctoritate apostolica constituatur, ne infructuoso diu silentio torpeat qui vitae coelestis documenta in scientia & moribus portat. Omnipotens Deus apostolorum suorum precibus & vos & prolem vestram custodiat & coeleste post terrenum vobis regnum concedat. Dat.* XI *Kal. Decembris.*

Alias quoque literas misit papa eidem regi quarum hic textus est.

Quod auctoritate apostolica episcopatus in Ely constituitur.

PAschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Anselmo Cantuariensi archiepiscopo & caeteris comprovincialibus episcopis salutem, & apostolicam benedictionem. Inter caetera regna terrarum, ad apostolicae sedis dilectionem atque obedientiam Anglorum regnum specialiter pertinere, apostolicae sedis scripta & Anglicarum historiarum series manifestabant. Quae nimirum causa sollicitudinem nostram propensius impellit illius regni ecclesias familiarius confovere & earum dispositionibus sollicitius invigilare. Lincolniensem itaque episcopatum tam spaciosum ex filii nostri regis vestrisque literis agnovimus, ut ad ea quae episcopalis sunt officii peragenda, unus nullatenus sufficere possit episcopus. Quapropter ex voluntate Lincolniensis episcopi postulat a nobis idem karissimus filius noster & christianissimus rex Anglorum Henricus, quatenus in parte una episcopatus ipsius, ex apostolicae sedis permissione, novus episcopatus constituatur, in loco videlicet qui Ely *vocatur. Cujus nos petitionibus, quia religiosae videbantur, assensum libenter praebuimus & episcopatum in loco praefato constituendi, ex apostolica autoritate, licentiam damus, statuentes ut sedes episcopalis in loco praedicto constituta omni deinceps tempore perseveret. Parochiam quoque quam vestra fraternitas, cum praedicto fratre Lincolniensi episcopo & regis providentia, eidem episcopatui assignaverit, perpetuo possideat. Porro de monasterio, in quo sedes episcopalis constituitur Anglicorum monasteriorum, in quibus episcopi constituti sunt, consuetudo servabitur. Hujus constitutionis conservatores omnipotentis Dei & apostolorum suorum benedictione perpetuo perfruantur. Amen.*

His suae confirmationis Herveus susceptis epistolis, Angliam cum apostolica benedictione properavit, regem & archiepiscopum adiit, literas eis ostendit, assensum eorum obtinuit & in sequenti anno totum negotium consummavit, anno videlicet Dominicae incarnationis MCVIII pontificatus autem domini Paschalis papae anno X. Quo etiam anno rex Henricus abbatiam Eliensem ad episcopalem mutavit sedem & eundem Herveum Pangorensem episcopum eidem ecclesiae praefecit, confirmans eum sequentibus cartis.

Carta regis Henrici, quomodo abbatiam de Ely in episcopatum transmutavit.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno ab incarnatione Dom. MCVIII *indictione : : : Anno pontificatus domini Paschalis papae secundi decimo, regni quoque mei similiter decimo, ego Henricus providente divina clementia rex Anglorum & Normannorum dux, Willielmi magni*

† Verba sunt autoris quem describimus, uti caetera quae ita in hac historiola interseruntur.

regis filius qui Edwardo regi haereditario jure successit in regnum, videns & ecclesiae messem in regno meo multam esse, & agricolas quidem paucos, & ob hoc plurimum laborantes in messe, & in ipsa Lincolniensem ecclesiam multa plebe foecundam, ex autoritate & consilio praedicti papae Paschalis & assensu simul & prece Roberti Lincolniensis episcopi qui tunc ecclesiae praedictae praesidebat & totius capituli sui cum ipso, annuente dompno Anselmo beatae memoriae Cantuariensi archiepiscopo & Thoma secundo venerabili Eboracensium archiepiscopo & universis episcopis & abbatibus totius Angliae, sed & omnibus ducibus, comitibus & principibus regni mei, Elyense monasterium in quo quidem usque in tempora mea abbates fuerant cum Cantebregensi provincia quantum videlicet ad jus Lincolniensis ecclesiae pertinebat, cum duabus abbatiis Thorneia videlicet & **Chaterich** *in episcopalem sedem sicut & caeteros episcopatus regni mei liberam & absolutam perenniter statuo & confirmo, & pro subjectione & omnibus episcopalibus consuetudinibus ad supradictam ecclesiam Lincolniensem pertinentibus * absolvendum, consilio & assensu praedicti papae Paschalis de beneficiis ejusdem monasterii villam nomine* **Spaldewic** *cum omnibus appenditiis suis quae in territorio* **Huntendone** *sita est, cum omnibus consuetudinibus ad villam praedictam pertinentibus, supradictae Lincolniensi ecclesiae & Roberto ejusdem sedis episcopo & successoribus suis, sicut eam unquam Elyense monasterium liberius & quietius tenuit, jure perpetuo tradidi possidenda. Primum siquidem Londoniis apud Westmonasterium in solennitate Pentecostes, de negotio isto in praesentia mea coram felicis memoriae Anselmo archiepiscopo & universis episcopis & abbatibus & proceribus regni mei tractatum est, & eorum omnium communis assensus est favorabiliter consecutus. Post mortem praedicti pontificis Anselmi, ex autoritate domini papae Paschalis, sicut jam supradictum est, in concilio apud castrum* **Notingham** *habito in die translationis beatae Etheldredae virginis sedis ejusdem, feliciter per misericordiam Dei terminatum est & definitum* IX *Kal. Novembris.*

Historiolam hanc in exemplaribus binis legi, quae eadem ferme exhibent, utraque ante annos amplius trecentos exarata. Sed fidei forsan suspectae merito videantur. Neque enim forensis, qui eo aevo in usu, styli characterem habet Henrici regis diploma, utpote quod ab inusitata omnino verborum, nescio qua pompa, in pontificis Romani honorem consarcinata, auspicatur, & duces veluti nomen honorarium, idque a comitibus plane distinctum, memorat, cum certissimum sit neminem, post Guilielmi I. tempora usque ad Edwardum tertium, ejusmodi dignitatis vocabulo apud nos esse insignitum. Nec in archivis regiis, ubi saepius vetustorum quae episcopio Eliensi uti etiam quae aliis indulgentur privilegiorum instrumenta iterantur, hujusmodi quid, diligenter licet anquisiverim, reperio. Anselmus item obiit anno MCIX. XI Kal. Maii, at vero in diplomate hoc quod anno MCVIII tribuitur, mentio est Anselmi mortui. Praeterea annus MCVIII hic fit annus decimus Henrici regis, cum planissime nonum superare non posset. Videsis Eadmeri pag. 102. lin. 36. Crassissimi sane antichronismi. Obiter monuisse me haec satis est: Perspicaciorum judicio caetera relinquo.

Pag. 97. lin. 49. *Ut ecclesia episcopatus ultra tres menses non maneat sine pastore.*] Pastore nempe consecrato, ita jubet concilium Chalcedonense, act. 15. can. 25. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν μητροπολιτῶν, ὡς περιηχήθημεν, ἀμελοῦσι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ποιμνίων καὶ ἀναβάλλονται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐντὸς τριῶν μηνῶν γένεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, id est, *Quoniam metropolitani quidam, uti accepimus, negligunt commissos sibi greges & differunt ordinationes episcoporum, visum est synodo sanctae, intra tres menses fieri debere episcoporum ordinationes.* Habetur etiam apud Gratianum dist. 75. cap. 2. Videsis etiam Burchardum, lib. 1. cap. 24 & 25. Ivonem part. 6. cap. 5. & Gratian. dist. 100. cap. 1.

Pag. 109. lin. 52. *Nisi de monachico ordine*, &c. *uno duntaxat excepto.*] Proculdubio Stigandum intellexit, qui apud Guil. Malmesburiensem etiam expressim nominatur. Sed viderint interim, qui diligentius hanc rem perpendere volunt, de Nothelmo atque superioribus Nothelmo archiepiscopis; & consulant porro Joscelinum in Antiquitatibus ecclesiae Britannicae & Franciscum Godwinum, episcopum, dum scripsit, Landavensem, nunc Herefordensem, in episcoporum nostrorum vitis. Et summus sane neque omnino indiligens monastici ordinis cultor Arnoldus Vyonus, dum quinam celeberrimarum ecclesiarum archiepiscopi sodalitio Benedictino se immiscuissent indagando se torquet, in Cantuariensibus Nothelmum, Cuthbertum, Bregwinum, alios etiam (sed, ut verum fatear, nonnullos quos certissimum est Benedictinos fuisse) praetermittit. Vide, si placet, Arnoldum in Ligni Vitae lib 2. cap. 20, & G. Malmesburiensem in de Gestis Pontificum lib. 1. in Odone.

Pag. 124. lin. 40. *Directi quoque sunt ab Henrico rege Anglorum ad ipsum concilium*, &c. *Willielmus Exoniensis, Randulphus Dunelmensis*, &c.] Quatuor nempe episcopi. Nam ita mos solennis olim obtinebat, ut ad concilium generale, IV duntaxat ex Anglia episcopi mitterentur. Idem observatum in concilio Lateranensi sub Alexandro III anno MCLXXIX habito. Et cum in Anglia tunc temporis consilium de mittendis Romam episcopis, ut concilio ibi interessent, adhiberetur, *Episcopi Angliae constanter asseruerunt* (verba sunt Rogeri Hovedeni, Simonis Dunelmensis MS. atque aliorum de ea re agentium) *quod ad generale concilium domini papae quatuor episcopi de Anglia tantum Romam mittendi sint.* Caeterum, in conciliis recentioribus mos varius est, & pro arbitratu regio & re nata saepius mutat. De legatis seu oratoribus ad concilia generalia ex Anglia missis, consulas licet Matthaei Parisii annum MCCXLV (ubi etiam Anglicanorum civium universitas seu triplex ordo literas & oratores destinat ad concilium Lugdunense sub Innocentio IV celebratum) & Thomae Walsinghami Ypodigma Neustriae in eodem anno pag. 466. & eundem in anno MCCCCIX cui accedat ex archivis id quod, ad resarciendum † in

† Vide concil. Constant. sess. 20. apud Bin. tom. 3. part 2. pag. 913.

Ad Viros Clarissimos

EPISTOLAE VARIAE.

A Letter of Mr. *John Selden*, copied from the original in the hands of *Matthew Hale*, Esq; at *Alderly* in *Gloucestershire*.

To my honoured and truly worthy Friend, Mr. Ben. Johnson.

THUS ambitious am I of your love, but of your judgment too. I have most willingly collected what you wished, my notes touching the literal sense and historical of the holy text usually brought against the counterfeiting of sexes by apparell. To omit variety of translations, the text itself is thus out of the original word for word: *A man's armour shall not be upon a woman, and a man shall not put on a woman's garment.* In *Deut.* xxii. 5. so it is, and not as the vulgar hath it, that *a woman shall not wear a man's garment, nor a man a woman's.* That which the woman is forbidden is called כלי־גבר *Celi geber*, i. e. the arms or armour of a man: That which the man may not wear is שמלת אשה *Shimlath Isha*, i. e. a woman's gown, or *stola muliebris.* The *Greek*, whom they call the Septuagint, followeth the *Hebrew* truth, οὐκ ἔσαι, say they, ςκεύη ἀνδρὸς ἐπὶ γυναικὶ, οὐδὲ μὴ ἐνδύσεται ἀνὴρ στολὴν γυναικείαν. So I read in them rather ςκεύη than ςκεύη as the published books have, although ςκεύη plurally signify the same which *Celi* doth in another notion, that is vessels or instruments. But the reason, why I would alter that in the published Septuagint is, besides the self matter, because *Fl. Josephus Archaeol.* 4. *cap.* 8. remembers that negative commandment with the same word, beware, saith he, lest the woman use ἀνδρικῇ σκευῇ, and for the woman's garment there uses the self same as the LXX, *i. e.* στολῇ γυναικείᾳ. I know ἀνδρικὴ σκευὴ may be interpreted *virilis apparatus* generally, or *habitus virilis*; but it best here signifies as in *Aristophanes*'s Σφῆκες, where the old Scholiast interprets it by πανοπλία, and if you retain ςκεύη in the LXX, yet then too it stands for ςκεύη πολεμικὰ or *instrumenta bellica.* So that the text by its words alone hath not so much reference to the sexes using each others cloathes, as to the forbidding the man the woman's habit, but the woman the man's armour. Although I know the canon law out of ancient authority prohibits the woman the man's cloaths, calls them ἀνδρεῖον ἀμφίεσμα, but that I guess proceeded rather from prevention of indecency, than persuasion of this text. You may see *Gratian*'s Decree, Dist. 30. cap. 6. taken out of the Council of *Gangra* in *Paphlagonia* held in the year 325, and the original of it is in the *Codex Canonum*, can. 72. whereto *Photius* also in his *Nomocanon* tit. 11. cap. 14. hath reference. Agreeing to the *Greek* is the *Chaldee* paraphrase of *Onkelos*, *Let there not be a man's ornaments of arms upon a woman, and let not a man adorn himself with a woman's ornaments.* Many expositors observe the intent of this precept to be for the publick preservation of honesty in both sexes, lest in corrupt manners by such promiscuous use of apparel the least forwardness of nature might take the easier advantage of opportunity, as it is noted by *R. R. R. Aben Ezra, Solomon Jarchi*, or the author of the common *Hebrew* Gloss and *Moses Mikotzi*, by the first two on this place, by *Mikotzi* in his *Praecept. Negat.* 5. *Philo* the *Jew* understands it in his περὶ ἀνδρείας, as if men were forbidden there, even in the least kind to incline to the quality of the weaker sex. *Flavius Josephus* chiefly appropriates it to the war, and thus expresses it: Φυλάσσετε δὲ μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις ὥστε μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι μήτε ἄνδρα στολῇ γυναικείᾳ. But a Rabbin of the greatest worth by the estimation both of *Jews* and *Christians*, hath a very different exposition, I mean *Moses Ben Maimon*, who is also called (from the six letters of his name after the *Jewish* fashion) *Rambam*, and because his education and studies were chiefly in *Egypt*, he is known by the name of *Moses AEgyptius*, being by birth of *Corduba*. This *Moses* in his *More Nebochim*, part 3. cap. 36. makes a division of the precepts of the old Testament into fourteen kinds of them; the second is touching such things as were to prevent idolatry, and in it he puts those negatives against sacrifices to *Moloch*, against witchcraft, the consulting with *Ob*, the superstitious part of astrology, &c. but amongst them especially he refers that of apparel and armour, to an idolatrous use; supposing, that as in the temple adoration was constituted toward the west, hew'd stones were not allow'd, sacrifices of beasts were ordained, the priests were commanded to wear breeches, and the mixtion or insition of plants of several kinds were forbidden, because idolaters neighbouring to the *Jews* worship'd towards the east (as you well know) and had their temples of hew'd stone, and gave divine honour to beasts (especially the *Egyptians*) and their *Cohanim* or priests breechless (as the *Jews* not without ridiculous error think) did sacrifice to *Baal Phegor*, and that when of one kind insition was to be into another, the bestial ceremony was *ut ramus inserendus sit in manu* (so are the *Latin* words of my author) *alicujus mulieris pulchra, & quod vir aliquis cognoscat eam praeter morem naturalem, & dixerunt quod in tempore illius actus, mulier debet inserere ramum in arbore.* Supposing that as

as in these and divers more such like related by him, producing the idolatrous customes out of ancient monuments of the *Syrians*, so in this of apparel there was most special regard to the avoiding of a superstitious rite used to *Mars* and *Venus*, which was, that men did honour and invoke *Venus* in women's attire, and women the like to *Mars* in man's armour, as out of an old magician, one *Centir*, he recites. His words are in my *Latin* copy: *Istud autem est propter quod scriptura dicit, Non accipiat mulier arma viri, neque vir induatur veste muliebri. Invenies autem in libro artis magicae, quem composuit Centir, quia dicitur ibi, ut vir induat vestem muliebrem pictam, cum steterit coram stella, quae vocatur Venus & mulier assumet loricam & arma bellica cum steterit ante stellam quae dicitur Mars. Est etiam hic alia ratio, quoniam opus istud, suscitat concupiscentiam, & inducit genera fornicationum*, these are in the 38th chapter. What the original of the author is, I know not. I could never see the *Arabick* or *Hebrew* copy, as *Buxtorf* on the other side says he could never meet with the *Latin* one; for it was first written in *Arabick* by that *Moses*, and turned into *Hebrew* by *R. Sam. Aben Tybbon*, the *Latin* Translation also being enough ancient. *Ben Maimon* lived about CD years since: His authority is not of the common rank; for the *Jews* proverbially say of him, that from *Moses* to *Moses* there was never any such as this *Moses*, and some of great place in the state of learning speak of him, that he was *Judaeorum* (rather *Rabbinorum*) *primus, qui delirare desiit.* He wrote other things, but this work of his *Moreh Nebochim* (*i. e.* as the *Latin* title is, *Doctor Dubitantium* or *Perplexorum*) in his ripest years about fifty, and made it as the draught of his last hand in meddling with holy philosophy. What words he uses for *Venus* and *Mars*, I certainly know not. But I know, that it is certain, that those two deities, tho' under other names, or at least two every way like them, were adored in those *Eastern* parts, and that most anciently. The whole consent of *European* writers allow, the original of *Aphrodite* or *Venus* out of *Syria*, as she is for a goddess, and I doubt not but that she was worshipped in the *Palestine Dagon* or *Astaroth* or both. You know that of *Cicero* 3. *de Nat. Deorum. Quarta Venus Syria Tyroque concepta quae Astarte* (i. e. *Astaroth*) *vocatur, quam Adonidi nupsisse traditum est. Ovid, Manilius, Hyginus*, others have as much in substance. And whencesoever the *Latin Venus* is derived (which very name might with little difficulty be with her rites thence traduced) it is certain that the *Chaldeans* call'd her by a word even almost interpreting *Aphrodite.* You know that is usually fetch'd from ἀφρός, and they call'd her *Delephat*, derived, as it seems from *Deleph*, i. e. *Stillatio*, which hath affinity enough with her shorter name Ἀφρώ in *Nicander. Hesychius* Δελέφατ ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἀνὴρ ὑπὸ Χαλδαίων. Her antiquity cannot be doubted of, seeing indeed, she was truly the *Mater Deum* in mythologie; and somewhere the old Scholiast on *Apollonius*, you may remember, delivers it from a *Greek* tradition, that she was the eldest of the deities. For *Mars* he is affirm'd the same with *Baal* or *Belus* the most known, and most ancient by name in any memory of idolatry, and that by authority of holy writ. He is remembred in *Num.* xxii. *comm. ult.* Both *Cedren* and the author of the *Fasti Siculi* out of ancient monuments now lost, deliver, that in the *Assyrian* Empire *Thurus* succeeded *Ninus*, and that his father *Zamis*, brother to *Rhea*, named him Ἄρης or *Mars*, and that he was the first to whom that nation erected columns, (columns were at first the statues for deities) and that they named him *Baal*, which say those authors, interprets Ἄρης πολέμων θεός. They miss'd of the interpretation; for *Baal* signifies lord or *dominus:* But in the matter they were right, and doubtless well directed by some *Asiatick* authority. For the same *Belus* or *Baal* is by a most ancient historian *Hestiaeus* cited by *Eusebius*, in his 9 *Proparasc. Evangel*; and in his chronicle that's only in *Greek*, called Ζεὺς Ἐνυάλιος or *Jupiter belli praeses*, where he speaks of his temple priests and relicks of about the time of the confusion of languages. What is Ζεὺς Ἐνυάλιος but *Mars* in the very particulars of fiction? *Josephus Orig. Jud.* I. cap. 6. cites the same place of *Hestiaeus*, but it's misprinted Ἐνυέλιος: It's some fault, but every body sees what it should be. A greater error about this name is in the *Loci Hebraici* of S. *Hierom*, as they are published: where the whole translation of that, is taken out of *Hestiaeus* (but not so acknowledged by the father) and *Gemalii Jovis* is ridiculously for *Enualii.* This by the way. And so much for the antiquity of these deities, which being not made clear, hinders the authority of that historical exposition out of *Centir* and *Ben Maimon.* Less doubt need be made of that kind of worship by change of apparell. The self same was in *Europe*, where nothing of that kind was, if not traduc'd out of *Asia*, You best know that of *Philocorus* an old *Greek* in *Macrobius Saturnal.* 3. *cap.* 8. he makes *Venus* the same with the Moon (such confusion of names is frequent) and reports in *sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quod eadem & mas aestimatur & foemina.* A masculine and feminine *Venus* differs not in the *Gentilis Theologus* from *Mars* and *Venus*, for every deity was of both sexes, and ἀῤῥενόθηλυς as the *Egyptians* held the moon to be, which *Plutarch* reports, and as the old *Hermes* says in his Poemander of the true God, well agreeing with that of the Schoolmen, *Masculinitas consignificata hoc nomine Deus, non ponitur circa Deum*, as *Aquinas*'s words are. And this very goddess so distinguish'd by that sex, whereof she was president, that they styled her the feminine goddess or θεὰν γυναικείαν, and at whose sacrifices no kind of male creature was to be endured in the temple (for θεὰ γυναικεία was nothing but the *bona dea*, and *bona dea* is the same with *Venus*, which besides other testimonies is justified, out of an old inscription on the portal of her temple, the fragment whereof remains among others now in *Arundel* house, thus conceiv'd, *bonae deae Veneri Cnidiae*) this goddess so much nothing but a woman, was yet of both sexes mystically. *Pollentemque deum Venerem*, says *Calvus* in *Macrobius*, and there *Laevinus Venerem igitur almum adorans sive foemina sive mas est, ita*

uti

I

uti alma noctiluca est. And in *Rome* was an armed, and in *Cyprus* a bearded *Venus*. Neither originally, by all likelyhood, was *Venus* and *Mars*, other than the masculine-feminine or generative power supposed in the sun, or sun and moon, which were the first creatures idolatrously worshipped: For we must here think of these as they were gods only, not planets. And why may not we collect rationally in their theology, that in regard of the masculine-feminine power supposed in their worshipped deity, they counterfeited themselves to be masculine-foeminine in the adoration? Which could not be better done than by a woman's wearing armour, and a man's putting on a woman's garment. The more willingly I here note this community of sexes in every of the ancientest gods, because also the LXX conferr'd with the *Hebrew*, and with profane story, do most specially shew that community, and that not without reference, as its probably to be thought to those very rites spoke of in *Ben Maimon*. No man has not heard of the name of *Astarte* or *Astaroth*, whom *Cicero*, *Suidas* and others make but a *Venus*, *Lucian* and *Achilles Tatius* the Moon, *Philo* of *Byblus* in his *Phoenician* theology out of *Sanchoniathon*, both Moon and *Venus*. St. *Austin* upon *Judges* and *Plutarch* in *Crassus*, *Juno* or *Venus* or what else is in the kind feminine, the *Greek* interpreters in both numbers have her only feminine, and an old inscription is with ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ for her questionless. Yet in the original 1 *Reg.* xi. *com.* 5. she is called *Elohi Zidonim*, i. e. *Deus Sidoniorum.* The *Hebrew* indeed having no word in the holy book expressing a goddess as *dea* in *Latin*, so that frequent name of *Baal* or in the plural *Baalim* (not at all distinguished by gender in the original scripture, saving that it is taken for masculine, as it signifies lord, altho' the idolaters had their *Baaleth* or *Beeleth* for the feminine of *Baal*, which in *Megasthenes* cited by *Josephus* and elsewhere is Βῆλτις) is in the *Greek* sometimes of one, then of another gender, as if they would denote the masculine-feminine quality attributed in the worship, as in *Num. cap.* xxii. *com. ult.* τοῦ Βαὰλ for *Baal-Phegor:* So is it in 4 *Reg.* c. x, xi, and xvii. and in *Hos.* xi. τοῖς Βααλεὶμ ἔθυον, in *Jerem.* l. for *Bel* (differing from *Baal* but by dialect) Βῆλος ὁ ἀπλόητος and divers other such Places are all for the masculine, yet in mention of the same *Hos.* xi. *com.* 8. is τῇ Βαάλ. So in *Jerem.* xi. *com.* 8. (where the LXX exceeds the *Hebrew* by a few words) and *Zephan.* cap. i. *tmemat.* 4. and in 1 *Sam. cap.* vii. *com.* 13. τὰς Βαλεὶμ. So is the *Ammonites Moloch*, although usually known for masculine deity, yet named for a goddess in the *Greek*, *Jerem. cap.* xix. *com.* 5. the words are ᾠκοδόμησαν ὑψηλὰ τῇ Βαὰλ τοῦ κατακαίειν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἐν πυρὶ· and in *cap.* xxxii. *com.* 35. they turn the text, *they built altars* ἐν τῇ Βαὰλ (where ἐν I think abounds) *in the valley of the sons of Ennom, that they might offer their sons and their daughters* τῷ Μολὸχ βασιλεῖ. Are not here τῇ Βαὰλ and τῷ Μολὸχ for the same? That which they call altars to *Baal*, is in the original high places of *Baal*, as here, so in 3 *Reg. cap.* xix. *com* 18. *And I will keep in Israel* 7000 *all which have not bowed the knee* τῇ Βαὰλ, καὶ πᾶν στόμα ὃ οὐ προσεκύνησεν αὐτῷ· In these two places you see in the same verse they change the sex. This last is in part, and more near the *Hebrew* truth alledg'd by St. *Paul* to the *Romans*, *cap* xi. *com* 4. where he hath also τῇ Βαὰλ yet follows not the LXX in the rest. I know some would have εἰκόνι or δυνάμει understood with τῇ joyn'd to *Baal*, and so save the diversity of gender. But under their favour the scriptures use will not enough justify it, altho' it be true too, that in *Tobit cap.* i. *com.* 5. you have ἔθυον τοῦ Βαὰλ τῇ δυνάμει, as some copies are, others bring τῇ δαμάλει in that place. To this purpose is it, that the *Syrian* god *Dagon* remembred as masculine in the holy text, is feminine to all *European* writers. What the *Greeks* and *Latins* have of *Adargatis*, *Derceto*, *Atargata*, *Derce* (all one name) and the like, you best know, being most conversant in the recondite parts of humane learning. That *Adargatis* or *Atergatis* (the *Syrian* deity) was nothing else in origination of her name but אדיר דג *adir dag*, i. e. *piscis sublimis* or *potens:* And as profane story shews that *Adargatis* was *mulier formosa superne*, ending in a fish (*Lucian*, *Diodore*, others justify it) so in that text, 1 *Sam. cap.* v. 4. where *Dagon* fell before the ark and his head and hands were broken off, it is added, that only the form of a fish, or so much as was fish, was left of him. So doth *D. Kimchi* and others understand it, and well, against such as have with error fetch'd the name from another word signifying wheat, and took *Dagon* for *Jupiter frumentarius*. *Dagon* then and *Atergatis* or *Artaga* (as *Phurnutus* calls it, somewhat nearer to *Adirdag*, the other names being varied rather by transposition of letters than ought else) will fall out to be all one, yet of both sexes. The LXX make it masculine, and above what is in the *Hebrew*, say, that by the fall both the feet of it were broken off, which yet makes nothing against the being of it partly in form of fish. For altho' neither the *Hebrew* speak of any feet it had, nor your *European* writers, by their own testimony, give their *Atergatis* more than a fish tail, yet upon examination of some *Chaldean* monuments, left by *Berosus* a priest of *Belus* (I mean the true *Berosus*,) it will appear both that the LXX or whoever were the authors, did not add that of the feet without ground, and also that the ancientest goddess or god worship'd by idolatry in those parts, was half of humane form, half fish, but so, that out of the fish tail, legs of humane shape came forth, as out of a man's body. For he (that is *Berosus*) out of relicks of antiquity left from the eldest time in *Babylon*, reports, that when in the beginning of things the *Babylonians* or *Assyrians* were altogether ignorant of what instruction might furnish them with, there came amongst them out of the *Red Sea* a creature called *Oannes* having a body of a fish and two heads, one of a fish, another humane, and feet like a man growing out of the tail; that it had a voice like a man, that it taught the *Assyrians* all arts, all laws, and what else fit for civil society; and that to his time (he lived under *Alexander*) the statue of it was kept, with divers other most portentous pieces of relation touching *Belus* and *Omorca*, which, although they be all fabulous, yet do enough

prove

prove both the antick form ſuppoſed by the LXX in giving *Dagon* feet, and alſo their opinion of that marine deity, which in truth was nothing but *Venus*.

Scilicet in piſcem ſeſe Cytherea novavit,

ſays *Manilius*. Neither doubt I, but that this *Oannes*, *Dagon* and *Artaga* were originally all one. You ſee *Baal*, *Dagon*, *Moloch*, *Atargatis* the greateſt names in the *Eaſtern* theology of the *Gentiles*, were expreſſly noted by both ſexes, and according to that myſtery of community of ſexes, were worſhipped. So had the *Greeks* Ἀφρόδιτος and Ἀφροδίτη, the *Latins Lunus* and *Luna*, which two were ſo had in divine honor in *Meſopotamia*, as *Spartian* reports in his *Caracalla*, where, while the moſt learned *Caſaubon* ſuppoſes the worſhip of the two ſexes in one deity among the *Eaſtern* people to proceed from nothing, but becauſe their names are from ſeveral roots of both grammatical genders, he doth not with tolerable performance ſecond his own worth. Clearly it was a myſtery of their theology concluding upon the maſculine-feminine power, which made both the worſhip and grammatical genders, not the trifles of grammar their ceremonies of worſhip. But thus much of the truth or likelihood of that reported rite in change of apparel, which whether it be well applyed to the holy text, I will not affirm. In the connexion of theſe no vulgar obſervations, if they had been to the common learned reader, there had been often room for divers pieces of *European* theology, diſpers'd in *Latin* and *Greek* authors of the *Gentiles* and fathers of the church too, and often for parts of mythology; but your own moſt choice and able ſtore, cannot but furniſh you incidently with whatever is fit that way to be thought of in the reading. With what ancient fathers, as *Cyprian* and *Tertullian* ſpecially have of this text or others dealing on it, as it tends to morality, I abſtain to meddle. Whatever this is, which I have collected, I conſecrate to your love, and end with hope of your inſtructing judgment.

From the Inner-Temple *this*
28th *of* Feb. 1615.

Epiſtolae ad clar. Peireſkium ex autographis apud virum illuſtrem Thomaſſinum Mazaugues.

LIbellum iſtum nugacem, qualemcumque meum, tanti autorem beneficii fore, ut a te, vir ampliſſime, ſalutarer, ne ſperare quidem unquam poteram. Impenſarum mirifice rependit horarum damnum, dum in cauſa fuerit ut tui fruar amore, ut, te fovente, magnis iſtiſce viris, quos tui ſimiles, uti tot optimos ſenatus literarii principes ex imo ſubſellio ſuſpicere ſoleo, ſaltem non diſpliceam.

Nuncium reditus tui in Galliam Narbonenſem avide expectabo, id eſt, coelaturas, inſcriptiones, & quae in armario illo tuo quantivis pretii reliqua dis Syris aut lucem accendant aut ornatum augeant, velut promiſſum olim exigam. Vides quas tibi egregia tua humanitas exhibitura ſit moleſtias. Hominem literis provocaſti, cui dum theſaurum aperis, κειμήλια tantum non ipſa periclitantur; ut ἔκτυπα communices, etiam importunus efflagitabo. Sed vero nec officio defuturum me dubites, quandocunque tibi optime merenti praeſtare licuerit.

Quod ad opuſculum illud vernacula lingua conſcriptum, ſive ad Hiſtoriam Decimarum (is enim titulus eſt) attinet, exemplar unum & alterum tibi deſtinaram. Sed bini pene menſes ſunt quod antiſtes Londinenſis, qui, praeter Cantuarienſem, apud nos typographorum officinis cenſor praeeſt, calente praelo, non ſolum typographo vehementer nimis eo nomine interminabatur, verum etiam & ſchaedae omnes quotquot excuſae reperiri poſſent, (plus minus dimidio exemplaris manuſcripti typis excuſo) etiam & ipſi typi ejus juſſu, irruente in operas iracundiae ſimul & authoritatis turbine, inopinato rapiebantur; ea, velut quae in commiſſum inciderant, hactenus bibliopolarum corpus (id nutum antiſtis etiam obſervat) jure an injuria occupat. Sed exemplar manuſcriptum auctorem ſuum, favente numine, non deſeruit: Nec ſine ſubſcriptione (ad morem noſtrum) ſacellani neſcio cujus ex ejuſdem antiſtitis familia, in praelum irrepſerat. Cur id fecerit antiſtes, nolim tu quaeras rationem, ne praetexuit quidem hactenus, non mihi, non typographo, non cuiquam a quo edoceri poſſimus. In lucem prodire duntaxat non oportere libellum uſque ad raucim clamat; idem & prophetici generis nonnullis aliis, qui vicini ſunt, vociferantibus. Sed viri graves & docti, qui ejuſcemodi cauſam interdicti diligenter inter legendum ſunt ſcrutati, id quod res eſt forſan ſuſpicantur. Hiſtoriam nempe decimarum elaboratam, ſatis vulgo reconditam, & ab ea, quam recentiorum aliqui maxime noſtratum (dum lectoribus imponunt) partim oſcitanter, partim impudenter narrarunt, diverſam, in vulgus jam editam, detrimento eſſe reipublicae eccleſiaſticae forſan videri nonnullis, qui etiam apud nos, falſa veris anteponere interdum prudentes non verentur, ne quid gravius dicam. Ordo hiſtoriae is eſt, ut primum e ſacris literis, ex Hebraeorum magiſtris, Graecorum item & Romanorum monimentis fideliter depromantur quae ad eam faciant. Tempore dein chriſtiano in quater CCCC annos diſpertito, morum & vetuſtum & recentiorem ſolvendi patrum item & minorum gentium theologorum, juris etiam pontificii peritorum ſententias ἐν ὁμάδι, atque rerum publicarum ſanctiones adjicimus, quaeſtione illa, qua merum jus decimarum paſſim vexatur, ad theologorum ſcholas conſulto relegata, Anglorum etiam legibus tum antiquis, tum novis, cum vario ſolvendi, vovendique & ad coloni arbitratum perpetuum decimarum jus tribuendi ritu ſeorſim extra hiſtoriae, quam diximus, titulum ex intima antiquitate repetitis, atque in eodem volumine digeſtis: Sed de hac re poſthac forte plura.

In ea autem opera tamdiu fui, & adhuc ita diſtineor (uti ſacra etiam nonnulla quae pro ſtrepente inſtant negotia) ut in calendarium iſtud oculos vix conjicere quidem hactenus licuerit, multo minus de iis, quae in eo ἀπρόσιτα eſſe prima fronte, neque ingenio aditum praebere videantur, conjecturam aliquam formare. Jam nunc vero, cum literae tuae monerent, arripui; utinam ipſum autographum inſpicere fas fuerit! ſaltem de elementorum ductu ipſo, varietate, magnitudineque

que utinam is qui primus evulgavit, non nihil admonuiſſet, & de autographi porro vetuſtate! Anne quae vocabula illic majuſculis exarantur literis, in autographo etiam ita ſe habent? An quoniam difficiliora nonnulla viderentur, ea literarum quantitate voluit illud denotari is quî ſculptori lineas duxit? Extrane controverſiam eſt (exempli gratia) ſub idibus Martiis illud CANNA INTRAT, in autographo ita pingi? Is dies Annae Perennae feſtum erat Romanis, & Annae nomen integrum in hoc vocabulorum portento reſtat. Confectumne etiam liquido conſtat eodem quo Nicaena ſynodus prima celebrata eſt anno? Sane in hebdomadas diviſum eſt, licet & retineant ſimul ogdoades, quas propter nundinas Romani in tributione dierum ſervabant. At magni ſunt viri, qui hebdomadas Romano calendario eo aevo adpoſitas prorſus negant; nec ante Theodoſii ſaltem tempora adjectas aſſerunt. Sed quid hic video? Anno etiam ſub Nicaena ſynodo aequinoctium vernum in XVI kalendas Aprilis, ſolſtitium brumale in XV kalendas Januarias, aeſtivum in XVII kalendas quintiles incidebant? Seculum Nicaena ſynodo ſeculis non paucis poſterius, & ſeptingentos aut circiter abhinc annos is calculus deſignat: Et vernum aequinoctium XI kalendas Aprilis Conſtantini aevo tenebat; quocum non male, fateor, quadrat ſolis ingreſſus in aquarium qui hic adnotatur. Idem de caeterorum uno & altero forſan dicendum. At quam ἀσύςατα! Quam ridicula haec! Eodemne ſeculo aquarius ſolem excepit X kalendas Februarii, quo aries XVI kalendas Aprilis? Infandum id monſtrum aſtronomis. Figurae item illae barbaricae, & ab Arabibus ante annos ferme ſexcentos acceptae, ob quam rem kalendas, nonas, & idus numerant? An ad coelaturae compendium? Priuſquam igitur de vetuſtatis iſtiſce veſtigiis conjecturam adferat quis, monimenti authoritatem & delineamenta certius ſciat oportet. Certe Iſia illa (AEgyptiorum feſtum) quae in kalendis Novembris collocantur, illuſtrare videntur menſis picturam, quae in catalectis veterum poetarum reperitur. De Novembre illic,

Memphidos antiquae ſacra deamque colit.

Nonne Memphidia illa ſacra ipſiſſima ſunt Iſia, quae vagante menſe Athyr in anno AEgyptiaco variatim celebrari ſolebant; ſed fixo, locum in Novembre Juliano (huic enim menſis Athyr fixus reſpondet) ſortiebantur? Nobiliſſimi Joſephi Scaligeri judicium hic non defuiſſet, ſi fando unquam audiiſſet monimentum hujuſmodi extitiſſe. Nam de Iſiis negotium ei exhibuit Geminus aſtronomus. Neque locum feſto in Athyr fixo, id eſt, Novembre, ſed in Paophi, ſive Decembre, habere potuiſſet, dum ſe torquet, demum concludit: Et Memphidia ſacra εὕρεσιν Oſiridis fuiſſe ariolatur, quod tamen & calendario huic, & poetae, quiſquis fuerit, veteri adverſatur. Quid enim illud, *Deamque colit?* Oſiriſne Dea! Sed haec obiter, & dum currente calamo, ſi non fictitium, ſaltem nimis depravatum, nec fideliter exſculptum calendarium cogitamus. Ego vero imprudens, qui temere haec tibi doctiſſimo effutire non verear; ſed audacem etiam inſignis tua humanitas & candor reddidit. Editioni bibliorum, quam docti molimini, felicia precor auſpicia. Qualis autem ea futura ſit, unde exemplaria vetera manuſcripta, quaenam item illa ſint, efflictim cupio ſcire. Vetuſtiſſimum Geneſeos exemplar Graecum, quod ex inſtructiſſima v. c. Roberti Cottoni bibliotheca petiiſti tu, voto, ni fallor, vix omnino ſatisfaciet. Annus plus minus eſt, poſtquam cum ſeptuaginta ſeniorum verſione idem commiſi. Subinde, ſed rariſſime diſſident, atque diſſidium illud in minutulis. Meis verbis, ſi placet, ſaluta v. c. Jacobum Sirmundum, cui doctiſſimam explanationem elogii L. Scipionis Barbati (praeter alia compluria) debemus omnes; ego vero ante omnes: Id nimirum ex optimi ſenis G. Camdeni exemplari Pariſiis nuper edito, in quo authoris nomen manu exaratum eſt, primum reſcivi. Tu, vir ampliſſime, me, ut facis, ama, nec quidquam prius mihi in votis eſt, quam ut amore & gratia, quibus me immerentem aeſtimas, non ſolum fruar, ſed tam inſigne beneficium tum demum etiam merear. Vale.

8 Idus Februarii, 1618. Londini.

Tibi devotiſſimus,
J. SELDEN.

P. S. Literas tuas, ubi reſcribere placuerit, ut apud J. Biſſium typographum regium mihi reddantur, ſi tu vis, tabellario detur in mandatis.

Ad Eundem.

MAximas tibi, vir ampliſſime, uti ſemper habeam etiam hoc nomine gratias neceſſe eſt, quippe qui operam illam noſtram diatribae ſeu hiſtoriolae de decimis impenſam & fovere & tueri cupias, & auctori ſalubriter, (literis jam pridem acceptis) conſulas, ne diutius ſinat exemplar dumtaxat archetypum periclitari hic, ubi dum imperitum ſacrificulorum examen etiam diris execratur, & in alienam meſſem me falcem immiſiſſe impudenter deblaterat, editioni, ne dicam, veritati ipſi, invidet, atque archetypum Vulcano vovendum vult magnopere; quaſi vero juris a puerilibus annis ſtudioſo propria non eſſet meſſis ea, quae ex veterum hiſtoria, humanique juris monimentis ad ſacrum illud portentum ſpectant excerpere, & iſtiuſmodi opus contexere, quod & eorum inſcitiae & impudentiae aliquantulum forſan os obturet: Sed editionem ſperamus futuram de archetypi etiam periculo ſecuri. Vix citius in lucem prodibit, quam ſalutabit manus tuas exemplar unum & alterum. Quod ad ſermonem quo conſcriptum eſt attinet, fateor ſi Latino, commode excudi poſſet Pariſiis alibi; & quod reliquum eſt, certo praelo alicujus exterae gentis mandaſſem ipſe, ſi per idiomata Anglicanum & Saxonicum vetus (quae raro alibi capiuntur) licuiſſet. At conſulto idioma noſtrum elegimus, neque magis Anglicano eſt idiomate conſcriptum, quam Anglicano nomini, & politiae velut dicatum; & dimidium plus minus operis ad eccleſiae tantummodo noſtrae hiſtoriam, noſtrique juris veteris lucem (unde etiam fax omnino nova recentiori paſſim accenditur) pertinet. Non Anglicano igitur conſcripſiſſe ſermone, quam plurimos, quorum inprimis intereſt, a lectione arcuiſſe fuiſſet; quis enim neſcit innumeros (maxime ubi de decimis prius inter eccleſiaſticum & prophanum certamen velut acre quotidie initur) hiſtoriam ejuſcemodi mirifice

mirifice optare sibi apertam; quibus tamen satis aequis alioquin judicibus, lingua alia praeter vernaculum, non intelligitur?

Doleo calendarii Constantiniani non modo archetypum, sed & unde id hauserit G. Herewartus, ita latere; at vero, doctissime vir, ficititium ego dicere minime ausus sum; eo nomine accusare videris. Caeterum vereor ne qua exculptoris, qua exscriptoris incuria, depravate nimium exhibeatur, atque adeo, ut si qui conjecturam adgressus fuerit, saepius magis quid exscriptor, aut exsculptor, quam quid autor ipse primarius calendarii voluerit, ariolandum fuerit; praesertim ubi de eis, quae ante alia difficilia occurrunt, fiat quaestio. Fateor excusabilem forsan esse luxationem illam characterum motus solis, & ab ea quam ingeniose adfers tu causa. Atqui inde tamen constabit, plurima post Constantinum secula monimentum ipsum exscriptum fuisse, & ante septingentos, aut circiter abhinc annos. Quin eo seculo, ubinam gentium vetustatis ejuscemodi reconditioris, ut ita dicam, apices & tricae ita in pretio, ut exscribentes plerumque turpiter errasse non immerito suspicemur? Qui ad seculi illius barbariem exemplaris primigenii, (primigenium enim est, dum editionem expectamus) scriptionem refert, auctoritati & obscuriorum vocabulorum in eo fidei nonnihil, si non nimium, detrahit; & istiusmodi scripta, quae non tam ex syntaxi, quam festorum deorum, heroum, singulis constant plerumque vocabulis, obvium est, ut a barbarie vulnus ante alia, sed a litterarum luce medicinam aegerrime accipiant. Atqui bonis horis digna sunt nonnulla, quae satis hic latent, & partim se velut nucleo exerunt, in quibus torqueri me facile patiar, cum per negotia, quae hactenus distrahunt, licuerit.

Itane vero v. c. H. Aleandrum Εὕρεσιν festum idem existimare, quod in calendario HILARIA? Hilaria tertium nonas Novembris obtinent, id est septimum mensis Athyr fixi. Atqui decem dies antevertit Ἀφανισμὸς καὶ Εὑρέσεως — Festum, quod in idibus Novembris post Augusti aevum celebrari solitum, hoc est, decima septima mensis Athyr. Id liquido, ni fallor, constat apud Plutarchum περὶ Ἴσιδος, aut Plutarchus fallit, aut calendarium, si Hilaria & Εὕρεσις idem sunt. Sed ille quatuor continuos dies a decima septima τοῦ Athyr Osirin quaeri, & demum reperiri ab exultantibus scribit. Velut eundem etiam numerum retinet calendarium in Ἰσείοις, ubi a quinto kalendas Novembris, id est a vigesima septima τοῦ Paophi fixi numerus putatur; uti in Plutarchi, εὕρεσις a decima septima Athyr. Ego Heuresim in calendario rustico idem festum, quod Osiridis Εὕρεσις est, semper existimavi: Quo minus tamen Hilaria eadem esse autumem, obstant quae de temporis dissidio jam obiter adnoto. Absque illo fuisset dissidio (cui nullo, ni fallor, modo fas est mederi, nisi quae Plutarchus habet, & quae de anno AEgyptiorum fixo ab antiquis exceptione majoribus traduntur, non solum ad novum redigamus examen, verum & nove etiam interpretemur) facile sane tua animadversione monitus ISIA ipsa Heuresim, Εὑρέσεως veluti παρασκευὴν fuisse in animum inducerem. Sed de his jam nunc satis: Cum otii beneficio posthac forte quid de calendarii locis obscurioribus, non dicam te dignum (nec sperare licet) sed humanitate tua & candore non prorsus indignum, mihi formaverim, libenter tibi censori exhibebo. Interim ἐπέχω. Me ama, ut facis, vir amplissime, & si quod officium hic praestare gratum tibi me posse comperias, impera. Vale.

Tuo nomini semper devotissimus,

J. SELDEN.

Londini 4 kal. April. 1618.

Ad Eundem.

Vir amplissime,

QUID doctissimi Aleander & Pignorius de caeteris calendarii Constantini locis obscurioribus censerent, magnopere expeto rescire, saltem si impetrare nefas non fuerit. Doctrinam utriusque & ingenium fieri non potest quin admirer, & impense colam; etiam & conjecturam illam uti non spernendam, libenter accipio, quae quidnam sub CANNA INTRAT, & ARBOR INTRAT, lateat, ex intimis vetustatis adytis depromere videatur. Cannam, inquis, sive arundinem in sacris Berecynthiis, pinum item intelligunt: Sed in hanc sententiam pedibus ire nequeo; aliam tamen, ut mihi fingam, in qua acquiescam, hactenus haud satis video. Mensem deum Matri plerumque sacrum agnosco. Sed vero ubinam apud veteres ejus sacrorum mentio, in queis aut canna, aut pinus primas tulerit? Interim etiam quid ad eam rem denotet vocabulum *intrat?* Ut assensum retineam necessum est, hic scepticus. Posthac si quid (cum per rerum turbas, quae instant forenses nonnullae, licuerit) videro, candori tuo aperiam. Constat sane, ni fallor, caetera illa, SANGUEN, HILARIA, LAVATIO, alia item ad idem numen referri; forsan ad aliud canna aut arbor non attineat. Sed antiquitatis fundamentum, quo nitar, non invenio, dum rem quaero. Atque hic obiter diem natalem Minervae biduo postquam debuerit celebrari reperio. Quinquatriorum enim primus dies Minervae natalis, & ad eum luxationis modum non semel erratum est in calendario; tempestive vero admonuisti tu de solstitiis & aequinoctiis, ea nempe antiquitus non tam signorum initiis quam alia parte succedente collocata. Atqui hoc exploratissimum est si recte capiamus. Id constat satis apud Ovidium, Manilium, Achillem Tatium, & alios. Caeterum sic se res habet. Cum annus duplex sit, civilis & naturalis, naturalem annum si hic spectemus, & ad astronomorum calculum recentiorem exigamus, manifestum est aquarii & piscium initia tantummodo suis locis denotari. Caetera & imperite & ridicule, saltem adeo oscitanter, ut largiter peccasse auctorem, qui descripsit, nemo inficias ire potis sit. Civilis autem veterum anni si rationem habeamus, confecti nempe a vetustioribus mathematicis, puta iis qui Julianae emendationi praefuere, sane posteriorum decem mensium signa, & puncta illa etiam ad Soligenis commenta, & secundum veteres Romanorum fastos disposita in calendario fuisse subodorari licet. Neque a fastis illis ita discrepant, quin discrimen illud, quidquid sit, incuriae potius, aut inscitiae sive scriptoris sive sculptoris, quam diversae anni rationi sit tribuendum. Neque aliud proculdubio erat calendarium illud, quod ex Capitolinis ruderibus erutum memoras tu, quod ipsissimum ab Ovidio

Ovidio decantatum. Octavum diem ab ingressu solis in aequinoctium hic, uti apud Ovidium sortitur; id enim est HILARIA Martii, quae octavum kalendas obtinebant: Ab olympiade vero paraxogmatis exemplo, quo in octavo gradu cancri solstitium constituebatur, hunc calculum, quo octonas partes ita numerabant, ni fallor, primo accepere. Sed alii alias etiam, ut decimas, duodecimas, in eorum locis disquirendis elegerunt. Sed fateor, mi Petrisci, me primulum satis temere anni naturalis & peritioris & exactioris calculi ratione duntaxat habita, ea scripsisse quae de priscis illis nuper tibi effutii. At vero docta tua monita de veterum solstitii positura vixdum gustaveram, cum statim in mentem venerit, quod apud Ovidium, Manilium, alios de ea re observaveram, solstitia & aequinoctia nempe, octavum plerumque apud veteres gradum signorum, hoc est, octavum diem a primo solis introitu obtinere: Et cum solstitia hic & hilaria, (id est, aequinoctium vernum) non aliter collocari animadverterem, lucis hujusce velut ἐκζωπυρήσεως autorem te gratus sane agnovi; & a naturali anno, & astronomico calculo ad civilem & Soligenianum, id est, Ovidianum me contuli, quem tamen in calendario sub Nicaena synodo confecto antea nec expectaveram, nec suspicione ductus quaesiveram; maxime cum non liceret per distrahentia negotia intenso satis & composito animo mensium in eo ordinem percurrere, nedum suspicari ea, quae ad tam vetustum seculum, & ad astronomiam tunc temporis antiquatam spectant, hic latere. Caeterum quod tu de stella occidentaliori uniuscujusque signi adfers, unde haustum est? Eo enim modo solstitia & aequinoctia, non octavas, decimas, aut duodecimas, hoc est, eundem numerum in ariete, cancro, libra, & capricorno, sed aliam atque aliam in horum quolibet sortiti fuissent. Neque enim prima arietis stella & prima cancri pari unquam ab initiis signorum intervallo distabant. Sed certissimum est puncta illa ad varia duntaxat veterum & rudia placita, hos vel illos signorum gradus a pari denominatos numero obtinuisse. Meridiana lux ipsa clarior non est, & in exscripto illo quod narras in calendario, ubi quintodecimo calendas Aprilis solem excipit aries, aequinoctium in VIII kalendas, non in XI. (uti in literis tuis notatur) rejiciendum erat, quod & veterum testimonia, & calendarium Constantinianum satis reddunt manifestum; & ex Nasone emendationes hic petendae. Bene etiam est in Constantiniano, & ad veteris calculi rationem, quod sol prius ingreditur cancrum quam solstitium adscribatur: Sed male, quod inter ingressum illum & solstitium dies novem intercedant, cum sex tantummodo deberent; hoc est, octavus ab ingressu dies solstitium, ni fallor, vendicabat, ut scilicet uno modo omnes menses suaque signa & puncta disponerentur. Eodem erroris genere peccatum est in Martio Constantiniano: Solem enim excipere debuit aries XV kalendas, ut in tuo illo Capitolino; nam & aequinoctium in VIII kalendas constituitur. Unde manifestum est nimiam in hisce sive describendis, sive exsculpendis rebus ἀπροσεξίαν molestias etiam illiberales philologo exhibere: Sed de calendarii calculo hactenus; de quo dum secundum civilis anni ordinem, & veterum placita, a te ita moniti anquirimus, libenter tandem acquiescimus: nec aliam temporis aut solaris motus rationem a primo autore designatam etiam dejerare ausus fuerim, quam veterem illam Ovidianam, seu Soligenianam, quae tamen a descriptoribus tametsi nonnihil hic depravata sit, ut sibi nihilominus integre restituatur, prout jam vidimus, haud est difficile. A suspicione igitur illa, quam nuper imbiberamus, nova disquisitionis ansa a te, vir doctissime, data liberamur; neque astronomicam monimenti partem antiquiorem ipso monimento originem accepisse, dubitare licet: Sed sculptorem ubique fere est aequum, ut inculemus. Si quid penes te fuerit, quod ad historiam nostram decimarum faciat, ut communices impetrare liceat. Interim me ama, ut inde felix esse minime desinam. Vale.

Tuo nomini devotissimus,

J. SELDEN.

Londini 6 kal. Junii 1618.

P. S. Tardius quam oportuit hae litterae, ni fallor, ad te veniunt. Sed in causa erat secessus ad dies aliquot rusticus, qui necessario id effecit; neque aliter fieri potuit per negotia quae subito instabant, atque inopinato.

Ad Eundem.

CREDE mihi, vir clarissime, circa Junii initium ad te rescribebam; & literis bene prolixis, quicquid ad aequinoctiorum & solstitiorum rationem in calendario illo spectat, ni fallor, explicabam, a te nempe monitus de eorum apud veteres calculo. Quod enim monuisti tu, ea antiquitus non tam signorum initiis, quam parte aliqua succedente collocata, si recte capiatur, verissimum est. Atque ansam inde veritatis expiscandae, te docente adripui, qui oscitantia nimia (ingenue enim fateor) calculo duntaxat naturali atque recentiorum astronomorum scitis, antea hic incumbebam, veterum, ut ita dicam, civilis aequinoctii & civilis solstitii negligens. Sed nec minus verum est, certo apud veteres partium numero solstitia & aequinoctia notari solita, quam non notari in signorum initiis, hoc est, octavis gradibus confectis, sive octavis postquam sol dodecatemorion aliquod eorum quatuor introivit die, neque vero stellae occidentaliori aliquis hic esse potest locus. Id certe ita liquet ex Ovidii fastis, ut obvios alios in partes vocare supervacaneum sit. Ita & aequinoctia in calendario non petenda sunt, ubi solis introitus adnotatur, sed ab octavo die insequenti, & una pars signi unusque dies hic idem esse intelligenda sunt. Etiam in hac re tamen a sculptore nonnihil erratum est. Sed tantummodo a sculptore aut exscriptore in 15 kal. April. (non 16 ni fallor,) solis ingressum in arietem statuere debuit, uti certissime aequinoctium in 8 kal. statuit. Id enim est hilaria & sol in cancro ad 13 kal. Jul. spectat, non ad 17; uti & solstitium ad 6 non ad 7. Ubi porro erratum est in Fortis Fortunae festo, quod male cum solstitio conjungitur; scimus enim illud 8 kal. Jul. deberi. Bruma vero procul dubio nimium exulat, & in alium mensem deportatur. Exploratissimum est eam 8 kal. Januarii sortitam esse apud veteres, uti & solis ingressum in capricornum 15 kal. Sed hic

hic 8 kal. Decembres obtinet, numerum calendarum tenuit, mensem proprium perdidit: In causa, dejerare ausim sculptor aut exscriptor. Hoc aeque ad Constantinianum & ad illud calendarium e ruderibus Capitolinis effossum pertinet. Etiam & in illo tuo erratum est in numeris, quos non difficile est restituere. Octavae parti haec, ni fallor, dederunt veteres, dum civilis calculi exemplum sibi ab olympiadum parapegmate sumebant; in eo enim solstitium conficiebatur, cum sol octavam partem cancri peragraret. Et si Hipparchus primus (ni fallor) autor erat, qui initiis reliquorum haec tribuebat; atque ita alicubi Columella. Alii alias partes assignabant, ut videre est apud Manilium, Achillem Tatium & alios. Sed plerique octavas voluere; atque haec sunt ipsissima fere quae doctissimus Georgius Herewartius ad Aleandrum scripsit. Et si literae meae superiores de hac re interciderint, eum certe autorem nodi hujus solvendi mihi fuisse aequum est ut agnoscam, ne plumis illius me hic vestire videar. Sed nodum hunc qualemcunque nemo non potuit solvere, qui ad veteris astronomiae dogmata, sive ad civilis Romanorum anni formam diligenter satis non respexisset, quod ego fateor non prius feci quam tu opportune monebas. Jam vero procul dubio omnia quae ad hanc rem in calendario spectare queant, satis manifesta sunt. Atque id ipsum, quod olim in causa erat, cur suspicaremur vetustatem, jam nimium firmat. Sed tuum, si placet, accedat judicium. Mihi cum Herewartio hic plane convenit. Rectissime doctissimus H. Aleander de Memphidis sacris in catalectis vet. poetarum; Isiaca necesse est, ut ibi denotentur. Sed anne mos ille in Gallia Cisalpina anseris comedendi quotannis kal. Novembris ab Isidis sacris? Ut ita se res habeat fieri potest. Sed idem fere mos etiam non tam kal. quam alio quopiam die circa id tempus servatur nonnullibi in Anglia. Quod ille tibi de calendario MS. & numeris figura barbarica notatis, utinam quod editum est inde emendaretur, saltem in quibus variet, animadversionibus tuis ita lucis forsan nonnihil incrementi accederet. Sed figurae illae barbaricae satis ostendunt exemplar (quod velut archetypon laudamus, cum antiquius aliud non reperiatur) aevo superiori conscriptum fuisse, cum nempe crassissima ignorantia literas & amoeniores & reconditiores spurcissime deturparet. Lydiati consilium velle te video; sed diu est, quod rure agit, nec ubi loci satis intelligo. Quam primum id rescire contigerit, eum literis consulam. Gratissimum opus fecisti cum fragmentum illud observationum in Genesim ad me mitteres. Cambdeno communicavi. Magna speramus de autore quisquis ille fuerit, qui tam docte de Edene. Quisquis de tam ἀπρόσιτῳ adeo feliciter, multo majorem necesse est ut in caeteris, quibus haud ita dubia lux investiganti affulgeat, is mereatur laudem; & messis sane magna restat magno ingenio in sacris illis excutiendis. Vale, vir clarissime, & amore tuo, me semper, uti facis, dignare.

Tuus, ut nihil magis esse possit tuum,

J. SELDEN.

3 Id. Aug. Juliani 1618. Londini
ex aedibus Inter' Templi.

Ad Eundem.

Binas ad te, vir humanissime, dedi litteras, quarum neutras accepisse videris; utraeque bene prolixae; & ad calendarium illud inprimis spectabant. Primae vero quas circa Junii initium publico tabellario commendabam, ni fallor, interiere; fieri enim nequiit, quin si Parisiis extarent, aut apud tabellarium, antehac tibi traditae fuissent. Alteras autem non dubito, quin aut jam pridem acceperis, aut sis saltem accepturus: Eas enim optimus ille vir, & numquam satis laudatus Nevaeus tibi se traditurum spondebat, quem in Gallias e Batavia nondum revertisse autumo. Jam vero 5 kalendas Octobris, quae instant, redditae mihi in rus abituro sunt literae tuae a te datae vigesima prima Augusti vestri, neque post illas, quas v. c. Naevaeus ille attulit, alias accepi. In his tuis libellum meum de Duello petis, & quae alia mihi succurrunt de ea re. Libellum illum paucarum horarum opusculum, tuo judicio prorsus indignum, & quod intra hebdomadem unam & affectatum est, & Anglice dumtaxat conscriptum, etiam & prelo commissum, cum his accipies, & quam primum rediero Londinum, hoc est post quatriduum, alia id genus parabo, quae te salutatum mittam: Neque ingrata forsan, saltem si hactenus eorum copia tibi facta non fuerit. Penes me enim restat libellus, quo describuntur Gallice (idiomate nimirum illo Gallicano, quo usi sunt proavorum memoria Anglorum aulici & jurisconsulti) formulae provocandi, edendi, respondendi, atque alia quae ad provocantem & reum spectant, postquam in arenam descenderint. Hunc exhibuit olim Richardo nostro II. nepoti suo Thomas Wodstochianus, Anglis stratopedarcha, seu comes stabuli; & si de duelli formulis, aut armorum specie, quae in veteri usu in jure nostro municipali fuere, certiorem te fieri cupis, libentissime item & colligam, & mittam. Ea enim quae Wodstochianus habet, non ad juris nostri municipalis mores pertinent, sed magis ad civile (ut dicimus) seu Romanum, secundum quod decisiones olim nonnullae fiebant etiam apud nos in foro illo nobilium dignitati conservandae destinato, & *la cour de chivalerie* dicto. Judex huic foro proprius erat comes stabuli, & minister assiduus item & assessor magister equitum, sive marescallus. Diu est quod forum illud desiit seu potius quod magistratus illi desiere. Neque enim apud nos post Henrici VIII tempora comitis stabuli magistratum quis gessit; quo tamen si quis donaretur, nihil obstat quo minus & forum illud resuscitaretur, & ad morem veterem causae criminales, quae jure municipali dirimi nequeunt, & aliae quae ad nobilium aestimationem & dignitatem attinent, in eo deciderentur. Sed Wodstochiani libellum, & quae sunt alia, quae tibi grata fore aliolari possim, transcribi curabo, & ad te dabo statim post reditum meum. Summae enim temporis angustiae jam nunc me premunt, nam etiam equum ferme conscensurus haec raptim scripsi.

Felici cum delectu opus illud cogitas. Vere nobile est, nobilitati inprimis conducibile, & quod te, hoc est, virum nobilissimum auctorem desiderat. In votis meis, vir clarissime, nihil unquam

antiquius est quam ut te demerear, neque molestias mihi exhibere te posse putes, nisi cum forte rescivero te mihi quidvis officii quod ex animo praestitum cupis liberrime non imperaturum. Vale, mi Petrisci, & beare me amore tuo nequaquam desine. Si quid velis de re duellica magis sigillatim aperuerim, forsan plura quae exoptas, accipies & mihi non parum arridebit scrutandi onus. Vale iterum & felicibus auspiciis, felici progressu, tibi omnia secundent dii, si qui sunt doctorum praesides. Sed iis te charissimum esse necesse est.

Dignitatis tuae studiosissimus
& admirator summus,
J. SELDEN.

Ex aedibus interioribus Templi Londini, 5 kalend. Octobris 1618. stylo nostro.

Ex autographo penes reverendum virum Geo. Harbin.

Viro amplissimo E. Herberto, legato apud regem Christianissimum.

JAM tandem vero te interpellant, vir amplissime, etiam nostrae non tam literae quam nugae: Eas dico quas cum hisce simul accipies. A re ipsa enim auspicor, nec officiorum blanditiis palpare humanitatem tuam aut visum est, aut est opus: Quippe quae singularis & mihi inprimis exploratissima; & qua non minus indignae sunt vulgares illae morum affaniae & fucatae moles, quam viro summo reipubl. negotiis onusto, tibi inquam, intempestivae. Accepi nuper, idque ab optimo juvene fratre tuo Henrico, ante menses aliquot transmissas ad te esse animadversiones illas procacis cujusdam sacellani consarcinatas in Historiam meam Decimarum, cujus nomine sane tibi plurimum debeo, quod superiori anno periclitanti atque invidorum telis petito autori adeo constans atque adeo assiduus esses patronus. Menses autem sunt quatuor & amplius quod prodiere animadversiones illae; quas confestim excepere notae aliquot a me in eas conscriptae, fidei scilicet atque existimationis meae vindices. Has typis ut mandarem, non est concessum. Fas enim est (apud eos qui censuram librorum hic agunt) ut quis & me & Historiam meam mendacissime & pro arbitratu suo convellat; nefas vero, ut sive mihi sive veritati ipsi ego vicissim patrocinatus publici juris faciam quidquam eorum quae scripserim. Notarum idcirco quas dixi, exemplaria aliquot manu exarata vulgata sunt. Unum etiam tibi, vir nobilissime, avide destinavi, quamprimum nempe sacellani opusculum penes te esse rescíveram: Neutrum enim dignum quod a te legeretur: neutrum igitur ad te dare in animo prius fuit, quam alterum aliunde accepisse te mihi innotescebat. Infortunio autem nonnullo mactatus mihi videor, quod animadversiones ibi visae & lectae, ubi de notis, id est fidei meae vindicibus nihil ne auditum quidem. Eas igitur jam mitto ad aequissimum & doctissimum judicem. Exemplar harum serenissimo regi nuper non tam ostensum est, quam malevolorum interpretamentis & susurris ita interpolatum, ut ad regem Theobaldas accersitus fuerim velut nimirum inde reus. Sed cum praejudicium merito expectarem, judicium vere regium mira prudentia, doctrina singulari & temperantia, etiam ea quae acutissima ingenia (quale regis est usque ad miraculum) raro comitatur, nixum comperi; & demum regi serenissimo satisfactum est, & tutus redii. In hoc certamine illustrissimi marchionis Buckingamii (qui solus arbiter aderat cum saepius dignaretur me colloquio suo rex) suavissimos mores & ingentem humanitatem erga me prorsus ignotum, & a rebus aulicis alienissimum nedum immerentem agnosco & aeternum agnoscere debeo. Innocentiam meam tunc mirifice fovebat, & constanter etiamnum fovet vir nobilissimus. Sed nimius sum. Vale vir illustrissime. Feliciter cedant vota tua, & mihi ut soles fave, utique honoratissimis Herebertorum familiae, (cujus veluti in clientelam te auspice adscitus sum) tuae vero cum primis amplitudini addictissimo.

Londini, Febr. 3. *1619. Juliano.*
Vere Tuus,
J. SELDEN.

To the right reverend James Usher, *Lord Bishop of* Meath.

My Lord,

I Should before this have returned your *Nubiensis Geographia*, but Mr. *Bedwell* had it of me, and until this time, presuming on your favour, he keeps it; nor can we have of them till the return of the mart. Then I shall be sure to send your's through Mr. *Burnet*. There is nothing that is here worth memory to you touching the state of learning; only I received letters lately out of *France* touching this point, *whether we find that any churches in the elder times of christianity were with the doors or fronts eastward or no*, because of that in *Sidonius — Arce frontis ortum spectat aequinoctialem, lib.* 2. *ep.* 10, *&c.* and other like. I beseech your Lordship to let me know from you what you think hereof. I have not yet sent it, but I shall most greedily covet your resolution: And if any thing be here in *England* that may do your Lordship favour or service, and lye in my power, command it, I beseech you, and believe that no man more admires, truly admires your worth, and professes himself to do so, than

Mar. 24. 1621. *Stylo Anglico.*
Your Lordship's
humble servant,
J. SELDEN.

P. S. My *Titles of Honour* are in the press, and new written, but I hear it shall be staid; if not I shall salute you with one as soon as it is done.

To the most reverend James Usher, *Archbishop of* Armagh.

My Lord,

I Was glad to have occasion to send to your Lordship, that I might so hear of the good estate of your self, and your family, to which certainly all good men wish happiness. I was the last week with Sir *Robert Cotton* at *Connington*:

ton: At my parting from him (when he was with his ſon, to go to *Oxford* to the Parliament) he gave me leave to ſend to your Lordſhip to ſpare me the two *Saxon* Chronicles you have of his; which I beſeech you to do, and to ſend them me by this bearer; together with my *Matthew Paris, Baronius* his *Martyrologie*, and *Balaeus*. I exceedingly want theſe five Books here, and (if you command it) they ſhall be ſent you again in reaſonable time. I preſume too, my Lord, that by this time you have noted the differences between the texts of the received original, and that of the *Samaritan*. I beſeech you to be pleaſed to permit me the ſight of thoſe differences if they may with manners be deſired, eſpecially thoſe of times. I ſhall deſire nothing more, than upon all opportunity to be moſt ready to appear, and that with all forwardneſs of performance in whatſoever I were able,

Your Lordſhip's
moſt affectionate ſervant,
J. SELDEN.

Wreſt in *Bedfordſhire*,
Aug. 4. 1625.

To the moſt reverend James Uſher, *Archbiſhop of* Armagh.

My Lord,

IT was moſt glad news to me to hear of your ſo forward recovery, and I ſhall pray for the addition of ſtrength to it, that ſo you may the eaſier go on ſtill in the advancement of that commonwealth of learning wherein you can ſo guide us. I humbly thank your Lordſhip for your inſtructions touching the *Samaritan* bible, and the books. I have returned the *Saxon* Annals again, as you deſired, with this ſuit, that if you have more of them (for theſe are very ſlight ones) and the old book of *Ely*, *Hiſtoria Jornallenſis*, the *Saxon* evangeliſt, the book of *Worceſter*, the book of *Mailros*, or any of them, you will be pleaſed to ſend me them all, or as many as you have of them by you, and what elſe you have of the Hiſtory of *Scotland* and *Ireland*, and they ſhall be returned at your pleaſure: If you have a *Saxon Bede* I beſeech you let that be one alſo. If I have any thing here of the reſt, or ought elſe that your Lordſhip requires for any preſent uſe, I ſhall moſt readily ſend them to you, and ſhall ever be

Your Lordſhip's
moſt affectionate Servant,
Sept. 14. 1625. J. SELDEN.
Wreſt.

P. S. Sept. 19. ſent him upon this; *Annales Latino-Saxonici*, the book of *Mailros*, *Fordoni Scotichronic. Fragment. Scotic. Annal. ad finem Ivonis Carnot. Fragment. Annalium Abb. B. Mariae Virginis Dublin. Annales Hiberniae Thomae Caſe*, the book of *Heath*, *Pembrig*'s *Annals*, MS.

There is hope (as Sir *Robert Cotton* tells me) that a very antient *Greek* MS. copy of the council of *Nice*, the firſt of them of that name, is to be had ſomewhere in *Huntingdonſhire*. I thought it would be a piece of news that would be acceptable to your Lordſhip; he is in chaſe for it.

Viro ornatiſſimo J. Gerardo Voſſio J. Seldenus S. P. D.

Vir ampliſſime,

ANNUS eſt, quod ad me opus tuum de Latinis Hiſtoricis egregium ſane & eruditione refertiſſimum mittere dignatus es; munus gratiſſimum, ſive autorem (quem ſuſpicio) ſive rem ipſam ſpectem. A tanto viro ſalutari, & dignum ad quem ejuſmodi munus daretur, aeſtimari, mihi permagnum erat. Gratias tibi quas poſſum maximas ago, & citius egiſſem, niſi cum literis Marmora ſimul Arundelliana, quae ſub praelo calebant, cum tuas acciperem, mittere ad te deſtinaſſem, nec prius reſcribere quam ea, quae compenſationis aliquam figuram induerent, abſolverentur. Editionem quam plurima intervenerunt; quae ita impediere, ut ſuperioris aeſtatis initium minime anteverteret. Exemplar ad te ante menſem dedi, ſarciculis v. cl. Johannis de Laet cum aliis in Batavianis exemplaribus commiſſum. Spero te antehac accepiſſe. Literas tuas adjicere nequibam, neque citius in Bataviam ſcribere. Veniam mihi non negabit humanitas tua. Vale, vir eximie, & me inter eos, obſecro, fidenter numeres, qui admirandam tuam doctrinam ſummopere amant & colunt.

Londini Cal. Sept. 1628.

Clariſſimo viro, amico ſingulari, Chriſtiano Ravio Johannes Seldenus, S. P. D.

Vir clariſſime,

QUOD vis, praeſtare jam nequeo. Nec pignori omnino opus foret, aut eſſe deberet, ſi mihi adeſſet copia, unde quod tibi uſui foret, ſuppeditaretur. Interea obſecro in praeſenti accipere non dedigneris, munuſculum hoc aureorum nummorum ſc. librarum ſterling. quindecim. Exilitatis pudet amoris nomine tantum non ſpernendae. Sed & nos inter nos ſolum noſcimus & noſcemus. Cum fortunae ac temporis circumſtantiae permiſerint, ampliora libentiſſime offerentur ab eo, qui ſingularis ac reconditae eruditionis tuae ſumma cum humanitate conjunctae eſt admirator ſummus ac tui amantiſſimus.

J. SELDEN.

Londini 15 Februar. 1641. ſc. more Anglico qui in Martio demum incipiunt 1642. non in Januario.

Viro praeſtantiſſimo Marco Meibomio Joannes Seldenus, S. P. D.

BInas, praeſtantiſſime Meibomi, accepi a te literas poſtquam Ptolemaeum hinc tranſmiſi. Reſcribere citius commode nequibam. Jam tandem te ſalutat Porphyrii in eundem commentarius uſque in caput VII libri ſecundi, ut exiſtimamus hic, genuinus, tametſi e codice quodam Vati-

Vaticano persuasus Holstenius velit, Porphyrii esse solum quantum in IV libri primi capita tenditur; reliquum esse Pappi. Sed perspicacior videris ipse. Accidit in codice hoc descriptus commentarius nescio cujus in posteriorem libri III. partem, quem descripsit ipse, ne quid ex nostris hic tibi deesset, nunquam satis laudatus ille Gerard Langbainius, ad quem simulatque acceperam literas tuas Oxonium misi. Porphyrium item cum hisce comitatur inferioris seculi codex hymnorum cum notulis Graecis canendi satis ab aliis quae occurrunt diversis. *Ἀναγραμματισμὸς τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ εἰς τὰς δεσποτικὰς ἑορτὰς* vocant, ut sub initium literarum ibi miniatarum, sed fugientium, reliquiae docent. Nomina postmodum in miniatis, sed obscurius, exhibentur autorum: Joannis τοῦ Κουκουζέλη, τοῦ Ξένου, τοῦ Κορώνη, Marci Ἱερομονάχου, Joannis τοῦ Γλύκεως τοῦ πρωτοψάλτου, Joannis τοῦ Κλάδα τοῦ Λαμπαδαρίου, &c. Forte in notis tuis usui esse tibi possit codex hic meus. Ideo in supellectile mea libraria eum sic latere, ut tu interim careres, omnino nolui. Si tibi usus fuerit Graecarum Boethii notarum, forsan e MS. apud nos ea dari possint quae edita emendent. Impera ipse, si quid ejusmodi tibi operae pretium fore existimaveris. Latinorum MSS. de recentiorum seculorum musica in bibliothecis academiarum nostrarum copia, puto, haud exigua; qualis ille Odo tuus. Etiam hymni cum notis ab postea receptis diversissimis, non rari. Sed hujusmodi codices, opinor, non tam ad editionem hanc Graecorum pertinere quam ad aliam, qua, Deo volente, rempubl. literariam seorsim poteris ipse posthac & spero te velle beare. Quod ad Vettium meum attinet, tantum abest, me nolle tibi descriptum, ut si penes me mansisset, tuo rogatu ipse tibi describendum curare voluissem. Atque aegre profecto tibi condono, quod de me sic, hac in re, tibi permiseris dubitare, id est, plane de humanitate mea. Quantum ad editionem, parilis mihi mens. Et gratissimum erit, si descriptus collatusque e bibliotheca prodierit Meibomiana. Arbitrio tuo hic omnia lubentissime permitto. Sed jam tandem descriptum spero. Codicem interim ipsum brevi reducem hic impense desiderari desitum non est, cum Vitruvio. Si forte Vettii editionem cogitaveris, habebis etiam tractatulum, qui in MS. meo ad finem ejus erat aevi recentioris, nescio cujus (sed non illius) de motus solaris ab initio mundi calculo, nec contemnendus. Exoptatissimum mihi te, virum tantum, in Anglia alibive videre. Deus faxit ut beneficio illo tandem tempestive fruar. Sed vero rerum & temporum incerta praesentia peregrinationes qualescunque etiam incertissimas faciunt, & eventus periculosos inopinatosque saepe nimis jam producere solent, quos Deus avertat a te semper, & bono literarum publico diu sospitem conservet. Vale, caput charissimum.

Maii, Jul. 26. 1651. Londini.

To the most reverend James Usher, *Archbishop of* Armagh.

My Lord,

IT is true that *Lipsius, in Annal. Taciti lib.* 1. *num.* 18. (as it is in my edition, *Paris* 1606.) upon that of *Principes Juventutis* in *Suetonius* and *Tacitus*, cites the *Ancyran* stone, thus; "Verba sunt, ut ad me missa beneficio viri illustris Augerii Busbequii, EQUITES AUTEM ROMANI UNIVERSI PRINCIPEM —— HASTIS ARGENTEIS DONATUM APPELLAVERUNT. Quam lacunam rite expleveris, *Principem Juvent. Caium*". So he there; and in his *Auctarium*, pag 20. the Inscription is so cited, his words upon it being, *Explerem* IVV. C. *i. e. Principem Juventutis Caium.* So *If. Casaubon*, on *Suetonius lib.* 2. cites the whole stone, and so this piece, but without the supplement; of which he makes no doubt, adding, *Mirum ita Augustum loqui, quasi alter tantum filiorum eo honore fuerit affectus: Nam certum est ambos Principes Juventutis esse appellatos. Etiam de hastis argenteis dissentit Dio qui aureas vult fuisse lib.* LV. The *Periocha* wherein this is, in *Lipsius*, *Casaubon*, *Gruter*, (fol. 231.) is thus, line for line.

[a] HONORIS. MEI. CAUSA. SENATUS. POPULUSQUE. RO-
MANUS. ANNUM. QUINTUM. ET. DECIMUM. AGENTIS.[b]
CONSULIS. DESIGNAVIT. UT. CUM[c] MAGISTRATUM. INIRENT.
POST. QUINQUENNIUM. EX. EO. DIE. DUO.[d] DEDUCTI. IN.
EORUMVE.[e] INTERESSENT. CONSILIIS. PUBLICIS. DECREVIT.
SENATUS. EQUITES. AUTEM. ROMANI. UNIVERSI. PRINCIPEM.
HASTIS. ARGENTEIS. DONATUM. APPELLAVERUNT.

If *Ph. L'Abbe* had let me know of his edition of the Assises of *Jerusalem*, I could have furnished him from another and far ampler copy than that of the *Vatican*, out of my own store.

Whitefriers,
Aug. 8. 1653.

Your Lordship's
most humble
and devoted servant,
J. SELDEN.

To the most reverend James Usher, *Archbishop of* Armagh.

My Lord,

IT is true that [f] *Quem Populus Cos.* &c. *Ex Marmore Romae* is cited there by *Lipsius*, & *nota* 23. in the later editions. To the same purpose *Casaubon in Moniment. Ancyran. Caium* 14. *natum annos creatum fuisse consulem ex historia Dionis & vetere lapide qui hoc diserte continet notum est.* But where that inscription is to be found described, *non liquet*. I have searched as diligently as I can, but in vain. Neither in *Smetius*, *Lipsius* his *Auctarium*, nor *Gruter*, can I find it, no nor in *Boissardus*, who puts together all at *Rome* by their places, not in method of their quality, as the rest do. *Sigonius A. ab* U. C. DCCLIII hath *Caius* and *Paulus* for *Coss.* on his *Fasti*; and *Onuphrius lib.* 2. *Com: in Fast.* the same DCCLIV, neither of them mention this stone.

[a] Vide partem poster. Annal Usserii, pag. 527. Per. Jul. 4079.

[b] Pro AGENTES Lips. & Grut. Scribe AGENTES FILIOS. Casaubon.

[c] Lips. & Grut. EUM.

[d] Lips. & Grut. QUO. Sed apud Casaubonum legitur EX. EO. DIE. DEDUCTI.

[e] Facio FORUM & divido UT. INTERESSENT. sententia longe alia. Lips. & Grut.

[f] Vide partem poster. Annalium Usserianorum, p. 527. Jul. Per. 4709.

ſtone. But *Onuphrius* cites indeed another, *C. Caeſar Auguſti F. Coſſ. vias omnes Arimini Sterni* —— as divers other ſtones remember him by that dignity. But for that mentioned by *Lipſius* and *Caſaubon* I ſee no ſign of it, after a careful ſearch again through the places alſo which your Lordſhip mentions, or the *Auctarium* of *Gruter*, of *Magiſtrates*.

Whitefriers,
Aug. 15. 1653.

Your Lordſhip's
moſt humble ſervant,
J. SELDEN.

To the moſt reverend James Uſher, *Archbiſhop of* Armagh.

My Lord,

STephen *Pighius* in U. C. DCCLIII, hath no other inſcription than that in *Gruter*, pag. 1075. 2.

C. CAESARE. AUG. FIL. ET. L.
PAULO. COSS.
LARES. AUGUSTOS, *&c.*

Nor any thing that further concerns the matter more than every body there have. Touching his mention of *Junius Gallio*, I neither find him, or that province in the time of *Nero* which he runs through. [g] Who that *Gallio* in the *Acts* was, indeed appears not clearly, whether the adopting father or the adopted ſon. *Gallio* the father, you know was baniſhed by *Tiberius*. That *M. Seneca* had three ſons, whereof *L.* was the ſecond, appears in *epiſt.* 8.

Sic mihi ſit frater majorque minorque ſuperſtes,

As likewiſe in the titles of the controverſies and declamations. *Novatus*, *Seneca*, *Mela*, ſo reckoned; whence *Novatus* is taken for the eldeſt. That *L. Seneca* had a brother called *Gallio* appears by himſelf in his inſcription of his *de vita beata*; and alſo in that of *Statius*, in *Genethliaco Lucani.*

Hoc plus quam Senecam dediſſe mundo,
Aut dulcem generaſſe Gallionem.

And in that of *Tacitus*, *Annal.* 15. under *Nero*; *Junium Gallionem Senecae fratris morte pavidum, & pro ſua incolumitate ſupplicem increpuit Salienus Clemens*; beſides the mention of him by the name of *Junius Gallio frater Senecae in Euſebius num.* MMLXXX (where that ridiculous miſtake is of *propria ſe manu interficit, mortem ejus Nerone in ſuam praeſentiam differente*, *in editione Scaligerana aliiſque*, for *Olymp.* 211. *non eſt acta, Nerone in ſuam praeſentiam differente.)* And afterwards MMLXXXIV *L. Annaeus Melas Senecae frater & Gallionis bona Lucani poetae filii ſui a Nerone promeretur.* And *Tacitus* alſo *lib.* 16. *Mela quibus Gallio & Seneca parentibus natus*, &c. Which of theſe three were eldeſt, is not altogether clear. But it is a good argument taken from the enumeration by their father, that their births were agreeable to that order: And then *Novatus* or *Gallio* muſt be eldeſt. And *Tacitus* proves *Gallio*'s priority in the place now cited. Hence *Lipſius in de vita Senecae, cap.* 2. and divers times, on his works makes *Novatus* the eldeſt. But in his *Elect.* 1. *cap.* 1. he makes him the ſecond, and *L.* the firſt. So doth *Pontacus* on *Euſebius*, pag. 573. And *Grotius, ad Act* xviii. 12. *Erat hic frater magni Senecae dictus cum junior eſſet Novatus, ſed adoptatus poſtea a Junio Gallione:* But I confeſs the father's enumeration ſways moſt with me. Touching the adoption I can find no unlikelyhood, that *M. Seneca* ſhould give away any of his ſons by adoption which was uſually made for advantage. And *Junius Gallio* the father might well deſerve it, and that of *Seneca ad Marcium* rather confirms the reaſonableneſs of it, and the like uſe. Now for that *Gallio* in the *Acts*, (whom the *Arab* calls غاليون as *Dio, Galenus*, the father *Gallio)* it ſorts very well with all circumſtances, that he ſhould have been *Seneca*'s brother, as *Baronius anno* 53. §. 33. *Pontacus in Euſebium, Grotius*, &c. doubt not. *Seneca*'s power in court will warrant it, and his comfort to his mother of her two ſons, *(cap.* 16.*) alter honores induſtria conſecutus eſt, alter contemſit*, plainly meaning *Novatus* or *Gallio*, and *Mela*. And of *Gallio*'s greatneſs, *(in praefat. ad Nat. Quaeſt.* 4.*)* "Solebam tibi dicere Gallionem fratrem meum "(quem nemo non parum amat, etiam qui amare "plus non poteſt) alia vitia non noſcere, hoc "etiam (adulationem) odiſſe". And it doth not well appear what became of *Gallio* the father; likely enough, before, loſt upon his baniſhment. But neither doth it clearly appear that either father or ſon was proconſul in *Achaia*, there being no neceſſity that the mention of *Gallio* and *Achaia* together, only with relation to his ſickneſs contracted there *(Epiſt.* 104.*)* ſhould prove him proconſul of it. And it may be as much wondered at, and more that *Seneca* after his way had not mentioned or touched his dignity, when there was an unavoidable mention to be had of *Achaia* (whence he ſpeaks of his coming as of an ordinary traveller) more I ſay, than that he calls him *dominus meus Gallio.* Whether he were his elder brother, or not, he might, by reaſon of his dignities, which he ſo had and affected (as *Seneca* expreſſly takes notice of in that to his mother) complementally call him *dominus meus*, though *Lipſius* refers it every where, after he grew of the mind that *Novatus* was eldeſt, to the elderſhip. Pardon my thus troubling your Lordſhip, and eſpecially my ill writing and blotting, which I could not mend by tranſcribing, becauſe I was to diſpatch it away as ſoon as I had done.

Whitefriers,
October 13.
1653.

Your Lordſhip's
moſt humble and
moſt affectionate
friend and ſervant,
J. SELDEN.

P. S. Golius his *Lexicon* is come.

My ſecond *de Synedriis* is done, only it wants the dreſſings previous to it: And the third is begun in ſeveral ſheets, and will I hope be ſoon diſpatched.

[g] Vid. Annal. Uſſer. part. poſter. pag. 670. Per Jul. 4768.

That

That *Salmasius* is dead, is by every body undoubtedly believed, and I am afraid it is too true.

* For the name of *dominus*, you best know the frequent use of it in compellations and appellations out of *Martial, lib.* 2. *epig.* 68. *ad Olum,* and enough of *Seneca*'s time.

Quod te nomine jam non saluto,
Quem regem & dominum prius vocabam,
Ne me dixeris esse contumacem, &c.

And *lib.* 1. *ep.* 113. *in Priscum.*

Cum te non nossem dominum regemque vocabam;
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.


And *lib.* 4. *epig.* 84. *in Naevolum,*

Solicitus donas, dominum regemque salutas.

This was frequent in salutations and mutual expressions, though the emperors sometimes avoided it as too much earnest, or seeming so; to the rest it being in jest or complement. Truly *Seneca* used not a less expression of that kind to him, when he began his books *de Ira,* with *Exegisti a me, Novati, ut scriberem quemadmodum ira possit leniri,* &c. *Exigere* is *actus dominii,* as *exigere tributum, vectigal,* &c. In most familiar language I have thus poured out my fancies to you, which I know you will, in your excellent goodness and judgment, look upon with gentle pardon. So that if *Gallio* in the *Acts* were either of them that had such relation to the *Seneca*'s, I suppose it to be most probable it was this *Novatus.*

To Dr. Langbaine.

IN N° 854. of Mr. *Ashmole*'s books, *pag.* 294. is this written by Mr. *Ashmole.* "In the "year 1648, at the *Greyhound* in *Forest-street* "in *Chester* (upon the digging a cellar) was "found the antient altar-stone here described.



	Feet.	Inches.
The length of the stone is	3	0
The breadth at the top	1	4
From the top to the inscription	1	2
Breadth of the inscription	0	10

* Vid. Annalium part. post. loco supra citato.

P. 295. That inscription of *Chester* I think I have received by five or six hands: And this which you have is agreeable in substance (they being written from the stone,) save that your EIVPIVS is ELVPIVS.

It is true, *Tanarus* I think occurs no where else. But considering the slips of cutters or the soon usual mistaking to such a degree of a name, though there might be a *Jupiter Tanarus* as well as another, (and I cannot doubt but such additional names were multiplyed to many of the gods, that appear not now in books, there being so many of them lost) yet probably enough this might be *Jupiter Taranis,* who in *Lucan* is a *Gaulish* and so a *British* god, (and in some copies *Taramis)* as it is thought from *Tanar* (easier so let slip with a little anagram) in *Welsh, Thunder* and to *Thunder.* For GVNTA I am yet at a nonplus, *&c.*

Your most affectionate Friend,

Dec. 14. 1653. J. SELDEN.

To his excellency the Lord Whitlocke, *Lord Embassador from the state of* England, *&c. to her Majesty of* Sweden.

My Lord,

YOUR excellency's last of the 3[d] of your *February,* brought me so unexpectable a plenty of the utmost of such happiness, as consists in true reputation and honour, as that nothing with me can equal or come near it. First that her most excellent Majesty a Prince so unparallel'd and incomparable, and so justly acknowledged with the height of true admiration by all that either have or love arts, arms or other goodness, should vouchsafe to descend to the mention of my mean name and the inquiry of my being and condition, with such most gracious expressions. Next that your excellency whose favours have been so continually multiplied on me, should be the person of whom such inquiry was made. All the danger is, that your noble affection render'd me far above myself. However it necessitates me to become a fervent suitor to your excellency, that if it shall fall out, that her Majesty and you have again leisure and will speak of any such trifles as I am, you will be pleased to represent to her Majesty my most humble thanks and my heart full of devotion to her, of which too I shall study to give if I can, some other humble testimony. God send her most excellent Majesty always her heart's desires, and the most royal amplitude of all happiness, and your self a good dispatch and safe and timely return.

Mart. 2. 1653.
Whitefriers.

My Lord,
Your Excellency's
most obliged and
humble Servant,
J. SELDEN.

P O E M A T A.

Ad v. cl. Ben. Jonſonium, carmen protrepticon.

RAptam Threicii lyram Neanthus
Pulſet; carmina circulis Palaemon
Scribat; qui manibus facit deabus
Illotis, metuat Probum: Placere
Te doctis juvat auribus, placere
Te raris juvat auribus. Camoenas
Cum totus legerem tuas (Camoenae
Nam totum rogitant tuae, nec ullam
Qui pigre trahat oſcitationem,
Lectorem) & numeros, acumen, artem,
Mirum judicium, quod ipſe cenſor,
Jonſoni, nimium licet malignus,
Si doctus ſimul, exigat, viderem,
Sermonem & nitidum, facetiaſque
Dignas Mercurio, novaſque gnomas
Morum ſed veterum, tuique juris
Quicquid dramaticum tui legebam
Tam ſemper fore, tamque te loquutum,
Ut nec Lemnia notior ſigillo
Tellus, nec macula ſacrandus Apis,
Non ceſto Venus, aut comis Apollo,
Quam muſa fueris ſciente notus,
Quam muſa fueris tua notatus;
Illa, quae unica, ſidus ut refulgens
Stricturas, ſuperat comis, minorum:
In mentem ſubiit Stolonis illud,
Lingua Pieridas fuiſſe Plauti
Uſuras, Ciceronis atque dictum,
Saturno genitum phraſi Platonis,
Muſae ſi Latio, Joviſque Athenis
Dixiſſent. Fore jam ſed hunc & illas
Jonſoni numeros puto loquutos,
Anglis ſi fuerint utrique fati.
Tam, mi, tu ſophiam doces amoene,
Sparſim tamque ſophos amoena ſternis.
Sed, tot delicias, minus placebat,
Sparſis diſtraherent tot in libellis
Cerdoi caculae. Volumen unum,
Quod ſeri Britonum terant nepotes,
Optabam, & thyaſus choruſque amantum
Muſas hoc cupiunt, tui laborum
Et quicquid reliquum eſt, adhuc tuiſque
Servatum pluteis. Tibi at videmur
Non tam quaerere quam parare nobis
Laudem, dum volumus palam merentis
Tot laurus cupidi repoſta ſcripta;
Dum ſecernere te tuaſque muſas
Audemus numero ungulae liquorem
Guſtante, ut veteres novem ſorores
Et Sirenibus & ſolent cicadis;
Dum & ſecernere poſſe te videmur,
Efflictim petimus novumque librum,
Qui nullo ſacer haut petatur aevo,
Qui nullo ſacer exoleſcat aevo,
Qui curis niteat tuis ſecundis;
Ut nos ſcire aliquid ſimul putetur.
Atqui hoc macte ſies, velutque calpar,
Quod diis inferium tibi ſacremus,
Ut nobis bene ſit; tuamque frontem
Perfundunt ederae recentiores
Et ſplendor novus. Invident coronam
Hanc tantam patriae tibique (quanta
Aeternum a merito tuo ſuperbum
Anglorum genus eſſe poſſit olim)
Tantum qui penitus volunt amoenas
Sublatas literas, timentve lucem
Jonſoni nimiam tenebriones.

J. SELDEN, J. C.

Ad Arcturium Hopton annis etiamnum juvenilibus homine libero vere dignis ſtudiis oppido quam inſignitum, carmine Phaleucio ὡς ἐν τύπῳ encomium.

AN, quem Patricius docebat olim
Jam tu [a] Maccius? An ſcholae [b] vetuſtae
Es Maugantius? Inſulaene Glaſti,
An [c] Melkinus? An aemulus Bladudi
Madulphi [d] monachus? [e] Robertus an tu

[a] Scholar to the Iriſh ſaint, wrote of Genethliaque Judgments; lived under *Vortiger* about CDLX. *Bal.*

[b] A great mathematician, preſident of the publick ſchools (which for thoſe times were as our now Univerſities) at *Caer-leon* in *Monmouth*; not inſtituted by *Arthur*, as *Cay* in his antiquity of *Cambridge* ſuppoſes, but long after: Otherwiſe how could there have been CC. ſtudents there, about the *Saxons* arrival? As is witneſſed in *Cambden*, out of *Alexander Eſſebienſis*: Nor doth the *Monmouth Jeffrey* affirm, that he inſtituted any ſchool there, but only that he had, in the time of that pompous celebration of the *Round-Table-Order*, a ſchool of CC. philoſophers in this city, which were altogether in celeſtial obſervations, and aſtrology judicial. *Bale* puts all this at *Cheſter*, but upon warrant of the Britiſh ſtory (which in ſome things is ſeriouſly to be regarded) it ſhould be at *Caer-leon* upon *Uske*, ſtyled *Iſca Leg.* II. *Aug.* in *Surita*'s *Antoninus*, which may perhaps be meant by *Ptolemy*'s *Λεγεὼν δεύτερα Σεβαστὴ* although he places it in another people. He flouriſhed under *Vortiger*.

[c] Otherwiſe *Mevinus*, a monk of *Glaſtenbury* in *Somerſet*, an aſtrologer in *Vortiger*'s reign.

[d] *Elmer* foreign writers call him, ſo ſtudious in curioſities, that he adventured the imitation of *Dædalus*, and the Britiſh *Bladuda* flying, but with no leſs misfortune. About the Confeſſor's time was he a monk of *Malmesbury* [1] in *Wiltſhire*, ſo called from *Madulph* a *Scot*, or *Scoto-Hibernus*, who (with *Adelm* his ſcholar) diſputed and wrote about the great controverſy of celebrating the true Paſſover in its true time.

[e] *Robert*, ſurnamed *Groſſe-teſt* biſhop of *Lincoln*, under *Hen.* III. beſides his mathematick ſufficiencies, which remain teſtified in his *Computus*, *Higden*'s *Polychronicon*, and elſewhere, ſpent ſeven years labour in framing a Braſen-head, which (as *Orpheus* [2] his did in *Lesbos*) ſhould

——— tell,
Of ſuch things as befell,
And ſeven years beſineſſe
He layd, but for the lacheſſe
Of half a minute of an houre
Fro firſt he began laboure,
He loſt all that he had do.

Such a piece of magick performed is by an old monk affirmed [3] of *Gerebert*, (afterward pope *Sylveſter* II.) compoſed *Certa*; as

[1] Bal. Cent. 2. Leland. Malmesburienſ. Lib. 1. cap. 2. Camd. Matth. Paris in Hen. III. [2] Philoſtrat. in Ἡρωικοῖς. J. Gower. in Confeſſ. Amantis lib. 4. [3] G. Malmsb. de hiſt. reg. lib. 2. cui Gerebertus iſte (contra quam aliis) eſt Joannes PP. XV.

Perdoctus

Perdoctus Capito? Tibi an [f] Bachoni
Anne est [g] Limnocharis remissa, [h] Bedae,
[i] Suiceti, anne anima est uti olim Homeri,
Cantori Rudio? Magis mathesi
Credam Pythagorae, tot inter alti
Φῶτας cum ingenii tot, ante pleros,
Artis symbola patriae, tibique
Sic dentur mutuo, prius docendo
Quam, Arcturi, poterant recens oborto.

J. Selden e Soc. I. Templ.

In Bucolica G. Brown. Quod, per secessus rustici otia, licuit ad amic. & bon. lit. amantiss. Anacreonticum.

Κάλλος σὸν Κυθέρεια,
Σὸν, Κοῦραι Διὸς, ἦθος
Ἐμνήστευσαν, Ἰλεομὲ.
Τῇ συμπράξαν Ἔρωτες.
Ταῖς σὺν Παλλάδι Φοῖβος.
Τῆς Μοῦσαι προκατῆρχον·
Ταῖς σὺ δοῦλος ὑπάρχεις·
Τῆς οὐ μὴν ἀεκούσης.
Ὧι γὰρ ἐστ' ἀνέραστος
Ψυχὴ, ἔννεα τῆμον
Φεύγουσ', αὐτῷ ἔπον)
Ὃς προσπτύσσετ' Ἔρωτας.
Μούσαις, καὶ Ἀφρογενείῃ
Ποιήτης, τοῦτο πέλεσκε.
Νώσαξ ἀμφοτέρῃσιν
Οὕτως ἐστὶ φίλιστος.

Ad amoris numina.

QUIN vostrum Paphie, Anteros, Erosque
Ut regnum capiat mali quid, absit!
Venus, per Syrium nimis venustum!
Amplexus teneros, pares, suaves
Psyches, per, tibi, basiationum
Eros quantum erat! Et per Anterotis
Felices animas! Periclitanti
Obtestor, dubiaeque consulatis
Rei vostrae! Miserum magis favete
Languori, miserum favete amantum,
Divi, cordolio! Quod est amatum
Ictu propitii ferite pectus!
Ictus quin sit ab aurea sagitta!
Ortas spe placita fovete flammas!
Ortis quin similes parate flammas!
Suas gnaviter ambiant [k] Neaeras!
Et cautim laciant suos Neaerae!
Dextras sternuite adprobationes!
Adsuetis detur osculum labellis!
Et junctis detur osculum salivis!
Tui nectaris adde, diva [l], quinctam.
Conturbet tremula libido linguae,
Ne quis basia [m] fascinare possit!
Morsus mutua temperet voluptas!
Dormitis, nimiumque defuistis
Procis, atque adamantinis puellis.
Isthaec prospiciens tibi, Cupido,
Audax admonui. Tuas Apollo,
Deusque Arcadiæ, Minerva, & Hermes
Supplantant Veneres. Marinus arcum
Tendit, quin jaculis tua pharetra
Surreptis petimur. Camoena texit
Cantu daedala, blandulum Aphrodites
Cestum, & insidias plicat. Minervae
Buxus, Mercurii chelys, cicuta
Fauni, dulce melos canunt. Erota
En, olim [n] docuit, plagas eroti
Jam tendit, juvenis, poeta, pastor.

as he says, *inspectione syderum, cum videlicet omnes Planetae exordia cursus sui meditarentur*; which how you can understand, unless, either when they are all in those points wherein the [4] *Thema Mundi* imagination of some ancients (true calculation cannot through uncertainty of Chronography) placed them, or else when by Parallax they are (such I mean, as may, the five lesser) in point of their second station at once, (a system perhaps too rare to find) I confess I know not.

¶ [f] *Roger Bacon* in time of *Edward* I. doctor of divinity in *Paris*, and a *Franciscan* in *Oxford*, a *Dorsetshire* born gentleman, whom it pleases *Bale* [5] to stile, *Præstigiator, & Magus Necromanticus, non in virtute Dei, sed operatione malorum spirituum*, and *Wier* reckons him among his *Deplorati ingenii homines*; but that great clerk M. *J. Dee*, long since, promised his apology. Notice, that the world hath of him, proceeds for the most part, from his chymick doctrine, for which *Woarehadumists*, and *Spagiristick* writers commonly vouch him. But his works were divers, both mathematical, physical, and theological [6]. Of some of them copies are extant in *Peter-House*, and *Bennet-College* in *Cambridge*, some in private hands, and in *Pembroke-Hall* library, the titles of some of his special treatises, (not mentioned by *Bale* or *Gesner*) *De prolongatione vitæ*, *Antidotarium ejusdem*, *De graduatione meditinarum*, (in some of which I presume his report was of *Artephius*, whom he affirmed [7] to have, by art applied to nature, lived a thousand years) remain in the frontispiece of a volume, the books themselves being unhappily seised by plagiary harpies. And questionless spight and ignorance (frequent enemies to learning and art) have deprived posterity of no small benefit by mis-censuring what they understood not. Howsoever in others, in this learned Frier it hath been too manifest, all whose works fairly written, and well bound, were, by religious pretending sciolists, damn'd as divelish, with long nails through them fastned to desks in the *Franciscans* library in *Oxford*, and there among dust and moths consumed [8], being suspected of heresie, he was committed to prison by *PP. Nicholas* 4. [9].

[g] *Adam de Marisco* (pardon me that for the verse he usurps a name of *Homer*'s [10] kingfrog) familiar friend to *Robert Grosse-test* [11], both commended for mathematicians, by frier *Bacon*, to P. *Clement* IV. of *Somerset* [12] by birth, by profession a *Minorit*, or *Franciscan* in *Oxford*.

[h] For his learning and gravity surnamed *Presbyter Venerabilis*, born at *Jarow* upon *Tine* in the bishoprick of *Durham*, spent his life in letters under *Benedict*, or *Bennet*, surnamed *Bishop* [13], an English gentleman of birth, and abbot of *Weremouth* (which founded that abbey, and another at *Jarow*, as one, and first of all brought builders of stone work, use of glass windows, painting and such like into *England* from *Rome*, whither he travelled five several times) and *Ceolfrid*'s successor; wrote *de temporibus, computo*, and other universal learning. Never (as some think) liv'd out of his native territory, nor by any likelihood ever profess'd at *Cambridge*, as is guess'd at by *Herrison* and [14] *Cay*, upon argument drawn from a cottage there called *Bedes-house*, no more than *Anaximander* and *Anaxagoras* upon *J. Lidgat*'s testimony, or than [15] *Bellerophon* was an *Oxford* man upon occurrence of an unknown place there titled *Bellerophontis Curia* in the book of S. *Frideswid*'s monastery, or than this *Bede* and S. *Colman* lived, or were buried (with other old wives tales of them) at *Boseham* in *Sussex*, as without warrant, the vulgar there have a tradition. *Malmesbury* buries him in the abbey of *Jarrow*: *Sed modo*, saith he, *cum beato Cuthberto Dunelmi situm fama confirmat*.

[i] *Roger Suicet*, [16] first inventor of the art Calculatory in disputation wherein *multiplicatis particulis negativis & trajectis per esse & non esse, calculo*, (which was beans and pease) *opus erat, quoties erat, disputandum*. The worth of this subtle doctor, *Cardan* and his most penetrating antagonist *Scaliger*, enough blazon: Nor do the titles of *Cavillationes*, and *Quisquiliæ Suiceticæ* in *Vives*, and *Pic. Mirandula* much detract from him. He was author of an *Ephemerides*, and other of that nature, besides a book of the art Cabalistick. *Oxford* was his university, and under *Ed.* III. as is thought was justly prov'd of him.

[k] Amica, Domina (nostro idiomate amatorio, *Mistress*) & Neaera sunt uti synonyma, Prudentio, ante alios, Peri Steph. hymn. 12. & alicubi. v. si placet & Jos. Scaliger. ad 3. Tibulli.

[l] Horat. Carm. 1. od. 13.

[m] Ne scilicet quis pernumeret. Finitus n. & notus numerus fascino, apud Veteres obnoxius. Idque in basiis observatum habes, apud Catull. Carm. 5. & 7.

[n] Amor a pastore omne genus Musices olim edoctus. Bion Idyll. 3.

[4] De themate mundi consule Petrum Alliacens. ap. Picum Mirand. advers. Astrolog. lib. 5. cap. 9. & v. Jul. Firmic. [5] Bal. Cent. 3. De præstig. Dæmonum. lib. 2. cap 4. [6] Th. James in Eclog. Oxonio-Cantabrigiens. lib. 1. [7] Leo Suav. in compend. philos. Paracels. & ad Paracels. lib. 1. de vita longa. [8] J. Twin. de reb Albion. lib. 2. [9] Laur. Humfred præfat. ad Jesuitismum. [10] Homer. Βατραχομ. [11] Br. Twin. apud Oxon. lib. 3. [12] Camden. in Brigant. Malmesbur. lib. 1. de gest. reg. cap. 3. Henric. Huntingdon. lib. 4. Bed. in Epit. hist. Anglic. [13] Bed. l. 5. hist. Anglic. cap. 19. Malmes. de Pontific. lib 5. Bal. Cent. 2. Hist. Dunelmens. Br. Twin. apolog. 2. [14] Cai. Antiq. Cantabrig. lib. 1. [15] Br. Twin. apol. 3. [16] J. Sarisb. in Metalogic. lib. 1. cap. 3. Bal. cent. 3. Gesner. bibliothec.

Isthaec

Isthaec prospiciens tibi, Cupido,
Audax admonui. Fave Cupido.

By the same.

SO much a stranger my severer muse
Is not to love-strains, or a shepherd's reed,
But that she knows some rites of *Phoebus* due's,
Of *Pan*, of *Pallas*, and her sisters meed.
Read, and commend she durst these tun'd essaies
Of him that loves her (she hath ever found
Her studies as one circle.) Next she prays
His readers be with rose and myrtle crown'd!
No willow touch them! As his [o] baies are free
From wrong of bolts, so may their chaplets be!

J. SELDEN, Juris C.

Ad v. c. Th. Farnabium de Lucano perpetuis illius notis explicato & in lucem jam prodituro.

DUM vatum Genios chorus sororum
(Vatum queis veteris perennet aevi
Nomen) Castalii ad caput liquoris
Accitos, monuit parare lucem
Tutelis reliquis, ne singularum
Nodosae tenebrae diu morentur
Lectores timidos, retardat anceps
Quos seu carminis ordo, seu vetustas
Docto emblemate turbet involuta:
Haut est ingenio repertus alter,
Farnabi, potior, scientiorve,
Aut priscae historiae poëticesve,
Cui mandetur honos vices gerendi
Tutorum, & tenebris faces parandi,
Quam tu, cui veteres reconditique
Ritus ex adytis patent, & omnes
Thesauri sophiae nimis reducti.
Musarum ergo tuum petunt, sacrantque
Excepti hospitio, nec inde cedunt;
Quin, nacti penetral, simul secundant
Votum Pieridum, tuo labore
Usi ac assiduo tibi vicissim
Adstantes taciti docent ministri.
Sic se res habet & palam loquemur;
Quid tu dissimulas? Parum videmus
Si his non auspiciis mage imputamus
Tuis quam studiis, quod aut Aquinas
Quodve alter satyra reductiori
Qui torquet, radiis tui coruscent
Solis, nec lateant, salesque acuti
Quos jactat salo; quodque sic cothurno
Reddatur sua lux, & a salebris
Quod Pharsalica bella detonantem
Jam purges: Genios quis audet ipsos
Suggessisse tibi probus negare?
Tantum non Genios videmus ipsos.

J. SELDEN, J.C.

To his worthy friend Michael Drayton.

I Must admire thee (but to praise were vain
What every tasting palate so approves)
Thy martial *Pyrrhick*, and thy *Epick* strain,
Digesting wars with heart-uniting loves,
The two first authors of what is compos'd
In this round system all; it's antient lore
All arts in discords and concents are clos'd
(And when unwinged souls the fates restore
To th' earth for reparation of their flights,
The first musicians, scholars, lovers make
The next rank destinate to *Mars*'s knights
The following rabble meaner titles take)
I see thy temples crown'd with *Phoebus* rites,
Thy bay 's to th' eye with lilly mix'd and rose,
As to the ear a *diapason* close.

J. SELDEN.

ʼΕΙΣ τὴν ΣΑΜΟΥΗΛΟΥ τȣ̃ ΠΟΥΡΧΑΣΟΥ ΑΠΟΔΗΜΙΑΝ.

ΗΕρίης, Λιβύης, περάτης πέρι, κ' Ἀσίδος αἴης
Γράμματ' δὲ ἀμφιλαφῆ νȣ̃ν καἰάπαςον ἔχει.
Ωγυγίων τε νέων τελετῶν τε τόπων ϗ ἑορτῶν
Μοχθȣ̃ντες ζποράδlω ζκιδναμένων μέμαμεν·
Γραψάμενοι ζποράδlω ςεφανίσκȣς τῇδε φέρεσκον
Οἱ μὲν ἀπειρέσιοι, κ' ἀλλοδαποὶ, μέροπες.
Εὖ μάλα ζωρηδὸν Πȣρχάσος ταῦτα Βρεταννοῖς
Καὶ λιγέως ἐρέει. τῷ ςέφος εἴο πόσον.

Jo. Selden, J. C. e Soc. Int. Templi.

In epigraphen Jani Anglorum carmen.

QUisnam io mussat? Posuisti Enyo
Arma; jam doctos Iber haut Batavos
Marte turbat; foedere jam Britannus
Continet orbem.
Clusium audax quis referat latentem?
Falleris. Diae Themidis recludo
Intima. Haec porta melius serata
Pandit, Eamus.

J. S.

To that singular glory of our nation, and light of *Britaine*, *M. Camden* Clarenceux.

ΩΓυγίων ἔφορος, τίμιον καύχημα Βρεταννῶν
Πᾶσι παρ' εὐδοκίμοις εὐδοκιμεῖς τ' ἀγαθοῖς.
Πᾶσι παρ' Ιδμοσιώης βάσανος, Καμδlῶε, τελήεις
Ὡς Λογγῖνος ἔlω, ὡς ϗ Αριςοφάνης.
Ἡμετέροις ἵληθι πόνοις· καθορῶντας ὑπόδρα
Σȣ̃ μὴ μεμφομένȣ, θαρσαλέως καθορῶ.

J. SELDEN.

ΕΙΣ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΟΝ ΗΡΩΩΝ, *τῶν ἐν τέλει εὐδοκιμησάντων ὑπὸ φιλτάτȣ ϗ φιλοπονωτάτȣ* ΙΩΑΝΝΟΥ *τȣ̃* ΣΙΛΟΔΟΥΝΟΥ *συλλεχθὲν ϗ ἐκδοθὲν.*

ΑΝτολίη τε, δύσις τε, μεσημβρίη, ἠδὲ ϗ ἄρκτος
Ποσσὶ πατήθησαν σοῖς, φίλε, παντοδαές;
Ηὔτε Πηνελόπης πόσις ἀγχινόοιο πλανηθεὶς
Ἔδρακες ἀνθρώπων ἄςεα ϗ φρέν' ἔγνως;
Μᾶλλον δ' ἀριθμήσας πάσης κοσμήτορας αἴης
Πορφυρόβλαςος ἐμοὶ ἔσσεαι αὐτοκράτωρ.
Ανδρῶν ἡρώων κοσμῆτορ δῖε Ιανε,
Καὶ θάλος ἰθυδίκȣ γνήσιον εὐνομίης,
Σοὶ πόροι ἡρώων ἀντάξιον ἐθλός ἄωτος
Τῆς πολυκαισαρίης, τ̃ πολυκοιρανίης.

ΑΡΚΤ. ὁ ΛΩΣΤΟΣ.

[o] Bays (fair readers) being the materials of poet's garlands (as myrtle and roses are for enjoying lovers, and the fruitless willow for them, which your inconstancy, too oft, makes most unhappy) are suppos'd not subject to any hurt of *Jupiter*'s thunderbolts, as other trees are.

INDEX locorum Scripturae Sacrae quae in secundo volumine vel citantur, vel explicantur.

in secundo Volumine vel citantur, vel explicantur.

in secundo Volumine vel citantur, vel explicantur.

INDEX locorum S. Scripturae quae

INDEX Auctorum qui in ſecundo Volumine citantur, vel explicantur vel refutantur.

INDEX Auctorum qui in Secundo Volumine

INDEX Auctorum qui in secundo Volumine

279,

citantur, vel explicantur vel refutantur,

INDEX RERUM & MATERIARUM quae in ſecundo Volumine continentur.

A.

INDEX RERUM & MATERIARUM quae

in ſecundo Volumine continentur.

B.

438

in ſecundo Volumine continentur.

D.

E.

in ſecundo Volumine continentur.

F.

G.

Graecos

I.

in ſecundo Volumine continentur.

K.

L.

Londinum

M.

in secundo Volumine continentur.

N.

O.

OCTA

P.

in ſecundo Volumine continentur.

Q.

R.

Sarum

in ſecundo Volumine continentur.

V.

in ſecundo Volumine continentur.

W.

X.

Y.

Z.

F I N I S,

